
13
5 L
1


DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
CORAM
R. P. D. CAROLO CERRO
OLIM DIGNISSIMO DECANO
NVNC
S.R.E. PRAESBYTERO CARDINALI
TIT. S. ADRIANI.
EPISCOPO FERRARIENSI
IN TRES PARTES DISTINCTAE
Cum suis Argumentis, Summariis, ac Indice locupletissimo materiarum, quæ in dictis tribus partibus continentur.

TOMVS PRIMVS.









ROMAE, Superiorum permissu M.DC.LXXXII.

Sumptibus IOSEPHI CORVI Bibliopolæ.



ILLVSTRISSIMIS, ET REVERENDISSIMIS DD.

SACRAE ROTAE ROMANAE
AVDITORIBVS
Abbas Franciſcus à Balneo Fanenſis.

F.



RIGINTA Annorum opus, quod inter vos adoleuerat, & Eminentiſsimi Præſulis modeſtia tenebris ablegauerat, vobis ego merito iure, veluti poſt liminio reſtituere cogitaui. Aut quia illa rerum conditio ſit, quod occulto rapiente genio, omnia meditentur redditum vnde diſceſſerint, aut quia ſi operi in ſe digno, dignos beneuoleſue fautores eligere fas eſt vos operis quodamodo Patres, ipſi operi delegare Tutores fuerit conſentaneum. Præterea cum, & illud in me augeret neceſsitatem officij, quod non aliter hiſce Oraculis legitimam lucem comparare debuerim, niſi vt illa ſuo Tripodi redderentur; accedebat, quod, & me vobis decennale obſequium ſub Eminentiſſimo D. M. Cardin. Carolo Cerro Rotæ præſtitum in arctiſsimā deuotionis obſtrinxerat neceſsitudinem, adeo vt quidquid temporis per alios duodecim Annos benefi-

§ 2 cen-

centiſsimo Principi inſeruiendo, ſiue Vrbinas Auditor, ſiue Ferrarienſis Vicarius abſumpſerim, id totum, non ſine illa cogitatione detriuerim, qualiter grati erga vos animi ſincerum exhibere inditium: Ipſa tandem ſors mihi indulſit, vt purgarem moram obſequij, & caſu ingenioſo conceſsit, quod poſſem alienis donis eſſe munificus. Sacra itaque hæc Themidis reſponſa, quæ iniuſto latebrarum ſquallebant mancipio, ſui iuris feci, & veſtris nominibus inſcripta publica luce donaui: Vos Illuſtriſſimi Patres Originem muneris attendite, & ſi quid ego vlterius Veſtræ debeo magnitudini, inſigni acceptilatione componite.

INDEX
DECISIONVM PER DIOCESES.

A

B

C

Cæsa-

E

F

G

H

Ead.

Mar-

N

O

P

R

Eadem

Eadem lun. 17. iunii 1669. *dec.* 946.
Eadem ven. 14. martij 1653. *dec.* 409.
Romana Fideicommissi de mutis ven. 10. Mart. 1651. *dec.* 355.
Eadem ven. 1. Decembris 1651. *dec.* 378.
Eadem ven. 27. iulii 1653. *dec.* 426.
Eadem ven. 30. ianuarii 1654. *dec.* 442.
Eadem lun. 15. iun. 1654. *dec.* 461.
Eadem ven. 21. maii 1655. *dec.* 482.
Eadem lun. 19. iunii 1656. *dec.* 525.
Eadem ven. 10. maii 1658. *dec.* 564.
Eadem ven. 2. maii 1659. *dec.* 601.
Romana fideic. de Nicolinis ven. 28. Aprilis 1651. *dec.* 361.
Eadem 23. maij 1653. *dec.* 417.
Romana fideicommissi de Donatis lun. 7. iun. 1660. *dec.* 646.
Romana fideicommissi de Dias lun. 30. Apr. 1663. *dec.* 740.
Romana fideic. de Drusolinis ven. 21. Iun. 1652. *dec.* 395.
Eadem ven. 12. iunii 1654. *dec.* 460.
Romana pretensi fideicommissi de Breinis lun. 7. Febr. 1661. *dec.* 667.
Eadem ven. 1. Februarij 1664. *dec.* 764.
Romana fideic. de Trousarellis lun. 12. maii 1653. *dec.* 416.
Romana fideicommissi de Spinis merc. 27. Ian. 1666. *dec.* 836.
Eadem mercurii 16. Ianuarii 1669. *dec.* 930.
Romana fideicommissi de Rigatiis ven. 19. Febr. 1666. *dec.* 841
Eadem merc. 27. iunii 1668. *dec.* 921.
Romana fideicommissi de Sirozzis ven. 17. Febr. 1645. *dec.* 152.
Eadem lunæ 3. iunii 1647. *dec.* 243.
Romana fructuum census lunæ 11. Decebr. 1645. *dec.* 178.
Eadem lunæ 7. Maii 1646. *dec.* 200.
Eadem ven. 22. ionii 1646. *dec.* 215.
Eadem ven. 30. maii 1653. *dec.* 420.
Romana fructuum Dotis ven. 21. Aprilis 1651. *dec.* 350.
Eadem lun. 1. Decembris 1664. *dec.* 790.
Eadem ven. 4. Februarij 1667. *dec.* 874.
Romana grani merc. 13. Nouembris 1641. *dec.* 42.
Eadem lun. 11. maii 1643. *dec.* 100.
Romana habitationis mercur. 4. martii 1665. *dec.* 804.
Romana hæreditatis ven. 27. iunii 1659. *dec.* 616.
Eadem 7. Maii 1660. *dec.* 641.
Eadem 4. iulii 1663. *dec.* 757.
Eadem mercur. 23. ianuarii 1664. *dec.* 764.
Eadem ven. 16. ianuarii 1665. *dec.* 793.
Eadem lun. 8. Februarii 1666. *dec.* 839.
Eadem lun. 14. Februarii 1667. *dec.* 877.
Eadem merc. 5. Decembris 1668. *dec.* 928.
Romana hæreditatis de Gratianis ven. 28. mart. 1649. *dec.* 294.
Romana Iurispatronatus ven. 12. decembr. 1659. *dec.* 621.
Romana legati ven. 4. iulii 1642. *dec.* 75.
Eadem merc. 1. iulii 1643. *dec.* 111.
Eadem lun. 2. maii 1644. *dec.* 130.
Eadem ven. 18. Februarii 1650. *dec.* 319.
Eadem merc. 26. Iunii 1652. *dec.* 397.
Eadem lun. 3. iunii 1658. *dec.* 569.
Eadem lun. 16. iunii 1659. *dec.* 608.
Eadem merc. 10. maii 1662. *dec.* 709.
Eadem lun. 17. martii 1664. *dec.* 770.
Eadem lun. 22. Iunii 1665. *dec.* 820.
Romana legati sc. 50. mill. lun. 26. iunii 1641. *dec.* 36.
Romana legati Dotium ven. 10. iunii 1661. *dec.* 677.
Romana legati habitationis ven. 11. martii 1665. *dec.* 805.
Romana legitimæ lun. 26. Aprilis 1660. *dec.* 638.
Eadem 1. iulii 1644. *dec.* 139.
Eadem ven. 14. iunii 1664. *dec.* 780.
Romana locorum Montium lun. 11. maii 1643. *dec.* 101.
Eadem ven. 16. Ianuarii 1666. *dec.* 834.
Romana Mutui lun. 5. maii 1659. *dec.* 602.
Romana nullitatis professionis merc. 2. Dece. 1665. *dec.* 829.
Romana Palatij lun. 4. maii 1648. *dec.* 259.
Eadem 2. Decembris 1646. *dec.* 224.
Romana Palatii de Capranica ven. 6. mart. 1665. *dec.* 803.
Romana Parochialis lun. 23. maii 1650. *dec.* 330.
Romana Pecuniaria 7. aprilis 1642. *dec.* 57.
Eadem ven. 12. decembris 1642. *dec.* 81.
eadem merc. 3. iunii 1643. *dec.* 104.
eadem lun. 26. maii 1653. *dec.* 419.
eadem ven. 18. iunii 1655. *dec.* 490.
eadem ven. 22. iunii 1657. *dec.* 542.
eadem merc. 21. aprilis 1660. *dec.* 536.
eadem ven. 28. Ianuarii 1661. *dec.* 664.
eadem merc. 24. ianuarii 1663. *dec.* 734.
eadem ven. 28. martii 1664. *dec.* 773.
eadem ven. 27. Februarij 1665. *dec.* 802.
eadem lun. 16. ianuarii 1668. *dec.* 900.
Romana pensionis lun. 19. nouembris 1640. *dec.* 28.

eadem ven. 19. ianuarii 1646. *dec.* 183.
eadem merc. 30. maii 1646. *dec.* 206.
eadem 30. maii 1646. *dec.* 207.
eadem lun. 8. iunii 1665. *dec.* 816.
Romana pensionis seu expensarum ven. 26. Febr. 1644. *dec.* 122
Romana pensionum merc. 19. decemb. 1665. *dec.* 830.
Romana Præpositura S. Mariæ Maioris mercur. 13. iunii 1663. *dec.* 747.
Romana pretensi supplementi dotis ven. 5. dece. 1653. *dec.* 433.
Romana pretensi matrimonii lun. 3. decemb. 1663. *dec.* 761.
Eadem ven. 26. iunii 1665. *dec.* 822.
Eadem ven. 15. ianuarii 1666. *dec.* 835.
Romana Primogenituræ de Bubalo ven. 18. mart. 1667. *dec.* 885
Eadem ven. 8. iunii 1666. *dec.* 910.
Romana quarti dotalis lun. 17. martii 1642. *dec.* 54.
Eadem 23. iunii 1642. *dec.* 67.
Eadem lun. 19. iunii 1645. *dec.* 167.
eadem Lun. 27. Aprilis 1646. *dec.* 197.
Eadem lun. 11. maii 1648. *dec.* 260.
Romana residui dotis lun. 15. iunii 1648. *dec.* 272.
Romana renunciationis merc. 22. martii 1650. *dec.* 321.
Eadem lun. 22. maii 1651. *dec.* 362.
eadem ven. 23. iunii 1651. *dec.* 371.
Romana reintegrationis lun. 23. Febr. 1645. *dec.* 446.
eadem ven. 7. maii 1655. *dec.* 479.
Romana redditionis rationis ven. 22. mart. 1658. *dec.* 559.
eadem ven. 20. iunii 1659. *dec.* 609.
eadem merc. 5. maii 1660. *dec.* 640.
eadem lun. 5. decembris 1668. *dec.* 927.
Romana residui dotis merc. 11. decembris 1658. *dec.* 586.
eadem lun. 7. iunii 1660. *dec.* 647.
eadem lun. 19. aprilis 1649. *dec.* 293.
eadem lun. 27. Februarii 1668. *dec.* 907.
Romana repetitionis indebiti merc. 13. iun. 1668. *dec.* 911.
Romana Saluiani ven. 17. Aprilis 1643. *dec.* 92.
Eadem ven. 9. Decembris 1644. *dec.* 144.
Eadem ven. 4. februar. 1661. *dec.* 665.
Eadem ven. 23. februarii 1663. *dec.* 738.
Eadem merc. 19. iunii 1669. *dec.* 947.
Romana Saluiani de Casalibus lun. 21. iunii 1641. *dec.* 34.
Romana separationis Thori ven. 19. maii 1666. *dec.* 855.
Romana separationis dotis ven. 28. iunii 1641. *dec.* 38.
Romana Sepis, & Arborum ven. 15. iunii 1668. *dec.* 913.
Romana seruitutis ven. 29. ianuarii 1666. *dec.* 838.
Romana, seu Albanen diuisionis 1. februarii 1649. *dec.* 288.
Romana, seu Albanen beneficii ven. 27. februar. 1654. *dec.* 447
Romana seu Albanen Vineæ lun. 5. aprilis 1666. *dec.* 851.
Romana, seu Albanen bonorum merc. 19. ianuar. 1667. *dec.* 871
Eadem lun. 25. iunii 1668. *dec.* 917.
Romana, seu Albanen donationis Vineæ lun. 25. iunii 1668. *dec.* 910.
Romana, seu Albinganen. bonorum ven. 24. decembris 1646. *dec.* 229.
Eadem merc. 1. iulii 1648. *dec.* 280.
Eadem merc. 18. martii 1654. *dec.* 452.
Eadem lun. 26. aprilis 1655. *dec.* 475
Romana, seu Anagnina Saluiani lun. 16. ianuar. 1644. *dec.* 148.
Romana, seu Florētius trāsactionis merc. 13. apr. 1660. *dec.* 632
Rom. seu Ianuen locorum montium ven. 16. iun. 1648. *dec.* 276
Eadem merc. 1. iulii 1648. *dec.* 279.
Romana, seu Ianuen prætensæ nullitatis professionis lun. 7. februarii 1655. *dec.* 508.
Romana seu Ianuen hæreditatis ven. 5. martii 1660. *dec.* 626.
Eadem lun. 25. iunii 1658. *dec.* 918.
Eadem merc. 27. martii 1669. *dec.* 938.
Romana, seu Ianuen pecuniaria ven. 11. februar. 1661. *dec.* 658
Romana, seu Nepesina tutelæ ven. 4. iulii 1642. *dec.* 76.
Eadem ven. 23. iunii 1645. *dec.* 168.
Eadem ven. 8. iunii 1646. *dec.* 215.
Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum lun. 18. martii 1652. *dec.* 386.
Eadem ven. 4. iunii 1655. *dec.* 485.
Romana, seu Reatina beneficii merc. 26. iunii 1658. *dec.* 571.
Romana, seu Veliterna pecuniaria lun. 1. februarii 1649. *dec.* 289. ven. 25. iunii 1649. *dec.* 307.
Romana, seu Vrbenetana census lun. 8. iunii 1668. *dec.* 914.
Romana societatis officii lun. 17. iunii 1647. *dec.* 247.
Eadem lun. 17. Nouemb. 1651. *dec.* 374.
Romana societatis lun. 24. Nouembr. 1659. *dec.* 617.
Eadem 30. ianuarii 1662. *dec.* 694.
Romana societatis fundaci lun. 14. iunii 1666. *dec.* 648.
Eadem lun. 11. Decembris 1652. *dec.* 731.
Romana subhastationis de Alexiis lun. 12. dec. 1644. *dec.* 145.
Eadem ven. 15. februar. 1647. *dec.* 234.

Eadem

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiss. P. Magistro Sac. Palatij Apostolici.

I. de Angelis Archiep. Vrb. Vicesg.

Imprimatur

Fr. Dominicus Maria Puteobonellus Ord. Præd. Sac. Palatij Apost. Mag.

INDEX ARGVMENTORVM
DECISIONVM, QVÆ IN TRIBVS THOMIS PROVT IACENT CONTINENTVR.

Romana Computorum. Lunę 23. Ianuarij 1640.
Argumentum 1.

Rationes semel redditæ cum quietatione generali amplissimis clausulis conceptę amplius reuideri non possunt, nec etiam sub prætextu erroris calculi, de quo vltra probationem perfectam, quæ fieri debet, cum confusa, & generica non sufficiat, obstat etiam exceptio solidationis iuramento firmata, & hæc afficit etiam hæredem.

Neapolitana Laudemij. Luna 27. Februarij 1640.
Argumentum 2.

Ecclesia retinens bona emphytheutica tenetur ad solutionem Laudemij, & Quindennij domino directo, ne dum ex propria obligatione, verum etiam ex dispositione iuris.

Ariminen. Fideicommissi. Merc. 14. Martij 1640.
Argumentum 3.

Agens remedio *l. fin. de adicto Diui Andr. toll.* ad immissionem bonorum fideicommissariorum in primis probare debet bona, super quibus immissionem petit tempore mortis fuisse à fideicommittente possessa, hic de probanda bonorum possessione disceptatur, & ex instrumento diuisionis libri æstimi, ac denique denunciationis, & testibus illa concluditur.

Romana Cambiorum. Ven. 16. Martij 1640.
Argumentum 4.

Mandata quando sint exequenda; & quando adhunc effectum, de illorum vniformitate satis constare dicatur? Promissio de euictione ex dato, & facto suo tantum non obligat venditorem ad illius præstationem si non ex aliqua eiusdem obligatione proueniat. Emens scienter rem alteri obligatam absque nulla protestatione, an possit agere contra venditorem pro euictione, vel solum ad præstationem rei liberæ, vel denique ad solam restitutionem pretij?

Romana Computorum. Ven. 20. Aprilis 1640.
Argumentum 5.

Iudicium reconuentionis quod alioquin simultaneè cum causa conuentionis expediri debet, si est illi præiudicialis, & de eo liquido constat, vbi causa conuentionis est turbida, potest per Iudicem ea ommissa per sententiam expediri. Sententia absolutoria à redditione rationum, libris non exhibitis, dicitur iniusta, & quando?

Recanaten. Bonorum.
Resoluta coram R. P. D. Buccabella die 20. Martij 1639, extensa à R. P. D. Cerro 21. Aprilis 1640.
Argumentum 6.

Ægidiana non intrat respectu Clerici, cui bona in Patrimonium à Patre fuerunt donata lite pendente cum Laico, dummodo Clericus fuerit ad causam admissus antè sententiam.

Taurinen. Prętensi Matrimonij. Ven. 30. April. 1640.
Argumentum 7.

Remedium *l. diffamari C. de Ingen. & manumifs.* vindicat sibi locum etiam in causis matrimonialibus aduersus diffamantem contraxisse matrimonium cum aliquo.

Romana Supplementi Legitimæ. Ven. 18. Maij 1640.
Argumentum 8.

Legitimæ supplementum an possit petere hæres filiæ quæ acceptauit testamentum, in qua fuit instituta hæres cum alia sorore reciproco fideicommisso absque nulla detractione. Hæreditas vnius potest diuerso iure censeri, & consideratur ac si essent plures hæreditates, quando bona sunt in diuersis Territorijs sita, ibique adsint diuersa statuta: Statutum non comprehendit forenses, & quid requiratur adhoc quod incola possit gaudere beneficio statuti?

Imolen. Successionis. Ven. 18. Martij 1640.
Argumentum 9.

Testamentum coram Confessario, & tribus testibus conditum, sustinetur tamquam factum coram Parocho vigore *cap. cum esset, de testament.* etiam si testes in eo adhibiti non fuerint ad id specialiter rogati, prout requiritur, ex dispositiona *Auth. rogati, C. de Testibus*, dummodo ex coniecturis appareat Testatorem ita voluisse disponere, & quæ sint coniecturæ ad hunc effectum sufficientes?

Cracouien. Decimarum. Lunę 21. Maij 1640.
Argumentum 10.

Rector Collegij Societatis IESV non potest transigere super Decimis absque concursu Reuerendissimi Patris Generalis cum Societas præfata sit à Decimis immunis, & exempta.

Leodien. Beneficij. Ven. 25. Maij 1640.
Argumentum 11.

Mandatum de manutenendo in possessione beneficij vacantis per obitum resignantis intra 20. dies est concedendum vltimo prouiso post obitum, non autem primo de tempore resignationis, licet infirmitas superuenit resignanti post factam resignationem.

Barchinon. Administrationis. Merc. 16. Iunij 1640.
Argumentum 12.

Administratio bonorum Ecclesiæ sæcularizatæ, quæ prius erat penès Priorem, & Canonicos Regulares manet penes Priorem, & Canonicos Sæculares, cum per sęcularizationem nihil præter regularitatem immutetur.

Romana Cambiorum. Lunæ 18. Iunij 1640.
Argumentum 13.

Nec euictionem, nec restitutionem pretij venditor præstat obligatus ex dato, & facto, suo tantum, euictione sequuta ob aliam causam, maxime concurrente scientia oneris, & hypothecæ in emptore cum eius acquiescentia, & stante cessione iurium venditoris talium, qualium, etiamsi pretium fuerit in vtilitatem venditoris conuersum.

Auximana prętensi fideicommissi. Lun. 25. Iun. 1640.
Argumentum 14.

Mandatum de manutenendo in concursu, non est concedendum immisso ex decreto Iudicis, quando, immissio est vitio nullitatis infecta, sed probanti possidere de tempore motę litis, Ægydiana non intrat contra Clericum, & qualiter Clericatus dicatur probatus?

Hæres grauatus de reinuestiendo, & ponendo ad multiplicum fructus hæreditatis, si aliquid emit, etiam nomine proprio, præsumitur de pecunijs prouentis ex fructibus hæreditarijs, acquisiuisse, ac proinde totum id venit in restitutione fideicommissi. Possessionem ad probandam sufficit clausula, *Constituti*, quæ suum operatur effectum, etiam quod in tempus mortis fuerit concepta. Testis vnicus quando sufficiat in materia manutentionis, & an clausula, *Sine praiudicio iurium partium*, sit impeditiua acquisitionis possessionis?

Romana Saluiani de Casalibus. Lun.21.Iun.1642.

Argumentum 34.

Agitur de hypotheca apposita in contractu donationis pro obseruantia contentorum in ea, an illa censeatur etiam apposita ex parte donatariorum, & successorum in donatione inter se. Stipulatione Notarij an acquiratur ius absenti ante acceptionem, & quid in actibus lucratinis, in quibus sola scientia sufficit ad effectum acceptationis & de coniecturis ex quibus probetur hæc scientia; An, & quando creditores ex titulo lucrariuo præferantur creditoribus ex causa onerosa? *Au Aut.resq.C.comm.de legat.* habeat locum in fideicommisso ordinato in contractibus inter viuos & an consentiens alienationi aliquorum bonorum fideicommisso subiectorum sibi præiudicet in beneficio dictæ auth: & demum an hypotheca competens in vim dictæ auth: transeat cum priuilegio prælationis in hæredes extraneos, & singulares successores?

Auximana pratensi Fideicommissi. Ven.21.Iun.1641.

Argumentum 35.

Ægidiana non habet locum contra personas Ecclesiasticas, & possessio dicitur attentata, neque est manutenibilis contra Clericum possidentem, vbi illa sequuta fuit pendente termino ad appellandum, & hoc etiam si Iudex præsumptiuè tantum habuit notitiam de Clericatu, licet non fuerit ante executionem oppositus.

Romana Legati sc.50.mil. Lun.26.Iun.1641.

Argumentum 36.

Testator, si alicui reliquierit aliquod notabile Legatum persoluendum ex fructibus hæreditarijs, & postquam fuerit satisfactum omnibus suis creditoribus, si successiuè Testator emerit Officia, & loca Montium, cum reseruatione decreti ad fauorem dicti Legatarij post obitum ipsius Testatoris, quæritur modo vtrum hoc casu mens Testatoris fuerit faciendi duo Legata, aut aliam particularem donationem causa mortis, vel id fecerit præueniendo solutionem primi Legati, & hæc vltima opinio alternatiuè resoluitur.

Lauden.Cappellania. Merc.26.Iunij 1641.

Argumentum 37.

Litteræ Apostolicæ cum mandato de subrogando super iure patronatus obtentæ cum clausula verificato in primis coram loci Ordinario iurepatronatus, non sunt exequendæ etiam via ordinaria, vbi coram Ordinario non fuit de iurepatronatus cognitum, etiamsi de eodem iustificatio fuerit facta in Rota coram causæ Ponente, prout neque sunt via ordinaria exequendæ vbi in totum non apparent iustificatæ.

Romana Separationis dotis. Ven.28.Iun.1641.

Argumentum 38.

Ad effectum, vt sit locus iuramento in litem de necessitate requiritur, quod res pro qua petitur deferri sit debita, & de hoc constare debet legitimè. Insuper exiguntur duo copulatiuè, nempè dolus ex parte eius contra quem defertur, & difficultas probationis ex parte illius, cui defertur ex dolo causata; dolus autem debet esse verus non autem præsumptus.

Ariminen.Fideicommissi. Ven.28.Iun.1641.

Argumentum 39.

Manutentio conceditur antiquo possessori nulliter, & iniustè per Iudicis sententiam sua possessione priuato: Iudicio per contradictas agitato siue præcedenti citatione personali. Tempus ad appellandum incipit currere à die habitæ notitiæ: Ægidiana Costitutio, quæ Clericos ligandi potestatem non habet, efficit, vt ius Canonicum etiam in iudicijs possessorijs seruetur, secundum quod appellatio ad vtrumque effectum conceditur.

Bononien.Fideicommissi. Lunæ 1.Iulij 1641.

Argumentum 40. *Non indiget.*

Romana Viniæ ad Aquam Sanctã. Lun.1.Iul.1641.

Argumentum 41.

Actor tenetur exhibere libros ad fundandam rei exceptionem concurrentibus tamen probatione existentiæ apud eum, & interesse rei.

Romana Grani. Merc.13-Nouembr.1641.

Argumentum 42.

Emptor frumenti cuius consignatio erat certo loco destinata non potest cogi ad illud accipiendum in alio, & quid si venditor se offerat paratum præstare impensas emptori ad id necessarias? Emptori debetur damnum, & interesse aduersus venditorem constitutum in mora, etiam per vnicam interpellationem, & ad quæ teneatur emptor, ad hoc vt venditor dicatur constitutus in mora?

Fanen.Dotis. Merc.20.Nouembr.1641.

Argumentum 43.

Vxori repetenti dotem, & habenti pro se mandatum relaxatum debent subministrari alimenta, & sumptus litis, quia paupertas, quod est alterum requisitum in hoc iudicio, vltra quod in quolibet præsumitur naturaliter inesse, fortius cadit in muliere, quæ iuris præsumptione nihil aliud possidet præter dotem.

Leodien.Modiorum Speltæ. Ven.29.Nouemb.1641.

Argumentum 44.

Agitur in hac decisione an pactum de retrouendendo, quod hodie in emptione annui redditus semper apponitur, intelligatur inesse in redditu constituto cum clausulis in perpetuum, & temporis infinitatem denotantibus maximè in antiquis, quo tempore huiusmodi redditus ita creari solebant.

Romana Domus. Lun.2.Decembr.1641.

Argumentum 45.

Saluianum interdictum competit tam pro annuis præstationibus ante sententiam quam postea decursis.

Anconitana Censuum. Merc.11.Decembr.1641.

Argumentum 46.

Sententiæ quando dicantur conformes, & an diuersitas actionum impediat conformitatem, & ex quibus diuersitas actionum deducatur.

Anconitana Restitutionis in integrũ.Ven.24.Ian.1642.

Argumentum 47.

Restitutio in Integrum aduersus non confectum inuentarium in tempore competit ei, qui facto Aduersarij, vel alia iusta causa non confecit, nec sublatio impedimenti postea sequuta potest allegari ab eo, qui impedimentum præstitit concutrente præsertim bona fidecommittentis.

Bononien.Pradij. Lunæ 27.Ianuarij 1642.

Argumentum 48.

Pactum francandi certo, & determinato tempore conuentum nullius est momenti, vbi extra determinatum tempus fuit francatio petita, eoque magis si depositum pro francatione obtinenda fuit merè verbale, & de sola sorte, non autem cum vsuris: Statutum Bononiæ de renouatione locationis qualiter, &

quando procedat? Restitutio in integrum non competit, neque minori aduersus lapsum temporis ad redimendum vbi agitur de tempore conuentionali, & contractus fuit cum defuncto celebratus.

Romana Fideicommissi. Lun.27.Ianuar.1642.

Argumentum 49.

Sententia à fideicommissarijs obtenta ex remedio, *l. fin. C.de edict.D.Adr.Tollen.* debet executioni demandari, quoties fuit in iudicatum transacta, etiam contra tertios possessores, & successores extraneos.

Anconitana Dotis. Ven.7. Febr. 1642.

Argumentum 50.

Vxor si post mortem mariti declarauerit se detinere mobilia pro securitate suæ dotis non tenetur ad illorum restitutionem, & stante mora hæredum dotem non restituentium, potest ad subhastationem illorum procedere etiamsi facultas subhastandi expressa non fuerit in instrumento dotali non obstante deposito dotis ab hæredibus facto vbi illud ad integræ dotis restitutionem non est sufficiens, neque stante mora hæredum tenetur ad restitutionem comestibilium propter alimenta sibi debita ab hæredibus dotem non restituentibus.

Perusina Oblationum. Lun.10.Febr.1642.

Argumentum 51.

Ecclesia non tenetur restituere ea quæ prætenditur recepisse ex contractu nullo ob non seruatam formam ex causa necessaria, cum ea inito, nisi copulatiuè probetur perceptio, & versio in eius vtilitatem, & quando ad hunc effectum perceptio, & versio dicantur sufficienter probatæ?

Bononien. Bonorum. Ven.21.Febr.1642.

Argumentum 52.

Hæres licet emat bona de pecunijs hereditatis pro se, suisque hæredibus, & cum clausula *ad habendum* in dubio dicatur voluisse acquirere pro se, cum hæres nō teneatur esse negotiorum gestor pro fideicommisso. Attamen id dicitur cessare stante præcepto testatoris facto eidem de inuestiendis pecunijs in bonis stabilibus.

Romana de Ghezzis. Ven.21.Febr.1642.

Argumentum 53.

In redditione rationis illatum expensarum non est habenda ratio, quæ non sunt verisimiles, nec consuetæ, & quæ sunt in confuso descriptæ sine die, anno, & mense, nec specificatur qui, ob quam Causam, & quantum singulariter datum sit, & vt attendantur vltra hanc specificationem, copulatiuè requiritur iuramentum, nec vnum absque altero sufficit, & an veritas detecta in multis partitis pro maiori parte faciat præsumere veritatē in cæteris, & quando salariū debeatur dum non fuit conuentum remittitur arbitrio Iudicis, qui illum taxare debet pro modo, & quantitate laborum, & debetur pro tempore quo quis laborauit. Prelatio concessa posteriori Creditori, qui nullam spem habebat pro consecutione eius crediti, est pretio æstimabilis, tantum valet, quantum ipsum creditum. Compensatio debiti cum credito fieri non potest à posteriori Creditore in præiudicium anteriorum.

Romana Quarti Dotalis. Lun.17.Martij 1642.

Argumentum 54.

Dotes in Vrbe non sustinentur vbi excedunt summam scutorum 5550. resistente Constitutione Sixti V. dotium moderatoria, & ad huiusmodi summam venit regulandum Quartum dotale debitum vxori, ex dispositione Statuti Vrbis ob viri prædecessum.

Fanen. Dotis. Luna 17. Martij 1642.

Argumentum 55.

Confessio dotis à viro facta constante matrimonio an probet numerationem?

Romana Vineę ad Aquam Sanctā. Lun.31.Mart.1642.

Argumentum 56.

Actor non tenetur exhibere libros, & instrumenta reo ad fundandam eius exceptionem, nisi probata existentia, & interesse. Remedium *l. 2. C. de rescin. vend.* intrat in contractu locationis in quoad probandam læsionem inspicitur tempus contractus, & quommodo ad hunc effectum læsio dicatur sufficienter probata, & quando, & quomodo possit allegari?

Romana Pecuniaria. Lun.7.Aprilis 1642.

Argumentum 57.

Actio directa mandati competit contra Procuratorem, vt restituat pecunias exactas. Libri mercatorum legaliter tenti cum adminiculis etiam pro tertio contra Tertium, & vbi agitur de probando nudo facto exactionis probant factum in illis contentum etiam sine adminiculis.

Auximana Attentatorum. Ven.16.Maij 1642.

Argumentum 58.

Attentata stante possessione adepta appellatione pendente veniunt purganda ab attentante, nec per solam dimissionem possessionis dicuntur sufficienter purgata, cum teneatur attentans ad restitutionem omnium fructuum perceptorum vsque ad diem relaxationis possessionis ad damna passa, & ad expensas, etiam vsque ad refectionem expensarum, & condemnationem Iudicij Criminalis ab attentante promoti contra tuentem suam possessionem, quæ possessio an tueri possit traditur in decisione.

Perusina Manutentionis. Merc.21.Maij 1642.

Argumentum 59.

Constitutario datur manutentio constito de possessione Constituentis de tempore Constituti aduersus posteriorem possessorem; maximè si posterior possessio fuerit capta non citato anteriori possessore, & quando possessio licet instrumentalis ad effectum manutentionis sufficiat? Possessio capta ab hærede ad cauthelam, & cum animo potius continuandi possessionem defuncti non continuatur, nisi adsit Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, siue hæres sit extraneus, siue suus, & quare? Alienatio facta de rebus litigiosis non animo vexandi litigantem, sed ex iusta, & necessaria causa sustinetur, & quęnam ad hunc effectum dicatur iusta, vel necessaria causa? prout etiam substinetur, si alienatio non fuit particularis de rebus tantum litigiosis, sed vniuersalis omnium bonorum; & quare?

Romana Domus. Ven. 23. Martij 1642.

Argumentum 60.

Immissio in vim *l.fin.C.de edict. D. Adr.Tollend.* non est concedenda petenti, & etiam probanti omnia requisita ad id necessaria contra possidentem cum titulo habito à fideicommittente, etiamsi solummodo habeat titulum ab administratore eiusdem.

Bonon.Liquidationis fructuum. Ven.30.Maij 1642.

Argumentum 61.

Liquidatio fructuum est facienda iuxta pensiones locationum præcedentium inspiciendo tamen locationes propinquiores liquidationi. Locatio an, & quando censeatur tacitè renouata?

Bituntina Iurispatronatus. Ven.6. Iunij 1642.

Argumentum 62.

Institutio ad beneficium, & possessio illius capta pendente appellatione à sententia lata super pertinentia præsentandi, & post inhibitionem dicitur attentata, & omninò venit reuocanda, & quando ab institutione ad beneficium detur appellatio?

Viter-

cum

cum in hoc soleant esse soliciti, mariti ad scientiam quantitatẽ dotis. Hæres quando dicatur particularis.

Perusina Oblationum. Luna 4. Maij 1643.

Argumentum 99.

Ecclesia quæ non vult stare locationi, tenetur ad restitutionem omnium perceptorum ex illo contractu, probata versione in eius vtilitatem, & quæ probatio sufficiat ad hunc effectum?

Romana Grani. Luna 11. Maij 1643.

Argumentum 100.

Emptor non præstat pretium rei emptæ immò ei debentur damna, & interesse aduersus venditorem constitutum in mora tradendi, stantibus interpellationibus, & quando venditor, qui tenetur ex conuentione ad traditionem rei in aliquo certo oppido, dicatur obligationem impleuisse per traditionem in Territorio illius Oppidi?

Romana Locorum Montium. Lun. 11. Maij 1643.

Argumentum 101.

Mandatum ad aliquid vendendum, quando quis suscepit, & probata fuerit venditio per eum facta, & pretio habito empta fuerunt tot Loca montium, tunc ille tenetur reddere, dicta Loca, cum fructibus inde perceptis, & quatenus non inuestiuerit dictum pretium, tenetur domino ad interesse, & sic ad id, quod percipi potuisset Testes quatenus recognoscant scripturam manu alicuius fuisse conscriptam?

Landen. Iurispatronatus. Ven. 21. Maij 1643.

Argumentum 102.

Beneficium Iurispatronatus, quando sumus in dubio, an sit gentilitium, mixtum, vel hæreditarium, tunc præsumendum venit esse hæreditarium, cum hoc sit conforme Iuri communi, & naturæ iurispatronatus, & maximè, quando super hoc concurrunt præsentationes tanquam de hæreditario factæ.

Pamphilonen. Vicaria de Stella. Merc. 3. Iunij 1643.

Argumentum 103.

Remissoria non conceditur vbi materia articulata est immaginaria inuerisimilis, & improbabilis. Absque iurepatronatus non possunt laici acquirere in Ecclesia ius nomandi Rectorem, & nominationes factæ alio iure eos non constituunt in quasi possessione nominãdi, immemorabilis quomodo dicatur probata?

Romana Pecuniaria. Merc. 3. Iunij 1643.

Argumentum 104.

Sententia est nulla ex defectu citationis, si illa fuit exequuta in domo, quam citatus non habitabat, nec huiusmodi nullitas sanari potest per superuenientem notitiam partis, dum non probatur superuenisse in tempore habili ad dicendum contra, sed post latam sententiam.

Romana Dotis. Luna 15. Iunij 1643.

Argumentum 105.

Hæres de restituendo grauatus, si sibi hæredem instituat eamdem, personam, cui restituere tenebatur, an dicatur liberalitatem exercere, vel potius testatoris adimplere præceptum, eo in casu, quo sibi disponendi facultas fuerat concessa, & multa pro intelligentia *Text. in l. prima, §. vnum ex familia, ff. de legat. 2. & in l. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de don. inter vir. & vxor.*

Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ. Ven. 19. Iun. 1643.

Argumentum 106.

Electionis materia in Decisione declaratur ad quæstionem de duobus electis in paritate votorum; An ij tantum, vel omnes ad nouam electionem admitti debeant? Hinc quando eligendi facultas per primam electionem remaneat consumpta? pluraque alia ad eamdem electionis materiam pertinentia declarantur.

Bonon. Fideicom. de Pancaldis. Ven. 19. Iunij 1643.

Argumentum 107.

Immissio in vim *l. final. Cod. de edit. D. Adr. Tollen.* est concedenda probanti omnia requisita ad id necessaria, nempè existentiam, & purificationem fideicommissi ad eius fauorem, possessionem testatoris de tempore obitus, & possessionem de præsenti Aduersariorum, & identitatem bonorum, etiam contra vsufructuarium dum ille citatus ad iudicium comparere neglexit.

Romana Supplementi Legitimæ. Lun. 22. Iun. 1643.

Argumentum 108.

Filia fœmina etiam dotata, hæres, & agnata testatoris excludit alteram filiam, sororem respectiuè pariter dotatam à Patre à supplemento legitimæ, quando ex Statuto prohibente huiusmodi supplementum peti posse ab hæredibus agnatis patris, vel aliunde non habetur certitudo, quod statuentes intellexerint de hærede agnato masculo, etiamsi agnationis ratio fuerit habita.

Anconitana Dotis. Merc. 1. Iulij 1643.

Argumentum 109.

Hæres mariti obligati ad dotis restitutionem non tenetur soluere mulieri aliqua interusuria stante deposito ipsius dotis facto de ordine Iudicis, quod eo magis procedit, si & ipsa mulier, quæ dotis erat creditrix, etiam erat debitrix de aliquibus bonis viri ad ipsam peruentis, quæ per illam ante dotis restitutionem eisdem hæredibus consignari debebant, hinc de deposito, & oblatione dicuntur plura.

Fanen. Dotis. Mercurij 1. Iulij 1643.

Argumentum 110

Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria non est exequendum in bonis fideicommissarijs, & leuiores probationes admittuntur ad effectum impediendi executionem in bonis à tertio possessis.

Romana Legati. Mercurij 1. Iulij 1643.

Argumentum 111.

Manutentio in quasi possessione exigendi annuum Legatum est concedenda petenti attentis solutionibus continuatis, etiamsi solutiones fuerint factæ sine præiudicio iurium suorum quoties ista clausula, fuit apposita à parte sponte soluente, nõ autẽ à Iudice præsertim quando quasi possessio exigendi est nixa testamento.

Barchinonen. Legati Pij. Merc. 1. Iulij 1643.

Argumentum 112.

Arbitrium in executione Breuis Apostolici licet reguletur à iure secundum cuius dispositionem Breue Apostolicum, est exequendum, si tamen Breue emanauerit cum clausula dummodo, & si credatur conditionale, sufficit, si adsit solus fumus, & probabilis dubitatio non adimpletæ conditionis ad effectum retardãdi illius executionem.

Barchinon. Beneficij. Mercurij 1. Iulij 1643.

Argumentum 113.

Possessio sine vacans, siue attentata debet sequestrari de stylo Rotæ. Appellatio datur ab institutione, quando fuit iudicialiter processum, & quando dicatur iudicialiter processum?

Barchinonen. Iurispatronatus. Merc. 1. Iulij 1643.

Argumentum 114.

Beneficium de iurepatronatus resignatum ad effectũ permutationis contradicente patrono dicitur vacans nec prouisus ab Ordinario eiusdem collationem obtinet, sed subsequenter præsentatus à Patrono, & quando huiusmodi resignatio habeat in se implicitum statum valitatis, & quando sit nulla ipso iure & quando Patronus per lapsum termini ad præsentandum dicatur cecidisse à iure præsentandi?

Bar-

Burgen. Decimarum . Ven.13. Nouembr.1643.
Argumentum 115.

Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas est concedendum probanti possessionem immemorabilem, etiam non exhibito titulo contra Parochum, & qualitèr immemorabilis probata dicatur ? & an titulus sit necessarius ad hunc effectum manutentionis, si agatur contra Beneficiatos, & contra Parochum, & quando cum Parocho debeat titulus exhiberi.

Nepesina Tutelæ . Ven.13. Nouembr.1643.
Argumentum 116.

Iudicium tutelæ de sui natura celeritatem desiderat ob indemnitatem pupilli, & ne iudicium reddatur inane illud protrahendo vsque ad tempus pubertatis.

Romana Domus . Lunę 16. Nouembris 1643.
Argumentum 117.

Immissio non est concedenda vocatis ad Fideicommissum in possessionem domus alienatæ per Administratorem hæreditatis à fideicommittente deputatum ex causa extinctionis debitorum testatoris cum subsequenti derogatione fideicommissi, & qualiter probetur adfuisse huiusmodi debita testatoris, & ex prætio extracto fuisse pariter extracta, & quando emptor bonorum fideicommissariorum ex causa necessaria alienatorum teneatur esse sollicitus de versione pretij in dictam causam, ad effectum, vt venditio eidem vendenti noceat, & successiuè ad fideicommissum vocatis

Viterbien. Pecuniaria . Lunæ 14. Decemb.1643.
Argumentum 118.

Via executiua potest contra tertium procedi, quando alienatio fuit facta de omnibus bonis debitoris lite pendente, & vtraque pars habuit notitiam litis, & qualiter notitia litis probetur ? Societas inita cum Patre quomodo possit continuare in filium hæredem pupillum ? Pecunia licet proueniat ex capitali fundaci; dum non probatur illam fuisse inuestitam, nec tantum lucrum inde percipi solitum, sed mediante transactione fuerit translata in purum creditum ex illa nulli fructus debentur.

Romana de Mellinis . Ven.15. Ianuarij 1644.
Argumentum 119.

Filij in conditione positi ex statuto Vrbis censentur solummodo vocati ad portionem patris non autem patrui, nisi vehementes pro vocatione ad portionem patrui concurrant coniecturę, & quę nã coniecturę in casu decisionis reputentur insufficientes & irreleuantes ?

Tudertina Iuspatronatus . Ven.19. Februarij 1644.
Argumentum 120.

Iuspatronatus, quod ex reseruatione Pontificis erat acquirendum per refectionem, & restaurationem Ecclesiæ non dicitur acquisitum per solam restaurationem nisi probetur reædificatio Ecclesiæ, quæ ita debet esse diruta, vt indigeat noua consecratione, & ad acquisitionem Iurispatronatus Ecclesiæ, quid requiratur ? vbi quod sublata probatione nouæ reædificationis reseruatio Iurispatronatus remanet ex mero priuilegio, quod reuocatur per constitutionem Innocent. VIII. de qua in decisione per quam expressè reuocantur omnia iura patronatus ijs concessa, qui Ecclesias reparassent, dummodo non omnino, ac funditus dirutas reædificassent, & quænam Iura patronatus cadant sub dicta reuocatione, & quando Iuspatronatus ex præsentationibus dicatur probatum, & quomodo, probari debeat maximè à potentibus, in quibus potest esse præsumptio vsurpationis.

Cæsaraugustana Parochialis de Maella . Merc.24. Febr.1644. *Argumentum* 121.

Quomodo, & quando agitari debeat processus per audientiam contradictarum contra eum, qui in principio causæ fuit personalitér citatus vbi etiam de habente recursu ad Iudices Laycos, vel alias se citari impedientem, quod scilicet habeatur pro legitimè citato.

Romana Pensionis, seu Expensarum. Ven.26. Febr.1644.
Argumentum 122.

Obligatus in Instrumento vigore obligationis Cameralis ad reficienda damna, interesse, & expensas, tenetur solummodo ad solutionem pro expensis iudicialibus non autem pro alijs.

Romana de Alexijs . Lunæ 29. Februarij 1644.
Argumentum 123.

Interesse ad effectum, vt quis sit admittendus ad causam sufficit, quod summariè constet, immò pet possibile, & apparenter. Regula filius ergò hæres procedit agendo, non autem excipiendo.

Cesenaten. Census . Ven.11. Martij 1644.
Argumentum 124.

Excessus etiam si in minimo consistat vitiat sententiam in totum, & nullitas proueniens ex hoc excessu influit etiam in omnes alios actus subsecutos pro executione huiusmodi sententiæ stante clausula si quid exequendum, quando possit ostendi à reo ex nouiter deductis.

Valentina Parochialis . Ven.8. Aprilis 1644.
Argumentum 125.

Discrepantia, vbi inter litteras Apostolicas, & registrum Datariæ inuenitur semper attenditur registrum, cum Datarius, eiusque libri non possint argui de mendacio, conditio apposita in mandato ad resignandum debet adimpleri, vt resignatio valeat, quamuis fuerit concepta cum clausula *Si Sanctissimo placuerit*.

Romana Supplementi Legitimæ . Ven.15 Aprilis 1644.
Argumentum 126.

Statutum Vrbis *lib.1. cap.14.* prohibens filię à Patre dotatæ supplementum legitimæ intelligendum venit, pro vt etiam omnia similia statuta, quando adsunt masculi, & sic quatenus agatur de conseruandis bonis in agnatione, ideoque quatenus non adsunt masculi, & solum adessent filiæ tunc tamquam deficiente statuti fundamento, necesse est, vt corruat quoque statuti dispositio.

Meleuitana Hæreditatis . Ven.15. Februarij 1644.
Argumentum 127.

Cum non solum iuris, sed ipsius naturæ præsumptio sit quemlibet esse sanæ mentis, qui dicit testatorem non fuisse talem exactissimæ, & liquidissimæ probationis onere grauatur, & præcisè de tempore, quo suum condidit testamentum, & quomodo hoc dicatur probatum ad istum effectum ?

Naulen. Parochialis . Lunæ 18. Aprilis 1644.
Argumentum 128.

Resignatio Beneficij facta ab eo, qui non habet, vndè se alat nullam inducit vacatiouem ob resistentiam Conc. Trid. sess.21. de reform. prout neque possessio, & dominium ammittitur per resignationem factam Ignaro Episcopo, coram solo Notario, antequam ab Episcopo fuerit acceptata. Ordinarius qui collationem non facit intra tempus à Constitutione Piana, & Sacr. Concil. Trident. præfixum, quando excusetur ab ignorantia vacationis, ad effectum, vt prouisio Beneficij non deuoluat ad Sedem Apostolicam, & quando scire teneatur ?

Æsina Census . Mercurij 27. Aprilis 1644.
Argumentum 129.

In tertium redimentem censum pro alio, an actiones transeant translatinè, vel extinctiuè. Verba cessit, concessit, & transtulit, licet importent veram traslationem, tamen secundum subiectam materiam sunt intelligenda.

Roma-

Immissio in vim Saluiani competit creditori super bonis debitoris, licet bona sint emphyteutica prohibita quo quomodo vendi, aut alienari irrequisito proprietario sub pœna caducitatis, licet prohibita etiam esset hypotheca, & quare? & ex quanam prohibitione alienationis censeatur etiam prohibita hypoteca? In feudo, primogenitura, vel emphyteusi ex pacto, & prouidentia licet per mortem vocati, vel emphyteutæ resoluatur etiam, & extinguatur ius creditorum, secus tamen est, quando emphyteusis est merè hæreditaria acquisita à laicis pro se, & hæredibus titulo oneroso, in qua primus acquirens potest illius fructus, nedum eius vita durante, sed perpetuò obligare, & hypothecare in præiudicium emphyteutæ, & quorũcumque hæredum, & successorum ab eo causam habentium, & an hoc procedat tantum in hærede, & successore vniuersali, non autem in tertio, & successore singulari, & quando? & an per huiusmodi immissionem tangatur substantia rei, aut directum dominium, & quandiu creditor immissione fruatur sub generali obligatione bonorum, quod veniant fructus pendentes, & futuri, quando procedat, & in quibus fructibus, & quid comprehendatur sub huiusmodi generali obligatione?

Romana Subhastationis de Alexijs. Lun. 12. Dec. 1644.

Argumentum 145.

Contra Tertium creditorem non potest ab altero creditore executiuè procedi ad subhastationem, & deliberationem bonorum communis debitoris etiam ad effectum illum satisfaciendi ex pretio extracto de suo credito, quando creditor est in possessione bonorum, & allegat illa possidere non iure pignoris, sed pleno iure proprietatis, & ad istum effectum sufficit, quod ipse reperiatur in possessione, & titulum alleget, absq; eo quod habeat necesse illum iustificare.

Valentina Parochialis. Ven. 13. Iannar. 1645.

Argumentum 146.

Resignatio deficiente consensu Pontificis supplicationẽ signantis, & eiusdemmet resignantis redditur omnino nulla, & ex quibus defectus huiusmodi consensus tam in Pontifice, quam in ipsomet resignante colligatur?

Iannen. Legati. Luna 16. Ianuary 1645.

Argumentum 147.

Mandatum excedens in parte annullatur in totum propter eius indiuiditatem in legato, vbi est facta mentio simpliciter de scutis intelligitur de scutis monetæ librarum quatuor, tamquam exiguioribus, & multa de valore, & variatione monetæ. Statutum, quando comprehendat forenses, & quando præscriptio statutaria contra ipsos allegari possit, & quando ab illa excusentur, vel interrupta dicatur?

Romana seu Anagnina Saluiani. Lun. 16. Ian. 1645.

Argumentum 148.

Saluianum non potest denegari Creditori hæredis non reddentis rationem bonorum hæreditariorum aduersus emptorem causam habentem ab eodem hærede concurrentibus tamen solitis requisitis pro obtinenda immissione. Hæres beneficiatus quo casu iuuari nequeat beneficio inuentarij?

Leodien. Decimarum. Luna 23. Ianu. 1645.

Argumentum 149.

Declaratoriæ locus est contra non parentem executorialibus Rotæ, si executoriales fuerunt in partibus personaliter intimatæ, & productæ, & seruatis solitis terminis, & ex quibus innobedientia probetur?

Leopolien. Censurarum. Ven. 27. Ian. 1645.

Argumentum 150.

Sententia lata vltra mandatum, & à non Iudice est notoriè nulla, & quando Iudex dicatur excedere iurisdictionem sibi in commissione attributam? Hospitale potest à laicis erigi propria authoritate & illud tamquam laicale non est subiectum Ordinario, nec Canonicis. Ab excommunicatione datur absolutio ad cauthelam, quando quis allegat excommunicationem, esse nullam, & quare? secus autem si excommunicatus intendit excommunicationem iniustam, quia tunc absolutio est necessaria.

Gerunden. Beneficij. Merc. 1. Febr. 1645.

Argumentum 151.

Possessio Beneficij licet capta in exequutione litterarum Apostolicarũ si fuit capta lite pendente est attentata, & super ea apponi debet sequestrum, & quando non sufficit generale mandatum Procuræ; Si Procurator attentauerit in præiudicium Principalis sed opus est speciali mandato ad capiendam possessionẽ, vbi agitur de attentatis.

Romana Pratensi fideicom. de Strozzis. Ven. 27. Februarij 1645. *Argumentum* 152.

Recognitio manus per comparationem fieri debet iuxta formam traditam in §. *Si verò authentic. de instrument. caut. & fid.* & recognitio aliter facta nulla est, & inualida. Iudex compulsor nequit recognitionem scripturarum facere per comparationem. Recognitio scripturarum facta postquam Iudex compulsor fuit suspectus allegatus est attentata. Pro recognitione scripturę antiquę, an & quãdo adminicula nõ sint attendenda?

Cesaraugustana Distributionũ, seu Attentatorum.

Veneris 9. February 1645.

Argumentum 153.

Reuocatio Statuti facta à Canonicis, & Capitulo hanc potestatem habentibus lite contra ipsos iam introducta, & pendente, vel inhibitione Rotali est omnino attentata, vel sit iusta, vel iniusta inhibitio, & tamquam talis venit reuocanda à Rota in spretum iurisdictionis, vbi reuocari non posset ad instantiam partis, quæ absque exceptione attentatorum passa fuisset discuti principale negotium.

Bituntina Iurispatronatus, Ven. 10. Marty 1645.

Argumentum 154.

Possessio cui tamquam attentata fuit appositum sequestrum, non potest ab Ordinario denuo concedi attentanti, nec potest cogi sequestratarius ad consignationem fructuum in spretum inhibitionis Rotalis sequestri, & litis pendentiæ absque vitio attentatorum, nec procedere ad executionem literarum super benefitio, quarum cognitio spectat ad Rotam, si habita fuit notitia sequestri, quo in casu firmo remanente sequestro danda est declaratoria.

Ciuitaten. Archipresbyteratus. Ven. 24. Mart. 1645.

Argumentum 155.

Mandatum de manutenendo conceditur probanti anteriorem possessionem beneficij captam in vim sententiæ exequutoris deputati in literis Apostolicis, non obstante quod Ecclesiæ fuerint vnitę, dummodo beneficia, quæ ab Ecclesia constituunt corpus separatum non sint vnita, quod procedit etiam non citato Episcopo possessore Beneficij, dum non constabat de illius possessione, neque suspicari poterat, vbi quod Episcopus non potest occupare bona beneficij vacantis, nec sibi fructus applicare sine causa, & licentia Papæ, & ad quid tenetur? Mandatum procuræ ex quibus pręsumatur in Procuratore, & an sufficiat mãdatum præsumptum, vbi pars opponit de legitimatione Procuratoris? vbi quod per actus in contrarium gestos censetur recessum ab oppositione legitimi Procuratoris non facta potestatione in omnibus actis.

Fulginaten. Parochialis. Ven. 24. Martij 1645.

Argumentum 156.

Manu-

possit contra hæredes etiam beneficiatos exequi stantibus totum debitis, cum hæreditate defuncti, non obstante, quod in inuentario rationem reddiderint, & ostendant se soluisse creditoribus defuncti, si ēd non constat, nisi per simplices quietantias nec iustificetur debitum defuncti, & si solutiones fuerunt factæ posterioribus, habita per hæredes notitia de anterioribus creditoribus hæreditatis, & ex quibus probetur scientia anterioris creditoris in hærede, & quando ipse soluendo primo venientibus liberetur? & quando pariter tradendo bona stabilia creditoribus in inuentario descripta vlterius molestari non possit.

Romana, seu Nepesina Tutelæ. Ven. 23. Iunij 1645.

Argumentum 168.

Mandatum pro quibus partitis contra Tutorem relaxari in redditione rationis, & liber qui non est tentus legaliter, nec distinctè continet data, & accepta sed omnia in confuso absque expressione causæ, & diei, quando probet tantummodò contra scribentem, ad eius autem fauorem nullū faciat gradus probationis.

Cæsaraugustana Distributionum, seu Attentatorum. Lunæ 26. Iunij 1645. Argumentum 169.

Statutum reuocari non potest à Canonicis pendente lite super facultate reuocandi, licet directè, & explicitè lis non fuerit mota super huiusmodi facultate, sed tantum implicitè, & indirectè, clausula, *Quam, & quas*, & cum clausula *Cum annexis, & connexis, & incidentibus* quid operetur in commissione, & ex quibus non admittitur in Attentante executio, ad effectum reuocationis Attentatorum.

Comen. Expensarum. Lunæ 26. Iunij 1645.

Argumentum 170.

Taxatio expensarum quando sit excessiua, & quæ expensæ reficiantur parti de stylo Rotæ, & quodnam pariter sit Procuratoris, & Aduocati salarium pro causæ propositione, & quando cessio & renuntiatio litis suffragetur ad effectum euitandi condemnationē in expensis?

Toletana Canonicatus, seu Pœnitentiariæ. Merc. 28. Iunij 1645. Argumentorum 171.

Mandatum procuræ continens clausulam amplissimam ad lites reputatur generale non obstante quod post generalitatem sit adiecta clausula specialis quoad aliquod certum negotium salarium non conuentum licet à Procuratore peti non possit actione ex locato & conducto potest tamen implorari officium Iudicis pro constitutione mercedis.

Bonon. Rescissionis contractus. Merc. 28. Iunij 1645.

Argumentum 172.

Mandatum de manutenendo conceditur possidenti Authore Prætore, ritè, & rectè procedente in concursu etiam anterioris possessoris non obstante, quod possessio fuerit capta post commissam appellationem, quoties Iudicium secundo loco intentatum est à primo diuersum, & ad effectum attentatorum, quando dicatur constare de diuersitate Iudicij? non obstante quod in commissione fuerit apposita clausula, *Quam, & quas* cum toto negotio principali, & quando attentata censeantur remissa? Procurator quando dicatur nulliter constitutus, & ex quibus in eo resultet præsumptum mandatum? Sententia an, & quando fecerit transitum in iudicatum ob non interpositionē, & prosecutionem appellationis, & constet de re iudicata?

Ciuitaten. Archipresbyteratus. Lun. 3. Iulij 1645.

Argumentum 173.

Mandatum de manutenendo in possessione Archipresbyteratus conceditur in concursu prouiso Apostolico contra anteriorem possessorem, cuius possessio remanet infecta decreto irritanti, nec est manutenibilis, & in quibus dignitatibus decretum irritans vindicet sibi locum? Episcopus licet possit vnire beneficia reseruata, reseruatio tamen suspendit illius effectum pro toto tempore quo durat prouisio Apostolica, & quæ beneficia reseruata possit Episcopus vnire, & quarum dignitatum possessio sit capitulariter capienda, & quid attendatur ad hunc effectum.

Bononien. Legati. Lunæ 3. Iulij 1645.

Argumentum 174.

Plura in hac decisione habentur in materia dotis, & quando eius conditio possit per pactum fieri aliquo modo deterior.

Terulen. Beneficij. Lunæ 3. Iulij 1645.

Argumentum 175.

Impetratio absolutionis à censuris ex quibus dicatur subreptitia, & quando impetrans absolui non possit à censura, quam non expressit licet petierit in genere absolutionem à censuris stante clausula, *Parito Breui* in commissione apposita? Oblatio fructuum non sufficit, sed illi veniunt integraliter restituendi absq; alia assignatione termini ad illos liquidandos, si à Iudice prius taxati fuerunt, non obstante appellatione interposita ab excessiua illorum taxatione.

Vercellen. Decimarum. Lunæ 13. Nouembr. 1645.

Argumentum 176.

Pro Decimis exigendis ille habet fundatam intentionem de iure, qui obtinuit sententiam ad statum in Iudicatum transactam maximè si non agat pro decimis contra habentes curam Animarum, quo casu leuiores requiruntur probationes, & sufficit quasi possessio ad fundandam intentionem. Priuilegia concessa à Pontifice pro exemptione decimarum, quando, & in quibus decimis locum habeant? Quadragenaria præscriptio non soluendi decimas, quando non dicatur probata, & quid requiratur ad hoc, vt alteri præindicet, & quid sufficiat ad excludendum probationē negatiuæ? Statuta laicorum facta, cum assensu Pontificis, & ab eo confirmata ligant etiam personas Ecclesiasticas. Acta vt realiter dicantur transportata quid requiratur?

Anconitana Dotis. Ven. 1. Decembris 1645.

Argumentum 177.

Debitor stantibus oblationibus debiti, & recusatione creditoris liberatur à mora per depositum summæ liquidatæ, & pro debito non liquido nunquam dicitur in mora, vbi quod mora non incurritur à debitore totum debitum negante, si creditor ab eo plus debito petat etiam quod solutioni sit dies præfixa, & neque summam veram debitam soluerit, si illam Creditor non erat accepturus teneatur creditor depositare.

Romana Fructuum Census. Lunæ 11. Decembr. 1645.

Argumentum 178.

Sub dispositione facta à debitore in testamento, vt soluātur eius debita, an ea veniant comprehensa, quorum causa tantum naturaliter tenebatur, creditor an habeat obligatum debitorem debitoris, & quæ præscriptio requiratur in censibus?

Romana de Mellinis. Veneris 17. Decembr. 1645.

Argumentum 179.

Filius per legitimationem amplissimam restitutus, & habilitatus ad succedendum, quando substitutum excludat? Immissionem fideicommissario, quænam detractiones impediant, & quid requiratur ad hoc, vt alienationes dicantur æquare detractiones?

Hispalen. Decimarum de Baraona. Ven. 12. Ian. 1646.

Argumentum 180.

Manutentio in quasi possessione exigendi decimas datur probanti quasi possessionem ante, & de tempore motæ litis, & qualiter huiusmodi quasi possessio dicatur probata? Testes quinam in concursu veniant præfe-

ren-

cere

cere ea quæ sunt iurisdictionis, non tamen potest excommunicatus publicè grauatus, & reagrauatus, & quamuis possessio ab excommunicato capi possit non tamen quis cc eitur, nec ob id possessio aliter capta vitiatur. Aggrauatoria continet in sui ventre arctissimam prohibitionem non participandi, vel alloquendi cum aggrauatis sub pœna excommunicationis.

Auenionen. Dilapidationis bonorũ. Ven. 2. Mart. 1646.

Argumentum 192.

Remissoria etiam in causa prophana, & in gradu restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, cessante fumo releuantiæ, & concurrente vehementi suspicione calumniæ denegatur, & ex quibus huiusmodi suspicio resultet?

Leopolien. Administrationis Hospitalis. Merc. 14. Martij 1646. *Argumentum* 193.

Hospitalis cura, & gubernium Fundatoribus, seu Dotatoribus competit, quod pariter si fuerit acceptatum sub Regia aliqua protectione, & fuerit Regijs priuilegijs exemptum non subiacet potestati Ordinarij, nec proinde visitari potest ab Episcopo, Vicario, vel Canonicis, eius tamen administrationis ratio reddi debet quot annis in manibus Ordinarij, nisi aliter in limine erectionis fuerit cautum, & si aliquo priuilegio alijs ratio reddi debeat, numquam intelligitur priuatiuè, quoad ordinarium, sed simul ipse cum alijs adhiberi debet. Hæc decisio in hac parte tantum recedit à decisis in alia Leopolien. Administrationis Hospitalis.

Hispalen. Decimarum de Baraona. Ven. 16. Mart. 1646.

Argumentum 194.

Capitulum ratione generalis, & perpetuæ administrationis redituum, & decimarum, quam exercet vice Episcopi habet pro illarum exactione fundatam intentionem de iure, adiuncta præsertim obseruantia antiqua, & pacifica possessione exigendi, vsque ad diem motæ litis, quæ titulum, & illius iustificationem supponit, non obstantibus priuilegijs super illarum exemptione, in quibus non legatur expressa derogatio *cap. Nup. de Decimis*; Priuilegium super exemptione decimarum generaliter concessum debet intelligi de decimis extraordinarijs quę à Pontificibus, Legatis, vel Nuntijs imponuntur super introductione, & extractione non autem de ordinarijs decimis, quæ debentur de iure Diuino.

Vladislauien. Villæ de Hoppenburch. Ven. 13. Apr. 1646.

Argumentum 195.

Probans vtile dominium debet manuteneri ad statum in quo reperitur de tempore motæ litis, & ex quibus ad hunc effectum dominium vtile sufficienter probetur, etiam quod à Domino directo emphyteusis deuoluta prætenderetur ex sententia lata in spretum inhibitionis. Et post quam Iudex fuerat iuratus suspectus, quę tamquam attentate lata non priuauit emphyteutam possessione eius vtilis dominij, & quando Episcopus possit iurari suspectus? Monasterium ad effectum ne incurrat deuolutionem & caducitatem quid sufficiat. Negatiua quasi possessionis non soluendi Canones, quomodo probari possit? Exceptio deuolutionis sufficit, quod lit turbida ad effectum, vt reijciatur ad petitorium, & denegari non possit manutentio emphyteutæ quasi possessionē probanti super vtili domino:

Ferrarien. Archidiaconatus. Ven. 20. Apr. 1646.

Argumentum 196.

Impetrans à Sede Apostolica mandatum de prouidendo super beneficio de iurepatronatus cum clausula, *præuio consensu patronorum*, vel illorum maioris partis, si postea literis non expeditis ad Ordinarium recurrat, & ab eo fuerit institutus etiam cum voto omniũ patronorum, illa institutio non tenet ex Constitutione Iulij III. & quando intret dictæ Constitutionis dispositio, & in concursu præfertur alter prouisus Apostolicus à medietate patronorum præsentatus cum derogatione apposita dummodo, & quatenus idoneus reperiatur, & an ista clausula, *sit conditionalis*, vel pura. Clausula, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, quod ius præseruet, & quid operetur? literæ super beneficij prouisione, quando dicantur super omnibus narratis iustificatæ?

Romana Quarti Dotalis. Ven. 27. Aprilis 1646.

Argumentum 197.

Filius primi matrimonij executiuè agere potest pro consequutione Quarti dotalis contra secundum virum, cui mater transiens ad secundas nuptias dotem tradiderat computato in ea dicto Quarto.

Senogallien. Pradij. Ven. 4. Maij 1646.

Argumentum 198.

Non indiget.

Geruden. Beneficij. Ven. 4. Maij 1646.

Argumentum 199.

Sequestrum super possessione capta lite pendente tamquam attentata, apponi debet, & ex quibus attentata resultent? mandatum Procuræ præsumitur ex actis per Procuratorem factis in quibus erat necessaria aliqua impensa, & in quibus casibus mandatum præsumptum sufficiat, & ex quibus actibus præsumatur?

Romana Fructuum Census. Luna 7. Maij 1646.

Argumentum 200.

An Procuratore adueudendum Constituto cum quibusdam solemnitatibus seruari solitis in venditionibus opus sit in actu venditionis iterum solemnitates adhibere, & quando talis Procurator possit habere fidem de pretio, & reseruatio domiuij in venditione apposita, quid operetur?

Auenionen. Dilapidationis Bonorũ. Lun. 7. Maij 1646.

Argumentum 201.

Remissoria in causa profana etiam sine fumo, data articulorum releuantia denegari non solet in qualibet instantia, & quando de releuantia dicatur constare? Suspicio calumniæ ad impediendam remissoriam quænam requiratur? & an per suspicionem calumniæ denegetur remissoria, data articulorum releuantia. Inuerisimilitudo, quoad alios non impedit remissoriam super omnibus, & ex quibus remissoria in gradu restitutionis in integrum denegari non soleat? Hæc decisio recedit à decisis in hac eadem secunda Martij præsentis anni, quæ supra.

Valentina Parochialis. Ven. 18. Maij 1646.

Argumentum 202.

Procurator habens mandatum ad resignandum potest illud implere per æquipollens, nec est necesse quod Pontifici exprimat onus beneficij perpetuum, & dicitur illud satis impleuisse, si cæteras conditiones in eo per resignantem appositas Pontifici narrauerit, illasque Papa deleuerit, & quando teneatur diligentias renouare? Resignatio autem deletis à Papa conditionibus in ea appositis, non dicitur nulla ex defectu consensus in resignante, quando resignans illas apposuit in resignatione cum clausula, *Si Sanctissimo placuerit, nec alias, aliter, nec alia modo.*

Bononien. Legati. Ven. 18. Maij 1646.

Argumentum 203.

Legatum quando dicatur purè relictum, & non sub negatiua conditione si sine filij? conscriptio Notarij inducens contrarietatem dispositionis imputatur eius imperitiæ, & malæ latinitati. Pactum de non petendo legatum durante vita duorum cum copula, & altero præmortuo vno, sit locus petitioni illius portionis, altero superuiuente?

Cæsaraugustanà Distributionum, seu Attentatorum.
Ven.25.Maij 1646. Argumentum 204.

Declaratoria, quando sit danda contra Contumaces, & non parentes literis exequutorialibus Rotæ, & quæ requirantur adhuc effectum, & an intimatio dictarū literarum facta per alium quam, per cursorem, & Nuncium publicum suffragetur, & quando facta probetur intimatio ex attestatione Notarij absque relatione Cursoris? De paritione mandati de manutenēdo in possessione exigendi, an per aliquas solutiones dicatur constare declaratoria quādo est consequutiua possessorij impediri non debet per litis pendentiam, in petitorio, & quando petitur pro reuocatione sententiæ, donec constet de integra eorum purgatione, attentans audiri non debet.

Fulginaten.Parochialis. Ven. 25. Maij 1646.
Argumentum 205.

Gratia si neutri quando dicatur iustificata, & quænam requirantur? Renuntians liti, non censetur donasse, sed agnouisse sibi nullum ius competere in re controuersa. Valor beneficij narratus per non excessum qualiter iustificetur.

Romana Pensionis. Merc.30. Maij 1646.
Argumentum 206.

Valor beneficij narratus in gratia reseruationis pensionis præsumitur iustificatus ex continuatis solutionibus per 29. annos etiam ad effectum petitorij, concurrentibus adminiculis, licet alias requiratur exactio pensionis per 30. annos continuatos, & quænam adminicula suffragentur adhuc effectum, & qualiter valor narratus in reseruatione pensionis probari debeat?

Romana Pensionis. Merc.30.Maij 1646.
Argumentum 207.

Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem, conceditur Pensionario probanti quasi possessionem etiam ex vnica solutione sibi facta à Titulari antecessore non obstante sententia emanata super nullitate pensionis, & in iudicatum transacta, quando Pensionarius aduersus eam fuit in integrum restitutus, & ex quibus quasi possessio dicatur sufficienter probata?

Romana de Lusegbis. Luna 4. Iunij 1646.
Argumentum 208.

Assignatio alicuius corporis ex bonis communis debitoris non determinate pro credito infuturum declarando, in quam causam cedere debeat. Sequuta declaratione crediti? Compensatio ad euitandum cursum vsurarum fit ipso iure non expectata partis oppositione. Item quando concurrit præiudicium aliorum creditorum lex inducit compensationem vsque ab initio etiam non oppositam.

Fulginaten. Dotis. Luna 4. Iunij 1646.
Argumentum 209.

Instrumentum dotale vallatum obligatione Camerali habet executionem paratam. Præscriptio crediti dotalis, quando contra mulierem currere incipiat, & contra instrumentum iuratum, quænam præscriptio requiratur, & an possit ab eo inchoari, qui sciebat se debitorem, stante eius mala fide, & an incepta per defunctum possit compleri ab hæreditate iacente, & an per hæreditate iacentē possit inchoari præscriptio?

Romana, seu Nepesina Tutelæ. Ven.8. Iunij 1646.
Argumentum 210.

Tutor non reddit sufficientem rationem de administratis ab eo exhibendo liberculum eius manu conscriptū inordinatè tentum, in quo partitæ sunt in confuso adnotatæ absque appositione causæ, diei, mensis, & anni, sed tenetur exhibere librum Tutelarem, qui si probetur penès eum extare, nec illum exhibeat, præsumitur facere contra ipsum, & censetur Tutor illum dolosè occultare.

Tiburtina Saluiani. Ven. 8. Iunij 1646.
Argumentum 211.

In iudicio Saluiani, quænam extrema sint necessario probanda, & ex quibus sufficienter probentur? Emptor quando contra Tertium creditorem posteriorem dicatur successisse in iuribus anterioris creditoris, & an habeat retentionem, & pro qua summa? Vxor præstans consensum in alienatione à viro facta, non dicitur transtulisse in emptorem sua iura dotalia, sed renuntiasse simpliciter hypotecæ, quæ sibi competebat super re vendita, ad maiorem cautelam emptoris, maximè si pretium, non peruenerit ad eiusdem manus, sed integraliter fuerit viro solutum.

Bononien. Nullitatis Concordiæ. Merc.13. Iunij 1646.
Argumentum 212.

Transactio facta ex falso supposito super re certa, & nihil hinc inde dato, vel remisso non sustinetur promittens soluere infra certum tempus summam pecuniarum pro francatione, & extinctione census, & interim respondere de fructibus post elapsum tempus, si factū ad quod obligatus non adimpleuit, tenetur ad solutionem fructuum loco damnorum, & interesse. Solutio, ex quibus dicatur cessisse in solutionem fructuum, non autem in extinctionem sortis?

Cremonen. Parochialis. Ven.15.Iunij 1646.
Argumentum 213.

Remissoria in causa beneficiali non conceditur nisi concurrat fumus futuræ probationis, maximè si materia articulata tendat ad probationem delicti, & in hoc fumus resultans ex testibus nulliter examinatis sufficiat, & quid requiratur? prout neque conceditur remissoria, vbi oriatur timor subornationis Testium, & ex quibus huiusmodi subornatio timeri possit, & quid sit agendum circa examen Testium, quando timetur illorum subornatio? Remissoria non conceditur, quando petitur ad retardandum summarijssimum possessorium.

Bononien. Attentatorum. Luna 18. Iunij 1646.
Argumentum 214.

Possessio capta post inhibitionem siue iustam, siue iniustam tamquam attentata debet reuocari, & simplex commissio Signaturæ operatur, vt omnia à principio gesta sint attentata regula, quod qui continuat, non attentat quomodo sit intelligenda, & in quibus terminis procedat?

Romana Fructuum Census. Ven.22. Iunij 1646.
Argumentum 215.

Solutioni si fuit certa forma imposita soluens non liberatur, illa ad vnguem non seruata, etiam quod solutio idem fuerit facta, cum quo contractum fuit, si aliter fuerat in instrumento conuentum, & multo magis, si non agebatur solum de interesse illius, qui solutionem recepit, sed etiam ab interesse alterius, cui ex contractu ius fuerat quæsitum, & quando forma solutionis possit adimpleri per æquipollens? Census licet ab hærede grauato fuerit acquisitus, post mortem fideicommittentis, attamen si fuit acquisitus ex præcepto Testatoris perindè habetur, ac si fuisset in hæreditate repertus de tempore obitus. Præscriptio à quo tempore incipiat currere contra fideicommissarium. Pactum de faciendo depositum ad effectum reinuestiendi in casu restitutionis sortis, nihil interest, quod non fuerit expressum in beneplacito Apostolico per Ecclesiam obtento in impositione Census, cum hoc liberè pendeat à facultate creditoris, nec sit Ecclesiæ præiudiciale, cum eadem facilitate fiat depositum pro reinuestiendo, qua fieret solutio?

Pla-

Platentina Penſionis. Luna 25. Iunij 1646.

Argumentum 216.

Penſionarius an, & quando iuſtificare teneatur gratiam reſeruationis penſionis? & ab onere iuſtificationis releuatur ſi eſt in poſſeſſione exigendi per 30. annos.

Romana Fideirommiſſi de Spiritibus. Merc. 4. Iul. 1646.

Argumentum 217.

Sententia exceſſiua quando non fuit exequntioni demandata non eſt nulla in totum ſed poteſt in gradu appellationis de æquitate reformari. Melioramenta facta à Familio Familias præſumuntur facta ex pecunijs paternis, quoties non apparet de acquiſitione pecuniarum ex induſtria filij familias ac proinde eidem patrè melioramenta acquiſita dicuntur.

Cremonen. Parochialis. Merc. 4. Iulij 1646.

Argumentum 218.

Poſſeſſio apprehenſa per ocularem inſpectionem Tectorum, & Campanilis Eccleſiæ ab eo, qui fuit impeditus vi aliqua, ne caperet realem, & corporalem poſſeſſionem, ei ſuffragatur ad manutentionem obtinendam in concurſu alterius poſſeſſoris poſterioris, & quid requiratur ad hoc vt poſſeſſio dicatur legitimè apprehenſa?

Peruſina Parochialis. Merc. 4. Iuly 1646.

Argumentum 219.

Poſſeſſio Eccleſiæ dicitur vacua, quamuis Economus ſit deputatus cum is impedire manutentionem verò poſſeſſori, & prouiſo non valeat, ſed ibi tantum permaneat ad cuſtodiam, & tandiu poſſideat, quandiu aliquis de Eccleſia fuerit prouiſus.

Vladislauien. Villa de Hoppembruch. Mer. 4. Iul. 1646.

Argumentum 220.

Mandatum de manutenendo in quaſi in poſſeſſione vtilis Dominij conceditur probanti poſſeſſionem de tempore litis attentans antequam integraliter purgauerit attentata non eſt audiendus etiam ſuper manutentione, & attentata paſſus non cenſetur renunciaſſe Iudicio attentatorum patiendo diſcuti principale negocium, quando ipſe ſententiam fauorabilem reportauit, licet ſecus ſi ſuccubuerit.

Fanen. Dotis. Mercury 4. Iuly 1646.

Argumentum 221.

Vxor, licet *ex remed. Auth. reſq. Cod. communia delegat.* poſſit detrahere bona fideicommiſſo ſubiecta ex bonis Viri pro reſtitutione ſuarum dotium, hoc tamen procedit in ſubſidium bonis liberis non extantibus, quando mulieri incumbat onus probandi negatiuam non exiſtentię, & quando incumbat fideicommiſſario? Vxor hæres inſtituta ſub conditione quouſque vitam viduilem ſeruauerit, ſi tranſeat ad ſecunda vota, tenetur ad reſtitutionem integræ hæreditatis, & fructuum à die obitus Teſtatoris, perinde ac ſi numquam fuiſſet hæres inſtituta, & in quibus terminis cõditio affirmatiua *quouſque* reſoluatur in negatiuam, & quando non. Vxor ſoluens poſterioribus creditoribus de bonis, & pecunijs viri, ſibi præiudicat, itavt amplius regreſſum non habeat ad *remed. Auth. reſq. in* præiudicium Fideicommiſſarij.

Romana Supplementi Legitimæ Rota Memorialium.

Ven. 1. Iul. 1646. *Argumentum* 222.

Calculus factus à tertio calculatore per Iudicem electo facit probationem probatam, & habet paratam executionem non docto de errore, non obſtante quod calculator ab altera ex partibus fuerit ab initio allegatus ſuſpectus ſi poſt dictam allegationem ipſum denuo adiuerit, & ſua iura eidem expoſuerit tunc enim à dicta allegatione, & recuſatione receſſiſſe cenſetur?

Senogallien. Prędy. Merc. 12. Nouembr. 1646.

Argumentum 223.

Manutentio debita eſt poſſeſſori anteriori non obſtante deliberatione facta poſteriori poſſeſſori ab executore ſi illa eſt nulla, & innalida, & ex quibus nullitas elicitatur?

Romana Palatij. Luna 3. Decembris 1646.

Argumentum 224.

Manutentio danda eſt poſſeſſori ad limites mandari à Iudice conceſſi & iuxtà illius tenorem cenſetur capta poſſeſſio. Poſſidens cum alio pro indiuiſo poteſt totam rem locare quando tota eſt ſolita locari, & locatio eſt vtilis.

Cæſaraugustana Diſtributionũ. Luna 30. Iunij 1646.

Argumentum 225. Non indiget.

Caietana Bonorum. Luna 3. Decembris 1646.

Argumentum 226.

Citatio ad ſententiam concepta cum clauſula, *& deinde in antea cum continuatione*, cum protrahatur per duos, vel tres dies ſequentes efficit, vt ſententia intra dd. dies lata ſit valida. Emphiteuſis Eccleſiaſtica alienari nequit in extraneos non obſtantibus clauſulis, *ad habendum, & in perpetuum*, quia regulantur iuxta naturam emphyteuſis, & ſolum operari poſſunt quoad comprehenſos, non autem quoad alios.

Tridentina Parochialis. Merc. 5. Decemb. 1646.

Argumentum 227.

Gratia ſi neutri, quoad non ius impetrantis ſatis dicitur iuſtificata ex illiuſmet confeſſione, quo verò ad nõ ius alterius, ſi gratia eſt impetrata modo vacationis alternatiuè expreſſo, ſiue ob non publicationem litterarum in tempore, ſiue ex eo quod alia in Conſtitutione ſanct. mem. Grrgorij XIII. de publicandis reſignationis diſpoſita pars aduerſa non adimpleuerit, qualiter iuſtificata remaneat? Collatio Ordinarij eſt nulla ſi prædeceſſerit reſignatio in manibus Pontificis & Papa manus appoſuerit, etiamſi in reſignationem fuerit appoſita conditio, *dummodo reſignans habeat vnde poſſit ſe alere, & quis poſſit*, opponere de non iuſtificatione huius conditionis, & qualiter probata dicatur, & quando prouiſio Apoſtolica ob non publicatas litteras prouiſionis ſit nulla? vbi quod intra ſex menſes publicari debeat, & quid ſi Eccleſia ſit vltramontes, quod nam temporis ſpatium præſcribatur, & quando inter duos prouiſos is præferatur, qui in publicatione litterarum fuit diligentior, & quænam requirantur adimplenda ex ſupradicta Conſtitutione Gregorij XIII?

Vicen. Beneficij. Lunæ 10. Decembris 1646.

Argumentum 228.

Poſſeſſio quando eſt nulla ſemper apponitur ſequeſtrum collatio beneficij iuriſpatronatus facta vigore præſentationis intra terminum decem dierum ad opponendum eſt nulla, & infecta decreto irritanti, provt etiam capta pendente termino ad appellãdum, & ſubſequuta poſſeſſio eſt nulla, & de quo tempore terminus ad appellandum currere incipiat? Attentata poſt rem iudicatã non reuocantur, ſi executio fuit directa, ſecus autem ſi fuit obliqua, & quando hoc procedat?

Romana, ſeu Albanen. Bonorũ. Ven. 24. Decemb. 1646.

Argumentum 229.

Poſſeſſio bonorum ac locorum Montium probatur ex pluribus actibus poſſeſſorijs in deciſione recenſitis.

Valentina Parochialis. Merc. 23. Ian. 1647.

Argumentum 230.

Examen Teſtium licet de ſtylo Rotæ in curia denegari non ſoleat, tamen quando articuli ſunt irreleuantes, & calumnioſi etiam in Curia denegatur; ſi tamen articuli partim eſſent releuantes, & partim non releuantes ad conſulendum vtrique parti, admittuntur releuantes, reliqui verò calumnioſi, & impertinentes reijciuntur.

Romana

concessis decimis in dubio, Ius potius percipiendi fructus, quam ius ipsum decimandi censetur illis concessum, si autem explicitè ius ipsum decimandi, & ius percipiendi fructus concessum fuerit, concessio corruit in totum, nec sustinetur quoad ius percipiendi fructus, & quare? & an concesso iure decimandi, & lapsu longissimi temporis cum subsequuta obseruantia præsumatur beneplacitum Apostolicum, & quid vlterius requiratur?

Florentina Parochialis. Merc.26.Iunij 1647.

Argumentum 249.

Beneficium efficitur litigiosum, quando lis introducta est super titulo, & quid si super sola possessione? lis calumniosa non inducit vitium litigiosi.

Valentina Parochialis de Moncada. Ven.28.Iunij 1647.

Argumentum 250.

Literæ Apostolicæ quando sunt iustificatæ debent executioni demandari, nec per exceptiones requirentes altiorem indaginem debent retardari. Valor beneficij quando probetur. In reseruatione nouæ pensionis est facienda mentio antiquæ, quod fallit in pensionibus impositis à Concilio, quia sunt proprie onera non pensiones.

Reotina Vicariæ, Ven.28.Iunij 1647.

Argumentum 251.

Institutio debet fieri ad electionem, & nominationem Capituli, & Canonicorum cum approbatione Ordinarij, quando beneficium est vnitum Ecclesiæ Cathedrali, & licet Canonicis appellare à concursu per Episcopum indicto, & electio cum omnibus deinde gestis ab Episcopo post interpositam appellationem redditur attentata, nec sustinetur, quamuis Episcopus esset in quasi possessione eligendi, & continuare prætenderet absque vitio attentatorum, cum semper ei resistat decretum irritans appositum in Constitutione *Sanct. me. Py V.* & quando appellatio etiā extraiudicialis sit attendenda?

Burgen. Decimarum. Ven.28.Iunij 1647.

Argumentum 252.

Possessio immemorabilis, imò quadragenaria cum titulo, dat ius percipiendi decimas etiā in aliena Parochia?

Ianuen. Fructuum Dotis. Lunę 1. Iuly 1647.

Argumentum 253.

Tertius veniens ad causam, an debeat docere concludenter de interesse, vel solum colorate, & quando impediat executionem etiam rei iudicatæ?

Romana Fideicommissi de Spiritibus. Lunæ 1.Iul.1647.

Argumentum 254.

Expensæ factæ pro recuperatione, & defensione rei fideicommissariæ detrahuntur per hæredem grauatum. Quæ sint expensæ iudiciales, & quæ extraiudiciales, & an omnes reficiantur?

Compostellana Parochialis de Lynago. Lun.1.Iuly 1647.

Argumentum 255.

Ius Patronatus potest donari, sicuti etiam ius præsentandi consensus ordinarij sufficit quod superueniat post donationem, & ex quibus probetur pertinentia?

Cæsaraugustana Distributionum, seu Attentatorum.

Merc.13. Nouembr.1647. Argumentum 256.

Patet ex Summario.

Leodien. Beneficij: Merc.20.Nouembr.1647.

Argumentum 256.

Possessio anterior est manutenibilis in concursu posterioris captæ non citato anteriore possessore, quæ tamquā nulla, clandestina, & turbatiua non attenditur, & ex quibus possessio anterior probetur?

Calaguritana Beneficij de Cornago. Lun.27.Apr.1648.

Argumentum 257.

Remissoria ad effectum probandi per Testes id, quod per scripturas probari potest, semper denegari solet, non attenta articulorum releuantia, præsertim quando vltra vehementem calumniam, & timorem subornationis, concurrerent inuerisimilitudo, & improbabilitas materiæ articulatæ?

Romana Palatij. Lunæ 4. Maij 1648.

Argumentum 258.

Gesta post Indicialem inhibitionem, & citationem sunt attentata, & consequenter veniunt reuocanda, & quid si actus secundarius esset consequutiuus ad præcedentem non attentatum, & quid requiratur adhoc vt actus dicatur perfectus? Lis ad hoc vt substineatur non attenditur quid ad actorem spectet, sed quid ab eo fuerit petitum, ad effectum, vt lite pendente possit reus quoad proprium ius aliquid innouare absque vitio attentatorum; Sed sufficit totam rem fuisse effectam litigiosam. Lis super eadem re, & coram alio Iudice introduci non potest ab altero ex litigatoribus absque vitio attentatorum, & quando adhuc effectum dicatur eadem res, & eædem personæ. Commissio causæ cum Clausula, *Sine præiudicio* mandati de manutenendo non causat attentata quoad possidentem, & quid operetur?

Romana Quarti Dotalis. Lunę 11.Maij 1648.

Argumentum 259.

Obligatus in instrumento dotali ad restitutionem dotis potest executiuè conueniri nedum ex dispositione Statuti Vrbis, sed etiam ex obligatione Camerali in instromento appositę, & quando obligatio Cameralis tribuat viam exequutiuam pro ijs, quæ veniunt ex interpretatione iuris, vbi quod in constitutione dotis venit in necessariam consequentiam illius restitutio, & pro hac potest agi exequutiuè, & an hoc procedat solum fauore Vxoris, non autem fauore Tertij & quando? Dos quādo fuit constituta in pecunia, & postea assignata bona in fundum dotalem, an illa censeantur data insolutum pro quantitate promissa, vel censeantur assignata in fundum dotalem?

Papien. Archipresbyteratus. Lunæ 11.Maij 1648.

Argumentum 260.

Mandatum de manutenendo in possessione beneficij cōceditur Resignatario, qui possessionem ritè, & rectè fuit adeptus post factam resignationem, & à Pontifice admissam, non autem resignanti, etiamsi resignatio fuerit conditionalis, & resignans prætenderet non fuisse impletam conditionem, donec enim in petitorio cognoscatur de illius implemento debet resignatarius manuteneri.

Romana Subhastationis de Alexijs. Ven.15.Maij 1648.

Argumentum 261.

Creditor anterior possidens bona communis debitoris tantummodo iure pignoris, non potest impedire illorum subhastationem Creditoribus posterioribus si illa sequatur absque eius damno, & præiudicio aliisque Creditoribus afferat vtilitatem, licet secus si possideat iure proprietatis, & dominij, vt ex datione in solutum quę venit probanda, & qualiter probetur, & quādo possessor non teneatur docere de titulo suę possessionis?

Catacen. Hæreditatis. Ven.15. Maij 1648.

Argumentum 262.

Possidens bona sui fratris pro indiuiso intelligitur solum modo possedisse iure familiaritatis, itavt nullum ius possidenti quæsitum, nullumque præiudicium fratri illatum dicatur, possessio posterior nulla, & attentata non priuat anteriorem possessorem sua possessione, qui nunquam se habuit pro spoliato, & ex quibus possessio dicatur nulla, & attentata?

Aueniouen. Pecunioria. Lunæ 18.Maij 1648.

Argumentum 263.

Hęc decisio ob sui breuitatem non indiget Argumento.

Casa-

Cæsaraugustana Distributionis. Luna 18. Maij 1648.

Argumentum 265.

Absolutio à censuris,& ab incursu declaratoriȩ ob inobedientiam non parendi executorialibus Rotæ, ex quibus concedatur, & an sufficiat superueniens paritio?

Aquisgranen. Canonicatus. Ven. 22. May 1648.

Argumentum 266.

Prouisus de Canonicatu cum hoc, quod cum primum perueneris ad perceptionem fructuum dicti Canonicatus, teneatur dimittere Parochialem, si illam non dimiserit intra tempus præscriptum, vtrumque & Canonicatus, & Parochialis dicitur vacans propter incompatibilitatem, nedum virtute dicti decreti, sed ex dispositione Sacrorum Canonum, vbi quod intra sex menses Parochialis dimitti debet in manibus Ordinarij, alias vtrumque vacat ipso iure, perceptio fructuum ex quibus probetur literæ Apostolicæ quando sunt iustificatæ habent paratam executionem, & ex quibus Clericatus, & valor Beneficij per non excessum sufficienter probentur?

Calaguritana Beneficij de Cornago. Ven. 22. Maij 1648.

Argumentum 267.

Beneficium est adiudicandum magis idoneo, & in quo concurrunt omnia requisita per Constitutionem Clementinam, in concursu alterius in quo pauciora requisita concurrunt, & quænam adhunc effectum requisita exigantur? Priuilegium abrasum, & alteratum in nomine, & minus legale an faciat gradum aliquem probationis?

Romana Vineæ del Pico. Luna 25. Maij 1648.

Argumentum 268.

Possessio etiam ad effectum manutentionis acquiritur per solã clausulam constituti. Negligentia decennalis sufficit ad effectum amittendi possessionem, quod eo magis procedit, si illa per alium fuit occupata etiam data negligentia primi possessoris.

Leodien. Attentatorum. Luna 25. Maij 1648.

Argumentum 269.

Gesta post interpositam appellationem sunt attentata, & veniunt reuocanda concurrente præcipuè simplici cõmissione Signaturæ, quȩ retrotrahitur ad diem sententiæ, & operatur vt omnia medio tempore gesta sint attentata etiamsi alias appellatio non foret recipienda.

Sagonen. Iurispræsentandi. Ven. 5. Iuny 1648.

Argumentum 270.

Manutentio in quasi possessione iurispræsentandi conceditur ex vnica tantum præsentatione effectum sortita, siue agatur inter patronos, siue contra prouisum ab Ordinario. Manutentio Capellano ad nutum amouibili nunquam conceditur, & quare?

Gaietana Bonorum. Merc. 10. Iunij 1648.

Argumentum 271.

Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro hæredibus, & successoribus, etiam cum pacto renouandi inuestituram de 29. in 29. annos, & cum clausula, *ad habendum*, ac in perpetuum non egreditur hæredes sanguinis, & descendentes ab ijsdem inuestitis, neque transit ad monasterium durante vita monachi inuestiti etiam quoad solam commoditatem fructuum, nisi quãdo emphyteusis est transitoria ad extraneos, & in ea interuenerunt solemnitates, & beneplacitum Apostolicum, quod ex solo temporis cursu non præsumitur, nisi concurrat pariter obseruantia inuestituræ, & quando emphyteusis Ecclesiastica sit ad extraneos transitoria?

Romana Residui Dotis. Luna 15. Iuny 1648.

Argumentum 272.

Tutor habens certam notitiam creditorum anteriorum Pupilli, & soluens posterioribus absque solita cautione de restituendo potioribus, tenetur de proprio erga anteriores, quibus tenetur satisfacere in pecunia deducta ex fructibus bonorum pupilli, qui penès eum prȩsumuntur extare, donec de eis integram rationem reddiderit, nec liberatur indicando bona stabilia pupilli, licet illa sufficiant pro satisfactione creditorum & ex quibus scientia anteriorum creditorum iustificetur? & an creditori competat auocatoria aduersus posteriores, & quando?

Melevitana Prȩeminentiæ Prioralis. Ven. 19. Iun. 1648.

Argumentum 273.

Manutentio in possessione sedendi super sede sublimiori conceditur probanti possessionem de tempore motæ litis, & qualiter huiusmodi possessio dicatur sufficienter probata, & an Testes examinati lite pendente, & parte non citata faciant probationem ad effectum manutentionis? *Cæremonialis Episcoporum lib. 1. cap. 13. quid disponat?* Sedes humilior, & sublimior, qualiter consideretur? Clausula, *Sublata*, & decretum irritans appositum in Cæremoniali, quando abroget possessionem, & quando obstare dicatur? Manutentio inferiori contra Superiorem non datur nisi constet de titulo, vel de immemorabili possessione, & in quibus casibus conclusio non procedat?

Romana Vineæ, seu Saluiani. Ven. 19. Iunij 1648.

Argumentum 274.

Immissio in Saluiano probatis omnibus extremis necessarijs non denegatur. Fructus ex possessione bonorũ stabilium præsumuntur percepti ad rationem quinq; pro quolibet centenario, & anno, & quid in Vrbanis? Res empta ex pecunijs dotalibus, quomodo, & quando efficiatur dotalis, & propria vxoris?

Bononien. Parochialis. Luna 22. Iunij 1648.

Argumentum 275.

Gratia si fuerit in omnibus iustificata est exequenda, non obstante quod gratia alteri concessa, non fuerit narrata Pontifici, si in gratia fuerit apposita clausula, *Dummodo data præsentium non sit alteri ius quæsitum*, quȩ supplet defectum taciturnitatis tituli, & possessionis, alterius sequestrum necessarium si constat de Iudicis voluntate adhuc effectum constare dicatur; Et quando huiusmodi sequestrum auferat à possessore, tam naturalem, quam Ciuilem possessionem, & quando ciuilis possessio possit retineri? Sumptum à Notario extractum quando probet? & an gratia in forma mandati de subrogando, quæ dicitur subrogatio rigorosa exequi debeat, vbi deficiat in iustificatione aliquorum narratorum?

Romana, seu Ianuen. Locorũ Montiũ. Ven. 26. Iun. 1648

Argumentum 276.

Clerici, & cæteræ Ecclesiasticæ personæ possunt vti per modum priuilegij statutis laicorum generalibus tamen, nec de illis expressam mentionem facientibus in ea parte, in qua sunt illis fauorabilia, illaque non acceptare in alia parte, in qua sunt eis præiudicialia, & faciunt contra ipsos, quinimò etiam si illis vti vellent in parte sibi odiosa, non possunt, nec valet statutum laicorum tangens personas Ecclesiasticas siue directè, & quando clericus vti volens statutis laicorum teneatur illis vti cum omnibus suis qualitatibus, clausulis, *& conditionibus?* Testator, qui pro exoneratione suæ conscientiæ sibi hæredem instituit Sacerdotem, censetur contemplasse fauorem salutis æternȩ, eiusque Animæ, proindeque Testamentum dicitur ad pias causas, & sustinetur cum duobus Testibus.

Romana Vineæ. Veneris 26. Iunij 1648.

Argumentum 277.

Acta facta post inhibitionem sunt attentata, & veniunt reuocanda, etiamsi inhibitio fuerit tantummodo intimata Procuratori, non autem Principali ad effectum

rior ante consumptionem pecuniarum de anterioribus notitiam habuerit, & quod sciuerit debitorem ipsis non esse soluendo etiamsi anteriores creditores ratione sui crediti essent priuilegiati si ipsum creditū posterioris esset pariter priuilegiatum, & in quibus casibus inter duos priuilegiatos anterior præferri debeat; & quid si creditor posterior, qui in præiudicium anteriorum suum creditum fuit consequutus esset Tutor communis debitoris.

Romana Hæreditatis de Gratianis. Ven. 28. Maij 1649.

Argumentum 294.

Filiatio respectu Patris, cum sit difficilis probationis, probatur per coniecturas, quarum nonnullæ recensentur, & per Testes etiam alias inhabiles, & quomodo per confessionem illius, de cuius negotio agitur: Legitimatus per subsequens matrimonium, efficitur verè, & propriè legitimus.

Cathacen. Hæreditatis. Ven. 28. Maij 1649.

Argumentum 295.

Immissio in possessionem bonorum hæreditatis conceditur, nedum hæredi scripto in Testamento, verbis claris, & expressis, verum etiam hæredi qui virtualiter institutus censetur ex verisimili, & interpratata mente Testatoris, vbi quod variatio nominis non vitiat dispositionem certam in substantia, & quæ facile ex coniecturis haberi potest, quod maximè procedit fauore piæ causæ, quo casu testamentum etiam ambiguum pro ipsa semper solet interpretari, & quot demonstrationes, & coniecturæ adhunc effectum sufficiant, & ex quibus deducantur. Testes etiam vnici, & singulares attenduntur, quando agitur non ad probandum actum institutionis, sed ad declarandam, & interpretandam mentem Testatoris.

Bononien. de Tostinis. Lunæ 31. Maij 1649.

Argumentum 296.

Transactio habet in ventre exceptionē litis finitæ. Emanata ex falsa causa, est ipso iure nulla, debet tamen per tres sententias conformes declarari. Sustinetur ex quauis probabili dubitandi ratione. Fideicommissarius, quando possit impedire immissionem hæredi scripto.

Florentina Parochialis. Merc. 2. Iunij 1649.

Argumentum 297.

Lis super regressu introducta à Resignante contra Resignatarium, qui allegauit nullitatem Pensionis in resignatione reseruatæ fauore Resignantis ad hoc vt calumniosa dicatur calumnia debet esse adeò euidens, vt nulla tergiuersatione excusari valeat, & qualibet causa probabilis, & colorata est sufficiens adhunc effectum, & quid si resignatarius post litem introductam super nullitate pensionis, renunciauerit Iudicio.

Anconitana Census. Merc. 2. Iunij 1649.

Argumentum 298.

Census impositus à muliere, tàm nomine proprio, quàm nomine filij pupilli, non seruata forma constitutionis Ægidianæ *lib. 5. cap. 25.* neque solemnitatibus statutarijs, est omninò nullus, neque mulier, neque pupillus, ciuiliter, aut naturaliter obligantur, & quid si Census fuerit emptus ab alijs minoribus, an priuilegia isto casu conquassentur, vbi quod minores emptores census non possunt agere contra mulierem, vel pupillum pro recuperatione pecuniarum, nisi probata versione, & quare. Ratificatio contractus nulli ex defectu solemnitatum facta à muliere sine solemnitatibus contractum non firmat, sed ipsa pariter est nulla, & ad effectum vt contractus nullus vires assumat ex subsequenti ratificatione, requiritur in ratificante specifica, & certa scientia nullitatis illius, neque sufficit præsumpta, & confusa.

Cæsaraugustana Distributionum. Lunæ 7. Iunij 1648.

Argumentum 299.

Statutum claré, & specificè loquens, ad vnguem seruandum est, præsertim si emanauerit de partium consensu, & fuerit Apostolica authoritate confirmatum, & hinc demonstratur, quæ forma seruanda sit in condendis statutis, facultate Apostolica impetrata; pariterque explicatur an, & quando statutum confirmatū à Sede Apostolica tolli, vel aliter statuendo reuocari possit.

Tiburtina Saluiani. Lunæ 7. Iunij 1649.

Argumentum 300.

Immissio ex remedio vtilis Saluiani concurrentibus omnibus requisitis non denegatur etiam contra tertium possessorem, qui emit à debitore, licet res vendita debitori fuerit in dotem tradita, & vxor in contractu venditionis consenserit, ex hoc enim non potest emptor se tueri aduersus creditorem ex iuribus anterioribus vxoris, si res erat propria mariti, & integrum pretium ad eius manus peruenerit, neque ex consensu mulieris præsumnntur translata in emptorem iura dotalia, sed tantummodo censetur mulier ad maiorē cautelam emptoris renunciasse hypothecæ, quæ ei cōpetebat super re vendita extantibus alijs bonis mariti.

Vladislauien. Villa de Hoppembruch. Merc. 9. Iun. 1649

Argumentum 301.

Declaratoriæ locus esse non potest, si actus inobedientiæ præcesserit intimationem mandati Rotalis. Per specialem inhibitionem quilibet venit manutenendus in statu, in quo reperitur de tempore motæ litis, attendendo oudum factum possessionis vsque ad iudicium ordinatium. Monachus ad effectum manutentionis probat pro Monasterio etiā contra tertium & quare;

Eugubina Pradij. Lunę 14. Iunij 1649.

Argumentum 392.

Statutum Eugubinum vult haberi duas sententias conformes pro re iudicata. Sententia in secunda instantia lata in Curia vtique comprehenditur sub dicto Statuto, sicut sub omni alio loco primæ instantiæ. Appellationis simplex delatio non facit appellabilem causam, alias inappellabilem. Venditor promittens rem liberam potest cogi in casu oneris detecti, deponere pretium ad defensionem rei, donec liberetur, immò emptor potest contra eum agere pro rescissione contractus. Relatio periti de consensu partium facit probationem probatam.

Interamnen. Vsusfructus. Ven. 18. Iunij 1649.

Argumentum 303.

Statutum excludens fœminas dotatas simpliciter, non habet locum si de tempore successionis fœminæ non sunt dotatæ, si autem illas excludat propter masculos, & mandet dotari, dotatio non est necessaria pro illarū exclusione, & quando fœminæ censeantur dumtaxat exclusæ ab hæreditate dotantis, & quando non. Pater retinendo bona vxoris vsque ad eius obitum censetur adiuisse hæreditatem nomine filiorum, quibus delata fuerat, & quando hoc procedat. Vsufructuarius quando teneatur præstare cautionem siue mutianam, sine de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. Hæres beneficiatus non impeditur sibi satisfieri de suo credito cum hæreditate, & an hoc possit hæres absque beneficio inuentarij, & quando Legatum factum ad fauorem hæredis, dicatur inutile, & accrescat collegatario, & quando sustineatur.

Romana Dotis. Veneris 18. Iunij 1649.

Argumentum 304.

Dispositio *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* habet locum nedum fauore filiorum primi matrimonij, sed etiam Nepotum, & pronepotum, quamuis Victricus non sit institutus, sed tantumodo proprijs filij substitutus, & quan-

& quando ius dicendi de nullitate testamenti ex beneficio huius legis censeatur ad hæredes transmissum, & quando eidem censeatur renunciatum.

Terracien. Hæreditatis. Lunæ 21. Iunij 1649.

Argumentum 305.

Instantia super manutentione cæpta per defunctum transit in hæredem, eique manutentio debetur, etiam si nunquam actualem possessionem cæperit nec comprehenderetur sub dispositione Statuti continuantis possessionem defuncti in hæredem, probata tamen per hæredem possessione defuncti, & ex quibus possessio probetur. Mobilia, quando præsumantur consumpta, & quisnam probare teneatur illorum non existentiã, & quid si mobilia essent solidioris materiæ.

Terracinen. Fideicommissi. Lunæ 21. Iunij 1649.

Argumentum 306.

Sententia immissionis quæ ob non prosequutam appellationem elapso biennio contra hæredem grauatum transiuit in iudicatum, est exequenda fauore fideicommissarij in ijs corporibus, in quibus concurrunt probatio identitatis, & alia extrema ad id necessaria, non autem in ijs, quorum respectu immissio est iniusta ob non probatam identitatem, neque super eo, quod non probatur peruenisse ad manus grauati ex hæreditate fideicommittentis, & qualiter identitas bonorum iustificetur, & quasnam desideret probationes adhunc effectum.

Romana, seu Veliterna Pecuniaria. Ven. 25. Iun. 1649.

Argumento 307. Patet ex Summario.

Spoletana Bonorum. Lunæ 28. Iunij 1649.

Argumentum 308.

Immissus à Iudice, ritè, & rectè procedente debet manuteneri contra anteriorem possessorem, quem Iudex sic procedens sua possessione priuauit. Appellatio nõ admittitur à breuitate termini ad probandum. Iudex in casu non appellabili deferendo appellationi, cum clausula, *Si, & in quantum*, non petita vlteriori responsione de Apostolis, nec causa alteri commissa, suam iurisdictionem sibi præseruasse dicitur, ad exequutionem ritè procedit. Iniustitia sententiæ immissionis ad effectum impediendi manutentionem immisso, non potest ex nouis probationibus manifestari, sed debet notoriè iustificari ex eisdem actis, & adeo debet esse adhunc effectum manifesta, & notoria, vt nullo velamine, possit offuscari.

Fanen. Dotis. Lunæ 5. Iulij 1649.

Argumentum 309.

Mulier, quæ est Actrix pro restitutione suæ dotis non potest agere contra bona fideicommissaria ex *remed. Auth. Res quæ C. commu. de legat.* nisi concludenter iustificet bona libera eius viri non existere, vel non sufficere pro huiusmodi restitutione, detractiones legitimæ, & Trebellianicæ stantibus alienationibus factis ab hæredibus grauatis iuncta omissione inuentarij præsumuntur consumptæ.

Firmana Codicillorum. Lunæ 15. Nouemb. 1649.

Argumentum 310.

Legatum vxori relictum de vsufructu hæreditatis quod regulariter ad alimenta restringitur extantibus filijs communis matrimonij secundum Bulgari consuetudinem, hic limitatur stantibus coniecturis de quibus in Decisione.

Meleuitana Pecuniaria. Ven. 19. Nouembr. 1649.

Argumentum 311.

Emptor non habet regressum pro euictione contra debitorem, vel eius hæredes, nisi intimauerit molestias, & Iudicium venditori, vel eius hæredibus, vbi quod si mulier est hæres venditoris, & consequenter pro euictione obligata, non sufficit Iudicium, & molestias eius marito notificare, sed ipsimet mulieri debent intimari, & quare. Vxor accedens venditioni rei tamquam propriæ mariti, & in extinctione debitorum ab eo contractorum censetur tantumodo remisisse hypothecam, quam super re habebat occasione suæ dotis, & censetur adhibita pro cautela, & securitate emptoris, ne scilicet possit ab ea molestari, neque ab eius hæredibus existentibus alijs bonis viri debitoris.

Cathacen. Hæreditatis. Ven. 24. Nouembr. 1649.

Argumentum 312.

Dispositio Testatoris æquiuoca declaratur communi illius vsu loquendi, & sustinetur, quando per coniecturas docetur de quo intellexisse voluerit.

Beneuentana Parochialis. Lunæ 29. Nouembr. 1649.

Argumentum 313.

Manutentio conceditur primo possidenti in possessione beneficij contra posteriorem, si possessionem habuerit de manu executoris literarum Apostolicarum si executor nulliter, & iniustè processit, & quando nulliter, & iniustè processisse dicatur, vbi quod existente alio possessore executor efficitur mixtus, & tenetur assumere partes Iudicis, & ad effectũ manutentionis quid sufficiat, qualiter probetur, & quando competat.

Leodien. Dominij. Lunæ 10. Ianuarij 1650.

Argumentum 314.

Manutentio conceditur possessori non obstante statuto, quod continuat possessionem defuncti in hæredem, & quando, cum alijs de quibus in Summario.

Beneuentana Parochialis. Lunæ 7. Febr. 1650.

Argumentum 315.

Executor literarum Apostolicarum licet possessorem aliquando citauerit, adhuc dicitur nulliter, & de facto processisse, nisi in quolibet actu citauerit, & via ordinaria iuris ordine seruato processerit, & proinde non priuauit possessorẽ sua possessione, qui non habuit se pro spoliato. Appellatio ad vtrumq; effectum datur ab immissione executoris, ideoque possessio capta pendente termino ad appellandum est attentata, neq; impedit manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato.

Eugubina Pradij. Ven. 11. Februarij 1650.

Argumentum 316.

Acta trasportare quis teneatur, quando impugnatur sententia, & res iudicata. Vendens cum assertione, quod res est libera à quibus oneribus, & quomodo teneatur illam liberare. Obligatus extinguere debita, ad quid teneatur si non extinxit. Monetæ valor cuius temporis attendatur.

Burgen. Decimarum. Ven. 11. Febr. 1650.

Argumentum 317.

Declaratoria conceditur contra inobedientes in solutione decimarum, quod etiam procedit stante appellationis interpositione, quando causa commissa fuerit siue præiudicio mandati de manutenendo.

Meleuitana Commendæ. Lun. 14. Febr. 1650.

Argumentum 318.

Remissoria conceditur data releuantia articulorum, & fumo veritatis, quod in causis Beneficialibus copulatiuè requiritur, & ex quibus adhunc effectum fumus sufficienter resultet etiamsi aliquis articulus præseferat materiam obiectiuam, quando obiectum continet ius partis, & exclusionem alterius, non obstante aliqua suspicione calumniæ, quando remissoria petitur ab Actore, & pars possidet, esto etiam, quod aliquot articuli possent probari per scripturas, dummodo aliqui necessario sint probandi per Testes.

Romana Legati. Veneris 18. Febr. 1650.

Argumentum 319.

Fratres Diui Francisci sunt incapaces legatorum non reli-

relictorum pro Sacristia, & infirmaria. Breue in forma commissaria præsumitur iustificatum si cum sententia concurrat lapsus temporis cum obseruantia.

Interamnen. Vsusfructus. Lunę 24. Martij 1650.

Argumentum 320.

Statutum excludens fœminas simpliciter iuncto masculis onere illas dotandi excludit etiam à legitima, & quando temporaliter, & quando perpetuo illas exclusisse dicatur. Hæres creditor Testatoris de tempore aditionis, licet omittendo inuentarium non possit eius creditum detrahere propter iurium confusionem, hoc tamen non procedit in credito ab eo post aditam hæreditatem acquisito, mediante satisfactione alterius creditoris hæreditarij de proprio, in cuius locum ipse soluendo succedit, vsufructuarius omnium, & singulorum bonorum tenetur debita hæreditaria satisfacere, de corporibus, vnde percipere debet vsumfructum, quamuis vsusfructus redderetur inutilis, & tenetur vsumfructum semper cum hærede proprietario communicare, quãdo Testator hoc onus iniunxit, quo casu proprietarius tenetur recipere de manu vsufructuarij.

Romana Renunciationis. Merc. 22. Mart. 1650.

Argumentum 321.

Quando, & ex quibus dicatur captatoria voluntas. Et renunciatio matris facta filio, vt de suis bonis disponat ad fauorem familiæ, non dicitur captatoria dispositio, neque à iure improbata.

Auersana Iurispatronatus. Merc. 22. Martij 1650.

Argumentum 322. Patet ex Summario.

Romana Vinea. Luna 28. Martij 1650.

Argumentum 323.

Paupertas, quando debet probari ad aliquem certum, & determinatum effectum, non sufficit probare paupertatem in genere, sed iustificari debet in specie, adeò concludenter, vt probetur facultates non sufficere ad soluendam quantitatem pro illo effectu necessariam, & ex quibus plena probatio paupertatis adhuc effectum non dicatur sufficienter probata.

Auriacen. Laudemij. Ven. 29. Aprilis 1650.

Argumentum 324.

Probato, quod Castrum cum omnibus eius prædijs, & pertinentijs est feudale non inde probatur directum dominium ad effectum consequendi laudemium, respectu bonorum intra illius fines positorum, nisi concludenter probetur illa bona esse de pertinentijs Castri maximè si bona fuerint semper reperta feudalia.

Vicentina Iurisdictionis. Luna 2. Maij 1650.

Argumentum 325.

Sententia lata contra sententiam, licet non valeat, nisi prima infirmetur, tamen secus esse firmatur, quando vigore clausulæ, *quam, & quas*, in commissione appositæ, fuerit pronunciatum, prout in prima. Ordinarij nomen si commodè adaptari potest tam ad Episcopum, quam ad alium inferiorem, qui ordinariam habet iurisdictionem, quando ad ipsum solum Episcopum referri debeat clarè demonstratur. Priuilegia, & iura antiquorum Abbatum, & Monachorum non transeunt in nouos Archipresbyteros, & Canonicos deindè principaliter institutos, & sub diuersa natura, & qualitate subrogatos; quid autem dicendum sit, si suppressionibus, & nouis erectinnibus Pontifex declarauerit se nolle præiudicare antiquis priuilegijs, & iurisdictionibus erudite tractatur.

Calaguritana Quarti Beneficij S. Ioannis de Molinar. Merc. 4. Maij 1650. Argumentum 326.

Recurrentes ad Iudices laicos pro impedienda executione mandati Rotalis incidunt in excommunicationem Bullæ in Cæna Domini, neque sunt audiendi, sed à limine Iudicij veniunt repellendi, & licet ad effectum censurarum, & excommunicationis requirantur plenæ probationes, secus tamen est ad effectum, illis denegandi audientiam, pro quo quælibet leuis, informis, & imperfecta probatio suffragatur.

Leodien. Præpositura de Nansia. Merc. 4. Maij 1650.

Argumentum 327.

Regula de Triennali tuetur possessorem in quouis Iudicio, tam possessorio, quam petitorio adeovt ad vlteriorem iustificationem sui tituli non teneatur, & quænam extrema ad hoc vt intret dicta regula necessario sint probanda, & qualiter dicantur sufficienter iustificata, & quando possessor censeatur renunciasse beneficio dictæ regulæ, & eius pacificam possessionem interumpisse. Possessor anterior venit manutenendus in concursu cum posteriore, & quando.

Melenitana Commenda de Vaours. Ven. 13. Maij 1650.

Argumentum 328.

Sequestrum apponi debet super possessione capta post interpositam legitimè appellationem, tamquam notoriè nulla, & attentata, etiamsi alias sententia non reciperet appellationem, quando appellatio fuit simpliciter admissa, & commissa, quæ commissio operatur vt causa à sui principio iudicari debeat appellabilis, itàvt omnia gesta tam infrà decendium, quàm post interpositam appellationem subiaceant vitio attentatorum, & quando, in beneficialibus an detur sequestrum contra possessorem habentem sententiam fauorabilem.

Leoden. Personatus. Luna 16. Maij 1650.

Argumentum 329.

Mandatum de manutenendo in possessione beneficij conceditur probanti suam possessionem per publicum instrumentum illius adeptionis, & per subsequutam perceptionem fructuum, eoque libentius si possessio sit titulata, neque huiusmodi possessio redditur attentata etiam si capta fuerit post affixa, & publicata Edicta super Institutione beneficij, cum affixio edictorum, antequam compareat legitimus contradictor, sit actus merè extraiudicialis, qui nunquam attentata operatur, eo maximè si publicationes non fuerint particulariter contra possessorem factę, sed generaliter, & quid requiratur in hoc casu ad effectum attentatorum, & quando exceptio iurispatronatus admittatur ad impediendam manutentionem prouiso ab ordinario, & quinam status sit attendendus.

Romana Parochialis. Luna 23. Maij 1650.

Argumentum 330.

Manutentio conceditur nominato etiam per modum prouisionis docto de eius possessione, & licet nominatus per modum prouisionis possit quandocunq; amoueri, etiam sine causa, ideoque nullum ei competat remedium possessorium, hoc tamen procedit, quando remoueretur ab eo, qui clare ostenderet se habere legitimam potestatem deputandi, & remouendi, donec enim disceptetur in petitorio de huiusmodi potestate, manutentio conceditur ad statum.

Perusina Bonorum. Luna 30. Maij 1650.

Argumentum 331.

Identitas bonorum ex quibus, & quando probetur. Filius hæres quando possit prætendere detractionem legitimæ, & quando non; cum alijs de quibus in summario.

Terracinen. Fideicommissi. Lun. 30. Maij 1650.

Argumentum 332.

Est confirmatoria alterius quæ supra 21. *Iunij* 1649. *Decisione* 306.

Melenitana Territorij. Ven. 3. Iunij 1650.

Argumentum 333.

Quod non possit fideicommissarius propria capere auctoritate possessionem bonorum fideicommissi, sed illã

de

eandemet temansam in hæreditate fideicommittentis, & ex quibus identitas iustificetur .

Cathacen. Hæreditatis. Merc.1. Febr.1651.

Argumentum 347.

Pendente lite super hæreditate coram vno Iudice, non potest pars coram alio Iudice immissionem petere absque vitio Attentatorum,etiamsi diuersa esset actio, & causa petendi dictã immissionem, si omnia habeant connexionem ad inuicem. Clausula *quam,& quas,&c.* quid operetur, & quomodo, & quando procedat regula, quę continuat, non attentar.

Meleuitana Expensarum. Merc.1.Febr.1651.

Argumentum 348.

Expensarum taxatio, quæ in posteriori sententia reseruatæ fuerunt prout de iure, est intempestiua antequam causa appellationis terminetur, & quidem per tres conformes, maximè si pars fuit condemnata in priori sententia, non simpliciter, sed pro rata Victoriæ, ad quem effectum attenditur vltima sententia, quæ primam in aliqua parte reformauit,& an etiam litis consortes teneantur pro virili ad expensas, quando ab vno tantũ fuit appellatũ,&fuit causa defensa fauore omniũ

Oppiden. Parochialis. Luna 6. Febr.1651.

Argumentum 349.

Mandatum de manutenẽdo conceditur in concursu probanti anteriorem possessionem, & qualiter adhunc effectum sufficienter probetur,non obstante protestatione,& qualibet oppositione facta à persona non legitima, etiamsi pars citata non fuerit, dum ipsa neque possidebat, neque constabat de illius aliquo interesse & quid si impetrata esset commissio anteriori possessore non citato.

Interamnen.Vsusfructus. Luna 6.Febr.1651.

Argumentum 350.

Statutum licet ab hæreditate Patris excludat filiam dotatam propter fratrem, hoc tamen intelligitur si frater velit vti huiusmodi beneficio, cui potest renunciare adeundo hæreditatem paternam, vna cum sorore, & an requiratur in fratre specifica scientia statuti, ad hoc vt renunciatio operetur, & quæ sint verba renunciationem importantia?

Treueren.seu Colonien.Nullitatis Professionis. Lun.13. Februarij 1651. Argumentum 351.

Remissoria data probabili releuantia articulorum, etiam super iisdem articulis post didicitas, & publicatas Testium depositiones conceditur, & quando. Metus ad inualidandam professionem quomodo, & qualiter sufficienter probetur?

Bononien. Successionis. Vener.3. Martij 1651.

Argumentum 352.

Nepotibus ex Filia præmortua in Testamento Aui præteritis debetur legitima in bonis ipsius aui, vna cum filijs diuidenda tam respectu nepotum in stirpes, respectu filiorum in capita, & an nepotes teneantur dotem eorum matri traditam imputare in legitimam? Legatum factum ab auo Nouercæ, æqualiter inter filios primi matrimonij, & ipsam Nouercam diuiditur ex disp. l. Hac Ædictali, quod procedit etiam fauore nepotum vtriusque sexus ex filio primi matrimonij, inter quos æqualiter, & in capita diuiditur, & hoc habet locum tam in legato proprietatis, quam vsusfructus, & quando procedat etiam in legato alimentorũ, & quando legatum vsusfructus vxori factum extantibus filijs communis matrimonij restringatur ad alimenta secundum Bulgari consuetudinem?

Caleguritana Quarti Beneficij S. Ioann. de Molinar. Ven.3.Martij 1651. Argumentum 353.

Recurrens ad Iudices Laicos obtenta etiam absolutione ab incursu excommunicationis audiri non debet; nisi refectis parti collitiganti omnibus expensis tam iudicialibus, quam etiam extraiudicialibus, loco damnorum, & interesse,neque sufficit oblatio reficiendi cum deposito vnius Iulij, sed cum effectu sunt reficiendæ; etiamsi in breue obtentæ absolutionis non adsit clausula, *refectis expensis*, & qualiter ad hunc effectum expensæ dicantur sufficienter iustificatæ vbi, quod sufficit eas esse verisimiles.

Leodien.Præpositure de Nansinnes.Lun.6.Martij 1651.

Argumentum 354.

Declaratoria relaxatur contra non docentem se paruisse mandato Rotali post seruatos terminos de stylo seruari solitos,etiamsi mandatum Rotale ei personaliter intimatum non fuerit, sed tantummodo executa citatio Domi dimissa copia,& ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, quæ æquipollrt personali citationi, quando non patet tutus accessus circa quem Notario creditur.

Romana Fideicommissi de Mutis. Ven.10.Mart.1651.

Argumentum 355.

Dotis creditum solutum dicitur mediante venditione facta pro inribus hæreditarijs maternis, quorum in locum bona vendita successiuè dicuntur quantumvis pretium fuerit in aliam causam erogatum.

Interamnen.Vsusfructus. Luna 20.Mart.1651.

Argumentum 356.

Legatum vsusfructus cum onere illud communicandi cũ hæredibus proprietarijs vxori factum distinctè, & separarim à proprietate, & cum verbis importantibus præeminentiam, & administrationem operatur vt vxor licet legataria possit propria auctoritate legatum vsusfructus capere, neque teneatur recipere de manu hæredum, & quod hæredes ab ipsa legataria, legati portionem consequantur, & quando legato vsufructu vxori,& hæredibus nomine collectiuo vocaris censeatur factum legatum proportionabiliter vxori, & cuilibet hæredi in capita, & quando in stirpes?

Romana Vinea. Veneris 24.Martij 1651.

Argumentum 357.

Inuestitura conditionaliter concessa cum pacto resolutionis, non verificata conditione, remanet ipso iure, & absque alia declaratione resoluta; extinguitur verò, & terminatur ob Canones non solutos per integrum biennium nedum ex pacto adiecto in instrumento, verum etiam ex dispositione iuris, & quando emphyteutæ censeatur remissa caducitas à Domino directo per receptionem Canonum, cum clausula *sine praeiudicio* caducitatis iam incursæ?

Rauennaten.Bonorũ Emphyteuticorũ. Luna 27.Martij 1651. Argumentum 358.

Ecclesia, quæ finita inuestitura non declarauit velle bona pro se retinere, tenetur illam renouare ad fauorem proximioris superstitis, tam masculo, quam fæminæ, non solum ex æquitate legis verum etiam ex concordia inita in Ciuitate Rauennæ ad quam partes explicitam habuerunt relationem, & quænam sit dispositio illius concordiæ? Fæminæ an comprehendantur in emphyteusi Ecclesiasticæ recepta pro filijs, & nepotibus, & an deficientibus masculis, renouatio inuestituræ debeatur fæminis proximioribus,licet in inuestitura non comprehensis? & quando Statutum laicale disponens de bonis emphyteuticis restringitur ad bona priuatorum, neque comprehendit bona emphyteutica Ecclesiæ,siue agatur cum ipsa Ecclesia de directo dominio, siue inter laicos super solo dominio vtili, & quare? In emphyteusi Ecclesiastica successorum appellatione, veniunt tantummodo successores sanguinis, descendentes scilicet ab ipsis inuestitis, etiamsi non habeant qualitatem hæreditariam,quando fuit facta mentio de successoribus,non autem de hæredibus. Renunciatio

eodem iudicio potest dari pluribus ad diuersos effe-
ctus, cum alijs de quibus in Summario.

Leodien. Praepositurae de Mansinnes. Ven. 15. Mart. 1652.

Argumentum 385.

Aggrauatoria conceditur contra non parentem execu-
torialibus Rotae, si post seruatos terminos, & post re-
laxationem declaratoriae continuat in eius pertinacia,
& inobedientia.

Romana, seu Nepesina Restitutionis in Integrum.

Lun. 18. Mart. 1652. Argumentum 386.

Restitutio in integrum aduersus confectionem inuenta-
rij non factam in tempore, si adsit iusta, & legitima
causa, excludatur dolus, & constet de laesione, etiam
maiori conceditur, & qualiter de his omnibus adhunc
effectum sufficienter apparere dicatur?

Romana Fideicommissi. Luna 15. Aprilis 1652.

Argumentum 387.

Fideicommissum ordinatum in casum delicti, non exten-
ditur ad casum mortis, licet fuerit habita ratio con-
seruandae agnationis, dum illa stat dependenter, &
consecutiue ad casum delicti. Prohibitio autem alie-
nationis in Fiscum ex delicto non comprehendit alie-
nationem ex contractu, & quare? & an ad purificatio-
nem fideicommissi in casum delicti, requiratur tale
delictum, per quod sequatur realis confiscatio, vel suf-
ficiat tale, per quod imponatur sola poena pecuniaria?

Bononien. Bonorum. Luna 13. Maij 1652.

Argumentum 388.

Mandatum de manutenendo conceditur probanti suam
possessionem apprehensam auctoritate Iudicis, ritè, &
rectè procedentis, & ex quibus possessio adhunc effe-
ctum dicatur sufficienter probata? Excessus executio-
nis venit ab allegante concludenter probandus, &
quomodo probetur?

Calaguritana Beneficij S. Io: de Molinar. Merc. 29.
Maij 1652. Argumentum 389.

Regula de triennali, non habet locum vbi deficit pacifica
possessio, quae per litis introductionem excluditur,
quae lis finita non dicitur per sententiam fauore pos-
sessoris emanatam, si ab ea fuerit per partem aduersam
appellatum, & quando lis dicatur extincta per deser-
tionem, & rem iudicatam.

Carbacen. Legati. Veneris 7. Iunij 1652.

Argumentum 390.

Sub Legato mobilium quamuis veniant etiam pecuniae,
tamen id intelligitur, quando pecunia manet domi
praesidij causa, secus si causa foenerandi domi retinea-
tur, attamen secus dum tale legatum factum esset sub
verbis amplissimis; & generalibus, census, & fructus
eiusdem an veniant appellatione mobilium?

Perusina Fideicommissi de Rodulphis. Ven. 14. Iun. 1652.

Argumentum 391.

Transactio vt rescindatur ex capite doli, vel laesionis, quae
requirantur? Detractiones an, & quando censeantur
consumptae ob alienationes factas? Compendiosa sub-
stitutio an, & quando non contineat pupillarem cum
alijs, de quibus in Summario.

Leodien. Successionis. Ven. 14. Iunij 1652.

Argumentum 392.

Sub dispositione facta de bonis prouenientibus ex latere
paterno veniunt nedum ea, quae ab ipsomet patre,
fuere acquisita, sed etiam illa, quae mediante succes-
sione maiorum ad eundem patrem spectabant. Cum
talis expressio de bonis prouenientibus ex latere pa-
terno ad contradistinctionem bonorum maternorum
dicatur apposita.

Lucana Bonorum. Luna 17. Iunij 1652.

Argumentum 393.

Ecclesiae ex speciali priuilegio semper succurritur per re-
stitutionem in integrum aduersus incursam praescri-
ptionem, etiamsi agatur contra aliam Ecclesiam remi-
dio Canonis reintegrandae, maximè si Ecclesia agens
enormissimè laederetur, neque per lapsum quadriennij
priuilegio praefatae restitutionis expirat, si vtraque Ec-
clesia agat de damno vitando, semper videtur fauora-
bilior causa illius, cui aliter succurri non potest, quam
reintegrando illam ad sua bona, quam illius, quae se-
quuta euictione suos habet releuatores, & quaenam in
concursu de damno vitando dicatur agere?

Tudertina Donationis. Lunae 17. Iunij 1652.

Argumentum 394.

Donatio anterior, quando praeferenda sit posteriori, licet
ista fuerit executioni demandata per actualem tradi-
tionem rei donatae eleganti simè discutitur. Dona-
tio omnium bonorum mobilium, & inmobilium,
quando comprehendat etiam iura, & actiones, & quan-
do secus clarè demonstrantur.

Romana Fideicõmissi de Drusolinis. Ven. 21. Iun. 1652.

Argumentum 395.

Sententia nulla, & iniusta non transit in iudicatum, nul-
litas autem redditur clara quotiescumque iura, & acta
in primo Iudicio respectiuè facta, & producta non
fuerunt coram secundo Iudice trasportata, & quotie-
scumque coram eo non fuit praestitum iuramentum
calumniae ab altera parte petitum. Cessio facta per
Monasterium absque iusta causa, & beneplacito Apo-
stolico tamquam nulliter facta non sustinetur, & an
Ecclesia in repudiatione iuris non dum quaesiti tenea-
tur seruare solemnitates requisitas in *Extrauag. am-
bitiosae de reb. Eccles. non alinand.* & quando Ecclesia
dicatur renunciare ius quaesitum? Et quid si iura essent
quaesita, sed Ecclesia non possideret?

Viterbien. Canonicatus. Merc. 26. Iunij 1652.

Argumentum 396.

Possessio capta pendente termino ad appellandum ab in-
stitutione tamquam attentata venit reuocanda, etiamsi
in institutione iudicialiter processum non fuerit, si cõ-
tradictor, comparuerit seque opposuerit, & quare?
Idque procedit etiamsi alias, appellatio non esset ad-
mittenda, quando per signaturam fuit commissa sim-
pliciter causa appellationis, etiamsi commissio sub-
reptitiè reportata fuerit, & quare? & quid operetur
huiusmodi commissio ad effectum attentatorũ, & per
quasnam exceptiones illorũ reuocatio possit impediri?

Romana Legati. Mercurij 26. Iunij 1652.

Argumentum 397.

Sub legato domus venit etiam pars inferior ipsius quae
est membrum partis superioris, ac sub ijsdem finibus,
& muri lateribus continetur, & ex quibus dignosca-
tur, quid, & quantum in legato comprehendatur, &
quando verba huic adiecta dicantur stare demonstra-
tiuè, non autem taxatiuè? vbi quod fauore piae causae,
quando alias legatum in totum, vel pro parte adime-
retur verba semper veniunt accipienda demonstratiuè.
Testator potest legare rem propriam, etiam haeredis,
siue sciuerit, siue ignorauerit, eam esse haeredis, &
quid in haerede beneficiato, & vsquequo haeres benefi-
ciatus teneatur voluntati Testatoris parere?

Eugubina Testamenti. Veneris 28. Iunij 1652.

Argumentum 398.

Primum Testamentum, licèt habeat clausulam deroga-
toriam, attamen per secundum validè factum, reuo-
catur quoties, vel de clausula derogatoria fuit facta
expressa mentio in secundo, vel quando inter pri-
mum, & vltimum Testamentum intercessit spatium
decennij, quo casu primum per secundum reuocatur
etiam absque speciali derogatione, & quare?

Ascen-

Asculana Renunciationis. Lunę 1. Iulij 1652.
Argumentum 399.

Promittens factum alienum licet regulariter excusetur adhibitis diligentijs, quas potest, hoc non procedit, si promittens voluit ad impossibilia teneri, addita clausula, *alias de proprio*. Renunciatio promissa placitum alicuius de iure adhuc quærendo, & sub incerta spe consistente, non potest dici læsiua, quamuis postea de tempore quo renunciatio petitur ius esset quæsitū, adhunc enim effectum attenditur tempus promissionis, & non subsequuturæ peritionis.

Leodien. Archidiaconatus. Luna 1. Iuly 1652.
Argumentum 400.

Beneficio sub duplici modo vacationis obtento, vel ob factam collationem ab Ordinario ad fauorem consanguinei resignantis contra Constitutionem B. Pij V. vel ob non factam publicationem resignationis in tempore, qualiter respectu primæ vacationis, consanguinitas respectu verò secundæ negatiua non factæ publicationis dicatur sufficienter iustificata pro exequendis literis Apostolicæ prouisionis?

Romana Fideicommissi, seu Saluiani. Lun. 1. Iul. 1652.
Argumentum 401.

Desumitur ex Summarijs.

Pisauren. Ipralium. Merc. 27. Nouembris 1652.
Argumentum 402.

Remissoria conceditur in prophanis ex sola releuantia articulorum, eamque non impedit antecedens examen, quoties prout hic articuli in substantia sunt magis distinctè concepti.

Leodien. Canonicatus S. Martini. Ven. 13. Ian. 1653.
Argumentum 403.

Declaratoria conceditur contra non parentem executorialibus Rotæ, etiamsi verbaliter se offerat paratum ad solutionem fructuum facta liquidatione, & ad refectionem expensarum, respectu enim fructuum fieri debet depositum in actis cum obligatione soluendi residuū sequuta liquidatione, circa verò expensas in mandato Rotali taxata actualis illarum refectio requiritur.

Auellina Canonicatus. Ven. 7. Febr. 1653.
Argumentum 404.

Declaratoria contra contumaces, & non parentes mandatis Rotalibus, relaxatur probata concludenter inobedientia, & ex quibus probetur?

Rossanen. Iurispatronatus. Luna 10. Febr. 1653.
Argumentum 405.

Episcopus cum habeat assistentiam iuris pro administratione oblationum, & elemosinarum ad se spectante eo magis est manutenendus in quasi possessione deputandi Quæstores pro illis recipiendis, & administrandis, si probet suam quasi possessionem, non obstante quasi possessione alterius, quæ non potest esse manutenibilis, nisi probata scientia, & patientia ipsius anterioris possessionis, & quid si Parochus sub cuius Parochia est Ecclesia, cui fiunt oblationes prætenderet ad se spectare administrationem in concursu? Continuans possidere post inhibitionem, & litem quando attentata committat, & quando non?

Romana Census. Veneris 14. Febr. 1653.
Argumentum 406.

Sententia, quæ non tangit validitatem instrumenti, & obligationis Cameralis, sed tantumodo modum exequendi, non vulnerat viam exequutiuam, & proindè licet Actor ab hac sententia appellauerit, causaque simpliciter commissa fuerit, non potest etiam Reus à mandato contra se postea appellare saltem ad effectū suspensiuum. Donario facta à fratribus alteri fratri pro contrahendo matrimonio in genere, nulla expressa persona, cum qua illud contrahi debeat, dicitur pura, neque ex ea aliquod ius acquiritur filijs ipsius donatarij, & ex quibus excludatur in huiusmodi donatione fideicommissum ad fauorem filiorum, licet in donatione sint positi in conditione, & ex Statuto Vrbis censeantur dispositiuè vocati, & licet donantes habuerint rationem ampliandi familiam, & conseruandi bona in linea masculina?

Mantuana Bonorum. Luna 17. Febr. 1653.
Argumentum 407.

Remissoria in causa prophana data releuantia articulorū etiam sine fumo in qualibet instantia conceditur, & adhunc effectum satis est, quod materia articulata aliquo modo faciat ad causam, vel quod possit dubitari, an sit releuans, ad quam impediendam tollitur omnis suspicio calumniæ concurrente cum releuantia fumo veritatis.

Bononien. Fideicommissi. Luna 3. Martij 1653.
Argumentum 408.

Remissoria regulariter concedi non solet in remedijs possessorijs, nisi cum clausula, *sine retardatione*, quod cum limitetur, quando concurrit magnus, & vrgens fumus materiæ articulatæ, quando petitur ad fundandam replicationem rei conuenti, quando alias sequeretur damnum irreparabile, & quando demum materia articulata respicit ipsum Iudicium possessorium, hic stante releuantia materiæ articulatæ decisum fuit dandam esse remissoriam cum retardatione, vel sine, arbitrio Rotæ, vt nemini fit præiudicium, & petens remissoriam quantocitius suas probationes absoluat.

Romana Fideicōmissi de Maximis. Ven. 14. Mart. 1653.
Argumentum 409.

Testator, dum in defectum omnium filiorum masculorum per lineam directam ex legitimo matrimonio descendentium Bastardos substituit per necesse sequitur quod absolutum perpetuum, & reciprocum fideicommissū inter omnes descendentes in infinitū ordinare, voluerit concurrentibus præcipuè requisitis pro tacita reciproca, nempè quod omnes sint honorati, quod substitutio sit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, & ex quibus hæc omnia requisita deducantur, & quænam coniecturę perneccesse reciprocam inducant?

Rauennaten. Bonorum. Luna 24. Martij 1653.
Argumentum 410.

Res iudicata si per biennium, & vltra post interpositam appellationem à sententia valida, & iusta nihil fuerit actum in causa, nec prorogata fatalia, perinde inducitur, ac si numquam fuisset appellatum. Extrema in Iudicio spolij necessaria sunt, antiqua possessio spoliati, & recens spoliantis, quibus concurrentibus spoliato reintegratio conceditur, & ex quibus vtraq; possessio adhunc effectum requisita sufficienter probetur?

Leodien. Canonicatus. Ven. 28. Martij 1653.
Argumentum 411.

Agenti vigore subrogationis gratiosè conceditur immissio, absque eo, quod eius præcedentem gratiam iustificare debeat, docto de ipsius Clericatu, qui probatur ex literis patentibus, de obitu colitigantis in possessione, qui probatur per Testes de publica voce, & fama iuncto instrumento illius adeptionis, quæ non docto de alterius intermedia occupatione præsumitur continuata vsque ad mortem, & docto denique de lite inter ipsos vertente, qui probatur ex sententia appellatione, & causæ commissione, de qua lite sufficit, quod constet eo modo, quo fuit Papæ narrata, etiamsi non esset super titulo, sed super solo possessorio.

Romana Census. Luna 28. Aprilis 1653.
Argumentum 412.

Creditor potest agere contra debitorem sui debitoris, & contra eum omnes actiones exercere, quæ eius debi-

tempus non exegerit sufficit tamen Capitulo ad effe- ctum manutentionis ciuilem possessionem semper ani- mo retinuisse.

Licien. Administrationis. Lunæ 23. Iunij 1653.
Argumentum 424.

Arbitrium intrat ad effectum supersedendi in exequutio- ne concurrente rationabili causa. Tutor dum non re- cusat reddere rationem suæ administrationis, & eam reddet eo modo, quo potest non est cogendus ad fa- ctum melioris redditionis, si ei sit impossibile, sed loco facti tenetur ad interesse arbitrio boni viri taxandum, & contra eum iuratur in litem si actor proprium in- teresse probare nequeat, quod iuramentum Tutor cui- tare potest, si aliunde, quam ex libro tutelari paratus sit reddere rationem, & donec redditio rationis discu- titur contra eum debet in executione supersederi.

Romana Census. Lunæ 23. Iunij 1653.
Argumentum 425.

Tertius dum aliqualiter, & apparenter docet de eius in- teresse debet admitti ad causam, qui si veniae adhæ- rendo iuribus collitigantis admittitur tantum in sta- tu, & terminis, si autem ex iure proprio, & indepen- denter ab alijs habet electionem veniendi ad causam, vel in statu, & terminis, vel vt in prima quam electio- nem habet inuito etiam Collitigante, qui prius iudi- cium incohauit.

Romana Fideicommissi de Mutis. Ven. 27. Iunij 1653.
Argumentum 426.

Non eget Argumento, nec Summario,

Hieraten. Beneficiorum. Ven. 27. Iunij 1653.
Argumentum 427.

Manutentio in possessione beneficij est concedenda pro- banti eius possessionē ex instrumento illius actualis ap- prehensionis factæ à Procuratore ad id specialiter de- putato, quæ de iure præsumitur continuata vsque ad diem motæ litis, non docto de alterius intermedia legitima apprehensione, hocque non obstante posses- sione posterius capta, & non citato anteriori possesso- re prout requirit illam apprehendens, siue sciuerit, siue ignorauerit illum possidere. Hęc enim dicitur turba- tiua, & clandestina, nec impedit manutentionem ante- riori, qui non habuit se pro spoliato.

Rauennaten. Bonorū Empyteuticorū. Ven. 27. Iun. 1653.
Argumentum 428.

Identitas probatur ex duobus solis demonstrationibus, seu confinibus maxime in antiquis, licet vnum confi- ne sit particulare, alterum generale. Probata autem identitate in emphyteuticis, conceditur immissio ad instar *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend.*

Bononien. Beneficij. Veneris 27. Iunij 1653.
Argumentum 429.

Manutentio in beneficio est illi concedenda, qui probat eius instrumentalem possessionem captam à Procura- tore, quæ est manutenibilis non docto de alterius tunc temporis legitima possessione, licet non constet de legitimo mandato procuræ in personam apprehen- dentis, & quare?

Leodien. Personatus de Fleron. Ven. 4. Iulij 1653.
Argumentum 430.

Iuspatronatus probatur ex enunciatiuis, quæ tamen de- bent esse supra centum annos, secus autem si recentes, & præsertim si emanauerint ab habentibus interesse, & ab ijs ad quos de iurepatronatus cognoscere non spectabat, multoque magis dum principaliter dubita- tur de existentia iurispatronatus, tunc enim ex istis enunciatiuis non probatur iuspatronatus, & per con- sequens prouisus ab Ordinario tamquam de libero venit absoluendus ab impetitis.

Tudertina Successionis. Veneris 4. Iulij 1653.
Argumentum 431.

Sententia, quatenus sit valida, & iusta transit in iudica- tum, & appellatio efficitur deserta si causa non fuerit commissa infra decendium à die reuerentialium, quod tamen limitatur, quando appellans infra dictos decem dies fecit diligentias pro committenda appellatione, vel præsentauit Commissionem coram Domino Re- gente Cancellariæ.

Leodien. Personatus de Fleron. Merc. 29. Nouemb. 1653.
Argumentum 432.

Absolutio ab incursu declaratoriæ est concedenda peten- ti, postquam paruerit mandato Rotali de manutenen- do, adhibuerit diligentias, vt amoueantur impedi- menta, & turbationes, & expensas refecerit, in qui- bus fuit in ipsa declaratoria condemnatus, & ex quibus de his omnibus sufficienter adhunc effectum apparere dicatur?

Romana Prætensi Supplementi Dotis. Ven. 5. De- cembris 1653. Argumentum 433.

Promittens assignare annuum redditum Ecclesiæ pro eius dotatione, satisfacit eidem assignando bona sta- bilia tanti redditus, neque ad aliquid aliud tenetur, si tractu temporis redditus bonorum diminuantur, secus autem si promissa fuerit annua quantitas, & quare? & quid si huiusmodi assignatio haberet tractum succes- siuum, & esset correspectiua ad manutentionē Ecclesiæ.

Melenitana Territorij. Merc. 10. Decembr. 1653.
Argumentum 434.

Reintegratio non datur absque anteriori possessione, & quando locum sibi vindicet, Statutum continuans pos- sessionem defuncti in hæredem. Immissio non com- petit hæredi hæredis grauati contra fideicommissa- rium, quoties ille incontinenti docet de iure suo pos- sidet sine vitio, & nihil est detrahendum, quando ni- hil est detrahendum potest fideicommissarius propria authoritate ingredi possessionem etiam non citato hæ- rede grauati, & quando detractio Trebellianicæ cen- seatur prohibita, & à quo sit detrahenda, & ex quibus bonis sit deducenda legitima, & ex quibus soluenda debita fideicommittentis?

Melenitana Donationis. Ven. 12. Decembr. 1653.
Argumentum 435.

Donatio facta sponso, & filijs licet regulariter quæratur omnibus filijs eiusdem sponsi, siue primo, siue ex se- cundo, vel vlteriori matrimonio suscepti fuerint; ma- ximè si donatio facta non fuerit contemplatione certi matrimonij, attamen si fuit facta sponso, & sponsæ, & eorum filijs, nepotibus, & descendentibus dicitur tantum restricta ad filios, & descendentes ex illo ma- trimonio, ex quibus hoc deducatur?

Melenitana Parochialis. Lunæ 15. Decembr. 1653.
Argumentum 436.

Liquidatio fructuum, qui fuerunt attentatè percepti spe- ctat ad eum, qui petit procedi ad vlteriora in negocio principali, quomodo autem de stylo Rotæ admitta- tur attentans ad huiusmodi liquidationem faciendam, & ex quibus iustificata remaneant, non minus clarè, quam eruditè tractatur.

Romana Fideicommissi, seu Saluiani. Ven. 24. Ian. 1654.
Argumentum 437.

Emptor rei fideicommisso suppositæ, cui in licentia Pontificis fuerat iniunctum onus inuestiendi pretium ad fauorem fideicommissariorum non potest ab ijs molestari, facto legitimè inuestimento, licet postea illud absque eius culpa euaserit minus idoneum, & in- exigibile; si autem onus inuestiendi illi non fuerit im- positum, sed aliter inter partes conuentum cum au- ctoritate Pontificis, tunc neque de versione, neque de

inue-

inuestimenti effectuatione tenetur esse sollicitus; & an ex eo censeatur illi iniunctum onus inuestiendi, quod inuestimentum debebat fieri cum eius consensu.

Baren. seu Nullius Pecuniaria. Ven. 23. Ian. 1654.
Argumentum 438.

Ad beneficium, *deducto ne egeat* is admittitur qui de tempore obligationis erat sub paterna potestate & se vna cum patre obligauit quatenus tamen ab eius hæreditate abstinuerit; secus autem si de eo tempore erat emancipatus, vel aliter sui iuris effectus tunc enim, vt admittatur ad huiusmodi beneficium, debet concludenter probare paupertatem, siue se obligauerit ex causa necessaria, siue voluntaria, siue autem sit clericus, & velit gaudere beneficio *Cap. Odoardus de solut.* vltra probationem paupertatis, docere debet se esse sacris ordinibus insignitum, vel Beneficiatum, vel alicui Ecclesiæ inseruire.

Perusina Fideicommissi de Rodulphis. Lunæ 26. Ianuarij 1654. Argumentum 439.

Inuestimentum pecuniarum in bonis stabilibus factum ab hærede vsufructuario censetur factum secundum præambulum Testatoris præceptum eidem iniunctum, & sic non ex fructibus ad ipsum spectantibus, sed ex proprietate fideicommissi fauore fideicommissariorum, & ex quibus coniecturis hoc verisimiliter deducatur? Tutor vel eius hæredes, dum librum computorum non exhibent, ideò non exhibere præsumuntur, quia illis obesse possit nec eis dandum est iuramentum quod illum non habeant, nec dolo habere desierint cum teneantur ex officio libros custodire. Transactio dum non impugnatur, sed solum instatur pro adimplemento ab eo, qui ex sui parte adimpleuit, sufficit probatio non adimplementi per præsumptiones.

Auximana Fideicommissi de Tibaldinis. Lunæ 26. Ianuarij 1654. Argumentum 440.

Dispositiones ad fauorem stirpis, agnationis, domus, & familiæ collectiuo nomine factæ regulantur ad similitudinem successionis ab intestato, ideoque ei, qui vult succedere sufficit probare se infra decimum consanguinitatis gradum esse Testatori coniunctum, & quomodo probetur huiusmodi consanguinitas latè dissertur. Vocatio proximiorum expirat in primo admisso, dum ex verbis vel alijs legitimis coniecturis concludenter non apparet Testatorem voluisse perpetuũ, & successiuum fideicommissum inter eos ordinare, & quæ nam sint coniecturæ id suadentes? Renunciatio hæreditatis quando pernecesse inducat illius præcedentem agnationem, & quando non?

Romana Census. Veneris 30. Ianuarij 1654.
Argumentum 441.

Statutum Vrbis *Lib. 1. cap. 142.* disponens quod filij in conditione positi censeantur dispositiuè vocati habet etiam locum, quando filij sunt positi in conditione pacti reuersiui appositi fauore donantis, quod scilicet decedente donatario sine filijs donata ad ipsum reuertantur, & hoc sine donans in casum mortis donatarij sine filijs seipsum substituerit, seu alium extraneum, quod tamen non procedit, si concurrant contrariæ coniecturæ de quibus late in decisione.

Romana Fideicommissi de Mutis. Ven. 30. Ian. 1654.
Argumentum 442.

Substitutio facta in casum mortis sine filijs, expirat sequuta morte cum filijs iuxta *Consil. Oldard. 21.* & licet isti filij in conditione positi censeantur dispositiuè vocati per Statutum Vrbis, non tamen intelliguntur grauati restituere nepotibus, licet cum ipsis in conditione positis, dum Testator vsus fuit dictione alternatiua, seu & multo minus censentur grauati restituere pronepotibus pariter in conditione positis, licet Testator vsus fuerit copula *Et*, quæ tunc in alternatiuam resoluitur.

Bononien. Fideicommissi Io: Mariæ de Bologninis. Merc. 4. Febr. 1654. Argumentum 443.

Attentata cessant, quando non adest contemptus Iudicis, neq; eius iurisdictionis nec præiudicium partis. Primus acquirens ex titulo oneroso, licet disponere possit de emphyteusi ex pacto, & Prouidentia in præiudicium vocatorum, illa tamen non venit, sub generali dispositione eius bonorum, nisi de ea fiat specialis mentio, quod maximè procedit, si Testator dispositionem restrinxit ad bona sua. Grauatus præsumitur de omnibus detractionibus satisfactus concurrente omissione inuentarij, & alienationibus licet factis ex causa necessaria pro soluendo ære alieno Testatoris, dum alienationes sunt excessiuæ, nisi ipse doceat de statu hæreditatis, & alienationes non æquare legitimã, & Trebellianicam, & quando dicatur vrgere necessitas alienandi pro satisfaciendis creditoribus defuncti?

Senogallien. Fideicommissi. Ven. 6. Febr. 1654.
Argumentum 444.

Filij, & hæredes, dum fuerunt vocati non requiritur ad effectum succedendi verificatio vtriusque qualitatis, sed sufficit, quod volens succedere sit filius, licet non sit hæres vel sit hæres, licet non sit filius; secus tamen est, quando fuerunt vocati hæredes, & filij & quæ nam sit differentia, & an hoc procedat æqualiter in contractibus, ac in vltimis voluntatibus?

Aretina Plebaniæ. Ven. 6. February 1654.
Argumentum 445.

Præsentatus est ad beneficium instituendus probata vacatione, præsentatione facta in tempore, eius habilitate, & existentia, atque pertinentia iurispatronatus ad præsentantes, & qualiter hæc omnia dicantur probata? iuspatronatus autem an probetur ex sententia Ordinarij lata super illius Canonizatione in contradictorio Iudicio, & citato Promotore Fiscali mensæ Episcopalis, & prouiso Apostolico in iudicatum transacta? vbi quid probatur ex centenaria, vel quadragenaria cum fama, quando non sumus in priuatis, in quibus præsumptio vsurpationis non cadit præsertim concurrentibus adminiculis de quibus in decisione, & quando attendatur vltimus status beneficij, & quando non?

Romana Reintegrationis. Lunæ 23. Febr. 1654.
Argumentum 446.

Reintegratio ad possessionem bonorum non conceditur, quando Iudex neque nulliter neque iniustè processit nullitas autem non oritur ex eo, quod Iudex laicus sit Religiosis incompetens, dum Religiosus est actor, & quando, & à quibus Iudicis incompetentia debeat, & possit opponi? prout neque ex eo oritur nullitas, quod sententia sit executioni demandata intra tempus ad appellandũ, dum appellatio postea non fuit interposita, quamuis tunc executio sit reuocanda saltem per modum nullitatis, & an omnis executio veniat reuocanda? Iniustitia verò ad effectum spolij iudicialis, constare debet, ex iisdem actis? Reintegratio non conceditur ei, qui se habuit pro spoliato, vel facto proprio cecidit à possessione, neq. habentibus causam ab eo?

Romana, seu Albanen. Beneficij. Ven. 27. Febr. 1654.
Argumentum 447.

Mandatum de manutenendo ab vno Iudice obtentum, pendente lite coram alio, & post præsentatam personaliter inhibitionem est attentatum, & reuocandum licet causa ex post fuerit remissa eidem Iudici, qui mandatum expediuit, quod attentatum si pars in iurisdictione consensit, nec institit, pro illius reuocatione, renouatur Officio Iudicis.

Bononien. Bonorum. Lunę 2. Martij 1654.
Argumentum 448.

Sententia, quæ simpliciter immissionem non concedit, sed dumtaxat facta liquidatione, exequi non potest, nisi liquidatio pręcedat, ideoque possessio capta non facta liquidatione tamquam nulla, & spoliatiua non impedit manutentionem anteriori possessori.

Meleuitana Bonorum. Ven. 6. Martij 1654.
Argumentum 449.

Immissio in Saluiano competit donatario super rebus donatis probata possessione donantis de tempore donationis, & hypotheca, licet sententia criminalis declarans donationem nullam, & simulatam non fuerit in sententia ciuili reuocata, dum sententia ciuilis fuit lata ex nouo processu vt in prima? Actor dū petit vnā rem ex vna causa, & aliam possidet ad reum spectantem ex alia causa, vterque debet experiri iura sua, nec interim datur compensatio de specie ad speciem, secus si agatur ex eodem contractu ex quo hinc indè fuit aliquid correspectiuè promissum, & in quibus casibus sit locus retentioni, & compensationi? Detractiones præsumuntur consumptæ iunctis alienationibus cum omissione inuentarij?

Comen. Funeralium. Luna 16. Martij 1654.
Argumentum 450.

Funeralia, quæ in Parochialibus Collegiatis ratione sepulturæ percipiuntur in Ciuitate debentur Præposito, & singulis Canonicis pro virili, cum in istis cura habitualis Animarum spectet ad Capitulum, & cura actualis ad Præpositum licet secus sit in Cathedralibus, & ex quibus Parochialis dicatur Collegiata? Transactio inita inter Præpositum, & Canonicos non afficit successores, quando super iure Capituli in ea non interuenit consensus omnium Canonicorum, nec fuit impetratum beneplacitum Apostolicum, vel authoritas Episcopi, & an sufficiat transactionem confirmatam à solo Vicario, & in quibus actibus consensus omnium Canonicorum sit necessarius?

Comen. Canonicatus. Luna 23. Martij 1654.
Argumentum 451.

Lis dum non fuit Papæ narrata in genere non est opus iustificare illam super titulo beneficij, sed sufficit illam verificare eo modo, quo fuit expressa; non dicitur autem iustificata, nec introducta ex sola commissione causæ, absque citatione ad dicendum contra, etiamsi commissio impetrata fuerit vtraque parte informante, & si narratiua loquatur de lite introducta, siue commissa, debet intelligi de commissione effectuata per successiuam citationem ad dicendum contra, & quando lis inter vtramque partem dicatur introducta, & quando quoad impetrantem dumtaxat commissionem, & quid requiratur adhoc vt lis introducta quoad impetrantem, dicatur etiam introducta quoad alteram partem.

Romana, seu Albinganen. Bonorum. Mercurij 18. Martij 1654. Argumento 452.
Non indiget.

Bononien. Apotheca Pilarum. Merc. 18. Martij 1654.
Argumento 453. Non indiget.

Leodien. Officij, seu Capellania Episcopalis. Luna 4. Maij 1654. Argumentum 454.

Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta semper est timenda, & causat attentata, quæ ante omnia veniunt reuocanda, licet personaliter executa non fuerit, sed tantummodo domi dimissa copia, cum affixione ad valuas si non erat tutus accessus, vel si Iudex, vel pars de ea notitiam habuerit, eoque grauiora redduntur attentata si pars habuerit recursum ad laicos pro contemnenda iurisdictione Rotali.

Romana Bonorum. Lunæ 18. Maij 1654.
Argumentum 455.

Bona emphyteutica finita inuestitura deuoluuntur ad dominum directum, dummodo à vinculo feudalitatis liberata non fuerint; Bonorum autem libertas excluditur ab inuestituris sæpius iteratis, & recognitionibus inuestitorum per longum temporis spatium continuatis, ex quibus dominium Domini directi, & feudalitas ad omnem effectum, etiam contra tertium iustificatur, & quid requiratur ad effectum præscribendi libertatem bonorum; inuestitura quando dicatur per errorem concessa, & quando præsumatur suscepta à debitore in fraudem creditorum.

Tudertina Donationis. Luna 18. Maij 1654.
Argumentum 456.

Donatio non præsumitur simulata, nisi probetur, nec probatur simulatio ex coniecturis cessante causa simulandi, quæ tamen non requiritur vbi adest confessio contrahentium clara, & non dubia. Reuocatio donationis in dubio nō pręsumitur, & ex quibus dicatur reuocata

Leodien. Bonorum, seu Attentatorū. Ven. 29. Maij 1654:
Argumentum 457.

Inhibitio Rotalis non minus inhibitum, quam obtinentem afficit, ideoque quidquid agit iste post inhibitionem, & litem est attentatum, pro cuius reuocatione conceditur parti collitiganti mandatum de manutenendo, quatenus probet eius possessionem, & quando intret regula, qui continuat non attentat.

Calaguritana Beneficij de Lauciego. Merc. 3. Iun. 1654.
Argumentum 458.

Constitutio Clem. VIII. edita super beneficijs Calaguritanis, præscribit in eorum adiudicatione pręferendum esse digniorem, dignior autem est ætate senior; Sacerdos respectu Clerici, licet beneficium ordinem Sacerdotalem non requirat; Approbatus ab Ordinario ad audiendas fidelium confessiones per totam Diœcesim, & denique pauperior inter concurrentes, & quid si alter fuerit ab Ordinario institutus, & an semper instituto assistat Iudicium Ordinarij. Regula de Triennali ex quibus excludatur.

Cathacen. Beneficiarum. Luna 8. Iunij 1654.
Argumentum 459.

Gratia Apostolica dùm est in omnibus iustificata venit exequenda, & ex quibus vacatio per obitum, Clericatus, & habilitas impetrantis. Valor per non excessum, & denique quod beneficium sit sine cura, satis dicatur iustificatum? Vnio beneficiorum non probatur ex publica voce, & fama, sed vel immemorabilis requiritur, vel quadragenaria cum titulo, & qualiter probetur immemorabilis?

Romana Fideicommissi de Drusolinis. Ven. 12. Iunij 1654. Argumentum 460.

Substitutio facta de aliquo, & eius filijs, licet regulariter respectu filiorum intelligatur facta ordine successiuo post Patrem per solam vulgarem non autem per fideicommissariam, hoc tamen non procedit, quando Testator sub vnica Periodo, & Oratione substitutionem de omnibus sub commemoratione mortis concepit, per verba futuri temporis, sed dumtaxat vbi verba habentia tractum temporis successiuum sunt ad personam Patris restricta, & quando inter omnes collectiuè vocatos censeatur inducta reciproca substitutio? Monasterium non succedit loco filij, quando Testator vocauit filios legitimos, & naturales.

Romana Fideicommissi de Mutis. Luna 15. Iun. 1654.
Argumento 461. Non indiget.

Perusina Fideicommissi de Rodulphis. Luna 15. Iunij 1654. Argumento 462.
Non indiget.

Astoricen. seu Nullius Iurisdictionis. Veneris 19. Iuny 1654. Argumentum 463.

Abbas, cui per priuilegium Papæ fuit concessa iurisdictio alicuius Oppidi, illam potest exercere priuatiuè quoad Episcopum, licet oppidum sit intra fines illius Diœcesis, qui Abbas non potest in præiudicium successorum iura Abbatiæ ex huiusmodi priuilegio competentia comptomittere absque beneplacito Apostolico, & per consequens laudum fauore Episcopi prolatum, non afficit successores Abbatiæ, & ex quibus huiusmodi beneplacitum probetur, neque sufficit præsumptum ex lapsu temporis, cum requiratur copulatiuè obseruantia dicti laudi, & quęnam obseruantia sit sufficiens, & quomodo probetur, & quando priuilegium dicatur in forma probanti productū, quamuis sit transumptū.

Romana Vineæ. Lunæ 22. Iunij 1654.

Argumentum 464.

Dominium directum licet ad effectum deuolutionis sit plenè, & concludenter probandum, attamen ad effectum recognitionis, & perceptionis Canonum, Leuiores probationes sufficiunt, & probatur dominium adhunc effectum ex enunciatiuis ipsius dominij, & Proprietatis ex promissionibus soluendi Canones, & ex susceptionibus terminorum ad illos soluendum, in instrumentis publicis emanatis. Dominium bonorum quanto tempore præscribatur ad effectum deuolutionis, & quanto tempore ad effectum percipiendi Canones, & contra quos præscriptio non possit incipere, & contra quos incæpta non currat, & quomodo intertumpatur, & quando ea completa competat aduersus eam restitutio in integrum.

Romana Domorum. Lunæ 22. Iunij 1654.

Argumentum 465.

Conductori, post locationem finitam competit retentio aduersus locatorem pro melioramentis donec sibi reficiantur impensæ legitimè factæ, quod ius retentionis transit ad quoscumque hæredes, siue vniuersales siue particulares, etiam sine cessione, nec locatori conceditur manutentio exigendi pensiones extincta locatione, sed priuatiuè quoad eum conceditur conductori in exactione affictus melioramentorum stante pacto sublocandi donec ea reficiantur, ad quem effectum sufficit vnica tantum exactio.

Bononien. Fideicommissi Io. Mariæ de Bologninis. Ven. 26. Iuny 1654. Argumentum 466.

Executio non potest dici attentata, vbi cessat contemptus Iudicis, & præiudicium partis. Hæres grauatus, vt præsumatur satisfactus de detractionibus legitimæ, & Trebellianicæ non est opus iustificare integram illarum satisfactionem, sed sufficit aliqua alienatio, iuncta omissione inuentarij.

Calagurritana Beneficij de Clauixo. Ven. 26. Iun. 1654.

Argumentum 467.

Beneficium in concursu est adiudicandum digniori; Dignior autem reputatur is, qui actualiter inseruiuit Ecclesiæ beneficij controuersi, & qui est altero pauperior, quæ qualitates multum attenduntur, & tribuunt prælationem, præsertim, quando qualitates alterius non sunt magni ponderis, vel quando de cætero sunt pares, & quomodo probentur istæ qualitates, & quænam veniant attendendæ.

Calagurritana Cantoriæ, Ven. 26. Iunij 1654.

Argumentum 468.

Mandatum de manutenendo conceditur possidenti vigore literarum Apostolicarum, & mandati de immittendo ab illarum executore relaxati etiam in concursu anterioris possessionis, dum executor ipso citato, ritè & rectè processit. Recurrens ad Iudices laicos pro retardanda executione literarum Apostolicarum audiri non debet, nec minus in iudicio manutentionis.

Calagurritana Decimarum de Ocon. Merc. 1. Iul. 1654.

Argumentum 469.

Validitas, & iustitia sententiæ copulatiuè requiritur cum lapsu biennij post interpositam appellationem ad inducendam rem iudicatam: decimæ prædiales spectant ad Parochum ex omnibus prædijs existentibus intrà fines illius Parochiæ, nec contra eum suffragatur aliqua præscriptio, nisi sit immemorabilis cum bona fide, vel quadragenaria cum iusto, & rationabili titulo, & qualiter immemorabilis iustificetur.

Hispalen. Decimarum. Mercurij 1. Iulij 1654.

Argumentum 470.

Declaratoria contra non parentem executorialibus Rotæ relaxatur post personalem illorum intimationem, & reproductionē seruatis solitis quatuor terminis ad docendum de paritione eoque magis contra personas Ecclesiasticas, & Animus non parendi dignoscitur ex contradictionibus, & appellationibus, vbi quod si quantitas mandati est liquida requiritur pro paritione vera, & realis solutio, si autem est illiquida debet reus ad effugiendam declaratoriā, vel instare pro liquidatione, vel deponere penès Notarium causæ aliquam summā cū obligatione soluendi residuum ea sequuta.

Leodien. Successionis. Merc. 1. Iulij 1654.

Argumentum 471.

Remissoria non datur stante irreleuantia articulorum, & suspicione calumniæ, nec datur hæredi ad probandum contra confessionem Testatoris emissam in Testamento; præsertim dum non concurrit fumus erroris? Appellatione bonorum prouenientium ex latere Patris veniunt omnia bona paterna, & non solum prouenientia à maioribus eiusdem patris, sed etiam ab ipsomet Patre quomodocumque acquisita, & quid de consuetudine Leodien.

Calagurritana Cantoriæ. Venerij 31. Iulij 1654. In Congregatione. Argumentum 472.

Possessorium ex stylo Rotæ suspenditur vsque ad sententiam in petitorio inclusiuè proferendam, quando agitur per contradictas, & vltra montes? Literæ Apostolicę vbi sunt in totum iustificatæ veniunt exequendę.

Monasterien. Canonicatus. Ven. 20. Nouemb. 1654.

Argumentum 473.

Turni mutatio licet sit actus voluntarius ac propterea fieri non possit à maiori parte Canonicorum aliquibus contradicentibus, attamen fieri potest quando actus est vtilis Ecclesiæ, & ipsis Canonicis; quod tamen solummodo procedit in actibus spectantibus ad Canonicos vti vniuersos, & Capitulum repręsentantes secus verò in spectantibus ad ipsos vti singulos, hocq; habet locum licet ius spectet ad corpus, exercitium verò ad singulos hoc enim casu omnium consensus requiritur nec attenditur an actus sit vtilis, nisi etiam sit necessarius.

Perusina Fideicōmissi de Rodulphis. Lun. 26. Apr. 1655.

Argumentum 474.

Remissoria, dum sumus in prophanis faciliter conceditur? Remissoria perperam petitur, dum in contrarium adest confessio partis, & licet id limitetur quando datur fumus erroris dictæ confessionis, & quando non sufficiat talis fumus.

Romana, seu Albinganen. Bonorum. Lun. 26. Apr. 1655.

Argumentum 475.

Reagrauatoria semper de stylo Rotæ conceditur si post decem dies à die affixionis Aggrauatoriæ non constet de paritione, nec est opus in relaxatione reaggrauatoriæ denuò seruare quatuor terminos cū interuallo decem dierū inter vnū, & alterū, & quādo sufficiat aggrauatoriā fuisse affixā ad valuas, licet personaliter intimata nō fuerit.

Leo-

licet filius inuentarium non confecerit, dummodo vlterius non concurrant alienationes, nec sufficit sola hypotheca, & obligatio, sed requiritur effectiua alienatio, cum translatione dominij, & quænam in legitimam veniant imputanda. Res iudicata resultat, siue quando appellans post habitos, à Iudice reuerentiales in forma non curauit infra decendium causam committi, nec aliquas fecit diligentias pro commissione impetranda, siue quando post interpositam, appellationem per annum, aut biennium nihil fuit actum in causa, nec prorogata fatalia,

Beneuentana Iurisdictionis. Luna 31. Ianuarij 1656.

Argumentum 506.

Episcopus habet fundatam intentionem eo assistentis iuris super omnimoda iurisdictione in locis litis intra fines illius Diœcesis, illique mandatum de manutenendo est concedendum, nisi aliquis alius per immemorabilem illius iurisdictionem præscripserit, quæ tamen immemorabilis numquam dicitur iustificata, concurrente dumtaxat vnico actu in contrarium, & quænam sint requisita ad probandam immemorabilem necessaria, ab hac autem immemorabili tempus Sedis Episcopalis vacantis, & litis est detrahendum, & an lis per solā impetrationē commissionis dicatur introducta, & an ab ista impetratione sit desumendum litis initium.

Placentina Bonorum. Ven. 4. Februarij 1656.

Argumentum 507.

Primogenitura dicitur instituta ex substitutione à Testatore facta de primogenito in primogenitum, substitutio proximiorum de Domo, & familia, licet regulariter euanescat vno semel admisso proximiore, vbi non adsunt verba tractum temporis successiuum denotantia, hoc tamen non procedit si ex legitimis coniecturis appareat Testatorem voluisse perpetuum, & successiuum fideicommissum ordinatum in casu, quo hæres institutus decederet sine filijs, & absque testamento expirat condito testamento per hæredem, licet sine filijs decesserit. Facultas alienandi an sit compatibilis cum fideicommisso; & quomodo.

Romana, seu Ianuen. Pratensa Nullitatis Professionis. Luna 7. Febr. 1656. Argumentum 508.

Alimenta, & sumptus litis debentur concurrente insimul paupertate, & præsumptione boni iuris. Paupertas autem probatur per Testes deponentes de summa egestate, qui adhunc effectum coarctarent negatiuam dicendo aliter esse non posse quin ipsi scirent, cui tamen æquipollent si dicant se esse bene informatos, Præsumptio autem boni iuris oritur ex sententia fauorabili, quamuis per appellationem suspensa, dummodo non sit notorie nulla, quæ pariter præsumptio, concurrit in fratre agente pro alimentis aduersus fratres eius renunciatiarios pendente lite super petitione hæreditatis paternæ, quæ tamen alimenta veniunt regulanda iuxta quantitatem patrimonij controuersi, & non constito de hac quantitate debet subministrari aliqua summa in causam per Iudicem declarandam.

Bononien. Bonorum. Luna 7. Febr. 1656.

Argumentum 509.

Attentata omnia in primis veniunt reuocanda; Dicuntur autem attentata omnia gesta tam præcedenter tēpore illegitimo, quam post commissam causam, & præsentatam inhibitionem, non autem gesta antea tempore legitimo stante rescripto signaturæ, cum facultate manutenendi, quem de iure, & quid operetur huiusmodi rescriptum, Continuatio possessionis, quando excuset ab attentatis, & quando non:

Cæsaraugustana Distributionum. Luna 21. Febr. 1656.

Argumentum 510.

Absolutio conceditur excommunicato illam humiliter petenti, docto de paritione, & licet ex pluribus causis sit excōmunicatus, potest respectu vnius causæ absolui, & respectu aliarum remanere excommunicatus, quod tantum procedit in foro Iudiciali, non autem in foro pœnitentiali, in quo quis non potest respectu vnius causæ dumtaxat absolui, & quænam sit ratio diuersitatis ad hunc effectum inter forum Iudicialem, & pœnitentialem.

Romana Testamenti. Merc. 22. Martij 1656.

Argumentum 511.

Testamentum iure militari conditum etiam sine solemnitatibus sustinetur quomodocumque appareat de voluntate Testantis, & cuinam militi competat priuilegium condendi testamentum iure militari dispositio ad pias causas pariter absque solemnitatibus sustinetur, & sufficit piam causam fuisse substitutam, licet instituta non fuerit, & quando dispositio dicatur ad piam causam; Repudiatis autem legatis pijs, alijsq; dispositionibus subintrat R. Fabrica S. Petri, illique debetur immissio? Identitas schedulæ testamentariæ manu Testatoris scriptæ qualiter probetur, & qualiter deponere possint Testes super recognitione manus Testatoris ad istum effectum.

Bambergen. Præpositura. Ven. 24. Martij 1656.

Argumentum 512.

Literę subrogationis dum sunt iustificatę veniunt exequēdæ, pro obtinēda autē executione subrogationis requiruntur lis, & obitus collitigantis in possessione, nec lis debet esse calumniosa, ad quam calumnā excludendā qualibet causa, etiam leuis, & colorata est sufficiens.

Interamnen. Bonorum. Luna 15. Maij 1656.

Argumentum 513.

Appellatione hęredum, & successorum in substitutionibus regulariter veniunt dumtaxat hæredes sanguinis, & quando comprehenduntur sub dicta appellatione tam masculi, quam fœminæ, & an debeant esse hæredes, & successores vniuersales, an sufficiat si sint particulariter instituti, & an possit hæres grauatus non substituendo sibi hæredem sanguinis à Testatore vocatum illum à vocatione excludere. Instituta certa persona, & eius hęredibus, quando hęredes censeantur vocati per simplicem vulgarem, & quando per fideicommissariam, & quando filij in reciproca substitutione hæredum nominati censeantur vocati ad portionem Patris, & Patrui, & quando secus.

Romana Dotis. Luna 15. Maij 1656.

Argumentum 514.

Hæres communis debitoris, si agat repellitur exceptione *l. vindicantem. ff. de euict.* qua ipse defunctus repelleretur, heres autem substitutus in casu, quo institutus dę bonis hæreditarijs non disposuerit, an censeatur hæres Testatoris, au hæres hæredis instituti, si in eius personam hæres institutus disposuit, & quando.

Bononien. Hæreditatis de Pepulis. Merc. 17. Maij 1656.

Argumentum 515.

Ægidiana sicuti non intrat in bonis Ecclesiasticis, licet solum agatur in possessorio de vtili dominio inter laicos ita nec etiam respectu bonorum laicalium in eadē sententia comprehensorum habet locum, & quando pars appellabilis sententię trahat secum partem non appellabilem incestus si incontinenti probetur impedit immissionem in bonis fideicommissarijs, & quomodo incestus probetur.

Romana Census. Luna 22. Maij 1656.

Argumentum 516.

Substitutio ordinata sub conditione si institutus sine filijs decederet, expirat per obitum ipsius cum filijs iuxta *Consil. Oldrad.* 21. & licet filius in conditione posi-

positus ex Statut.Vrb.lib.1.cap.142: censeatur dispositiuè vocatus nou inde censetur alius subsequentibus restituere grauatus, nisi ex vrgentibus conniecturis aperte illum grauandi eliciatur fideicommittentis volūtas & quænam sint conniecturæ ad hoc sufficientes? Appellatione filiorum in conditione positorum an veniāt etiam nepotes,& vlteriores descendentes,& an veniant ad effectum succedendi per simplicem vulgarem, vel per fidricommissariam.

Monasterien.Canonicatus. Lun.22.Maij 1656.

Argumentum 517.

Consensus omnium Canonicorum non est necessarius, sed sufficit maior pars illorum, vbi agitur de actu ad Canonicos spectante, vti vniuersos, secus antem, vbi sit actus spectans ad Canonicos, vti singulos, hoc enim casu omnium consensus requiritur, idque procedit etiam si Ius,& proprietas spectet ad corpus, seu ad Canonicos, vti singulos, & quid de mutatione Turni. Tertius habens aliquod Interesse,licet non sit pars formalis bene potest de attentatis ab alio commissis excipere, & quomodo procedat regula, quod Tertius non possit opponere de attentatis ab alio commissis,

Romana Cambij. Veu.26.Maij 1656.

Argumentum 518.

Promittens soluere alicui certam summam quotiescumque fuerit per Iudicem declaratus verus,& legitimus Creditor Cambij, non purificata hac conditione ad solutionm promissam rite conueniri non potest, nou dicitur autem purificata ex eo quod Iudex declarauit simpliciter cambium fuisse, & esse verum, nisi etiam dixerit eum ad cuius fauorē fuit stipulata promissio esse verum & legitimum Creditorem.

Calaguritana Archidiaconatus. Ven.26. May 1656.

Argumentum 519.

Reseruatio cadit super Canonicatu ex regula quinta Cācellariæ,quando prouisis erat vnicus Subcollector fructuum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, & Subcollectore vnico deputaro vnicitas sempcr præsumitur, donec pluralitas Subcollectorum ab altera parte ostendatur, sola sufficit deputatio Subcollectoris, licet officium non fuerit acceptatum, cum fuit motu proprio concessum, nec præscriptum actuale exercitium, cum sufficiat potentiale, prout, nec attenditur defectus Iuramenti de fideliter administrando, & quarè,& ad hunc effectum reseruationis,satis est quod prorsus aliquando fuerit vnicus subcollector deputatus, licet tēpore obitus non esset talis per cōtradictas in causa nō potest procedi,vbi citatio personalis nō præcesserit,nisi constet de impedimendis præstitis,quo in casu præstans impedimentū habetur pro validè,& sufficienter citato.

Bononien.de Bolognisis. Lun,29.May 1656.

Argumentum 520.

Tres Sententiæ conformes in substantia possunt legitimè executioni demandari,iunguntur autem ad faciendum numerum trium conformium illæ sententiæ, quæ latæ fuernnt ex eodem Iure,& causa, licet in eis res diuersæ fuerint petitæ, & licet nonnullæ in possessorio, & cæterę in petitorio emanauerint etiam contra personas diuersas, & quando.

Luneu.Sarzanen. Beneficiorum. Ven.9.Iunij.1656.

Argumentum 521.

Iuspatronatus institutum fauore masculorum etiam adoptandorum excludit fæminas natas,& nasciturss,transitque in Fideicommissarium de voluntate Testatoris, succedendo in alijs bonis videtur agnitus irreuocabiliter in compationum.

Leodien.Successionis. Lun.12.Iunij 1656.

Argumentum 522.

Filij succedunt in dote materna post mortem parentum non obstante statuto tribuente Patri dominium rerum dotalium vt latius in Summario;

Surrentina Beneficij. Merc.14. Iunij 1656.

Argumentum 523.

Episcopo dicitur acquisita manutenibilis possessio conferendi aliquod Beneficium ex postrema collatione per eum facta, & effectum sortita, neque eidem obstare potest collatio facta ab alijs, vel dum non probatur effectuata, vel dum etiam lapsum tempus centum Annorum, in quo omnis possessio amittitur, vel dum passi fuerunt prouisum ab Episcopo per decennium Beneficium possidere, quamuis possessionem ignorauerint. Manutentio in concursu conceditur anteriori possessori, quamuis naturalem possessionem dimiserit, dum hoc fecit in reuerentiam literarum Apostolicarum, & metu censurarum, &dum Ciuilem possessionem retinuit,& protestationem in actu dimissionis fecit,& semper in eadem protestatione continuauit, & an sufficiat verbalis oblatio clauiū absque actuali dimissione possessionis, ad effectum, vt quis habeatur pro spoliato.

Leodien.Canonicatus S. Martini. Merc.14.Iun.1656.

Argumentum 524.

Aggrauatoria est concedenda post relaxationem, & Intimationem declaratoriæ, non constito de sufficienti paritione, quæ omnino mandatis Rotalibus est præstanda, nec mandata rotalia veniunt interpretanda à partibus, sed est habendus recursus ad Rotam pro illorum interpretatione, & interim est necessaria paritio ad euitandam aggrauatoriam.

Romana Fideicommissi de Mutis. Lun.19.Iunij 1656.

Argumento 525. Non egee.

Burgen,Capella. Lun.19.Iunij.1656.

Argumentum 526.

Iuspatronatus honorificum pro vt est præeminentia in sessionibus, Processionibus, & alijs similibus Iuribus honorificis tribus modis acquiritur,vel ex fundatione, vel ex Constructione, seu ex dotatione, nec alius modus acquirendi Iuspatronatus præter hos in Iure reperitur expressus. Ex fundatione autem acquiritur, vel cum quis præstat fundum capacem, vel Ecclesiam construit à fundamentis, vel pænitus dirutam reædificat nec ad hunc effectum simplex restauratio est sufficiens, sed totalis Ecclesiæ destructio,ac fundamentalis,& noua reędificatio requiritur. Ex dotatione vero Ecclesiæ etiam constructę acquiritur iuspatronatus, nisi probetur quod Ecclesia aliundè dotē haberet,& dūmodo dos sit tradita ex proprijs,& patrimonialibus effectibus dotantis expresso titulo dotis,& dummodo sit sufficiens, & quando ad hunc effectum dos sufficiens dicatur.

Palentina Decimarum. Ven.23.Iunij 1656.

Argumentum 527.

Remissoria vbi materia articulata est improbabilis vel vbi oritur præsumptio calumniæ,vel vbi probatio potest fieri per scripturas, vel quando materia alias fuit articulata post didicita testificata nunquam conceditur, testificata verò ad hunc effectum debent esse didicita non per simplicem editionem summarij sed per solemnem publicationem,mediante decreto Iudicis,factam, vel per transportationem actorum.

Beneuentana Census seu Pecuniaria.Lun.29.Maij 1656.

Argumentum 528.

Mandatum exequutiuum est concedendum Creditori aduersus debitorē vigore obligationis Cameralis in Instrumento crediti appositę,quod procedit etiam contra tertium possessorem in quem bona fuerunt alienata dum constat,quod mala fide, & collusiuè ad supplantandum Creditorem fuit facta alienatio.

Pampilonen Beneficij de Ezguisga. Lun.5.Martij 1657.

Argumentum 529.

Præ-

agi dicatur de iure prorsus quærendo , nec dici possit quod bona hæreditaria ex erronea aditione fuerint illi acquisita , data autem legitima repudiatione , sit locus substituto in vim vulgaris, nec ad impediendam illi immissionem dicitur legimus contradictor veniens ex antiquiori fideicommisso nisi cōcurrant omnia ad id requisita nempè quod doceat incontinenti de fideicommisso, & iure suo, quod nihil sit detrahendum, & quod ipse sine vitio possideat , & qualiter de his omnibus dicatur sufficienter constare ?

Romana de Mellinis . Merc. 20. Ianuarij 1658.

Argumentum 556.

Renunciatio simpliciter facta de bonis , & hæreditatibus Paterna, Materna, Fraterna, æquè comprehendit tam hæreditates præteritas , quam futuras , & tam ex Testamento quam ab intestato, & propterea impedit immissionem à renunciante petitam , & quid si essemus in dubio an renunciatio etiam futura comprehenderet ? Testamentum à Notario rogatum, qui præcedenter fuerat suspensus ab exercitio Notariatus dicitur nullum , nec meretur fidem publici instrumenti, hocq; procedit licet Notarius fuerit rehabilitatus antè rogitum testamenti nisi probetur quod rehabilitatio , & eius restitutio ad officium facta fuerit ab habente iurisdictionem , & facultatem .

Auenionen. Iurisdictionis . Lunæ 11. Martij 1658.

Argumentum 557.

Remissoria in causa profana conceditur etiam sine fumo, data releuantia materiæ articulatæ , & etiam sufficit , quod de releuantia possit dubitari .

Bononien. Fideicommissi Io. Mariæ de Bologninis . Mercurij 15. Martij 1658. Argumento 558.

Non eget .

Romana Redditionis Rationis . Ven. 22. Mart. 1658.

Argumentum 559.

Administrator non tenetur reddere rationem nisi à tempore susceptæ administrationis , & ea semel reddita iterum conueniri non potest , nisi concludentissimè constet de errore, nec tenetur rationem reddere de ijs, quæ non probantur fuisse propria illius, cuius nomine administrauit, & dicitur sufficientem reddidisse rationem de omnibus ab eo administratis dum ab altera parte non iustificatur quod alia bona ad eum peruenerint , præter comprehensa in redditione rationis . Ad effectum autem vt teneatur de non factis exactionibus creditorum requiritur dolus , vel lata culpa quam excludit ignorantia facti, quæ de iure præsumitur nisi sciētia ab altera parte concludenter iustificetur cū suis requisitis,& ex quibus scientia huiusmodi excludatur ?

Romana Censuum, seu Saluiani . Merc. 27. Mart. 1658.

Argumentum 560.

Locatio cum perceptione pensionis probat possessionem. Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi constituti cum clausula, *Exceptis legatis* .

Bononien. Hæreditatis de Pepulis. Ven. 29. Mart. 1658.

Argumentum 561.

Immissione concessa filijs in omnibus bonis proprijs , & liberis Testatoris, non comprehenduntur bona emphyteutica , quæ ad ipsum Testatorem spectabant vnde fauore filiorum locus est Ægidianæ, filij incestuosi licet præter alimenta sine incapaces successionis, hoc tamen non procedit si mater ignorauerit anteriorem viri cōcubitum cum consanguinea ; Ignorantia enim huiusmodi excusat ab incestu, & filij inde progeniti naturales tantū, non autem incestuosi, nec spurij reputantur .

Nonarien. Capellaniæ . Ven. 29. Martij 1658.

Argumentum 562.

Donans omnia eius bona præsentia , & futura si eius vita durante tantum reseruauerit sibi vsumfructuum bonorum donatorum, an possit testari de illis fructibus, qui supersunt ex vsufructu reseruato an vero possit solummodo de illis disponere per actum inter viuos maximè si in donatione reseruata fuerit certa, & limitata quantitas ad effectum testandi ? Valde controuersia est materia, & magistralis decisio .

Romana Cambij . Lunæ 8. Aprilis 1658.

Argumentum 563.

Contractus cambij initus ad biennium absq; beneplaciti reseruatione lapso termino non durat, & fructus solnti cedune in extinctionem sortis, cambia vt debeantur debet probari transmissio pecuniarum ad nundinas .

Romana Fideicommissi de Mutis. Ven. 10. Maij 1658.

Argumento 564. Non eget .

Bononien. Iurispatronatus . Lunæ 13. Maij 1658.

Argumentum 565.

Licet iuspatronatus ex dotatione, & fundatione , vbi non cadit præsumptio vsurpationis sufficienter probetur , vel per centenariam, vel per quadragenariam cum fama de eo tamen non dicitur satis constare si adsint prouisiones Apostolicæ posteriores cū assertiua Pontificis, quod iuspatronatus dumtaxat competebat ex consuetudine, quod per *Sacr. Concil. Trident. sess. 25. c. 9. de refor.* expressè abrogatur, & quid sufficiat ad exclusionē iurispatronatus ex dotatione , & fundatione ?

Cæsaraugustana Cathedralitatis. Lunæ 27. Maij 1658.

Argumentum 566.

Remissoria an concedatur post rem iudicatam, & post commissam causam restitutionis in integrū, & quando sit deneganda attenta irreleuantia materiæ articulatæ?

Romana Vsusfructus . Ven. 31. Maij 1658.

Argumentum 567.

Pactum reuersiuum fauore donantis in instrumento donationis appositum , casu quo donatarius deficeret in præstatione alimentorum, non habet locum vbi donatarius decedens reliquit donanti menstruum legatum animo compensandi cum eius debito licet viterius alimenta non fuerint ab eius hærede donanti præstita dummodo legatum integraliter fuerit semper persolutum . Legatum autem censetur animo compensandi relictum , quando quantitas legata correspondet debito alimentorum eiq; est adæquata, vel quando mēstruum legatum fuit factū personæ pauperi , & quare ?

Romana Donationis . Lunæ 3. Iunij 1658.

Argumentum 568.

Donatione facta Patri , & filijs , isti dicuntur condonatarij equè principaliter, eisque debetur donatio licet ad sint Patris hæredes . Resolutio donationis prætensa ob pacta non seruata tunc solum intrat , quando adest pactum reuersiuum ad donantem cum clausula , *non alias aliter , nec alio modo* .

Romana Legati . Lunæ 3. Iunij 1658.

Argumentum 569.

Fructus licet regulariter non veniant in restitutione fideicommissi , etiamsi Testator vsus fuerit verbis amplis , & generalibus : hoc tamen fallit, vel quando quis fuit explicitè rogatus etiam fructus restituere, vel quando hoc ex coniecturata mente Testatoris deducitur , & quænam sint coniecturæ ad id sufficientes ?

Calaguritana Decimarum S. Asceutij, & Dauallillo . Merc. 26. Iunij 1658. Argumentum 570.

Transactio , quæ emanauit de legitimo vtriusque partis consensu præuijs omnibus solemnitatibus , & ex iusta causa , dicitur valida, si autem spatio longissimi temporis fuerit obseruata quælibet nullitas excluditur , & ex quibus de his omnibus constare dicatur ?

Romana, seu Reatina Beneficij . Merc. 26. Iunij 1658.

Argumentum 571.

Iuspatronatus laicorum vacans in curia per obitum posf

sesso-

sessoris remanet sedi Apostolicæ affectum, & pro illa vice collatio pertinet ad Pontificem,excluso quocunq; alio collatore inferiori, ideoque in concursu dicitur potius constare de bono iure prouisi Apostolici,quam ab ordinario præuia Patronorum præsentatione instituti,hocque licet prouisio Ordinarij non sit Papę narrata: & licet in litteris Apostolicis adsit Clausula, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, & quare?

Hidelsimen. Præpositura. Ven. 28. Iunij 1658.

Argumentum 572.

Literæ prouisionis Apostolicæ à Papa motu proprio & certa scientia, & mera liberalitate concessæ habent paratam executionem etiam absque præcedente narratorum iustificatione, nec illarum executio potest retardari ab allegante immemorabilem pro exclusione reseruationis beneficij, donec ipsa immemorabilis per tres conformes canonizata non fuerit, & ex quibus præscriptio immemorabilis excludatur?

Perusina Testamenti. Lunæ 28. Iunij 1658.

Argumentum 573.

Testamentum sigillatum ad hoc vt certitudo illius identitatis habeatur ita debet esse alligatum, & complicatum vt nullo modo extrahi possit, alias si reperitur apertum, præsertim in manibus intestati euitatur certitudo identitatis, & oritur vehemens suspicio, quod vnum loco alterius potuerit supponi,& qualiter certitudo identitatis excludatur Testamentum absque solemnitatibus tam inter liberos, quam fauore piæ causæ substinetur, & quando Testamentum dicatur conditum fauore piæ causæ, & an priuilegium Testamenti inter liberos suffragetur etiam respectu legatorum extraneis relictorum,& quando?

Auenionen. Attentatorum. Lunę 1. Iulij 1658.

Argumentum 574.

Arbitrium, ad effectum reseruandi attentata in fine litis, intrat, quando constat de paupertate prætensi attentātis, & quando abest dolus, maximè si causa commissa fuerit appellatione remota, & qualiter de absentia doli in attentante,& de paupertate satis cōstare dicatur?

Bononien. Attentatorum. Luna 1. Iuly 1658.

Argumentum 575.

Actus gesti in spretum litis pendentiæ, & Rotalis inhibitionis, tamquam attentati veniunt reuocandi, nec potest pars inhibita, vel alius Iudex de viribus inhibitionis cognoscere sed habito recursu ad superiorem, nihil interim debent innouare. Pro purgatione verò attentatorum, nedum omnia sunt in pristinum reponenda, verum etiam sunt reficiendæ omnes expensæ attentata passo vsque ad vltimum quadrantem siue expensæ fint viuæ,siue non.

Interamnen. Bonorum. Luna 1. Iulij 1658.

Argumentum 576.

Mandatum de manutenendo conceditur anteriori possessori, qui numquam se habuit pro spoliato; Non dicitur autem sua possessione priuatus ex adiudicatione, & deliberatione pretij nulliter facta per Iudicem, & absque citatione,& sufficit quod aliquis citatus non fuerit,vt tam quod ad ipsum,quam etiam quoad alios pro indiuiso possidentes, & legitimè citatos deliberatio corruat, & ex quibus de nullitate deliberationis appareat?

Leodien. Parochialis. Luna 1. Iulij 1658.

Argumentum 577.

Remissoria pro iustificatione literarum Apostolicarum petita, tamquam rationabilis, & necessaria est concedenda, & data releuantia alicuius articuli est super omnibus concedenda,& quando petens remissoriam in beneficialibus teneatur iuxta stylum Rotæ consentire sequestro,& promittere de stando vnicæ præuio speciali mandato?

Elboren. Beneficij. Ven. 15. Nouembris 1658.

Argumentum 578.

Gratia prouisionis Apostolicæ remanet inefficax ob non expressionem veri valoris; Valor autem si fuerit narratus per Ascensum specificas requirit probationes; Si verò per non excessum leuioribus indiget iustificationibus,imò in hac vltima narratiua datur diminutio sextæ partis pro sustinenda prouisione Apostolica, quod tamen procedit fauore impetrantis beneficium ob falsam narratiuam valoris ab altero factam, & quare?

Bononien. Domus. Merc. 27. Nouembris 1658.

Argumentum 578.

Transactio semper obstat transigenti,donec fuerit per tres conformes rescissa, & inita bona fide afficit etiam vocatos ad fideicommissum ex propria persona,quamuis non sint hæredes transigentis. Substitutio facta sub conditione,illa non impleta habetur pro non scripta, & corruit etiam subsequens dispositio ab illa dependens, & quando filij ex propria persona vocati possint ex contrauentione matris sub conditione institutæ à successione repelli,& quando conditio per Testatorem adiecta dicatur pœnalis, nec sustineatur? In emphyteusi ecclesiastica appellatione hæredum veniunt duntaxat hæredes sanguinis descendentes scilicet ab inuestito,in quibus debet simul concurrere, etiam qualitas hæreditaria, & quando bona emphyteutica possit alienari,& quænam inuestituræ sint attendendæ?

Romana Beneficij. Merc. 27. Nouembris 1678.

Argumentum 580.

Pendente causa in Rota quidquid gestum est coram alio Iudice dicitur attentatum licet exequutor processerit vigore literarum Apostolicarum.

Placentina Parochialis. Luna 2. Decembr. 1658.

Argumentum 581.

Auditor Rotæ, vbi lis super beneficio fuit in Rota introducta, potest cognoscere de iustificatione literarum Apostolicarum ipsisque decernere debitam exequutionem, licet alteri illarum exequutio directa, & demandata fuerit, & quare? Quo casu prouiso suffragatur approbatio per ipsum obtenta ab examinatoribus Vrbis, sed quid si beneficium sit aliqua Parochialis, & requiratur approbatio, etiam circa mores, super quibus non inquirunt examinatores Vrbis? Resignatio facta ad fauorem eius, qui fuit ab examinatoribus reprobatus non requirit publicationem, non inducit vacationem, nec abdicat ius à resignante, non probata in eo certa, & indubitata scientia illius inhabilitatis, simonia qualiter sit probanda, & ex quibus exceptio homicidij in Presbytero excludatur.

Ragusina Pecuniaria. Luna 2. Decembris 1658.

Argumentum 582.

Procurator ad negocia, licet possit alium substituere, periculo tamen suo substitutionem facit, & tenetur pro substituto ad interesse erga mandantem, si ille negligit, vel dolosè versatur, nec liberatur cædendo actiones contra substitutum, vel fideiubendo de restituendo si aliquid recusauerit. Hoc tamen limita non procedere quando, mandatarius notificauit mandanti substitutionem, & ipse eam acceptauit, quando teneatur mandatarius etiam de casu fortuito?

Romana Cambij. Merc. 4. Decembris 1658.

Argumentum 583.

Cambia loco damnorum, & interesse lucri cessantis, & damni, emergentis promissa à debitore ad certū tempus ex casu non factæ transmissionis eo elapso pecuniarum ad Nundinas amplius non debentur,nec etiāsi debitor elapso tempore fuerit morosus in restitutione pecuniarū, nisi cū mora debitoris copulatiuè concurrant

Bene-

Reſeruatio iurium, licet verbis vniuerſalibus,& geminatis concepta non poteſt referri ad iura prorſus incompatibilia,ſed reſtringitur ad ſpeciem adiunctam, & ad rem, & cauſam à contrahentibus in inſtrumento appoſitam hæres facta reſtitutione fideicommiſſi probato errore, qua actione agere debeat, & an iuris error poſſit à iuris perito allegari?

Romana Legitimæ . Lunæ 26.Aprilis 1660.

Argumento 638. Non eget.

*Forolinien.Lucri Dotalis . Ven.*30. *Aprilis 1660.*

Argumentum 639.

Maritus etiam ex fideicommiſſo detrahit quartum dotale, ſi vel ignorabat bona ſibi in dotem tradita,& fideicommiſſo ſubiecta, vel ſi ſciebat, & ſibi cauie expreſsè de huiuſmodi lucro, vel ſi bona fideicommiſſi poſſent dari in dotem, aut ex voluntate Teſtatoris, aut ex quo intratec remedium Auth. Res quæ. Dos congrua quæ dicatur?

*Romana Redditionis Rationis . Merc.*5.*Maij 1660.*

Argumento 640. Non eget.

*Romana Hæreditatis . Ven.*7. *May 1660.*

Argumentum 641.

Renunriatio loquens de hæreditate Paterna, Materna, & Fraterna, & Auorum quorumrumque an comprehendat hæreditatem fratris conſobrini?

*Sypontina Cathedralitatis . Ven.*21.*May 1660.*

Argumentum 642. Patet ex Summario.

Colonien. Decimarum . Lunæ 24.*May 1660.*

Argumentum 643.

Decimæ tanquam res ſpirituales non poſſunt in laicos transferri obſtante diſpoſitione Concil. Lateranen. quod habet locum nedum in emphyteuſi, ſed etiam in locatione perpetua, & ad hæredes tranſitoria, & an ex obſeruantia longiſſimi temporis præſumatur beneplacitum Apoſtolicum fauore laicorum,& an præſumptū ſufficiat in hac materia,& quid requiratur?

Romana Cenſus . Lunæ 24. *May 1660.*

Argumentum 644.

Confeſſio de recepto facta à marito conſtante matrimonio fauore vxoris cenſetur facta in fraudem donationis prohibitæ tam à iure communi, quam à Statuto Vrbis, à quo nedum explicitæ donationes, verum etiā ſub quouis prætextu implicitæ irritantur,licet ſint iuratæ, & an huiuſmodi donationes excedentes ſummam 500. ſolidorum, poſſint morte donantis confirmari, deficiente inſinuatione, & an confirmatæ dicantur per ſilentium eius, qui donauit?

Ferrarien. Penſionis . Merc. 26. *Maij 1660.*

Argumentum 645.

Iuriſpatronatus exiſtentia ſatis probari videtur ex literis Apoſtolicis, dum ordinarius loci non eſt in cauſa pro libertate beneficij; & eo maxime colitigans veniat ex eodem iurepatronatus, & quando de illius pertinentia conſtare dicatur?

*Romana Fideicommiſſi de Donatis.Lun.*7.*Iunij 1660.*

Argumentum 646.

Coniunctus verbis,& non totaliter diſiunctus re, vigore iuris accreſcendi capit integram hæreditatem ob deficientiam cohæredum,vxor hæres inſtituta ſub conditione, ſi vitam viduilem ſeruauerit, ad quid teneatur ſi ad ſecundas nuptias conuolauerit? & quid inſtitutio concepta operetur verbis negatiuis, vel affirmatiuis, ſeu per viam conditionis, vel modi in hæreditate, & quid in legatis?

Romana Reſidui Dotis . Lunæ 7.Iunij 1660.

Argumentum 647.

Maritus non poteſt petere reſiduum dotis ſibi promiſſæ, in capitulis matrimonialibus, cui ipſe,vel eius Auctor renunciauit, quodque promiſit ſe non petiturum in altero inſtrumento, & quando huiuſmodi promiſſio cenſeatur temporalis, & quando perpetua?

Romana Societatis Fundaci . Lunæ 14.*Iunij 1660.*

Argumentum 648.

Socius ante finitam ſocietatem non poteſt agere contra ſocium pro reſtitutione ſui capitalis, nec quidquam ab eo prætendere ante ſequutam inter ipſos computorum ſolidationem,& qualiter ſocietas dicatur inducta, & quomodo terminata?

*Ariminen.Bonorum . Ven.*18.*Iunij 1660.*

Argumentum 649.

Inueſtitura in qua tot petiæ terræ, ſeu tornaturæ conceditur in fundis deſignatis, non extenditur ad annexa eiſdem Tornaturis conceſſis, nec vltra poteſt emphyteuta prætendere,qui ſi ſit primus acquirens, & titulo oneroſo poteſt alijs in inueſtitura vocatis præiudicare.

Romana Caſalis . Ven. 18. *Iunij 1660.*

Argumentum 650.

Bona per hæredem grauatum acquiſita mediante tranſactione inita ſuper iure, & nomine hæreditatis, non ipſi tranſigenti, ſed hæreditati acquiruntur, & augent fideicommiſſum, & quando tranſactio dicatur inita ſuper iuribus fideicommiſſi, & nomine hæreditario fideicommittentis.

Ferrarien.Penſionis . Lunæ 21.*Iunij 1660.*

Argumentum 651.

Translatio Penſionis licet extorta per blanditias, & perſuaſiones tranſlatarij ſubſiſtitur, & qualiter huiuſmodi translatio fieri debeat. Ægrotus quomodo dignoſcatur an fuerit ſanæ mentis, & quomodo probetur dementia, & de quo tempore ſit probanda ad inualiditatem actus.

*Neapolitana Hæreditatis . Ven.*25.*Iunij 1660.*

Argumentum 652. Patet ex ſummario.

Pampilonen. Capellæ . Ven. 25. *Iunij 1660.*

Argumentum 653.

Patronatus Capellæ an bene inferatur ex iure patronatus Capellaniæ, & ex quibus dominium huiuſmodi poſſit inferri.

Mediolanen. Bonorum . Lunæ 28. *Iunij 1660.*

Argumentum 654.

Sententia tranſit in rem iudicatam, niſi fuerit ab ea appellatum intra decendium, quod incipit currere à die latæ ſententiæ,non autem à die habitę notitiæ, quando citatio ad ſententiam fuit perſonaliter exequuta.

*Romana Dotis,ſeu Attentatorum. Lun.*28.*Iunij 1660.*

Argumentum 655.

Litis pendentia in Rota operatur vt omnia geſta coram alio Iudice ſuper eadem cauſa ſint attenta, maximè ſi fuit præſentata inhibitio Rotalis, quæ ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt metuenda.

Veſionen. Vicariæ . Lunę 28.*Iunij 1660.*

Argumentum 656.

Appellatio ſuſpenſiua admittitur ab inſtitutione præſentati ad beneficium, quando ad eam fuit proteſtum iudicialiter, & in contradictorio iudicio, proindeque omnia poſt dictam appellationem geſta remanent attentata, quæ etiam per viam manutentionis ad fauorem anterioris poſſeſſoris veniunt reuocanda.

Cæſarauguſtana Cathedralitatis . Lunę 5.*Iulij 1660.*

Argumentum 657.

Declaratoria contra Canonicos, & interdictum contra Capitulum eſt relaxandum, ſi infra legitima tempora non conſtet de debita paritione literis exequutorialibus Rotæ, & an ſufficiat adhuc effectū verbalis oblatio parendi, an potius requiratur poſitiua paritio.

Comen.Manſionariatus . Lunæ 5. *Iulij 1660.*

Argumentum 658.

Beneficiatus,qui ex lege fundationis, tenetur reſidere, alias

alias per eius absentiam certi temporis vacet beneficium, ipso facto non incurrit pœnam priuationis, nisi post sententiam Iudicis declaratoriã; & an adhunc effectum absentia debeat esse interpolata, vel continua.

Maioricen. Congrua. Luna 5. Iuly 1660.

Argumentum 659. Patet ex Summario.

Neapolitana Separationis Thori. Lunę 5. Iul. 1660.

Argumentum 660.

Vxor litigans cum viro, an, & in quo loco sit sequestranda pendente lite, arbitrio Iudicis relinquitur.

Calaritana Pensionis. Ven. 3. Decembr. 1660.

Argumentum 661.

Declaratoria antequam relaxetur contra inobedientes mandatis Rotalibus, illorum personalis intimatio requiritur ad inducendam in citato certam scientiam contentorum in eis.

Cæsaraugustana Cathedralitatis. Ven. 10. Decemb. 1660.

Argumentum 663.

Declaratoria contra non parentes mandatis Rotalibus relaxatur, nec sufficiunt ad hanc euitandam verbales oblationes parendi, quoties factum præcisum adimplendum fuit appositum in mandatis Rotalibus, tunc enim antequam constet de præcisa, & positiua obedientia, non est quis audiendus in iudicio, nec etiam super alijs iuribus.

Taurinen. Bonorum, Luna 24. Ianuarij 1661.

Argumentum 664.

Appellans, nisi fuerit prosequutus appellationem intra terminum assignatum à Iudice à quo causa remanet deserta, & sententia transit in iudicatum. Reintegratio quando sit concedenda, & quænam extrema veniant probanda adhunc effectum in spolio iudiciali, & extraiudiciali.

Romana Pecuniaria. Ven. 28. Ian. 1661.

Argumentum 665.

Vxor mortuo viro, potest ab illius hæredibus dotem sibi promissam repetere, licet culpa, & negligentia mariti non fuerit integraliter exacta; quæ negligentia potest in eo dumtaxat considerari, si promissor fuerit extraneus, & quinam adhunc effectum dicantur extranei, & quid si pater dotem promiserit.

Romana Saluiani. Ven. 4. Februarij 1661.

Argumentum 665.

Immissio in vim Saluiani denegatur creditori posteriori aduersus causã habentes à creditoribus anterioribus.

Interamnen. Dotis. Luna 7. Februarij 1661.

Argumentum 666.

Solutio non potest amplius impugnari tanquam minus legitimè facta, vbi adest quietantia creditoris ab eo approbata, & pluries ratificata.

Romana Pratensi Fideicommissi de Breinis. Lunę 7. Febr. 1661. Argumentum 667.

Testator si hærede vniuersali instituto promisit declarare personas substitutorum, quas postea non declarauit, substitutio remanet imperfecta, tanquam si facta non fuisset.

Romana seu Ianuen. Pecuniaria. Ven. 11. Febr. 1661.

Argumentum 668.

Emptor qui integrum pretium rei emptæ creditoribus venditoris persoluit, non potest cogi ad soluendum posterioribus, quamuis ad eorum fauorem se particulariter obligauerit, & quare.

Farfen. Bonorum. Merc. 23. Martij 1661.

Argumentum 669.

Ecclesia finita linea primo inuestitorum, si nolit, vel non possit pro se retinere, tenetur reinuestire proximiores, & quantum temporis concedatur istis ad petendum inuestituram, & quando currere incipiat.

Mediolanen. Iurispatronatus. Luna 28. Mart. 1661.

Argumentum 670.

Iuspatronatus an transeat ad fideicommissarios, vel potius remaneat pænes hæredem directum, & quomodo si sit origine gentilitium, possit fieri hæreditarium.

Ariminen. Bonorum. Ven. 18. Aprilis 1661.

Argumentum 671.

Quidquid continetur intra fines concessioni adiectos, nõ præsumitur emphyteuticum, licet bona in emphyteusim concessa incipiant à corpore, nisi fuisse concessa Vniuersitas, nempè Curtis, Fundus, seu Prædium. Ius accrescendi quando locum habeat in concessionibus bonorum emphyteuticorum.

Florentina Oratorij. Luna 2. Maij 1661.

Argumentum 672.

Filius ex coniugata præsumitur filius mariti: hæc tamen præsumptio est iuris tantum, quæ eliditur per contrarias probationes, nempe per Testes, etiam de auditu, in antiquis præcipuè, & de publica voce & fama deponentes concurrentibus maximè vrgentibus coniecturis. Nec contra Testes in hac materia personales exceptiones admittuntur.

Romana Vinea. Lunę 2. Maij 1661.

Argumentum 673.

Emphyteusis Ecclesiastica cum de sui natura non sit transitoria ad hæredes, ideo non immutatur per clausulas *in perpetuum, & ad habendum*. Solutio laudemij determinat contractum ad emphyteusim, & illum à locatione distinguit.

Ciuitatis Castellanæ Primogenituræ. Ven. 27. Maij 1661.

Argumentum 674.

Filij licet nati post purificatam conditionem, an, & quando ex coniecturata mente Testatoris censeantur ad primogenituram vocati ad exclusionem secundogenitorum, quibus medio tempore fuerat ius quęsitum ad ipsam primogenituram.

Calaguritana Decimarum S. Ascensij, & Danalillo.

Ven. 3. Iunij 1661. Argumentum 675.

Transactio, vt sustineatur sufficit sola lis de facto, vel solus timor futuræ litis, & quod res reddatur dubia, ex auctoritate vnius doctoris tantum, quamuis contraria opinio postea præualuerit, & quando ex capite læsionis rescindatur.

Romana Concursus Creditorum. Ven. 10. Iun. 1661.

Argumentum 676.

Creditores ex causa societatis initæ super officio vacabili facta per socium venditione, vel resignatione eiusdẽ officij, non præferuntur in eius pretio alijs creditoribus anterioribus ipsius socij, quamuis particularibus, & ex alia causa, & quare.

Romana Legati Dotium. Veneris 10. Iunij 1661.

Argumentum 677.

Confraternitas hæres instituta, quæ ex præcepto Testatoris tenetur pauperes puellas dotare, quibus in testamẽto nulla fuit adiecta conditio pręstandi cautionẽ debet libere, & absq; vlla cautione dotis præstare, nõ obstantibus eius statutis mandantibus recipi certam cautionẽ.

Romana Donationis. Luna 13. Iunij 1661.

Argumentum 678.

Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij, tanquam correspectiua ad illud sit irreuocabilis sicuti ipsum matrimonium, & quando donatio dicatur facta intuitu certi matrimonij.

Ciuitatis Plebis Capellania. Merc. 15. Iunij 1661.

Argumentum 679.

In concursu ad beneficium semper ille, in quo concurrunt omnes qualitates à fundatore requisitæ est præferendus alteri non habenti, nisi vnam, vel plures ex dictis qualitatibus requisitis.

Terratinen. Capellæ Merc. 15. Iunij 1661.

Argumentum 680.

Purificatio conditionis non requiritur in omnibus substitutionibus, sed sufficit quod verificetur in illa, de qua agitur, quando Testator singulariter singulis substitutis, & particulariter vnicuique substituit per diuersam, & separatam orationem, licet in substitutionibus adessent dictiones repititiuæ, quæ in isto casu cẽsentur potius similitudinariè appositæ.

Auenionen Fideicommissi. Lun. 20. Iunij 1661.

Argumentum 681.

Ad inualidandum testamentum sub prætextu dementiæ Testatoris, debet probari dementia de tempore præciso conditi testamenti, nec sufficit probatio illius ante, vel post testamenti, sed attenduntur potius testes de sana mente, quam de insana deponentes; Et quomodo in hac materia testes inter se contrarij ad concordiam reducantur, & an testes qui testamentum tanquam validum subscripserunt, recipiantur postea ad deponendum super insania testatoris, contra ipsius testamenti validitatem, & quando; & an testamentum factum ad suggestionem Notarij sustineatur.

Hortana Fideicommissi. Mer. 22. Iunij 1661.

Argumentum 682.

Masculorum appellatione veniunt tam masculi ex masculis, quam masculi ex fœminis, vbi à Testatore non fuit habita ratio conseruandæ agnationis, & ea quibus contemplatio agnationis excludatur.

Mediolanen. Bonorum. Merc. 22. Iunij 1661.

Argumentum 683.

Appellatione non interposita, nec commissa causa infra decendium sententia transit in iudicatum, licet postea Iudex dederit Reuerentiales; manutentio in quasi possessione exigendi annuas pensiones, non conceditur etiam probanti exactionem, quando causa solutionis erat temporalis, & tempus est elapsum.

Leodien. Archidiaconatus. Lun. 27. Iunij 1661.

Argumentum 684.

Habens gratiam anteriorem coadiutoriæ cum futura successione à Sede Apostolica, cum clausula *ex nunc prout ex tunc &c.* præfertur cuilibet ali prouiso, si gratia fuerit iustificata, & iustificata præsumitur, si ab executore in literis deputato fuerit executioni demandata, & quando executor literarũ possit extraiudicialiter procedere, & quando teneatur assumere partes iudicis.

Messanen. Erectionis in Collegiatam. Lun. 27. Iun. 1661.

Argumentum 685.

Gratia Apostolica erectionis in Collegiatam alicuius ecclesiæ, quando in omnibus est iustificata venit exequẽda, licet omissis alijs narratis, sufficiat ad hunc effectũ iustificare congruam assignationẽ dotis, & populi numerositatem, cum ex ijs duobus soleat principaliter moueri Pontifex ad cõcedẽdas huiusmodi erectiones.

Pampilonen. Capellæ. Lunæ 27. Iunij 1661.

Argumentum 686.

Inuito patrono non potest immutari Icon Capellæ neque eius forma in meliorem reduci, licet iste non esset patronus quoad proprietatem, sed tantummodo vsuarius Capellæ quoad certos vsus, ad quem vsum probandum leuiores sufficiunt probationes, licet plenæ requirantur ad probandum iuspatronatus ad effectum conferendi, seu præsentandi.

Bononien. Domus. Ven. 1. Iulij 1661.

Argumentum 687.

Contractus emptionis, & venditionis inter partes per apocham ab eis subscriptam celebratus cum reseruatione desuper conficiendi publicum instrumentum, non rescinditur ante illius confectionem, dum partes reseruarunt confectionem huiusmodi instrumenti non ad perficiendum contractum, sed ad maiorem illius probationem, maximè si partes non posuerint aliquam clausulam, resolutiuam.

Melevitana Parochialis. Ven. 1. Iulij 1661.

Argumento 688. Non indiget.

Nouarien. Hæreditatis. Ven. 1. Iulij 1661.

Argumentum 689.

Immissio in vim *l. fin. C. de Edict. diu. Adr. toll.* vel vtilis Saluiani debetur fideicommissario, concurrentibus scilicet fideicommisso, eius purificatione, & bonorum identitate, & ex quibus hæc extrema dicantur sufficienter probata. Legitima detrahi non potest à filio ex fideicommisso paterno, si ei fuerit prohibita illius detractio adhibita cautela Soccini secus autem si simpliciter fuerit prohibita, & quare.

Auenionen. Iurisdictionis. Lunæ 28. Nouem. 1661.

Argumentum 690.

Habens pro se immemorabilem, concludenter iustificatam, potest allegare quæcunque priuilegia exemptiua & meliorem titulum de mundo, nec dicitur interrupta immemorabilis per litem introductam, quoties decretum fuit latum pro possessore, & quomodo huiusmodi immemorabilis præscripta probetur.

Ciuitatis Plebis Capellaniæ. Lunæ 5. Decembris 1661.

Argumentum 691.

In adiudicatione beneficij ille est præferendus, in quo concurrunt qualitates à fundatore requisitæ.

Leodien. Rescissionis Contractus. Ven. 23. Ian. 1662.

Argumentum 692.

Remedium can. reintegrandæ licet regulariter non concedatur ei, qui facto proprio cecidit à possessione hoc tamen non procedit in Ecclesia, quæ possessionem amisit ex contractu nullo tanquam celebrato absque beneplacito Apostolico.

Mediolanen. Iurispatronatus. Lun. 23, Ianuar. 1662.

Argumentum 693.

Ex institutione ad beneficium facta ab Ordinario de eo, qui fuit præsentatus, præsumitur existentia, & pertinentia iurispatronatus ad fauorem præsentantis, etiam in præiudicium tertij, concurrente præsertim pacifica possessione instituti, seu præsentati spatio 40. annorum continuata, prout etiam probatur pertinentia iurispatronatus ad fauorem successoris, probata quasi possessione præsentandi in eius Auctore.

Romana Societatis. Lunæ 30. Ian. 1662.

Argumentum 694.

Finita societate per mortem vnius ex socijs possunt illius hæredes etiam ante firmatum calculum totius societatis obtinere mandatum pro restitutione capitalis contra consocium, qui illud restituere promiserat in instrumento societatis, cũ hoc præsumatur remãsisse saluum in negotio, & sit creditum certum, & vndequaque liquidum, donec doceatur de illius diminutione.

Caurien. Reductionis Beneficiorum. Mer. 1. Feb. 1662.

Argumentum 695.

Manutentio conceditur possessori, & in iudicio summarijssimo admittuntur etiam leuiores probationes.

Sutrina Augumenti Dotalis. Lun. 6. Febr. 1662.

Argumentum 696.

Sententia manifestè nulla, & iniusta nunquam transit in iudicatum. Vbi præcessit citatio ad sententiam non personaliter executa potest ab ea quandocunque appellari cum decendium hoc casu non currat, nisi à die habitæ notitiæ. Nullitas contractus gesti à minore non potest opponi ab eius hæredibus, si ille nunquam eam allegauit, sed potius in testamento propriam obligationem approbauit.

Romana Testamenti. Lun. 6. Februarij 1662.

Argumentum 697.

Arti-

Articuli in curia passim admittuntur etiam didicitis testificatis, constito, de illorum aliquali releuantia, præsertim quando comprobantur à iuris præsumptione.

Bononien. Donationis. Ven. 10. Februarij 1662.

Argumentum 698.

Manutentio in concursu est concedenda primo donatario, quamuis possessionem habeat ex solo constituto secundus vero realem traditionem, & actualem possessionem obtinuerit, & quando possessor est simplex vsufructuarius, & deinde in ipsum ex donatione, seu ex alio capite consolidatur dominium, censetur mutasse causam suæ possessionis, absque alia animi declaratione, itavt ei concedenda sit manutentio, etiam quoad proprietatem.

Mantuana Bonorum. Ven. 10. Martij 1662.

Argumentum 699.

Renunciatio feudi, seu subinfeudatio non tollit ius à renunciante, sed ex defectu personarum, quibus fuit facta renunciatio, feudum ad ipsum renunciantem reuertitur, non autem ad Dominum directum.

Romana Domus de Vsuzzijs. Luna 13. Martij 1662.

Argumentum 700.

Alienatio facta ab hærede grauato extraneo de bonis fideicommissi non sustinetur sub prætextu detractionis Trebeltianicæ, alijs concurrentibus alienationibus cum omissione inuentarij, vel si ante alienationem fructus ex hæreditate fuerunt percepti, quos propterea in dictam Trebellianicam imputare tenetur, & quid si hæres fructus dumtaxat percepit ex hæreditate post factam vanditionem.

Parmen. Feudi. Mercurij 22. Martij 1662.

Argumentum 701.

Ecclesia, dum non vult bona emphyteutica pro se retinere, tenetur inuestire proximiores masculos, & his deficientibus proximiores fœminas, quamuis in prima inuestitura non comprehensas, & si agatur de feudo debet fœmina pariter inuestiri, quæ per substitutum potest supplere, vbi etiam debeat præstare seruitium personale, & si fit in possessione bonorum, venit manutenenda contra posteriorem possessorem.

Hortana Fideicommissi. Merc. 22. Martij 1662.

Argumentum 702.

Masculorum appellatione veniunt etiam masculi ex fœminis, vbi non agitur de fideicommisso agnatitio: tunc enim masculinitatis expressio importat solum sexus prædilectionem; maximè concurrentibus coniecturis.

Romana Concursus Creditorum. Ven. 24. Mart. 1662.

Argumentum 703.

Creditores ex causa societatis officij, an præferantur creditoribus anterioribus in pretio retracto ex eodem Officio, & si habeant Chirographum Papæ, cum expressa decreti reseruatione super eodem Officio, an præferantur tam quoad sortem, quam quoad fructus, & quando.

Leodien. Archidiaconatus. Ven. 24. Martij 1662.

Argumentum 704.

Relaxatis exequutorialibus cum comminatione censurarum, illisque legitimè exequutis, & in actis reproductis, seruatis solitis quatuor terminis ad parendum, si adhuc de paritione non constet, est locus declaratoriæ, quæ debet relaxari contra non parentem, licet exequutoriales personaliter exequutæ non fuerint, si non erat tutus accessus, & alias constet de ipsorum scientia in non patente, per recursum ab ipso habitum ad Iudices laicos.

Vrbinaten. Prædij. Veneris 21. Aprilis 1662.

Argumentum 705.

Fideicommissum particulare, licet resultet super certo corpore quando Testator rogauit hæredem, curam habere de illo, hoc tamen procedit, quando hæredi fuit datus aliquis substitutus, alias nullo successore vocato, remanet nulla prohibitio absque causa, quæ resoluitur in simplex consilium, licet Testaror prohibendo alienationem, vsus fuerit verbis perpetuitatem temporis denotantibus.

Romana Cambij. Luna 24. Aprilis 1662.

Argumentum 706.

Debitor tenetur ad solutionem cambiorum eo ipso quod constat de eorum realitate, & si non adimpleuerit onus cambiandi in se susceptum tenetur ad fructus loco damnorum, & interesse.

Pamphilonen. Parochialis. Ven. 28. Aprilis 1662.

Argumentum 707.

Beneficium in concursu debetur præsentato pro maiori parte à Patronis, dummodo ab examinatoribus Synodalibus fuerit habilis repertus. Ipso vero reprobato beneficium est alteri adiudicandum, licet habeat minorem partem vocum.

Puteamnen. Dotis. Veneris 5. Maij 1662.

Argumentum 708.

Soluens, non seruata certa forma solutioni adiecta in instrumento dotali, an liberetur ab eius obligatione, & an denuo possit conueniri, & à quibus.

Romana Legati. Mercurij 10. Maij 1662.

Argumentum 709.

Legatum licet ad pias causas, censetur reuocatum, si testamentum, seu codicillum fuerit à testatore annullatum, dummodo legatum, non fuerit relictum pro malè ablatis, & sic censeri non debeat potius vti debitum, quam vti legatum, & quando legatum præsumatur relictum pro malè ablatis, & quænam concurrere debeant adhunc effectum.

Naulen. Parochialis. Luna 15. Maij 1662.

Argumentum 710.

Beneficium in concursu est adiudicandum ei, qui fuit ab examinatoribus Synodalibus approbatus, & successiue ab Episcopo declaratus magis idoneus pro qua declaratione non tenetur Episcopus sequi maiorem numerum votorum, sed potest considerare alias qualitates sibi bene visas, dummodo in concursu fuerit seruata forma Concilij, & pianæ constitutionis, & quænam adhunc effectum requirantur.

Aquilana Beneficij. Mercurij 17. Maij 1662.

Argumentum 711.

Literæ Apostolicæ prouisionis beneficij sufficienter dicuntur instificatę si pluribus narratis vacationis speciebus cum clausula generali *quouis modo* altera ex illis iustificetur, & quando valot sufficienter sit iustificatus.

Sabinen. Fideicommissi. Luna 22. Maij 1662.

Argumentum 712.

Substitutio *si sine filijs* expirat per obitum instituti cum filijs *iuxt. consil. Oldrad.* 21. à quo licet ex coniecturis recedatur, istæ tamen debent esse vrgentes, & necessariæ, & desumptæ ex verbis dispositiuis testamenti.

Romana Census. Veneris 26. Martij 166.

Argumentum 713.

Census impositus super fundo partim libero, & partim grauato onere fideicommissi substinetur super rata libera, ac etiam super melioramentis, & in dubio portio libera censetur capax, donec insufficientia ab allegante probetur. Quando census non est nullus ex defectu formæ, sed solum ex defectu materiæ, puta fundi alienari prohibiti, licet fructus non debeantur vti fructus, debentur saltem vti damna, & interesse.

Anconiten. Fideicommissi. Luna 26. Maij 1662.

Argumentum 714.

Remissoria in causa prophana, stante releuantia materiæ articulatæ, de qua sufficit posse dubitari, conceditur etiam

etiã post didicita testificata,& transportationem actorum,& etiam super ijsdẽm articulis,quando continent materiam magis distinctam,& specificatam non in solo cortice verborum, sed in substantia, & etiamsi testes essent examinandi contra publicum instrumentũ.

Bononien. Fideicõmissi de Bologninis. Lun. 5. Iun. 1662.

Argumentum 715.

Filiatio in antiquis probatur ex Testibus deponentibus de publica voce & fama iunctis adminiculis. Testium dicta non vitiantur vbi solum patiuntur exceptiones circa accidentalia. Filiatio respectu matris licet exigat probationes certas, & indubitatas, iustificatur præsumptionibus, & coniecturis, quando ob diuturnitatẽ temporis testes haberi non possint. Legitimatio per subsequens matrimonium ex quibus probetur.

Romana Bonorum. Merc. 7. Iunij 1662.

Argumentum 716.

Donatio ad fauorem matris facta à filio ante ingressum Monasterij non expirat per eiusdem matris prædecessum ab intestato cũ natura donationis sit vt bona donata nunquam reuertantur ad donantem, sed transeant ad quoscunq; hæredes etiam extraneos donatarij, nisi in instrumento aliter fuerit expressum insinuatio non requiritur in donatione facta ob causam ingressus in Religionem, & per lapsum 30. annorum præsumitur.

Pisauren. Primogenituræ. Merc. 7. Iunij 1662.

Argumentum 717.

Legatum, etiam non agnitum à legatario, ad hæredes transmittitur, quamuis illud esset annuum, si petatur pro annis decursis in vita legatarij, & an legatum annuum, sit conditionale, vel purum, & an transmissibile ad hæredes.

Sabinen. Status Montis Libretti. Luna 12. Iun. 1662.

Argumentum 718.

In venditione status, si fuerit comprehensa Angaria, & Perangaria, tenetur venditor etiam pro ea ad euictionem fauore emptoris, & quando Perangaria censeatur vendita, quid sit, & quid debeant iustificare Barones recognoscentes superiorem, ad hoc vt illam contra Vasallos possint exigere.

Romana Vineæ. Veneris 16. Iunij 1662.

Argumentum 719.

Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non est transitoria ad hæredes extraneos non obstantibus clausulis *in perpetuum & ad habendum*, & sine beneplacito Apostolico in illius concessione non potest alterari forma præcedentium inuestiturarum, & quando in hac materia suffragetur obseruantia.

Romana Augumenti Dotis. Veneris 16. Iun. 1662.

Argumentum 720.

Hæres Beneficiatus non tenetur vltra vires hæreditatis; si de illis rationem reddat. Inuentarium non dicitur imperfectum, quando continet clausulam & protestationem addendi si quid apparebit omissum cuius vigore hæres præseruatur à dolo, sine quo non priuatur commodo inuentarij.

Florentina Oratorij. Luna 19. Iunij 1662.

Argumentum 721.

Præsumptio iuris, quod natus ex muliere vxorata, censeatur filius mariti, & non adulteri, nõ procedit, vbi filius probatur conceptus, & natus in domo ipsius adulteri benè custodita, & in qua marito non patebat accessus, quo in casu, non est opus coarctare negatiuam accessus mariti, ad hoc vt filius censeatur genitus ex adultero, & quando ad hunc effectum sit necessaria coarctatio huiusmodi negatiuę, & quomodo probata dicatur.

Tudertina Census. Luna 19. Iunij 1662.

Argumentum 722.

Creditor principalis nullam habet actionem aduersus eũ qui simpliciter se obligauit ad releuandum in demnẽ fideiussorem sui debitoris, ideoq; mandatum contra ipsum obtentum à creditore nullatenus est exequendum.

Lucen. Iurisdictionis. Luna 26. Iunij 1662.

Argumentum 723.

Ex dispositione *S. Concil. Trident sess. 7. capit. 8. de reform.* subiacent Ordinarijs Ecclesiæ curatæ, licet exemptæ, non autem illæ, quæ sunt nullius Diœcesis, præsertim quando concurrit obseruantia interpretatiua.

Romana Casalis S. Agathæ. Veneris 26. Iunij 1662.

Argumentum 724.

Immissio non conceditur fideicommissarijs, nisi doceant bona fuisse possessa à fideicommittente de tempore obitus. Emens pro persona nominanda, facta nominatione amittit omne dominium, & possessionem, & contractus perinde censetur ac si ab ipsis nominatis celebratus fuisset. Res vendita cum pacto redimendi non potest ab emptore grauari onere fideicommissi, ità quod redempta vigore pacti remanet libera, ac si nunquam alienata fuisset.

Romana Dotis, Merc. 28. Iunij 1662.

Argumentum 725.

Iudex, cui fuit commissa causa, cum clausula, *Paritio iudicato* non potest cognoscere super meritis, antequam integrè doceatur de paritione.

Comen. Mansionariatus. Merc. 28. Iun. 1662.

Argumentum 726.

Pœna priuationis fructuum à fundatore primo anno imposita beneficiato propter eius absentiam; siue interpolatam, siue continuam si pro secundo augeatur ad priuationem ipsiusmet beneficij, absentia debet esse continua, nec sufficit interpolata, quamuis post primam pœnam adiecta fuerit dictio *Pariter*, quæ absentia ad hunc effectum debet concludenter probari.

Mediolanen. Iurispatronatus. Luna 3. Iul. 1662.

Argumentum 727.

Præsentatus, ad beneficium, dicitur habere interesse *in* causa, quæ vertitur super pertinentia iurispatronatus inter præsentantes, & prouisum Apostolicum, ideoq; debet ad illam admitti, vt ipse possit curare illius expeditionẽ, ad effectũ obtinendi institutionẽ ad beneficium.

Leodien. Testamenti. Luna 3. Iulij 1662.

Argumentum 728.

Testamentum conditum coram Parocho, & duobus testibus, sustinetur concurrentibus omnibus requisitis *cap. cum esses de testam.* quamuis testes adhibiti in huiusmodi testamento, essent legatarij, dummodo non agatur de viribus legati inter ipsos, & hæredem. sed dumtaxat de viribus ipsius testamenti inter hæredem, & venientes ab intestato.

Melevitana Canonicatus. Ven. 1. Decembr. 1662.

Argumentum 729.

Facta per Papam collatione dignitatis incompatibilis de mense apostolico vacantis in Canonicũ, seu aliũ beneficiatum optionem habentem, beneficium, cuius inde vacatio resultat, remanet ipsi Papæ reseruatum, non obstante quod in mense vacationis sequutæ prætenderet Episcopus alternatiuam habere, cum optio penitus excludat libertatem requisitam ad effectum alternatiuæ.

Calagaritana Decimarum S. Ascentij, & Daualillo.

Lun. 4. Decembr. 1662. Argumentum 730.

Decimæ vigore vnionis debentur illi Parochiali Ecclesiæ, cui altera Parochialis vnita est & ex quibus Parochialitas probetur.

Romana Societatis Fundaci. Luna 11. Decembr. 1662.

Argumentum 731.

Societate effectum sortita, & nunquam dissoluta mutuo consensu sociorum agi non potest ad restitutionem capitalis. Societas non dicitur dissoluta ex quo alter

ex socijs non obseruat pacta in stipulatione conuenta. Socius accusando consocium de inobseruantia pactorum fatetur societatem esse initam.

Aueniouen. Canonicatus. Luna 11. Decembr. 1663.

Argumentum 732.

Iuspatronatus laicale non potest cadere sub reseruatione Apostolica etiamsi mixturam contineat, imo etiamsi qualitas Ecclesiastica pręponderet.

Leodien. Archidiaconatus. Luna 15. Ianuarij 1663.

Argumentum 733.

Contumax seuerius puniri debet, quando de positiua eius inobedientia constat, ac de animo deliberato non parendi mandatis Apostolicis, vnde contra ipsum danda est aggrauatoria.

Romana Pecuniaria. Merc. 25. Ianuarij 1663.

Argumentum 734.

Restitutio in integrũ ex capite iniustitię nõ datur nisi plene, & concludenter de iniustitia appareat, ex iniustiria enim resulrar læsio, quæ est fundamentũ restitutionis.

Perusina Pensionis. Luna 29. Ianuarij 1663.

Argumentum 735.

Beneficiatus homicidium perpetrando non cadit in pęnam priuationis beneficij, quę nõ incurritur, nisi ex delicto ipso iure priuationem inducente, etiamsi homicidium fuerit qualificatum, & homicida damnatus in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, ac deinde gratiose restitutus, nisi tamen sententia expressam beneficij priuationem contineret vnde ipsi restituto competit manutentio.

Murana Congruę. Luna 12. Februarij 1663.

Argumentum 736.

Declaratoria ob nõ paritionẽ conceditur neq; sufficit verbalis paritio, vbi necessaria est vera, & effectualis solutio

Romana Cambij. Veneris 23. Febr. 1663.

Argumentum 737.

Assumptio in se oneris cambiandi, si fuerit per verba generalia, & indefinita concepta, non potest dici ad certũ tẽpus restricta, sed indeterminatè conuenta vsq; ad integram sortis solutionem. Et per pactum in contractu subsequenter adiectum, nouus, & separatus contractus non resultat, neque pactis præcedentibus derogatur.

Romana Saluiani. Veneris 23. Febr. 1663.

Argumentum 738.

In bonis hæreditarijs viri competit vxori eiusque hæredibus retentio pro credito dotis aduersus creditores petentes immissionem in vim Saluiani. Hęres beneficiatus tam debitoris, quam creditoris præsumitur per imaginariam solutionem sibi satisfecisse, itavt fructus abindè citra ex bonis perceptos fecerit suos, idque ampliatur etiamsi creditor prius intentasset iudicium Saluiani. Prohibita alienatione etiam commoditatis, & fructuum succedit substitutus in casu alienationis non expectata morte alienantis.

Romana Domus. Luna 26. Februarij 1663.

Argumentum 739. la prima.

Emphyteusis non dicitur acquisita marito, & vxori, quamuis in stipulatione adsit mentio ipsius vxoris: præcipuè verò si de tempore stipulationis vxor fuerit absens, cum in contractibus, qui sapiunt titulum onerosum, ex sola scientia stipulationis, non præsumatur ratificatio, sed expressus consensus requiratur.

Leodien. Pecuniaria. Luna 5. Martij 1663.

Argumentum 739. la seconda

Monasterium non tenetur ad restitutionem pecuniarum, quas Abbas mutuo acceperat sine consensu Monachorũ nõ probata versione in vtilitatẽ eiusdẽ Monasterij, nec asserrioni Abbatis de versione deponentis standũ est.

Romana Fideicommissi da Diaz. Luna 30. Apr. 1663.

Argumentum 740.

Immissio ex remedio *l. fin. Cod. de edict. D. Adr. toll.* non denegatur constito de fideicommisso, eiusque purificatione, ac de bonorum identitate, nec per exceptiones turbidas, ac illiquidas potest retardari.

Romana Censur. Luna 7. Maij 1663.

Argumentum 741.

Per constitutionem census factam super re ad Ecclesiam spectante non dicitur Rector excessisse fines licentiæ à Pontifice obtentæ pro facienda assignatione pensionũ eiusdem rei personis daturis pecunias ad fructum pro illius restauratione, absque eo quod Pontifex certam contractus formam præscripserit, per constitutionem enim census non transfertur dominium rei censitæ, sed venditur tantummodo ius exigendi pensiones in certa quantitate.

Farfen. Decimarum. Veneris 11. Maij 1663.

Argumentum 742.

Manutentio non competit possessione non probata; hæc autem per lapsum decennij censetur amissa etiam in præiudicium Ecclesiæ.

Fulginaten. Domus. Veneris 18. Maij 1663.

Argumentum 743.

Sententia lata in iudicio manutentionis non citato Domino, & possessore est nulla, & ideo nunquam transit in iudicatum. Tempus ad appellandum incipit currere à die scientiæ, vbi quis non fuit personaliter citatus.

Lucen. Iurisdictionis. Luna 28. Maij 1663.

Argumentum 744.

Concordia inita inter Episcopum, & Abbatem super iurisdictione, quæ per anteà spectabat plenariè ad Abbates prædecessores, debet strictè interpretari fauore eiusdem Abbatis, cui censetur præseruatum totum id quod ibidem Episcopo non fuit expressè attributum.

Tricastrinen. Bonorum. Luna 4. Iunij 1663.

Argumentum 745.

Bona omnia præsumuntur allodialia, & libera, ab hac tamen præsumptione receditur, si in contrariũ vrgeant coniecturæ; Coniectura autem quod Villa sit feudalis non arguit feudalitatem singulorum bonorum in eius territorio existentium.

Cracouien. Decimarum. Ven. 8. Iunij 1663.

Argumentum 746.

Admissio articulorum in curia numquam denegatur data releuantia materę articulatæ.

Romana Præpositura S. Marię Maioris. Merc. 13. Iunij 1663. Argumentum 747.

Beneficium præsumitur simplex, & personalem residentiã non requirens, quare ipsius incõpatibilitas deduci nõ potest ex oneribus beneficiato iniunctis, tẽporalẽ tantummodo residentiã importantibus, vel quæ per alios in beneficiati defectũ impleri possent: sola enim residentia continua beneficiorum incompatibilitatem inducit.

Romana Domus. Merc. 13. Iunij 1663.

Argumentum 748.

Inhibitio in vna causa emanata suum non extendit effectum ad aliam causam diuersam, vnde possessio capta pendente inhibitione super diuerso iudicio non dicitur attentata, multoque magis si possessionis adeptio præcessit inhibitionẽ, præcessisse antem censetur inhibitionẽ possessio quotiescumq; ambabus eadẽ die executis, soli possessionis executioni hora adiecta fuerit.

Vasionen. Vicaria. Ven. 15. Iunij 1663.

Argumentum 749.

Possessio capta pendente appellatione intra legitima tempora interposita remanet nulla, & attentata, maximè quando Iudex seruato iuris ordine processit. Prouisus ab Ordinario existens in possessione habensq; titulum ab eodem dicitur legitimus contradictor ad impediendã immissionem à prouiso Apostolico petitã;

com-

committendi, & substituendi consanguineos, etiamsi ipsorum personas inferius post hæredis institutionem non expresserit, creditur enim Testator intellexisse de consanguineis, quibus supra legata reliquerat, vel de ijs, pro quibus lex supplet, deficiente expressione testatoris interpretando fauore venientium ab intestato.

Bonon. Fideicõmissi de Herculanis. Lun.4. Febr.1664.

Argumentum 766.

Hæres grauatus non præsumitur satisfactus de suis detractionibus ex quacumque alienatione facta de bonis fideicommissarijs, quoties validum, & solemnè inuentarium totius hæreditatis confecit.

Romana Domus de Vsaggijs. Luna 18. Febr.1664.

Argumentum 767.

Donatio causa mortis continens pactum de non reuocãdo adhuc reuocari potest, dummodo pactum huiusmodi, non in substantialibus, sed in executiuis eiusdem donationis adiectum fuerit. Donatio non pure lucratiua sed mixta facta absenti exigit indiuiduam acceptationem donatarij, nec per solam acceptationem Notarij pro ipso perficitur.

Melenitana Contributionis. Luna 10. Mart.1664.

Argumentum 768.

Remissoria in prophanis conceditur data releuantia articulorum, imo data dubietate super releuantia vnius dumtaxat articuli, hæc sufficit, vt super omnibus remissoria non denegetur.

Triuentina Iurisdictionis. Ven.14. Martij 1664.

Argumentum 769.

Vt Iudex non possit procedere in causa sine vitio nullitatis, & attentatorum tamquam pro suspecto recusatus, requiritur legitima recusatio in scriptis proposita prævia appellatione ab vlteriore processu ac medio iuramento suspicionis.

Romana Legati. Luna 17. Martij 1664.

Argumentum 770.

Dominus, qui iure legati reliquit suo familiari donec vixerit partem, suis familiaribus dari solitam, pro ipso & vno famulo, censetur reliquisse panem, & vinum; non autem pecuniam pro obsonijs.

Assisien. Manutentionis. Luna 17. Mart.1664.

Argumentum 771.

Possessio, quæ habet horam est potius manutenibilis, cum præsumatur anterior in concursu alterius horam non habentis, ad dignoscendam autem anterioritatem possessionis, non inspicitur tempus concessę immissionis, sed apprehensæ possessionis.

Perusina Census. Luna 24. Martij 1664.

Argumentum 772.

Retrouenditio census conditionaliter facta, cum clausula præseruatiua priorum iurium, & pacto resolutiuo, conditione non implera, pænitus euanescit, & perindè est ac si numquam facta fuisset. Vnde per huiusmodi retrouenditionem, qui in census constitutione pro emptore fideiussit, non liberatur.

Romana Pecuniaria. Veneris 28. Martij 1664.

Argumentum 773.

Creditum probatur ex simplici copia instrumenti, non reperto originali in prothocollis, concurrentibus adminiculis, quorũ vnum, & validum est, si pars non neget existentiam instrumenti, sed eius tantummodo validitatem; Statutum Vrbis, in quo annullantur dotes excedentes summam ducatorum bis mille de carolenis est merè laicale, Statutum propter confirmationem Apostolicam dicitur Papale, & consequens aptum comprehendere clericos, dummodo tamen in ipso espressa mentio facta sit de clericis, vel adsint in eo verba apta comprehendere clericos, qualia sunt *quod statutum seruetur in omnibus, & quibuscumque curijs*, & verba pariter *ogni persona di qualsiuoglia stato grado, ò preeminenza si sia* prolata in lege ab eo condita, qui subditos habet clericos.

Leodien. Bonorum. Luna 31. Martij 1664.

Argumentum 774.

Ad successionem decedentis ab intestato sine descendentibus, admittuntur collaterales æqualiter iuxta gradus prærogatiuam, sublata sexus differentia, ipsisque competit immissio super bonis defuncti ex interdicto quorum bonorum. Testes ad probandum testamentum nuncupatiuum debent de toto tenore testamenti deponere, contestes esse, & ad id specialiter rogati.

Mediolanen. Iurispatronatus. Luna 3. Mart.1664.

Argumentum 775.

Præsentatus à Patrono intra legitima tempora, constito de beneficij vacatione, & clericatu præsentati venit instituendus; nec potest excludi per prouisum Apostolicum ex rescripto gratioso, si in supplicatione mentio iuspatronatus facta non fuerit, tunc enim gratia remanet nulla, & ea non obstante potest Rota ad præsentati institutionem deuenire.

Fauentina Successionis. Veneris 7. Maij 1664.

Argumentum 776.

Res iudicata clara est vbi lapsi sunt plures anni à die interpositæ appellationis; Restitutio in integrum cessat sententia existente valida, & iusta, cum tali casu cesset læsio, quæ sola est fundamentum restitutionis fœminæ de iure ad successionem matris admittuntur æquè ac masculi, nec repelluntur à statuto exclusiuo; fæminarum in concursu masculorum, cum statutum huiusmodi tamquam correctorium iuris communis debeat strictè interpretari, & restringi ad successiones ascendentium ex linea paterna tantum; maximè vbi statutum huiusmodi excludit fœminas non simpliciter à successione ascendentium, sed cum qualitate dotationis, vel ratione conseruandæ agnationis.

Bononien. Officij Proxenetæ. Luna 5. Maij 1664.

Argumentum 777.

Filius Officialis, qui vigore indulti Pontificij sit omnibus præferendus in successione ad officium sui Patris, quatenus de tempore mortis eiusdem habilis fuerit, & à D. Card. Legato approbatus; si sub prætextu inhabilitatis exclusus fuerit, & eo non audito, alius prouisus sit, benè potest, interposita appellatione, aduersus factã electionem, propriam habilitatem iustificare, & consequenter prælationem, & immissionem debet obtinere.

Barchinonen. Parochialis. Luna 26. Maij 1664.

Argumentum 778.

Remissoria denegatur propter irreleuantiam materiæ articulatæ.

Amerina Saluiani. Veneris 30. Maij 1664.

Argumentum 779.

Filius hæres patris venditoria non potest obtinere contra emptorem, cui tenetur de euictione promissa per Patrem. Nec iuuari potest per aditionem hæreditatis factam cum beneficio legis, & inuentarij, si inuentarium non fuerit legitimè confectum, vel si appareat ipsum possidere bona hæreditaria, hoc enim casu tenetur hæres beneficiatus seruare factum defuncti, quoúsque suppetunt vires hæreditariæ, cum beneficium inuentarij inductum sit vt præseruet hæredem à damno, non autem, vt ei præstet lucrum cum aliena iactura.

Romana Census Vitalitij. Ven.6. Iunij 1664.

Argumentum 780.

Acquisitio facta per administratorẽ, quem non probetur aliunde habuisse pecunias, censetur facta administratorio nomine, & de pecunijs eius, cuius bona administrãtur. Acquisitio facta pro persona nominanda nõ exigit præcisã nominationẽ, sed sufficit quod hęc ex coniecturis deducatur.

Fer-

Ferrarien. Pecuniaria : Ven. 6. Iunij 1664.

Argumentum 781.

Creditum concludenter probatur ex solidatione computorum facta intee partes, probatur etiam ex partitis librorum legaliter tentorum, quæ si vlterius adminiculis roborentur, etiam pro scribente probant. Libros legaliter tentos si quis approbauerit quoad aliquas partitas, non potest deinde quoad alias eos impugnare. Per mortem debitoris principalis secutam de tempore, quo iam eius fideiussor fuerat constitutus in mora fideiussio non expirat.

Fanentina Bonorum. Luna 9. Iunij 1664.

Argumentum 782.

Instantia per defunctum cæpta in actione reali continuatur in hęredes. Bonorum identitas ex quibus probetur. Portio substitutorum non natorum accrescit alijs substitutis. Donatio facta absenti à donatario expresse non acceptata, aut ratificata non sustinetur per simplicem acceptationem Notarij pro absente. Renunciatio fideicommissi non inducitue per diuisionem hæreditatis facta à non habente scientiam fideicommissi. Trebellianicæ exceptio quando immissionem fideicómissario non retardet, & quando vni ex fideicommissarijs non peohibeatur totum petere fideicommissum.

Æsina Census. Luna 16. Iunij 1664.

Argumentum 783.

Debitoe certæ summæ ad certam diem solnendæ pro extinctione Census tenetur ad damna, & interesse, si ob eius moram, & culpam census non fuerit extinctus. Per lapsum diei solutioni adiectæ debitor dicitur constitutus in mora absque interpellatione. Exceptio non implementi opponi non potest ab eo, qui primo non adimpleuit.

Romana Legitima. Veneris 14. Iunij 1664.

Argumentum 784.

Per retentionem legitimæ hæres non potest impedire immissionem fideicommissario super alijs bonis legitimam excedentibus. Bonorum diminutio absq; culpa hæredis secuta, cedit damno hæredis, & petentis legitimam pro eorum qnota, sicnti augumentnm cedit commodo vtriusque; legitima detrahi debet ex singulis corporibus hæreditarijs. Constitutio dotis facta pro omni eo, quod mulier prærendere posset non comprehendit fideicommissum ipsi mulieri ignotum.

Vallisoletana Matrimonij. Lunæ 23. Iun. 1664.

Argumentum 785.

Promissio contrahendi matrimonium ex scriptnra resultans, vt promissore negante vim probationis obtineat debet formiter tecognosci per testes, qui viderint illũ scribete, & vlterius iustificari debet scripturam ipsam fuisse consignatam prætensæ sponsæ de voluntate eiusdem promissoris, vt constito de eius promissione ad matrimonium contrahendum cogi possit. Non est autem cogendus promissor ad matrimonium, si reperiatur sponsæ coniunctus in gradu prohibito, vel si per sẽtentiam damnatus fuerit alternatiuè ad soluendã dotem, vel matrimonium contrahendũ, & dotem soluerit, vel denique si propter obortas inimicitias ex coactione ad inuitas nuptias scandalum potius timeri posset.

Assisien. Bonorum. Veneris 27. Iun. 1664.

Argumento 786. Non indiget.

Iauuen, Prioratus. Veneris 27. Iun. 1664.

Argumentum 787.

Prouisus ab Ordinario de beneficio vacante immitti debet in eius possessionem absq, alia iustificarione. Nominatio reseruata certo Collegio omnibus defunctis, vno excepto facenda est per superstitem, in quo omne ius Collegij dicitur residere, eoq; intra legitima tẽpora non nominante, libera electio ad Ordinariũ deuoluitur;

Calaguritana Beneficij de Eulate. Ven. 4. Iul. 1664.

Argumentum 788.

Beneficium in concursu adiudicandum est ei, qui probat se filium naturalem, & patrimonialem, & de tempore vacationis se opposuisse, nec non fuisse ab examinatoribus Synodalibus approbatum, maxime si sit sacerdos, & doctoratu, alijsque qualitatibus insignitus cum simplici Clerico concurrens, reprobatus in examine regulariter post annuum ad nouum examen non admittitur, interdum autem Rota ex causa legitimi impedimenti etiam post lapsum decem & octo mensium ad nouum examen reprobatum admisit.

Bononien. Indemnitatis. Luna 24. Nouembr. 1664.

Argumentum 789.

Possessor prædij annuo debito grauati, si soluat dicitue debitũ propriũ soluere, & ideò reportare nequit cessionem iurium translatiuam, exercibilem contra Tertiũ.

Romana Fructuum Dotis. Luna 1. Decembr. 1664.

Argumentum 790.

Dos constituta in pecunia cum adiecto pacto quod statim inuestiri debeat in rebus stabilibus, quæ sint fundus dotalis non reputatur vt qnantitas, sed vt species, vnde fructus ex ipsa debentur ad rationem inuestimenti, secus est qnando dos à principio constituta fuit in quantitate simpliciter, & ex interuallo postea traditæ fuerint bona in solutum cum adiectione, quod bona sint fundus dotalis, tunc enim pactum ex interuallo adiectum non valet immutare naturam dotis à sui principio in pecunia simpliciter constitutæ, & ideò fructus ex ea ad rationem quantitatis debentue.

Calaguritana Decimarum S. Ascensij, & Daualillo.

Ven. 5. Decemb. 1664. Argumentum 791.

Parochialitas iustificatur leuioribus probationibus, præsertim quando non agitur principaliter de illius substantia, sed incidenter ad effectum decimandi.

Romana Augumenti Dotis. Ven. 12. Decemb. 1664.

Argumentum 792.

Legatum de toto tritico, quod reperitur in Horreo Testatoris calculari debet in minori summa, hęc autẽ minor summa dicitur iustificata per depositiones Testium etiam discordes pro ea tamen quantitate in qua sunt concordes, maximè si aliquo adminiculo roboretue legatum certæ speciei transacto triennio, vltra quod non pręsumitur species durare, in pecunia solui debet.

Romana Hæreditatis. Veneris 16. Ian. 1665.

Argumentum 793.

Hæres restituere grauatus omnibus masculis ex descendentijs Testatoris, non potest in pręiudicium aliorum, vnum tantum vocare, maximè quando Testator non grauauit restituere simpliciter familiæ, sed plures personas, & lineas particulariter expressit.

Melenitana Commenda. Ven. 16. Ianuarij 1665.

Argumentum 794.

Commenda vacans adiudicari deber in concursu Antiano, & capaci. Alienatio bonorum Ecclesiæ lapso sæculo præsumitur facta concurrentibus omnibus ad eam requisitis.

Murana Congrua. Luna 19. Ianuarij 1665.

Argumentum 795.

Declaratoria post intimationem personalem factã de literis executorialibus, & seruationem quatuor terminorum seruari solitorum, de stylo denegari nõ potest. Damnatus ad quantitatẽ præstandam non bene patere dicitur literis executorialibus, nisi per actualem traditionẽ quãtitatis. Exceptio respiciens iniustitiã sentẽtiæ retardare nõ potest paritionẽ executorialibus debitã.

Æsina Fideicommissi. Veneris 23. Ianu. 1665.

Argumentum 796.

Substitutus per fideicommissariam quæ in se continet

vulgarem subintrat in locū gradus caducati perindè ac si immediatè primo hęredi fuisset substitutus coniecturæ admittuntur ad inducendum reciprocum fideicommissum de linea ad lineā, & si deficiant vulgata tria requisita quod scilicet omnes fuerint vocati, substitutio fuerit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate.

Moguntina Canonicatus. Luna 26. Ian. 1665.

Argumentum 797.

Beneficia promoti ad Episcopatum vacant nisi adsit indultum Apostolicum illa retinendi per quod promotus eadem retinere valet absque tituli innouatione, & beneficia non vacant, nisi per illius obitum.

Carpentoraten. Bonorum. Ven. 30. Ian. 1665.

Argumentum 798.

Reintegratio denegari non solet constito dę pręcedenti possessione Actoris, & prēsēti possessione Rei, vbi Index nulliter, & iniustè processit, dicitur autem Index nulliter, & iniustè processit, dicitur autem Iudex nulliter, & iniustè processisse, quando absque præcedente citatione pro certa die sententiam protulit, in qua condemnauit leuis delicti Reum in pęnam exilij, & cōfiscationis bonorum, pæna enim confiscationis hodiè non nisi pro maximis criminibus irrogatur, immò sēper cessat vbi delinquēs extraordinaria pæna punitur.

Barchinonen. Parochialis. Ven. 30. Ian. 1665.

Argumentum 799.

Remissoria in causis beneficialibus, vt concedatur, non solum requiritur relevantia materiæ articulatæ, sed etiam fumus veritatis, hæc autem requisita deficere dicuntur, quotiescumque articuli, super quibus petitur Remissoria tendunt ad faciendam tantummodo probationem in genere aduersus speciales probationes, quibus in concursu magis est deferendum. Testes extraiudicialiter examinati, & absque citatione partis admittuntur ad probandum fumum veritatis, & ad alium quoque excludendum, sicuti etiam sufficienter probant, vbi agitur de repellendo aspirante ad Parochialem in concursu alterius nullam exceptionem habentis, secus si de priuando aliquem beneficio iam obtento ageretur,

Toletana, seu Nullius Iurisdictionis. Ven. 6. Febr. 1665.

Argumentum 800.

Remissoria in materia graui, quando in partibus nullæ sunt factę probationes, & materia articulata est releuans, nunquam denegatur, maximè in prophanis, vbi conceditur etiam sine fumo; & quando concedatur ad retardandum summarijssimum possessorium.

Æsina Census. Ven. 27. Feb. 1665.

Argumentum 801.

Venditore non tradente scripturas crediti venditi iuxtà promissionem tacitam, competit emptori retentio pretij, donec illæ tradantur; nec possunt per venditorem sub pretextu retardatæ solutionis fructus prætendi, cum hi tamquam sorti accessorij non debeantur ipsa non debita, & mora cessante; In moram autem nequit emptorem constituere venditor, qui ex parte sua contractum non adimpleuit per traditionem scripurarū, quę licet promissę non fuerint ad diem certam, attamē de natura cōtractus præstandę sunt, ità, vt ipsis nō exhibitis, non dicatur venditor rem venditam tradidisse. Mora non incurritur ab eo, qui potest aliqua exceptione iuuari. In concursu morę venditoris non adimplentis, & emptoris non soluentis, attendenda est mora venditoris, qui priùs contractum adimplerę tenetur;

Romana Pecuniaria. Ven. 27. Feb. 1665.

Argumentum 802.

Mercatorum libri, vt pro Tertio contra Tertium probent quid requiratur; literę cambij quando pręsumantur solutæ. Actor intentionem suam, in qua se fundat probare tenetur,

Romana Palatij de Capranica. Ven. 6. Martij 1665.

Argumentum 803.

Vocata ab initio tota familia cum onere restituendi posteris, & successoribus in perpetuum, censentur omnes de familia inter se reciproce substituti, & fideicommissum defertur vsque ad vltimum, maxime attenta prohibitione alienandi extra familiā concepta absque vlla restrictione ad certos casus, vel personas, & etiam stantibus verbis testamenti directis ad certa bona particularia, quo casu fideicommissum dicitur reale. Enunciatiuæ antiquæ in instrumentis emissæ æquiualent famæ, Remedium saluiani datur etiam fideicommissario particulari, pro recuperatione fideicommissi.

Romana Habitationis Merc. 11. Martij 1665.

Argumentum 804.

Epistola nimis vaga, & verbis generalibus concepta non obligat scribentem, maxime si constet fuisse præsentatam post mortem scribentis. Epistola licet regulariter probet inter scribentem, & eum ad quem mittitur, pro tertio tamen contra tertium nullam probationem inducit. Actori non sufficit de bono iure suo per præsumptiones docere; sed fundamentum propriæ intentionis debet concludenter probare, maximè vbi vrgent præsumptiones in contrarium.

Romana Legati Habitationis. Ven. 13. Martij 1665.

Argumentum 805.

Legatarius, cui relicta est habitatio in genere, idest ius percipiendi fructus, potest eam locare, & in alium transferre, si verò legatus fuerit solus vsus habitationis tunc habitatio restringitur ad nudam facultatem habitandi, quæ non potest in alium transferri, nudum autem factum habitationis relictum censetur si testator legatario iniunxerit onus habitandi cum hærede, eoque certius si legatum restrinxerit ad tempus, legata habitationis à circumstantijs facti, & verisimili mente testatoris interpretationem recipiunt imo interdum veniunt improprianda, ita vt intelligi debeant de simplici vsu, & facultate habitandi, si que in eis nulla fiat mentio domus intelligi debeat de domo, quam testator habitare consueuit.

Aquilana Beneficij. Ven. 13. Martij 1665.

Argumentum 806.

Gratia iustificata debet executioni demandari, & sufficit vt iustificetur eo modo, quo fuit narrata. Vnio facta ab Episcopo, nisi approbetur, non subsistit.

Romana Vinea. Ven. 20. Martij 1665.

Argumentum 807.

Appellatione filiorum, nepotum, & pronepotum legitimorum & naturalium, veniunt etiam fæminæ in vltimis voluntatibus, vbi masculinum concipit fæmininum; nisi tamen appareat de contraria mente Testatoris, & quando constet testatorem habuisse rationē conseruandi agnationem, ad effectū fæminas excludendi.

Giresnen. Iurispatronatus. Ven. 17. Aprilis 1665.

Argumentum 808.

Iurispatronatus probatio resultat ex colligitantis confessione, ex quo fuerit à Patrono præsentatus, nec non ex antecedentibus præsentationibus effectum sortitis. Habilis ad beneficia semel reputatus, sēper talis præsumitur, nisi de inhabilitatis superueniētia doceatur. Dispēsatus ad ordines, non cēsetur dispensatus ad Beneficia.

Leodien. Canonicatus. Ven. 22. Maij 1665.

Argumentum 809.

In concursu duarum prouisionum sub eadem data, illa Papæ semper præfertur. Probatio, quæ consistit in tempore, si de illo præcisè testes non deponant, nullius est roboris.

Ariminen. Castrorum. Ven. 29. Maij 1665.

Argumentum 810.

Appel-

Appellatione descendentium masculorum in materia indifferenti veniunt tam masculi, ex masculis, quam masculi descendentes ex fęminis, secus tamen est vbi cōstat testatorem voluisse dumtaxat admittere lineā masculinam, quia tunc masculi ex fœminis à successione repelluntur. Subrogatus subintrat in omnia iura subrogantis. Clausula *pleno iure* importat omnimodam translationem dominij, etiam ad effectum disponendi.

Perusina census. Ven.29.May.1665.

Argumentum 811.

Census non extinguitur per assignationem reuocabiliter factam, neque inducitur liberatio fideiussoris, nam eo ipso quod fit locus resolutioni contractus, iura census in totum reuiuiscunt. Solutio in dubio cedere debet in causam antiquiorem, & duriorem.

Romana Domus. Luna 1.Iuny 1665.

Argumentum 812.

Sententia continens mixturam petitorij, cum possessorio est appellabilis, quoad vtrumque effectum, & proinde Ægidianam excludit, accedente maxime ipsius iniustitia. Contractus an sit locationis, vel potius emphyteusis ex quibus dignoscatur. Caducitas incursa propter alienationem factam sine consensu Domini directi censetur remissa per receptiones factas sine protestatione etiam à Procuratore constituto ad exigendum cuius exactiones censentur à Domino approbatæ, vnde ministri confessio ipsi præiudicat. Caducitas non incurritur ob Canones non solutos etiam pendente lite, stante oblatione iudicialiter facta, quæ etiamsi sit tantummodo verbalis, habet vim solutionis ad effectū euitandi caducitatem, pro qua euitanda, quælibet causa etiam minus iusta, & erronea debet excusare.

Narnien. Bonorum. Luna 1.Iuny 1665.

Argumentum 813.

In summarijssimo possessorio ille venit manutenēdus, qui in concursu alterius possidentis melius probat suam possessionem. Tutor non potest per solum constitutum possessionem transferre; cū requiratur vera & realis traditio, & vbi sunt duo tutores alter non potest possessionē transferrre inscio, & irrequisito contutore.

Romana Dotis. Merc.3.Iuny 1665.

Argumentum 814.

Obligatio Cameralis paratam habet executionem etiam contra tertium Possessorem, quando agitur de dote ex *Statut. Vrb. lib.1 cap.*85. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest sua credita deducere ab hęreditate, cum inuentarium præseruet bona, ac iura hæredis, perindè ac si hæreditatem non adiuisset, & hæres beneficiatus non tenetur credita hæreditaria exigere, sed cogere potest creditores ad illorum exactionem.

Leodien. Matrimonij. Merc.3. Iun.1665.

Argumentum 815.

Pendente iudicio super nullitate Matrimonij, mulier venit custodienda vsque ad causę decisionem, loci autem destinatio tota remittitur Iudicis arbitrio, qui dum matrimonium impugnatur ex defectu consensus puellæ, non debet illam collocare penès consanguineos, sed potius intra septa Monasterij.

Romana Pensionis. Luna 8.Iun. 1665.

Argumentum 816.

Pensio per Pontificem reseruata, & ab eodem motu proprio extincta ampliùs non debetur; nec impugnari potest validitas extinctionis sub prætextu quod non fuerit facta derogatio regulæ de iure quæsito, aut non intercesserit consensus Pensionarij, hic enim non requiritur, dum pontifex motu proprio procedit, illaque in gratijs de sui natura præiudicialibus absque speciali expressione de necessitate continetur. Neque prætendi potest reuocata pensio, seu ineffectuata eiusdem extinctio per contrariam obseruantiam, & plurimas exactiones à Pensionario factas per lapsum longi temporis, cum pensio semel extincta absque nouo consensu Pontificis nequeat reconualidari, maximè vbi in literis extinctionis adiecta fuerit clausula, *Sublata, & decretum irritans*, ex quibus contraria quælibet obseruantia infringitur. Exactiones factæ cum expressione tituli inualidi, numquam possunt per lapsum temporis alterius tituli validi præsumptionem inducere. Bona fides, & iustus titulus vltra cursum temporis requiruntur ad præscriptionem rerum Ecclesiasticarum, cumque præscriptio dicatur odiosa quilibet defectus temporis eam excludit, nec annus cæptus habetur pro completo ad ipsam inducendam.

Leodien. Bonorum. Lunæ 8. Iunij 1665.

Argumentum 817.

Declaratoria, licet regulariter non concedatur, nisi præcedente seruatione quatuor terminorum ad docendum de paritione, attamen constito de impedimento executioni præstito per parere debentem, & de eius animo non parendi, etiam absque seruatione terminorum conceditur.

Romana Contributionis. Lunę 15. Iunij 1665.

Argumentum 818.

Per Constitutionem S. M. Clementis VIII. bona Baronum eximuntur à vinculis cuiuscunque fideicommissi & fauore Creditorum reputantur tanquam libera, & allodialia. Quod procedit siuè fideicommissa sint ascendentium, siue collateralium, siuè etiam extraneorum & etiam si agatur de Feudo hæreditario, vel ex pacto & prouidentia.

Romana Domus. Luna 15. Iuniy 1665.

Argumentum 819.

Iudicia diuersificantur ex diuersitate commissionum, & ad dignoscendam Iudicis iurisdictionem, semper tenor commissionis attendi debet.

Romana Legati. Luna 22. Iunij 1665.

Argumentum 820.

Legatum à Domino factum vni ex familiaribus suis *pro se, & famulo de parte familiaribus dari solita* sicuti respectu famuli non est intelligendum comprehendere nisi portionem panis & vini, ita & respectu familiaris in eadem oratione copulati censendum est, cum in hisce dispositionibus dubijs illa facienda veniat interpretatio, quę magis fauet hæredi.

Calagnritana Archidiaconatus. Luna 22. Iunij 1665.

Argumentum 821.

Recurrens ad Iudices laicos incidit in penam excommunicationis comminatam in Sacr. Canonibus, & Bulla Cænæ Domini §. 14. & 16. Absolutio vigore Breuis habentis conditionem *refectis expensis* non suffragatur ante conditionis implementū, etiamsi fuerit factum, depositum vnius Iulij cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione. An & quando ab excommunicatione nulliter impensa detur noua reintrusio sine causæ cognitione.

Romana Prętensi Matrimonij. Ven.26. Iunij 1665.

Argumentum 822.

Consensus patris ad matrimonij validitatem non requiritur, ne libertas matrimonij impediatur. Attamen fæmina, quæ dixit se velle contrahere accedente eiusdem consensu ad matrimonium, non est cogenda.

Leodien. Bonorum. Ven. 26. Iunij 1665.

Argumentum 823.

Remissoria etiā in prophanis denegatur, quoties de articulorū irreleuantia apparet, & maximè quando id quod probari intēditur per testes, probari potest per scripturas. *Leodien. Bonorum. Merc. 1. Iuly 1665.*

Argumentum 824.

Ex particulari consuetudine Ciuitatis Leodij donationis factæ sponso, vel sponsæ sub pacto reuersiuo fauore proximiorum donantis, in casum in quem coniuges moriantur sine filijs reuertuntur ad proximiores, si filij ex eodem matrimonio nati non superuiuant vtrique parenti. Quod procedit siuè pactum reuersiuum fuerit conceptum per conditionem indefinitam,& coniunctam, siuè per alternatiuam, & separatam.

Mediolanen. Matrimonij. Mer. 1. Iulij 1665.

Argumentum 825.

Remissoria licet ob timorem subornationis in eadem causa bis concedi non soleat, hoc tamen non procedit vbi nouum examen tendit ad coadiuuandas probationes iam factas, & articuli continent materiam magis specificam, vel eorum releuantia saltem est dubia nam tali casu concedenda venit remissoria etiam post dudicita testificata.

Romana Testamenti. Merc.1.Iulij.1665.

Argumentum 826.

Articuli in prophanis semper admittuntur, etiã data releuantia vnius, quia articulus releuans, trahit secum irreleuantem, & quando continent materiam magis specificam, non in solo cortice verborum,sed quidem circa substantiam, non denegatur nouum examen.

Eugubina Successionis Luna 19.Nouemb.1665.

Argumentum 827.

Filatio concludentibus probationibus iustificari debet, vbi de ipsa principaliter, & decisoriè agitur ad effectum succedendi, & hæredes scriptos excludendi, maxime concurrentibus pluribus coniecturis filiationem destruentibus.

Casertana Iurispatronatus. Ven.20.Nouemb.1665.

Argumentum 828.

Possessio capta post interpositam appellationem, & infra decendium datum à iure ad appellandum, est attentata etiam si sententia lata fuerit super institutione, quando Iudex processit iuris ordine seruato, & præuijs citationibus partis.

Romana Nullitatis Professionis. Merc.2.Dec.1665.

Argumentum 829.

Professio emissa non precedente anno legitimi nouitiatus est nulla, nec deseruire potest pro legitimo nouitiatu annus probationis, per cuius spatium antea quis in Religione permanserit, si postea animo Religionem deserendi fuerit egressus: Animus autem deserendi Religionem desumitur ex depositione habitus absque licentia superioris facta, nulla vrgente necessitate, ex assumptione gradus incongrui Statui Regulari, & ex immixtione negotijs sæcularibus per plurium annorum cursum continuata.

Romana Pensionum. Merc.9.Decemb.1665.

Argumentum 830.

In Iudicio ordinario super nullitate Pensionis tenetur Pensionarius plene & concludenter iustificare valorem tanquam gratiæ fundamentum, maxime attenta clausula, *vt asseris* in literis reseruationis adiecta, quam quidem probationem tenetur facere, etiam si onus iustificandi huiusmodi valorem fuerit assumptum à titulari prædecessore, & etiam non obstante resignatione à dicto prædecessore facta ad fauorem certæ personæ,

Fulginaten. Domus. Ven.11.Decemb. 1665.

Argumentum 831.

Manutentio conceditur docenti de sua possessione non obstante anterioritate alterius possessionis instrumentalis, quæ regulariter non est manutenibilis si fuerit apprehensa alio existente in possessione, & eo non citato,sed dicitur clandestina, etiamsi præcesserit decretum Iudicis. Clausula,*Constituti* transfert possessionem manutenibilem contra constitutarium,& ab eo causam habentem non autem contra Tertium,

Seguntina Beneficij. Lunæ 14.Dec.1665.

Argumentum 832.

Prouisus à Nuntio non est legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum etiam si sit in possessione, dum illius prouisio incontinenti detegitur nulla & inualida,facultates Nuntij se restringunt ad beneficia non excedentia ducatis 24. computatis incertis, & distributionibus,& non se extendunt ad beneficia vacantia sede Episcopali vacante.

Leodien. Testamentorum. Lun.14.Dec.1665.

Argumentum 833.

Remissoria in prophanis data aliquali releuantia materiæ articulatæ sẽper conceditur,licet articuli non admittantur ad probandum per testes id,quod fieri potest per scripturas, datur tamen remissoria quando aliquid plus per testes posset probari super materia partim noua, & magis specificata, & distincta nouum examen conceditur.

Romana Locorum Montium. Ven.16.Ian.1666.

Argumentum 834.

Promissio de vendendo etiam iuramento roborata resoluitur in simplicem tractatum, & nudam velleitatem, à qua resilire licet,vbi cum ipsa non interuenerint omnia venditionis requisita, nempe res, pretium, & consensus mutuus, ac simultaneus vtriusque contrahentis; tunc enim solum, & non prius dicitur perfecta venditio:

Romana Pratensi Matrimonij. Ven.15.Ian.1666.

Argumentum 835.

Materia articulorum quoties est releuans, illorum admissio non denegatur, & ad hoc vt admittantur, sufficit, quod directè, vel indirectè faciant ad causam.

Romana Fideicommissi de Spinis. Merc.27.Ian.1666.

Argumentum 836.

Immissio à Fideicommissario petita contra successores grauati licet concedi soleat quotiescumque, vltra existentiam fideicommissi, eiusque purificationem, ac bonorum identitatem, probetur simplex possessio Testatoris absque alia iustificatione dominij, hoc tamen non procedit,vbi petitur immissio contra tertios possessores cum titulo à Testatore causam non habentes,tunc enim tenetur fideicommissarius concludenter iustificare dominium Testatoris, nec sufficit simplex eiusdem possessionis probatio. Dominium autem rei fideicommissariæ penes testatorem fuisse non probatur per actus possessorios ab eo gestos, vbi maxime titulus penes alium extitisse iustificatur.

Rauennaten.seu Fauentina Cambij. Merc.27.Ian.1666.

Argumentum 837.

Creditor Cambij non potest cum se met ipso Cambiare,nisi constet de voluntate Debitoris, quæ tamen sufficit, si tacitè ex coniecturis eliciatur. Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in his, vbi speciale requiritur, si tamen Ratificans plenam habet scientiam iuris, & facti quæ præsumitur, dum quis se refert ad scripturas,

Romana Seruitutis. Ven.29.Ian.1666.

Argumentum 838.

Seruitus debet ab allegante iustificari per plenas,& concludentes probationes, eam acquisiuisse, vel pacto vel testamento, vel præscriptione, cum alias de iure omnia bona censeantur libera,& à qualibet seruitute immunia. Ad acquirendam seruitutem itineris, quę dicitur discontinua factum hominis requirẽs,non sufficit qualibet probatio,& tunc solum admittitur tempus decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, vbi titulus saltem à principio litis allegatur, cum expressione à quo fuerit habitus,& insuper vbi constat præscribentem vsum fuisse seruitute, cum scientia, & patientia illius, contra quem prætenditur acquisita.

Romana Hæreditatis. Lunę 8.Febr.1666.

Argumentum 839.

Testatore mandante suam hęreditatem pluribus personis re-

 stitui

ſtitui debere, hæres non ſatisfacit illius voluntati eligendo vnum, & poteſt vti facultate ſibi conceſsa moderando, vel augendo portiones, non autem in totum diſpoſitionem, & fideicommiſsum euertere.

Romana Tranſactionis. Ven. 12. Febr. 1666.

Argumentum 840.

Tranſactio enormiſſimè læſiua ſuſtineri non poteſt, & licet prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum non reſcindatur, niſi fuerint per alterum ex tranſignentibus occultata, attamen hoc non procedit, vbi ex inſtrumentis de nouo repertis dolus reſultet, dolus autem dicitur probatus eo ipſo, quod adeſt enormiſſima læſio longè vltra dimidiam; legatum ſub conditione relictum non imputatur, ſicuti neque imputatur vbi vltra ipſum etiam dos iure inſtitutionis relinquatur. Impugnatio teſtamenti paterni facta, per petitionem ſupplementi legitimæ non ſufficit ad inducendam priuationem legati, cum de iure nouo legitima filij nullo onere grauari poſſit, & grauata non præiudicet, niſi appareat expreſsè per filium ſub tali onere acceptata, interueniente ſpecifica, & indiuidua renonciatione legitimæ.

Romana Fideicommiſſi de Rigatijs. Ven. 19. Febr. 1666.

Argumentum 841.

Caducata prima ſubſtitutione, cenſetur pariter caducatæ exteræ ab illa dependentes, quod procedit, quando ſubſtitutio, vel eſt concepta ſub aliqua conditione voluntaria, quę defecit, vel eſt reſtricta ad certum caſum, qui non euenit, ſecus autem, quando ſubſtitutio fideicommiſsaria, ſeu compendioſa vel ſimpliciter facta fuit, vel ſub conditione neceſsaria mortis, quia tunc ſubſtitutus per vulgarem Anomalam iure proprio admittitur in locum præcedentis gradus caducati. Ius accreſcendi habet locum inter coniunctos verbis, & realiter, non totaliter diſiunctis,

Fauentina Succeſſionis, Ven. 19. Febr. 1666.

Argumentum 842.

Statutum mandans, quod mortuo Patre, vel aſcendente ab inteſtato, tota hereditas morientis deferatur ad maſculos, excluſis fęminis, non habet locum, vbi agitur de hęreditate matris. Similia ſtatuta excluſiua fæminarũ propter maſculos tanquam iuris cõmunis correctoria debent reſtringi, vt minus, quam fieri poſſit ius commune lędatur.

Taurinen. Scamni. Ven. 26. Febr. 1666.

Argumentum 843.

Eccleſiam patronatam defendere à qualibet ſeruitute ſpectat ad patronum. Laicus de conſenſu Epiſcopi poteſt acquirere ius ſedendi in Eccleſia, non tamen patronata, vbi talis conſuetudo apponendi ſcamna non adeſt, & ob anguſtiam loci eſſent impedimenti.

Firmana Teſtamentorum. Luna 1. Martij 1666.

Argumentum 844.

Remiſſoria in cauſis prophanis conceditur etiam bis data releuantia materiæ articulatæ, immo data ſola dubietate huiuſmodi releuantiæ. Teſtamenta in terris Eccleſiæ condita coram Parocho, & duobus teſtibus ſuſtinentur, Teſtamentum, in quo Parochus coram duobus teſtibus ſcripſit ſe cohæredem licet reſpectu Parochi ſuſtineri poſſe non videatur ſtante prohibitione S.C. Libonian. reſpectu tamen cohæredis non videtur corruere.

Mechlinen. Matrimonij. Luna 15. Martij 1666.

Argumentum 845.

Matrimonium celebratum interueniente mutuo conſenſu amborum coniugum coram Sacerdote habente licentiã à Parocho vnius ex contrahentibus non poteſt de nullitate redargui, vt pote quod fuerit contractum extra Parochiam eius, qui licentiam dedit, vel quia non fuerint in licentia expreſſa nomina contrahentium, vel quia ſolitæ denunciationes non præceſſerint; his enim non obſtantibus formam concilij tridentini in ſubſtantialibus ſeruata cenſetur, accedente maximè diuturna coniugum cohabitatione, & publica reputatione,

Moguntina Canonicatus. Merc. 17. Martij 1666.

Argumentum 846.

Ad obtinendẽ ſubrogationem conſtare debet de Clericatu obitu defuncti in poſſeſſione, & de reſeruatione per clauſulam *cuius ſtatum &c.* mentio latis habetur pro expreſſa, & literæ nõ poſſunt de ſubreptione redargui. Gratia conditione non purificata, non tribuit paritatem tituli, minuſque efficit legitimum contradictorem ad impediendam gratioſam ſubrogationem.

Æſina Fideicommiſſi. Luna 22. Martij 1666.

Argumentum 847.

Si Teſtator conſignauerit Notario coram ſeptem teſtibus folium ſigillatum, in quo aſſerat ſuũ contineri teſtamentum, & huiuſmodi folium cum cooperta, & ſupraſcripto directum fuerit alicui Religioſo, in tali caſu teſtamenti identitas concludenter iuſtificata remanet per exibitionem illius folij à religioſo factã cum aſſertione iurata, quod ſit idem in corpore, & ſubſtantia, accedente pariter atteſtatione iurata, & recognitione eiuſdem Notarij. Fideicommiſſum ordinatum ſub conditione non exiſtentiæ filiorum maſculorum, licet interdum per exiſtentiam eorundem dicatur expiraſſe, hoc tamen non procedit vbi concurrunt coniecturæ contemplationis, agnationis, digreſſus ad plures ſubſtitutionum, & ſignanter volũtas Teſtatoris, quod cõſeruẽtur perpetuò bona in familia. *Romana Augumenti Dotis. Lun. 29. Mart. 1666.*

Argumentum 848.

Ad effectum, vt mulier teneatur reſtituere bona hæreditaria viri debet probari exiſtentia penes eam, quodque illa ad eius manus peruenerint, quæ quidem non iuſtificantur ex aſſertione Mariti facta in Teſtamento; acquiſitio facta per Mulierem conſtante Matrimonio, prę́ſumitur ex pecunijs viri ad euitandã prę́ſumptionem turpis quęſtus.

Calaguritana Archidiaconatus. Ven. 2. Apr. 1666.

Argumentum 849.

Recurrens ad Iudices laicos tenetur collitiganti reſtituere omnes expenſas tanquam damna, & intereſſe, ſiue expenſę ſint Iudiciales, ſiue extraiudiciales,

Romana Canonum. Luna 5. Aprilis 1666.

Argumentum 850.

Inſtrumentum generaliter ſe referens ad aliud intelligi ſemper debet exceptis ijs, quæ in inſtrumento referente expreſsè diſpoſita legũtur; ſique in eo expreſſa fuerit relatio diei, menſis, anni, & Notarij de altero rogati, hæc idem operatur ac ſi totus tenor alterius inſtrumenti in ipſo referente eſſet inſertus, & certam ac ſpecificam ſcientiam in contrahentibus cuiuſlibet erroris excluſiuam inducit.

Romana, ſeu Albanen. Vineæ. Luna 5. Apr. 1666.

Argumentum 851.

In concurſu teſtium præferuntur hi, qui nullam contradictionem patiuntur, licet numero pauciores, defectus conſenſus Domini directi in contractu donationis, illũ non inualidat, vbi legitur reſeruatus, cum clauſula *Quatenus opus ſit & requiratur, & non alias.* Exceptiones requirentes altiorem indaginem, non admittuntur ad retardandam exequutionem obligationis Cameralis.

Romana Contributionis. Luna 10. Maij 1666.

Argumentum 852.

Fideicõmiſſarius ſoluens debita, pro quibus ex diſpoſitione Bullę baronum ſunt obligata etiã bona fideicõmiſſis ſuppoſita, iuſtè petit contributionẽ aliorum ſimul cum ipſo ad eadem fideicommiſſa concurrentium contra quos habet actionem negotiorum geſtorum pro eorum quotis.

Romana Succeſſionis. Luna 10. Maij 1666.

Argumentum 853.

Alimenta, & ſumptus litis à Reo Actori veniunt ſubminiſtranda concurrentibus fauore Actoris paupertate, & boni iuris prę́ſumptione, quarum prima concludenter debet iuſtificari, altera verò ſi verſemur in prima inſtantia, & agatur de filio concurrente ad hęreditatẽ Patris, videtur

sufficiēter probata; Si verò agatur de successione in bonis Patrui contra Tertium hæredem institutum præsumptio boni iuris ex obseruatione iuriū vtriusque litigatoris venit deducenda, in secunda verò, seu vlteriori instantia boni iuris presumptio ex sententia, seu mandato deducitur

Romana Testamenti. Ven.14.Maij 1666.

Argumentum 854.

Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per relationem ad schedulam tenet, & validum est, licet Testator corā testibus nomē hęredis non publicauerit, & schedula non fuerit eius manu scripta, vel subscripta. Requiritur tamē quod verba à Testatore prolata in traditione, & consignatione schedulæ sint omninò dispositiua, ita vt non sufficiant simpliciter assertiua, & vlterius requiritur quando schedula est præsens, quod Testator proprijs manibus illam tradat Notario coram Testibus. Legatum non debetur ex testamento nullo.

Romana Separationis Thori. Veneris 14. Maij 1666.

Argumentum 855.

Vxor agens ad separationē Thori, & à viro recedens quando constat de matrimonio legitime contracto & est dubium, an iuxte vel iniuste recesserit interim consequi debet alimenta, & sumptus litis ex veriori DD. sententia, sicut etiam illa consequi debet quotiescumque obtinuit cōmissionem à signatura Sanctissimi, cum clausula, *Subministratis prius alimentis, & sumptibus litis &c.* hæc autem alimenta Iudicis arbitrio taxantur secundū casuum contigentiam, & circumstantias facti rejecta opinione *Maffuer.* illa restringente ad quartam partem fructuum.

Valentina Annatarum. Veneris 4. Iunij 1666.

Argumentum 856.

Episcopus habet potestatem condendi constitutiones in propria Dięcesi seruandas, quę si onus aliquod jmponant beneficiatis, & fuerint de consensu totius Capituli promulgatæ validæ reputantur, & de iure seruari debent, accedente maximè confirmatione Apostolica, & itam approbatione in Diœcesana Synodo facta cum subsequuta obseruantia.

Meleuitana, seu Perusina Bonorum. Luna 7. Iunij 1666.

Argumentum 857.

Testamentum conditum ab Equite Hierosolimitano quod iuxta stabilimenta Religionis nō valeret, sustinetur dum non constat de valida professione expressa Testatoris; Quę quidem professio inualidatur ob defectum Nouitiatus ex dispositione *S.Conc.Trid.sess.25. c.15. de Regular.*

Pampilonen. Vicaria. Luna 17. Iunij 1666.

Argumentum 858.

Ius nominandi Vicarium, qui curam exerceat vigore vnionis pertinet ad Prælatum Ecclesiæ, cui beneficium reperitur vnitum, & quidem cum facultate illum ad nutum amouendi. Vnionem Ecclesiæ ad alteram pleno iure spectantis non excludunt actus iurisdictionales ab Episcopo facti in Ecclesia vnita, cum Episcopus tamquā Sedis Apostolicæ Delegatus habeat generalem iurisdictionem super omnibus Ecclesijs eius Dięcesis subiectis, & facultatem eas omnes visitandi, in quam facultatem tamquam perpetuò iure delegato Episcopis attributam Sede vacante Capitulum quoque succedit.

Romana Donationis. Merc. 9. Iunij 1666.

Argumentum 859.

Remissoria etiam in causis prophanis denegatur stante irreleuantia materiæ articulatæ, nec vmquam conceditur ad probandum id, quod potest per scripturas iustificari. Compulsoria quoq; concurrente irreleuantia non datur.

Portuen. Tenutarum. Ven. 18. Iunij 1666.

Argumentum 860.

Bona Ecclesiastica non possunt alienari, vel in emphyteusim perpetuam concedi, nisi copulatiuè concurrant beneplacitū Apostolicum, & iusta causa necessitatis; & euidentis vtilitatis; de huiusmodi autem solemnitate dubitari non potest stante confirmatione Pontificis in forma specifica facta, quæ talis dicitur, quotiescumq; in gratia registratus fuerit tenor instrumenti concessionis. Concessio facta de bonis Ecclesiasticis in empyteusim perpetuam, & inconcusè obseruata per longum tempus habet pro se præsumptionem, quod fuerit vtilis Ecclesiæ, itavt asserenti contrarium incumbat onus illud per plenas, & concludentes probationes iustificandi.

Romana Canonum. Luna 21. Iunij 1666.

Argumentum 861.

In contractu emphyteusis non fit remissio ob sterilitatem contingentem in fructibus, etiamsi canon nō sit modicus, sed magnus, cum ad istum effectum non attendatur quātitas sed causa, pro qua soluitur canon. Contractus ex quibus dignoscatur emphyteusis, vel locationis, pœna caducitatis iuxta veriorem, non habet locū in contractu locationis etiam ad longum tempus.

Moguntina Canonicatus. Merc. 23. Iunij 1666.

Argumentum 862.

Quando quis dicatur legitimus contradictor habentis gratiosam subrogationem. An clausulæ generales aliquid operentur, quando ex literarum contextu, certus modus dignoscitur expressus.

Leodien. Nullitatis Matrimonij. Luna 28. Iunij 1666.

Argumentum 863.

Matrimonium contractum inter raptorem, & captam est nullum, quamdiū ipsa in potestate raptoris manserit, nisi in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, & quando raptus ad hunc effectum dicatur sufficienter probatus. Irritatur etiam matrimonium si non contrahatur præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi vel Ordinarij licentia.

Varmien. Canonicatus. Luna 28. Iunij 1666.

Argumentum 864.

Gratia conditionalis ante adimplementum conditionis non potest executioni demandari, ab obtinente gratia iustificari debet etiamsi in negatiua consistat.

Meleuitana Mercium. Luna 28. Iunij 1666.

Argumentum 865.

Mercator potest etiā per indicia, & coniecturas mercīū dominium probare, cum difficilis sit illius probatio. Vnde si probet nauilium esse suum, merces etiam in eo existentes pręsumuntur esse suę.

Colonien. Iurisdictionis. Lun.5. Iunij 1666.

Argumentum 866.

Remissoria de stylo Rotæ etiam in beneficialibus conceditur vbi materia articulata est relenans, & datur quoque fumus veritatis; Immemorabilis si fuerit articulata sufficit ad hoc vt articulus dicatur releuans; Nec non pro fumo veritatis sufficiunt depositiones Testium absq; citatione partis ad perpetuā rei memoriā examinatorum ad effectū remissoriç, quę libentius in principio causę concedi debet, vt iudicia primæ instantiæ in curia discutiātur.

Meleuitana Commenda. Luna 5. Iunij 1666.

Argumentum 867.

Inter Equites Hierosolymitanos concurrentes ad commendam magis antianus venit præferendus, etiamsi sit armorum seruiens in concursu cum Capellano, & Sacerdote, & commenda habeat annexam curam, potest enim nominare Sacerdotem idoneum pro administratione Sacramentorum per Episcopum loci approbandum.

Auenionen. Fideicommissi. Ven.26. Nouembr. 1666.

Argumentum 868.

Remissoria in causis prophanis conceditur ex sola releuantia vnius articuli super omnibus, maximè in 3. instantia, vbi nō tā rigidè discutitur releuantia materię articulatę

Meleuitana Habitus. Luna 29. Nouembris 1666.

Argumentum 869.

Ad effectum consequendi habitum Religionis Hierosolymitanę inter cætera necesse est iustificare sanguinis puritatem,

tatem, pro qua tamen cum militet iuris præsumptio allegandi contrarium incumbit onus probandi, & fauore puritatis admittuntur testes deponentes de publica voce & fama. In concursu testium debent præferri ij, qui vel deponunt de bona fama, vel fauent iuris præsumptioni, vel alias sunt adminiculati.

Romana Domorum. Veneris 3. Decembris 1666.

Argumentum 870.

Iniustitia sententiæ impedit rem iudicatam, & viam aperit restitutioni in integrum. Immissio ex Saluiano non cõpetit creditori posteriori aduersus possidentẽ pro credito anteriori. Soluens creditoribus anterioribus etiamsi ab eis cessionem iurium non reportet, potest tamen ad effectum retentionis excipiendo eorum iuribus se tueri. Mulier relicta vsufructuaria etiã titulo institutionis non tenetur conficere inuentarium ad euitandam confusionem actionum, cum simplex legataria dicatur.

Romana, seu Albanen. Bonorum. Merc. 19. Ian. 1667.

Argumentum 871.

Restitutio in integrum datur aduersus sententias confirmãtes subhastationem nullam, & læsiuam, dicitur autem subhastatio nulla si fuerit facta non seruata forma per constitutiones præfixa & seruari solita, & pro modica summa fuerint subhastãta bona maximi valoris. Retentio non competit creditori; nisi quando bona ad eum peruenerunt ex causa illius crediti pro quo vult retinere.

Marsicen. Iurisdictionis. Veneris 28. Ianu. 1667.

Argumentum 872.

Declaratoria non conceditur, nisi constet de contumacia, & inobedientia parere debentis, de hac autem constare nõ dicitur, etiamsi post intimationem personalẽ, & seruationem quatuor terminorum seruari solitorum de paritione non doceatur, quia quando executoriales non continent tale perceptum, quod ad sui implementum requirat factum positiuum, tunc sola patientia, vel verbalis paritio sufficit, secus autem vbi paritio requirit factum positiuum, tunc enim ad effugiendam declaratoriã omnino docendum est de actuali, & effectiua paritione.

Fulginaten. Affictus. Lunæ 31. Ianuarij 1667.

Argumentum 873.

Exceptiones turbidæ retardare non debent solutionem affictuũ, stante iuramento, & obligat. Camerali, quæ executionem paratã habent, maximè si conductores excipiant de non adimplemento vigore capituli continentis onus antecessorũ in affictu, non autem obligationem locationis.

Romana Fructuum Dotis. Ven. 4. Febr. 1667.

Argumentum 874.

Celebris disputatio quãdo nam dos debeat dici potius cõstitura in pecunia numerata, quam in fundo dotali in hac decisione declaratur & obiter quãdo conuentio inuestiẽdi in fundum dotalẽ etiã fauore vxoris nihilominus non importet fundũ dotalem propriũ. Et hoc ad effectũ fructuũ restitutionis ad ratã potius quantitatis, quã fundi.

Rauennaten. Fideicommissi. Lunæ 7. Febr. 1667.

Argumentum 875.

Frater præfertur quibusque alijs in successione fideicommissaria tanquam proximior grauato, quia regulariter in successionibus fideicommissarijs attenditur proximitas grauati, & non grauantis: & multo magis id procedit stante declaratione Testatoris, & ex quibus appareat Testatorem noluisse filium subintrare in locum Patris.

Lauretana Pensionis. Ven. 11. Febr. 1667.

Argumentum 876.

In iudicio ordinario validitatis, vel inualiditatis pensionis, valor beneficij narratus debet per Pensionariũ plenè iustificari, etiã in casu, quo possessor pensionis, reseruationi assenserit, & onus probandi assũpserit, quoties agitur cõtra successorẽ, qui ab ipso possessore causam non habet.

Romana Hæreditatis. Lunæ 14. Febr. 1667.

Argumentum 877.

Facultas disponendi à Testatore concessa hæredi, si nõ fuerit seruata ad modũ præfixũ, omnis dispositio facta ab hærede est nulla. Itidem talis facultas non intelligitur extensa ad bona fideicommissaria quoties adsint bona libera.

Hispalen. Præeminentiarum. Ven. 25. Febr. 1667.

Argumentum 878.

Mandati duplicatum est concedendum etiam post decennium, quando constat ipsum fuisse relaxatum & expeditum ad effectum vt penes eum, qui illum obtinuit reperiatur, si vero obtinens duplicatum post decennium illius petierit executionem, tali casu de stylo Rotæ, non nisi reuisa institia conceditur executio.

Bitecten. Bonorum. Lunæ 28. Februarij 1667.

Argumentum 879.

Interusuria dotis debentur à die initi matrimonij, in quibus taxandis attenditur loci consuetudo, & pro illis sicuti competit hypotheca debetur immissio ex Saluiano, non obstante excessus in ipsa dote cum ea in hoc iudicio non admittatur.

Æsina Census. Veneris 4. Martij 1667.

Argumentum 880.

Venditor cum de iure teneatur scripturas pro iustificatione dominij rei venditæ emptori tradere itavt ipsis non exhibitis res vendita non dicatur, ideò ante ipsarũ consignationem agere non potest ad consecutionem pretij, nec minus ad damna, & interesse pro retardata solutione prætensa, etiamsi solutioni certa dies adiecta sit, & scripturarum traditio ad simplicem requisitionem emptoris promissa fuerit, de qua requisitione non constet, non dum enim dici potest emptor in mora constitutus, cum ex parte venditoris prius implere debentis contractus per traditionem scripturam non fuerit adimpletus.

Bononien. Hæreditatis de Pepulis. Lun. 10. Mart. 1667.

Argumentum 881.

An ignorantia antecedentis concubitus cum sorore excuset mulierem ab incestu, itavt filij ex ea nati naturales tantummodo reputentur, non autem incestuosi, non solũ ad effectum obtinendæ legitimationis, vel euitandæ pœnæ corporalis, aut bonorum in criminalibus, verum etiã vbi agitur ciuiliter ad successionem in bonis patris.

Amerina Saluiani. Veneris 11. Martij 1667.

Argumentum 882.

Quod inuentarium factum præuio Iudicis decreto, & apud acta publica remaneat validum, etiamsi deficiat in illo subscripsitio hæredis in præsenti decisione firmatur, prout etiam successiuè concluditur non officere defectum trium Testium loco legatariorum, & creditorum absentium, si ità de stylo loci seruatur.

Melenitana Commenda. Lunæ 14. Martij 1667.

Argumento 883. Non indiget.

Calaguritana Archidiaconatus. Lunæ 14. Mart. 1667.

Argumentum 884.

De reseruatione beneficij subcollectorũ vigore regulæ Cancellariæ plene in hac decisione tractatur, vbi etiã similiter declarantur aliæ duæ regulæ cancellariæ altera de annali, alia vero de possessore triennali. Quomodo nempe, & quatenus illæ procedant. Hinc etiam plura de decreto irritanti; deq; impedimẽto alicui præstitis, quæ in odium impedientis efficiunt, vt sic impeditus totum id impleuisse dicatur, ad quod tenebatur.

Romana Primogenitura de Bubalo. Ven. 18. Mart. 1667.

Argumentum 885.

Fideicõmissario venienti ex fideicõmisso conditionali, ante implementũ conditionis non cõpetit immissio. Filij fœminarũ masculi dicuntur cõprehensi in dispositiua Testamenti, in qua vocantur filij masculi, & omnes descendentes masculi, in infinitũ, sicut etiã cõprehenduntur in parte cõditionali, in qua substitutiones conceptæ sunt in casum quo totaliter linea deficeret. Ratio conseruandæ agnationis nõ desumitur ex institutione primogenituræ,

aut ex repetita qualitate masculinitatis cũ fœminarum exclusione ratio conseruandi agnationẽ, nec nõ qualitas masculinitatis considerata in descendentia substituti,nõ debet ad descendentiam hæredis extendi, imo cessat vbi potest dari casus,quod extraneus debeat agnato præferri,vbi Testator prætulit fictam agnationem veris,& proprijs agnatis. Fictitiam agnationem considerasse dicitur Testator qui ad effectum conseruandi perpetuam primogenituram sub suo cognomine iniunxit onus etiã extraneo desumendi suum nomen, & insignia.

Pampilonen. Vicaria. Merc. 23. Martij 1667.

Argumentum 886.

Duplex in hac decisione quæstio resoluitur: altera vnionis Ecclesiæ Parochialis Monasterio factæ,vnde nam scilicet vnio probetur,& ex quibus arguatur esse plenaria: altera vero deputationis Vicarij, quando scilicet & ex quibus illa potius amouibilis,quam perpetua debeat iudicari.

Romana Censuum. Merc. 23. Martij 1667.

Argumentum 887.

Quando cõpeasatio admirratur contra obligat. Cameralem & Census sustineri possit super bonis fideicõmissarijs, & vnde nam correspectiuitas vnius contractus cũ altero eadem die,& coram iisdem Notario, ac testibus arguatur.

Romana Testamenti. Lunæ 28. Martij 1667.

Argumentum 888.

Quoad validitatẽ testamẽti nuncupatiui nuncupatione implicita omnino requiritur consignatio schedulę testamẽti proprijs manibus notario facenda:quãdo tamen schedula est pręsens,cũ alioqnin sufficiat habere relationẽ ad illã. *Ferrarien. Pecuniaria. Ven 22. Apr. 1667.*

Argumentum 889.

Mandatum suspicionis fugæ pro maiori summa relaxatum si illius vigore ad exequutionem deuentum sit, non solum remanet nullum sed vlterius etiam exequutio tamquam excessiua reuocanda est, quo circa plura etiam dę qualitate huius iudicij in hac decisione resoluuntur.

Romana Capalis. Merc. 27. Aprilis 1667.

Argumentum 890.

Transactio inita ab hærede grauato intuitu, & contemplatione fideicommissi, cum non nomine proprio,sed fideicommissario facta dicatur,quidquid ea mediante acquisiuit hæres non sibi sed fideicommisso quæsiuit. Quod etiã procedit in solutione facta de pecunijs hęreditarijs, vt quęuis ex ea ab hęrede reportata sibi nihil suffragetur.

Cæsaraugustana Beneficiorum. Ven. 29. Aprilis 1667.

Argumentum 891.

Prouisis Apostolicis denegari non potest immissio ad instar *l. fin. Cod. de edicto D. Adriani tollen.* quoties omnia contenta in literis sunt plenè iustificata.

Melenitana Mercium. Lunæ 2. Maij 1667.

Argumentum 892.

Quod dominium mercium remanet probatum ex eorum possessione, vel eo quia in alicuius nauigio sint repertæ, vel etiam,ex quo in libris Dohanæ ad eius creditum fuerint adnotatæ hac decisione firmatur.

Romana Census Vitalitij. Lunæ 2. Maij 1667.

Argumentum 893.

Aquisitio facta ab administratore paupere de tempore,quo apud ipsum reperiebantur pecuniæ æquiualentes præsumitur facta administratorio nomine, non proprio, nisi contrarium ex redditione rationis appareat. Declaratio eius, qui in acquisitione nomen præstitit asserentis rem acquisitam ad alium spectare, eiusdem probat dominium. Acquisitio facta pro persona nominanda,non secuta nominatione absolute cedit primo acquisitori.

Toletana Decimarum Horti. Lunæ 4. Maij 1667.

Argumentum 894.

Decimas ex noualibus ad cultutam redactis, & Religiosis concessis, quando iidem Religiosi soluere non teneantur vel quia proprijs manibus ea incolant: vel quia nullus exillis per antea fructus reciperetur.

Aquilana Beneficij. Ven. 1. Iulij. 1667.

Argumentum 895.

Materiam liquidationis fructuum à die motæ litis in fauorem eius, qui fuit gratiose subrogatus,non solum ad ius, & possessionem Beneficij, sed etiam ad prosecutionem litis hæc decisio complectitur; in eo etiam casu, quo ipse subrogatus Apostolicus non nisi pluribus annis post subrogationem fuerit litem prosecutus.

Rauennaten. Fideicommissi. Sabb. 26. Nouemb. 1667.

Argumentum 896.

Lineæ pluriũ institutorũ ad fideicommissũ vocatę censentur vocatæ secundũ ordinẽ intestatæ successionis, ideo non omnes simultanee, sed seruata prælatione proximiorum sunt admittendę. Quando autem filios pręmortuo Patre ad fideicommissum vocetur per viam repręsentationis, & quando per viam substitutionis vulgaris anomalæ.

Romana Domus de Vsazzijs. Lunæ 28. Nou. 1667.

Argumentum 897.

Tria in hac decisione resoluuntur. Primũ quod donatio causa mortis neque per pactũ de illa non reuocando fiat irreuocabilis; secundum quod assignatio generalis ex indeterminata ab vno ex duobus hæredibus facta intelligatur tantum de sua portione,non autem comprehendat portionem cohæredis. Tertium quod ex eorum promisso inter cohæredes facto super diuisione hæreditatis eorundem additio non desumatur.

Fulginaten. Pecuniaria. Lunæ 28. Nou. 1667

Argumentum 898.

Vendito negotio,seu taberna fundacali, possunt percipi fructus recompensatiui absque labe vsurarum, & debentur etiamsi fuerit data dilatio ad soluendum pretium. vbi constat de conuentione,quæ ad istum effectum sufficienter ex coniecturis elicitur,licet mercatorum quando probent in præiudicium tertij.

Calaritana Pensionis. Ven. 2. Dec. 1667.

Argumentum 899.

Valor in literis affirmatiuę expressus per ascensũ debet plene,& concluderet iustificari à Pensionario,maxime in iudicio petitorio, alias Pensio non sustinetur & eo magis si gratia sit cõditionalis vigore clausulę *vt asseris*, quę quidẽ iustificatio non sufficit præsumpta ex lapsu temporis quandò per litem excluditur pacifica quasi possessio exigendi. *Romana Pecuniaria. Lunæ 16. Ian. 1668.*

Argumentum 900.

Solutio dotis à Clerico constitutę, & vigore publici instrumenti cum obligatione camerali petitæ retardari non potest exceptione excessiuitatis innixa statuto Vrbis, quod clericos promittentes nullatenus comprehendit, nisi de eis expressam mentionem fecerit.

Romana Collectæ. Lunę 23. Ian. 1668.

Argumentum 901.

Licet possit vniuersitas deficientibus bonis cõmunibus ad Collectę impositionem deuenire,ad quam singuli omnes de Vniuersitate teneantur. Hoc tamen procedit solùmodo respectu illorum,qui cum de tempore impositę collectæ essent de gremio,impositioni consenserint. secus verò respectu posteriorum successorum, qui non obligantur,nisi collecta fuerint imposita pro debito necessario.

Bitecten. Bonorum. Lunæ 23. Ianuar. 1668.

Argumentum 902.

Creditor sortis, & fructuũ licet fuerit satisfactus per dationem insolutum, & fecerit quietantiam pro residuo, non prohibetur petere fructus, vbi apparet quantitati sortis correspondere valorem bonorum in solutum datorum, & dicto pro residuo illi non præludcat, si antecedentes fructus fuerunt in iudicio æque principaliter petiti.

Hildesimen. Præpositura. Lunæ 30. Ian. 1668.

Argumentum 903.

Prouisio gratiose facta per Pontificem motu proprio cum clau-

clausula, *Dummodo dispositio ad uos hac vice pertineat*, dicitur conditionata, ita vt necessaria sit praecisa iustificatio aut reseruationis, aut deuolutionis: iustificata autē deuolutio censetur vbi electus ab alio ius habēte intra sex mēses prouisionē à Sede Apostolica non obtinuerit, minusq; de diligentijs apud Datariā factis cū protestatione docuerit. *Fulginaten. Affictui. Luna 20. Febr. 1668.*

Argumentum 904.

Portio pensionis est remittenda conductori ad ratam, & pro ea parte bonorum, quae est infructifera. Non vero solutio pensionis est impedienda per exceptionem non adimplementi promissionis non bene resultantis ex pacto ad fauorem ipsius locatoris apposito.

Romana Successionis. Luna 20. Febr. 1668.

Argumentum 905.

Statutum Vrbis, quo cauetur *lib. 1. c. 144.* quod pater prolē habens legitimam filios, nepotes ac, etiam fratres non possit relinquere filijs legitimatis vltra medietatē suorū bonorum: tanquam correctorium iuris communis, & se restringens ad Ciues Romanos, non comprehendit incolas, nec habet locum in donationibus inter viuos.

Ariminen. Castrorum. Ven. 24. Febr. 1668.

Argumentum 906.

Ad titulum Marchionatus alicui concessum à Summo Pontifice, eiusque primogenitis masculis, veniant ne soli masculi ex masculis, an etiam masculi ex faeminis hac decisione declaratur, prout etiam an sub concessione praedicta, & vocatione primogenitorum censeatur quoque perpetua primogenitura ab eodem Pontifice instituta.

Romana Residui Dotis. Luna 27. Febr. 1668.

Argumentum 907.

Licet obligatio minoris facta pro constituenda dote Sorori non subiacet Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 151.* Hoc tamen debet intelligi respectu illius dotis ad quam idem minor cogi poterat, secus autem respectu dotis, ad quam non tenebatur, attento quod soror aliunde congruè esset dotata. Quo circa sicuti minor obligari non valet, ita nec valet transactio ab eodem iam effecto maiore facta.

Fulginaten. Domus. Lun. 5. Martij 1668.

Argumentum 908.

Emphyteusis, quam Ecclesia non potest pro se retinere, sed vigore transactionis tenetur renouare, concedenda venit proximiori decedentis. Ius accrescendi licet regulariter non habeat locum in emphyteusi, hoc tamen fallit vbi inuestitura à principio fuit cōcessa pluribus personis insolidum. Inuestitura suscepta à marito, & vxore ex pecunijs proprijs solius mariti dicitur simulata ad effectū paliandi donationem prohibitam inter virum, & vxorem, nisi tamen vir in ea voluntate permanserit vsque ad mortem. Inuestitura renouata in praeiudicium comprehensorum in prima concessione adhuc viuentium est nulla.

Marscen. Iurisdictionis. Merc. 14. Martij 1668.

Argumentum 909.

Expensae litis, ad quas succumbens tenetur quonam tempore debeantur, & quommodo sint taxandae, hac decisione firmatur, ac non solum respectu expensarum iudicialium sed etiam extraiudicialium.

Romana Primogenituræ de Bubalo. Ven. 8. Iunij 1668.

Argumentum 910.

Quāmuis masculi ex faeminis censeantur regulariter vocati sub nomine filiorum nepotum, & pronepotum, ij tamen a primogenitura excluduntur si à Testatore expressè fuerit habita ratio conseruandae agnationis. Quae quidem ratio, quibus nam ex coniecturis, & argumentis deducatur plene in hac decisione enucleatur.

Romana Repetitionis indebiti. Merc. 13. Iunij 1668.

Argumentum 911.

Census translatiuè cessus etiam ipsi fideiussori in actu solutionis, cum nullo pacto dicatur extinctus ideò non datur repetitio fructuum ab eodem fideiussore tanquā cessionatio receptorum: & hoc quamuis fideiussor per antea fuisset dominus rei censitae, dummodo tamen de tempore acquisitae cessionis, iam illam distraxerit.

Perusina Bonorum. Merc. 13. Iunij 1668.

Argumentum 912.

Immissio ex *l. final. cod. de edict. Diu. Adrian tollen.* denegari non potest haeredi, docto de testamento, & de indemnitate bonorū, neque exceptione fideicommissi retardatur, nisi concurrant illa tria vulgata requisita, quod fideicōmissarius incōtinēti, docuerit de iure suo, quod nullae cōpetant detractiones, quodq; possessio non sit vitiosa. Haec verò requisita ex quibus & quando deficiant, hac decisione aperitur. *Romana Sepis, & Arborum. Ven. 17. Iunij 1668.*

Argumentum 913.

Statutū de duabus conformibus non intrat in sententijs nō conformibus & iniustis. Non conformitas porro arguitur ex eo quod vna plus altera contineat. Iniustitia vero consideratur per praesentem decisionem in eo quod arbores plantatae non dimisso quinque pedum spatio à fundo alieno per sententias non fuerit declaratum prout debuerat illas esse euellendas.

Romana seu Vrbeuetana Census. Luna 18. Iunij 1668.

Argumentum 914.

Obligatio per mulierem maiorem ex causa dotis facta sine solemnitatibus iuris, aut statutorum est valida. Actio pro dotis restitutione constante matrimonio non competit vxori, si tamen constet maritū non posse onera matrimonij substinere, & eius vergentia ad inopiam per sententiam definitiuam fuerit declarata, tunc vxori competit actio pro dotis repetitione ad effectū vt deseruire valeat pro oneribus matrimonij, maxime contra tertium, qui dotem receperit, & restituere in omnem casum seu constante, seu soluto matrimonio promiserit.

Eugubina Saluiani. Ven. 22. Iunij 1668.

Argumentum 915.

Sententia si à die interpositae appellationis per biennium aut vltra nihil in causa actum fuerit, transitum facit in iudicatum, quod eo magis procedit, si clara resultet eiusdem sententiae iustitia.

Romana, Seu Alban. Donationis Vineæ. Lun. 25. Iunij 1668

Argumentum 916.

Plures tam iuris quàm facti exceptiones, quae opponebantur contra executionē instrumenti obligatione Cam. munito tanquā torpidae, & illiquidae in hac decisione reijciuntur.

Romana, seu Albanen. Bonorum. Luna 25. Iunij 1668.

Argumentum 917.

Plura requisita pro sustinenda deliberatione in praesenti decisione comulantur, & inter ea principaliter discutitur materia laesionis, quae etiam ad hunc effectum dimidium vltra excedere omnino debet, vt proinde ad illam excludendam onera, aliaque debita rei subhastatae, & deliberatae plurimum sint consideranda.

Romana, seu Ianuen. Hæreditatis. Luna 25. Iunij 1668.

Argumentum 918.

Remissoria non conceditur ad effectum probandi exceptionem illegitimitatis eius, qui tanquam legitimus admissus est ad successionē, & aliunde etiā ex pluribus instrumētis publicis apparet ex legitimo matrimonio natus.

Amerina Saluiani. Merc. 27. Iunij 1668.

Argumentum. 919.

Remissoria in prophanis data aliquali releuantia materiae articularae conceditur, imò sufficit releuantia vnius articuli ad effectum vt super omnibus concedatur. Inuentarium vt effugiat vitiū defectuosi debet continere omnia bona in haereditate remansa etiam si fuerint aliena commodata vel locata, & licet vigore protestationis addendi, & minuendi posset semper fieri descriptio bonorum non dolosè omissorum, attamen si probetur haeredem habuisse scientiam bonorum omissorum, eo quia post mortem testatoris ea possederit non poterit protestatione iuuari.

Leo-

Leodien. Testamentorum. Merc.27. Iunij 1668.

Argumentum 920.

Immissio datur hæredi in posteriore testamento instituto, quamuis huiusmodi testamentum fuerit per simplicem schedulam factum, dum sic statuto cauetur, & quamuis etiam illud non contineat derogationem derogatoriæ tacitè à iure in primo testamento tanquam fauore piæ causæ facto intellectæ, quia hæc tacita derogatoria potuit per tacitam reuocationem in secundo testamento tacitè reuocari.

Romana Fideicommissi de Rigatijs. Merc.27. Iunij 1668.

Argumentum 921.

Substitutio in qua fuerunt substituti filij, & descendentes dicitur compendiosa etiamsi careat dictione *quandocunque* & ideo sub ea cõprehenditur vulgaris anomala, quæ efficit, vt si primi substituti nollent, aut non possent adire subintrent eorum filij substitutio facta sub conditione superuiuentiæ aliquorum per eorum prædecessum expirat, vbi autem superuenientiæ conditio non legitur in testamento expressa non valent argumenta, & coniecturæ ad illam inducendam, maximè ad exclusionem filiorum, quos si testator admittere voluit post quam eorum parentes adiuerint, multo magis præsumendum est testatorem voluisse succedere quatenus parentes morte præuenti hæreditatem consequi non potuerint.

Calagurritana Archidiaconatus. Merc.4. Iulij 1668.

Argumentum 922.

Prouisio Apostolica de beneficijs subcollectorum non suffragatur prouiso, vbi subcollector non erat vnicus. Eoq; magis si prouisus intra sex menses possessorem in iudicium non vocauit iuxta regulam de annali, nec causa infra annũ est prosequutus. Quæ quidẽ nullitates nõ euitantur ex quo per recursus ad iudices laicos impedita fuit citatio Rotalis, quoties ab eodem prouiso literæ non sunt expeditæ.

Colonien. Iurisdictionis. Merc. 4. Iulij 1668.

Argumentum 923.

Ordinarius qui habet de iure iurisdictionem in omnibus Ecclesijs intra limites suæ diœcesis existentes, potest procedere ad illarũ visitationem, & maxime quidem si fuerit in quasi possessione visitandi, neq; prætendentes exemptionem de contraria quasi possessione docuerint.

Melevitana Mercium. Mercurij 4. Iulij 1668.

Argumentum 924.

Mercium valor liquidatur per Testes de communi æstimatione deponentes. Cumq; ad effectum liquidandi etiam admittatur vnicus testis ab alijs minus concludentibus adminiculatus, is eo magis admittitur in præsenti decisione, vbi agitur de liquidando pretio mercium deprædatarum.

Romana Domus. Lunæ 3. Decembris 1668.

Argumentum 925.

Deliberatio ex defectu conditionis resoluta nullum ius tribuit deliberatario aduersus creditores anteriores, ad quorũ manus pretium eiusdem deliberationis minime deuenerat, prout est omnino necessarium ad hoc vt deliberatarius iura eorundem creditorum acquisiuisse dicatur.

Bononien. Fideicommissi de Herculanis. Merc. 5. Decembr. 1668.

Argumentum 926.

Fideicommissum per diuisionem factam inter primo vocatos non censetur remissum in præiudicium substitutorum ex propria persona venientium maximè si verba non sint clara & indubitatam remissionem importantia, immissio fideicommissario per exceptiones detractionum illiquidas non retardatur.

Romana Redditionis Rationis. Lunæ 5. Decembr. 1668.

Argumentum 927.

Executor testamentarius stante matre à testatore in tutricẽ, & administratricem deputata, dicitur administrator particularis. Neq; tenetur reddere rationem maxime de ijs, quæ ad eius manus peruenerunt, exigendo nomine eiusdem matris.

Romana Hæreditatis. Merc. 5. Decembris 1668.

Argumentum 928.

Vxor instituta hæres vsufructuaria in omnibus bonis iuribus actionibus cum facultate disponendi etiam de aliqua summa in proprietate, addita prohibitione quod nequeat ex quacumque causa aliquid vlterius prætendere ex dicta hæreditate, si heres proprietarius post eius obitũ substitutus ipsi prædecesserit, in tota hæreditate pleno iure succedit tamquã caducata ad eius fauorem ex defectu conditionis superuiuentiæ proprietarij hæredis substituti, quæ in huiusmodi dispositione subintelligitur, non obstante prohibitione supradicta vxoris institutioni apposita, quæ cessare dicitur, vbi heres proprietarius vniuersalis non vult, aut non potest capere hæreditatem, & tanto magis quia hæres proprietarius non est à principio institutus, sed post obitum vsufructuariæ substitutus.

Romana Œconomia. Lun. 14. Ian. 1669.

Argumentum 929.

Deputatio œconomi, seu administratoris perpetui facta à bonorum Domino etiã iurata quandocũq; reuocari potest, sique conuentũ fuerit œconomiã duraturam vsq; ad certũ tempus, & ante ipsius aduentum fuerit reuocata, amplius non durat; quidquid sit in administratore à iudice deputato, ac in tutore, aut curatore generalem administrationem habente, à iudice pariter confirmato; Eoque fortius supradicta procedunt cessante pro maiori parte causa administrationis, nimirum facta distractione bonorum.

Romana Fideicommissi de Spinis. Merc. 16. Ianuarij 1669.

Argumentum 930.

Petens immissionem tenetur probare pro fundamento suæ intentionis rem petitam fuisse de dominio testatoris, maximè contra tertium possessorem. Mulier post obitum viri habet dominium tam ciuile, quam naturale super eius fundo dotali, & vbi maritus decedat non soluendo potest mulier actione rei vendicationis certum fundum acquirere, etiamsi dos consisteret in quantitate.

Burgen. Funeralium. Lunæ 15. Iunij 1669.

Argumentum 931.

Parochis debetur quarta funeralis ex iuris dispositione, in qua dicuntur habere intentionem fundatam contrarijs consuetudinibus, & priuilegijs non obstantibus, quando non continet derogationem *cap. dudum de sepult.* vel Parochi habent consuetudinem specialem, vel possessionem quadragenariam.

Ariminen. Castrorum. Veneris 1. Februarij 1669.

Argumentum 932.

Dotis detractio ex bonis fideicommisso subiectis, liberis non extantibus, cõpetit mulieri, licet eiusdẽ solutio non appareat probata, nisi ex confessione mariti, stante præcedenti promissione, & concurrentibus coniecturis, sicuti etiã vigore statuti Vrbis eadem detractio mulieri competit etiã pro lucro dotis, & ideo donec vsq; detractiones prædictas mulier non fuerit consequuta retinere poterit bona fideicommissaria, cum huiusmodi retentio ipsi denegari non possit, nisi concludentissime iustificetur vere, & cũ effectu ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus potuerit commode satisfieri. Dos vbi congrua dici potest in præiudicium fideicommissi augeri non debet.

Calagurritana Archidiaconatus. Lunæ 4. Februarij 1669.

Argumentum 933.

Subcollector Apostolicus debet esse vnicus, & in dignitate ecclesiastica cõstitutus ad effectũ vt illius beneficia remaneant reseruata Summo Pontifici, quæ quidem qualitas verificari debet de tempore obtenti muneris, ita quod si postea superuenerit, non suffragetur.

Eugubina Successionis. Veneris 8. Februarij 1669.

Argumentum 934.

Nouum examen Rota semper admittit in prophanis data releuantia materiæ articulatæ, & maxime in tertia instantia, non obstante quod super materia articulata fuerint alij testes in præcedentibus instantijs examinati, ad coadiuuandas enim probationes antea non perfectas possunt alij magis informantes Testes induci.

Perusina Bonorum. Lunæ 18. Februarij 1669.

Argumentum 935.

Immissio heredi non denegatur per exceptionem fideicommissi, nisi pro parte fideicommissarij fuerint iustificata illa tria solita requisita, nempe quod in continenti doceatur de fideicommisso, quod nullæ cõpetant detractiones, quodq; ipse sine vitio possideat quæ probata dici nequeunt, si de alio antecedenti fideicommisso constiterit, si sola possibilitas detractionũ appareat, & tandem si ipse possessioné propria auctoritate fuerit assecutus ob obstante clausola, *omni meliori modo* in testamento apposita, quæ non suffragatur, vbi vel eædem detractiones competunt, vel etiam fideicommissum impugnatur.

Romana Census. Merc. 20. Februarij 1669.

Argumentum 936.

Mandatum executiuum nõ relaxatur contra hæredem beneficiatũ, nisi præcedente citatione ad docendum de inuentario, & reddendam rationé de bonis in eo descriptis, dũmodo tamen hæres non se obligauerit nomine proprio ad debita defuncti, quo casu cõtra eum agi potest executiue, cũ inuentarium præseruet quidé hæredem ab actionibus passiuis descendentibus à defuncto, non autem opituletur hæredi pro ijs ad quæ facto proprio tenetur;

Fanen. Compositionis. Mercurij 27. Martij 1669.

Argumentum 937.

Remissoria, quæ in causis prophanis de stylo Rotæ data releuantia etiam sine fumo conceditur; multo magis denegari non debet concurrente fumo veritatis materiæ articulatæ. Hic autem magnus adesse dicitur, vbi resultat ex confessione partis collitigantis, cum ad effectum remissoriæ sufficiat fumus resultans ex qualibet probatione leui, & informi. Articuli dicuntur releuantiam continere vbi tendunt ad probandam enormissimam læsionem.

Romana, seu Ianuen. Hæreditatis. Merc. 27. Martij 1669.

Argumentum 938.

Filius vbi tanquã legitimus fuit admissus ad consequendã hæreditatem patris, & patrui, si deinde postea vtpotè illegitimus ab alia hæreditate arceri prætendatur, & ad probandã illegitimitaté remissoria petatur; illa in hac causa dupliciter fuit denegata, tam ex eo, quod contra approbationem iam factam super legitimitate remissoria non concedatur, quam etiam quia verè de legitimitate constabat ex matrimonio patris fide baptismatis, alijsque pluribus in præsenti decisione consideratis.

Interamnen. Fideicommissi. Veneris 29. Martij 1669.

Argumentum 939.

Fideicommissario ante firmatum statum hæreditatis denegatur immissio si reus, & possessor excipiat de detractionibus, & hoc casu ad tuendum possessorem sufficit sola possibilitas quod aliquid sit detrahendum. Immò talis exceptio datur etiam instituto in re particulari quando est reus, & possessor.

Romana Donationis. Lunæ 1. Aprilis 1669.

Argumentum 940.

Baro vt verè nuncupari quis possit, & debeat, requiritur quid actus iurisdictionales ita fecerit, non quidem solo iure familiaritatis, sed proprio; qui actus probantur tam ex literis originalibus ipsius Baronis, quam ex libris publicis communitatis, in quibus expeditiones Officialium adnotantur.

Maceraten. Saluiani. Lunæ 1. Aprilis 1669.

Argumentum 941.

Extrema Saluiani, quæ sunt creditum cũ hypotheca possessio debitoris de tẽpore obligationis, & alia possessio rei conuenti, si fuerint probata, prout probata dicũtur ex instrumẽto crediti, alioq; venditionis instrumento facto cũ clausula, *Constituti*, præbent creditori ius illius vigore immissionẽ petendi, quæ quando petitur pro liberatione à molestijs datur tantũmodo ad effectũ deponẽdi.

Calaguritana Archidiaconatus de Berberiego. Ven. 5. apr. 1669.

Argumentum 942.

Absolutio à censuris ob recursus habitos ad Iudices laicos conceditur vigore breuis stante amplissima renunciatione in actis facta, & obligatione reficiendi expensas, quatenus appareat illas fuisse factas. Licet autem in hac materia non dicatur sufficienter satisfactum clausulę in breui adiectę *refectis expensis* per depositum vnius iulij cum obligatione soluendi residuum, postea quam illæ fuerint liquidatæ, cum in his iudicijs priuilegiatis Rota non seruet opinionẽ *Ang. in l. 4. §. aut prætor, ff. de re iudicata*, hoc tamen limitetur si de expensis non constet saltem in genere.

Calaguritana Archidiaconatus de Burburiego. Ven. 10. Maij 1669.

Argumentum 943.

Resignatio beneficij non purè, sed conditionaliter facta non abdicat ius, neq; possessionẽ à resignante nisi cõditione adimpleta, ideoq; facta resignatione occasione permutationis sub conditiòne quatenus resignatarius super beneficijs permutatis ius habeat, si beneficia prædicta vel alterum eorum euincatur, aut litigiosum reperiatur manutentio resignanti, vel potius reintegratio conceditur, & præcipuè vbi Pontifex permutationem admiserit cum declaratione quod nullum ius per ipsam resignantibus acquiratur super beneficijs resignatis, nisi super ijs huiusmodi ius habuerint de tempore resignationis.

Auenionen. Successionis. Veneris 17. Maij 1669.

Argumentum 944.

Exceptio illegitimitatis non impedit, quin debeatur successio proximioribus coniunctis ex latere materno, si autem prætendatur ex damnato, & punibili concubitu, ex quo fuerit commissum stuprum, hoc plenè, & concludenter iustificandum est tanquam fundamentum actoria. Virginitas, quæ allegatur à tertio, non autem ab ipsa muliere, non præsumitur, sed plenè, & concludenter est probanda.

Vrbinaten. Prædij. Veneris 14. Iunij 1669.

Argumentum 945.

Ex onere perpetuo super aliqua re per Testatorem imposito non inducitur prohibita eius alienatio, nec de ea fideicommissum dicitur ordinatum, vbi onus transiens cum ipsa re possit Æque bene per quemcumq; possessorem, & successorem etiam extraneum impleri. Tacita prohibitio alienationis fundi imposita per testatorem heredibus expresse nominatis, per dictionem relatiuam *supradicti* signatis, licet contineat verba semper, & in perpetuum, non tamen extenditur vltra hæredes nominatim vocatos, nec filios in conditione positos comprehendit sicuti nec fideicommissum inducit vbi in casum contrauentionis non legitur datus substitutus, sed tanquam prohibitio non vestita ab aliqua causa remanet nudum præceptũ, quod in simplex consilium resoluitur.

Romana Fideicommissi de Maximis. Lunæ 17. Iunij 1669.

Argumentum 946.

Retentio competit hæredi grauato, vel habentibus causam ab eo pro detractionibus, tam in quota, quam in quantitate ipsi debitis etiam aduersus sententiam, quæ fideicommissario immissionem concesserit. Immissio enim huic semper est deneganda, vbi nondum firmato statu hæreditario, nondumque detractionibus liquidatis, incertum est quid, & quantum restituendum sit.

Romana Saluiani. Mercurij 19. Iunij 1669.

Argumentum 947.

Immissio in vim Saluiani non denegatur docenti de credito cum hypotheca, de anteriori possessione debitoris, & recenti rei conuenti nec retardari potest per retentionem à reo prætensam ex causa creditorum, vel melioramentorum, nisi ea iustificentur anteriora illa vero saltem in genere doceantur existere, alias pro melioramentis reo satis videtur consultum per cautionem ab Actore præstitam de illis reficendis sequta liquidatione.

Camerinen. Fideicommissi. Veneris 28. Iunij 1669.

Argumentum 948.

Conditio, *si sine filijs* quamuis regulariter admittat, & comprehendat etiam fœminas siue ex proprietate verborum, siuè ex communi vsu, siuè tandem ex quadam benigna interpretatione: hoc tamen communiter limitatur quoties testator de solis masculis intellexit, eoque magis existente statuto exclusiuo fœminarum, quo in casu sicuti propriæ filiæ remanent exclusæ ab hæreditate patris, ita & à maioritate rationis excludendę sunt neptes quamvis hæc sola coniectura exclusionis maternæ, alias regulariter non sufficiat ad easdem neptes similiter excludendas.

Romana Domus. Veneris 28. Iunij 1669.

Argumentum 949.

Fideicommissum ordinatum fauore illorum de Domo familia, aut casata, non comprehendit masculos descendentes ex fœminis, & appellatione hæredum in substitutionibus, & fideicommissis veniunt soli hæredes sanguinis.

Romana Subhastationis de Alexijs. Veneris 28. Iunij 1669.

Argumentum 950.

Constito de iustitia mandati de subhastando, procedendum est ad deliberationem pro complemento executionis, pro qua dicitur præseruata iurisdictio eidem Iudici per rescriptum Signaturæ cum clausula, *sine præiudicio legitimę executionis*.

Leodien. Præpositura. Lunæ 1. Iulij 1669.

Argumentum 951.

Prouisus à Pontifice per collationem præuentiuam debet institutione præferri prouiso ab habente priuilegia, & indulta, cum ea numquam impediant Papam quin valeat cum ordinario collatore concurrere, quod fortius procedit si Pontifex Sedi Apostolicæ huiusmodi prouisionem reseruauerit, & aliorum priuilegijs derogauerit.

Lucana Capellania. Lunæ 1. Iulij 1669.

Argumentum 952.

Permutatio beneficij de iurepatronatus, cum illius derogatione à Summo Pontifice admissa, quia inducit veram, & propriam vacationem illius, consumitur inde ex ea turnus patroni alternatiuè præsentare debentis, ac propterea secuta noua vacatione ius præsentandi, deuoluitur ad alium Patronum, & hoc non obstante pacto inter ipsos compatronos conuento, quod beneficiati non possint ad permutationem deuenire nisi præuio eorundem patronorum consensu, quia etiam huiusmodi pactum non sustulit vacationem prædictam, & per Pontificem derogantem fuit suppletum.

Romana Administrationis. Lunæ 1. Iulij 1669.

Argumentum 953.

Administratio bonorum filij absentis matri debetur, in concursu cum patruo, cum ipsius magis intersit bona conseruari in hæreditate ob spem successionis, præstita tamen per eam cautione de conseruando, fideliter administrando, & rationem reddendo filio reuertenti, vel quibus opus fuerit, nec obstat ipsi matri transitus ad secunda vota; cum ille solum officiat matri gerenti tutelam, vel curam filij minoris, vnde non applicatur huiusmodi dispositio matri administranti bona filij maioris absentis, cui etiam secundo nubenti defertur filij successio alijs filijs non existentibus.

Anconitana Sedilis. Lunę 1. Iunij 1669.

Argumentum 954.

Laici non prohibentur acquirere in Ecclesia iura sedendi, sepeliẽdi, & similia quoad simplicem vsum, non vero quoad dominium, ad quæ iustificanda non sufficiunt testes de simplici auditu deponentes, nec percutientes tempus, ex quo dignosci possit an ex diuturna possessione potuerit aliquod ius acquiri. Titulus pendente lite acquisitus non attenditur in præiudicium colligantis.

Melitensis Habitus. Lunæ 1. Iulij 1669.

Argumentum 955.

Ordinationes Religionis Hierosolymitanæ sub titulo de receptione Fratrum disponentes quod probationes fieri debeant coram Commissarijs deputatis, vt postea præsententur in capitulo, quodque post illas factas, & præsentatas, non possit ad nouas probationes deuenire, dubium est an comprehendant casum probationis faciendæ coram Iudice appellationis, & ideo Rota concedit nouum examen in Curia, maxime si probationes faciendæ tendant ad coadiuuandas alias factas coram commissarijs.

Asculana Fideicommissi. Merc. 20. Nouembris 1669.

Argumentum 956.

Monasterium non valet impedire immissionem fideicommissario, neque attenditur persona substituti professi in Religione, vbi ex aliqua parte testamenti colligitur intentionem testatoris fuisse excludendi Monasteria. Renunciationes quæ fiunt intuitu religionis, ad distinctionem illarum quæ fiunt à nubentibus in sæculo, reputantur reales, & abdicatiuæ. Prohibitio alienationis vbi non stat de per se, non inducit nouum fideicommissum, sed illud quidem importat, vbi dispositiones sunt inter se contrariæ, & vna ab altera non dependet.

DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
CORAM REVERENDISSIMO P. D.
CAROLO CERRO DECANO
NVNC
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI
TIT. S. ADRIANI,
EPISCOPO FERRARIENSI.

ROMANA COMPVTORVM.
Luna 23. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Rationes semèl redditæ cum quietatione generali amplissimis clausulis concepta amplius reuideri non possunt, nec etiam sub prætextu erroris calculi, de quo vltra probationem perfectam, quæ fieri debet, cum confusa, & generica non sufficiat, obstat etiam exceptio solidationis iuramento firmata, & hæc afficit etiam hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas iustificatur ex reuolutione actorũ.*
2 *Ratio dicitur sufficienter reddita ex solidatione computorum administratori facta.*
3 *Ratio semel reddita iterum reddi non debet.*
4 *Ratio semel reddita ex causa erroris potest pluries reuideri, & retractari.*
5 *Ratio semel reddita ad hoc, vt ex causa erroris reuideri, & retractari possit debet de errore constare in specie, non in genere.*
6 *Ratio semel reddita habet pro se præsumptionem veritatis, & validitatis.*
Rationem semel redditam impugnans clarissimis probationibus errorem, dolum, & collusionem probare tenetur, num. 6.
7 *Dolum in redditione rationis interuenisse non sufficit præsumptiuè probare, sed necesse est quod de vero dolo constet.*
8 *Calculus solidatus, & per quietantiam amplissimis clausulis conceptam approbatus, non potest ex causa solius erroris reuideri.*
9 *Calculi errori, & cõputorũ reuisioni potest renunciari.*
10 *Hæres seruare tenetur iuramentum defuncti approbantis solidationem computorum.*
11 *Iuramentum semper seruari debet, quoties absque interitu salutis æternæ seruari potest, num. 10.*

DECISIO I.

CVM Io: Venturellus cor. Gubernatore peteret à D. Felice Zacchia, vti hærede bo: mem: Card. Zacchiæ, salarium multorum annorũ ratione seruitij per eum præstiti eidem Cardinali in officio Magistri Domus; Fuit ab ea recõuentus ad reddendam rationem suæ administrationis, & restricta ad id disputatione lata fuit Sententia absolutoria ad fauorem dicti Ioannis, declarans eum benè, & sufficienter reddidisse rationem.

Fuit ab ista Sententia appellatum, & Causa commissa bo: mem: Buccabellæ, in cuius locum suffectus dubitaui: An dicta Sententia esset confirmanda, vel infirmanda? & Domini dixerunt esse confirmandam.

1 Quia de eius validitate cõstat ex reuolutione Actorum, *Caputaqu. decis. 260. par. 2.* Iustitiæ verò nulla potest haberi iustificatio melior ea quæ datur. Nam
2 Ioannes ostendit Instrumentum publicum, in quo idem Cardinalis cum iuramento asseruit adæquasse, reuidisse, & solidasse computa, ac de omnibus, & singulis rebus, & bonis per eum administratis vsque & per totum annum 1636. æquiparato Dato cum Accepto, & compensatis inuicem partitis introitus, & exitus, inuenisse Ioannem in nihilo teneri, eumque in aliquo non repertum debitorem, amplissime quietauit, liberauit, ac penitus absoluit; Renuncians pariter cũ iuramento, cuicumque exceptioni erroris calculi, ac alterius cuiuscumque reuisionis computorum, ac expressè declarans, & volens huiusmodi quietantiam comprehendisse, & comprehendere in genere, & in specie quæcumque gesta, procurata, negociata, exacta, & administrata, & extendi ad cognita, & incognita, cogitata, & non cogitata, expressa, & non expressa, etiamsi necessariò de iure exprimenda fuissent.

Pro alio tempore verò subsequenti vsque ad mortem Cardinalis, quod fuit octo mensium, & pro alio mense, & diebus 13. in quibus post illius obitum administrauit, dantur solidationes computorum singulis mensibus factæ cum d. D. Hęrede, & ab eo subscriptæ, ex quarum vltima apparet quod illi restituit scuta decem, quæ penès ipsum erant reliqua, vt in *Summario Ioannis num. 3.*

Ex quibus cum appareat Ioannem rectam, & sufficientem rationem reddidisse iuxta *Text. in l. Cum ser-*
3 *uus 81. ff. de condit. & demonstr.* intrat vulgaris regula, quod ratio semel reddita iterum reddi non debet, *l. semel, C. de publ. Apoc. lib. x. Io: Monach. in cap. vnic. numer. 9. de Cler. ægrot. in 6.* & ibidem notant *Archid. num. xi. Io: Andr. num. 3. Card. in Clemen. 2. §. illi, nu. 4. de Relig. Dom. Soccin. sen. cons. 92. num. 1. lib. 4. Paris. consil. 89. numer. 1. lib. 1. Rota Ianuen. decis. 24. num. 1. Rota decis. 184. num. 1. par. 2. & decis. 256. numer. 4. part. 4. Recent.* & fuit dictum in *Meliten. Reuisionis Computorum coram bon: mem: Cardinali Pamphilio,* quæ est *decis. 101. post 2. vol. Consil. Farinacc. num. 1.*

Non obstat quod ex causa erroris ratio semel red-
4 dita, possit pluries reuideri, & retractari, *l. vnica*, *&*
5 *ibi Doctores, C.de error. calc.* quia ad hoc vt prætextu
erroris rationes ad petitionem Partis possint iterum
reuideri, debet prius constare Iudici qualiter in eis
erratum fuit idque in specie, non autem in genere al-
legatis, & probatis erroribus, vt notant *DD. in dicta
l.vnic. C.de error.calc. Neuizan. cons.94. ad fin. Rol. à
Valle cons.49.num.50.lib.1. Soccin.sen. cons.190. nu.3.
vers. sed quia allegauit, lib.3. Guttierez de iur. confir.
par.1.cap.40.num.15. Bobadill.lib.5. Pol.cap.4. nu.76.*
6 *ad fin.* Et ratio huius conclusionis ea est, quia cum
rationes semel calculatæ habeant pro se præsumptio-
nem quod ritè, & rectè dispunctæ fuerint, qui con-
trarium dicere intendit perspicuis, & clarissimis pro-
bationibus de errore, dolo, & collusione, quam dicit
in illis interuenisse, docere debet *Dec.cons.94. num.4.
post med. vers.quia respondetur. Menoch. de arbitr. iud.*
7 *cas.209. num.40.* vbi post alios dicit quod non sufficit
probare dolum præsumptiuè, sed opus est, vt de verò
dolo constet, & sequitur *Escobar. de ratiocin. administ.
cap.41. nu.28. & seq.* vbi latè *Rota d.decis 184.num.4.
par.2. Recent.*& in d.*Meliten.Remissionis Cōputorū nu.4.*

Quæ fortius procedunt hic, quia non interuenit so-
la, & simplex redditio rationis, sed vlterius post red-
ditas rationes, & post perfectam calculationem, Car-
dinalis fecit quietantiam generalissimis, & amplissi-
mis clausulis conceptam, & iuramento firmatam cū
pacto, & promissione de illis semper, & perpetuò stā-
do, & de non contraueniendo tacitè vel expressè, di-
rectè vel indirectè, sub quouis prætextu, ingenio, ti-
tulo, & quæsito colore, vt in Instrumento dato *eodem*
8 *Summario num.1.* Quo fit vt ex causa solius erroris
non possit vltimus calculus reuideri, & computatio
retractari, *Gloss. & DD.in l.Emptor, §.Lucius, ff. de
pact. & in dicta l.vnica, C.de error. calc. Bart. in l.2.
num.10. vers. si vero contineret pactum, C. de iur. fisc.
lib.x.* quem sequitur *Soccin. sen. dicto cons.190.num.5.
lib.2. Paris.89.num.6. & xi.lib.1. Dec. in dicta l. vnica
num.3.C.de error.calc.* & latè *Mascard. de probat. con-
clus.253. num.10. & 11. & num.21. cum duobus seqq.
Menoch. de arbitr. iud. dicto cas.209. num. 37. & 38.
Rota decis. 184.par.2. & dec.257.num.1.par.4.Recent.*
& in dicta *Meliten. Remissionis Computorum, num. 2.*

Et cessat omnis difficultas cum fuerit renunciatum
cum iuramento exceptioni erroris calculi, & reuisio-
9 nis Computorum quibus renunciari potest, vt probat
Text.in l. Lucius, in fin. in illis verbis: *Nisi & hoc spe-
cialiter et remissum esset. ff.de lib.leg. Thesaur. dec.260.
num.7. Escobar. de ratiocin. dicto cap.41. sub num 32.
vers. & pro hac sententia.* Vndè dict. D. Hæredi, qua-
10 tenus prætextu erroris peteret iuratam reuisionem
computorum, obstat semper dicta renunciatio, & iu-
11 ramentum quod omninò seruandum est, cum illud
absque interitu salutis æternæ seruari possit, *Faber in
Auth.iubemus, in princ.* ibi: *Et hoc nisi iurauerit, C.de
iud. Ruin. cons.134. num.3. & cons.135. num.3. lib.1.
Mascard.dicta concl.253. num. 27. Thesaur. dicta decis.
260. num.11.* Et ita, &c.

NEAPOLITANA LAVDEMII

Luna 27. Februarii 1640.

ARGVMENTVM.

Ecclesia retinens bona emphytheutica tenetur ad solu-
tionem Laudemij. & Quindennij domino directo, ne
dum ex propria obligatione, verum etiam ex disposi-
tione iuris

SVMMARIVM.

1 *Laudemium, & Quindennium debentur nedum ex pa-
cto verum etiam ex iuris dispositione.*

2 *Dominus directus habet intentionem fundatam de iu-
re pro Laudemio.*

3 *Laudemium ex dispositione* l. fin. C. de Iur. emphyt. *est quinquagesima pars rei alienatæ.*

4 *Emphytheusis natura perinde est in Ecclesia, sicut, & in priuata persona.*

5 *Laudemium est onus reale inherens rebus emphytheu-
ticis, & pro eo competit hypothecaria contra eius-
dem rei possessorem.*

6 *Res emphytheuticæ transeunt in Ecclesiam acquiren-
tem cum onere legali certo, & determinato.*

7 *Possessores Domorum possunt ad illarum venditionem
compelli pro ædificanda noua Ecclesia, vel Mona-
sterio ampliando, ex dispositione* l si quis sepulcrū, ff.de Relig. & sumpt. fun.

8 *Laudemium non debetur ex alienatione facta ex causa
necessaria.*

9 *Directum dominium dicitur pretio æstimabile.*

10 *Ecclesia ex generali, & recepta consuetudine non po-
test inuito Domino directo retinere bona emphy-
theutica.*

11 *Ecclesia non potest de facili distrahere bona immobilia
prout distrahunt personæ priuatæ.*

12 *Ecclesia si retineret bona emphytheutica nimis graua-
retur Dominus directus ob impossibilitatem deuo-
lutionis ob lineam finitam, & cessationem aliena-
tionum.*

13 *Quindennij solutio fuit introducta ad reddendam Ec-
clesiam capacem bonorum emphytheuticorum abs-
que eo quod Dominus directus amittat spem lau-
demiorum.*

14 *Quindennium soluitur etiam pro Beneficijs vnitis.*

15 *Et etiam seruatur quando Ecclesia retinet bona feu-
dalia, & alibi seruatur etiam de quadraginta in
quadraginta annos.*

16 *Ecclesia retinens bona emphytheutica soluit quinden-
nium Domino directo.*

17 *Laudemia, & quindēnia sunt fructus directi dominij.*

18 *Ecclesia quæ iustitiam præceteris profitetur non debet
locupletari cum aliena iactura.*

19 *Ecclesiæ antiquiores non sunt possessione, & iure suo
priuandæ, vt nouis tribuantur.*

20 *Res Monasterij nullo titulo possunt ab eius iure sepa-
rari sub prætextu fabricandæ nouæ Ecclesiæ.*

21 *Situs in quo fundatur Ecclesia debet esse liber ab omni
censu, atque tributo, ex dispositione* cap.1.de Cens.

22 *Intellige tantum de tributis, quę soluuntur laicis in
recognitione iurisdictionis temporalis, non autem
de oneribus certis, & ipsis rebus infixis.*

23 *Ecclesia potest esse censuaria, & reddititia alterius
Ecclesię onere reali.*

24 *Releuium assimilatur quindennio.*

25 *Situs quo fundatur Ecclesia potest esse emphytheuti-
cus, & Canones debentur, & solum non intrat de-
uolutio.*

26 *Debet tamen fieri liber iuxta declarationem* Card.Za-
barell.in cap.1. de Cens.

27 *Situs seu mansus Ecclesiæ potest fieri liber amortizan-
do, seu affrancando directum dominium, quod est
affrancabile, & redimibile.*

DECISIO II.

Patres Theatini pro fundanda noua Ecclesia in Ci-
uitate Neapolis, emptis nonnullis domibus sub
proprietate, & directo dominio Carthusiæ S. Marti-
ni dictæ Ciuitatis conuenerunt cum Ministris dictæ
Carthusiæ soluere Laudemium, & in futurum quin-
dennium, deinde pro ampliando Monasterio, emp-
tis alijs Domibus eiusdem qualitatis, cæperunt præ-
tendere ad d. Laudemij, & quindennij solutionem
non teneri. Vnde Causa desuper in partibus introdu-
cta,

cta, & exindè per appellationem ad Rotam deuolu-
ta, dubitatum fuit coram bo: me: Buccabella, An
carthusiæ deberetur Laudemium, & quindeonium,
coram quo fuit resolutum deberi ex eo principaliter,
quod dd. Patres Theatini promiserant vtrumque sol-
uere, & propterea teneri ex propria obligatione, vt
in decisione post eius obitum per Reuerendissimum
D. meum Decanum extensa.

Hodie coram me causa super eisdem reproposita,
DD. persistendo in decisis censuerunt Laudemium,
1 & quindennium deberi, nedum ex pacto, vt fuit in
decisione firmatum; Verum etiam ex dispositione
2 Iuris quia cum dd. Domus sint emphythæuticæ, Car-
thusia Domina directa habet pro d. Laudemio inten-
tionem fundatatam, *in l.fin.C.de Iur. emph.* generali-
ter disponente quod in Translatione rei Emphytheu-
ticæ, in aliam personam Dominus directus recipiat
à nouo Emphithæuta quinquagesimam partem præ-
3 tij rei alienatæ, quod nuncupatur Laudemium, Quã-
obrem cum d. lex loquatur indistinctè, & Ecclesia in
Emphythæuticis, sicut, & in fæudalibus aliquo pri-
4 uilegio munita non sit, quinimò Emphythæusis na-
tura perinde sit in Ecclesia, sicut & in priuata perso-
na, *Germon. de Sacr. Immun. lib. 3. cap. 17. num. 87. Ca-
rol. de Grass. de effectibus Cler. effect. 1. num. 721. Anton.
de Nigr. in Extrauag. vnic. de vit. & honest. cleric. num.*
5 246. dictumque Laudemium sit onus reale, inhæ-
rens rebus Emphyteuticis ex *dispos. d. l. final. Menoch.
cons. 297. num. 1. & cons. 444. num. 18. Burg. de Lau-
dem. part. 1. inspect. 9. num. 20.*, & ob id pro eo com-
petat Hypothæcaria contra rei emphytheuticæ pos-
sessorem *Grattan. attestans* de Communi *discept. 272.*
6 *num. 5.* Consequitur dd. res emphytheuticas transi-
re in Ecclesiam acquirentem cum dicto onere legali
certo, & determinato, ac ipsis rebus infixo, vt respe-
ctu onerum realium certorum, vniformium, & de-
terminatorum quod transeant in Ecclesiam acquiren-
tem res ipsis grauatas, plenè firmauit. *Rota in Al-
ben, Gabellæ, seù onerum coram R. P. D. meo Merlino
quæ est dec. 339. num 55. part. 6. rec.* & in specie quod
Ecclesia emens res emphytheuticas, teneatur ad So-
lutionem d. Laudemij, tenent, *Boer. decis. 231. nu. 2.
Menoch. d. cons. 444. num. 53. Burg. de Laudem. d. insp. 3.
num. 16. Carol. Anton. Blancard. in addit. ad Amad. à
Ponte de Laudem. quæst. 50. vers. Præstationi.*

Nec visum fuit obstare, quod cum ageretur de no-
7 ua Ecclesia ædificanda, & Monasterio ampliando,
& sic fauore Religionis, possessores dd. Domorum
potuerint compelli ad illas vendendum per *l. si quis
Sepulchrum ff. de Relig. & sumpt. funer. vt fuit benè fir-
matum in Rom. Deuolutionis Domus 29. Febr. 1608.
coram Patriarcha Manzanedo*, & propterea ex d. alie-
8 natione tamquam facta ex causa necessaria, Laude-
mium non deberi, vt in terminis firmant, *Gerardi.
Mainard. dec. Tholos. 43. lib. 4. d. Blancard. vbi supr. qu.
26. in princ. Cancer. var. resol. tit. 11. num. 81. in fine lib.
3. Io. Maria Nouar. in Explicat. Bullar. inter prætermis-
sas de solut. quindenn. sub num. 31. & in add. ad decis.
Franch. 277.*

Fuit enim responsum quod ista potuissent proce-
dere quando iuxta dispositionem, *d. leg. si quis Sepul-
9 chrum* soluta fuisset Carthusiæ æstimatio eius directi
dominij, quod est prætio æstimabile, *Rip. in l. Natu-
raliter, §. nihil commune num. 9. ff. de acqu. possess. Bald.
cons. 103. per tot. lib. 1. Papon. super arrest. Franc. lib. 1.
tit. 14. arrest. 6. vers. quartum singulare:* Quia dicta lex
compellit quidem ad vendendum fauore Religionis.
sed sine præiudicio alterius, & soluta prius ipsius rei
æstimatione, vt eadem lex semetipsam declarat in
„ illis verbis, ibi - *Præses etiam compellere debet iusto
„ prætio iter ei præstari, ita tamen, vt Iudex etiam de
„ opportunitate loci prospiciet, ne vicinus magnum patia-
tur detrimentum*, & notant ibi, *Alber. num. 2. Odofred.
num. 1. & sequitur gloss. in cap. quæsti sunt in verbo re-
uertantur in fine 17. quæst. 4. Gomez. var. resol. tom. 2.
cap. 2. num. 51.* & in Specie propositæ quæstionis vbi
scilicèt quis cogitur vendere pro constructione Eccle-
siæ, & ampliatione Monasterij, quod ita demum co-
gi possit si iustum pretium soluatur, *Florian, de S. Pe-
tro in d. leg. si quis sepulchrum num. 1. Cepoll. de seruit.
Vrban. præd. cap. de sepulchr. violat. quod est cap. final.
illius Tract. sub num. 4. & seqq. late Couarr. var. re-
sol. lib. 3. cap. 12. num. 8. Fontanell. de pact. nuptial. claus.
4. gloss. 12. num. 25. iuncto num. seq. Francisc. Marc. dec.
534. per tot. Valasc. dec. Lusitan. 22. per tot.*

Dum itaque Carthusiæ non fuit soluta æstimatio
eius directi dominij, nec fuit alio modo eius indem-
nitati consultum, cessat dispositio dictæ leg. & Lau-
demium debetur, ac subinde Quindemnium. Quan-
doquidem cum Ecclesia ex generali, & vbique re-
10 cepta consuetudine de qua per *Speculat. in Tit. de
Emphit. quæst. 117. num. 143.* non possit inuito Domi-
no directo retinere bona Emphytheutica, eo quia est
perpetua, & nunquam mori nec deficere potest. *Cap.
si gratiosè de rescript. in 6. Rimin. sen. cons. 400. num. 31.
& 34.* & non potest de facili distrahere bona Immo-
11 bilia, prout distrahunt personæ priuatæ, quo circa
12 si illa retinere posset, Dominus directus nimis gra-
uaretur inspecta impossibilitate deuolutionis ob li-
neam finitam, & consequutionis Laudemiorum ob
cessationem alienationum, vt fuit latissimè deductum
in causa *Mediolanen. Bonorum 5. Iulij 1634. coram R.
13 P. D. meo Merlino.* Propterea ad reddendam Eccle-
siam capacem retentionis dictorum bonorum absque
eo quod D. directus amittat spem laudemiorum, ino-
leuit praxis, quæ sub verisimili supposito quod dicta
bona Emphytheutica existentia penes personas pri-
uatas possint alienari de quindecim in quindecim an-
nos, introduxit solutionem dicti quindennij, hoc est
illiusmet Laudemij quod succedentibus dictis alie-
nationibus, solui debuisset. Eademque quindennia-
14 lis solutio seruatur pro beneficijs vnitis, cum
enim per vnionem amplius non vacent, ne Annatulæ
priuentur iure suarum annatarum, super eodem ve-
risimili supposito, quod illorum vacatio, & annatæ
solutio contingere possit singulis quindecim annis,
reiteratur illius solutio de quindennio in quindenniũ
vt per *Anton. Marc. de annat. in fine vers. est aliud anna-
15 tæ nomen*, eademque quindennialis solutio seruatur
quando Ecclesia retinet bona fæudalia, & alibi etiam
seruatur similis solutio de quadraginta annis in qua-
dragita annos, *Guliel. de Benedictis in repet. cap. Rai-
nutius verbo Et vxorem nomine Adelasiam decis. 5. n. 5.
Andr. Capan. de Iur. releuij quæst. 27. num. 7. cum seqq.
lib. 4. Papon. super arrest. Franch. lib. 1. tit. 14. per tot.
arrest. 4. post princ. versic. Indemnitas videlicet talis est
Fontanell. de pact. nuptial claus. 4. glos. 12. num. 23.* & in
16 puncto quod Ecclesia retinens bona Emphytheutica
soluat quindemnium Domino directo *Ricc. decis. 10.
inter omiss. post eius praxim, & Nouarr. loco citato nu.
16. fol. 633. & admisit Rota dec. 280. nu. 4. parc. 1. rec. &
in Romana Laudemij 4. Maij 1635. coram R. P. D. meo
Ghisilerio in §. final.*
17 Aliàs si non soluerentur Laudemium & quindem-
nia quæ sunt fructus directi dominij, Dominus dire-
ctus contra omnem iustitiam, & æquitatem spoliare-
tur iure, & dominio directo causatiuo dd. Laudemio-
rum, quod habet in dd. bonis, contra *Text. in cap.
Excommunicamus ad finem verbo Saluo Iure Domini
principalis de hæretic. gloss. in cap. 1. in verbo vllo onere*

18 *post med. de Cens.* Præsertim ab Ecclesia, quæ iusti-
tiam præ cæteris profitetur, & vti sedula cultrix re-
cti & æquitatis cum aliena iactura locupletari non
debet, *cap. vnic. §. sed diuersam de alienat. feud. Innoc.*
in cap. secundam canonicam num. 3. 23. quæst. 8. & benè
probatur hæc conclusio in terminis nostris per *Text.*
in cap. Ecclesia, & ibi gloss. in ver. vt nouis & cap. Qui-
19 *cumque 16. qu. 1.* quibus statuitur ne antiquiores Ec-
clesiæ possessione, & Iure suo priuentur, vt nouis
tribuantur, & in *d. cap. quæsiti sunt 17. qu. 4.* Vbi quod
res Monasterij nullo titulo possunt ab eius iure sepa-
20 rari sub prætextu fabricandę nouæ Ecclesiæ, & vtro-
bique notant, *Archid. & Ioannes de Turr.*, & benè
Abbas in cap. Nouum genus sub num. 6. vers. Nam Ec-
clesia de Decim. Io. Franc. Leo Thesaur. for. Eccles. part.
2. cap. 12. num. 55. ad fin. Rota coram Cardin. Seraph. de-
cis. 847. num. 1.

Nec obstat, *Textus in cap. 1. de Censib.* dùm inquit
quod mansus, siue locus in quo Ecclesia fundatur
21 debet esse liber ab omni censu, atque Tributo quia
22 d. Textus videtur intelligendus de Tributis, quę so-
luuntur laicis in recognitionem Iurisdictionis tem-
poralis; Secus autem in his oneribus certis, & rebus
ipsis infixis, quia ita transeunt cum bonis iuxta supra
deducta, & signanter in dicta *dec. 339. nu. 13. & seq.*
part. 6. rec. Quod maximè procedit in ordine ad aliã
23 Ecclesiam, inter quas non repugnat quod vna sit
Censuaria, & redditicia alterius onere reali, *gloss. in*
d. cap. 1. in verbo vllo onere vers. sed verius credo, &
ibid. Abb. num. 4., *qui testatur de Communi de Cens. &*
in d. cap. Nouum genus sub dicto num. 6. ante fin. de
Decim. benè Monach. in cap. nonnulli de Immunit. Ec-
24 *cles.* vbi loquitur de Releuio quod quindennio assi-
miliatur *Calderin. cons. 7. sub num. 2. post med. vers. si au-*
tem possessio illa de Constit. Suarezz. de Relig. tom. 2. lib.
1. cap. 17. num. 28. & seqq. vbi dicit esse vulgare, &
receptissimum, & loquitur in terminis de oneribus
infixis manso Ecclesiæ *Io. Franc. Leo vbi supra eod. cap.*
12. num. 55. & Rota dec. 294. num. 1. part. 4. recent. vbi
25 quod situs super quo Ecclesia fundatur potest esse
Emphytheuticus, & Canones debentur, & quod so-
lum non intrat deuolutio.

26 Aut, & in omnem casum Domini dixerunt, quod
Text. in d. cap. 1. de Cens., dum inquit quod mansus
debet esse liber potest intelligi prout illum exponit.
Card. Zabarell. ibid. oppos. 1. vers. sed instruitur Episcop.
& cons. 88. numer. 5, vers. si ergo videlicet quod de-
27 beat fieri liber, prout Patres Theatini illum liberum
facere possunt amortizando, seù affrancãdo directum
dominium, quod est affrancabile, & redimibile, *So-*
la super Constit. Sabaud. in decreto Rempublicam port.
3. gloss. vnic. numer. 22. Et ita vtraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 14. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Agens remedio l. fin. de ædicto diui Adr. toll. ad immissionem bonorum fideicommissariorum in primis probare debet bona, super quibus immissionem petit tempore mortis fuisse à fideicommittente possessa, hic de probanda bonorum possessione disceptatur, & ex Instrumento diuisionis lib æstimi, ac denique denunciatiuis, & testibus illa concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus sententiam conceditur stante illius iniustitia.*

2 *Bona subiecta fideicommisso fuisse de tempore obitus à fideicommittente possessa probare debet, qui ad illorum agit immissionem.*

3 *Possessio vnius rei non potest eodem tempore esse penes duos.*

4 *Instrumentum diuisionis sicut probat rem alicui in diuisione obtigisse ita in eius bonis fuisse demonstrat.*

5 *Instrumentum diuisionis eo fortius probat possessionem bonorum diuisorum, si iustificatur illud fuisse effectum sortitum.*

6 *Libri publici descriptionem bonorum continentes authoritate publica confecti, & in publico Archiuio custoditi, probant bona illius esse ad cuius fauorem sunt descripta, & num. seq.*

7 *Liber æstimi probat bona esse illius cuius in fauorem sunt descripta, maximè si eo tempore non appareãt descripta ad æstimam alterius.*

8 *Enunciatiuæ plurium Instrumentorum probant possessionem.*

9 *Enunciatiuæ plene probant contra quem emanarunt.*

10 *Enunciatiuæ probant contra habentes causam ab illis, cum quibus emanarunt.*

11 *Testis coloni, vti deponens de facto proprio plene probat possessionem.*

12 *Possessio probatur ex testibus, qui de illa optimam sciẽtiam habent.*

13 *Probationes iungi debent, vt possessionem perfectè concludant.*

14 *Demonstrationes duæ tantum sufficiunt ad probandã confinium identitatem, & num. seqq.*

15 *Identitas duorum confinium sufficit etiam quod in alijs esset diuersitas.*

16 *Diuersitas confinium excluditur quotiès apparet modernos confines fuisse in locum antiquorum subrogatos, indeque satis resultat bonorum identitas.*

17 *De bonorum identitate constare sufficit, quamuis noui fines cum antiquis non conueniant.*

18 *Fides Regulatoris Catastri probat circa bona in catastrum descripta.*

Officiolis fides in eo quod ad eius spectat officium probat, nu. 18.

19 *Testes debent ad concordiam reduci, & à contrarietate saluari.*

20 *Probationes ex scripturis desumptæ præualeat testibus in antiquis.*

21 *Testes adminiculati præferuntur testibus non adminiculatis.*

DECISIO III.

Domini persistendo in decisis sub die 25. Iunij 1638
coram bo. me. Buccabella, iterum responderunt
ad fauorem illorum de Battaglinis constare de causis
restitutionis in integrum aduersus sententiam conce-
dentẽ Immissionem Georginis, & Fusconis in posses-
1 sionẽ petij Terræ, de quo agitur stante illius Iniustitia,
propter quam datur restitutio *Rot. dec. 1. de restit. in in-*
tegr. in nou. cum cumulat per ddd. ad s. me. Gregor. XV,
decis. 459. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 1.
num. 1. par. 6. rec.

Iniustitia enim visa est manifesta, quia cum Geor-
gini, & Fusconi agerent ex remedio, *l. final. C. de*
Edict. Diu. Adr. toll. pro obtinenda Immissione in di-
cto petio Terræ tanquam subiecto fideicommisso Ca-
2 roli Mercati tenebantur probare illud fuisse de tem-
pore obitus possessum à fideicommittente cum hoc sit
necessarium antecedens in hoc Iudicio, *Bald. cons. 4.*
num. 1. lib. 4. Crauett. cons. 61. num. 6. Decian. respons.
76. num. 1. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 44. num. 1. Magon.
decis. Florent. 10. nu. 9. Rot. decis. 599. nu. 1. part. 3. rec.

Hoc verò tantum abest quod fuerit probatum, quod immò Battaglini probant concludenter dictum petium Terræ de eo tempore fuisse in bonis Danielis Mercati ipsius Caroli Patruelis, & deinde Gasparis eius filij, à quo postea Titulo emptionis peruenit in Ludouicum Casottum, & ab ipso in Battaglinos, adeo vt excludatur omnis possessio Caroli fideicommit-

ten-

tentis, cum possessio eodem tempore penès duos esse
non possit l. 3. §. Ex Contrario ff. de acqu. possess. l. si vt
certo §. si duobus Vehiculum vbi gloss. in verbo dominiu
& Castr. num. 7. ff. Commod.

Constat enim hoc petium Terræ de eo tempore
fuisse in bonis Danielis. Primo ex Instrumento diui-
sionis bonorum communitèr, & pro indiuiso posses-
sorum ab ipso, & Carolo fideicommittente factæ de
anno 1524. vt in Summ. Battaglinorum num. 11. Ex
4 quo sicuti probatur dictum petium obuenisse Danieli
in sua portione, ita & consequentèr probatur fuisse
in eius bonis, Alex. cons. 152. numer. 1. lib. 7. Soccin. sen.
cons. 46. n. 1. lib. 3. Decian. d. respons. 76. num. 9. lib. 3. Ri-
minald. Iun. cons. 23. num. 280. & seq. Peregr. cons. 48. n.
6. lib. 1. & idem in Tract. de fideic. art. 44. num. 5. Rota
dec. 706. num. 11. par. 2. rec., & coram R. P. D. Merlino
decis. 42. numer. 1. part. 5. recent. Quæ probatio eò
magis concludit, cum ex Instrumento venditionis
eiusdem petij Terræ postea factæ Ludouico Casotto à
Gaspare filio, & hærede Danielis, vt in d. Sum. num.
5 6. appareat diuisionem sortitam fuisse effectum, & ex
illius titulo Danielem acquisiuisse Dominium, quod
deinde Gaspar transtulit in Emptorem prædictum,
vt in his terminis considerat Rota coram R. P. D. meo
Merlino dec. 125. num. 5. & 6. part. 6. rec.

Secundo. Ex partitis extractis, tàm ex libro nun-
cupato l'Appasso, qui continet Mensurationem gene-
ralem omnium bonorum existentium in Territorio
Arimini factam ab Agrimensoribus publicè deputa-
tis de anno 1547. quam ex libro æstimi antiqui huius
Ciuitatis, in quibus istud petium Terræ legitur ad
scriptum hæredibus Danielis. Qui libri cum sint fa-
6 cti authoritate publica, & in Archiuio publico, ab
Officiali ad id deputato custoditi, probant bona fuis-
se in bonis illius, ad cuius fauorem sunt descripta,
Bero. cons. 77. num. 13. & 14. & cons. 79. num. 13. & 15.
lib. 3. Rutn. cons. 40. num. 7. lib. 4. Socc. sen. cons. 205. per
tot. lib. 2. Mendil. cons. 6. num. 8. Peregr. de fideic. eodem
art. 44. num. 7. Rota dec. 706. num. 6. par. 2. rec. præser-
7 tim cum non appareat, quod de eo tempore foret de-
scriptum ad æstimum alterius, Castr. in l. si Pater sub
num. 2. C. de Act. empt. quem sequitur Socc. sen. in l. 1. n. 37
ff. de acqu. poss. & cons. 89. num. 12. in fine lib. 1. & d. cons.
205. lib. 2. & cons. 46. num. 3. lib. 2. Bero. d. cons. 77. nu. 9.
Roland. à Valle cons. 4. num. 17. lib. 2. Bertazzol. consil.
52. num. 37. lib. 1.

Tertiò ex enunciatiuis, quæ habentur tam in æsti-
mo Valerij Tingoli, quam in Instrumento diuisionis
bonorum pro indiuiso possessorum à Carolo fideicô-
mittente, & Augustino eius Nepote, ac etiam in In-
8 strumento Dotis datæ per eundem Carolum Claræ
eius filiæ, in quibus omnibus pro confine bonorum
ab eis possessorum ac respectiuè in Dotem assigna-
torum in ea parte, qua huic petio Terræ cohærent,
vocatur, & designatur istud petium Terræ ad Da-
nielem vti Dominum, & possessorem spectasse, aliàs
enim inepta fuisset huiusmodi confinis expressio, vt
post Alex. cons. 89. num. 6. lib. 5. Mandell. d. cons. 6 nu. 9.
Menoch. cons. 1110. num 25. Peregr. de fideic. d. artic. 44.
num. 19. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 41. & 42
& firmauit Rota in hac eadem causa coram D. meo Mer-
lino d. dec. 125. num. 7. & postea coram eodem in Verula-
na Fideicommissi 236. num. 9 part. 6. rec. Quibus enun-
9 ciatiuis eò magis videtur deferendum, tum quia
vltimæ duæ emanarunt cum ipso fideicommittente.
Vnde quemadmodum contra ipsum probarent DD.
in l. cum aliquis C. de Iur. deliber. Alex. d. cons. 89. nu. 6.
lib. 5. Afflict. decis. 83. num. 2. Cæsar. Barz. decis. Bonon.
10 2. num. 21. cum seqq. ita etiam probant contra Geor-
ginos, & Fusconos ab ipso causam habentes, Aretin.
cons. 36. num. 3. vers. secundo duo Socc. cons. 46. num. 1.
lib. 2. Crauett. cons. 29. num. 1. cum cumulatis per Fusar.
de substit. quæst. 618. num. 50. Rota coram Greg. dec. 172.
num. 1. & coram Card. Canal. decis. 624. num. 2. Tùm
quia postrema emanauit decem tantum diebus ante
obitum Caroli. Vndè tanto magis excluditur eius
possessio de tempore mortis, dum de eo tempore
alius enunciatur Dominus, & possessor, Iuribus su-
pra allegatis.

Quarto denique ex depositione duorum Testium,
11 quorum alter cum fuerit Colonus dd. hæredum in
ejsdem Terris, tantò magis probat tanquam deponens
de facto proprio, Gregor. decis. 351. num. 11. vbi adden.
12 num. 50. Alter verò reddat optimam rationem, quia
continuò accedebat, & versabatur in illis locis, ideò
ex Testibus, qui ipsius facti scientiam habere possunt,
benè probatur possessio defuncti, Bald. cons. 89. nu. 1.
lib. 1. Bero. cons. 79. lib. 3. Petra de fideicommiss. qu. 12.
num. 45. & seqq. Simon. de Pret. de interpetr. vltim. vo-
lunt. lib. 5. interpr. 2. dubit. 4. nu. 310. fol. 553. & nu. 354.
fol. 555. Peregr. dicto art. 44 nu. 13. Fusar. dict. qu. 618.
num. 20. Vndè multò magis visum fuit ex prædictis
omnibus simul iunctis resultare sufficientem proba-
13 tionem, cum in hac materia probationes iungantur
ad perfectam probationem complendam, Bero: dicto
cons. 79. sub num. 6. lib. 3. Crauett. cons. 406. num 4. &
fuit dictum in Nouarien. Bonorum coram Reuerendiss.
D. meo Coccino Decano, quæ est decis. 120. numer. 20.
par. 6. Recent.

Quæ probationes dubitari non potest quin conclu-
dant de Prædio possesso à Battaglinis, in quo Gior-
gini obtinuerunt immissionem; Identitas enim benè
deducitur ex conuenientia, & verificatione confinium.
Siquidem conueniunt nedum generales demonstra-
tiones loci, & quantitatis Tornaturarum, sed etiam
particulares, nempè via Communis, Riuus Mauonus,
14 & aliæ, cum tamèn ad hunc effectum duæ tantum
demonstrationes sufficiant, Bartol. in leg. Demonstratio
falsa, num. 14. ff. de condit. & demonstr. Rota decis. 313.
num. 2. par. 1. Recent. & coram Gregor. XV. decis. 272.
num. 2. & decis. 575. num. 4.

Nec obstat, quod æstimum, diuisio, Testes, & alia
adducta per Battaglinos vltra viam Communem, &
Mauonum referant duos alios confines, videlicet, del-
la Bella, & Tingulum, qui hodie non inueniuntur,
neque conueniunt huic petio Terræ, quod alijs diuer-
sis finibus, nempè Caroli Battaglini demonstratur.
15 Quia præter quod sufficit conuenientia duorum cô-
finium, etiam quod in alijs esset diuersitas iuxta verio-
rem, & communiorem Sententiam, Rutn. consil. 50.
num. 10. lib. 1. Decian. respons. 17. numer. 9. lib. 3. Cesal.
cons. 44. num. 34. & seqq. Hieronym. de Monte, de finib.
regund. cap. 87. num. 4. Marescott. variar. resolut. lib. 1.
cap. 12. num. 23. quam sequuta est Rota in Bononien. fi-
deicommissi de Rubeis 15. Decembr. 1597. coram Card.
Lancellotto, & in Romana Census 13. Februarij 1632.
coram R. P. D. meo Merlino, quæ est decis. 98. numer. 10.
par. 6. Recent. Tollitur omnis difficultas ex facto, cû
appareat Carolum Battaglinum, qui hodie datur pro
confine successisse in locum prædictorum, della Bella,
& Tinguli, qui erant antiqui confines. Tingulus enim
Terras, quas possidebat huic petio Terræ confinantes
vendidit Constantino Arigono, & iste eas in Dotem
dedit Carolo prædicto, vt constat ex Instrumentis pu-
blicis in Summ. num. 17. & 18. & comprobant Testes
vtriusque partis deponentes loco Tinguli, successisse
Battaglinos, vt in Summ. Battaglinorum numer. 19. &
Summar. Giorginorum num. 2. Et confirmatur etiam ex
Catastro, in quo supra Tingulum est descriptus Ari-
gonus, & supra Arigonum Carolus Battaglinus, ex hoc

enim

enim deprehenditur Prædium Tinguli ab ipso ad Ari-
gouum, & ab Arigono ad Carolum peruenisse, quod
cum demum fateantur ipsimet Giorgini in quarto ar-
ticulo redditur indubitabile: Eademque prorsus af-
fertur probatio respectu illorum, *della Bella*, nam ex
depositionibus Testium, & ex partitis æstimi apparet
illas duas Tornaturas, quæ cohærent huic petio Ter-
ræ, in ea parte, quæ respicit plagam occidentalem,
fuisse possessas à prædictis, *della Bella*, & ab eisdem
datas in dotem Hieronymo Bizoccho, & deinde per-
uenisse ad Carolum Battaglinum, vt in *Summario à
num.20. vsque ad 25.* sicque dum constat modernos
16 confines fuisse in locum antiquorum subrogatos non
solum excluditur diuersitas, sed hinc magis confirma-
tur identitas dum confines sunt ijdem, & solùm mu-
tati sunt Domini, & possessores rerum confinantium
ad tradit. post *Bart. in dicta l. Demonstratio falsa, in fi-
ne, ff. de condit. & demonstr. Crauett. cons. 57. numer. 7.
Dec. cons. 109. num. 2. in princ. Vrsill. in addit. ad Afflict.
decis. 23. num. 10. Rota coram Gregorio decis. 575. sub
num. 4. & dicta decis. 125 num 2. par. 6. Recent.* Sufficit
17 enim quod constet de identitate corporis, quamuis
fines noui cum antiquis non conueniant, vt ex *Text.
in l. idem Pomponius, §. final. ff. de rei vendic. & in leg.
Testamento ff. de condit. & demonstr. Afflict. dict. dec. 23.
num. 2. vers. Item quia, & Marescott. var. resol. lib. 1.
dicto cap. 12. num. 36.*

Neque his aduersatur quod tres Testes inducti per
Giorginos videantur deponere Carolum, hoc petium
Terræ possedisse, quia omissis exceptionibus, quæ il-
lis obyciuntur; Respondetur ex circumstantijs satis
colligi, quod non loquuntur de isto petio Terræ, sed
de alio diuerso Tornaturarum duarum, dato in Dotẽ,
vt dictum fuit, Claræ eius filiæ, quod ipse in eodem
loco possidebat. Sextus enim dicit Prædium de quo
ipse loquitur fuisse possessum à dicto Carolo in cõmu-
ni, & pro indiuiso cum Augustino de Mercatis eius
Nepote, vt in *Summ. num. 31.* Quæ qualitas possessio-
nis pro indiuiso nõ potest verificari in isto petio Ter-
ræ, sed conuenit dicto Prædiolo in Dotem dato, quod
in communi possidebatur, & in portione Carolo ex
diuisione obuenta continetur, vt patet ex Instrumen-
to, *Summ. num. 31.* Quod confirmatur etiam ex fide
Regulatoris Catastri, attestantis Carolum Mercatum
18 in dicto loco non possedisse nisi dictum Prodiolum
in Dotem datum, cui multum deferendum est cum
fidem faciat de spectantibus ad eius officium, *Rota de-
cis. 525. sub num 2. & decis. 24. num. 17. par. 6. Recent.*

Quæ interpetratio magis visa fuit amplectenda,
19 quia ita Testes ad concordiam reducuntur, & a con-
trarietate saluantur prout fieri debet, *cap. Cum tu vbi,
gloss. in verb. Benigne*, & ibidem *DD. communiter de
Testibus, Ruin. cons. 130. num. 6. lib. 4. Natta cons. 516.
num. 14. Sard. cons. 530. num. 13. Cæsar de Graff. dec. 4.
nu. 5. de Testib. Greg. dec. 252. nu. 11. & dec. 315. nu. 38.*

Et nihilominus cum Battaglini habeant pro se tot
Instrumenta, tria Catastra, Testes, ac etiam Plantas de
ordine Rotæ factas, ex quibus apparet dictum petium
Terræ, re vera non à Carolo fideicommittente saltẽ
de tempore obitus, sed à Daniele, & successiuè à Ga-
spare eius filio fuisse possessum, & deindè ab eo ad
Ludouicum Casotium, & ab isto ad Battaglinos per-
uenisse, DD. censebant in omnem casum eorum pro-
bationes esse præferendas Testibus Georginorum,
30 tum quia in antiquis probationes ex scripturis desũ-
ptæ præualent Testibus, *Gloss. in cap. 1. in verb. in scri-
pturis, in fine, de Censib. in 6. spec. de Instrum. edit. §. Re-
stat, num. 3. & seqq. Crauett. cons. 54. num. 15. Rota co-
ram Card. Seraph. decis. 339. num. 7. coram Reuerendiss.
Vrgellen. decis. 131. nu. 13. & in Recent, decis. 582. nu. 6.
par. 1.* Tum etiam quia Testes Battaglinorum ex tot
21 Instrumentis, Plantis, & Catastris adminiculati præ-
ferendi sunt Testibus Georginorum non adminicu-
latis, *Bald. in l. ob carmen, §. si Testes, nu. 1. in 2. notab.*
& ibidem late *Iacob. de S. Georg. à num. 5. vsque ad 14.
ff. de test. Gabriel eod. tit. concl. 4. nu. 89. Farinacc. eod.
tract. qu. 65. nu. 129. & Rota cor. Greg. dec. 23. sub nu. 5.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

ROMANA CAMBIORVM.

Veneris 26. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Mandata quando sint exequenda, & quando adhunc effectum, de illorum vniformitate satis constare dicatur? Promissio de euictione ex dato, & facto suo tantum non obligat venditorem ad illius præstationem, si non ex aliqua eiusdem obligatione proueniat.

Emens scienter rem alteri obligatam absque nulla protestatione, an possit agere contra venditorem pro euictione, vel solum ad præstationem rei liberæ, vel denique ad solam restitutionem pretij?

SVMMARIVM.

1 *Mandatorum conformitas resultat ex eo quod primus Iadex ea relaxaaerit, & alter illa exequi mandaaerit.*

2 *Volaatas defuncti non præsumitur continuata in hæredem.*

3 *Iudex appellationis debet procedere per viam confirmationis, non aatem exequi mandata relaxata.*

4 *Mandatum procura atreata claasala, releuans, &c. non expirat morte mandantis.*

5 *Amplia etiam si mandaas reliqaerit hæredem pupillũ, vel minorem.*

6 *Iadex appellationis etiamsi expressè non dixerit prima mandata esse coafirmanda, cum tamen decreaerit esse exeqaenda, ac noaam exequatur relaxauerit virtaalitèr, & implicitè illa coafirmasse censetar.*

7 *Tertia Sententia ad hoc vt dicatur valida, & faciat numeram trium conformiam, sufficit, si virtualiter, & implicite, licet non expressè confirmet praecedentes.*

8 *Mandatum de exeqaendo implicat confirmationem priorum decretorum, & licet expresse illa non coafirmet, attamen conformitatem non impedit.*

9 *Seatentia ad hoc vt non dicantur conformes, oput est, quod adsit aliqua difformitas circa sabstaatiam, vel qualitatem priacipalem.*

10 *Venditor si se obligaait de euictione ex dato, & facto sao taatam, minimè tenetur, si ea sequatur ex alia causa.*

11 *Emptor sciens rem alteri obligatam, si absque vlla protestatione rem emat, excluditar ab exceptione petendi euictionem.*

12 *Emeas scieater bona hypothecata censetar eadem acceptare cum suis viaculis, & hypothecis, qaibus erant obaoxia.*

13 *Scieatia debiti in hærede probatar ex appositione debiti ia Inueatario.*

14 *Euictionem non præstat venditor obligatus ex dato, & facto sao tantam, vbi illa seqaatar ex alia causa.*

15 *Venditor etiam probata scientia oneris rei vendita in emptore tenetar ad restitutionem pretij.*

16 *Pretiam semper venit à venditore ex æquitate restituendum emptori secuta euictione quotiescamque non adsit pactam expressum in contrariũ, sed contra.*

17 *Limita probata scientia oneris in emptore, & illius acqaiescentia.*

18 *Venditor vbi specialiter prouidit se nolle teneri de euictione, quæ sequi posset ex aliqua certa causa, si*

ex

ex illa causa sequatur, ipse nec ad euictionem tenetur, nec ad restitutionem prætij.

19 *Promissio tradendi rem liberam, venit ex natura venditionis.*

20 *Emens scientèr rem oneratam censetur eamdem acceptare cum suis oneribus, & illud ius tantum emere voluisse, quod venditor habebat super illa re.*

21 *Cessio iurium talium qualium importat, ut sic cedens non habeat facere bona, nec vera iura, quæ cedit.*

22 *Dictio prout inducit repetitionem omnium qualitatū præcedentis dispositionis ad quam habetur relatio.*

23 *Retrouenditio stantibus clausulis in Instrumento appositis, dicitur facta cum ijsdem oneribus, quibus facta fuerat venditio non attenta diuersitate personarum.*

DECISIO IV.

AD instantiam DD. de Baccellis fuerunt de anno 1631. ab A. C. relaxata duo mandata executiua contra DD. de Nappijs. Alterum pro scutis 7700. occasione Cambiorum; Alterum pro scutis 5000. debitis pro rata sortis maturatæ de eo tempore, iuxta conuentionem inter eos factam, à quorum relaxatione appellantes Nappij obtinuerunt Causam committi R.P.D. Verospio, cum cl[a]usula: *Si quid exequendum*, & dubio sæpius proposito Domini post longam disputationem responderunt: Mandata esse exequenda, cum autem appellassent iterum Nappij Causa per Signaturam commissa simpliciter R. P. D. meo Pirouano, coram eo idem pariter responsum fuit.

Demum tertiò mihi commissa cum clausula: *Constito de tribus conformibus exequatur, sin minus, &c.* DD. tàm quoad conformitatem, quàm quoad validitatem, & Iustitiam in prioribus Decisionibus abundè deductas, & comprobatas censuerunt constare de tribus conformibus, quæ sint exequendæ.

Etenim quoad trium cōformitatem visum fuit du-
1 bitari non posse, cum primò A. C. relaxauerit mandata pro Cambijs, & rata sortis principalis, & DD. mei Verospius, & Pirouanus, secunda, & 3. vice eadē mandata exequi mandauerint.

Quo verò ad nullitates, alteram scilicet ex defectu citationis, cum citatus tantum fuerit Procurator cōstitutus à Carolo, cuius tamen mandatum expirasse prætendebatur per obitum eiusdem relicta Virginia
2 filia, & hærede infante, in qua non præsumitur continuatio voluntatis defuncti.

Secunda ex defectu Iurisdictionis, quia causa com-
3 missa secunda vice D. meo Pirouano simplicitèr, ipse debuerit tamquam Iudex Appellationis procedere per viam confirmationis, non autem exequi mandata relaxata, iuxta *Text. in l. eos, §. 1. C. de Appell. Vestr. in prax. lib. 8. cap 2. num. 5. circa fin.*

Placuit DD. quoad primam responsio aliàs data in *decis. 1. Iuly 1639. coram D. meo Pirouano*, tolli ex clau-
4 sula *Releuans, &c.* apposita in dicto mandato procuræ, quæ operatur, vt mandatum non expiret morte mā-
5 dantis, etiam vbi relictus sit hæres minor, vel pupillus, *l. sed etsi pupillus, in princ. & l. si quis mancipys, §. si impubes, ff. de Instit. Act. Soccin. sen. cons. 87. num. 16. vers. circa quartum, lib. 1. Acchil. decis. 14. num. 3. de procur. Buratt. decis. 440. sub num 2. vers. quod procedit etiam.*

6 Secunda verò visa est etiam nō releuare, licèt enim D. Pirouanus expressè non dixerit mandata esse cōfirmanda, cum tamen decreuerit esse exequenda, ac nouum exequatur relaxauerit, virtualiter, & implici-
7 tè illa confirmasse censetur, quod sufficit ad effectum, vt tertia Sententia dicatur valida, & faciat numerum trium conformium, *Angel. cons. 257. nu. 6. ad med. vers. contrarium dico, Starc. de Appellat. qu. 17, limit. 1, nu. 30, vers. exemplifica septimo, Grat. discept. for. cap. 42. nu. 50 Rota decis. 241. num. 1. & 6. & decis. 450. num. 1. par. 1. Diuers. & in Romana Successionis, coram Orano impressa per Marches. de Commiss. par. 2. fol. 123. num. 2.*

Quod facilius dictum fuit procedere attento stylo huius Tribunalis, in quo numquam pronunciatur super executione Sententiarum, aut decretorum nisi priùs maturè discusso toto negotio principali, ac extensa decisione prout factum fuit in hoc casu.

Ex quibus etiam cessat obiectum informantium pro Nappijs, qui conantur deducere difformitatem decretorum, ex eo, quod primum decretum directò decidat negocium principale, reliqua verò concernant tantùm simplicem exequutionē, nō autem negocij principalis definitionem, quia cum vt supradictum
8 est mandatum de exequendo implicet confirmationem priorum decretorum, & in substantia contineat idem quod priora decreta parum refert, quod expressè illa non confirmauerit, & hoc confirmitatem no impedit. *Bald. in l. Creditor §. cum de sorte num. 1. ff. de solut. Socc. Iun. cons. 73. num. 2. lib. 2. Thes. dec. 228. num. 2. Rota coram Buratt. dec. 852. num. 1. & in rec. dec.*
9 *98. num. 4. par. 1.* Ad effectum enim vt sententiæ non dicantur conformes opus est quod adsit aliqua difformitas circa substantiam vel qualitatem principalem, *Card. in Clem. 1. num. 2. de sent. & re iudic. Alex. cons. 77. num. 3. vers. sicut ergò lib. 2. Rota d. decis. 98. n. 4.*

Iustitia etiam sufficienter in Actis probata ex Instrumento Cambij, & illius realitate non tollitur per exceptiones oppositas, quod Terræ per Baccellos Nappijs venditæ traditæ non fuerint liberæ, sed cum hypotheca ad fauorem Montistarum Montis Sixti secundæ Erectionis, quodque eadem bona fuerint à Montistis euicta, vel saltem sint in limine euictionis, ob quam sicuti possent retinere prætium bonorum venditorum, ita pariter possent retinere fructus Cambiorum loco pretij subrogatorum, neutra enim visa fuit releuare.

Quod enim attinet ad euictionem cum Baccelli
10 eam promiserint ex dato & facto suo tantum, Euictio autem seu occupatio bonorum facta à Montistis non prouenerit ex aliqua obligatione Baccellorum. Sed ex hipotheca constituta à Nappijs vel eorum auctoribus ante dationem in solutum, imò ex eorum culpa dùm fructus decursos soluere neglexerunt, vtique de euictione ex prædicta causa sequuta minimè tenebantur, *Textus est expressus in l. fundum meum ff. de Euict. Bart. in l. Qui Romæ §. duo fratres numer. 10. circa med. vers. quarto dicit ma[...] ff. verb. oblig. Socc. Iun. cons. 128 num. 131. lib. 1.* quem sequitur, *Surd. cons. 15. num. 24. Gaspar. Caball. de Euict. §. 5. num. 51. inter tract. magn. tom. 6. part. 1. fol. mihi 96. Mangil. eodem Tract. quæst. 10. numer. 1. cum alys adductis in decisione in hac eadem Causa facta 1. Iuly 1639. in §. vltim. coram Domino meo Pirouano.*

11 His etiam addebatur quod Nappij venditores, & reemptores scientes, & notitiam habentes huius oneris, & hypothecæ absque vlla protestatione, seu declaratione bona prædicta receperunt ex quibus fortius excludebantur ab exceptione petendi euictionem, *l. si fundum scient 47. C. de euict. Bero: cons. 2. num 12. 15.*
12 *& 17. lib. 1. Surd. decis. 265. nu. 36.* quia scientèr emētes bona hypothecata censentur eadem acceptasse cū suis vinculis, & hypothecis, quibus erant obnoxia, *l. cum ab vno, in princ. ff. de leg. 2. Crauett. cons. 174. nu. 9.* cum alijs quos refert, & sequitur *Surd. cons. 150. n. 22.*

Scientia verò, & quidem clara colligitur non solùm
13 ex eo, quod Nappij hæredes beneficiati in confectione Inuentarij hoc debitum apposuerunt, & aliquos fructus desuper soluerunt, sed etiam ex pluribus clau-

sulis

sulis in alio Instrumento inter partes confecto ad fa-
uorem dd. de Nappijs appositis, præcipuè quia con-
trahentes expresse conuenerunt, vt in casum inunda-
tionis dictorum bonorum deberet prorogari termi-
nus datus Nappijs ad restituendum cambium scuto-
rum 44000. & quod Baccelli reuenditores tenerentur
præstare Cedulam Bancariam gratis pro Nappijs ad
fauorem bon: mem: Marchionis Entij Bentiuogli pro
locis 485. Montis Sixti Secundæ Erectionis eodem
modo, quo ipse Marchio, & Alexander Nappius erat
obligati ad fauorem Cammeræ Apostolicæ, ex quo
pacto non potest amplius impugnari Nappios agno-
uisse debitum Montis, & sciuisse bona sibi retrouendi-
ta fuisse iam antea ad fauorem Montistarum pro eo-
dem debito hypothecata.

Nec vrget replicatio facta ab Informantibus pro
14 Nappijs, quod scilicet scientia oneris, & promissio
euictionis ex dato, & facto venditoris tantum rele-
uent quidem venditorem ab onere præstandi euictio-
15 nem vbi illa sequatur ex alia causa, non tamen ab
16 onere restituendi prætium, quod ex æquitate semper
debetur quoties non adest pactum expressum in con-
trarium, ex *Bald. in l. non dubitatur, num 1. C. de euict. & in l. emptorem, § final. ff. de act. empt. Buratt. decis.*
17 *399.* præcipue sub *num. 4.* quia probata scientia one-
ris in emptore, & illius acquiescentia, verius est ven-
ditorem, nec ad euictionem præstandam, nec ad præ-
tium restituendum teneri, *Text. est, in l. si fundum sci-
ens, vbi gloss. in verbo si sciens, ibi pretium quod soluisti
petere non potest,* & *in l. si fratres, C. comm. vtriusq; iud.*
& benè *Castr. in l. emptorem, §. qui autem, num. 3. ff. de
act. empt. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 17. sub num. 2.
vers. ad eam quæstionem, Tiraquell. de retract. lignag. §.
12. gloss. 1. num. 11. Caballin. de euict. §. 3. num. 166. &
§. 4. num. 50. Natt. cons. 181. num. 8.*

Præterea aduertebant DD. Baccellos venditores
videri satis exclusisse casum euictionis, quę sequi pos-
set ex causa crediti Montistarum, dùm illud scientes;
tamèn expressè noluerunt teneri de euictione, nisi ex
dato, & facto suo tantum, ex quo dictum fuit limita-
ri conclusionem in replicatione suprapositam, quę li-
cet posset suis casibus procedere, & vbi generaliter
tantum fuit conuentum, vt venditor non teneatur de
euictione, nisi ex dato, & facto suo certè procedere
18 non potest, vbi venditor specialitèr prouidit se nolle
teneri de euictione, quæ sequi posset ex aliqua certa
causa, vbi enim euictio sequatur, ex illa causa vendi-
tor, nec ad euictionem tenetur, nec ad prætij restitu-
tionem, benè *Castr. in dicta l. emptorem, § fin. circa fin.
vers. secundus casus, ff. de act. empt.* dicens hoc modo
limitari prædictum *Textum in l. non dubitatur. C. de
euict. Tiraquell.* vbi proximè *num. 14. Gomes var. re-
solut. tom. 2. cap. 2. num. 40. vers. quod iterum subintellige
de empt. & vendit.* & in terminis consuluit *Natta dicto
cons. 181. a num. 5. vsque ad num. 8. post med. Mantic. de-
cis. 109. num. 5.*

Quod verò attinet ad traditionem rei liberam nec
minus ad eam videbantur cogendi Baccelli, quia vbi
19 etiam admittendum esset promissionem tradendi rem
liberam venire ex natura venditionis. vt probat *Text.
in l. in venditione, ff. de act. empt. l. si Pater, C. eodem,
Dec, cons. 281. nu. 7. Rota coram Gregor. decis. 119. nu. 2.
& in Recent. decis. 67. num. 1. par. 3.* Adhuc tamen in
casu præsenti ex alio cessare videtur difficultas. Con-
stat enim hæc eadem bona pauld ante fuisse in solutū
data Baccellis ab eisdem Nappijs obnoxia huic one-
ri, & hypothecæ ad fauorem Montistarum, ac proin-
dè, aut Nappij priùs defecerunt non tradendo rem
liberam, aut eadem bona iterum reemendo à Baccel-
20 lis scientes esse obnoxia huic oneri, consentur eadem
acceptasse cum hoc onere, & illud Ius tantum emere
voluisse, quod Baccelli habebant super istis bonis, *l. qui
tabernas, ff. de contrah. empt. Alex. in l. si domus, §. final.
num. 4. vers. & magis communis conclusio, ff. de leg. 1.
Gozad. cons. 24. nu. 7. Surd. decis. 264. nu. 6. vers. omnes-
tamèn, Mantic. decis. 109. nu. 8. Gregor. decis. 90. nu. 11.*

Et hic intellectus manifestè colligitur aduertendo,
quod Baccelli cautè processerunt in retrouenditione,
cedendo omnia, & singula iura, talia, qualia ipsi ha-
bebant, vigore Dationis in solutum, nec voluerunt te-
neri de euictione, nisi ex dato, & facto suo tantum,
& non aliàs aliter, nec alio modo expressa causa, pro-
pter quam teneri voluerunt, quia scilicet ipsi in eisdē
bonis non habebant aliud ius, nisi quod acquisierant
ex immediata præcedenti datione in solutum, & ideo
retrouendiderunt bona cum ijsdem iuribus, & perti-
nentijs. ac prout ipsi acquisierant, ex quibus clausulis
apertè demonstratur Baccellos id totum egisse ad re-
quisitionem Nappiorum, ad eo vt ipsi nollent ex hoc
pati damnum aliquod, sed solùm bona eo modo, quo
acceperant restituere cum omnibus suis vinculis, &
hypothecis antea impositis, & signanter cum hypothe-
ca Montistarum, de qua Contrahentes erant optimè
informati, vt supra dictum fuit, ponderando præser-
21 tim cessionem iurium, talium, qualium, quæ impor-
tat, vt sic cedens non habeat facere bona, nec vera
iura quæ cedet, sed si nihil habet, ad nihil teneatur
Cessionario, *l. quod si in venditione, ff. de hered. vel a-
ction. vend. Angel. in l. si sic legatum, §. si mihi, num. 5.*
& ibidem *Ias. num. 22. & Imol. in fin. ff. de leg. 1. Alex.
cons. 27. num. 4. lib. 2. & cons. 93. num. 2. lib. 4. Mantic. de
22 tacit. lib. 4. tit. 13. num. 9.* & dictionem *prout* sæpius in
Instrumento repetitum, quæ inducit repetitionem
omnium qualitatum, & onerum præcedentis disposi-
tionis, ad quam habetur relatio, *gloss. in cap. quamuis,
in vers. euocandi, in fin. de offic. ordin. lib. 6. Signorel. cōs.
22. num. 12. in fin. & 13.*

Hinc non releuat quod Nappij dederint in solutum
bona prædicta, vti hæredes Alexandri, eademque bo-
na retroemerint nominibus proprijs, quia ista diuer-
23 sitas personarum non impedit quominus stantib. pa-
ctis, & clausulis in Instrumento retrouenditionis ap-
positis, re emptio dicatur facta cum ijsdem oneribus,
quibus facta fuerat venditio, vt optimè colligitur ex
Natta dicto cons. 181. num. 5. 6. 7. & 8.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA COMPVTORVM.

Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Iudicium Reconuentionis quod alioquin simultaneè cū
causa conuentionis expediri debet, si est illi præiudi-
cialis, & de eo liquido constet, vbi causa conuentionis
est turbida, potest per Iudicem ea ommissa per sen-
tentiam expediri. Sententia absolutoria à redditione
rationum, libris non exhibitis, dicitur iniusta, &
quando?

SVMMARIVM.

1 *Causa Conuentionis, & Causa reconuentionis simul-
taneo processu, & eadem sententia terminari debēt.*
2 *Iudex potest ommissa causa conuentionis pronuntia-
re super causa reconuentionis, si hęc appareat cla-
ra, & liquida, illa autem turbida.*
3 *Administrator non potest dici debitor, vel Creditor,
nisi prauia computorum discussione, & sollidatione.*
4 *Iudex bene pronuntiat super causa reconuentionis e-
tiam omissa causa conuentionis, vbi illa esset præ-
iudicialis, & ab ea penderet resolutio primæ.*
*Regula qui prior prouocat, prior agat, quando pro-
cedat, num. 4.*

5 Sen-

5 *Sententia super absolutiane à redditiane rationum in-
*insta dicitur , si absque librorum exhibitione appa-
reat lata , intellige . vt num. seq.
*Redditio rationum non potest dici perfecta nisi exhi-
bitis libris , num. 5.
6 *Libri rationum si non fuerint in prima instantia peti-
ti sufficit quod in secunda fuerint producti .
7. *Administrator nō tenetur ad exhibitianem scriptura-
rum , quæ penes ipsum extare non prabatur .
8 *Partita semel approbata amplius impugnari non pos-
*sunt , nisi errorem , vel dolum interuenisse, pro-
betur .
9 *Renuncians liti, & sententia excluditur à iure illam
*impugnandi propter exceptionem litis finita , &
extinctę .
10 *Renunciatio generalis liti, & sententia facta compra-
bendit totum tempus, quod in sententia continetur.
11 *Renunciatio facta à prudenti muliere, & sagaci ser-
*uatis solemnitatibus statutarijs , ac negotio nature
discusso substineri debet .

D E C I S. V.

FVit resolutum Sententiam Gubernatoris absoluen-
tem Io: Venturellum ab imperitis, & declarantem
ipsum reddidisse sufficientem rationem suæ admini-
strationis, esse confirmandam, & sic persistendum in
decisis coram Me sub die 23. Ianuarij præteriti.

Neque enim refragantur duæ nullitates deductæ,
siquidem quod citatus fuerit Laurentius Gauoccio-
lus. vti Procurator D. Felicis , de cuius tamen man-
dato Procuræ non constat , tollitur ex facto cum ex
originalibus citationum appareat eas fuisse exequu-
tas contra D. Felicem principalem, non autem contra
Gauocciolum .

Altera quod fuerit expedita causa reconuentionis
1 ommissa causa conuentionis , quæ tamen simultaneo
processu, & eadem sententia erant terminandæ, iuxta
theoricā *Bart. in auth. & consequenter nu. 4. vers. item
dicta causa*, C. *de sentent. & interloquut. omn. Iud.* ces-
sat , quia cum Venturellus haberet pro se generalem
quietantiam cum amplissimis clausulis, ac menstruas
solidationes, ex quibus clarè videbatur integram, &
sufficientem per ipsum redditam fuisse rationem ,
ideoque causa petitæ redditionis rationis citius, & fa-
cilius expediri posset, potuit Iudex omisa causa con-
2 uentionis, quæ tam apertè non liquebat, pronunciare
super causa reconuentionis , quæ ex publico Instru-
mento reddebatur clara, & indubitata, vt arg. *l. final.*
C. *de compensat. tradunt speculat. lib. 2. partic. 1. tit. de
Reconuent. §. videndum, num. 5. vers. caterum si de vna ,
Abb. cap. 1. nu. 9. vers. sed limita, de mut. petit. Marant.
de ordin. Iudic. par. 4. distinct. 6. nu. 10.* & alijs quos se-
quitur *Rota in Toletana Pecuniaria 13. Aprilis* 1587.
coram bo: mem: Card. *Pamphilio*, quæ est *decis. 1. post Pa-
cific. de Salu.*

Præsertim quia cum Venturellus peteret solutio-
nem mercedis ob seruitium plurium annorum præ-
stitum in administran. & gubernan. domo bo: mem:
Cardinalis , idque obtinere non possit nisi præuia di-
3 scussione, & solidatione computorum, ex qua digno-
sceretur an remaneret debitor, vel creditor, vt per *Ro-
tam coram Buratt. decis. 443. num. 2.* ritè, & rectè pro-
4 cessit Iudex expedien. priùs causam redditionis ratio-
nis in reconuentione petitam cum esset præiudicialis,
& ab ea penderet resolutio primæ; *l. 1. cum trib. seqq.
& l. cum status, vbi gloss.* C *de ordin. cognit. Henric. Bo-
ich. in cap. cum dilectus, num. 1. & 3. vers. aut secunda
proposita extra eodem tit.* qui firmat hoc casu non pro-
cedere regulam, qui prior prouocat, prior agat.

Minusque subsistunt ea quæ obijciuntur contra iu-
stitiam Sententiæ , quod enim lata fuerit libris admi-
5 nistrationis non exhibitis , quorum tamen restitutio
requirebatur , vt posset dici perfecta redditio ratio-
nis , *l. final. §. inter catera, vbi Bart. ff. de lib. leg. Soccin.
sen. cons. 196. num. 5. post medium, vers. sed præmissis non
obstan. & num. 6. lib. 2.* Visum fuit parum vrgere, quià
cum petita non fuerit in prima instantia , exhibitio
postea facta à Venturello in secunda , parte tunc pe-
6 tente, illi suffragatur ; non obstante quod simul exhi-
bitæ non fuerint receputæ, & quietantiæ particulares
multorum opificium , quibus diuersæ pecuniarum
quantitates solutæ fuerunt , quia vltra quod præsu-
muntur restitutæ Domino quando ab eo reportata
fuit quietantia generalis , & computa fuerunt solida-
7 ta, Venturellus ad earum exhibitionem non tenetur,
nisi concludenter penès eum probetur existentia , per
*l. 3. in princ. vbi gloss. in §. sciendum , in verbo summa-
tim, ff. ad exhiben. Rota coram* Card. *Seraph. dec. 1224.
nu. 1. & dec. 259. num. 1. par. 1. Recent.* & coram Card.
Caual. dec. 82. nu. 1.

Nec releuat , quod pro administratis post quietan-
tiam Cardinalis spatio nouem mensium , & dierum
13. exhibeatur per Venturellum tantummodò soli-
datio computorum facta singulis mensibus cum Dño
Felice , absque eo quod probetur ipsum exposuisse in
rebus emptis illam quantitatem pecuniarum , quæ in
dictis partitis enunciatur, resque emptas fuisse versas
in vtilitatem Domus, quia cum singulis mensibus ra-
tiones dispunctæ fuerint , ac solidatæ , & vltima die
administrationis Venturellus restituerit D. Felici scu-
ta decem, quæ penès ipsum erant reliquæ, æstimarūt
8 DD. non posse amplius dictas partitas impugnari. cū
semel fuerint approbatæ, & error, vel dolus interue-
nisse non probetur, vt latè fuit dictum in *decis. quæ re-
uidetur* .

Accedente etiam amplissima renunciatione, & ces-
9 sione per D. Felicem facta liti, & sententiæ, per quam
excluditur à iure illam impugnandi propter exceptio-
nem litis finitæ, & per renunciationem extinctæ, *leg.
postquam liti*, C. *de pact. Caputaq. decis. 310. par. 1. Put.
decis. 481. lib. 2. in correct.* Cum finis siuè effectus renū-
ciationis sit priuatio , quæ nihil in renunciatione re-
linquit, *Bart. in l. 1. num. 4. ff. de acqu. hered.*

Et licet replicetur renunciationem esse restrictam
ad redditionem rationis vsque ad quietantiam repor-
tatam à Cardinale, fuit responsum obstare generalitatē
10 renunciationis , quæ secundum regulas iuris est tra-
henda ad totum tempus, quod in sententia continetur,
*Cranett. cons. 227. num. 13. Decian. cons. 39. nu. 5. lib. 2.
Rota decis. 664. num. 8. par. 1. Diuers.*

Præsertim cum de validitate, & subsistentia renun-
11 ciationis dubitari non possit tamquam factę negocio
maturè discusso , seruatis solemnitatibus Statutarijs à
muliere admodum prudenti, & sagaci, & optimè cer-
tiorata de iuribus sibi competentibus , ad tradit per
*Tiraquell. in l. si vnquam in præfatione, num. 101. C. de
reuocat. Donat.*

Et ità vtraque parte informante fuit resolutum .

R E C A N A T E N. B O N O R V M.

Resoluta coram R. P. D. Buccabella die 14. *Martij* 1639.
extensa à R. P. D. Cerro 21. *Aprilis* 1640.

A R G V M E N T V M.

Ægidiana non intrat respectu Clerici, cui bona in Patri-
monium à Patre fuerunt donata lite pendente cum
Laico , dummodo Clericus fuerit ad causam admis-
sus ante sententiam .

S V M M A R I V M.

1 *Ægidiana non comprehendit Ecclesiasticos ex defectu
potestatis Cardinalis AEgidij illius conditoris in
temporalibus dumtaxat iurisdictionem habenti .*

2 *Appellatio à possessorio admittitur de iure Canonico.*

3 *Priuilegium competens Clerico prodest etiam litis cōsortibus propter indiuiduitatem, & connexitatem causæ, in quibus non concurrat qualitas Clericatus.*

4 *Bona assignata à patre filio Clerico ad titulum patrimonij tanquam Ecclesiastica gaudent priuilegio exemptionis.*

5 *Bona patrimonialia Clerici non subsunt Ægidianæ comprehendenti tantum bona laicalia.*

6 *Ægidiana ad hoc vt non sit locus sufficit, quod Clericus fuerit admissus ad causam ante sententiam.*

7 *Ægidiana an intret inspicitur tempus sententiæ non autem petitionis, ex quo Ægidius disposuit super appellatione, quæ datur à sententia, non autem super petitione.*

8 *Ægidiana non intrat quoties Clericus fuit citatus ante sententiam, & immissio fuit concessa super bonis à Clerico possessis, licet sententia lata fuerit principaliter contra laicum.*

9 *Donatio lite pendente facta dicitne in fraudem litis pendentia.*

10 *Pater donans filio bona controuersa, vt sacris ordinibus initietur non dicitur donore in fraudem litis pendentia.*

11 *Donatio facta à patre filio vt sacris ordinibus initietur, etiam facta de bonis controuersis, & lite pendente sustinetur.*

12 *Donatio vt sustineatur de bonis super quibus lis pendet, sat est adesse bonam fidem.*

DECIS. VI.

INtroducto Iudicio, *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* per Ludouicum Alemannum coram A. C. contra Petrum Antonium Mastruceium, possidentem bona subiecta afferto fideicommisso Theodoræ, Philippi, & Guidobaldi, de Alemannis, ad sui fauorem, vt ipse prætendebat, aperto; Petrus Antonius lite pendente donauit bona controuersa Francisco eius filio, iam antea effecto Clerico, vt ad Sacros Ordines promoueri possit, quo admisso ad Causam, cum lata fuerit Sententia ad fauorem Ludouici, appellatione commissa bo: mem: Buccabellæ cum clausula, *Constito, quod sit locus Ægidiana*, DD. ipso proponente negatiuè responderunt tàm ex capite Clericatus Francisci, quam ex qualitate bonorum.

1 Quo enim ad Clericatum, quia certum est Ægidianam non comprehendere Ecclesiasticos qualis est Franciscus ex defectu potestatis Cardinalis Ægidij illius conditoris in temporalibus dumtaxat Iurisdictionem habentis *cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit. vbi Canonistæ Communiter Hond. cons. 20. num. 5. & seq. lib. 1. Rota coram Card. Seraph. dec. 424. nu. 1. & in Romana Domus de Scappuccijs cor. R. D. meo Decano post Pacif. de salu. dec. 238. num. 1.* & in alijs passim.

2 Item cessante d. Constitutione seruanda est dispositio Iuris Canonici admittentis appellationem in possessorio, *cap. Cum ad sedem vbi gloss. in verbo Interdictum ad fin. de restit. Spol. coram Prat. quæst. cap. 23. nu. 8. vers. 1. concludo, Hond. vbi proximè nu. 3.*

Quod procedit etiam quoad Petrum Antonium Patrem Francisci Laicum, quia propter indiuiduita-
3 tem & connexitatem causæ Beneficium Appellationis competens Clerico prodest etiam litis consortibus in quibus non concurrat qualitas Clericatus, *l. si Communem, ff quemadmodum seruit. amittat l. si is qui duos ff. de liberat. legat. Surd. dec. 301. num. 9. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 2. num. 55. & seqq. Rota in Perusina Attutatorū 17. Aprilis 1614. cor. Eminentiss. D. Cardin. Pamphilio, & in Perusina fideicommissi de Garoffanis 22. Iunij 1636. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Quò verò ad qualitatem bonorum, quia cum ho-
4 die illa possideantur à Francisco assignata à Patre ad titulum patrimonij sicut tamquā Ecclesiastica gaudēt priuilegio exemptionis *Felin. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ num. 10. de Constit. Menoch. de recuperan. remed. 15.*
5 *num. 21. Grat. disc. for cap. 159. num. 27.*, Ita etiam nō subsunt Ægidianæ comprehendenti tantum bona laycalia *Rota dec. 32. num. 2. part. 1. rec.*

Idq; non obstante quod Instātia fuerit inchoata cōtra Petrum Antonium Laycum non autem contra
6 Franciscum Clericum, quia sufficit quod Clericus ante sententiam fuerit admissus ad causam, cum ad
7 hunc effectum inspiciatur tempus sententiæ, non autem petitionis ex quo Ægidius disponit super appellatione, quæ datur à sententia, non autem super petitione, *Rota Bonon. ad statut. dec. 138. num. 1.* quam refert & seq. *Rota Romana in Bononien. Fideicommissi de Manzolis coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est dec. 51. num. 15. par. 5. rec.*

8 Et licet sententia lata fuit principaliter contra Laycum, tamen cum Clericus fuerit citatus in illius prolatione, & Immissio fuerit concessa etiam super bonis à Clerico possessis negari non potest quin eidem sit præiudicialis canonizando Ius per eum non impugnatum, & ideò cessat d. Constitutio vt in terminis fuit decisum *in Vrbeuetana Successionis 25. Iunij 1635 coram bo. me. Motmanno.*

9 Nec visum fuit subsistere quod hæc Donatio diceretur facta in fraudem litis pendentiæ contra. *Text. in cap. 2. de Alienat. Iud. mut. caus. fact.*, quia vltra quod fraus non præsumitur, illa etiam excluditur ex quali-
10 tate causæ cum Pater filio donauerit d. bona vt Sacris ordinibus initiaretur iuxta rescriptum, *S. Concilij Trid. de reform. sess. 21. cap. 2.* Quæ causa tamquam le-
11 gitima, & necessaria tollit suspicionem fraudis, & substinet donationem etiam lite pendente factam, *l. Non solum §. si quis autem vbi Bart. ff. de alien. Iud. mutand. caus. fact. & benè Innoc. in cap. ex parte num. 1.*
12 *eod. tit.* Ad hunc enim effectum satis est adesse bonā fidem vt de donatione facta Clerico lite pendente tradit *Abb. in d. cap. Ex parte nnmer. 10. circa medium vers. si autem cessio fiat Clerico.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum reseruato tamen vt super Iustitia sententiæ particulariter videatur &c.

TAVRINEN. PRÆTENSI MATRIMONII.

Veneris 30. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Remedium l. diffamari C. de Ingen. & manumiss vindicat sibi locum etiam in causis matrimonialibus aduersus diffamātem contraxisse matrimonium cum aliquo.

SVMMARIVM.

1 *Remedium leg. diffamari habet locum etiam in causis matrimonialibus.*

2 *Terminus ad probandum iactationes bis præfixus sufficit ex dispositione leg. diffamari.*

3 *Ad remedium l. diffamari sufficit, si summariè probentur vexationes, & molestiæ extraiudiciales.*

4 *Diffamanti perpetuum silentium imponi debet, vbi concurrunt requisita l. diffamari.*

5 *Iactationes ad effectum, vt intret remedium l. diffamari satis probatæ dicuntur, oppositionibus, & iudicialibus contradictionibus.*

6 *Matrimonium requirit de essentia præsentiam Parochi, ac testium iuxta* disp. S. Conc Trid.

7 *Parochi ac testium præsentia requiritur in matrimonio ad euitandam clandestinitatem.*

8 *Fides Parochi probat veritatem matrimonij.*

9 *Parochus tenetur habere librum, ad hoc vt Ecclesiæ*

con-

conſtet de matrimonio.
10 *Coniuges tam de iure diuino, quam naturali tenētur inſimul cohabitare.*
11 *Vxor contracto matrimonio tenetur ſequi virum.*

DECISIO VII.

CVm Maria Sanduer Pariſien. iactaret Prauciſcum Carron Dominum S. Thomæ ſecum ſponſalia contraxiſſe cum ſucceſſiua Copula Carnali, proindeque ipſum teneri ad cantrahendum matrimonium. Cupiens Dominus S.Thomæ ab huiuſmodi iactationibus, & moleſtationibus liberari, conuenit Mariam coram Ordinario Taurinen. coram quo aſſignato illi termino 40.dierū ad probandum iactationeseoq; etiā prorogato ad alios 20.dies, & Maria non eligente Procuratorem Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopus deputauit Iacobum Tirticum Decanum Collegij Procuratorum cum preſentia, & interuentu Procuratoris Fiſci, ſed cum Maria comparuiſſet, & conſtituto Procuratore, illique nouo termino decem dierum præfixo nihil releuans deduxiſſet, lata fuit ſententia abſolutoria ad fauorem D. S.Thomæ cum impoſitione perpetui ſilentij, à qua interpoſita pet Mariam appellatione ad Reuerendiſſimum D. Nuncium, datisque coram eo poſitionibus, & habita illis reſponſione, multiſque alijs actibus hinc inde factis, & reiteratis, emanauit ſecunda ſententia confirmatoria primæ declarans de matrimonio non conſtare. Demumque cauſa per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitatum fuit an Domino S.Thomæ ſit danda abſolutio ab impetitis per Mariam & DD. affirmatiuè reſponderunt.

Nam cum fuerit actum remedio, *l. Diffamari C.de*
1 *ingen.& manumiſſ.* quod habet locum etiam in cauſis
matrimonialibus aduerſus diffamantem contraxiſſe
matrimonium cum aliquo, vt notant *Contard. od dictam l. in ampliat.nu.168.cum ſeq.Bald.conſ.230.num. 2.lib.3. Gabr.de Act.concl.6.num.10.& teſtatur de ſtylo Curiæ Marcheſ.de Commiſſ.iact.§.2.num.34.part.3. fol. 343.* & in prima Inſtantia nedū bis præfixus fuerit terminus ad probandum ſub comminatione per-
2 petui ſilentij, quod ſufficere iuxta diſpoſitionem dictæ legis tradunt, *Contard. ibidem in limit. num. 30. Gabr.d.Concl.6.num 21.& plures congeſti per Couarr. var.reſol. lib.1.num.2.*, Sed etiam Ter cum termino competenti menſium ferè quatuor immò poſtmodū in ſecunda Inſtantia coram Nuncio datæ fuerint aliæ dilationes, & cauſa agitata per ſpatium aliorum trium menſium Maria nihil probauerit, & vlterius probatæ fuerint moleſtiæ, & vexationes extraiudicia-
3 les, quas ad hunc effectum ſufficit ſummariè probare, *Bart. in l.Titia in fin.de accuſat. Alex.in l.ſi finita §. elegantèr num. 26.ff.de damn.infect.Gaill .pract.obſeru. lib.1.obſeru.10.num.7.& fuit dictum in Leodien. Canonicatus 10. Decembris 1624. coram R.P.D. meo Merlino.* Viſa ſunt concurrere omnia requiſita, ex quibus Dominus S. Thomæ diffamatus abſoluendus ſit à Iactationibus, & moleſtationibus ſibi illatis, &
4 Mariæ diffamanti perpetuum ſilentium imponendum ſit, vt firmatum latè fuit in *Florentina de Barbadoris 16. Decebris 1639. coram Reuerendiſſ.D.meo Decano.*

Non ſolum enim Maria verbalitèr ſe oppoſuit in Iudicio, ſed Iura ſua, poſitionibus ad hunc effectum datis, ac pluribus alijs comprobare conata fuit, ex
5 quibus oppoſitionibus, & Iudicialibus contradictionibus iactationes ad effectum de quo agitur ſatis probatæ remanent *Contard. in d.l.diffamari qu.6. num.47. Vant.de Nullit.ex defect.proceſſ.num.65. Couarr. var. reſolut.d.lib.1. cap.18.ſub num.2.in fin. Gaill.lib.1. obſeru.12.num.2. verſ.ſi verò diffamator Caſ.de Graſſ.deciſ.1.num.4 de Iudic. Rota in Rom. Proprietatis Vineæ 19. Decembris 1627. coram R.P.D. meo Dunozetto, & in d.Florentina de Barbadoris coram Reuerendiſſ. D.meo Decano.*

Eòque facilius DD. in hanc ſententiam iuerunt;
6 quia cum ageretur de matrimonio ad quod iuxta
diſpoſit. S.Concilij Trid. de eſſentia requiritur præſentia Parochi, ac Teſtium, cuius decretum eſt etiam
7 conforme diſpoſitioni Iuris Communis ad euitandam
clandeſtinitatem, *cap.prim.30.qu.55. cap. fin.de Clandeſt. deſponſat.*, eius probatio erat facillima cum ſa-
8 tisfeciſſet fides Parochi per quā probatur veritas matrimonij *Rota dec.340.num.2.part. 2.diuerſ.& in Rom. Matrimonij 22.Iunij 1611. coram R.P.D.meo Pirouano quæ eſt dec.337.inter impreſſ.poſt 2.vol.conſ.Farinac.& in Burgi S.Sepulchri beneficij 25. Maij 1626. coram R. P.D.meo Merlino quæ eſt dec.15.num.4. part.5. recent.*
9 Cum Parochus teneatur habere librum ad hoc vt Eccleſiæ conſtet de Matrim. *Sanchez.de matrim.lib. 7.diſput.11.num.22.*

Sed ceſſat omnis difficultas cum non ſolùm deficiat probatio aſſerti matrimonij, ſed penitus illud excludatur tam ex contradictione ipſius Mariæ, dùm in ſuis poſitionibus dixit ſuper aſſerto matrimonio litē fuiſſe motam coram Ordinario Pariſienſi, in cuius tamen Curia nullum Veſtigium litis motæ repertum fuit, vt conſtat ex atteſtatione Actuarij, & Cancellarij, quàm etiam ex ipſius confeſſione, dùm fatetur poſt contractum matrimonium, illudque carnali Copula conſumatum Dominum S. Thomæ frequentaſſe Domum ſuam, ſecumque vti amantem egiſſe, quę tamen repugnant legibus matrimonialibus ſecundum quas coniuges maritali affectione tractant ad inuicem,
10 & tàm de Iure diuino quam naturali tenentur inſi-
mul cohabitare, *cap.1. & 2.de Coniug. leproſ. & late probat Sanchez. vbi ſupr.lib.9.diſp 4. nu. 1.& ſeqq.* Imò quod plus eſt fatetur Conſanguineos, & Paiētes porrexiſſe quærelam contra eundem Dominum Sancti Thomæ de ſui raptu, quod fortius probat matrimonium non fuiſſe contractum, cum alias illo contra-
11 cto Mulier teneatur ſequi virum vt tradit idem *Sanchez.lib.1. diſput.41.num.1.& ſeqq.*

Et ita informante tantum Domino S. Thomæ reſolutum, &c.

ROMANA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

Veneris 18. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Legitimæ Supplementum an poſſit petere hæres Filiæ quæ acceptauit teſtamentum, in qua fuit inſtituta hæres cum alia ſorore cum reciproco fideicōmiſſo abſque nulla detractione; Hæreditas vnius poteſt diuerſo iure Cenſeri, & conſideratur ac ſi eſſent plures hęreditates, quando bona ſunt in diuerſis Territorijs ſita, ibique adſint diuerſa ſtatuta: Statutum non comprehændit forenſes, & quid requiratur adhoc quod incola poſſit gaudere beneficio ſtatuti?

SVMMARIVM.

1 *Legitimo ſtatim mortuo patre debetur filijs amplia deberi ſtatim hæredibus filij, num. 2.*
2 *Actio petendi legitimam, & ſupplementum tranſit ad quoſcumque hæredes.*
3 *Teſtamentum acceptatum non poteſt amplius impugnari.*
4 *Fideicommiſſum reciprocum inter filios non impedit integræ legitimæ detractionem.*
5 *Legitima non poteſt à patre prohiberi.*
Verba in teſtamento prolata quando poſſunt ad plura referri non ſunt referenda ad id de quo teſtator diſponere non valet, num.5.6.
7 *Approbatio de ſui natura non extendit diſpoſitionem*

approbatam, & per consequens non operatur quod verba generalia testatoris trahantur ad supplementum legitimæ, numer. 8.

9 Legitima non recipit onus, & grauamen, & nu.14.

10 Legitima, & supplemento non censetur renunciatum ex approbatione testamenti in qua prohibito sint.

Ea ratione, quia indiuidua, & specifica renunciatio requiritur, & num. 11.& 16.

Amplia etiam si filius in acceptatione nullum sibi ius reseruasset, num. 12.

Ea ratione quia hæres adeundo in tantum se obligat quatenus lex disponit, nu. 13.& 14.

15 Decisio Tiburtina hæreditatis coram R.P.D. Verospio declaratur.

16 Statutum Vrbis lib.1.cap.141. declaratur, num.17. 18. & 19.

20 Statutum fauore agnationis non habet locum instituta causa pia, quæ qualitatem statuti non habet.

21 Bona non subiecta iurisdictioni statuentium non ligantur statuto.

22 Merenda Contr.lib.11. cap.45.reprobatur.

23 Hæreditas cuiuscumque hominis singulari numero in Iure semper enunciatur.

Intellige si bona sint in eodem territorio, vel etiam in diuerso, vbi de Iure Communi succedi debent, numer.23. & num.24.

24 Secus e contra quando bona sunt in diuersis territorijs sita, & vbique adsunt diuersa statuta, quia tunc hæreditas vnius multiplex censetur.

25 Hæreditas est ius intellectuale, ac persona imaginaria defunctum representans.

26 Iurisdictio statuentium limitatur à finibus Territorij.

27 Ius Commune statuentium seruatur quoad bona extra statutum sita.

28 Hæreditas vnius hominis quando plures hæreditates censeantur, & num.29.

30 Militibus specialiter indultum est quod eorum voluntas prout scripta est seruetur.

31 Text.in l.si certarum ff.de testam.milit. declaratur num.32.& 33.

34 Patrimonium vnius licet diuidatur ad effectum succedendi non tamen inducitur distractio obligationis soluendi æris alieni.

35 Nec tollitur creditoribus ius eligendi vnã rem ex pluribus hypothecatis, num.34.

36 Hæreditas non potest pro parte adiri, & pro parte repudiari.

37 Quod est verum quando hæres censetur vnus homo, & vnica eius hæreditas, secus e contra, quando plures censantur hæreditates, nu.36.& 37.

38 Partes vnius rei dicuntur quæ simul iunctæ constituũt vnum totum.

39 Ius accrescendi non habet locum inter hæredes vnius, quando plures iudicantur hæreditates, secus e contra num.seq.

41 Edictum successorium non habet locum primis hæredibus hæreditatem capientibus, quod fallit, quando hæres habetur loco plurium hæredum, quia diuersæ censetur hæreditates nu.42.

43 Statutum vt intret requiritur subiectio personæ, & bonorum.

44 Statuentium voluntas præsumitur fuisse prospiciendi ciuibus non exteris, & nu.seq.

45 Statuta disponentia, quod fœminæ sint dote contentæ dicuntur condita ad hoc, vt agnationes, & familiæ diuites conseruentur.

46 Statuta esclusiua fœminarum non habent locum respectu forensium, & si bona sint in territorio Statuti.

47 Incola ex diuturna in Vrbe habitatione gaudet statutorum beneficio, sed debet esse decennalis, & continua animo contrahendi incolatum, n. 48.49.

48 Fides non facit facit fidem.

50 Ciuis Romanus aliquis factus; ex priuilegio gaudet beneficio statuti.

51 Quod est verum si in eo concurrunt, & habitatio, & onerum substentatio.

52 Ciuilitas ad effectum gaudendi statutis requiritur de tempore delatæ, & aditæ hæreditatis, nec superueniens releuat.

53 Ciuilitas superueniens non potest retractare effectus, iam consumatos nu.54.

55 Substitutus cũ conditione si sine filijs non dicitur proprie vocatus, sed habet spem incertam, quæ ante conditionis euentum idem est, ac si non esset in rerum natura.

56 Substitutus sub conditione si sine filijs non potest impedire filiæ detractionem legitimæ saltem cum cautione restituendi, & nu.57.

58 Substitutus dicitur hæres testatoris etiam ad effectum vt intret dispositio statuti.

59 Intellige adueniente casu substitutionis, & post purificatam conditionem.

DECISIO VIII.

Riccardus Rottignus in eius Testamento prælegatis Annæ, & Mariæ filiabus, scutis decem millibus cuilibet ipsarum in dotem traditis, quæ in legitimã omni meliori modo imputari mandauit, easdem vniuersales hæredes instituit cum reciproca substitutione in omnibus, & per omnia, absque vlla detractione, & ambobus sine filijs decedentibus, substituit immediatè Ioannem Mariam ex fratre Nepotem, & illius filios, similitèr absque detractione aliqua, vt supra: aliam verò medietatem reliquit pro nubendis tot puellis pauperibus Patriæ suæ.

Defuncto Testatore, & mortua sine filijs Maria, instituto hærede Alexãdeo Cherubino viro, cum is prætenderet scuta decem millia Vxori prælegata esse minus legitima, ideoque supplementum sibi deberi per Annam: Causa in Rota commissa, & dubio super huiusmodi supplemento pluries proposito, & nõ resoluto, tandem hodie Domini responderunt illud deberi.

1 Quemadmodum enim Maria mortuo Patre, statim
agere potuisset ad supplementum, l.omnimodò,& leg.
scimus, vbi notant omnes, C.de inoffic. Testam. Gomes.
var.resolut.tom.1.cap.11.nu.23. Vasq. de success. creat.
lib.3.§.3.num.79. Cras.in §.legitima,qu.32. nu.3. vers.
sed contrariam, & alij relati per Mangil. de imput.qu.49
sub nu.12.& seqq. & Merlin.de legitim.lib.3.tit.3.qu.1.
num.1. & Rota post eum decis.85. num. 1. Ita etiam facere
potest Alexander illius hæres, quia cum repletio
legitimæ fiat ipso iure,& purè ideoque pro dicto supplemento,
illicò competat conditio ex lege. ista actio
2 ad quemcumque hæredem transit, sicut transeunt cęteræ
omnes actiones, Saliect. in l. scimus, nu. 4. vers. in
casu, & ibidem Ias.num.2. vers.tamen, C.de inoffic. Testament.
Angel. cons.287. num.3. vers.quinto præmitto,
Alex.cons.150. num.8. lib.2. & cons.188. num.1. lib.6.
Dec.cons.81.num.1. & cons.217. nu.4. Corn. cons.116.
à num. 21. vers.tamen his non obstantibus, vsque ad fin.
lib.2. Ruin.cons.107.num.12. lib.3. Boer. dec.150.vers.
Per quod resoluitur, plenè Mantic.de coniect.vltim.vol.
lib.7.tit.8.num.10. vers. Immo hoc supplementum Merlin.
vbi supra lib.5. tit.3. qu.7. num.1.vers. Contrariam
tamen Rota dec.668.num.1.part.1.diuers.& coram Reuerendiss.
Vrgellen. dec.76.num.55.

Neque visum fuit subsistere obiectum, quod cum
in Testamento Riccardi acceptato à Maria sit prohi-
3 bita petitio supplementi, non possit amplius ex eius
persona impugnari Testamentum nec consequenter

agi

agi ad supplementum à Testatore prohibitum ex Ro-
ta in Tiburtina hereditatis 13.Febr.1638.coram R.P.
D.meo Verospio quæ est dec.113. post Fenzon.ad statut.
Vrb. fuit enim responsum, quod in Testamento nulli-
bi expresse legitur facta prohibitio d supplementi,
nec etiam inducta prætendi potest tacitè ex dispositis
in eo. Non enim censeri potest prohibita petitio sup-
plementi ex qualitate fideicommissi reciproci inter
4 Annam, & Mariam. Quoniam fideicommissum re-
ciprocum secundum veriorem & communiorem non
impedit integrè legitimæ detractionē, gloss.in l.si Pa-
ter puella in verbo poterit ibiq; etiam Bart. Salic.Castr.
& I as qui testantur de communi, & quod ita obseruat
consuetudo C.de Inoff. testam.& plenè discutit Roderic.
Suarez.in l.Quoniam in prioribus num.5.& seqq.C.eod.
tit.Ripa in l.qui Romæ §.duo fratres num.42.ff.de verb.
oblig.Dec.cons.456.numer.3.vers. Non obstat Hondcd.
cons.42.num.23. lib.2. Cran.in d. §. legitima quæst.39.
num.5. & num.19. vers.sed tamen cum alijs relatis per
Fusar de substit.quæst.296.num.23.qui sub nu.25. vers.
Ego sentio, dicit ita vidisse semper seruari in praxi,nec
ab hac sententia in consulendo & iudicando recedē-
dum esse, & cons.23.num.4 quam opinionem sequitur
etiam Rota dec.488.num.8.part.1.diuers.& in alijs.

Nec minus prohibitio induci potest ex illis verbis
vna succeda all'altra in tutto,e per tutto senza detrat-
tione alcuna, quia cum non fiat mentio de legitima,
5 dicta verba quæ possunt intelligi de alijs detractioni-
bus non compræhendunt legitimam, quam Pater
6 prohibere non potest, sed solum ad ea referuntur de
quibus disponere valet, Peregr.de fideic.art.36.nu.83.
vers.sed horum opinio. & Fusar. vbi sup. d.quæst.296.
num. 40. Ideóque cum Testator non prohibuerit pe-
titionem supplementi legitimæ, Maria sibi non præ-
7 iudicauit approbando Testamentum, quia approba-
tio de sui natura non extendit dispositionem appro-
batam l. Aurelius §. Testamento vbi Bart. ff.de liber. le-
8 gat.,& consequenter non operatur quod verba gene-
ralia Testatoris trahantur ad supplementum legitimę
Peregr.d.art. 36.nu.81.in fine vers. ratio est, Fusar.ead.
qu.240.nu.93.Mart.de Successs.legal.part.4.qu.23 ar.8.
num.11.& 12.

Et nihilominus etiam si petitio supplementi fuis-
set expressè prohibita, non tamen Alexander exclu-
deretur ab illius petitione ex eo solum quod Maria
9 adeundo dicatur Testamentum Patris approbasse,
quia cum hodiè de legitima reijciatur omne onus, &
grauamen, l.omnimodò, & l.quoniam in prioribus C.de
Inoff testam. non præiudicat simplex agnitio hæredi-
10 tatis, sed requiritur specifica, & indiuidua renuncia-
tio, vt ad legitimam vel supplementum illius agi non
possit, vt est Text. expressus in l.si quando §.Et gene-
raliter vbi notant omnes C.de Inoff.testam.& latè Sua-
rez.in d.l.quoniam in prioribus ampliat 9.per tot. Ruin.
cons.56.nu.8.& cons.57.nu.3.lib.2.Cephal. cons.95.n.7.
& seqq.lib.1. cum alijs per Mantic.de coniect. vltim.vo-
lunt.lib.7.tit.8.num.10.& lib.10.tit.2.nu.19.Merlin.de
legitim.lib.3.tit.3.quæst.3.nu.2.& seqq. Mart.vbi supr.
d.art.8.nu.10.& seq.vbi nu.13. dicit, quod acceptatio
testamenti resultans ex aditione non potest importa-
re aliud quam renunciationem tacitam, sed legitimæ
11 nunquam intelligitur renunciatum nisi per verba ex-
pressa specifica, & indiuidua, iuribus supracitatis, &
latissimè, Ioseph Ludouic.dec. Lucen.28.nu.18.

Quod procedit etiamsi filius in acceptatione Ius
12 aliquod sibi non reseruauit, quia non requiritur ali-
qua protestatio, dum filius scit Ius suum esse Saluum,
& Patrem non posse prohibere detractionem legiti-
mæ, & illius supplementum, Suarez.in d.l. Quoniam
in prioribus ead.ampliat.9.sub nu.3. Io. Amic. cons.58.
nu.3.Soccin.sen.cons.1.à num.1. vsque ad 5.lib.4. Alex.
cons.69.nu.3.lib.1.Bero.cons.136.nu.16. lib.2. Guidop.
dec.93.num.1.cum ibi addit.Mantic. vbi sup.lib.7.tit.8.
num.10.in fin.Merlin.d.qu.3. nu.4. Et ratio adducitur
notabiliter per Bald.cons.184.sub num.2. Vers.respon-
13 dit Testator, & sub num.4.lib.5. quia hæres adeundo
non videtur consentire se teneri, nisi quatenus lex dis-
ponit, cum ea lege videatur adire, & non aliàs Pe-
regr.de fideic.d.ar.36.num.36.Fusar. vbi sup.d.qu.296.
num.37.Mart.de successs.legal.par.3.art.2.nu.8. Ac pro-
indè cum lex ipso Iure, & statim à legitima resecet
omne grauamen, non est opus, quod filius prouideat
14 protestando, dum lex satis pro eo prouidit, Suar.in
d.l.Quoniam in prioribus ampliat.10.n.1.& 8.vers.Ex
prædict.de successs.creat.lib.1.§.10.in repet.d.l.Quoniam
in prioribus ampliat.22.nu.154.vbi dicit quod est vera
& communis opinio Bursatt.pariter de communi at-
testans cons.245.num.19.vers. Respondetur libr.3. Go-
mez.var.resol.lib.1.cap.11.de successs. contra Testam.nu.
25.vers.Item etiam extendo,& istam opinionem perpetuo
tenuit Rota, vt apud Greg.dec.489.num.20.vers.Neq;
tandem cum duobus seqq.& ibi Add.nu.27.& in rec.dec.
200.nu.5.& dec.206.num.6. dec.449. num.3.& seqq.&
dec.653.num.9.part.1.& coram Reuerendiss. Vrgellen.
dec.148.num.33.& coram R.P.D.meo Dunoz.dec.342.
num.9.part5.rec.& in alijs per Add.ad bo.mem: Buratt.
dec.922.num.11.

Et ex his patet non applicari decisionem Tibur-
15 tinam hereditatis coram R. P. D. meo Verospio, quia
ibi agebatur de dote voluntaria relicta à Patre filiæ,
quam instituere non cogebatur extantibus masculis
ex Statuto Vrbis, ac propterea dùm acceptauit lega-
tum Patris voluntarium, illud amplius impugnare
non poterat, sed in legitima quam Pater necessariò,
& absque vllo grauamine relinquere tenetur, non
præiudicat simplex Agnitio relicti, seù approbatio
16 testamenti cum legitimæ numquam censeatur renū-
ciatum nisi per expressam, & indiuiduam renuncia-
tionem vt dictum est, & hos casus benè distinguit,
Castr.allegatus in eadem dec.Tiburtina cons.266.n.2.
vers Nec quicquam videtur lib.1. cons.73. quod est du-
plicatum cod.lib.1.cons.73.

Nec placuerunt DD.aliæ duæ Annæ obiectiones,
17 prima nempè quod cum ipsa sit hæres, & Agnata,
obstet Alexandro Statutum Vrbis lib. 1. cap.141. dis-
ponens quod filiæ fœminæ sint contentæ dotibus
quas Pater illis reliquit in testamento, nec occasione
falcidiæ seu debiti de Iure naturæ possint aliquid pe-
tere ab hæredibus Patris de agnatione, etiam Trans-
uersali. Altera verò quod cum vtraque filia de-
cedente sine filijs fuerit pro medietate substituta cau-
sa Pia, & pro alia medietate Ioannes Maria ex fratre
Nepos, & sic masculus de agnatione à quo idem
18 Statutum prohibet peti supplementum, huiusmodi
substitutio sufficere videatur ad exclusionem supple-
menti vt tenuit, Rota in Romana de Taglicttis 25. Iu-
nij 1635.coram Reuerendiss.D.meo Coccino Decano im-
pressa post Fenzon.ad statut.Vrbis dec.97. vers.circa se-
cundam inspectionem.

Nam prima tollitur, quia dum statutum disponit,
quod filiæ fœminæ paterno testamento acquiescant
19 nec aliquid petant ab hæredibus Patris de agnatione
intelligitur de hæredibus masculis per quos conserua-
tur agnatio, non autem de fœminis, in quibus finitur
Gabr.cons.10 num.8. vers.In hoc statutum, & num.10.
vers. Et consequenter & 12. sub vers. minus refert, &
15.& cons.11.nu.1.vers.Sed asserimus, & cons.135.nu.
19.lib. 2.Crauett.cons.180.nu.1.Cephal.cons.511.n.27.
Brun.ad statut. quod stantibus masculis art.12. nu.204.
Rota dec.232.nu.1.& 7.& per tot.part.1.& decis.425.
nu.1.

nu.1.part.4.diuers.& in rec.dec.770.n.4.& 5.par.2.
Secunda verò non releuat, non solum quatenùs
causa Pia pro medietate est substituta, quia cum sta-
tutum emanauerit dumtaxat fauore Agnationis vt
fuit dictum, & causa Pia non possit dici de agnatio-
ne statutum sibi suffragari non potest tamquam non
20 habenti qualitatem à statuto requisitam vt firmauit,
Rota coram bo:me: Card:Sacrat. post Merlin.de legitim.
decis.64.nu.7.vers. Quoad testamentum, & dec.65. n.6.
quę habentur in 3.par.rec. in ord.dec.518 & dec.538. Et
referuntur in his terminis per Fenzon.in annot: ad idem
statut. sub num. 32. & per Rub. singular. Rota tom. 2
part.6. num.14.
Sed etiam quatenus in alia medietate est substitu-
tus Io:Maria masculus de Agnatione quia cum Te-
stator duplicis generis bona reliquerit, alia sita in A-
gro Romano, alia in Territorio Bergomensi, ista
tamquam non subiecta Iurisdictioni statuen., statuto
21 Vrbis non ligantur iuxta veriorem, & receptiorem
opinionem, quam Rota semper approbauit sequen-
do, *Bart.in l. Cunctos Populos C. de summ. Trinit. &*
fid.Cathol.& alios, quos,& illorum rationes, & fun-
damenta recensere non est opus, cum omnia non mi-
nus plenè, & loculentèr, quam doctè deducta & dis-
cussa fuerint in *Narnien.successionis 22.May 1628.co-*
ram R.P.D.meo Merlino, quæ est dec.177. p.5. rec.
Cuius decisionis solida fundamenta dictum fuit
non subuerti ex ijs, quæ subtilitèr nuper in contrariũ
22 deduxit, *Anton. Merend:in suis contr. lib.11. cap.45.*
Primum enim quod si statutum non extenderetur ad
bona extra Territorium inducerentur plures eiusdem
hominis hæreditates, quod etiam firmatur in *d.decis.*
D.mei Merlini num.35., ipse tamen id negat fieri pos-
se ea ratione quod hæreditas cuiusque hominis, hoc
23 est illa persona ficta, quæ defunctum repræsentat
semper in Iure nostro singulari numero enuncietur,
vt in *l.hereditas in multis 61.ff.de acqu.rer.dom.& l.1.*
§.scæuola ff.si quis lib.in test.Ius. esse fuer. Tollitur quia
hoc procedere posset quando bona essent sub vno, &
eodem Territorio, vel vbi existerent in diuersis, in
34 ijs tamèn succederetur de Iure Communi, quod vbi-
que seruatur *l.3.C.de leg.cap.1.de Constit.* Tunc enim
benè procedit quod hæreditas cuiusq; hominis: quæ
nihil aliud est quam Ius quoddam intellectuale, &
25 quædam veluti persona Imaginaria à Iure formata
defunctum rappresentans vt notant, *Bart.Alex. Ias.&*
aly in rubr.ff.de acqu.hered.Vasqu.de success. creat. lib.
1.§.1.vers.quoad quartum num.9.post Princ. sit dumta-
xat vnica,sicuti Ius producens d.personam est vnum,
& idem in omnibus locis. At si diuersum sit,& mul-
tiplex,vt euenit quando bona existunt in diuersis Ter-
ritorijs, quorum quodlibet regitur diuersis legibus,
& statutis, & succedere volens se fundat in aliqua
26 consuetudine locali, vel statuto, quod circumscribi-
tur à finibus Territorij, intra quos Iurisdictio statu-
entium realiter limitatur, *l. duum virum C. de decur.*
lib,10. Et consequenter extendi non potest ad bona
27 alibi sita, sed seruatur Ius Commune secundum do-
ctrinam omnium in *l. Cunctos Populos C. de Summ.*
Trinit.& fid.Catholic. Et isto casu cum defunctus non
possit repræsentari vbique vniformiter ab vno Iure,
28 sed diuersimodè, & sub contrarijs qualitatibus, pro-
ut diuersa sunt Iura locorum in quibus habet bona,
quod Ius nostrum non patitur in eodem homine, *Soc-*
cin.in l.si mihi, & tibi num.4. post med. vers. Et tamen
hic non admittitur per de leg.1. Cagnol.in l.Ius nostrum
sub num.4.ff.de reg.Iur. Ideò lex fingit defunctum es-
se diuersum, ac multiplicem hominem, alium scili-
cèt in loco statuti, & alium extra Territorium, & re-
præsentatio quæ inducitur à Iure cuiuslibet loci, cen-
setur hæreditas illius hominis quem in eo loco de-
functus representat, & sic plures, & diuersæ quasi di-
uersorum hominum producuntur hæreditates, *Ruin.*
cons.48.nu.2.lib.3. Roland.cons.80. num.37. vers. Nec
obstat, & tribus num.seqq.lib.4.Soccin.cons.288 sub n.
1.& cons.292.vers.Sed præmissis non obstantibus lib.2.
Gozad.cons.49.nu.8.vers. secundo istam opinionem Pa-
ris.cons.84.num.42.in fin.& num.seq.lib.1.Cephal.cons.
309.num.46.Aldobr.cons.cons.2.nu.13.& 14 lib.1.Me-
noch cons.1021.sub num.8. vbi num.10. refert 56. Do-
ctores hanc sententiam firmantes, & benè explicat
Surd.cons.553.num.16.Gail. pract.obseru. lib.2. obseru.
124.num.14.Albert.Brun,ad stat. quod stantibus mas-
culis art.8.nu.123.& 124.Mart.de success.legal.part.1.
quæst.13.art.12.num.19. & seqq. Bellon. de Iur.accr.
cap 6.quæst.52. nu.2.
30 Nec subsistere videtur quod hoc fuerit inductum
fauore Militum tantum, in *l.si certarum, ff.de Testam.*
Milit. quibus specialitèr indultum est, quod eorum
voluntas, prout scripta est, obseruetur *l.1. ff. eod. tit.*
Ac proindè non posse extendi ad Paganum, *l.ius sin-*
gulare, & l.quod verò, ff.de leg. Quia inconueniens nõ
videtur, quod prout Ius commune id statuit in milite,
vbi distinxit patrimonia, vt in dicta *l.si certarum*; Idẽ
ex causa de Iure municipali statuatur in Pagano, quã-
31 do contingit illum habere diuersa Patrimonia in di-
uersis Territorijs, quæ diuerso iure in diuersis Terri-
torijs vigente censeri debeant. Nam dato vno specia-
li, scilicèt, quod Paganus plura habeat patrimonia,
resultat aliud, quod ipse possit habere plures hæredi-
tates, ex trad.per *Corn cons 202.nu.10. post med. vers.*
nec obstat illa ratio,lib.2. & cons. 85. num.8.& 9. lib.3.
Vbi ex mente Baldi dicit, quod si quis habet bona
in diuersis Territorijs in quibus sunt diuersa iura in
successione testamentaria, vel ab intestato æquipara-
tur Militi testanti in diuersis Patrimonijs, Statutum
32 enim sicut lex facere potest, quod aliquis plures ha-
beat hæreditates, *Alex.& aly in l.moribus, ff. de vulg.*
& pupill.Dec.in l.Ius nostrum,num.12.ff.de Regul. Iur.
Brun.ad dictum Statutum,art.8. num.125. Vasqu. de
success.tom.2.lib.2. §.13.par.1. num.13.
Minusque vrgere videtur, quod admissa hac distin-
33 ctione hæreditatum, necessariò sequetur distinctio
obligationis soluendi æs alienum, iuxta *Text. in dicta*
l.si certarum, quia illa cessat in casu nostro cum non
militet eadem ratio. Nam distinctio obligationis sol-
uendi æs alienum, in dicta *l.si certarum*, non induci-
tur ex eo, quia Patrimonium diuidatur post mortem
in plures hæreditates, sed ex alia diuersa ratione,
nempè quia à principio de tempore creatæ actionis,
& contracti æris alieni patrimonia erant diuisa, & di-
stincta. Ideoque Creditores ex causa vnius patrimo-
nij non possunt conuenire hæredem alterius patrimo-
nij. vt firmant DD. mox alegandi, & simile habetur
in *leg.hinc quæritur, §.potest, ff.de pecul.* vbi seruus cui
adiuersis personis concessum erat duplex peculium, si
contraxit ex causa dictorum peculiorum diuersarum
personarum, illi qui sunt creditores ex causa vnius pe-
culij agere primò debeant contra Dominum, & pos-
sessorem illius peculij, & sic à principio peculia erant
diuisa, & respiciebant diuersos Dominos, quæ ratio
cessat in Pagano, nam Paganus viuens non potest ha-
bere plura patrimonia, licet possit habere res existen-
tes in diuersis Territorijs, sed omnes res faciunt vnũ
patrimonium, *l.Iuris peritos, §.cum oriundus, ff.de ex-*
cusat.Tut. licèt ergò post mortem scindatur patrimo-
nium ex forma Statuti ad effectum successionis, non
34 tamen inducitur distinctio obligationis soluendi æris
alieni. Quia cum æs alienum de tempore quo con-
tractum fuit, non potuerit respicere partem patri-
monij

nij, nec facultates certi loci, sed vniuersum patrimonium pro indiniso respiciat, *l. si fideic. §. tract. ff. de Ind. l. 1. §. si hæres ff. ad Trebell. Imol. cons. 35. n. 25.* Diuisio, quę ex post sequitur non inducit distinctionē obligationis defuncti, quia hæc ex qualitate hæredum nō immutatur, *l. 2. §. Ex his vbi DD. ff. de verb. oblig.*
35 nec potest tollere Ius quod habent Creditores conueniendi debitorem in quocumque foro velint, & eligendi in qua re velint satisfieri ex pluribus sibi hypothæcatis, vt per *Imol. in l. Ex facto la 2. nu. fin. ff. de hæred. Instit. & in d. cons. 35.* Cuius doctrinam approbauit, *Rota dec. 565. sub nu. 5. part. 3. rec.* Et ita declarando *d. l. si certarum, & d. l. hinc quæritur §. potest* respondent *Castr. in eod. §. potest nu. 3. Iacob. à S. Georgio in Tract. de Roydis sen operis num. 18. in fine vers. Nec etiam probatur, & num. seqq. vers. arguit 1. Alex. cons. 31. num. 8. & 9. lib. 1. Tiraq. de Iur. primog. qu. 32. num. 27. Costa de port. rat. cap. 24. nunq.*

Indeque videntur corruere cætera omnia, nempe quod posset contingere vt ex his hæreditatibus altera
36 adeatur, & altera dimittatur, vt sic defunctum posse partim habere hæredem, partim sine hærede existere contra *Text. in princ. Auth. de Iur. Iur. à mor. præst.* Quia hęc vigerent, quando defunctus consideraretur
37 tāquam vnus homo, & vnica censeretur hæreditas, nā pro parte hæredem habere, & pro parte sine hærede existere supponit vnitatem, & identitatem personæ, & hæreditatis, vt notantur *in l. Ius nostrum ibi eūdem ff. de regul. Iur.* Partes enim dicuntur eiusdem
38 rei, quæ scilicet vnitæ, & simul iunctæ constituunt vnū totum ex alleg. per *Bellon. de Iur. accresc. c. 1. qu. 1. nu. 22.* Quæ vnitas, & identitas cessat in casu nostro tàm respectu personæ, quam hæreditatis, quia licet defunctus re vera sit vnus, & idem homo, & succedatur in eius hæreditate, quæ in effectu vna est tamen Iuris fictione petinde habetur ac si plures essent homines, & hæreditates diuersæ, vt fuit supra probatum, & bene *Bald. in l. 1. num. 2. C. de testam. milit.* Et propterea quamuis altera ex his hæreditatibus dimittatur non potest dici eundem partim cum hærede partim sine hærede decessisse, dūm defunctus non iudicatur idem vnus, & idem homo in dd. hæreditati-
39 bus. Quod efficacius probatur ex eo, quod Ius accrescendi non habet locum inter hæredes dictarum hæreditatum, quia censentur vocati ad diuersas hæreditates diuersorum hominum *Bald. in l. 1. n. 9. in fin. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. & in l. si arrogator nu. 26. ff. de adopt. Natta cons. 514. num. 16. lib. 3. Menoch. cons. 1021. nu. 6. in fin. vers. Nec dicatur Surd. cons. 553. num. 14. in princ. Brun. ad statut. quod stantibus masculis art. 8. nu. 21. Tiraq. de Iur. primog. quæst. 46. num. 27.* Quod secus esset si hæreditas censeretur vna, & eius-
40 dem hominis, tunc enim intraret Ius accrescendi, & portio repudiata accresceret portioni agnitæ, ne vnus, & idem homo partim cum hærede partim sine hærede existeret, vt notant DD. in *d. l. Ius nostrum ff. de regul. Iur. & multas cumulat Bellon. vbi sup. cap. 7. quæst. 35. nu. 1. & tribus seqq.*

Ex hac ratione diluitur etiam illud, quod hæredibus primi gradus repudiantibus alteram ex d. hæreditatibus, esset locus successorio edicto, etiamsi al-
41 teram retinerent, cum tamen successorio edicto locus esse non possit primis hæredibus hæreditatem capientibus, *l. final. ff. de success. Edict.* Quia cum præsenti hæredes non habeantur loco Cohæredum, sed cen-
42 seantur vt separati hętedes diuersarum hęreditatum, nihil interest quod hæredes vnius hæreditatis suam retineant hæreditatem, quia hoc non impedit quominus fiat locus successorio Edicto, respectu alterius hęreditati repudiatæ penitus diuersæ cessante inter dd. hæredes Iure accrescendi vt fuit dictum.

Quo verò ad bona in Territorio Romano existentia, cum masculus excludere volens sit forensis, &
43 sic deficiat subiectio personæ quæ copulatiue requiritur cum subiectione rerum, iuxta Theoricam, quam pluribus relatis firmauit *Rot. in Fauentina Doti seu successionis 21. Febr. 1638. coram R. P. D. meo Dunoz.* Cessat dispositio statuti ex defectu voluntatis sta-
44 tuentium, qui Ciuibus suis dumtaxat non autem exteris prospicere voluisse præsumuntur, tam ratione naturalis æquitatis, vt qui onera non subeunt, nec etiam beneficio gaudeant statutorum *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 9. num. 2. cum alijs per Alderan. Mascard. de general. statutor interpret. concl. 6. nn. 74. & 75. Mart. de success. legal part. 3. quæst. 15. artic. 3. num. 1. & seqq.* Quam ratione publicæ vtilitatis vt Agnationes, & fa-
45 miliæ diuites conseruentur ad quem effectum huiusmodi statuta fuerunt condita, *Bald. in l. Cunctos populos n. 9. C. de summ. Trin. & fid. Cath. Laderch. cons. 74. n. 28. ver. 3. quia Ceph. cons. 53. n. 76. & 77. Brun. ad stat. ar. 3. n. 7. vsq. ad 13. Ciriac. contr. 137. n. 15.* quę ratio cessat in forensibus, parum enim interest statuentium Romanorum familias exterorum conseruari, *Rota dec. 177. part. 5. rec.* Immò militat contraria ratio, quoniam forenses amore Patriæ vt plurimum vendunt bona, & redeunt ad proprios lares, vt in proposito considerat, *Soccin. sen. cons. 128. sub num. 5. lib. 4.* Vndè potius supplantaretur statuentium intentio, quia vice conseruandi in familijs, & Ciuitate diuitias, & opulentiam, illæ depauperarentur, & exteri ditescerent ex quibus communiter itū est in sententiam, quod huiusmodi statuta exclusiua fœminarum. licet in Terri-
46 torio statuentium sint bona, non tamen intrent respectu forensium *Bald. cons. 460. num. 2. lib. 1. Alex. cons. 44. num. 10. lib. 5. & cons. 41. num. 2. & per tot. lib. 7. Paris. cons. 12. num. 15. & seqq. lib. 3. Ruin. cons. 48. nu. 4. lib. 3. Soccin sen. cons. 128. num. 4. & seq. lib. 4. & Soccin. Iun. cons. 49. num. 2. & seq. & cons. 80. num. 4. & plurib. seqq. lib. 4. Flam. Rub. cons. 2. per tot. lib. 1. Peregr. cons. 90. num 13. lib. 1. & dec. Patau. 117. num. 3. Fachin. cons. 9. num. 18. & seqq. lib. 1. Hond. cons. 5. num. 16. & cons. 11 per tot. lib. 1. Menoch. cons. 890 num. 2. & seqq. Valenz. cons. 55. num. 24. post med. & seqq. Maresc. d. cap. 9. n. 1. & seq. Roland. de lucr. dot. quæst. 36. num. 12. Brun. ad d. statut. art. 6. num. 5. vers. Ant. verb. statutum Grat. discept. for. cap 441. num. 26. Marta d. quæ. 15. num. 3. per tot.* quam opinionem perpetuò amplexa est etiam, *Rota dec. 295. num. 5 part. 1. & dec. 413. nu. 1. part. 4. diuers. & in Perusina Bonorum de Balchonibus 8. & 13. Iunij 1590. coram Comitulo, & in Perusina successionis coram bo: me: Cardin. Verospio impressis penès Gilian ad statut. Perusiu decis. 7. & 47. & coram san. mem. Gregor: XV. decis. 255. num. 2. & ibi add. num. 8. & decis. 279. num. 25. & latissimè coram bo: me: Buratt. dec. 188 nu. 4.* vbi dicit esse communem, & contrariam opinionem esse damnatam, & in *Recanaten. Hæreditatis 10. Mart. 1623. cor. bo: me: Card. Verospio confirmata coram bo: me: Seleucien. 15. Ian. 1624. relatis per add. ad d. dec. Buratt. 188. num. 20. & reprobatis Thesauro Iuniore,* alijsque contrariam opinionem sectantibus firmatum fuit in *Romana seu Spoletana successionis 4. Iulij 1631. coram R. P. D. meo Merlino quæ est decis. 68. num. 13. part. 6. recent.*

Nec subsistit, quod Ioannes Maria vti Incola ex
47 diuturna habitatione in Vrbe Statutorum gaudeat Beneficio, vt per *Rotam decis. 137. nu. 2. par. 5. Recent.*
48 Quia vltra quod ad hoc non adducitur nisi simplex fides, quæ fidem non facit, vt in his terminis respondit *Rota coram Buratt. decis. 224. num. 2. & decis. 599. num. 8.* Non concludit etiam de habitatione decennali

nali continua, & de tempore mortis Testatoris, nec
49 de animo contrahendi Incolatum prout ad hunc
effectum requiritur, *Rota coram eodem Buratt. decis.*
188.num.8. & duobus seqq. & dicta decis.244. num.5.
& 6. & decis.599.nu.1. cum tribus seqq.& in impress.
post Picum ad Statutum Vrbis decis.63.num.18.

Minus suffragatur, quod cum Ioannes Maria fue-
rit à Senatu per Priuilegium Ciuitate Romana Do-
50 natus, dicatur verè, & propriè Ciuis, etiam ad ef-
fectum, vt Statutorum gaudeat beneficio, iuxta opi-
nionem approbatam à *Rota in Ciuitatis Castelli Sup-*
plementi Legitima 14. Nouembris 1603.coram bo: me:
Card. Lancellotto impress. post Feazon.ad Statut. Vrbis
decis.22. vers.de ciuilitate autem, & in Romana Hæ-
reditatis 16. Nouembris 1619.coram R.P. D. meo Pi-
rouano, relata per *Merlin. de Legitima, decis.24.nu.5.*
& in Signina Castrorum 19.Iunij 1634.coram R.P.D.
meo Panzirolo, quæ est *decis.292.par.6.Recen.* Nam
51 istud procedit concurrente habitatione, & onerum
substentatione, quæ qualitates in Ioanne Maria non
iustificantur, *Bald.cons.60. num.3.lib.1. Castr.in l.om-*
nes populi, in fin. ff.de Iust. & Iur. Anchar. cons.169.
sub num 2. vers.quinimò descripti, Socc. sen. cons.241.
num.5.vers.quinimò Incola, lib.2. & Socc.iun. cons.49.
sub num.2.& 5. & cons.80.nu.5. lib.4. Ruin. cons.200.
sub num.12.lib.2. & firmauit *Rota in Recent. dec.168.*
nu.2.vers.quia forsan,par.2. & in dicta decis.24.nu.6.
post Merlin. de Legitima, & in allegata *Narnien. Suc-*
cessionis, coram R.P.D. meo Pirouano in 6.par.Recent.
decis.160 num.28.

Preterea cum Ciuilitas superuenerit septem annos
post delatam, & aditam hæreditatem, Testator enim
obijt de anno 1630. & Ciuilitas fuit acquisita de an-
no 1637. tantò minus suffragari potest, quia requiri-
52 tur de tempore delatæ hæreditatis, & superueniens
non releuat, *Anchar.dicto cons.169.num.2. vers.& li-*
cet hares, Socc.iun.cons.49. num.9. & seqq. lib.1. Dec.
cons.661.num.12.in fin. & num.14.& seqq. Alciat. re-
spons.31.num.46.lib.9.secundum impress. Basil.Peregr.
cons.4.num.4.lib.5. Decian.cons.56.nu.40. lib.4. Ruin.
cons.200.nu.17. in fin. & seqq. lib.2. Menoch.cons.890.
num. 5. & in terminis Statuti Vrbis *Honded. cons. 5.*
nu.22.& seqq. lib.1. Costa de Retrotract.cap.9. cas.14.
num.4.& per tot. Surd.cons.487. num.28.& alios con-
gerit, Cyriac.controu.205.num.37. & seqq. & sequuta
est *Rota coram Gregor. decis.279.nu.20. & 21. & co-*
ram Baratt.decis.188. num.10. & decis.244. nu.5. cir-
ca fin. & decis.599.num.4.

53 Et quamuis contrarium teneant *Castr. cons.286.*
num. 2.& 3.lib.2. & alij relati per *Cyriac.dicta contr.*
205. nu.90. & in Ariminen.Gabella 19.Aprilis 1627.
coram bo:me: Cardinali Virili, qua est decis.52. num.2.
par.5. Recent. Attamen non videntur obstare cum
loquantur in terminis Statuti prohibentis alienatio-
nem in forenses, in quibus sufficere videtur Ciuilitas
superueniens de tempore acquisitionis. At secus vi-
detur dicendum in casu Statuti disponẽtis de Succes-
sione ad fauorem suorum Ciuium, quod suffragari
non potest, si de tempore delatæ hæreditatis non
concurrit Ciuilitas, quia lex statim defert hæredita-
tem in fœminas, & ipso iure adimit, & resecat legi-
timam à toto patrimonio absque facto, & ministe-
rio hominis, *l.omnimodò, l.quoniam in prioribus, & l.*
54 *sancimus, C.de inoffic. Testam.* Ideoque cum ius sit
delatum, agnitum, & re ipsa quæsitum, nõ potest Ci-
uilitas superueniẽs retractare effectus iam consuma-
tos, iuxta *doctr. & decis. supra allegat.*

Quibus etiam accedit, quod Io: Maria nõ est sim-
pliciter institutus, sed substitutus sub conditione si
filiæ sine filijs decedant, qua conditione pendente,
verè nulla adest vocatio, sed solummodò spes incer-
ta, & vocatio quædam in abstracto, seu potentia
55 succedendi, quæ ante euentum conditionis perindè
est, ac si non esset in rerum natura, *Aret. in l.Centu-*
rio,nu 14. vers.est igitur quærenda, ff.de vulg.& pupill.
latè Bologn.cons.vlt.pro Triultijs num.19. 20. & 79.
Ruden.de Analog.lib.1.cap.27. num.48. & seqq. Me-
noch.cons.105.nu.64 & seqq. & benè *Rota decis. 206.*
num. 3. post med. par. 3. Recent. Vndè solo prætextu
iuris Tertij non dum in esse producti, & consistentis
solummodò in spe incerta, quæ deficere potest, si fi-
liæ Testatoris cum liberis decedant, iuxta vulgat.
56 *Cons.Oldrad.21.* non videtur, quod debeat impedire
filiæ detractionem Legitimæ, saltem reuocabiliter,
cum onere scilicet restituendi eueniente casu restitu-
tionis, vt in simili dicitur de Trebellianica contra
piam causam substitutam, *Bellon.iun.cons.84.num.35.*
& seqq. & alij relati per *Rotam decis.373.nu.7.par.2.*
57 *& decis.27. nu. 13.par.5. Recent.* Quod non infician-
tur etiam contrariæ opinionis asseclæ admittentes,
quod illi ad quos bona spectarent incetim non im-
pediantur apprehendere, & retinere eorum posses-
sionem, donec spes manet in incerto, & dubium est
an conditio sit extitura, licet velint, quod resoluatur
purificata conditione, *Papon.cons.57. num.9. Peregr.*
cons.97. num.9. lib.5. cum alijs allegatis per *Cyriac.*
dicta controu.205.num.88.& seqq.

Nec obstat quod substitutus dicatur hæres Testa-
58 toris, etiam ad hunc effectum, vt intret dispositio
dicti Statuti, vt fuit dictum in allegata *Romana de*
Taglictis coram Reuerendiss. D.meo Decano, quia hoc
59 intelligitur facta restitutione, & sic quando venit
casus substitutionis, & fuit purificata vocatio, & in
his terminis procedit *dict. decisio,* & loquuntur *Text.*
in §.restituta, Instit.de fideicommiss.hæred. Bald.cons.79
num.1.lib.1. Corn.cons.164.nu.1.lib.2. Boer.decis.156
num.10. Decian.cons. 21.num.35. lib. 2. Alex.cons.64.
in princ. lib.5. in dicta decis. allegat. Secundùm quas
doctrinas decisio est intelligenda, & declaranda, se-
cùs autem pendente ad huc conditione, quia substi-
tutus tunc non dicitur hæres. & non habet aliquod
ius nisi in spe incerta, quæ deficere potest iuribus su-
pra allegatis.

Et ita resolutum, &c. vtraque, &c.

IMOLEN. SVCCESSIONIS.

Veneris 18. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Testamentum coram Confessario, & tribus testibus con-
ditum, sustinetur tamquam factum coram Parocho
vigore *cap.cum esses, de Testamen.* etiam si testes in
eo adhibiti nõ fuerint ad id specialiter rogati, prout
requiritur, ex dispositione *Auth.rogati, C.de Testibus,*
dummodò ex coniecturis appareat Testatorem ita
voluisse disponere, & quæ sint coniecturæ ad hunc
effectum sufficientes?

SVMMARIVM.

1 *Testamentum coram Parocho, & duobus testibus cõ-ditum, sustinetur vigore* cap.cum esses, de Testament.

2 *Confessarius in Testamento succedit loco Parochi.*

3 *Verba cum prolata fuerint animo deliberato procul-dubio important testamentariam dispositionem.*

4 *Verbum, volo, semper importat Testamentariam dispositionem, quoties ad sui essentiam non expe-ctat actum alterius voluntatis.*

5 *Verbum, volo, probat enixam voluntatem proferen-tis ita disponendi.*

6 *Amplia licet fuerit prolatum ad instantiam Ami-corum,*

7 *Li-*

7 *Limita nisi fuerit ad blandiendum, aut incidenter prolatum.*

8 *Testes adhibiti in Testamento requiritur quod fuerint rogati.*

9 *Non solum de Iure Ciuili, sed etiam de Iure Canonico.*

10 *Testamentum vbi sustineri debet vigore* cap. cum esses, *requiritur, quod Testes in eo adhibiti fuerint ad id rogati.*

11 *Testes rogari debent in Testamento ad effectum, vt appareat Testatorem habuisse animum deliberatum disponendi.*

12 *Testes sufficit si ex coniecturis appareat, quod fuerint rogati.*

13 *In Testamento rogitum Testium necessarium est, saltem præsumptum, vel aliquid tale, quod illi æquipolleat.*

14 *Testes adhibiti in Codicillo satis est si fuerint præsentes actui, licet rogati non fuerint, sed fortuitò venerint.*

15 *Verbum,* volo, *de per se principaliter prolatum, importat fideicommissum.*

16 *Voluntas defuncti ob inanem obseruationem irritari non debet.*

DECISIO IX.

DVm quæstio esset in partibus de hęreditate q. A-
chillis inter Catholicam Amitam, & Hyeroni-
mum, ac Dominicum fratres Patrueles Achillis, e-
manarunt duæ Sententiæ ad fauorem Catholicæ, sed
cum postmodum 10. Februarij 1640. in Tertia in-
stantia fuerit coram me dubitatum ad quem specta-
ret successio in bonis Achillis, & resolutio penderet
tàm ab inspectione Statuti Ciuitatis Imolę excludē-
tis fœminas dotatas, quam dispositionis Testamen-
tariæ dicti Achillis, placuit Dominis primò aggredi
disputationem; An constet de Dispositione Testa-
mentaria, & hodiè de hac constare magis inclina-
runt, respondendo contra Catholicam, & successio-
nem spectare ad Hyeronimum, & Dominicum, qui
à dicto Achille in Testamēto nuncupatiuè facto co-
ram Confessario, & tribus Testibus fuerunt hæredes
instituti, quæ dispositio sustinetur de Iure Canonico,
ex cuius permissione in Terris Ecclesię sufficiunt duo
1 Testes, & Parochus, iuxta dispositionem *cap. cum esses*
2 *de Testamen.* & loco Parochi succedit Confessarius,
*Corn. cons. 261. num. 31. lib. 4. Madalen. de num. Testiū
in Testamento, par. 2. cap. 8. num. 1. vers. & idem si esset
Confessarius, Put. decis. 421. lib. 1 in Correctis.*

Quod autem Achilles per viam Testamenti dispo-
suerit de bonis suis ad fauorem Hieronymi, & Do-
minici, satis colligitur ex depositionibus Testium,
nempè 5. 6. 7. & 8. concludentium Achillem in lecto
iacentem dixisse, quod volebat suam hæreditatem
peruenire ad dictos Hyeronimum, & Dominicum,
3 eosque suos hæredes, quæ verba cum prolata fuerint
animo deliberato, proculdubio important Testamē-
tariam dispositionem, *l. quoniam indignum, ff. de Te-
stament. l. qui volebat, ff. de hæredit. institut. l. Pamphilo
37. §. propositum, vbi Barthol. ff. de leg. 3. Alexand.
cons. 190. num. 32. lib. 6. Socc. Iun. cons. 179. nu. 77. lib. 2
Odd. cons. 64. nu. 56. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 490.
num. 14. & 15. Rota coram Vrgellen. decis. 17. num. 12.*
vbi sequendo distinctionem *Bald. in Auth. & qui iu-
rat, num. 17. C. de bon. auct. Iud. possid.* Firmant quod
4 verbum *volo*, semper importat Testamentariam di-
spositionem, quoties prout in casu nostro ad sui es-
sentiam non expectat actum alterius voluntatis.

Nec dubitari posse visum fuit quin defunctus ea
verba protulerit animo determinato, & deliberato ita
disponendi. Tùm, & Primò, quia præcedentèr idem
defunctus vni Testium, qui ad eum accesserat ad soli-
danda computa, respondit: *Che voleua lasciare la
sua robba a' suoi Cuggini.* Tùm & Secundò, quia
hæredibus institutis iniunxit solutionem plurium
Legatorum, necnon onus tradendi ælemosynam
pro celebratione Missarum S. Gregorij subdens quod
ea benè poterant exequi sui hæredes: *Perche gli la-
sciaua il modo di farlo, e che perciò gli aggrauaua la
Conscienza.* Tùm & Tertiò, quia instantibus Ami-
cis, vt Testamentum ad scripturam redigeret, respō-
dit: *Che faceua conto, che Fra Aurelio* (idest Con-
fessarius) *fosse buono più di sette Testimonij*; & demum
quia Confessario, Testibus, & Amicis, imò ipsi meę
Aduersariæ eum interroganti, & hortanti, vt Testa-
mentum conderet, respondit quod relinquebat bona
sua Hyeronimo, ac Dominico, quos suos hæredes
5 esse volebat, quæ licèt ad instantiam Amicorum,
6 cum tamèn non ad blandiendum, aut incidentèr, sed
7 propter se alitèr prolata fuerint, probant enixam, &
deliberatam voluntatem proferentis, ita disponendi
dicta *l. qui volebat, ff. de hæred. institut. dicta l. Pam-
philo 37. § propositum, ff. de leg. tertio, Faber super C.
lib. 4. tit. 14. de probat. definit, 23. num. 4. plenè Odd.
dicto cons. 64. num. 56. vers. primum est cum pluribus
seqq. vbi num. 57.* ait hoc esse absolutum extra casum
fauore piæ causæ.

Nec obstat vnicum fundamentum alterius partis
8 desumptum ex eo, quod Testes rogati non fuerint,
prout requiritur, *Auth. rogati, & ibi gloss. in verbo,
vt in Testamento, C. de Testibus, l. final. §. in omni au-
tem voluntate, & ibi gloss. in verbo excepto, C. de Co-
dicillis, gloss. in l. hæredes palàm, §. in Testamentis, in*
9 *verbo rogati, ff. de Testament.* Non solum de Iure
10 Ciuili, sed etiam de Iure Canonico, & vbi agitur de
sustinendo Testamentum vigore *cap. cum esses,* proue
contra *Butrium, & Abbatem, in dicto cap.* Sequendo
veriorem opinionem firmant *Barbat. cons. 32. num. 6.
lib. 1. Onded. cons. 77. num. 9. lib. 1. Surd. consil. 414.
nu. 2. Vasqu. de Success. part. 1. lib. 2. §. 13. requisit. 8.
num 59. & duobus seqq. Farinacc. de Testibus, qu. 62.
num. 145.*

Quia pro responsione aduertebant Domini. Ro-
11 gitum Testium requiri tantummodò ad effectum,
vt appareat Testatorem habuisse animum delibera-
tum disponendi, non autem iocosa, vel blanditoria
verba loquutum fuisse, *l. Diuus 25. ff. de Milit.* Testa-
*ment. Corneus cons. 52. num. 17. lib. 2. & cons. 7. nu. 3.
lib. 4. Socein. Iun. cons. 178. num. 14. in princip. vers. &
eò maximè, lib 2. Mantic. de Coniectur. vltim. volunt.
lib. 2. tit. 12. numer. 24. in princip. Gratian. Discept.
Forens. cap. 93. num. 5.* Ideoque retenta etiam genera-
li conclusione, dixerunt illam esse declarandam, vt
12 non procedat quando ex circumstantijs facti facilè
percipi, aut præsumi potest, quod Testes non tran-
seuntes, nec fortuiti tali Testamento interfuerint
quodque Testator enixè, & deliberatè voluerit de
suis bonis disponere, prout ex omnibus supra ponde-
ratis colligitur in nostro casu *Gratian. discept. forens.
dicto cap. 93. nu. 1. & 2. & 10. Rota in Perusina Bo-
norum 7. February 1583. coram Gipsio, in princip.* vbi
13 dicit necessarium esse rogitum saltem pręsumptum,
vel aliquid tale, quod illi æquipolleat, & clarius in
fine.

Addebat etiam vnus ex Dominis, quod cum hæ-
reditas non petatur Iure directo, sed oblique dicta
14 dispositio substineri potest Iure Codicillorum in
quibus satis est, quod Testes fuerint præsentes actui,
seù dispositioni, etiam quod rogati non fuerint, &
fortuitò venerint, *l. final. §. in omni autem voluntate,
C. de Codicill. Menoch. cons. 45. num. 15. Surd. cons.*

414. *num. 32. Ioseph Ludonic. conclus. 63. limit. 5. Farinacc. de Testibus, dicta quæst.62. nu.150. & 151.*

Et licet pro parte Catholicæ allegaretur dispositionem predictam substineri non posse in vim Codicilli cum ex verbis defuncti clarè liqueat eum voluisse condece Testamentum, respondebatur ex depositionibus Testium non magis conuinci Achillem voluisse testari, quam Codicillari, seu quouis alio modo bona sua peruenire ad Hyeronimum, & Dominicũ, ponderando non solùm verba Testatoris super primo in *Summario Hyeronimi litt. M.* ibi: *Es ancol'esortai à far Testamento, e lui mi rispose, che non occorreua far'altro Testamento, mà che confermaua il fatto*
15 *dalli suoi Vecchi*, sed etiam verbum, *volo*, quod de per se personaliter prolatum importat fideicommissum, *Ruin. cons.128. num.17. lib.3. Mazar. cons. 40. num.8. Rota decis.193. num.6. vers. verbum enim volo, par.1. Recent.*

Præsertim cum ad effectum substinendi voluntates defunctorum reijciendæ sint omnes subtilitates, &
16 indignum sit ob inanem obseruationem eas irritari ad Text. *in l.quoniam indignum, C. de Testament.*

Et ita vtraque parte informãte resolutum fuit, &c.

CRACOVIEN. DECIMARVM.

Luna 21. May 1640.

ARGVMENTVM.

Rector Collegij Societatis IESV non potest transigere super Decimis absque consensu Reuerendissimi Patris Generalis cum Societas præfata sit à Decimis immunis, & exempta.

SVMMARIVM.

1 *Collegia, & Domus Societatis Iesu in vim Indultorum Apostolicorum sunt exempta, & immunia à quacunque Decimarum solutione.*

2 *Rector Collegij Societatis Iesu non habet facultatem transigendi super Decimis, nec renunciandi Priuilegijs Religioni concessis, & num. 3. Vbi Religionis Societatis Iesu potestas residet penes Patrem Generalem.*

4 *Alienatio rerum, siuè iurium Ecclesiæ non substinetur absque beneplacito Apostolico, & euidenti vtilitate.*

Amplia etiam si sit vigore Concordiæ, & Transactionis, num.5.

6 *Solemnitates eædem requiruntur in remissione iurium Ecclesiæ, quæ in alienatione desiderantur.*

Quod procedit, & si fiat fauore alterius Eccl. & n.7.

8 *Nuncius, & si habeat potestatem Legati de Latere, non tamen auctorizare, potest alienationem rerum Ecclesiæ, cum specialiter sit riseruata Papæ.*

Fortiùs si appareat de nullitate alienationis rerum Ecclesiæ, num.9.

10 *Concordia non suffragatur non docto de adimplemento, & non adimplens non potest illius vigore agere.*

Fortiùs si sit Correspectiua, quia tunc vnum censetur contemplatione alterius promissum, num.11.

11 *Obligationes correspectiuæ catenus ligant, quatenus omnes obseruentur.*

12 *Concordia inita sine præiudicio iurium partium, & successorum est personalis, & per consequens successorem non ligat.*

DECISIO X.

ORta controuersia inter Plebanum loci Golambie, & Rectorem Collegij SS. Apostolorum Petri, & Pauli Societatis IESV Cracouiem super Iure Decimãdi Bona dicti Collegij, deuentum fuit ad Concordiã, in qua Rector permisit Plebano ex tunc, & in futurũ liberam decimationem, sub conditione tamen quod Plebanus teneretur soluere de proprio florenos 1300 pro obtinenda reuocatione Excommunicationis, & bannimentorum relaxatorum ad eius instantiam cõtra P. Albertum Mesinzxi ob pretensam non solutionem Decimarum, & insuper illi concessit, quod eius vita durante posset qualibet hæbdomanda extrahere tres currus lignorum ex syluis Collegij, idque facere declarauit quodã sinceritatis affectu, & amoris gratitudine, licèt Plebano nullum Ius competeret in dictis syluis.

Cum verò modernus Rector recusasset tàm Decimas, quàm Currus lignorum præstare, causa in partibus introducta, & exindè per Appellationem ad Rotam deuoluta dubitaui. An Concordia suffragetur Plebano loci Golambiæ, & Domini informãte tantum Rectore, negatiuè responderunt; quia cum
1 Domus, & Collegia Societatis IESV in vim Indultorum Apostolicorum sint exempta, & immunia à quacumque Decimarum solutione, vt pluriès fuit in hoc S. Tribunali discursum, & Canonizatum, & in specie in alia *Cracouien. coram Card. Seraphin.* in qua Rota declarauit prædictas Domus, personas, & bona esse libera, exempta, & immunia a quibuscumque Decimis, & Patres absoluendos esse ab impetitis per Plebanum in Dobradenik, vt in Sententia in iudicatum transacta, *Summ. num.1.* Et omissis antiquis Decisionibus fuit etiam firmatum in *Ciuitatis Castelli Decimarum 25. Iuny 1626. coram R.P.D. meo Ghisilerio*, & recentiùs latissimè in *Corduben. Decimarum de Lucena* 10. *May* 1634. 27. *February* 1636. 30. *January* 1637. *coram Reuerendiss.* D. *meo Decano*, 27. *May* 1638. *coram R.P.D. meo Carillo, & 7. February 1639. coram R.P.D. meo Merlino, & in Granaten. Decimarum 20. Ianuary 1636. coram Illustriss. D. meo Patriarca Constantinopolitano*, nullo modo poterat Rector ad huiusmodi Concordiam deuenire in præiudicium Collegij.

2 Primo ex defectu potestatis illius, quia Rector Collegij nõ habet facultatem transigendi super Decimis, & renunciandi Priuilegijs, ac subijciendi bona Collegij perpetuo oneri Decimarum inconsulto Reuerendiss. Patre Generali, penès quem tota Religionis potestas residet, *Sanchez super Decolog. lib.7. cap.27. num.38.* & in puncto similis Concordiæ initæ per alium Prouincialem eiusdem Societatis considerauit *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano in dicta Corduben. Decimarum de Lucena* 10. *May* 1635. & confirmauit in eadem 29. *May* 1638. *corã R. P. D. meo*
3 *Carillo.* Cum enim Priuilegia fuerint concessa fauore totius Religionis, cum clausula, *sublata*, & decreto, *irritanti*, non potuit per solum Rectorem illis renunciari, *Felin. in cap. cum accessissent, nu.8. de Constit. Natta cons.160. num.46. lib.1. Rota decis.63. num.10. par.5. Recent.*

Secundo ex defectu beneplaciti Apostolici, ac etiã iustæ causæ euidentis scilicet vtilitatis dũm Rector
4 disposuit contra libertatem, & exemptionem Collegij illud subijciendo dd. oneribus absque vlla prorsus retributione. Quinimo in quantum concessit Ius lignandi in syluis Collegij voluit exercere liberalitatẽ etiamsi certo sciret plebano nullum Ius competere, quæ duo copulatiuè requirebantur, vt possit sustineri alienatio rerum, & Iurium Ecclesiæ, *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eodem tit.* DD. *in cap. sine exceptione 12. quæst. 2,* vbi latissimè *Laurentius da Rodulphis in 3. quæst. Couar. var. resolut. lib.2. cap.17. num.2. Rota coram Card. Seraphin. decis.508. nu.1. & in Recent. decis.430. num.4. par.2.* cum alijs per *Add.*
5 *ad Buratt. decis. 690. sub num.18.* Idque etiam si fiat vigore Concordiæ, & transactionis, *Federic. de Sen. cons.94. per tot. Cranett. cons.323. num.1. vers. dico quod*

Pre-

Prælatus, plenè *Gratian.discept.forens.cap.846. nu.6. & 7. Verall.decis.318. par.3.* & fuit dictum in *Mediolanen. Resciſſionis Permutationis 10. Ianuarij* 1597.*coram bon: mem: Cardinali Pamphilio penes Marchef. de Commiſſ. part.1. fol.112.* Cum enim per huiusmodi
Concordiam concederetur Plebano Ius Decimandi,
& Collegium priuaretur exemptione sibi competeñ
negari non potest, quin hæc esset species alienationis
rei Ecclesiasticæ, in qua propterea debent interuenire
eædem solemnitates, quæ in alienatione desiderã-
6 tur cum idem sit Ius certum remittere, quod aliena-
re, *Bortol.Castr. Iaſ. & alij in l. nulli, ff. de Transact. Pinell. in l.1.par.3. num.45. C.de bon.matern. Anton. Gomes in l.*Tauri 40. *num.*86. plenissimè *Gratian. discept.forens.cap.476.num.16. & dicto cap.846.num.8. cum seqq. Verall.decis.106.par.1. Add.ad Gregor.decis. 418.num.17. Reuerendiſſ.D.meus Decanus decis.301. num.1.* & in hac specie Transactionis initæ super Decimis, *Rota decis.362.nu.3. coram Reuerendiſſ.D. meo Decano, & in Spoletana Decimarum de Meuania* 14. *Nouembris* 1638.*coram R.P.D.Panzirolo*, etiam si a-
7 lienatio fieret fauore alterius Ecclesiæ, *Seraphin. decis.22. Rota in Neapolitana Spolij 3.Iunij 1601.coram Card.Lancellotto in Treueren Bonorum* 15. *Maij* 1621. *coram bo: mem: Dunozetto in Eluen.* Distributionum 4. *Decembris* 1634.*coram bo.me: Buccabella, & in Tarraconen.*Cappellaniæ 28. *Februar.* 1036.*coram R.*P.D. *meo Pirouano*.

Nec visum est releuare quod Reuerendissimus Nũ-
cius interfuetit huic contractui, illumque sua autho-
ritate confirmauerit, asserens tendere potius in vtili-
tatem quam in damnum vtriusque partis, quia licet
Nuncius Apostolicus habeat potestatem legati de la-
8 tere, tamen non potest authorizare alienationem re-
rum Ecclesiæ, quia hoc est de specialiter reseruatis
Papæ in vim. *Extrauagantis ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* vt tradit *Gambar.de offic. & potest.legat.de later.lib.2 tit.de var.ordin.non. nu.415. inter tract.magn. tom.13. part.2. fol.* 156. Præsertim quia detegitur
eius assertio erronea cum ass. vtilitas nullibi iustificetur
imò ex prædictis conuincitur conditionem Col-
9 legij fuisse effectam deteriorem, *Bart. in l. sed, & si praces, C.de prad.minor. Alex.conſ.69.lib. 3. Hondcd. conſ.32.num.111.lib.1. Menoch.conſ.314.num.27. Gregor.decis.496. num.11. & 12.*

Præterea visum fuit DD. Concordiam suffragari
non posse, quia cum fuerit inita sub ea conditione
quod Plebanus teneretur soluere florenos 1300.& ob-
10 tinere reuocationem bannimentorum non docto de
adimplemento ex parte sua, non potest agi vigore
illius, *Roland. à Valle conſ.53 num.17. lib.1. Gozad. conſ.1. in princip. Pariſ.conſ.33.nu.17.lib:1. Rota decis. 369.nu.1.in princ.par.4. Diuerſ. & decis. 397. num.13. par.5. Recent.* Præcipuè cum versemur in Contractu
11 cuius omnes partes sunt inuicem correspectiuę, quia
tunc vnum censetur promissum contemplatione alterius,
& catenùs obligationes ligant quatenùs omnes
obseruentur *Cranett. conſ.461. num.39. Gratian. discept.forens.cap.759.num.11.& 12. & Rota decis.428. num.3. par.1. Recent.*

Denique cum in transactione adiecta fuerit clausu-
la citra tamen præiudicium quorumcunique Iurium
vtriusque partis, & successorum dictum etiam fuit
12 concordiam esse mere personalem, & proindè ex ea
nullum fuisse illatum præiudicium successori, cui
fuit Ius expresse reseruatum, *Oldrad.conſ.237.num.9. Pariſ.conſ.23.num.142.lib.1. Seraph. decis.144. num.6. & in Bonon. Fideicomm. de Desiderijs coram R. P.D. meo Merlino, quæ est decisio 118. num.20. par.5. Rec.*

Et ita, &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Veneris 25. Maij 1640.

ARGVMENTVM

Mandatum de manutenendo in possessione beneficij vacantis per obitum resignantis intra 20. dies est concedendum vltimo prouiso post obitum, non autem primo de tempore resignationis, licet infirmitas superueniat resignanti post factam resignationem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior præferri debet posteriori in iudicio Manutentionis.*

2 *Prouiſio, & subſequta poſſeſſio Beneficij euanescunt per obitum Reſignantis intra 20. dies.*

3 *Regula de Infirmis, vt ceteræ omnes continent decretum irritans.*

4 *Poſſeſſio anterior, quando eſt infecta aliquo vitio non impedit, quin poſterior ſit manutenibilis.*

5 *Reſignans Beneficium, ſi moriatur intra 20. dies cenſetur mortuus in poſſeſſione, perinde ac ſi Beneficium non reſignaſſet, & poſſeſſio interim capta. cenſetur vacua, num.6.*

7 *Regula de Infirmis comprehendit tantummodo reſignationes factas in Curia, non autem factas extra Curiam. Contrarium, num.8.*

9 *Reſignans non poteſt de Beneficio in extremo ſuæ vitæ diſponere contra* cap.Apostolica 8. quæst. 1.

10 *Regula de Infirmis habet locum tam in reſignatione facta in infirmitate, quam tempore ſanitatis, dummodo Reſignans moriatur intra 20. dies, ex declaratione* Clem.VII.

11 *Reſignatio, & Collatio ſunt actus correſpectiui.*

12 Collatione *ſublata, quæ eſt finis Reſignationis cenſetur quoque ſublata Reſignatio, quæ eſt neceſſarium antecedens ad illam.*

13 *Beneficium vacans intra 20.dies poſt Reſignationem, dicitur vacare per obitum, non autem per Reſignationem.*

14 *Vacationes duæ ex vna, eademque perſona, conſtitui non poſſunt.*

DECISIO XI.

RESignato Beneficio sub inuocatione Sancti Marti-
ni de quo agitur, à Simone Patenict, in manibus
Decani Ecclesiæ Leodieñ, vti Ordinarij Collatoris,
fuit de eodem prouisus Gulielmus Bierates, qui il-
lius possessionem accepit, secuto autem obitu Simo-
nis Resignantis intra 20. dies idem Decanus dictum
Beneficium, vti vacans per obitum contulit Henrico
Lamberti, qui vigore istius prouisionis fuit etiam
immissus in possessionem; Vndè in gradu Appella-
tionis dubitatum fuit cui esset dandum Mandatum
de Manutenendo, & Henrico dandum esse, Domini
responderunt.

Quamuis enim controuerti nõ possit possessio an-
1 terior Gulielmi, cuius Causa in concursu possessio-
nis, quam postea adeptus fuit Henricus videretur
præferendus in hoc Iudicio Manutentionis, tamen
2 cum Resignans decesserit intra 20. dies, tàm proui-
sio, quàm subsequuta possessio euanuerunt, ex dispo-
3 sitione Regulæ de Infirmis, quæ, vt cœteræ omnes
continet decretum irritans, *Gonzal.ad Regul.8. qu.1. num.9. & 10. Gratian.discept.forens. cap.574. nu.32.*
4 ex quo possessio anterior remanet adeò infecta, vt
impedire non possit, quin posterior sit manutenibi-
lis, *Cresc.decis.1.de cauſ.poſſ.& propriet. Caputaq. decis. 325.nu.2.par.1. Rota diuerſ.decis.189.nu.4. par.2. Mansic.decis.40.num.8. & in Recent. decis.48. num.3. par.5. coram Eminentiſſ.Card.Vbaldo, Add. ad Greg.*
5 *decis.268. num.9.* habetur enim pro vacua, & Resi-
6 gnans censetur mortuus in possessione perindè si nõ
resignasset;

Nec visæ sunt releuate exceptiones adductæ pro Gulielmo ad excludendam Regulam.

7 Primò enim, quod ea compræhendat tantummodo Resignationes factas in Curia, non autem quæ fiunt extra Curiam coram Ordinario, iuxtà *Consil. Decy* 223. *num.*4. Cuius Sententiam sequitur *Man-*
8 *dos. in dictam Regulam quæst.*16. *per totam*, non placuit Dominis, cum verior æquior, & communior sit opinio contraria, quam latè tuentur *Sarnen. super eadem Regula, quæst.*26. *num.*4. rationibus, & authoritatibus comprobans hanc esse veriorem, *Rebuff. in Tractat. Nominationem, quæst.*17. *num.*17. *vers. contrarium tenet, & in praxi par.*3. *de Infirm Benef. resig gloss.* 12. *num.*3. *& cons.*72. *nu.*2. *latè Paris. de Resig. Benef. lib.*12. *quæst.*5. *num.*8. *Azor. Instit. Moral. par.*1. *lib.*7. *cap.*18. *vers. quarto quæritur, ChoKier in comm. ad dictã Regulam, num.*20. *vers. qua opinio, &* 21. *Borell. Summ. Decis. de Benef. resig. tom.*1. *tit.*26. *nu.*6. *& tenuit Rota apud Cassad. decis.*768. *par.* 3. *Diuers.*

Rationes enim super quibus Mandosius se fundat quod Regula non procedat vbi Beneficium resignatur extra Curiam in manibus Ordinarij nullius sunt roboris, siuè enim Beneficium resignetur in manibus Sanctissimi ad fauorem certæ personæ, siuè libere in manibus Ordinarij ab Infirmo morti pro-
9 ximo, semper videtur Religoaus de Beneficio in extremo suæ vitæ disponere contra *cap. Apostolica* 8. *quæst.*1. & in specie considerat *Gulielmus de Benedictis in cap. Raynutius de Testam. par.*3. *qu.* . de Episc. *num.*26. *fol. mihi* 29. & intrat præiudicium quod inferri potest expectantibus ideoque ratio Regulæ militat tàm in Resignationibus factis in Curia, quam extra Curiam, vt præter allegatos benè aduertit dicta *decis. Cassad.*31. *num.*3. *vers aliàs pars.*

Idemque etiam suadetur ex generalitate verborũ, quibus Regula concipitur, ibi *Quauis authoritate conferatur*. Per quæ Summus Pontifex videtur voluisse regulam habere locum quauis authoritate beneficium conferatur, & sic etiam includere Collationem Ordinariorum, *Paris. dicta quæst.*5. *nu.*8. *ChoKier. vbi sup. num.*20. & agnouit idem *Mandos. d. qu.* 16. *in fin. vers. Quo verò*, qui proinde in ea opinione pedem figere non fuit ausus, sed post excitatas difficultates articuli descussionem remittit arbitrio Sacræ Rotæ.

Altera quod regula non procedat vbi Infirmitas superuenit post factam resignationem etiam non
10 subsistit attenta declaratione facta à Clemente VII. sub illis verbis etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ, per quæ ostenditur dispositionem regulę non solum compræhendere Resignationes factas de tempore Infirmitatis, sed etiam quæ fiunt tempore sanitatis, dummodò tamen intra 20. dies sequatur obitus Resignantis, prout hac ratione firmant, *Sarnen. super eadem regula qu:*12. *in fine, & qu.*31. *in fine Paris. de Resign. d. lib.*12. *quæst.*6. *num.*5: *&* 25. *Bursatt. cons.*393. *num.*2. *lib.*4. *Azor. vbi supra lib.*7. *cap:* 28. *vers* 3. *qu:*15. *n.*68., quia æquiparantur hæc duo resignare, & præstare Resignationi consensum.

Nec etiam visum fuit subsistere per hanc regulam irritari solum collationem, ibi *Collatio huiusmodi sit nulla*, non autem resignationem, quæ in suo robore remanere debeat cum sint Actus diuersi, & distincti,
11 quia cum negari non poterit quin saltem sint correspectiui, *Put. dec.*511. *num.*1. *&* 3. *lib* 2. vtique sublata Resignatio, quæ est necessarium antecedens ad illam *Sarnen. super d. regul. lotter: d. lib:*3. *quæst:*15. *num:* 34. *& seqq.*

Cuius rei alia etiam reddi potest ratio, quia scilicet si in casu istius regulę substineretur Resignatio, quę est causa vacationis substineretur etiam ipsa vacatio, quę est effectus illius ex regula quod sicuti cessante causa cesset effectus, ita etiam causa non cessante non cessat effectus *l. sicuti §. T am dm ff, ex quib. caus. maior.* sicque
13 beneficium vacaret per resignationem quod tamen est falsum quia Regula expresse decernit Beneficium vacare per obitum, vt latè post, *Paris. explicat Azor:*
14 *d. lib.*7. *cap:*28. *vers* 8. *quæritur*, Nec possunt ex vna eademque persona duæ constitui vacationes *cap: susceptum de rescript. in* 6. *Sarnen. d. qu:*35. *n:*3. *latè lotter. d. lib:*3. *q.*15. *n.*16. *vers. Præterea cum seqq.*

Et ita resolutum vtraque &c.

BARCHINONEN. ADMINISTRATIONIS.

Mercury 16. *Iuny* 1640.

ARGVMENTVM

Administratio bonorum Ecclesiæ sæcularizatæ, quæ prius erat penès Priorem, & Canonicos Regulares manet penes Priorem, & Canonicos Sæculares, cum per secularizationem nihil præter regularitatem immutetur.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum Ecclesia de iure debet esse penès Priorem Canonicos, & Capitulum.*
2 *Sæcularizatio Ecclesiæ præter qualitatem regularitatis nihil immutat.*
3 *Administratio quæ ante secularizationem spectabat ad regulares, postea spectat ad saculares in illorũ locũ.*
4 *Bona donata communiter Ecclesia Priori, & Canonicis debent in simul ab eisdem administrari.*
5 *Actus à Priore Ecclesiæ gesti non tollunt, sed conseruant ius Capituli in rebus communibus.*
6 *Ius Ecclesia non potest prescribi nisi per lapsum quadraginta annorum cum illius scientia, & patientia; Et quidem deducto tempore litis, nu.*7.

DECIS. XII.

SAN: me: Clemens Octauus in generali suppressione Ordinis Canonicorum Regularium San. Augustini Principatus Cathaloniæ Sæcularizauit Ecclesiam S. Annæ Ciuitatis Barchinonen̄ antea ab eisdem Canonicis Regularibus rectam sub nomine Domus San. Sepulchri Hyerosolimitani, remansitque eadem Ecclesia sic sæcularizata sub Regimine vnius Prioris, & tot Canonicorum Sæcularium quot prius existebant, dum erat in statu Regularitatis, cum verò Modernus Prior prætenderet Excluso Capitulo sibi soli competere Administrationem bonorum ac redditum, præsertim Iurisdictionalium Ecclesiæ tempore Regularitatis, simul à Priore, & Canonicis acquisitorum, proposui dubium ad quem spectet administratio, & per DD. ad Priorem simul vna cum Capitulo pertinere responsum fuit, motique sunt ex eo, quia cum d. Ecclesia S. Annæ sit effecta sæcularis sicut dum erat in statu Regularitatis regebatur, & administrabatur simultaneè per Priorem, & Canonicos, vt clarè patet ex pluribus concessionibus bonorum, & acquisitionibus factis ab Ecclesia, alijsque Actibus coniunctim gestis, & datis per Capitulum in *summ. num.* 11. 12. 13. 14. *&* 15. quod est etiam conforme dispositioni
1 Canonum ex quo apud omnes simul debet esse Administratio, *cap. Nouit: cap: Quanto, et cap: Ea noscitur vbi Abb: num:*4. *de his quæ fi. à Prel: sine consen: cap: Rota in Gerunden. Administrationis coram R.P.D. meo Verospio, qua est dec:*252. *num:*1: *part:*5. *rec:* Ita etiam
2 post factam sæcularizationem, cum sæcularizatio præter illam qualitatem Regularitatis nihil aliud immutauerit, vt in his terminis ratione Ecclesiæ B. Mariæ Villæ Bertrandi Diœcesis Gerunden̄ paritè r sæcularizatæ à sa: me: Clem. VIII. dixit, *Rota in dicta Gerunden. Administrationis coram R.P.D. meo Verospio.*

pio, à num. 2. vsque ad tertium, & confirmauit in eadem causa 30. Aprilis 1632. coram R. P. D. meo Merlino, & prius in Vicen. Parrochialis coram bo: mem: Patriarcha Manzanedo dec. 323. num. 7. par. 2. rec. Omnia enim Iura concernentia administrationem quæ ante sæcularizationem spectabant simul ad Peiorem, & Cano-
3 nicos Regulares censentur translata in Priorem, & Canonicos Sæculares, qui in eorum locum fuerunt subrogati, Rip. resp. 31. aliàs 3. num. 22. de Eccles. Tiraquell. in tract. le mort. saisit. le Vif. par. declar. 9. nu. 18. & in d. Gerunden. cor. D. meo Verospio nu. 4. & cor. D. meo Merlino, § fauet demum.

Quod eò magis confirmatur ex obseruantia subsequuta nam ex datis in dicto, summ. usdem num. 11. 12. 13. 14. & 15. constat plures acquisitiones, concessiones in Emphythæusim, Transactiones, receptiones Canonicum, annuas præstationes, aliosq; Actus fuisse gestos à Priore & Canonicis insimul. Et ex qualitate bonorum cum fuerint donata communiter Ecclesiæ, Priori, & Canonicis, seù Conuentui vt eod.
4 summ. num. 1. vsque ad 2. quo fit vt illorum administratio tamquam propriorum Ecclesiæ pertineat simul ad omnes, cap. cum omnes vbi gloss. in verbo Cõstitutum de Constie. cap. Relatum il 2. vbi Abb. num. 5. de Testam. Cas. de Graff. dec. 4. de his quæ fin. à ma. part. Cap. Rota dec. 16. & dec. 183. num. 1. par. 1. rec. Quam obseruantiam hoc casu ponderauit etiam, Rota in dicta Gerunden. coram D. meo Merlino dicto §. fauet demum.

Non obstant Actus aliqui à solo Priore gestis tùm
5 quia tamquam facti à capite non tollunt imo conseruant Ius totius capituli in rebus communibus, dùm præsertim non constat de animo Prioris contrario derogandi Iuribus Canonicorum, Rota dec. 640. n. 4. par. 2. & d. dec. 252. n. 9. & 10. par. 5. rec.

Tum quia non probatur scientia, & patientia Capituli, imò cum appareat Canonicos reclamasse, & litem vsque ab anno 1623. introduxisse, non fuit ex illis sublatum Ius Canonicorum aut inducta aliqua præscriptio contra ius, & Ecclesiam, cum ad hunc effectum requiratur lapsus 40. annorum cum scientia & patientia, vt firmauit Rota in d. decis. 252. & 373.
7 vbique num. 11. & seqq. part. 5. rec. & quidem deducto tempore litis, iuxta Theoric. Bart. in l. Celsus num. 27. ff. de vsucap. quam sequuta est Rota coram Buratt. decis. 598. num. 9. & d. dec. 373. n. 10.

Et ita decisum Capitulo tantum informante, &c.

ROMANA CAMBIORVM

Luna 18. Iunii 1640.

ARGVMENTVM.

Nec euictionem, nec restitutionem prętij venditor pręstat obligatus ex dato, & facto suo tantum, euictione sequuta ob aliam causam, maxime concurrente scientia oneris, & hypothecæ in emptore cum eius acquiescentia, & stante cessione iurium venditoris talium, qualium, etiamsi prætium fuerit in vtilitatem venditoris conuersum.

SVMMARIVM.

1 *Euictionem non præstat venditor obligatus ex dato, & facto suo, nec restitutionem pretij, vbi euictio sequatur ex culpa Emptoris, vel eiusdem Auctoris.*

2 *Euictionem non præstat venditor, nec restitutionem pretij probata scientia oneris, & hypothecę in emptore cum eius acquiescentia.*

3 *Emptor rei quam scieba t esse alienam vel alteri hypothecatam censetur pratium venditori donare.*

4 *Venditor sequuta euictione tenetur emptori ad restitutionem prętij, si illud fuit in eius vtilitatem conuersum.*

Contrarium, num. 5.

6 *Emptor prędij à non Domino, illud vero Domino restituere non cogitur.*

7 *Limita nisi Dominus restituat pecuniam eius creditori solutam, cui prædium fuerat datum pignori.*

8 *Emptor pratium non recuperat à venditore, si sciuit obligationem, vel rem esse alienam.*

9 *Scientia oneris, & debiti in hærede desumitur cum ex descriptione debiti in Inuentario apposita, quam ex fructuum solutione.*

10 *Emptor dicitur habere notitiam oneris, & hypothecæ rei empta ad fauorem alterius, si erat informatus de obligatione, quam venditor habebat cum tertio, quæ notitia dicitur specialis, & indiuidua, n. 11.*

12 *Emptor consicus de obligatione venditoris fauore tertij poterat cogitare de obligatione, & hypotheca rei empta.*

13 *Emptor nec euictionem, nec prætium consequitur à venditore, si sciuit obligationem venditoris fauore tertij.*

14 *Amplia etiam si habebat notitiam solum in genere licet non in specie, & indiuiduo.*

15 *Emptor quando est certificatus à venditore de oneribus, quibus res vendita erat obnoxia, censetur venditor alienando, vendere ius, quod habet, nec tenetur de euictione.*

16 *Venditor cedens emptori iura talia, qualia liberatur ab onere faciendi bona iura cessa, & si nihil habet iuris non tenetur emptori.*

17 *Summa minor continetur in maiori.*

18 *Solutio semper cedit in extinctionem debiti antiquioris, & durioris absque alia partium expressione.*

19 *Causa durior ad effectum, vt in ea dicatur cessisse solutio dicitur illa pra qua datus est fideiussor.*

20 *Fideiussor liberatur per solutionem factam à principali debitore.*

21 *Licet per principalem debitorem ex post facta fuerit declaratio in contrarium.*

22 *Hæres cum benef. I. & Inuent. non tenetur de proprio ad solutionem debitorum hæreditariorum.*


23 *Beneficium legis, & Inuentarij non suffragatur hæredi quousque vires hæreditariæ suppetunt.*

24 *Hæres etiam beneficiatus tenetur habere ratum factum defuncti, quousque vires hæreditariæ suppetunt.*

DECISIO XIII.

Constare de validitate, & iustitia trium conformiũ Rota respondit sub die 26. Martij 1640. & reproposita hodie causa super eisdem, stetit in decisis, & omissa disputatione validitatis, quam Informantes pro Nappijs modò non impugnabant, reassumendo ea, quæ contra iustitiam sententiarum opposita fuerunt, ac hodiè de nouo opponuntur, dictum fuit quod cum Baccelli euictionem bonorum, de quibus agitur, promiserint ex dato & facto eorum tantum, occupatio verò Montistarum in istis bonis sequuta fuerit non ex ipsorum obligatione, sed facto, & culpa illorum de Nappijs, siue eorum Auctoris, qui post quam hæc bona cum suis oneribus dederunt in solutum Baccellis illa ab iisdem retroemerunt, Bac-
1 cellos nec ad euictionem præstandam cogendos esse, nec ad prætium restituendum iuxta Text. in l. fundum meum ff. de Euict. & vltra adducta in alia decis. vers. Quod enim attinet ad euictionem, istud etiam tenent, Alciat. in l. Qui Romæ §. duo fratres col. 8. vers. Idem dicendum ff. de verb. oblig. Socc. sen. cons. 30. num. 7. lib. 4. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 19. num. 36. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 18. num. 11. Fachin. Contr. Iur. lib. 6. cap. 68. vers. 4. Conclusio & latè Cyriac. Contr for. cap. 191. num. 3. & 4. & cap. 197. nu. 1. cum seqq.

Con-



2 Concurrente præsertim præcedenti scientia illo-
rum de Nappijs, dùm bona prędicta reæmerunt huic
oneri obnoxia absque vnlla protestatione aut decla-
ratione l.si fundum sciens 47.C.de Euict. Bald.in l.Non
dubicatur,num.2.C.eod.tit.Imol.in l.cum vir. sub nu.9.
vers.si udsciuit ff.de Vsucap.Gozad. cons.24. nu.7. vers.
Quarto est Text.Panzirol.cons.112.num.25.Mangil.de
Euict.quęst.151.num4.& seq.& quæst.162.num.33.Fa-
chin.Contr.Iur.lib.2.cap.40.in princ.qui testatur de ve-
ru & communi sententia Rota Iunuen.decis.190. nu.16.
vers. Nec officit & num.17.Magon.decis. Florent.51.n.
7 sess.dec.Aragon.14 nu.2. cum alijs congestis in decis:
3 vers.Nec vrget replicatio. Emptor enim rei, quam
sciebat esse alienam, vel alteri obligatam, censetur
prætium venditori donare, vt argumento l.cuius per
errorem ff.de regul.Iur.tradunt Cyn:in dicta l.si fundum
sciens in princ Cod.de Euict. ibique Salyc.in fin.Gomes.
var.resol.tom.2.cap.2.num.42.post princ. vers. cuius ra-
tio potest esse, qua ratione venditor potest emptorem
scientem cui dictam rem tradidit ad solutionem præ-
tij conuenire, Petr.de Bellapert.in d.l.si fundum sciens
in fin.& ibidem Cyn.vers.Pone quod Alberic.& Salicet.
num.2.Gomes.vbi proximè vers.Quod extende,& facit
Odd.cons.41. num.103.

Neque obstare visum fuit, quod dispositio d:l:si fu-
4 dum locum non habeat quoties prætium ex venditio-
ne redactum fuit conuersum in vtilitatem vendito-
ris, tunc enim possit emptor sequuta euictione illud
repetere, quamuis scienter emerit rem alteri obliga-
tam, vt declarat Gomes:dicto cap:2.nu:42.ad fin:sept:
causi, vers. secundo limita, & intellige, & sentire vi-
dentur, Guttierez.pract.quęst.ciuil.lib.3.quæst:8.nu:20.
Odd.dicto cons.41.nu:11.vers:2. moueur eum seqq: Fer-
dinand:Rebell:de oblig.Iust:lib.9.de Contract: empt: &
vendit.quæst:18.num:11.less.de Iust.& Iur.lib.2.cap:21.
dub:t3.nu:134.

5 Quoniam pro responsionè animaduerterunt Do-
mini quod si ista limitatio esset vera inanis reddere-
tur dispositio d.l.si fundum, cum prætium rei vendi-
tæ semper soluatur venditori, & in eius vtilitatem
conuertatur, & destrueretur etiam ratio illa quod
stante scientia venditoris illud præsumatur donatum
iuxta superiùs allegata, ideoque Doctrina Gomes. &
aliorum supra allegatorum debet intelligi iux: Text.
in l.Emptor 65.ff.de rei vendic. super quo ipsi se fun-
dant secundū TheoricamBart. in l.Arelius§.idem quæ-
sijt ff.de liberat.legat.qui Text. solùm probat empto-
6 rem Prædij à non domino empti, illud vero Domi-
no restituere non cogi, nisi restituat pecuniam eius
7 Creditori solutam.cui prædium fuerat datum pigno-
ri, vt etiam ibidem tradunt, Bart. Odofred: & alij
DD. & gloss.in l.1. C.de præscript.30. vel 40. annorum
vbi Cyn:num:2.vers:1. casu Bart:num:1.vers.Item op-
pono Salic:num:3.vers:oppoun 4.quod vendicans Angel.
in princ.vers.Et Dominus vendicat, & tradit Adrian.
Pulu:Tract:de rei aliena distract:cap:11. in princ. inter
tract:magnos.tom.6.p.2. fol:336. Et ita bene declarat,
Guttierez.vbi supra, Et sic Gomes. debet intelligi
de prætio conuerso in vtilitatem veri Domini ad ef-
fectum illum repellendi à vendicatione Prędij sui an-
te solutionem, vt loquitur Text. in d:l.Emptor. Non
autem de prætio conuerso in vtilitatem venditoris,
contra quem re euicta à verò Domino agatur per
emptorem ad restitutionem, tunc enim illud non re-
8 cuperat Emptor si sciuit obligationem vel rem esse
alienam, vt est Text:in l.si fundum, & distinguendo
tradit Cyn:in dicta l.1.num:2. vers:Ad omnia contraria
distingun C.de prescr:30.vel 40.annor.,& ratio diuersi-
tatis inter vnum,& alterum Text.est manifesta quia in
casu l. si fundum est imputandum Emptori qui sciens
periculum Euictionis sibi non cauit de restitutione
prætij in casu Euictionis, Et ideò præsumitur illud
donare voluisse iuxtà superius allegata. At in casu d.
l.Emptor non constat quod Emptor sciret venditorē
non esse Dominum, nec etiam agitur de prætio re-
cuperando a venditore, sed ab ipso Domino excep-
tione doli repellendo à rei vendicatione, donec prę-
tium solutum eius Creditori restituerit ne contingat
ipsum habere rem, & prætium contra æquitatem, l:
Curabit:C.de Act. Empt. & locupletetur cum aliena
iactura contra l.Nam hoc natura ff.de cond. Indeb. &
declarat Guttierez: dicto loco, & tradunt etiam Odd.
less:& Rebell. in locis supra allegatis licèt in diuersis
terminis loquantur. Et nihilominus quando etiam
limitatio esset intelligenda de prætio conuerso in v-
tilitatem venditoris, vt ipse loquitur, non applica-
retur huic casui in quo prætium licet solutum fuerit
Baccellis, negari tamen non potest, quin cum effe-
ctu potius in vtilitatem illorum de Nappijs cessisse
dicatur, qui huiusmodi bona prius obligauerant in
fauorem Montistarum, in cuius debiti extinctionem
cum bona ipsis in solutum data per Montistas ablata
fuerint, euaserunt Creditores Nappiorum eiusdem
summæ, & ita cessat locupletatio, qua sæclusa ven-
ditor non tenetur Emptori scienti onera, & ex cuius
Authoris causa sequuta est euictio restituere prætium
vt firmatum fuit.

Quod verò Nappij habuerint plenam notitiam
9 dicti oneris desumebatur non solum ex descriptione
facta in aditione hæreditatis, ac fructuum solutione
sed etiam ex eo, quod Nappij expressè voluerunt, vt
dictorum bonorum prorogaretur terminus sibi da-
tus ad restituendum Cambium scutor. 44. mil. quod
que Baccelli venditores tenerentur præstare Cædulam
Banchariam gratis pro ijsdem Nappijs ad fauorem
bo:me: Marchionis Entij Bentiuolijs pro locis 485.
Montis Sixti secundæ erectionis eodem modo, quo
10 ipse Marchio, & Alexander Author Aduersariorum
11 erant obligati ad fauorem Cameræ Apostolicæ, ex
quibus deducitur scientia non solum in genere, sed
in specie, & indiuiduo, quod bona hæc essent hypo-
thecata ad fauorem Montistarum vt in simili ponde-
rat, Rota in Romana Census 15. Aprilis 1633. coram
R.P.D. meo Merlino, quæ est decis.194. nu.14.& 15.
part.6.recent.

Nec dicatur ex prædictis argui quidem scientiam
oneris hæreditarij, non autem quod pro eò bona de
quibus agitur essent hypothæcata, quia in hoc casu
satis fuit, quod Nappij notitiam habuerint, Alexan-
drum eorum Authorem se obligasse ad fauorem Mō-
12 tistarum, cum ex hoc solo potuerint cogitare de
hypotheca, quæ apponi solet non solùm in obliga-
tionibus ad fauore Montistarum, vt est ista, verum
etiam in quauis alia, vt respondit Nutta cons.426.nu.
16.in fine Surd.dec 265.nu.36.& 37. Rota in Rec. dec.
78.nu.4.part.2. Maximè verò cum ad istum effectum
13 non requiratur scientia adeò specifica, & indiui-
14 dua sed sufficiat Emptorem habuisse notitiam obli-
gationis in genere vt post, Bald. in dicta l.si fundum in
princ.quem sequitur Gomes.d.cap.2.num 8. & 42.vers.
2.extende tradit Gratian.discept:forens:cap:864. nu 4.
Mangil.dè Euict.quæst.151.num.18. & seq. Rota d.dec.
78.num.4.vers.Et quod sufficiat scientia in genere.

Quæ omnia facilius Dominis visa sunt amplectē-
da, cum Baccelli in instrumento retrouenditionis dd.
bonorum cautè dixerint quod nolebant teneri de e-
uictione, nisi ex dato, & facto suo tantum, & non
aliàs, aliter, nec alio modo, expressa causa, quia i-
psi in ijsdem bonis non habebant aliquod Ius, nisi ac-
quisitum ex præcedenti datione insolutum ab eisdem
Nap-

Nappijs ipsis facta, ideoque reuendidisse bona cum eisdem pactis ac Iuribus, prout ipsi acquisiuerant.

15 Ex his non elicitur Bacellos illud Ius tantum vendere voluisse quod habebant in his terris, & Nappios quoque idem Ius solummodò emere intellexisse, vt præter alios allegatos in decisione bene, *Natta cons. 38. in princ. vsque ad num. 2. Mangil. de euict. dicta quæst. 151. num. 3. & seqq. Rota Iannuen. dec. 190. nu. 16 in fin. & 17.* Præsertim cum Baccelli cesserint etiam omnia

16 Iura talia qualia ipsi habebant vigore dationis in solutum, per quæ verba venditor sic cedens liberatur ab onere faciendi bona Iura cessa adeo vt si nullum reperiatur habere Ius super re vendita, tamen non teneatur Emptori *Natt. dicto cons. 38 num. 1. Aton. de Amat. decis. Ferrarien. 65. num. 18. vers. Nec huiusmodi.*

Non obstat obiectum principalitèr hodie excitatũ ab informantibus pro Nappijs desumptum ex pluribus obligationibus per Bacellos contractis antequã bona hæreditaria Alexandri insolutum acciperent, quibus sicuti dicebantur remansisse abnoxia bona statim ac in dominium, & possessionem Baccellorum transierunt, ita tenebantur Baccelli ea libertati donare, non solùm ex dispositione *l. ex his Pradys C. de euict.*, sed etiam ex propria obligatione dum in Instrumento reuenditionis asseruerunt bona non esse alteri obligata ex dato & facto proprio, & amplius facere consentire omnem personam. Nam, & hoc Dominis visum fuit ex facto cessare respondendo ad singulas obligationes.

Prima enim obligatio fideiussionis factæ de anno 1619. pro locis 500. ad fauorem Montistarum restricta fuit ad solutionem fructuum debendorum pro rata dictorum locorum pro tribus annis proximis, quos tamen ex receptis Montistar. apparet fuisse solutos.

Secũda facta pariter de anno 1619. pro locis 2350. Intuitu Marchionis Bentiuoli fuit extincta. Marchio enim Bentiuolus eodem anno obtinuit secundam erectionẽ Montis Sixti pro locis 2250. pro quibus Baccelli fideiusserant, quæ deinde aucta fuit ad alia loca 1100. facientia in totũ loca 3450. pro quibus Baccelli non fideiusserunt sed Nappij recognouerunt bonã fidẽ pro locis 485. cum promissione soluendi fructus, & extinguendi sortem principalem, & Marchionẽ eiusq; fideiussoris ab omni molestia, & dãno liberando. Postmodum de anno 1639. idem Marchio præuia facultate obtenta à Sanctiss. extinxit loca 2965. reliqua autem loca 485. spectantia ad Nappios ex recognitione bonæ fidei reliquit inextincta, in hac autem extinctione locorum 2965. dictum fuit contineri extinctionem locorum 2350. pro quibus Baccelli fideiusserunt non

17 solùm quia in maiori summa continetur minor *l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig. l. Qui concubinam §. cum ita legatum ff. de leg. 3.* sed etiam quia solutio Iure me-

18 liorante semper cedit in extinctionem debiti antiquioris, & durioris absque alia partium expressione *l. 1. & 2. ff. de solut. Corn. cons. 295. n. 1. lib. 3. Surd. decis. 286. num. 5 Rota dec. 679. nu. 6. p. 1. diu. & Seraph. decis.*

19 *1454. nu. 1.* Causa enim durior ad hunc effectum datur illa pro qua datus est fideiussor, *Bart. in l. cum ex pluribus nu. 2. vers. Item si debeo cum fideiussione ff. de solut. Menoch. de præsumpt. l. b. 3. præsumpt. 136. num. 7. Grat. dis. forens. cap. 224. nu. 70. Rota cor. Card. Caual. dec. 99. num. 4. & coram Greg. XV. dec. 554. n. 1.*

Nec vrget quod post factam extinctionem dictorũ locorum 2965. Idem Marchio fassus fuerit remansisse inextincta loca 485. ad Nappios spectantia, eaque esse de comprehensis in summa illorum locorũ 2350. pro quibus Baccelli fideiussores accesserant.

20 Quia cum semel in actu extinctionis ex Iuris Beneficio Baccelli consequuti fuerint proprij debiti libe-

21 rationem, illud non potuit propter declarationem Marchionis factam ex interuallo, & post sequutam extinctionem reuiuiscere, nec ipsis auferri Ius, quod ex solutione quæsitum fuerat, *Gloss. in l. 1. in verbo tempore, C. de solut. Grat. discept. forens. cap. 224. nu. 62 in fin. Monter. decis. 2. num. 47. Rota decis 113. num. 8. par. 1. Diuers. & coram Gregor. decis. 7. num. 10.*

Pro dictis verò locis 485. quæ remanserunt inextincta non tenentur Baccelli, nec ad liberationem, nec ad extinctionem præstandam, quia ex recognitione bonæ fidei facta per Alexandrum, constat nõ fuisse hypothæcata ex facto illorum de Baccellis, sed illorum de Nappijs, siue Alexandri eorum Authoris, ac propterea intrat conclusio in hac Causa in priori Decisione firmata, quod scilicet dùm occupatio bonorum sequuta est ex hypothæca, & obligatione cõstituta à Nappijs eorumque Authoris ante dationem in solutum Baccelli ad euictionem ex hac Causa sequutam, minimè teneantur, ex *Text. in dicta l. fundum meum, & alijs supra cumulatis.*

Minus releuat, Nappios vti hæredes Alexandri cũ

22 benef. Leg. & Inuent. non teneri de proprio ad solutionem debitorum hæreditariorum, proindeque occupationem, non posse dici sequutam ex dato, & facto eorum, fuit enim pro responsione dictum Bene-

23 ficium Inuentarij præseruare quidem hæredem à damno, sed non suffragari quousque vires hæreditariæ suppetunt, *Gloss. & DD. in l. final. §. in computatione, C. de Iur. delib. Aym. cons. 225. num. 12. Rota coram Gregorio decis. 413. num. 6. & 7.* Ac proindè hæredes recusare non posse debitum Montis, vel pati, vt bona hæreditaria Alexandri subhastentur, & vendantur pro soluendo debito dictorum locorum 485. quæ

24 remanserunt inextincta ad debitum Alexandri, cum hæredes, etiam beneficiatus, teneatur habere ratum factum defuncti, quousque ferunt vires hæreditariæ, *Gabriel. cons. 125. num. 11. lib. 1. Honded. cons. 3. nu. 53 lib. 1. latè Add. ad Gregor. dicta decis. 418. num. 15.*

Tertia obligatio facta de anno 1616. à Baccellis, vti Depositarijs dicti Montis Sixti Secundæ Erectionis, pariter cessauit: quia Baccelli desierunt esse Depositarij dicti Montis de anno 1637. fructusque decursos durante eorum depositaria persoluerunt. Et licet fuerit obtentum decretum relaxationis Mandati à D. Thesaurario, ad instantiam Montistarum pro fructibus decursis, & non solutis, tamen vti extortum, non constito de aliquo eorum debito, fuit postea ab eodem reuocatum.

Quarta demum obligatio pro duobus Censibus, altero scutorum 15000. altero 10000. minus visa est releuare, cum vterque deuenerit ad Baccellos, & hodiè possideantur ab eis, & primus scutorum 15000. expressè reseruatus fuerit in instrumento Dationis in solutum, vt consideratum fuit in Decisione facta in hac Causa corã *R. P. D. meo Verospio sub die 17. Iunij 1633.* Alter verò scutorum 10000. fuerit extinctus pro rata scutorum 6000.

Et in omnem casum cum hoc debitum vtriusque Census fuerit contractum ab Alexandro, & vti tale fuerit appositum in Inuentario ab eius heredibus, qui desuper fructus soluerunt, negari non potest quin debitum prouenerit ex dato, & culpa eorum Authoris, propter quam iuncta scientia, & acquiescentia hæreeum procedunt conclusiones supra firmatæ.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

AVXIMANA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI.

Lunæ 25. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Mandatum de Manutenendo in concursu, non est conceden-

ćedendum immisso ex decreto Iudicis, quando, immissio est vitio nullitatis infecta, sed probanti possidere de tēpoee motæ litis. Ægydiana non intrat cōtra clericum, & qualiter Clericatus dicatur probatus?

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione partis, etiam ad effectum Manutentionis.*

2 *Factum Iudicis nullitèr, & iniustè procedentis, non priuat possidentem sua possessione.*

3 *Legitimatio persona in quocumque iudicio etiam summario, & executiuo, est necessaria.*

4 *Maximè parte opponente.*

5 *Citatio partis ad dicendum contra Iura producta est necessaria, vt Iura dicantur de actis, & probent.*

6 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est nulla, & attentata.*

7 *AEgydiana non intrat contra Clericum.*

8 *Clericatus probatur ab expressione nominis ab Aduersario facta.*

9 *Clericatus probatur ab Adiectiuo, seù titulo Reuerendi.*

10 *Titulus Reuerendi exprimit, & designat personam Ecclesiasticam de qua sola prædicari potest.*

11 *Vicario debetur fides in spectantibus ad eius officiũ.*

12 *Clericatus probatur in praiudicium confitentis ex præsentatione facta ad Beneficia.*

13 *Clericatus non probatur ex simplici attestatione Vicarij.*

14 *Clericatus non probatur ex confessione partis.*

15 *Clericatus vt probetur requiritur canonica promotio.*

16 *Limita vt hoc procedat in petitorio, non autem in possessorio.*

17 *Summarissimum Manutentionis iudicium leuiores, recipit probationes.*

DECISIO XIV.

DVbium à me propositum, cui sit dandum Mandatum de Manutenendo in possessione Præoij, & aliorum bonorum de quibus agitur, fuit resolutum ad fauotem D. Vitaleonis Baetoli Clerici Auximani, de cuius possessione constabat de tempore motæ litis, ex confessione D. Vincentij Vitaleonis Aduersarij emanata in Monitorio, contra eundem, ad relaxandam possessionem dictorum bonorum, quod pernecesse supponit illum possidere, cum priuatio præsupponat habitum, *leg. decem 116. ff. de verb. obligat.*
1 Ex qua partis confessione possessio probatur, *Dec. cons. 125. vers. de possessione*, & in specie ad effectum Manutentionis, *Rota coram Sa: mem: Gregorio XV. decis. 200.* vbi etiam *Add. in Recent. decis. 326. num. 2. par. 6. Recent.*

Nec obstare, dixerunt DD. mei, Immissionem à Vincentio obtētam de mandato Iudicis in possessio-
2 nem dictorum bonorum, quia cum Iudex nulliter, & iniustè processeeit, non priuauit Bartholum à sua possessione, & passim Rota aduersùs huiusmodi factum Iudicis, nullitèr, & iniustè procedentis dat Manutentionē, *Rota d. decis. 161. n. 3. & Reuerendiss. Vrgellen. decis. 114. nu. 3* qui allegat concordantes.

Nullitas Sententiæ omisso quod dicitur de Iniu-
3 stitia ex duobus apeetè colligitur; Primò, ex defectu legitimationis personæ Vincentij, quæ in quocumque Iudicio, etiam Summario, & Exequutiuo est necessaria, vt tradunt communiter Doctores in *leg. 2. C. de Ed. Diu. Adr. Toll.* vbi præsertim *Ias. nu. 4 Dec. num. 47. Rota decis. 18. num. 3. & decis. 142. num. 2. vbi Add. nu. 5. Baratt. decis. 337. sub nu. 19. & seqq. &*
4 *decis. 434. num. 6.* Maximè parte opponente prout fuit factum in hoc casu, iuxta distinctionem Rotæ, vt in *decis. 18. sub num. 3. & dicta decis. Gregor. 264. num. 2.* vbi etiam *Add. num. 6.*

Non obstat fides Magistratus Ciuitatis Auximi producta à Vincentio supee legitimatione suæ personæ, quia vltra quod fuit producta sine citatione partis ad dicendum contra, quæ in quacumque vali-
5 da Iurium productione, est necessaria, vt Iuea dicantur de Actis, & probent, iuxta Theoricā *Baldi in l. Iudices, num. 3. vers. quarto nota, C. de fid. Instrumen.* Gabriel. *Tit. de Citat. conclus. 1. num. 107. coram Gregorio decis. 209. num. 5. & ibi Addens nu. 8. & in Ferrarien. Archipresbyteratus coram Reuerendiss.* D. *meo* Decano, *decis. 197. num. 15. & 16. part. 5. Recent.* Est etiam extraiudicialis, ideoque non est attendenda, vt sentit *Rota coram* Buratt. *decis. 244. nu. 2. & 468. num. 3. & 5. & in Moguntina Hæreditatis* 15. Decem*bris* 1638. *coram R. P. D. meo* Carillo, *§. final.*

Secundò, nullitas huius Sententiæ redditur clara,
6 quia cum ab hac Sententia daretur appellatio, possessio indè sequuta pendente termino ad appellandum, est nulla, & attentata, *Modern. Perus. de Manutentione, obseruat. 12. num. 134.* vbi cumulat infinitas *Rotæ Decisiones.*

Quod autem esset appellabilis patet, quia cum lata
7 fuerit contra Cleeicum cessabat Ægydiana, & seruādum erat Ius Canonicum, secundùm quod in possessorio, datur Appellatio ad vtrumque effectum, *cap. Cum ad sedèm, vbi gloss. in verbo Interdictum, ad fin. de restitut. spoliat.* cum alijs relatis in *Recanaten.* Bo*norum* 21. *Aprilis* 1640. & in *eadem 6. Iunij eiusdem anni coram me.*

De Clericatu autem Bartholi visum est satis constare in Actis, ad effectum, vt Iudex deberet appella-
8 tioni deferre, ne dum ex ipsius nominis expeessione plueies facta etiam ab Aduersario, & adiectiuo, seù
9 Titulo Reuerendi, & signanter in Actu Appellationis, prout latè in facto ostenditur, qui Titulus expri-
10 mit, & designat personam Ecclesiasticam, de qua sola prædicaei potest. Verum etiam ex fide Vicarij Generalis Auximi attestantis, illum esse Clericum, semperque incessisse in Habitu, & Tonsura, ac duo
11 Ecclesiastica Beneficia possidere. vt *Summar. num. 5.* cui vti in spectantibus ad eius Officium est deferendum, vt in his terminis dixit *Rota in Ianuen. Parrocchialis coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 74. num. 12. & 13. & in Nicien. Parrochialis, coram eodem decis. 137. num. 10.* Et demum ex confessione partis ema-
12 nata in Instrumento præsentationis ad peædicta Beneficia, ex qua peobatur Clericatus in præiudiciũ ipsius confitentis, *Gemin. in cap. 1. num. 6. de eo qui mittit. in possess. in 6. Crauett. cons. 93. num. 5.*

Neque dicatur Clericatum non probari sufficien-
13 ter ex simplici attestatione Vicarij, vt eespondit
14 idem *Crauett. cons. 134. num. 41.* nec minus ex confessione partis, eo quod quis non possit facere de nō
15 Clerico Cleeicum, sed requiratur Canonica promotio, vt præter allegat. à *Carolo de Graff. de effect. Clericat. in prælud. num. 202. tenet* Grammat. *decis. 81.*
16 *num. 4. cum seqq.* Quia fuit responsum, ita procedere posse si ageretur in petitorio, & ad effectum probationis ipsius Tituli, seù adiudicationis Beneficij, secùs vbi prout in casu nosteo agitur possessorio, & ad coadiuuandam tantummodò dubiam probationem in præiudicium ipsius confitentis, vt optimè distinguendo declarat *Gemin. dicto cap. 1. num. 6. in fin.* vbi etiam *Franch. num. 9. circa med. vers. & aduerte quia, Rota decis. 19. num. 2. de restitut. spoliat. in nouis, & de caus. possess. & propriet. num. 2. & 3. in antiqu. Crauett. dicto consil. 93. nu. 4. & seq. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 34. à num. 67. vsque ad 70. Ca-*
17 *rol. de Graff. vbi supra.* Præsertim quia sumus in

sum-

summarijssimo Manutentionis Iudicio, in quo sufficiunt leuiores probationes, *Rota coram Buratt. decis.222. num.5.* & alibi sæpissimè.

Et ita Bartholo tantum informante, Procuratore tamèn partis aduersæ pluries citato resolutum, &c.

ROMANA DOTIS.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Mulier creditrix Mariti pro sua Dote, & Quarto dotali, potest petere separationem suorum creditorum ex bonis ipsius ab ea possessis, & post eius mortem ex fideicommisso restituendis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, & hæres Beneficiatus potest petere separationem bonorum debitoris pro eo quod sibi debetur.*

2 *Quartum Dotale ex dispositione Statuti Vrbis venit taxandum, nedum ad rationem Dotis realitèr soluta verum etiam promissæ.*

3 *Lucrum Dotale non debetur antequam ipsa Dos debeatur.*

4 *Creditor ante purificatam conditionem agere nequit ad consequtionem crediti.*

5 *Potest tamen pendente conditione, & antequam dies solutionis cedat instare, vt adueniente die sibi soluatur.*

6 *Onus inuestiendi pratium Dotale pro maiori securitate Vxoris iniunctum Marito non inducit fundum dotalem, nec impedit translationem dominij in Maritum.*

7 *Clausula,* ad haben. Ponens, &c. *translationem dominij important.*

8 *Dos Viro tradita cum æstimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, transfert illico in Virũ dominium illius.*

9 *Clausula,* Constituti, *operatur translationem possessionis etiam in incorporalibus.*

10 *Fundamentum intentionis partis, est ab ea concludẽter probandum.*

11 *Vxor repetit Dotem etiam solummodo promissam Marito, si culpa Mariti integraliter illa non fuit exacta, & num.12.*

DECISIO XV.

RESolutum fuit die 23. Ianuarij 1638. coram bon: mem: Buccabella, ad fauorem D. Catherinæ de Fabijs, separandam esse ex bonis Fideicõmisso suppositis quantitatem scutorum 7883. pro Dote, quam ex Apoca Matrimoniali, & Instrumento Dotali in eius exequutionem celebrato apparet eam q. Io: Frãcisco Formicino eius Viro assignasse, ac postea tradidisse; necnon aliam summam scutorum 1977. ba.2. cum dimidio, pro Quarto Dotali ab ea superlucrato per Prædecedentiam Viri, ex dispositione *Statuti Vrbis lib.1. cap.131.* Et demùm scuta 93. ba.75. pro lucro medietatis Quarti Dotalis, quod Victoria Catherinæ Mater superlucrata fuerat per obitum Iacobi de Fabijs sui Viri, & Io: Francisco pro augumẽto Dotis filiæ, promiserat post ipsius mortem consignandam. Quæ omnia hodiè me Causam iterum extra Rotam proponente, placuit DD. confirmare.

Certum enim est, quod cum per obitum Io: Francisci factus fuerit locus restitutioni Dotis ad fauorẽ Catherinæ superstitis, potest ipsa implorando officium Iudicis ex bonis per eam possessis, & fideicommisso post eius mortem restituendis, petere separationem bonorum pro rata sibi debita prout dicitur
1 de Creditore hærede Beneficiato, qui potest petere separationem bonorum debitoris pro eo, quod sibi debetur, iuxta doctr. *Bald. in l. Debitori, num.4. vers. sed pone quod adiecit, C. de pact. & in l. final. §. in cõputatione, num.3. in fin. & num. 4. C. de Iur. deliber.* communiter approbatam à DD. relatis per *Bertrãd. cons. 304. num.6. lib.1. par.1. Surd. decis.310. num.14. Rota in Recent. decis.528. num.1. par.2.* Ea scilicet ratione, vt antequam casus fideicommissi eueniat Catherina scire de quibus bonis disponere, & testari valeat *Castr. cons.186. num.2. lib.2. Rota coram Caual. decis.341. num.3. Add. ad Gregorim decis.134. litt. A.*

Creditum verò Catherinæ in totum ascendere ad dictam quantitatem deducebant Domini ex Instrumento Dotali, in quo non solùm Io: Francisco Viro fuit pro Dote tradita medietas bonorum paternorũ, quam ipsa pro indiuiso possidebat cum Petro fratre, & cohærede, constituens dictam summam scutorum 7883. Sed etiam pro augumento Dotis fuit eidem à Victoria promissa medietas Quarti Dotalis per obitum Iacobi Viri ab ea superlucrati, ascendens ad scuta 375. ex quo liquet lucrum Catherinæ debitum ob prædecessum Viri esse scutorum 1977. ba.2. cum dimidio, habito respectu ad Dotem solutam, respectu verò augumenti promissi à Victoria esse scutorũ
2 93. ba.75. cum ex dispositione Statuti illud taxandũ sit non solum, iuxta Dotem verè, & realitèr persolutam, verum etiam tantummodò promissam, *Ias. in l.1. num.9. ff. si cert. pet. Gabr. cons.12. num.3. lib.1. Socc. Sen. cons.22. num.6. vers. quibus suppositis, & nu.7 lib.3. Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt.1. num.21. Gaspar. Antonius Thesaur. quæst. foreas. lib.2. quæst.75. per tot.* qui de veriori testatur *Osasch. decis. 21. nu.5. Gregorini decis.21. num.1.* præter alios allegatos in Decisione quæ reuidetur.

Nec visum fuit subsistere lucrum illius portionis à Victoria promissæ hodie ipsa viuente peti non posse,
3 cum pro eo non detur Actio antequam Dos ipsa debeatur, vt ex *Bald. cons.46. num.1. vers. Item istud lucrum, lib.4.* dixit *Rota coràm Mantica decis. 337. per totam.* Quoniam responsum fuit, Catherinam hodiè non agere ad consequutionem istius lucri, sed petere solummodò separationem, vt ipsa sciat de quibus bonis disponere possit, quod valde differt a
4 conclusione in *decisione Mantica* firmata, licet enim Creditor ante purificatam conditionem agere ne-
5 queat ad consequendum creditum, potest tamèn pendente conditione, & antequam dies solutionis cedat petere, vt adueniente die sibi soluatur, *l. cedere diem, vbi Alciat. num.10. ff. de verb. signif. Surd. decis.120. num.13. & decis.151. num.6 cum seqq. Rota coram Gregorio decis.418. num.14.* Sed hodiè difficultas cessat ex facto, cum ex obitu Victoriæ nuper sequuto cesserit dies solutionis, vt ex fide obitus.

Non obstat quod loca Montium fuerint tradita Viro sub onere inuestiendi prætium, quasi quod indè excludatur Maritum illa recepisse insolutum.
6 Quia cum id actum fuerit pro maiori cautela, & securitate Vxoris, & ad indicandam specialem hypothæcam, non autem vt remanerent in fundum dotalem, nec propterea potuit impediri effectus dationis in solutum, nec minus quod dominium locorum Montium transierit in Maritum vigore præsertim
7 clausularum, *ad haben. ponens, &c.* Quæ dominij translationem important, communiter DD. in *l. qui Roma, § duo fratres, ff. de verb. obligat. Surd. cons.450. num.27.* cum pluribus alijs latè congestis in Decisione.

Minus ad excludendum solutionem Dotis releuare visum fuit. Primò, Loca Montium semper remansisse tam ad dispositionem Tutoris ipsius Catherinę, quam Petri fratris, & cohæredis, prout antea erant. Secundò, Ipsum plura loca Montium resignasse, ac prætium recepisse, nam quod attinet ad primum,

8 cum loca Montium fuerint tradita Viro præuia æstimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, *l. cum fundum*, *ff locat.* Dominium eorum, ac pos-
9 sessio illico transiuerunt in Virum, attenta clausula, *constituti*, quæ operatur translationem possessionis, etiam in incorporalibus, *Bartol. in l. quod meo, num. 6. & 7. Angel. num. 2. Corn. num. 8. in fin. ff. de acqu. hered. Rota decis. 764. num. 2. par. 2. Recent.* Parum obstante, quod in litteris patentibus non fuerit facta mutatio nominis, quia id fieri potuit ad euitandas expensas renouationis earum, nec impediuit, quo minus vigore dictæ clausulæ possessio translata fuerit in Virum, cui loca Montium in Dotem fuerunt assignata, vt in his terminis dixit *Rota in Romana locorum Montium 14. Maij 1629. coram bo: mem: Card. Viril.* quæ est *decis. 284. par. 5. Recent.*

Quo verò ad secundum, cum Petrus haberet, & ipse pro sua medietate similia loca, præsumi debet resignasse illa sibi pro sua portione contingentia, non autem ea quæ Catherinæ in portionem obuene-
10 rant, & Viro consignata fuerant, quod tamquam fundamentum intentionis alterius partis, esset concludentèr probandū, *l. si rem, in fin. ff. de rei vindicat.* Et in omnem casum, vt spatio tanti temporis, quo Matrimonium durauit Io: Franciscus negligenter curare, vt Patentes in eius personam renouarentur, ip-
11 seque describeretur Creditor in libris Montistarum, dixerunt DD. ipsius negligentiam non potuisse nocere Vxori, eiusque culpæ esse adscribendum si in-
12 tegram Dotem non exegit, proindeque contra eum agi posse vigore solius promissionis ad integræ Doris restitutionem, *l. si Socer, §. Lucius, vbi Bartol. nu. 3. vers. oppono, ff solut. matrim. Corn. cons. 145. num. 13. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 5. num. 22.* quos & alios refert, & sequitur *Rota in Camerinen. Dotis 28. Iunij 1627. coram bonmem: Vbaldo.*

Et ita resolutum fuit standum esse in decisis, Procuratore Sanctissimæ Annunciatæ non informante, licet pluries citato, &c.

CRACOVIEN. DECIMARVM.
Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Transactio super Decimis sine solemnitatibus non sustinetur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio inita per Rectorem super Decimis non sustinetur sine beneplacito Apostolico, iustu causa, & euidenti vtilitate.*
2 *Transactio initu à Rectore super iuribus ad Collegium spectantibus, non sustinetur ex defectu potestatis ipsius.*
3 *Amplia etiamsi licentiam obtinuerit à Patre Prouinciali.*
4 *Facultas transigendi super iuribus ad Collegium spectantibus, residet in Rectore Reuerendiss. Patris Generalis.*

DECISIO XVI.

SVb die 21. Maij proximè præteriti Rota coram me censuit Concordiam non suffragari Plebano loci Golambiæ super Iure Decimandi bona Collegij Sāctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Societatis Iesu Cracouien.

Et licet postea ex parte eiusdem Collegij instaretur pro expeditione, Plebanus verò peteret dilationem, placuit DD. nihilominus nouam audientiam concedere, mandantes tamen, quia Procurator partis aduersæ sæpius citatus numquam informare voluerat, vt rursus proponeretur in hac Rota, in qua etiam Plebano non informante voluerunt capere resolutionem persistendo in decisis.

Quia ex deductis in Decisione Exemptio Collegiorum Societatis Iesu remanet extra controuersiā,
1 & apparet Transactionem super Decimis per Rectorem tunc temporis factam esse rescindendam, nec iuribus subsistere ex defectu Beneplaciti Apostolici
2 iustæ causæ, euidentis scilicet vtilitatis, ac etiam facultatis Rectoris super iis, nec minus super iuribus
3 ad Collegium spectantibus transigendi non obstante quod interuenerit consensus, ac licentia Patris Pro-
4 uincialis, cum ista facultas resideat in Scrinio Rectoris Reuerendissimi Generalis supremi, & absoluti Moderatoris totius Religionis, vt latè fuit comprobatum in Decisione. Et ita, &c.

ANCONITANA DOTIS.
Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Vxor petens sibi Dotem restitui aduersus hæredes Mariti, tenetur ad restitutionem omnium mobilium penes eam remansorum, nisi sint mobilia illius speciei, quæ vsu consumuntur, & sit lapsum decennium. Bonorum autem mobilium identitas probatur ex cōuenientia demonstrationum, & qualitatum, & ex qualitate etiam personarum.

SVMMARIVM.

1 *Vxor petens sibi Dotem restitui aduersus hæredes Mariti, non tenetur mobilia restituere, quæ apud eam non remanserunt, nec culpa, nec facto proprio defecerunt.*
2 *Mobilia consistentia in massaritijs, vtensilibus, supellectilibus, & pannis lineis, præsumuntur vsu tantum consumptu per lapsum decenny.*
3 *Mobilia non tenetur is restituere, nec de illis rationē reddere, qui allegat quod ex cursu tanti temporis, bona verisimiliter fuerunt consumpta.*
4 *Restitutio eiusdem rei dupplicitèr fieri non debet.*
5 *Identitas quorumlibet bonorum probatur ex conuenientia demonstrationum, & qualitatum.*
6 *Identitas bonorum mobilium est difficilioris probationis.*
7 *Identitas bonorum mobilium probatur ex signis, & demonstrationibus.*
8 *Identitas mobilium fortiùs deprahenditur ex qualitate personarum.*
9 *Qualitas personarum possidentium inducit ad credendum, quod corpora bonorum sint eadem.*
10 *In depositionibus testium capienda est ea interpretatio, per quam euitetur contrarietas, & ad concordiam reducantur.*

DECISIO XVII.

CVm per obitum Hyeronimi Fanelli, Francisca Lāfrancona eius Vxor obtinuisset ab A. C. relaxari mandatum cōtra illius hæredes pro restitutione Doris scutorum 4000. sub obligatione tamen restituēdi in actu solutionis omnia mobilia, quæ ipsa pro securitate suæ Dotis retinere declarauerat; Appellarunt Fanelli hæredes Hyeronimi, prætendentes Dotem non ascendere ad eam summam, & adita Signatura, quæ quoad scuta 2259. rescripsit: *Sine præiudicio*, quo verò ad scuta 1750. *Esse exequendum*, per binas Decisiones fuit negatiuè responsum, eo quod non constabat de traditione Dotis vsque ad eam summam. Verum cum postea pro parte Franciscæ probatum fuisset eam plura mobilia ad computum Dotis Viro consignasse, quæ iuxta descriptionem, & æstimationem factam à Palazzina, ascendebant ad scuta 8021. DD. repropòsita Causa, pro hac quoque sum-

ſumma, *Mandatum*, dixerunt, *eſſe exequendum.*

Hinc orta controuerſia circa reſtitutionem Mobilium, proponente paritèr bon: mem: Buccabella, dictum fuit, hæredibus Hyeronimi reſtituenda eſſe, non ſolùm Mobilia, quæ continentur in Inuentario confecto per Franciſcam de tempore obitus, ſed inſuper ea omnia, quæ fuerunt de tempore nuptiarum æſtimata per Palazzinam; & ab eadem in quodàm folio ſeparato deſcripta, exceptis quibuſdam, quæ dicebantur ſubhaſtata propter debita hæreditaria;& reſpectiuè conſumpta, & oppignorata, prout latius receſetur in *Deciſionibus* in hac Cauſa factis ſub diebus 20. *Nouembris 1637. & 15. Martij* 1638. à quibus hodiè coram me, Domini receſſerunt, quoad mobilia in folio Palazzinæ deſcripta firmantes, reſtitutionem eſſe tantummodò faciendam de bonis appoſitis in Inuentario confecto per Franciſcam, & in ipſius Domo de tempore obitus Viri receptis.

Et in hanc Sententiam iuerunt Domini aduertentes Mobilia deſcripta in folio Palazzinæ eſſe triplicis ſpeciei, quarum tamèn nullam Franciſca reſtituere tenetur.

Prima namque ſpecies continet quædam mobilia ſignata in *d.fol.litt.A.* videlicet *Vn Quadretto d'argẽto di S.Franceſco, vn Centiglio da Cappello, vna Croce d'oro con Brilli vn Anello con'vn diamante, & vna Collanetta d'oro*, quæ omnia fuerunt diſtracta per Hyeronimum conſtante adhuc matrimonio, vt ex duobus, Teſtibus pro hac parte examinatis, qui optimè probant; cum vnus deponat de facto proprio dicens ſe emiſſe à Hyeronimo prædicta mobilia, alter verò de viſu aſſerens fuiſſe præſentem dictæ venditioni, & vidiſſe recipi pretium à Hyeronimo. Et ad horum reſtitutionem dixerunt D.Franciſcam nul-
1 latenùs cogi debere cum nec apud eam remanſerint, nec culpa aut facto proprio defecerint *Alex, conſ.36 num.18. verſ.Aut d.res vſque ad fin. lib.6. latè Fuſar. de ſubſtit. qu.624.nu.6.*

Secunda verò ſpecies continet quam plura mobilia in *eodem fol. ſignata litt.C.* conſiſtentia in maſſaritijs, ſuppellectilibus vtenſilibus, pannis lineis, &
2 alijs huiuſmodi, quæ cum ab anno 1622. quo contractum fuit matrimoniũ vſq; ad obitum viri ſequutum de anno 1632. præſumantur vſu conſumpta, *Peregr.conſ.70.num.21.lib.1.Rota coram Durano, dec. 192. num.* 11. vtique ad eorum reſtitutionem Franciſca non videtur cogenda, cum generaliter quilibet qui tenetur reſtituere vel reddere rationem de mobi-
3 libus eximatur ab vlteriori reſtitutione allegando, quod ex curſu tanti temporis bona veriſimiliter fuerunt conſumpta vt ex doctr. *Bartol. in l. Quoad præſens num.3.C.de Murilegul. lib.11. tradunt Pariſ.conſ. 55.num.27.lib.2.Riminald.Iun.conſ.459.num.18.lib.4 Peregr.de fideicomm.art.10.num.40.* Quam opinionẽ ſequitur *Rota*, & ſignanter *coram Martin. Andr.dec. 69.num.3.& dec.55.num.1.dec.80. nu.7. & cor. Greg. deciſ.285. num.3. ibique Addenſ.num.4.verſ. benè verum eſt.*

Tertia demum ſpecies continet mobilia quæ in d. folio apparent ſignata *litt. B.* quæ cum ſint omninò eadem cum ijs, quæ fuerunt inuentariata per Franciſcam de tempore mortis, ſatis viſum fuit quod Frã-
4 ciſca ſemel illorum reſtitutionem exhibeat, abſque eo quod duplici reſtitutionis onere grauetur ad *Text. in l.bona fides ff.de regul. Iur. & cap. Bona fides extra eod.tit.in 6.*

Quod autem bona deſcripta in folio Palazzinæ ſint eadem ſignata de tempore obitus cõuincitur manifeſtè ex oculari inſpectione ſi folium ac Inuentarium ſimul conferantur, liquet enim eaſdem qualitatum ac denominationum demonſtrationes mobilibus tàm in Inuentario quam in folio deſcriptis pari-
5 formiter cõuenientia ſicuti probaretur identitas quorumlibet bonorum *Dec.in cap. Prudentiam §.Sexta num.10.verſ.Sed dicit de offic.delegat. Alex.conſ.133.n. 5.lib.1.Crauett.conſ.198. num.2. Menoch.conſ.409.nu. 85. & dixit Rota in Nouarien. Bonorum 30. Aprilis 1632.coram Reuerendiſſ. D.meo Decano impreſſ.in Rec. deciſ.120. nu.19. par.6.* Ita fortius bonorum mobiliũ
6 quorum identitas eſt difficilioris probationis iuxta Thæoricam *Bartoli in Tract.teſtimon. num.30.& 31.*
7 Vbi quod ad hunc effectum ſufficiunt ſigna, & aliæ demonſtrationes ſequitur, *Peregrin. de fideicomm.art. 44. numer.47.*

Et pro hac identitate concurrit etiam vehæmens præſumptio deſumpta ex eo quod Hyeronimus tàm ante contractum matrimonium quam poſtmodum eo conſtante fuit filius familias Exul à Patria, & cui mẽſtruatim ſubminiſtrabantur victui neceſſaria, adeout cum inveriſimile admodum ſit eum alia mobilia ſuis expenſis comparaſſe, præter ea, quæ ad computum dotis ſibi conſignata fuerant à Franciſca fortius
8 conuincitur identitas horum mobilium, quæ ex qualitate eorum perſonarum depræhenditur *Bart.in dicto tract.teſtam.eod. nu.30. verſ. vel quid ſi apud te fa-*
9 *mulum,* Vbi quod ex qualitate perſonarum habentium adducimur ad credendum, quod corpora bonorum ſint eadem, *Crauett. conſ. 191. num. 8.Natta conſ 235.num.17.*

Nec aduerſus diſtractionem factam à Viro & conſumptionem à Iure præſumptam releuat, quod Frãciſca articulauerit Veſtes, & alia omnia penès ſe exiſtentia eſſe eadem met corpora, & ſubſtantia, quæ viro in computum Dotis fuerunt conſignata. Quia, non eſt concludens probatio mobilia penès Franciſcum de tempore obitus reperta ſunt eadem, quæ fuerant tradita in dotem, ergò omnia mobilia in dotem tradita hodiè penès illam exiſtunt, quia poſſunt ſtare ſimul quod hæc ſint eadem, ſed non omnia, quę in dotem fuerunt tradita. Imò hæc aſſertio potiùs vrget contra hæredes Hyeronimi, & magis conuincit identitatem bonorum, quia ſi mobilia deſcripta in Inuentario de tempore obitus viri ſunt eadem corpore & ſubſtantia quæ ei conſignata fuerunt perneceſſe ſunt eadem cum bonis deſcriptis in folio Palazzinæ, quia in eo appoſita ſunt bona, & mobilia tradita viro ad computum Dotis.

Minus ad hunc effectum releuant Teſtes pro Franciſca examinati dum 4. ſuper 42.aſſerit hodie in Domo Franciſcæ reperiri eadem mobilia quæ ipſa habebat in Terra Stacciolæ, & quintus ſuper 13. teſtatur mobilia quæ hodiè reperiuntur in dicta Domo Franciſcæ eſſe eadem quæ ipſa conſignauerat viro in dicta Terra Stacciolæ, & idem quartus ſuper nono recitat de verbo ad verbum ſe vidiſſe omnia mobilia quæ in capſis aſſeruabantur, & dicit eſſe illa eadem quæ continentur in folio Palazzinæ tunc ſibi lecto, Quia ſi eorum dicta interpretarentur de omnimoda exiſtentia horum bonorum in Domo Franciſcæ conuincerentur manifeſtè de falſo non ſolum ex alijs Teſtibus, qui vt ſuperiùs dictum fuit deponunt de alienatione quinque corporum facta a Hyeronimo conſtante matrimonio, quæ proindè apud ipſam non remanſerunt, ideoque quatenùs dicunt mobilia hodiè reperta in Domo Franciſcæ eſſe eadem cum cõſignatis in Terra Stacciolæ, intelligendi ſunt iuxta interpretationem datam aſſertioni factæ per Franciſcam in articulis, vt ſcilicèt bona hodiè reperta penes ipſam ſint eadem cum traditis in Dotem ſed non ſint omnia. Quatenùs verò de verbo ad ver-

bum tecitant se vidisse singula bona quę in capsis ser
uabantur eaquæ dicunt esse eadem cum descriptis in
folio Palazzinæ leguntur descripta, non autem per-
cutiant tempus obitus Hyeronimi non solum quia
ijdem Testes *summ. hæredum num.* 1. fatentur de eo
tempore se non vidisse mobilia in capsis, vt apertè
secundus Testis iuxta 28. ibi - *l'hò vedute portare*
dalli Facchini al Porto della Straecciola, & adesso, l'hò
viste in casa dello Signora Francesca, mà vltimamente
dentro non l'hò vedute sed etiam quia in depositio-
nibus Testium capienda est ea interpretatio per quā
euitetur contrarietas, & ad concordiam reducantur
cap. cum tu vbi gloss. & DD. de Testib.

Et ita vtraq; parte informante resolutum fuit, &c.

ROMANA PENSIONIS.

Lunę 19 Nouembris 1640.

ARGVMENTVM

Pensionario debetur integra pensio, quoties remaneāt
centum pro Rectore imputando tamen in eius con-
gruam tantummodò, & quæ percipit de iuribus Ec-
clesiæ, non autem quæ percipit extra, & an ad hunc
effectum legatum factum Cappellæ cum onere cele-
brandi missas per Rectorem. dicatur de iuribus Ec-
clesiæ?

SVMMARIVM.

1 *Rector tenetur imputare in eius congruam ea tantum-
modo, quę percipit de iuribus Ecclesię, non au-
tem ea quæ percipit ab extra.*

2 *Parochus tenetur ratione Curæ solum diebus festiuis
vel per se, vel per alium celebrare in Ecclesia.
Relictum Rectori pro celebratione missarum debetur
eidem ratione particularis seruitij, quod præstat,
non autem ratione curæ parochialis, nu. 2.*

3 *Fructus certi si ita debeantur, vt nemo alius perci-
pere valeat, quam Parochus tenetur imputare
illos in eius congruam.*

4 *Limita si non percipiantur iure Parochiæ.*

5 *Parochus idem non prohibetur esse rector, & Cap-
pellanus in sua Ecclesia.*

6 *Congrua Rectoris in Vrbe ascendit ad scuta centum
monetæ Romanę ex declaratione Eminentissimor.
Cardinalium Sacri Concilij interpretum.*

7 *Confessio Rectoris contra ipsum probat valorem be-
neficij.*

8 *Pensionarius releuatur ab onere probandi valorem
beneficij per Confessionem Rectoris.*

DECISIO XVIII.

CVM disputaretur coram RR. PP. DD. M. M.
Merlino, & Verospio An Saraceno debeatur in-
tegra pensio scut. 40. cui Petrorlius cum obligatione
Camerali consensit, & resolutio penderet ab eo An
deductis oneribus remanerent centum pro Rectore,
Rota præuijs multis decisionibus affirmatiuè respō-
dit computando in congruam Rectori debitam scu-
ta 40. quæ ipse percipit ex legato facto Cappellæ in
eius Ecclesia existenti, ac proindè integram pensio-
nem deberi, & mandata ab A.C. contra Petrorsium
relaxata esse exequenda.

Causa postmodum tertio loco mihi commissa à
Signatura Iustitiæ cum clausula *sine praiudicio*, quo-
ad scuta 28. simpliciter verò quoad alia scuta 22. &
deindè à Signatura Sanctiss. Appellatione, & restitu-
tione in integrum remotis, post plures dubij propo-
sitiones Idem responsum fuit non tamen ex eo fun-
damento quod in congruam imputanda sint illa scu-
ta 40. quæ Rector percipit Iure legati. Quia cum
hodiè dictum fuerit fructus huius legati percipi a Re-
ctore vti Cappellano, & non Iure Parrochiæ dixe-
runt DD. illos non esse in congruam computandos,

1 cum in ea computentur dumtaxàt illa emolumenta
quæ Rector percipit Iure Ecclesiæ, & quæ Ecclesia
Iure suo obtinet, non autem ea quæ obueniunt ab
extra, & aliunde quam ex eius redditibus, *Rebuff. in
tract. de Congrua port. quæst. 11. num. 85. Lar. de Anni-
uers. & Cappell. cap. 1. lib. 2. num. 36. Barbos. in l. Di-
uortio §. quod in anno num. 7. ff solut. matrim. Rota dec.
5. num. 8. part. 2. diuers. & coram Montic. dec. 269. n. 5.*
& in terminis reseruationis pensionis coram *Buratt.
decis. 351. num. 8.*

Quod autem fructus legati non spectent ad Eccle-
siam sed ad Cappellam, nec debeantur Rectori vti
Rectori sed vti Cappellano satis constare visum fuit
ipsa ordinatione Testatoris, non solùm quia Cap-
pellam construi mandauit, dotem illi assignauit, &
fructus Parocho ad implenda onera prædicta Electo
solui mandauit ex quibus apertè liquet hos fructus
Testatoris destinatione fuisse distinctos ab alijs Ec-
clesiæ redditibus. Sed etiam quia onus celebrandi
Missas iniunxit, ex quo clarum remanet hanc quā-
titatem fructuum non deberi Parocho ratione Curæ
Parochi cum ex hac teneatur solum diebus festiuis
2 per se vel per alium celebrare, vt tradunt *Azor. In-
stit. Moral. por. 1. lib. x. cap. 24. qua est 2. & 3. latè Bar-
bos. de Offic. Paroch. cap. 11. num 5. & 6.* sed deberi ra-
tione particularis, & personalis seruitij, quod præ-
stat celebrando Missas iuxta præscriptum Testatoris,
sicque personæ potiùs seruienti, quam Ecclesiæ cui
inseruitur esse debitam *Petr. de Vbald. in tract. de port.
Canonic. cap. 7. num. 57. & seqq. Rebuff. dicta quæst. 11.
num. 86. ibi - gratia remuneratoris, & sequitur Grat.
discept. forens. cap. 6. num. 11. 12. & 13. & fuit dictum in
Caranten. quartę Portionis 25. Iunij 1604. coram sacra-
to §. Non obstat quod.*

3 Nec releuat hos fructus esse certos, & ita de-
beri Rectori vt nemo alius eos percipere valeat ex
quo dicebatur in 2. decis. *R.P.D. mei Verospy sub die
28. Iunij* 1638. fore computandos in congruam ex
Rebuff. dicta qu. 11. cum alijs allegatis. Quia ad hunc
4 effectum non sufficit redditus esse certos nec ab alio
percipi posse quam a Rectore, nisi etiam percipian-
tur Iure Parrochiæ, & pro oneribus Parrochialibus
vt clarè explicat, *Rebuff. in sæpiùs citata qu. 11. nu. 85.
ibi - omnia certa quæ habet ratione sui beneficij, &
Vicariæ.*

Neque ex solo quod Rector electus fuerit ad im-
plenda onera per Testatorem iniuncta. adeut ex hac
ordinatione nullus alius dictos fructus percipiat, di-
ci potest eos percipere Iure Parrochiæ, & tamquam
fructus ad Parrochialem spectantes. Quia hoc non
prouenit ex eo quod hij fructus de sui natura non
sint perceptibiles ab alio, quam à Parocho, sed pro-
uenit ex accidenti, quia scilicet Testator voluit percipi
ab eo, & non ab alijs, ex quo eidem adimplemen-
tum, & non alijs iniunxit, hoc tamen non probat
fructus ei deberi vti Parocho cum possit ipse repræ-
5 sentare duplicem personam, nec prohibeatur idem
esse Rector, & Cappellanus in sua Ecclesia, *Felin. in
cap. Ex parte il 2. num. 3. Dec num. 4. de rescript. DD.
communiter in cap. 1. de consuetud. in 6. lap. alleg 116.
num. 5. & seqq. Rebuff in praxi part. 2. Tit. de non pro-
mot. num. 76.*

Fundamentum itaque resolutionis quia Sacra Cō-
gregatio Eminentissimor. DD. Cardinalium Sacri
6 Concilij Interpretum declarauit verba ducatorum
100. pra congrua Rectoris de quibus in *cap. 13. sess.
24 de reformat.* in Vrbe intelligi debere de scutis 100.
monetæ Romanæ ad rationem Iuliorum decem pro
scuto, quibus declarationibus Rota absque alia dis-
cussione reuerenter deferre solet, *Canall. decis.* 627.
nu. 8.

num. 8. & fuit dictum in Vicen. Portionum 18. Martij
1639.coram R.P.D.meo Dunoz. Vnde etiamsi ex fru-
ctibus huius beneficij essent detrahenda vt Petrorsius
prætendit scuta 71.pro oneribus Ecclesiæ, & scuta
34.pro habitatione Domus Rectoris,& scuta 40.quæ
ipse percipit Iure legati ac demum scuta 100. pro
congrua constituentia in totum scuta 235. adhuc ta-
mẽn remanerent Rectori scuta 63. pro soluenda pẽ-
sione quæ non excedit scuta 40. Cum valor beneficij
ascendat ad scuta 298. vt ipsemet Rector suscepto in
se onere huius probationis declarauit cũ Iuramento
7 in Concordia inita cum Pensionario, quæ Rectoris
Confessio contra ipsum probat valorem, & releua-
tur Pensionarius ab onere vlterioris probationis, vt
8 latè firmatum fuit in *decisionibus in hac causa factis*
coram prædictis DD.meis Merlino, & Verospio.

Et ita vtraq; parte informante responsum fuit integram Pensionem deberi, & mandata esse exequenda, &c.

PLACENTINA CENSVS

Merc.28. Nouembris 1640.

ARGVMENTVM

Census impositus super certo fundo fructifero capaci, & certis finibus designato in prompta, & numerata pecunia dicitur ad formam Bullæ Pianæ, & sustinetur etiamsi impositus fuerit super fundo alieno cum consensu domini, & qualiter ad hunc effectum dicatur apparere de hoc?

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij V. de Censibus prohibet ne census remaneat super persona constituentium.*

2 *Census potest imponi super re aliena domino consentiente.*

3 *Consensus censetur reciprocus in duobus simultaneè ad eumdem actum concurrentibus.*

4 *Dominus fundi præsens contractui verisimiliter reclamasset, si alienationi rei propriæ non consensisset.*

5 *Solemnitates eædem, quæ ex forma Bullæ requiruntur in vno, debent ab omnibus obseruari.*

6 *Declara procedere quando agitur de habilitanda persona contrahentis, & de solemnitate personali, secus vbi solemnitas respicit realem obligationem, & num.7.*

8 *Obligatio plurium personarum est vna tantum nec multiplicatur, ex personarum multiplicatione.*

9 *Dominus fundi si illum censui subiugauit, nulla remanet pars libera, quæ possit præsumi alteri communicato ad effectum creandi censum pro illo.*

Limita si dominus fundi consentiat, vel præsens contractui non dissentiat, num.10.

11 *Res aliena vendi potest consentiente domino.*

12 *Dominum fundi consentire, & cum alio simul vendere paria sunt.*

13 *Dominus fundi idem facit alienando, quod alienationi consentiendo.*

14 *Hypotheca non dicitur prius, vel posterius contracta in actu simultaneè explicato.*

15 *Donatio facta ab vxore de consensu viri dicitur facta ab ipso viro, qui est dominus rei ex dispositione text. in l.si queat C.de Inoff.donation.*

16 *Mulier prohibetur simul cum viro obligari, ex auth. si qua mulier C.ad sen. cons.vell.*

17 *Vxor ex dispositione l.si queat de Inoff. donat.præsumitur intercedere, & fideiubere pro viro quantumvis in solidum se obliget.*

18 *Contrahentes vbi non prohibentur insimul obligari actus tribuitur vnicuique æque principaliter.*

19 *Venditori dicitur solutum id quod de eius consensu alteri soluitur.*

20 *Contrahentes vbi declararunt velle contrahere iuxta formam Bullæ, & non aliàs puta omnia quæ contrariantur Bullæ annullantur firmo remanente contractu.*

21 *Census valet stante protestatione partium velle contrahere ad formam Bullæ concurrentibus omnibus requisitis à Bulla, licet pacta essent Bullæ contraria.*

22 *Limita nisi pacta essent contra substantiam census, sed contra accidentalia.*

23 *Declaratio ex post facta, & ex interuallo, non tollit ius alteri quæsitum, ex aliquo actu.*

24 *Census impositus a pluribus insimul contrahentibus valet etiam si vnus tantum sit dominus fundi, & declaratur* Surd.cons.318.421.511.

DECISIO XIX.

VNanimiter DD.censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam, & Censum de quo agitur substineri cum fuerit impositus super certo fundo fructifero, & capaci certis finibus designato in prõpta, & numerata pecunia, vt disponitur in *Bulla S. m.Pij Quinti.*

Nec obstant exceptiones quæ denuò obijciuntur
& primo quod Census fuerit constitutus coniunctim
& simultaneè à Pontio Ructo, & Prato, & tamen
fuerit subiugatus fundus solius Pontij adeout prop-
terea excepto Pontio nullus alius certum fundum
Censui supposuerit, sed quoad eos Census remanse-
rit dùmtaxat super persona constituentium contra
expressam formam *Bullæ* quæ mandat Impositori-
bus Censuum ut certum fundum finibus designatum
1 supponant, & subiugent, ne remaneat super per-
sona constituentium.

Secundo quod prætium non fuit integralitèr solutum Pontio Domino fundi sed pro rata etiam singulis alijs, cum tamèn *Bulla* prohibeat creari Censum non recepto integro prætio.

Quantum enim ad Primum licet petiũ Terræ per-
ticarum 170. super quo Census fuit impositus spe-
ctaret ad solum Pontium vti Dominum, Ructus ta-
men, & alij simul cum Pontio fundum hunc simul-
taneè Censui supposuerunt, cum hac tamen diffe-
rentia quod respectu Pontij Census remanet impo-
situs super fundo proprio, respectu vero aliorum di-
2 citur impositus super re aliena, quod cum fieri pos-
sit D. consentiente vt ex *Text.in l. Rem alienam ff.de*
contr. empt. firmant præter allegatos in decisionibus in
hac causa factis 16. Nouembris 1639. & 14. Martij
1640. coram R.P.D. meo Pirouano Ludou. Molin. de
contract.disput.394.num.9. part.2. Azor. Instit. Mo-
ral.part.3. lib.x.cap.7. quæst.7. vers.septimo quæritur
Boccacc.de cens.par.2. num.69. Scacc.de Commerc. &
Camb.§.1.quæst.1. num.181.Cenc.de cens.quæst.14.nu.
8.iuxta modern.impress.Taurinen.Duard. de cens.§.1.
qu.25. num.21.qui alios infinitos refert & §.3. qu.12.
num.7.& post eum Rota dec.337.in princ. & in Vrbe-
uetana Census 2.May 1625.cor. R.P.D. meo Dunoz.
fuit adimpleta dispositio Bullæ quæ non prohibet
imponi Censum super re aliena, sed solum curat ne
Census remaneat super personis constituentium, sed
habeat fundum subiugatum vt explicat *Nauarr.in c.*
si feneraueris 14.quæst.3. num.85. vers. Glosa secunda
de vsuris Surd.cons.421. num.2.& 511.num.2. Ioann.
Franc.Leo in suo Thesauro for. Eccles. part.2.cap.15.
num.6. & seqq. Cenc. vbi proximè quæst.34. num.39.
Duard.eodem Tract.§.1.quæst.2.num.5.Azor.vbi sup.
part.3. lib.10. cap.7.quæst.7.in princ. Rota in Romana
Pratij Palatij 15. Ian. 1607. coram Iusto, quæ est de-
cisio 80.num.1.& 2. post eosdem Cenc. Duard.impress.

Et quamuis Informantes pro Prato replicent non pro-

probari Pontium consensisse, quod cœteri fundum
suum Censui supponerent adhuc tamen, quia Pon-
tius non solùm præsens, & tacens, sed simul cum
alijs Censum super suo fundo constituit, visum fuit
ex hac simultanea subiugatione colligi manifestum
3 Pontij consensum ex quo duobus simul actum faci-
entibus vnus videtur alteri consentire, *l. Titius, ff.
quib.mod.pign.vel hypoth.solu. l.cum pater, §. libertis,
ff.de leg. 2. Dec.cons.121.sub num.2. vers.præterea de
consensu, Bero.cons. 64.nu.8.lib. 1. Surd.cons. 15. n. 20.*
Præsertim cum Pontius non solùm cum alijs Præ-
dium pro Censu hypothæcauerit, sed etiam partem
prætij solui promiserit, vt ex doctr. *Bart. in l.quæ do-
tis, nu.21.& seqq. dixit Rota in Romana Officij 31.Ia-
nuarij 1628.coram R.P.D meo Pirouano, quæ est decisio*
4 *140.nu* 10.*par.5. Recent.* Vbi ponderat quod Domi-
nus verisimiliter reclamasset si alienationi rei pro-
priæ non consensisset ob præiudicium quod sibi infe-
rebatur.

Nec releuat quod vnusquisque impositor debeat
5 proprium fundum subiugare, cum eædem solemni-
tates, quæ ex forma Bullę in vno requiruntur debeãt
ab omnibus obseruari, vt ex *l.eandem.§.fin ff.de duob.*
6 *reis constituẽ, Surd.cons.318.nu.13.* Quia obiectum
procederet si fundi subiugatio requireretur ad habi-
litandum personas contrahentes, seù pro solemnitate
personali; prout à Statuto requiritur interuentus Iudi-
cis, & Curatoris ad habilitandũ personas contrahen-
tes; Tunc enim si plures minores contrahant, quili-
7 bet eorum indiget aucthoritate Curatoris, & Iudicis
secus autem vbi, solemnitas non respicit personalẽ
obligationem, sed realem, seù effectum ipsius obli-
gationis, prout in casu nostro Bulla requirens pro-
prij fundi subiugationem non considerat obligatio-
nes personales, sed tantummodò reales, seù effectum
ipsius obligationis, qui vt superius dictum est consi-
stit in eo, quod Census non remaneat super perso-
nis Contrahentium; eo enim casu verius est non
requiri in quacumque persona eandem solemnitatẽ;
Ratio autem disparitatis est euidens, quia vbi solem-
nitas requiritur ad validandam obligationem per-
sonalem, cum tot sint obligationes, quot sunt perso-
næ debet in vnoquoque seruari eadem solemnitas,
vbi verò requiritur propter obligationem realem,
seù propter effectum obligationis, cum obligatio
8 plurium personarum quoad effectum sit vna tantũ,
nec multiplicetur ex multiplicatione personarum,
Text.in l.duobus, §.final. ff.de duob. reis, ibi: *Vtique
enim cum vna sit obligatio,* vt tradit *Bart. in l.2. & l.
eandem vtrobique, nu.4.ff.eodem, Roderic.de ann.reddit.
lib.2.qu.5.nu.2.* Mastrill.*dec.141.nu.13.& plurib.seqq.*
non est necesse, vt eadem solemnitas in vnoquoque
seruetur, vt in his terminis firmant *Roder.& Mastrill.
in alleg. locis, nu.15.*

Nec dicatur Censum posse quidem imponi super
re aliena consentiente Domino, quando tamèn Do-
minus simplicitèr consensit, secùs si ipse etiam Do-
minus super eodem fundo Censum imponat, ponde-
9 rando pro ratione diuersitatis, quod vbi Dominus
fundum subiugat nulla remanet pars libera, quæ
possit alteri communicari ad effectum vt iterum ab
altero Censui supponi possit, vt arguit *Surd.dict.cons.
318. nu.7. vers secundo dico,* quoniam hæc distinctio
videtur imaginaria. Admisso enim quod Census im-
10 poni possit super re aliena de consensu Domini ni-
hil referre videtur an imponatur Domino solum
consentiente, vel etiam eo simul imponente. Sic e-
11 nim videmus, quod cum res aliena vendi possit de
consensu Domini, *l.Rem alienã, ff.de contrahen.empt.*
12 nihil interest an Dominus tantummodo consentiat,
vel etiam simul vendat, vt enim ait *Bald in l.quoties,
num.5. in fin. C. de fideicommiss.* & ibi *Fulgos.num.1.*
13 Paria sunt duo simul vendere, & venditioni con-
sentire, sequitur *Surd.cons.15.nu.20. Tiraquell.de legi
Connubial.gloss.7.nu.24. vers.vbi dicit ipse Baldus,* &
in puncto *Mastrill.d.decis.141. num.29.* Ratio autem
pro distinctione ponderata, quod scilicet Dominus
imponens Censum super suo fundo nullam partem
liberam relinquat, quæ possit alijs hypothæcari,
quicquid sit vbi prius hypothæcaretur à Domino v-
tique non procedit vbi simultaneè, & eodem conte-
xtu Cẽsus imponitur, & fundus hypothæcatur à Do-
14 mino simul cum alijs de consensu ipsius, quia in hu-
iusmodi actu simultaneè explicato non datur prius,
& posterius, nec potest considerari, quod in aliqua
parte temporis fundus esset iàm hypothæcatus.

Minus facit quod licet alij Censum imposuerunt
super fundo Pontij, solus tamèn Pontius ad quem
spectat petium terræ iure dominij, dici debeat Cen-
sum imposuisse, per *Text.in l.liqueat, C.de inoff. don.*
15 vbi sancitur Donationem factam ab Vxore de con-
sensu Viri, dici factam ab ipso Viro, qui erat Do-
minus rei, quoniam aduerterunt Domini hoc esse
16 speciale in Muliere, quæ cum prohibeatur simul
cum Viro obligari, *Auth.si qua Mulier, C. ad Senat.*
17 *Consult.* Vell. & lex præsumat eam intercedere, &
fideiubere pro Viro quantumuis in solidum oblige-
tur, *Bald.& Salyc.in d. Auth.si qua Mul.ambo sub n.9
Honded.cons.45.nu. 20. lib.1. latè Mastrill. in alia dec.
140.nu.2.& 3.* Ideoque actus factus à Muliere simul
cum Viro, semper attribuitur Viro, qui in Contractu
præsumitur principalis. hoc autem non procedit in
18 casu nostro, vbi quia Contrahentes non prohiben-
tur insimul obligari, actus tribuitur vnicuique æquè
principalitèr, vt aduertit idem *Mastrill. decis. 141.
num.32.*

Quantum verò ad secundum caput prætensæ in-
naliditatis Census, ex quo prætium non fuerat inte-
grè persolutum Domino fundi Censuati, sed vnicui-
que pro sua rata sibi tangente. Responsum fuit quod
licèt non alitèr Census creari valeat, quàm soluto
receptoque respectiuè integro prætio, non tamen
prohibitum reperitur, quin de voluntate venditoris
possit prætium, vel illius pars alteri solui, cum dica-
19 tur solutum venditori id quod de eius consensu alte-
ri soluitur, *l.solutio, §.solutam, ff.de pignorat.act. l.in-
uito, C.de solut. Cenc.de Censibus, quæst.50. num.22.
Duard.eodem tract.§.7.qu.1.nu.8.* Imò nec alitèr fie-
ri poterat in casu nostro, quia cum non solus Pon-
tius, sed etiam alij tres Censum imposuissent, æquũ
fuit vt non soli Pontio, sed singulis etiam prætium
distribueretur, vt firmatur in *1.dec.* huius Casæ in *§.
vlt.* & egregiè ad hoc propositum firmat nouissimè
*Modern.Forolinens. Contr. Iur. vol.2. lib.11. cap.10.
num.5. in fine.*

Quod autem venditores promiserint dare Instru-
mentum publicum impositionis Census contra mẽ-
tem Bullæ, quæ citra fructuum solutionem vult im-
positores non esse ad alios cogendos visum fuit nul-
lius ponderis, stante protestatione partium, quod *in-
tendebant* velle contrahere iuxta formam Bullæ, &
20 & non alitèr quæ protestatio operatur, vt pacta
omnia quæ contrariantur Bullæ habeantur pro non
appositis, & annullentur, firmo in reliquis remanẽ-
te Contractu, *Gabr.cons.47.num.7.lib.2. Grat.discept.
forens.cap.75.nu.39.cum seqq. Rota dec.219.nu.4. p.2.*
21 *Recent.* Quæ conclusio indubitantèr procedit quã-
do nihil omittitur ex requisitis à Bulla, & pacta ad-
iecta non sunt contra substantiam Census, sed tantũ-
22 modò præter illius naturam, vel contra naturalia,
aut

aut accidentalia illius, prout in nostro casu tūc enim omnes vnanimitèr firmant pactis illis remotis Censum substineri, *Guttierez pract. quaest. lib. 2. quaest. 176. per tot. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. qu. 4. num. 1. & 2. Grat. discept. foren. cap. 141. nu. 21. Cenc. de Cens. qu. 53. nu. 11. Rouit. dec. 33. nu. 7. Hector. Capic. Lair. dec. 116 nu. 22. cum seqq. Rota coram Card. Seraph. decis. 269. per tot. & dec. 1418. num. 6. & coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano in Nullius, seù Millunicen. Census 26. Maij 1614. quae est post Cenc. & Duard. de Censibus, vtrobique dec. 146. per tot.*

Demum non visa fuit obstare declaratio postmodum ex internallo facta à Pontio, quod scilicet Pratus, & Socij in contractu Census nudum tantum nomen habuerint, commodum verò, & incommodum
23 spectauerit ad Pontium, quia effectus huius declarationis restringitur ad Pontium tantum, non autē extenditur in praeiudicium Emptoris Census cui ex primo Contractu perfecto fuit Ius quaesitum, nec immutat aut minuit primam obligationem simultanèe factam ad fauorem emptoris, vt in materia Societatis Officij tradit *Zaceb. de Societ. Offic. num. 20. & seq. Rota coram Greg. dec. 167. sub nu. 4. vers. & recognitio* & in terminis Census *Rota coram eod. Greg. dec. 157. nu. 6. in fin. vers. nec facit declaratio, cum seqq.*
24 Ex quibus dixerunt Domini satis constare de valida Census impositione non obstantibus in contrariū adductis per *Surd. cons. 318. 411. & 511.* aduertentes non solùm quod ipse in casu, quo quidam solus imposuerat Censum, & deinde alij simul cum eo illū vendiderant, praetiumque pro rata receperant, qui casus valdè distat à nostro vti omnes simul ab initio simultaneo actu, & vnico contextu imposuerunt Censum super fundo Pontij, sed etiam quia confutatis eius rationibus hanc Sententiam benè fundarūt *Cenc. de Censib. qu. 52. num. 14. & 21. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. qu. 11. nu. 9. Merend. contr. iur. vol. 1. lib. 11. cap. 10. per tot.* & signanter *nu. 5.* Duard. *de Cens. §. 3. qu. 11. nu. 6. & 7. Mastrill. dec. 141. num. 10. per tot.* qui benè satisfacit rationibus per *Surd.* in contrarium adductis, quorum opinionem, vti veriorem amplectendo DD. resoluerunt pro validitate Census vtraque parte informante, &c.

FINIS ANNI M. DC. XL.

LEODIEN. CAPPELLANIAE.

Veneris 1. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Litterae Apostolicae non sunt exequendae via exequtiua quoties non continent subrogationem gratiosam verba subrogamus, sed simplex mandatum de subrogando, seu subrogationem rigorosam per verba subrogari mandamus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de subrogando, seu subrogatio rigorosa per verba subrogari mandamus, non habet viam exequtiuam.*
2 *Maxime in concursu alterius possidentis, & habentis titulum prouenientem ab eodem fonte.*
3 *Subrogatus veniens ex iure diuersa persona, non est legitimus contradictor ad impediendam alicui immissionem.*
4 *Limita quando immissio petitur vigore simplicis mādati de subrogando.*
5 *Et quando mandatum de subrogando conceditur in ius alterius non possidentis.*
6 *Subrogatus in ius non possidentis, tenetur ad iustificationem suae gratiae perindè acsi ad canonizationem ageret.*
7 *Subrogatus in ius non possidentis non executiuè, sed via ordinaria procedere debet.*
8 *Via executiua non datur quando agitur de praeiudicio possessoris.*
9 *Lis oblapsum decennij habetur pro derelicta.*
10 *Vacatio per publicationem non comprenditur in vacatione per obitum, quantumuis concessa verbis generalibus.*
11 *Publicatio requisita ex Bulla Greg. XIII. de publ. non requiritur in cessione facta ei, qui possidebat.*

DECISIO XX.

ORta lite in partibus inter presentatos ad Cappellaniam de qua agitur, videlicet, Io: Franciscum Mediceum, à quo D. Abbas Vrsinus causam habet, & Calixtum Conradum authorem Pauli Ludouici Villanouae, & per Appellationem introducta in Rota coram bo: me: Card. Caualerio, inter cetera fuit disputatum an Cappellania esset adiudicanda Conrado, & DD. tunc responderunt, non esse adiudicandum magis Mediceo, quam Conrado, sed potiùs ex paritate vocum esse locum gratificationi, vt apparet ex *dec. 436. & seq.* inter eius impress.

Interim D. Abbas qui antea obtinuerat sibi prouideri à Sede Apostolica de dicto Beneficio vti libero, ac ratione mensis reseruato, & possessionem vigore Breuis Cameralis acceperat, mediante Concordia cum Mediceo, impetrauit à San: mem: Paulo V. subrogationem in eius Iuribus, & gratificationem cum derogatione Iurispatronatus in totum, attenta lite, ac pacificè continuauit in sua possessione spatio circitèr 20. annorum.

Verùm quia duobus ab hinc annis, Villanoua obtinuit Iurium cessionem à Conrado, & Litteras Apostolicas expediuit sub forma mandati de subrogando, cum narratiua, quod Causa fuerat in Rota introducta, & adhuc continuabat, & indecisa pendebat coram Me suffecto Card. Caual. dubitatum fuit; An Litterae Apostolicae ad fauorem Villanouae essent exequendae; & DD. dixerunt, non esse exequendas, saltem via exequutiua.

Moti sunt, quia Villanoua non habet subrogationem gratiosam, per verbum subrogamus, sed solùm mandatum de subrogando, seù subrogationem rigorosam, per verba subrogari mandamus, cuius vigo-
1 re non competit via executiua, nec conceditur immissio, nisi ministerio Iudicis, qui partes prius audire debet, & eorum Iura discutere, *Cassad. decis. 1. nu. 4. per tot. vt lit. pend. Mohed. dec. 11. eod. Tit. Rota in Rec. dec. 378. nu 1. par. 1.*

Praesertim cum D. Abbas Vrsinus reperiatur in
2 possessione huius Cappellaniae, & alleget Titulum prouenientem ab eodem fonte nempè à Sede Apostolica, iuxta *Doctr. Bart. in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* quam in his terminis probauit *Rota vt in decis. Caputaqu. 329. par. 1. Mohed. dec. 13. vt lit. pend. Serafin. dec. 1153. nu. 2. Rota coram San: mem: Greg. dec. 46. nu. 6. coram bo: mem: Cocc. dec. 431. nu. 2.* & in alijs relatis per *D. Argelum de Legit. contred. qu. 2. art. 1. num. 45.*

3 Nec obstat replicatio Villanouae, quod subrogatus veniens ex Iure diuersae personae non dicatur le-
4 gitimus contradictor ad impediēdam alicui immissionem, quia conclusio non procedit quando immissio petitur vigore simplicis mandati de subrogando,
5 vt dictum fuit, & multò minus quando mandatum de subrogando conceditur in Ius alterius non possi-
6 dentis, talis enim subrogatus tenetur ad iustificationem suae gratiae perinde, ac si ad canonizationem
7 ageret, & ideò omninò procedendum est ordinariè non executiuè, *Rota in Cartaginen. Portionis 21. Octo-*

bris

bris 1588.coram Gipsio, & in Cartaginen.Canonicatus 22.Febr.1609. coram Card. Lancell. & in alijs relatis per *Garz.de Benef.par.6. cap.4. num.36. & seq.* Vbi
8 quod via exequutiua datur quando non agitur de praeiudicio possessoris, quod in casu nostro est notorium, eo quia contingere posset, quod Abbas priuaretur sua possessione via exequutiua, quam postea via ordinaria recuperare deberet, *Mohed.dec.5.nu.2. circa med.vers.& tanto magis, vt lit.pend.Put.dec.313 vers.quod tamen, lib.1.in correct.*

Vlterius ponderabant DD Litteras Villanouae nō solum fuisse obtētas postquam D.Abbas spatio tanti temporis pacifice permanserat in possessione Cappellaniae, sed imò fuisse concessas cum expresso supposito, quod lis adhuc duraret, & indecisa penderet, &
9 tamen re vera lis fuerat habita pro derelicta ob lapsum decennij iunctis Decisionibus Rotae super non Iure Conradi, iuxta *decis.Cassad.5. vt lit.penden. Aechil.dec.3.nu.2.eod.tit. Rota decis.342. nu.8. vers nam fuit dictum, par.1.Rec.*

Minus facit quod D.Abbas suam Cessionem non expediuerit, neque publicauerit, quia quod attinet ad expeditionem sufficit, quod doceat de Litteris expeditis quoad ius, & possessionem Cadamusti, quia sic semper firmum remanet habere Titulum ab eodē fonte, *Rota in Recent. decis.197.num.4. par.2.* Quod verò attinet ad non publicationem visum fuit DD. hanc exceptionem non posse opponi pro parte Villanouae. Quia dùm ipse impetrauit Beneficium de quo agitur, vti vacans per obitum Cadamusti, non
10 potest opponere de non publicatione, quia talis vacatio ob non publicationem non comprehenditur in vacatione per obitum quantumuis concessa verbis generalibus, vt tenuit *Rota in Mediolanen.Praepositura 28.Iunij 1589.coram Platto, impress.apud Garz. de Benf.par.11.cap.3.nu.305.* & in alijs Decisionibus relatis in *Legionen.Beneficij 4.Iuly 1640. coram R.P.D. Ghisilerio.*

11 Vltra quod etiam facilis est responsio, ex lectura Cōstitutionis *Gregor. XIII. de public. impress.apud Paris.de Resignat. lib.11. in praefat. 5. caeterum.* Vbi excipitur casus Cessionis ad fauorem possessoris qualis erat D.Abbas Vrsinus, *Paris.de Resignat.lib.5.n.58* & in terminis similis Concordiae, *Rota coram bo:me: Card.Causal.dec.459.nu.4.*

Et ita placuit DD. pro nunc firmare Litteras Apostolicas non esse exequendas saltem vt nō sit locus viae exequutiuae: An verò Villanoua possit agere via ordinaria poterit particulariter videri, &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Veneris 1. February 1641.

ARGVMENTVM.

Aegydianae non est locus vbi sententia Immissionis fuit iniusta.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius agendo ijsdem repellitur exceptionibus, quibus cedens repelli potest.*
2 *Fideicommissario non competit ius agendi ad bona fideicommisso supposita, nec illa cedendi, donec ad ipsius fauorem fuerit purificata conditio.*
3 *Immissio Creditori concessa in alicuius bonis tanquam ad illum ex fideicommisso spectantibus non sustinetur, antequam fideicommissum ab eo fuerit agnitum.*
4 *Sententia corruit in totum propter eius indiuiduitatem.*
5 *Minor valide non potest haereditatem adire absque solemnitatibus.*
6 *Procuratoris constitutio facta à minore ad aliquem actum non suffragatur, nisi pro illo actu, de quo principaliter fuit actum.*
7 *Iudex non praesumitur habuisse intentionem interponendi decretum nisi super eo, quod principalitèr fuit deductum.*
8 *Consanguinei non praesumuntur habuisse intentionem praestandi consensum & authoritatem minori, nisi super eo, quod principalitèr fuit actum, non autem super alio diuerso, & incidentèr probato.*
9 *Alienatio rerum minoris, vt sit valida requiritur copulatiuè decretum Iudicis, & vtilitas minoris.*
10 *Conditio dicitur statim purificata ad fauorem vltimi ad fideicommissum vocati reportata iurium cessione super fideicommisso à primis haeredibus.*
11 *Renunciatio facta a primo granato ad fauorem vltimi vocati operatur, ac si primus renuncians nunquam extitisset in rerum natura.*
12 *Immissio denegari non potest praestita cautione de restituendo alijs cohaeredibus quandocumque petentibus.*
13 *Renunciatio fideicommissi supponit praecedentem illius agnitionem.*
14 *Creditum pluribus competens pro virili, non potest ab vno exigi nisi pro rata.*
15 *Verba, & cuiuslibet ipsorum, operantur, vt actus insolidum tribuatur singulis in dispositione comprehensis.*
16 *Limita si ista verba non respiciant personas contrahentium, sed dumtaxat eorum haeredum.*
17 *Verba, e ciascuno di essi, in cessione operantur, vt iura in quemlibet cessionarium dicantur insolidum translata.*
18 *Limita quando verba praedicta fuerunt adiecta obligationi cessionariorum, non autem ipsi cessioni.*
19 *Creditum aliter debet apparere, quam per confessionem cedentis.*
20 *Cessio praesumitur simulata, quando est facta ex causa crediti, de quo non apparet.*

DECISIO XXI.

Disputato dubio coram bo: me: Buccabella iuxta Rescriptum Signaturae: An esset locus Aegydianae die 23. Martij 1639. Domini responderunt negatiuè, vt in Decisione extensa à R. P. D. meo Panzirolo, quia Sententia lata ad fauorem Margheritae, & Petroeli de Magalottis, visa fuerat Iniusta, ex pluribus.

Et primò, quia cum Marchio Iulius Castillus iunior, qui cessit Margheritae Iura sibi competentia ad effectum recuperandi bona subiecta fideicommisso Iulij Senioris de Castillis esset haeres Ioannis Baptistae Castilli eius Aui, qui vendidit dicta bona Mini, & Settatticis, quemadmodum ipse non potuisset impugnare venditionem factam à Ioanne Bapti-
1 sta eius Autore, ita nec Margherita cessionaria, quae eisdē exceptionibus repellitur ab agendo ex pluribus allegatis in *Decisione vers.Iniustitia verò est patens.*

Secundò, quia Marchioni Iulio de tempore factae cessionis, nullum poterat competere Ius agendi ad dicta bona subiecta fideicommisso, cum adhuc viuerent Gabriel Gaudius, & Honufrius de Castillis ante
2 ipsum vocati, & nondùm purificata conditione eius vocationis, vt dicitur in *Decisione vers. Addatur insuper.*

Tertiò, quia conceditur Immissio Margheritae in dictis bonis vti spectantibus ad filios Io: Baptistae in vim fideicommissi Iulij Senioris, quod tamèn non
3 apparet fuisse ab eis agnitum, prout erat necessarium ad hoc, vt ipsa ratione sui crediti obtinere posset, *Franch.dec.101. nu.25.& per tot. Surd.dec.140. n.4. vers.& licet vsque ad fin.*

Et

Et demum quia Sententia continet excessum ma-
4 nifestum, vnde in totum corruere debet propter eius indiuiduitatem, *Put.decis.329.per tot.lib.1.in correct.* quam passim Rota sequitur.

Hodie coram me vti successore eiusdem Buccabellæ Causa proposita super eisdem Dominis censuerunt persistendum esse in decisis moti potissimùm ex hoc vltimo fundamento nàm quoad alia habuerunt modicam difficultatem.

Primum enim Decisionis fundamentum, quod Marchio Iulius Iun. cedens adeundo hæreditatem Io: Baptistæ non posset alienationem ab eo factam impugnare, tollitur quia cum ipse tunc temporis
5 esset minor non potuit validè hæreditatem adire absque solemnitatibus Statuti, & Constitutionis Marchiæ, *Bart.in l.More,ff.de acqu.hæred. Castr.in l.Multū, nu.8.ff.eod.tit.* vbi dicit opinionem hanc esse veriorē, & vidisse seruari de facto, *Lambertengh. de Contract. gloss.3.in verb.ex contractu,vel quasi,nu.1.fol.mihi 179* & sequuntur multi quos cumulat *Tiraquell.* qui eandem communem dicit *de legib.connubial.in verb.contractus,gloss.5.nu.125. Pic.ad Stat.Vrb.gloss.7.n.108. Boccat.ad Const.March.gloss.8.nu.7.Cartar.dec.74.n.8. & seq.* & de magis communi testatur *Cyual.commun. contra commun.qu.235.nu.3. par.1.* & tenuit *Rota dec. 456.sub nu.4.par.4.Rec.*

Nec videbatur posse suffragari Constitutio Procuratoris ad suscipiendam hæreditatem cum benef. leg. & Inuent. facta coram Iudice, & cum præsentia Proximiorum, & Curatoris, vt legitur in *Summ dd. de Minis nu.10.* Quia cum dicta Constitutio fuerit facta personaliter ad effectum obtinendi derogationē Fideicommissi à Papa, & in solutum dandi certa bona quibusdam creditoribus hęreditarijs, vt in *Summ. Margheritæ nu. 1.* apertè liquet Iudicem non cognouisse præcisè de aditione,sed solùm de præfata Con-
6 stitutione Procuratoris, & ad effectum prædictum, & propterea suffragari non potest nisi pro illo actu, de quo principaliter actum fuit, non autem pro alio
7 diuerso enunciato tantùm incidentèr,super quo præsumendum est, nec Iudicem habuisse intentionem
8 interponendi decretum, nec Consanguineos consensum,& authoritatem præstandi vt in proximis terminis dixit, *Pic. vbi supra d. gloss.7.nu.132.& facit Rot. in rec.decis.73. num.19. par.5.& dec.81. nu.5.p.6.*

Præsertim quia cum hæreditas esset maximo ære grauata, & iam repudiata ab alijs, qui erant maiores, & in primo gradu successionis, ex cuius aditione Marchio maximè lædebatur, si Iudex de aditione ipsa cognouisset decretum certe non interposuisset, nec interpositum suffragaretur defi-
9 ciente vtilitate, quæ copulatiuè requiritur cum decreto in alienationibus rerum minoris, *l. Magis puto §.Non passim l.si pupillorum §.si Prætor ff.de reb. eorum & dixit Rota d.dec.81.num.29.*

Secundum pariter non subsistebat quod Marchio Iulius de tempore factæ cessionis non haberet Ius ad bona fideicommissaria Marchionis Iulij Senioris,ex quo viuebant Gabriel, & Gaudius ante ipsum vocati. Quia cum hi Iura sua superdictis bonis anno præcedenti ante cessionem renunciassent ad fauorē Marchionis Iulij, statim fuit purificata conditio suę
10 vocationis vt in his terminis decisum fuit in *Vrbevetana Castrorum coram Card. Seraph. quæ est decisio 458.num.3.vers Non obstat par.4.diuers.*vbi refert ita
11 alias fuisse iudicatum, Nam huiusmodi Renunciatio operatur ac si ipsi in rerum natura non extitissent *l.1.§.final.vers. Quidam filius ff.de bon.poss. contr. tabul.l.si necem §.si deportatus ff.de bon. libert.l.2. §.sed & si fiat filij ff.ad S.Consul. Tertull.Ias.cons.72.nu.10.*
lib.8.Gionagn cons.14.num.13.& 18.lib.2. Capic.dec. 158.num.4.vers.secundus cum alijs adduct. per Cyriac. contr.forens.43.num.13. & apertè sensit, *Rota in Bononien. fideicomm.15. Febr.1636.vers.Et visa fuit cessare coram R.P.D. meo Dunoz.*

Nec obstat quod cum non constet de cessione Honuphrij fideicommissarij Gabriel, & Gaudius cedere non potuerint Margheritæ Iura integri fideicommissi sed tantum ratas ad se spectantes, pro quibus dumtaxat ipse agere poterat, *Castr.455. num.2.lib.1. & cons.77. num.6.ad fin.lib.2.Crauett.cons.144.in fin. Fusar.cons.49.num 28. Peregr.de fideic.art.9. num.12.* Quia cum de hoc numquam fuerit oppositum, & hodiè dum opponitur Margharita offerat se paratam præstare cautionem de restituendo Honuphrio par-
12 tem suam, quandocumque petierit, Immissio denegari non potest iuxt.pract.quam tradit *Surd.cons.445 & canonizauit Rot.in Viterbien. fideicommissi coram Card.Sacrato quam retulit, & sequuta etiam fuit cor. Reuerendiss.Vrgellen. dec 448. num.10.*

Ex qua renunciatione remouetur etiam tertium obiectum decisionis quod dicti de Castellis agnoue-
13 rint fideicommissum Iulij Senioris, quia actus renunciationis supponit præcedentem aut saltem simultaneam agnitionem, sine qua Renunciatio fuisset inanis *Corn.cons.211.num.2. lib.1.& cons.236.nu.10. lib.4.Crauett.cons.200.num.2. Menoch.cons.1.nu.489. lib.1.*& alijs relatis per *Marches.de success.legal.par.4. quæst.14.art.2.num.29. Rota dec.47.num.3. par.2.diu. & dec.265.nu.4. part.3.rec. & fuit dictum in Callien. hæredit.1.Febr.1638.cor.R.P. D.meo Verospio.*

Cæterum omnibus supradictis non obstantibus Dominis excessus sententię visus est euidens tàm inspecta obligatione Ioannis Baptistæ, quam cessione Marchionis Iulij Iunioris. Nam quoad obligationem Io: Baptistæ, cum ipse se constituisset debitorem liuij Petrochi, & Margharitæ de Magalottis nō poterat sola Margherita agere pro toto credito, sed
14 dumtaxat pro eius rata, cum huiusmodi creditum cuique eorum debeatur pro virili, *iuxta Text. in l. Reis §.Cum Tabulis vbi Ronchegal. nu.23.ff.de duob. Reis Alex.cons.196.in fin.lib.7.*

Nec releuat quod in Instrumento addita sint illa
15 verba, & cuiuslibet ipsorum, per quæ actus insolidum attribuitur singulis in dispositione comprehensis *l.si pluribus vbi Bart. Imol. & alij ff.de leg.2. Ronchegoll.in l.Eandem in princ.num.130.ff.de duob. Reis Socc.sen.cons.50.num.1.lib.1. Rota dec.22. num.2.post Zacch.de oblig. Cam. cum alijs relatis per Barbos.de d.Et.dict.320.num.4.*

Quia pro responsione animaduertebant DD.contrarium ex verbis Instrumenti dicendum esse, quæ sic se habent D. Io: Baptista Castellus supradictus ac DD.Gabriel & Gaudius eius filij, fuerunt confessi esse debitores prędicti Liuij presentis,& acceptantis pro se, & Nepotibus nempe Patrocho, & Marghe-
16 rita, & eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredibus. Ac proindè cum dicta verba, & cuiuslibet ipsorum non fuerint adiecta personis creditorum stipulantiū nec ad eos, salua ratione recti Sermonis possint referri, sed respiciant tantùm personas hæredum non possunt attribuere actum insolidum personis creditorum ad quas non referuntur, vt latè, & elegantèr deducit, *Ancharan. cons. 245. num. 4. quem sequitur Alex.cons.13. nu.14.lib.5. Ruin. cons.47.num.5. vers. Et idem si esset distributiuum lib.1. Bellon.sen.cons.20 num.4.Gabriel. cons.87. num.3. vers.tamen illud verbum lib. 1.Curt.Iun. cons.55. num.13. circa med.vers. Ego in hoc nullatenus miror Ronchegall. in l. Eandem in princ.nu,132.ff.de duob.reis Corbul.de Iur. Emphit.*

Tit. de caus. privat. ob lin. finit. nam. 88. cum alijs relatis per Bellon. *de Iur. accresc. c. 6. q. 37. n. 141. cum duobus seqq. & quaest. 38. num. 103. cum duobus seqq.*

Idem responsum fuit quoad cessionem Marchionis Iulij cum illa fuerit facta Margheritae, & Petrocho, & sic vnicuique pro sua rata.

Nec obstat quod in Instrumento dictum fuerit, *che detti Magalotti, e ciascuno di essi siano tenuti pro-*
17 *seguire detta recuperatione*. Et quod d. verba, *e ciascun di essi*, operentur vt Iura cessa in quemlibet cessionarium translata dici possint insolidum ex supra
18 deductis quia cum non fuerint apposita cessioni sed obligationi cessionariorum, eamque respiciant ac determinent non possunt operari solidum respectu cessionis quae fuit facta de per se simpliciter, & absque dicta clausula ex traditis in fortioribus terminis praeter alios supra allegatos per *Alciat. cons. 7. num. 10. in fine, & num. seq. lib. 1. & Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. nu. 6. quos sequuta fuit Rota in Portuen. Stagni 27. Aprilis 1640. vers. Nec Contrarium suadetur coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Et demum excessus resultat, quia cum creditum non iustificetur nisi in scutis 950. non poterat concedi Immissio pro summa scutorum 1314. non suffragante quod Marchio Iulius in Instrumento Cessionis factae Margheritae, & Petrocho confessus fuerit
19 ipsos esse Creditores Io: Baptistae, & aliorum de Castillis in dicta summa cum de veritate crediti debeat constare aliter quam per confessionem cedentis, *l. Per diuersas C. mandat. Cora. cons. 230. nu. 4 lib. 2 Socc. cons. 18. n. 10. & seq. lib. 2. Barbat cons. 2. n. 11. vers. & Bart. lib. 3. cũ alijs multis allegatis per Tiraq. de re tract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 78. & 79. Rot. dec 1. in addit. n. 3. de alienat. Iud. caus. fact. in nou. & in rec. dec. 443. n.*
20 *6. p. 1. & cor. Card. Seraf. dec. 1139. n. 3.* aliàs respectu summae non iustificatae praesumitur simulata *Fulgos. cons. 239. nu. 1 s. mc. Greg XV. dec. 47. n. 6.* & fuit dictum in *Esina bonorum 1. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec facit quod Castilli acceollauerint in se onus soluendi fructus nonnullorum Censuum dd. de Magalottis, quos cum nunquam soluerint, ipsi fuerint coacti pati subhastationem ferè omnium bonorum, propter quam ratione damnorum, & Interesse eorum creditum pretenditur ascendisse ad dictam summam scut. 1314 Quia cum haec in facto non iustificentur illorum non est habenda ratio.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA DOMVS DE VRSINIS.

Lunae 25. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Creditum cum hypotheca si fuit probatum, & possessio debitoris de tempore hypothecae, & possessio eius, contra quem agitur de tempore litis, tunc non potest denegari immissio vigore Saluiani? Sententia difformis libello sustinetur in iudicio summario, & quare? Instrumento impugnato quousque quis vti valeat?

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore Saluiani quando non possit denegari.*
2 *Sententia non debet esse difformis libello, & petitionem in eo contentam excedere.*
3 *Non dicitur tamen difformis libello, & excessiua si aliquid concedat quod veniat accessoriè, & insit virtualitèr in petitione.*
4 *Sententia etiam non conformis libello in iudicio summario, quale est Saluianum sustinetur.*
5 *In iudicio summario non attenditur quid fuerit petitum, sed quid in prosecutione Iudicij fuit probatum.*
6 *Instrumenti impugnatio non impedit quominus, quis eo vti possit, & petere eius executionem, donec pendet lis super illius rescissione,*
7 *Praestationem annuam existens in quasi possessione exigendi, consequi debet non obstante pendentia litis.*
8 *Donatione quis non est priuandus donec non fuerit per rem iudicatam rescissa, & resoluta.*
9 *Donatarius pendente lite est manutenendus in possessione rerum donatarum.*
10 *Donatarius sicuti pendente lite est manutenendus in possessione rerum donatarum, ita & tenetur ad solutionem pecuniarum in recompensam donationis promissarum.*
11 *Retentio pro melioramentis non datur nisi fuerit probatus status anterior rei, & an melioramenta sint necessaria, vel vtilia.*
Melioramenta voluptaria non reficiuntur, nu. 11.
12 *Melioramentorum exceptio non est apta ad impediendam immissionem.*
Et hoc maximè quando in ipsa sententia fuit ordinatum de praestanda cautione, quatenus melioramenta probentur, & veniant reficienda, & numer. 12.
13 *Creditor Creditorum succedit in eorum locum ac ius, & habet, ac exercere potest omnes actiones vtiles, quas sui debitores exercere valerent.*
14 *Iudicium Criminale priùs inceptum, impedit ne iterum iudicium Ciuile possit exerceri.*
15 *Retentio nulla potest competere pro credito litigioso ac illiquido aduersus Creditũ liquidum, & certum.*

DECIS. XXII.

ANNO 1625. D. Paulus Emilius Vrsinus donauit inter viuos omnia, & singula bona sua, & signanter Domum de qua hodie agitur D. Clarici Sabellae, quae vice versa eidem donanti soluere promisit annua scuta 800. monetae eius vita durante sub obligatione Camerali, & hypothaeca omnius bonorum praesentium, & futurorum.

Deficiente postmodum Clarice in solutione dictae Praestationis D. Vrsinus intentauit coram A. C. Saluianum Interdictum aduersus Lucretiam Fedelem super dicta Domo sibi vendita à Clarice petendo se immitti in possessionem illius donec sibi satisfieret de scutis 500 pro aliquibus terminis decursis, & non solutis, ac pro scutis 800. in rerum decurrendis.

Cum verò A. C. pro Vrsino contra Lucretiam sententiam definitiuam protulisset in gradu Appellationis fuit coram me dubitatum An sententia A. C. esset confirmanda vel Infirmanda, & Rota confirmandam censuit.

Nam tria extrema in hoc Iudicio requisita, nempè creditum cum hypothaeca D. Vrsini, possessio Claricis debitricis de tempore hypothecae, & possessio Lucretiae de tempore motae litis, contra quam hodiè dirigitur Saluianum, in controuersiam non cadunt, & pars non impugnat, quibus probatis im-
1 missio non solet denegari iuxta opinionem quam sequitur *Rota coram Card. Seraf. decis. 1200. in princ. s. me. Greg. XV. decis. 491. Reuerendiss. D. meus Decanus dec. 135. num. 4. par. 6. rec.*

Nec obstant tria ab Informantibus pro Lucretia contra sententiam opposita.

2 Primum enim quod sententia sit difformis libello, & excessiua, cum in monitorio petita fuerint solummodò scuta 500. sententia verè condemnet in scutis 860. dictum fuit non subsistere, quia petitio nõ fuit restricta ad sola scuta 500. sed vltenùs petita fuerunt scuta 800. pro terminis imposterùm decurrendis vt in summario Lucretiae num. 3. & ita cum

à die

3 à die petitionis decurrissent alia scuta 360. Iudex po-
tuit etiam pro illis condemnare Lucretiam nec indè
sententia dicitur dissormis, & excessiua cum venirent
accessoriè, & inessent virtualitèr in petitione, *Bald.
in l, final.num.10.C.de fideic.libert. Felin.in cap.licet n.
23.& 25.de Simon. Osasch. dec.1.num.24.* maximè in
4 Iudicio summario, quale est Salusanum in quo susti-
netur sententia etiam non conformis libello, *Verall.
in decis.126.num.1. part. 3.Rota decis.256.sub num. 2.
& num.seq.par.1.& dec.44.num.2.& 3.part.2.diuers.
& in rec.dec.611.num.5.par.1.& coram s.me.Gregor.
5 XV.decis.186.num.1.& 2.* Nec attenditur quid pe-
titum fuerit sed quid in prosequutione Iudicij fuerit
probatum *Felin.vbi supra nu.28.Paris cons.76.nu.12.
cons.90.num.20.& seq.cons.113. num.3.lib.1. Rota a-
pud Caputaqu.dec.262.num.1.& 2. & in rec.decis.69.
num.15.par.1.*

6 Nec refragatur, quod pro terminis lite pendente
decursis Vrsinus agere non potuerit, cum ad eius
Instantiam fuerit introducta lis super rescissione do-
nationis, quia impugnatio Instrumenti non impe-
dit quo minus quis possit eo vti, & petere illius exe-
quutionem donec pendet lis super illius rescissione,
*Felin.in cap.Capitulum nu.9.& 13.de rescript. Rebuff.
ad constit.Regn.Tit.de resciss.contr.num.7. Franch.de-
cis.373.per tot. Intrigliol. sing.55.lib.2. Cartar.decis.
Gennen.2.nu.3.* cum alijs plenè adductis per, *Gittrb.
decis.2. num.1. dec.55. num.11. & decis.100. num.33.*
7 Immò cum Vrsinus reperiatur in quàsi possessione
exigendi hanc annuam præstationem, agere potest
ad solutionem non obstante pendentia litis, quia
8 non est priuandus sua possessione, donec donatio
non fuerit per rem iudicatam rescissa, & resoluta.
*Bero.cons.119.num.1.vers.3.disputatio lib.3. Honded.
cons.17. num.45.lib.2. Guttierez.de Iurament. confir-
mat.par.1.cap.2.nu.23. vers.sic etiamsi sit Instrumen-
tum Franch.dicta decis.373.vers. Et sicut Reus Grat.
disc.for.cap.796. num.39. & seqq. Rota post Ceuc. de
cens.decis.213.num.7.& 8.dec.235.in fin.* Et id suadet
maxima æquitas, quia sicuti Clarix non obstante
9 lite permansit, & adhuc permanet in possessionem
bonorum donatorum, & fructus ex illis percipit,
ita etiam omnis ratio postulat quod teneatur ad so-
lutionem pecuniarum in recompensam donationis
10 promissarum, ex traditis per *Bald.in l.2.num.7.C.de
vsur.Cagnol.in l.curabit.num.31. & seq. C.de act.em-
pti Dec.cons.119.num.5.vers.sexto adduci potest Nat-
ta cons.384. nu.12.Cefal.cons.609.num.3.vers.sed his
non obstantibus, & num.seqq.plenè Surd.cons.101.nu.
23.Gabr.Tit.de empt.& vendit.concl.4.num.9.Couar.
var.resol.lib.3.cap.4.num.6.vers.duodecimo huic addu-
citur Burgnin.Caualc.dec.5.num.5.par.1.Mastrill.dec.
160.num.13. & seqq.*

11 Secundum verò quod Lucretiæ competat reten-
tio pro melieramentis DD.non placuit, quia cum
non fuerit probatus status anterior domus, & an
melioramenta sint necessaria vel vtilia, quia volup-
tuaria non reficiuntur *Rota coram Card.Serafin.decis.
1453.num.5.& coram Buratt.dec.834.num.11.*eorum
exceptio non est apta retardare Immissionem, *Rota
dec.312.num.4.par.2.diuers.& in rec. dec.610. num.3.
par.1.* Et in omnem casum Lucretiæ fuit consultum
12 per condemnationem in ipsa sententia factam de
prestanda per Vrsinum cautione de illis reficiendis,
quatenus probari, & liquidari contingeris, *Pur.de-
cis.461.lib.2.in correct.Rot.in rec.decis 322.sub nu.13.
part.4.& dec.276.num.3.& 4.par.6.*

Maior difficultas videbatur consistere in tertia
oppositione, nimpè quod cum Honorius, & Lucas
de Sabellis ex vna parte sint debitures Lucretiæ ob
fideiussionem, & promissionem de euictione ad eius
fauorem præstitam in emptione eiusdem Domus, ex
alia verò sint Creditores anteriores Vrsini in maio-
ri quantitate occasione Census ab eodem impositi
vsque, & de anno 1613. ad fauorem prudictorum
Honorij, & Lucæ quemadmodum ijsdem compete-
ret retentio aduersus Vrsinum eorum debitorem,
13 ita eadem competere debeat Lucretiæ, quæ vti
Creditrix Creditorum succedit in eorum locum, &
Ius, & habet ac exercere potest omnes actiones vti-
les, quas sui debitores habere, & exercere possent *l.
Nomen C.quæ res pign.oblig.poss. Bart.in l.Cum grege
§.Cum pignori num.3.& ibidem Salye.num.3. ff.de pi-
gu.Negus.de pign.3.membr.2.par.num.24.Surd.cons.4.
num.23.Quos refert,& sequitur Thomat. decis.Mace-
raten.44.num.13.*

Sed obiectum hoc visum est facilè euitari, quia
14 cum super Instrumento Census pendeat Iudicium
Criminale quod vti priùs in cęptum impedit ne in-
terim Ciuilis possit haberi ratio eiusdem Instrumen-
ti *l.final.C.de ordin.cognit.Dec.in l. Edita num 65. C.
de Edend.Put.decis.268.per tot.lib.1.in correct.*pro di-
15 cto credito litigioso, & illiquido nulla potest com-
petere retentio aduersus creditum Vrsini certum, &
liquidum, *Negus.de pignor.5. par. membr.1. num.37.
vers.Ex quo etiam infertur Surd. decis.184. num.12.in
fine vers. Et dicit Negus.Mastrill.dec.88. num.4. Rota
decis.433.num.5.vers.Et consequenter par.2.rec.& Re-
uerendiss.Vrgellen. dec.113.nu.7.*

Et ita resolutum vtraque, &c.

LEODIEN. MODIORVM SPELTÆ.

Luna 1. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Contractus quod sit Emphytheuticus ex quibus argua-
tur ? Dominus directus sicuti inuitus Cogi non po-
test ad vendendum emphytheutæ ius directum, ita
cogi nequit ad admittendam redemptionem annuæ
præstationis. Census in dubio iudicatur irredimibilis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus essentia regulariter declaratur ex verbis contrahentium.*
2 *Modicitas annuę prętationis arguit contractum esse emphytheuticum.*
3 *Contractum esse emphytheuticum arguitur ex pacto, quod in casu moræ dominus possit redire ad bona concessa vti propria.*
4 *Dominus directus cogi non potest ad redimendam redemptionem annuæ præstationis ei debita per Emphytheotam.*
5 *Dominus directus cogi non potest inuitus ad vendendum emphytheutæ directum dominium.*
6 *Census in dubio iudicatur irredimibilis.*
7 *Census antiquissimis illis temporibus ante Bullã Pij V. de censibus frequentissimè erant irredemibiles.*
8 *Census ex quo arguatur quod fuerit irredimibilis?*
9 *Census si fuerit constitutus in perpetuum absque vlla præfinitione temporis arguitur quod sit irredimibilis.*
10 *Dominus directus aliud est quod titulo venditionis directum dominium vel annuam præstationem cedat.*
11 *Et aliud est quod debitori Canonis det facultatem redimendi, seq; in posterum liberandi ab annua præstatione, & seq.*
12 *Illatio non fit ad diuersa.*

DECISIO XXIII.

SEntentias de partibus condemnantes Abbatem
Ecclesiæ Vallis Santi Lamberti ad admittendam
redemptionem annuæ præstationis 24. modiorum

Speltæ, quam Ludouicus Marsilion hodiè soluit di-
ctæ Ecclesiæ, dixerunt DD. tamquam iniustas esse
infirmãdas cum Abbas nullatenus astringi posset ad
huiusmodi redemptionem admittendam, siuè con-
tractus de quo agitur iudicetur Empbitbæuticus, si-
nè Censualis.

Si enim iudicatur Emphitehæuticus, vt videntur
suadere tùm verba contrahentium, ibi: *in emphithea-*
1 *sim perpetuam*, ex quibus regulariter essentia Contra-
ctus declaratur, vt ex *Text. in leg. Qui fundam, §. qui*
Agrum, vers. fundi venditor, ff. de contrah. empt. tra-
dunt in proposito *Natt. cons. 49. nu. 13. post med. vers.*
Tamèn præmissis, & cons. 194. num. 1. Decian. resp. 2.
nu. 62. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. presumpt. 105.
num. 1. & 2. Tùm modicitas præstationis respectu
bonorum, quæ nedùm numero plura recensentur in
2 Instrumento Concessionis factæ vsque, & ab anno
1394. sed etiam à qualitatibus expressis liquet esse
magni valoris, ex qua modicitate, Contractum præ-
sumi Emphithæuticum aduertunt *Specul. tit. de em-*
phiteb. §. nunc aliqua, num. 2. vers. secundo quæritur,
Ias. in l. 1. num. 35. C. de Iur. Emphitb. Bald. in cap. lit-
teræ, num. 3. extra de dilat. *Rain. cons. 161. nu. 22. lib. 1*
Barbat. cons. 14. num. 35. & seq, Vbi quod ita pluries
consuluit, & vidit iudicari, & alij allegati per *Me-*
noch. vbi supra dicta præsumpt. 105. nu. 5. & seq. iun-
cto præsertim pacto apposito in dicto Instrumento,
quod in casum moræ in soluendo dictam præstatio-
3 nem, possent Ioanna, quæ concessionem fecit, & ab
ea causam habentes redire, & manus apponere ad
prædicta bona vti propria, ex quo etiam Contractũ
iudicandum esse Emphithæuticum firmant *Dec. cõs.*
138. num. 7. vers. secundo personalitèr, Branor. à Sole,
Quæst. Legal. 5. num. 15. Roderic. de ann. reddit. lib. 2.
4 *qu. 22. nu. 11.* vtique Abbas cogi non poterat ad ad-
mittendam redemptionem huiusmodi præstationis
debitæ ex causa Emphitheusis, quia aliàs Dominus
5 directus cogeretur inuitus ad vendendum Empbi-
theutæ directum dominium contra *l. Inuitum 11. &*
l. dudum 14. de contrah. empt. quas probauit *Rota in*
Recent. decis. 372. num. 2 par. 1.

Quatenùs verò ex verbis, & pactis appositis in di-
Instrumento, & in alijs, quæ datur in Sũmario pos-
set iudicari Censualis, prout multis rationibus vnus
ex DD. deducebat, nihilominus dicta præstatio erat
irredimibilis, vti debita pro Censu reseruatiuo anti-
6 quissimo longè ante Bullam Sanct. Mem: Pij Quinti,
qui in dubio irredimibilis iudicatur, vt tradunt *Co-*
uar. var. resolut. cap. 10. num. 5. vers. Primum illud, &
vers. Tertio deprehẽdi potest, & vers. Quarto quoties,
lib. 3. quem referunt, & sequuntur *Boccacc. de Censi-*
bus par. 2. num. 188. Roderic. de ann. reddit. lib. 5. qu. 15.
num. 43. & Molin. de Contract. dispat. 382. nu. 2. vers.
Secundus Contracta, & plenè, ac indistinctè *Auendan.*
de Cens. Hispan. cap. 14. num. 6. quem sequitur nouis-
simè multis argumentis confirmans hanc opinionem
Duard. de Cens. in Probem. qu. 19. num. 3. & seq. eaque
7 affertur ratio, quia antiquissimis illis tẽporibus illo-
rum Censuum irredimibilium vsus erat frequentissi-
mus, vndè tales præsumendi sunt, vt ex *Paris. cons. 12*
num. 44. & cons. 13. num. 29. lib. 1. & Cald. de Emphi-
theu. lib. 3. cap. 11. num. 11. tradit *Gratian. discept. fo-*
rens. cap. 985. num. 12. & firmauit *Rota in Romana Cẽ-*
sus 9. Decembris 1621. coram bo: mem: Card Verospio,
quæ est *decis. 394. num. 1. & 2. post Cene de Censibus,*
8 *secundum modernam impress. Taurinen.* Ponderando
præsertim in casu nostro illud verbum in perpetuũ,
9 quod denotat Censum fuisse constitutum sine vlla
præfinitione temporis, eumque semper duraturum,
l. purè, § final. ff dol. except. Calder. cons. 17. de verb.
signif. & in puncto *Bald. cons. 372. sub num. 2. lib. 4. &*
Rota in dicta Romana Census num. 1.

Nec ex eo quod Ioannes de Liers, & eius filia, al-
10 teri vendiderint huiusmodi præstationem illa videtur
effecta redimibilis, nàm aliud est quod Dominus ti-
tulo venditionis in alium transferat suum directum
dominium, vel annuam præstationem sibi debitam,
11 aliud verò quod debitori Canonis, Emphitbæutici,
vel Census reseruatiui det facultatem redimendi, si-
que in posterum liberandi ab eorum præstatione,
quia hæc nihil commune habent inter se, vt patet ad
12 sensum, ideoque intrat vulgata regula *l. Papinianus*
ff. de minor. quod ex diuersis non fit illatio.

Et ità resolutum informante tantum Abbate, &c.

ROMANA CAMBIORVM.

Lunæ 15. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Instrumenta, & Scripturæ debent de iure produci in
publicam, & authenticam formam, & arbitrium
non intrat ad effectum, vt debeat stari illorum in-
dicationi, maximè concurrente suspicione calumniæ,
& ex quibus in indicatione Instrumentorum de ca-
lumnia oriatur præsumptio?

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*
2 *Instrumenta debent de iure produci authentica, & in publicam formam.*
3 *Clausula arbitrio aperit viam æquitati.*
4 *Æquitas suadet, vt quod vni non nocet, & alteri prodest concedatur.*
5 *Calumniæ præsumptio in indicatione Instrumentorũ oritur ex eo quod non fuerint indicata Instrumenta particularia, nec nominati Notarij de illis rogati, nec exhibita illorum copia.*
6 *Calumnia dicitur manifesta, quando petitur stari indicationi Instrumentorum, quæ non releuant.*
7 *Indicatio Instrumenti non releuantis facit præsumere, quod indicans non habeat meliora Instrumẽta.*
8 *Instrumenta irreleuantia etiam authentica debent reiici per suspicionem calumniæ.*
9 *Expeditio Causæ non debet per calumniam protrahi.*
10 *Remissoria, & Compulsoria per irreleuantiam, & suspicionem calumniæ denegantur.*
11 *Examen Testium in Curia ob irreleuantiam, & suspicionem calumniæ sæpius à Rota non admittitur.*

DECISIO XXIV.

FVit responsum non intrare arbitrium ad effectum,
vt debeat stari Indicationi Instrumentorum, &
1 Scripturarum, quia arbitrium intelligitur prout de
2 Iure secundum quod Instrumenta debent produci
authentica, & in publicam formam, *l. sancimus*, &
ibidem *gloss. in verbo, Non exempla, C. de diu. rescr.*
l. 2. ff. de fid. Instrum. cap. 1. extra eod. tit. Roman. cons.
336. nu. 5. Tiraq. de Retract. lignag. § 2. gloss. 1. n. 10.
3 Nec obstat quod clausula *arbitrio* aperiat viam æ-
quitati, & æquitas suadere videatur, quod stetur in-
dicationi, cum hoc nullum inferat præiudiciũ Bac-
cellis, & resultat in magnam vtilitatem Nappiorum,
qui sic releuantur ab ingenti impensa reluendi quã-
plurima Instrumenta in publicam formam; Vndè
4 æquum videtur, vt quod vni non nocet, & alteri pro
dest concedatur, prout ex hac ratione stante clausu-
la *Arbitrio*, in Curia obseruari dicit *Marches. de Cõ-*
miss. par. 1. cap. 2. Tit. de Signat. Grat. diu. num. 424. &
num. seq. fol. 89. & fuit dictum in *Romana Separatio-*
nis Bonorum 4. Decembris 1630. coram Reuerendiss.
D. meo Pirouano Decano.

Quia in hoc casu censuerunt DD. non esse locum
huic æquitati, cũ adsit vehemens præsumptio, quod
hæc

hæc petitio fuerit calumniosè opposita in hac vltima instantia ad protrahendam litem, & causæ expe-
5 ditionem impediendam; siquidem Nappij non indicarunt Instrumenta particularia, nec nominarunt Notarios de illis rogatos, nec minus illorum copias, aut exempla exhibuerunt, vt fieri debebat ad diluendam calumniæ suspicionem, *Vestr. in prax. lib. 3. cap. 1. nu. 12. vers. Item si adsit. iudicium, Scace. de Iud. lib. 2. cap. 11. num. 842.*

Quod eo magis suadetur; quia Nappij indicarūt Instrumenta obligationis factæ à Baccellis occasione assumptionis Depositariæ Montis Sixti, & aliud fideiussionis præstitæ ab iisdem pro locis 2350. eiusdem Montis, quæ obligationes aliàs in Rota discussę, fuerunt habitæ irreleuantes, & signanter in *decis.* emanata coram me die 18. *Iunij anni præteriti*, §. *se-*
6 *cunda verò*, & §. *tertia obligatio*. Ex quo non solùm detegitur calumnia euidens dum petitur stati indicationi Instrumentorum, quæ non releuant, *Verall.*
7 *decis. 54. num. 3. par. 3.* Sed oritur etiam præsumptio contra Nappios, quod ipsi non habeant meliora Instrumenta, quo indicare possint, quia si haberent verisimiliter indicassent, *Innoc. in cap. Auditis, num. 3. de in integr. restit. Aym. consil. 134. nu. 3. Rota coram Buratt. decis. 23. num. 3.*

Et propterea quemadmodùm propter irreleuan-
8 tiam, & præsumptionem calumniæ Instrumenta deberent reici etiam si exhiberentur, Authentica, vt de Instrumentis irreleuantibus, *Bald. in l. super Chirographarijs sub nu. 6. C. si cert. pet.* & de præsumptione calumniæ plenè *Felin. in cap. de cætero, num. 12. de Sent. & re iudic. Alex. consil. 65. nu. 5. lib. 1.* Ita & multò magis dictum fuit esse reijciendam Indicationem, ne sub prætextu captiosæ æquitatis aperiatur via
9 tergiuersantibus, & ita causæ expeditio per calumniam protrahatur, quod non est admittendū, *Auth. Iubemus, in fin. C. de Iudic.* sic in simili propter irre-
10 leuantiam, & suspicionem calumniæ denegatur cōpulsoria, & remissoria, vt sæpiùs Rota resoluit, & in
11 fortioribus examen Testium in Curia, vt fuit decisum in hac eadem *Rota in Tudertina Societatis corā R. P. D. meo Carillo.* Et ita vtraque, &c.

ANCONITANA DOTIS.

Veneris 19. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Mulier potest agere ad restitutionem Mobilium in dotem Vito assignatorum, & ab eo alienatorum, constito de illorum identitate, & qualitèr ad istum effectum identitas Mobilium, dicatur sufficienter probata, & quando intret præsumptio illorum consumptionis?

S V M M A R I V M.

1 *Testium singularitas vbi non est obstatiua, quæ destruat eorum dicta, sed tantum subalterna, & adminiculata non adimit illorum fidem.*

2 *Amplia, & si testes deponant de confessione extraiudiciali.*

3 *Identitas mobilium probatur ex coniecturis, vt ex conuenientia nominum, & demonstrationum.*

4 *Pretij diuersitas non est sufficiens ad arguendā vnius rei pluralitatem.*

5 *Pretium eiusdem rei minui, aut augeri potest, vel ex speciali affectione venditoris, vel ex eo quod magis, aut minus inseruiat emptori.*

6 *Pretium eiusdem rei plus est in manibus viri, quam mulieris.*

7 *Pretium eiusdem rei plus augetur penès vnum, quā penes alium.*

8 *Mobilia nō præsumuntur consūpta nisi lapso decēnio.*

9 *Limita hoc non procedere quoad mobilia solidioris materiæ, quæ non ex solo decennio, sed ex longissimo temporis cursu consumuntur.*

10 *Mobilia fragilioris materiæ lapsu decennij præsumūtur consumpta.*

D E C I S. XXV.

Placuerunt Dominis fundamenta Decisionis emanatæ sub *die 4. Iulij anni præteriti*, in quibus perstiterunt non obstantibus ijs, quæ in contrarium adducebantur.

Primum enim Decisionis fundamentum firmans Franciscam Lanfranconam non teneri ad restitutionem certorum Mobilium prætiosiorum, quæ in folio Palazzinæ describuntur sub *litt. A.* quia ex Testibus apparet fuisse constante Matrimonio per Virum alienata, impugnabatur duplici medio; Altero quia Testes ad id probandum assumpti videntur singulares; Altero quia non constat Mobilia quæ per Vitum fuerant vendita esse illa eademmet, quæ in Dotem sibi fuerant consignata, sed vtrumque facilè cessare DD. dixerunt, quia quod attinet ad Testes singularitas in facto non iustificatur, & in omnem casum cum sint concordes in substantia, & vterque concludat venditionem eorumdem corporum in indiuiduo, singularitas si quæ adesset non esset obstatiua, quæ lacerat dicta Testium, sed potius subalterna, & adminiculatiua quæ non adimit fidem Te-
1 stibus, quoties illi in substantia probationis conueniunt, vt declarat *Caccialup. in l. admonendi, num. 4. ff. de Iur. Iur. gloss. & DD. in l. ob carmen, §. si testes, ff. de testib.* & fuit dictum in *Romana Hæreditatis de Vitalis 3. Decembris 1640. coram bon: mem: Coccino.*
2 Quod procedere etiam vbi Testes deponunt de confessione extraiudiciali aduertit *Roland. consil. 82. n. 45. lib. 1.* & firmauit *Rota in Rec. dec. 87. nu. 4. par. 6. Add. ad bon: mem: Buratt. dec. 458. nu. 8.*

Quod autem attinet ad identitatem cum agatur de Mobilibus, quorum identitas est difficilioris pro-
3 bationis, illa sufficienter probatur ex conuenientia nominum, & demonstrationum cum ad hunc effectū sufficiant signa, & coniecturæ, vt firmatur in *decis.* quæ reuidetur §. *quod autem*, & in terminis Gēmamarum tradit *Cyriac. contr. forens. cap. 299. n. 5. & 6.*

Nec in contrarium facit quod non conueniant in
4 prætio, quia sola diuersitas prætij non est sufficiens ad arguendam pluralitatem, cum eiusdem rei præ-
5 tium minui, & augeri possit extrinsecus, vel scilicèt ex speciali affectione venditoris, vt notat *Craue. consil. 1000. in vltima particula, num. 160. lib. 6. Ferdinand. Rebell. de oblig. Iust. lib. 9. par. 1. num. 36. Castill. dec. 127. num. 22. vers. Quarta erga rem, par. 2.* vel ex eo quod magis, aut minus deseruiat emptori, vt dixit *Rota in Romana Domus de Montegatulys coram b: mem: Orano, impress. per Cyriac. post contr. 261. nu. 8.*

Attenta præsertim diuersitate personarum in quas hæc bona deuenerunt, quia cum de tempore æstimationis factæ per Palazzinam corpora illa essent penès Lanfranconam, de tempore verò venditionis penès Hyeronimum virum, hæc diuersitas personarum valdè confert, ad augendum, seu minuendum
6 valorem rei illiusque æstimationem, cum vna eademque res plus valeat penès vnum, quam penès alium, vt aduertunt *Bald. in l. per diuersas, sub num. 28. Cod. mandati, Menoch. de Arbitr. cas. 248. num. 2. Cyriac.*
7 *controu. for. cap. 182. num. 52.* vbi in nostris terminis ponderat tem plus valere in manibus Viri, quàm Mulieris.

Secundùm, Decisionis fundamentum nixum in eo, quod Mobilia in folio Palazzinę descripta, *litt. C.* præsumantur ex lapsu temporis consumpta, ideoque non

non sint per Lanfranconam restiruenda, impugnaba-
8 tur pariter dupliciter. Primò, quia præsumptio cō-
sumprionis non intrat nisi elapso decennio, quod ta-
9 mèn integrum negatur effluxisse. Secundò, quia
eadem præsumptio consumptionis ex cursu decen-
nij admittitur tantummodo respectu mobilium
fragilioris materiæ, secùs autem respectu materiæ
solidioris, quæ non ex solo decennio, sed ex longis-
simo tanto temporis cursu consumuntur, vt distin-
guit *Pereg. de fideicommiss. art. 10. num. 40. Cyriac. cō-
tron. forens. cap. 16. num. 2. & 3. Afflict. dec. 13. num. 17.
Rota in Rec. dec. 305. num. 22. par. 5.*

Sed vtrumque obiectum ex facto remouetur, quia
ex fide Matrimonij, *Summ. Lanfrancone, num. 3.* con-
star Matrimonium fuisse contractum die 9. Iannuarij
1621. & ex particula Inuentarij, *Summ. num. 4.* ap-
paret Hyeronimum obijsse de mense Iunij 1632. &
10 sic Matrimonium durasse vltra decennium, ex cu-
ius temporis cursu bene intrar præsumptio consum-
ptionis, ex doctrina *Bartoli in l. quoad præsens, num. 3.
C. de Murileg. lib. 11.* firmatum fuit in *dec. vers. secun-
da verò species*, & ex lectura mobilium designatorū, *litt. C.* quæ in Decisione dicuntur præsumi consumpta, constat omnia esse fragilioris materiæ quotidianæ massaritiæ linteamenta, aliaque quæ ad lectum, & mensam dietim inseruiunt, cæteræ verò solidioris materiæ, & quæ seruando seruari possunt leguntur ad vnguem descripta in Inuentario confecto per Mulierem de tempore obitus, eaque parata est restituere.

Contra tertium, Decisionis fundamentum in quo dicebatur Lanfranconam non esse iterarò cogendam ad restituendum mobilia descripta in folio Palazzinæ sub *litt. B.* cum sint eadem, quæ registrata legūtur in Inuentario de tempore obitus paritèr opponebatur defectus identitatis, verùm licet à scribentibus pro Fanellis numerentur quam plurima mobilia quæ prætenduntur diuersa, ex oculari tamèn inspectione, & confrontatione folij Palazzinæ, cum folio Inuentarij, visum fuit diuersitatem probari tantummodò in aliquibus, quorum prætium Lanfrancona non negat restituere, & in restitutione Dotis excomputare.

Et ita vtraque, &c.

TOLETANA CANONICAT. PÆNITENTIARIÆ.

Luna 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Ad Beneficiorum electionem, in casu quo est necessaria scriptura, tunc si ea exhiberi non porest ex facto Aduersarij, eo casu perinde est, ac si exhibita fuerit. Plura deducuntur circa probationem ætatis, & diluuntur plures oppositiones, & plura etiam doctissimè deducuntur ad confirmationem Decisionis tam in altera instantia emanatæ in hac eadem causa coram bon: mem: Coccino facta.

SVMMARIVM.

1 *In Actorum transportatione non est necesse, vt inserantur iura, quæ extraiudicialiter fuerunt Iudici ostensa.*

2 *Instrumentum, vel Scriptura electionis exhiberi debet quotiescumque agitur de ipsa electione probanda ad effectum adiudicationis.*

3 *Electio ad Beneficia quando est facienda iuxta terminos, cap. quia propter de electione tunc requiritur scriptura.*

4 *Ad scripturæ exhibitionem quatenùs quis teneatur, excusatur, quando impedimentum prouenit à parte aduersa.*

5 *Nam tunc in odium impedientis, & ipsius præiudicium habetur, ac si esset exhibita.*

6 *Confessiones partis habent vim Scripturæ, & publici Instrumenti.*

Illorumque vices supplent etiamsi scriptura esset de necessitate, num. 6.

7 *In Canonicatibus Pænitentiarijs requiritur ætas 40. annorum.*

8 *Testes probant ætatem alicuius si deponant interfuisse eius baptismo.*

9 *Scholares dum referūtur in matricula fingunt se iuniores, vt magis elucescat eorum peritia.*

Matricula probat aliquem esse scolarem, non autem eius ætatem.

10 *Ad Ordinem Subdiaconatus suscipiendum requiritur ætas 22. annorum.*

11 *Fides Baptismi dum est suspecta de falsitate non relenat, & num. 19.*

12 *Testi nulla fides est adhibenda si habeat affectionem in Causa.*

13 *Iudex remissorialis si est pars formalis in Causa in præiudicium alterius partis collitigantis, nullam habet iurisdictionem.*

14 *Fides Baptismi extracta ex libro Parochi, & ab ipso recognita plenè probat ætatem.*

15 *Partita quando sunt diuersa, & diuersis temporibus facta, tunc diuersitas atramenti, & characteris, non tollit fidem, immo auget, & num. 18.*

16 *Rasura Scripturæ, quādo non est in corpore eiusdē, sed in spatio ante principium, tunc illam non vitiat.*

17 *Testis habens affectionem, & interesse in Causa, non attenditur.*

20 *Ex actuū multiplicitate, & multitudine personarum deponentium de veritate Scripturæ, tollitur prorsus omnis suspicio falsitatis.*

Personæ plures, quod omnes voluerint conspirare in eamdem falsitatem mens ipsa percipere nequit, num. 20. & 21.

22 *Eligentium vota ad Beneficia, vbi in duas partes se diuiserint, metropolitani iudicio præfertur is qui maioribus iuuatur studijs, ac meritis.*

23 *Electiones factæ in paritate votorum nō sustinentur.*

24 *Limita si merita electorum sint inæqualia, quia tunc dignior est eligendus, & num. 25.*

26 *Decisiones in Causa Pampilonen. Canonicatus de Roncesualles coram Coccino, & Dunozetto, quo casu loquantur? & num. 27.*

28 Text. in Can. si forte 63. dixt. *cum loquatur indistinctè de quauis electione, non debet restringi ad solam electionem Episcopi.*

29 *In electione Prælatorum requiritur minor pars Capituli.*

30 *In electionibus quando vota sunt paria, tunc dignior est præferendus.*

31 *In electione Canonicorum seruanda est forma* capit. quia prop. de elect.

32 *Vota, Capituli vbi sunt paria in electione aliquorū; tunc in vtrisque deficit consensus Capituli.*

33 *Limita vbi electus in paritate excedit alios in meritis, quia tunc dicitur habere maiorem, & saniorē partem Capituli.*

34 *Pars maior, & sanior Capituli dicitur illa, quæ est iustior, & maiori nititur rationi, & æquitati.*

35 *Consensus maioris partis Capituli quando dicatur adesse, immo etiam totius Capituli.*

36 *Consensus alicuius benè deducitur ex confessione facta in Commissione.*

37 *In electionibus, quando vota sunt paria, tunc locus est gratificationi.*

38 *Meritā eligendorum discutienda sunt ante adiudicationem Beneficij.*

39 *Conditio necessaria ad aliquid obtinendum de iure* ha-

habetur pro adimpletu, quoties non stetit per eum, qui id adiemplere debebat.

40 *Electus, paria sunt, quod in discordiu moriatur, vel quod proprio iuri ad fauorem coelecti renunciet.*

Vacatio Beneficij per mortem, vel per cessionem aquiparautur. num.40.

41 *Meritorum, & qualitatum discussio fieri non debet, nisi inter habiles.*

42 *Ex defectu positiui non potest fieri comparatio,*

43 *Per cessionem Coelecto renunciatario non acquiritur nouum ius, prater illud quod habebat.*

44 *Dispositio si comprehendat indeterminatè duo supposita, illud in quo per euentum terminatur ipsa dispositio habetur, ac si ab initio adesset, & num. 45. & 46.*

47 Coelectus ad *Beneficium si decedat, vel cedat, antequam electio sortiatur effectum, tunc alteri Coelecto superstiti ipsum Beneficiam debetur.*

48 *Electio dicitur attentata si fuerit factu, postquam lis fuerit inita iater electas.*

49 *In electionibus postquam fuit publicatum scrutinium tanc non est licita variatia.*

50 *Meritorum discussioni amplius non est locus in electioaibus, qaando superest tantam vnus habilis.*

51 *Inhabilitas superaenta ante ius perfecte quasitum, semper operatur exclusionem, vbi agitar de actibas, qui in eorum exercitio exposcunt vsum rationis.*

52 *De depositione, qaando agitur, cuius effectus differuntur in tempus futurum, tunc habilitas attenditur de tempore exercitij.*

53 *Clausala,* sublata, *& Decretum,* Irritans, *positi in aliqua Constitutione, quid operetur? nu.55. & 56.*

54 *In Ecclesia* Toletana *adest* Constitatio Synodalis *similis* Constitutionis *Gregor.XV. saper electione ad* Beneficia.

55 *Dictio,* dumtaxat, *vi sua omnes alios casus, vel personas excludit.*

56 *Decretam,* Irritans, *habet inhibitionem implicitum in vtnere.*

Decretum, Irritans, *habet vim priuatiuam, seu abdicatiuam potestatis aliter faciendi, nam.56.*

57 *Electio facta in paritate votorũ licet nõ tribuat ius, si electi habent, tribuit tamen ius exaludendi alios.*

58 *Electas in paritate votoram, dicitar habere ius sufficiens pro exclusione concurrentium, & proinde ius priuatiuum quoad omnes alios.*

59 *Prelatio in necessarium antecedens supponit validitatem electionis.*

60 Constitutio *habet lacum dumtaxat qnoad expresse disposita, & reliqaa ammissa remaneat sub dispasitiane Iuris* Cammunis.

61 *Mens disponentis est attendendu.*

62 Scrutinium, *& electia sunt partes cõcarsas, & na.63.*

64 *Dictio,* & alias, *stat ampliatiuè, & augumentatiuè ad expressa.*

65 *Relatia facienda est ad dispositianem principalem, maximè quando id suadet identitas rationis.*

66 *Electio* Canonicatuum *Magistralium, & Dactaraliũ, quod in paritate votorum sit dirimenda per sartes & quare, num.67.*

68 *Ratia eadem vbi viget, quamuis simus in materia stricta, & correctaria, tunc dispasitum in vno censetar quoque dispositum in alio.*

69 Constitatio Gregor.*XV. saper electionibus ad Beneficia, &c. licet loquatur de Regnis Aragoniæ, ad quod etiam extendatar ex identitate rationis?*

70 *Rescripta declaranda sant à precibus.*

71 *Consuetudo notoria, & inueterata venit attendẽda.*

72 *Maximè attenta illius obseruantia.*

DECISIO XXVI.

SEntentiam Rotalem adiudicãtem Doctori Michaeli
Ferrerio Canonicatum Pœnitentiariæ de quo agi-
tur, vti validam, & iustam dixerunt Domini esse cõ-
firmandam.

Duæ enim nullitates, quarum altera desumebatur
ex omissione termini ad articulandum, & altera ex
defectu transportationis Actorum facilè sollunturr.
Quia ex *Summ. Michaelis num.*1. apparet terminum
ad articulandum, omnesque alios terminos substan-
tiales fuisse ad vnguem seruatos. Et ex *Summ. Ca-
pitali num.*4. constat Iura quæ prætenduntur deficere
non fuisse in hoc Iudicio in Actis producta; Sed so-
1 lùm extraiudicialiter ostensa Iudicibus ad effectum
faciẽdi recognitionem Iurium productorũ per com-
parationem, quorum proindè transportatio necessa-
ria non erat, *Rota in Rec. dec.*561. *num.*10. *Add. ad
Gregor. dec.*59. *num.*10.

Ita pariter cessare dixerunt DD. tria illa quę con-
tra iustitiam deducebantur, & hodie iterum repe-
tuntur.

Primum enim quod in Sententia electio declaretur
Canonica, licèt de ea nullum exhibeatur Instrumẽ-
2 tum, vel Scriptura, prout est necesse quotiescumque
agitur de probanda electione ad effectum adiudica-
tionis, videtur abundè sublatum, ex adductis in De-
cisione huius Causæ coram *bon: mem:* Coccino 25. *Iunij*
1640. Tam ex eo quod Constitutiones Sixti, & Leo-
nis id non præcipiunt; nec in Iure reperitur disposi-
3 tum, quod requiratur Scriptura, nisi quando electio
fieri debet, iuxta terminos *cap. quia proptèr de Elect.*
quod locum habet quando Ecclesia viduatur, *vt* fuit
animaduersum in *Lagionen.* Canonicatus *Magistralis*
12. *Iunij* 1634. *coram bo: me:* Coccino, quæ est *dec.*289.
*nu.*29. *&* 30. *par.*6. *Rec.* Quam etiam ex eo quod vbi
etiam Scriptura fuisset necessaria, satis esset Doctori
Ferrerio pluriès coram Ordinario Toletano, & Nũ-
cio Apostolico institisse pro illius exhibitione etiam
medio Censurarum, & declaratoriæ, & Capitulum
semper renuisse illam exhibere comminãdo desuper
4 implorationem Brachij Regij, ex hoc enim impedi-
mento præstito per Capitulum, non solùm excusare-
tur Ferrerius ab exhibitione Scripturæ si confecta
fuisset, *l. sine herede, §. Idem Iuris, ff. ad leg. Rhod. de
5 Iact. l. non exigimus* 5. t. *ff. si quis caut.* Sed in odium
impedientis, & in ipsius præiudicium haberetur pro
exhibita ad not. per *Felin. in cap. quoniam frequẽtèr,
num.*7. *vt lit. non contest.* cum pluribus ad propositum
adductis in *dicta Decis.* Et vlterius super veritate
6 huius electionis emanarunt plures Capituli confes-
siones, quæ habent vim Scripturæ, & publici Instru-
menti, illorumque vices supplent etiam, vbi Scri-
ptura de necessitate requiritur, *Bald. in Auth. sed no-
uo Iure, num.*12. *C. si cert. petat. Dec. in rubr. nu.*10.
*Extra de probat. Sard. dec.*10. *num.*12. *&* 13. *Rota in
Rec. dec.*157. *num.*4. *in fin, par.*4.

Secundum, quod principaliter contra Iustitiam
7 opponebatur, erat defectus Quadragenariæ ætatis
requisitæ in Pœnitentiarijs, tum à *Sacr. Concil. Trid.
Sess.*24 *cap.*8. *de Reformat.* tum à *Constitut. san: mem:
Gregor* XV. Sed huic paritèr obiecto fuit abunde
satisfactum in dicta Decisione, vbi ex partita Baptis-
matis, & ex descriptione facta à Patre in libro Fa-
miliari in quo adnotabat natiuitates, & obitus filio-
rum, firmatur Michaelem de tempore oppositionis
8 sequutæ de mense Februarij 1631. fuisse ætatis an-
norum 40. completorum iunctis depositionibus Te-
stium, quorum aliqui cum interfuerint Baptismati,
& alij sint vicini, & familiares optimè probant æta-
tem, iuxta Thericam *Bartoli in l. de atate, num.*7.
vers.

Vers. sed si haberi ff. de minor Rota in rec. decis. 779. nu. 9. par. 3. & alij adducti in *decis. vers. Et adsunt etiam Testes*.

Nec iustificatur Michaelem fuisse baptizatum in Ecclesia S. Nicolai Ciuitatis Pamphilonen die 3. Octobris 1594. à quo tempore ducto calculo Michaelẽ de tempore concursus habiti de anno 1631. fuisse tantummodò in trigesimo septimo suæ ætatis anno. Quiavel hęc probatio desumitur ex eo quod Michael in ingressu Collegij Compluten. vsus fuerit fide baptismatis extracta ex libro Ecclesiæ dicti S. Nicolai, eademque vsus fuerit in ingressu Ecclesiæ Pacensis, quando in ea fuit assequutus Præbendam magistralem, & non iustificatur in facto, quia Testes dati in *Summ. num. 13. & 14.* potiùs conuincunt Michaelem fuisse baptizatum in Ecclesia Sancti Saturnini, & signanter Decimus in *Summ.* dùm *super 7. art.* asserit se audiuisse quod quando Michael se opposuit ad Collegium Maius S. Idelphonsi Oppidi Compluten. extraxit fidem ætatis ex libro baptizatorum in Ecclesia Santi Nicolai, sed quod pariter dici audiuit, quod prædictus Informans commisit errorem, quia dicunt quod tenebatur extrahere fidem ab Ecclesia S. Saturnini Immò constat Michaelem de anno 1629. quo incidit præcedens vacatio huius Pœnitentiariæ, vsum fuisse contraria fide extracta à libro S. Saturnini Eamque exhibuisse, nec vllum de eius veritate fuisse suspicatum, Vel deducitur ex Confessione eiusdem Michaelis, qui vt prætenditur de anno 1610. dùm fuit matriculatus in studio Complutensi, fassus fuit se esse ætatis annorum Sexdecim, quod ad vnguem respondet partitæ libri S. Nicolai. Et obiectum pariter cessat ex ponderatione facta in decisione, & à
9 Testibus comprobata, quod scilicèt Scholares dùm referuntur in matricula, finguntse Iuniores, vt magis eluceat eorum petitia, vltra quod huiusmodi confessio legitur tantummodò in libro Matriculæ, qui tamen non probat ętatem, sed solùm quod aliquis sit Scholaris, *Bart. in l. final. numer. 2. C. de reb. Credit. Purif. cons. 159. nu. 16. lib. 4. Hond. cons. 78. n. 8. lib. 2. & d. dec. vers. Nec etiam prædicta*.

Et ad hunc effectum DD. plurimum ponderabant quod de mense Settembris 1625. Michael suscepit Ordinem Subdiaconatus, ad quem tamèn ex defectu
10 ætatis promoueri non potuisset si attendenda esset partita S. Nicolai, quia iuxta illam non habuisset ętatem sufficientem annorum 22. vt in his terminis arguit *Rota in Elnen. Canonicatus cor. R. P. D. meo Ghisiler. quæ est dec. 45. nu. 23. p. 6. rec.*

Nec minus subsistit partitam libri Baptismalis Ec-
11 clesiæ S. Saturnini fuisse suppositam, & esse de falsitate suspectam.

Respondendo singulariter ad quatuor genera probationum quibus Capitulum nitebatur.

Primò enim attestatio Notarij in Actu exhibitionis dictæ partitæ dicentis illam apparere scriptam de recenti, & meliori caractere, interiecto spatio
12 duarum linearum, nullius est momenti; Tum quia est Procurator Capituli, cui prohindè nulla fides videtur adhibenda, propter affectionem, *cap. Romana vbi gloss. & DD. de Test. in 6. Felin. in cap. Cum à nobis num. 14. eod. Tit. Purif. cons. 70. nu. 1. & seq. lib. 4. Rota dec. 52. num. 1. de Appell. in nou. Cæs. de Graff. dec. 2. num. 1.* & fuit dictum in *Gerunden. Beneficij 14. May 1629. coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Tum
13 quia fuit nulliter facta coram Archidiacono Toletano, qui erat pars formalis, & membrum Capituli Collitigantis, nullamque prorsus habebat iurisdictionem *gloss. in cap. Cum causam verbo voluerint in fine de Testib. Soce. sen. cons. 244. sub num. 3. lib. 2.* Et in omnem casum dictum fuit praeualere attestationem Parochi qui de mandato Iudicis partitam extraxit ad te vacationem huius Canonicatus, & affirmauit di-
14 ctum librum fuisse semper in eius Custodia, & partitam esse veram, prout etiam pro tali formiter recognita fuit, adeout de illius fide non sit amplius dubitandum, dixit *Rot. in rec. dec. 643 nu. 4. par. 3. & decis. 532. num. 1. part. 4. & decis. 260. num. 14. part. 6. Recent.*

Secundum verò genus probationis, quatuor scilicet Testium, qui conantur probare dictam partitam videri abrasam, & lineatam pariter non concludit. Quia duo ex ijs, Primus scilicet, & Quartus nihil
15 dicunt de rasura, sed solùm deponunt super diuersitate attramenti, & Characteris, quæ tamen diuersitas quando, prout hic, constat partitas diuersis tẽporibus, & à diuersis personis fuisse conscriptas non solum non minuit, sed imò auget fidem libri, & partitæ, vt in his terminis, ponderauit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 207. num. 12.* Alij verò scili-
16 cet secundus in ordinatione nihil deponit de rasura in corpore partitæ, sed solum de rasura partis in spatio, quod est ante principium partitæ, quæ proindè non vitiat per *Text. apertum in cap. Ex litteris de fid. Instrum.* cum alijs *adductis in d. dec. Vers. Nec prædictis* Tertius autem est contrarius prædictis, & reliquis omnibus Testibus in causa examinatis, nullamque meretur fidem, quia detegitur habere affectionem, & Interesse in causa propter scommussam à se factam quod Michael non esset Canonicus To-
17 letanus, sed Bezzerra victoriam reportasset, *cap. Tuas & cap. Nuper de Testib. Felin. in cap. Insuper nu. 6. eod. tit. Paris. cons. 27. num. 48. lib. 1.* & fuit dictum in *Rom. reddition. rationis Tutelæ coram Reuerendiss. D. meo Decano quæ est decis. 10. 169. nu. 7. part. 6. rec.*

Et ex his etiam tollitur tertium genus probationis desumptum ex relationibus quatuor; scribarum To-
18 letan. quia omnes nituntur in asserta diuersitate attramenti, & Caracteris, & rasura in spatio, quod est ante partitam ex qua tamen nulla potest oriri suspicio falsitatis, vt superius dictum, latè in *dicta dec.*

Quartum, & vltimum genus probationis desumitur ex fide Notarij Actuarij super ruptura paginæ in qua dicta partita est descripta, cui nec minus vide-
19 batur insistendum quia vt idem testatur, postquam liber baptismalis Ecclesię S. Saturnini fuit asportatus ad Ordinarium Toletanum, ne pagina in qua erat descripta partita baptismi dicti Michaelis rumperetur, stante quod in extremitate paginæ rumpi cæperat, fuit de mandato Ordinarij instante eodem Michaele apposita Hostia cum Papiro. Hinc autem liquet quod partita Baptismi non erat abrasa sed solùm quod ex nimia diuersarum manuum contrectatione incipiebat rumpi.

Et cessare dictum fuit omnem suspicionẽ ex multiplicitate probationum in Contrarium, iunctis quam pluribus adminiculis desumptis ex tribus productionibus dictæ partitæ, ex litteris patentibus sacrorum ordinum, ex attestatione Parochi, ex Testamento matris, & ex depositionibus 60 testium, quorum aliqui interfuerunt Baptismati, alij verò sunt Consanguinei Nutricis, & Michaelis vicini, pariter deponunt de natiuitate concorditèr cum partita Baptismi S. Saturnini. Ex hac enim actuum multipli-
20 citate, & multitudine personarum tollitur omnis
21 prorsus suspicio falsitatis, quia mens ipsa percipere nequit tot personas in vnam falsitatem conspirasse, *l. hac consultissima in fine C. qui Testam. fac. poss. Dec. cons. 78. num. 21. & cons. 102. num. 27. libr. 1. Aym. cons. 75. numer. 19. Gabriel cons. 169. numer. 9. & seq. Surd. cons.*

conf.132. num.20.ad fin.& 21. cum seqq. Add.ad Alb.
conf 224.litt. A.vers. Et falsitatis præsumptio cessat,&
Foller.in prax. Criminal in verbo Item quod commisit
falsitatem num.80.& 94.vers.sexto cessat præsumptio,
& in his terminis ad substinendam fidem Baptismatis
aduertit, Rota cor. Reuerend. Vrgellen. dec.207.n.13.
Tertio contra iustitiam sententiæ Rotalis, & vali-
ditatem electionis principaliter opponebatur quod
esset nulla, tamquam facta in paritate votorum super
quo cũ fuerit specialitèr informatum, DD. dixerunt
electionem fuisse validam tam inspecta dispositione
Iuris Communis, quam Constitutionis Gregorianæ.
22 Quantum enim ad Ius Commune clara est dispo-
sitio, Text. in cap. si forte 63. volentis quod vbi Eli-
gentium vota in duas se diuiserint partes Metropo-
litani Iudicio præferatur ille qui maioribus innatur
studijs, ac meritis, quod idem voluit gloss. in cap. ob-
euntibus 33. §. Nunc primo quæritur post medium vers.
sed quid eadem 63. d. distinct. Et in cap. Ecclesia vestra il
2. verbo non consenserit post med. vers. sed quid de elect.
Vbi quod si par est Zelus, numerus, & Aucthoritas
Eligentium hinc indè recurritur ad meritum electi,
idemque tradunt Butr. in dicto cap. Ecclesia vestra n.
25. vers. Quandoque hinc Turrecrem in dicto cap. si for-
tè num.1. vers. In primo notab. Innoc. in cap. cum in Iu-
re 33. num.2. de Elect. in 6. Hostien. in cap. Venerabilem
34. de Elect. D. Antonin. tit.19. de Elect. cap.2. §.7. Lam
bert. de Iurep. 3. part.2. qu.5. art.1. num.1. Bertarchin.
de Episc. 2. principalis quæst.21. Tract. tom.13. part.2.
fol.319. à tergo Tiraquell. de Iur. primog. qu.17. opin.3.
num.2. post med. vers. Et in Capitulo Azor. Instit. mo-
ral. par.2. lib.6. cap.16. qu.40. Fr. Sigismundus a Bono-
nia de elect. dub.47. num.9. vers. si verò vota Ferdinand.
a Castro Palao tom.2. Tract.13. de Benef. Eccles. disput.
2. punct. xi. §.6. n.3. & ita tenuit Rot. in Toletana Cano-
nicatus cor. Clem. VIII. relata per Garz. p.5. c.4. n.166.
23 Nec in contrarium faciunt Text. in cap. Cumana c.
In genesi & cap. Eccl. vestra de Elect. vbi Abb. nu.13.
post med. vers. si autem omnia cum alijs ad propositũ cu
mulatis firmantes neutram electionem factam pari-
tate votorum esse validam, cum neutra dici possit
24 facta à maiori parte Capituli, quia præfatas aucthо-
ritates dixerunt DD. procedere tantummodò vbi cũ
paritate vocum concurrit etiam paritas merito-
rum omniumque aliorum qualitatum, vt clarè ap-
paret ex eorum lectura, secus verò vbi cum parita-
25 te vocum merita sunt inæqualia, quia tunc iuxta
dispositionem d. cap. si fortè dignior est eligendus, vt
admittit etiam gloss. in d. cap. Eccl. vestra exadu. cit. in
verbo consenserit de Elect.
26 Et in his terminis dictum fuit intelligendas esse
decis. in Pampholonen. Canonicatus de Roncesualles cor.
Reuerendiss. D. meo Decano & R.P.D. meo Dunozett.
non solùm quia nituntur aucthoritate gloss. & Abba-
tis qui loquuntur in his terminis, sed etiam quia
27 verè in dictis decisionibus non agebatur de excessu
meritorum, sed in omnibus supponebatur æquali-
tas, vt apparet ex earum lectura. Neque ibi aderat
constitutio specialis disponens digniorem esse eli-
gendum prout in nostro casu, vt inferiùs dicetur,
quando tractabitur de constitutione.
28 Neque vis huius responsionis tollitur, Primo ex
eo quod d. cap. si fortè loquatur tantummodo in ele-
ctione Prælati, non autem in electione Canonicorũ,
aut alterius dignitatis. Tùm quia cum loquatur in-
distinctè de quauis electione non videtur arctandum
29 ad solam electionem Episcopi. Tum quia si de illa
dumtaxàt loqueretur adhuc fortiùs procederet in
electione Canonicorum, aliorumque dignitatum in-
30 feriorum, quia si in electione Prælati quæ requi-
rit maiorem partem Capituli per Tex. in d. cap. Quia
31 proptèr, nec irritatur electio facta in paritate voto-
rum ex Iuribus superiùs adductis.
Minus, & secundo tollitur dicta responsio ex eo
quod vbi vota sunt paria, deficiat in vnoquoque
32 Consensus maioris partis Capituli, qui tamen essen-
tialitèr requiritur in qualibet electione. Quia pro
responsione fuit animaduersum quod vbi electus in
paritate votorum excedit in meritis, dicitur habere
consẽnsũ maioris, & Senioris partis Capituli, quia
33 maioritas, & Senioritas non coalescit solùm ex nu-
mero sed etiam ex meritis electorum, & dignitate
eligentium, cum quibus in paritate numeri effici-
tur maior, & Senior pars, vt apertè declarat gloss. in
dicto cap. In Genesi in verbo ad Zelum, & in dicto cap.
Quia propter in figuratione casus in verbo sic collat. de
elect. Innoc. in cap. Dudum num.2. vers. sanitas Bart. in
l. Testium num.1. ff. de Testib. illa enim maior pars, &
34 Sanior censetur, quæ est iustior, & maiori nititur
ratione, & æquitate l. Maiorem vbi gloss. ff. de pact. cap.
Multi in fin.40. distinct. & benè gloss. in dicto cap. In
Genesi verbo ad Zelum in fine Abb. in dicto cap. Eccle-
sia vestra num.13.
Quod eò facilius procedi videtur in nostro casu
propter iuramentum, quod præstatur in electione
Pænitentiarij de eligendo digniorem iuxta Constitu-
tionem s.me: Gregor. XV. Ex hoc enim fit quod sicut
ob excellentiam meritorum arctatur Capitulum
etiam in casu paritatis vocum ad consentiendum ex
necessitate in eum, qui dignior apparet, ita dici
35 potest pro eo non solùm adesse consensum maioris
partis, sed etiam totius Capituli saltim implicitum
in actu scilicèr iuramenti P. Baisio Tit. de Elect. cap.1.
n.5. inter tract. magn. to.15. par.1. fol. mihi 381. Imò &
explicitum ad fuisse constat, dùm facta electione in
paritate vocum, Capitulum illã approbauit eligendo
36 Bezerram tanquã digniorem, & excludẽdo Michae-
lem ob defectum ætatis, vt apparet ex confessione
eiusdem Capituli in cõmissione, ex quo elicitur con-
sensus nedum maioris partis, sed imò totiùs Capituli
in digniorem ex electis in paritate.
Et cessare visa fuit omnis difficultas, quia cum de-
uentum fuerit ad primum, & secundum scrutinium,
& in vtroque Michael, & Bezzerra fuerint pares
37 in votis erat locus gratificationi secundùm com-
muniorem, & veriorem opinionem quam tenet
gloss. in d. cap. Ecclesia vestra verbo non consenserit post
med. vers. In casu isto, & in cap. Venerabilem 34. verbo
fauere de Elect. Abb. in dicto cap. Ecclesia vestra nu.13.
in fin. vers. dicit tamen quod superior Anchar. in fine
vers. Quandoque in omnibus Tiraquell. de Iur. primog.
qu.17. opin.2. num.7. vers. At si iterum Fr. Sigismund. a
Bonon. d. tit. de elect. dub.47. num.9. vers Vel idem se-
quitur Lotter de re benef. lib.3. quæst.17. n.193.
38 Neque obstat quod retenta dispositione cap. si fortè
ante adiudicationem Canonicatus fuissent prius dis-
curienda merita vt cõstare posset vter electorum esset
dignior, de quorum tamen discussione non docetur.
Quia ad hoc obiectum in quo pars aduersa acritèr
insistebat fuit multiplicitèr responsum. Et primo sa-
tis esse Ferrerio pluries in Actis institisse, & petijsse
quod super discussione meritorum fieret processus,
39 licèt deindè facto Capituli, & Bezerræ prætenden-
tium Ferrerium non fuisse legitimæ ætatis, excessus
in meritis iustificari non potuerit. Conditio enim
necessaria ad aliquid obtinendũ de Iure habetur pro
impleta, quotiès non stetit per implere debentẽ, l. In
re Ciuili 24. & l. Iulius Paulus 81. in fine ff. de cond. &
Demonstr. in l. Exequutione 85. §. final. ff. de verb. oblig.
Secundo dictum fuit discussionem super potiorita-

te meritorum non respicere Interesse Capituli, quod
eo ipso quod ex concurrentibus elegit Idoneiores ia-
xta sacrum Concilio. & Constitutioni Gregorianæ, &
functum dicitur officio suo, sed interesse tantummo-
dò electorum in paritate vt scilicèt electio contrine-
tur in personam dignioris, Vndè sicuti illud Interes-
set cessasset si Bezerra coelectus concordasset, aut Ius
suũ alteri Coelecto cessisset, itaquoque cessare debet
40 per obitum, cum paria sint quod electus in discordia
moriatur vel quod Iuri proprio renunciet ad fauo-
rem Coelecti *Caldas. de Empt. cap. 15. nu. 33. circa med.*
& Vacatio per mortem, & cessionem æquiparen-
tur ex tradit à *Paris. de Resign. benef. lib. 1. quæst. 5. nu.
4 & quæst. 6. num. 15. Gonzalez. ad reg. 8. §. 5. præmial.
num. 25.*

Tertio responsum fuit per obitum Bezerræ cessare
non sollum necessitatem, sed etiam facultatem, &
potentiam discutiendi merita. Quia cum discussio
41 qualitatatum, & meritorum fieri non posset nisi in-
ter habiles *l. Gradatim vers. Et si lege ff. de muner. &
honor. Gutier. cons. 31. num. 21. 22. & 26. Garz. de Be-
nef. par. 5. cap. 4. num. 212. in dict.* per obitum verò Co-
electi cessauerit omnis eius habilita, vtique nun po-
42 terat esse locus vlteriori discussioni ex defectu posi-
tiui sine quo fieri non potest cõparatio, vt in propo-
sito post *Hostiens. not. Io: Andr. in d. cap. Ecclesia vestra
num. 33. post med. vers. Imò sola de elect. Aucbar. cons.
215. nu. 6. vers. Decimo.*

Quod facilius suadetur aduertendo quod per obi-
tum Bezerræ res deuenit ad eum statum, vt Cano-
nicatus esset de necessitate adiudicandus Coelecto
43 superstiti. Quia licèt per obitum vnius non acqui-
ratur nouum Ius superstiti, exemplo Cessionis per-
quam Coelecto Renunciatario non acquiritur no-
uum Ius vltra proprium, negari tamen non potest
quin Ius illud quod ea vi electionis in paritate vo-
torum erat æqualitèr indeterminatum ad vtrumque
per mortem vnius totum remaneat ad superstitem,
non quidem ex noua acquisitione, sed ex determina-
tione sui Iuris, & quia per remotionem competi-
toris superestes remanet necessariò inclusus Iure pro-
44 prio: vbi enim dispositio aut materia comprehen-
dit indeterminate duo supposita, illud in quo per
euentum subsequentem terminatur ipsa dispositio,
habetur ac si ab initio in ea specialitèr, & determi-
natè comprehensum fuisset, quod autem antè deter-
45 minationem defecit per mortem, aut alio modo
mutat statum, habetur ac si ab initio non fuisset com-
præhensum, *cap. Nam, & Ego de verb. signif. & cap.
Pastoralis in fin. de Rescript. Tiraquell. de Iur. primog.*
46 *quæst. 40. num 198.* & quando electio debet esse vnius
ex duobus, deficiente vno necessaria remanet electio
de superstite iuxta regulam *l. Stychum aut Pamphilum
95 §. quod si promiseris, ff. de solut.* & notat ibidem
*Alberic. in princ. & numer. 1. in fin. & 2. post med. vers.
Vndè, & Bart. nu. 1. vers. Venio ad secundum & nu. 5.
vers. si antè,* & consuluit *Bald. cons. 324. num. 1. colu: 2.
vers. Nam conditio lib. 2. Garz. de Benef. par. 9. cap. 2.*
47 *num 221. cum seqq.* Vbi quod cedente, vel deceden-
te altero Coelecto, antequam electio sortiatur effe-
ctum aperitur via superstiti, illique debetur Canoni-
catus etiamsi defunctus esset magis idoneus, dum-
modò superstes sit habilis.

Nec resistit quod ante obitum Bezerræ Capitulum
deuenerit ad nouam electionem in personam eiusdẽ
ideoque dici nequeat Bezerram obijsse in paritate
votorum quia vltra quod ad nouam electionem de-
48 uentum fuit ea falso supposito, quod Ferrer defece-
rit in ætate, electio fuit attentata vt poté facta post-
quam inter electos lis introducta fuerat, *cap. 1. & 2.
vt lit. pend. in 6. Garz. de Benef. par. 6. cap. 4. num. 59.
& 41. Rota coram Card. Seraf. decis. 990. num. 3.* cum
pluribus relatis in *Aquilana Beneficij 14. Decembris
1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio.* Et vlterius non
49 est attendenda cum facta fuerit publicato scrutinio,
post Cuius tamèn publicationem variatio est prohi-
bita, *cap. publicato 58. cum ibi not. per gloss. & scriben-
tes, gloss. in dicto cap. Quia proptèr verbo publicent de
Elect. Ricc. in prax. rerum Ecclesiast. resol. 370. num. 6.
Franc. Marc. dec. 1344. nu. 6.* qui loquitur in casu pari-
tatis votorum.

Quarto dictum fuit cessare difficultatem ex rela-
tione medicorum testantium Bezerram, coelectum
fuisse dementia affectum, & vsu perfectæ rationis
destitutum, ac proindè effectum incapacem; Vn-
de meritò non erat ampliùs locus discussioni meri-
50 torum, sed Canonicatus erat ex necessitate adiudi-
candus Ferretio, qui supererat habilis, vt aduertit
*Garz. de Benef. in addit. addit. ad 5 part. cap. 4. nu. 212.
Rota in rec. decis. 342. nu. 2. p. 3.*

Præsertim quia dicta incapacitas licet superuene-
rit lite pendente, cum tamèn adhuc non fuisset de-
uentum ad meritorum discussionem, à qua pende-
bat vnius magis, quam alterius confirmatio, & quæ
fieri debebat postquam cessasset lis mota super defe-
ctu ætatis, dicitur superuenisse re integra, nempè
antè adiudicationem Canonicatus, & antequam ele-
ctio sortiretur effectum, ideoque satis operatur ex-
clusionem, etiamsi superuenerit post Canonicatus
51 vacationem, quia vbi agitur de actibus qui in ipso-
rum exercitio exposcunt vsum rationis Inhabilitas
superuenta antè Ius perfectè quæsitum semper ope-
ratur exclusionem *Tiraquell. de Iur. primog. qu. 23. nu.
8. & clariùs quæst: 40. num. 182.* Et quando prout hic
agitur de dispositione, cuius effectus, & exercitium
52 differuntur in tempus futurum, quale est officium
administrandi Sacramentum pænitentiæ, habilitas,
vel Inhabilitas consideratur inspecto tempore effe-
ctus, & exercitij *l. Quod sponsæ vbi Bart. C. de donat.
antè nupt. Tiraquell. dicta quæst. 40. num. 176. 177. , &
178. cum seqq. & quæst. 43 num. 16.*

Quod autem attinet ad constitutionem f. me: Gre-
gor. XV. quod est alterum resolutionis fundamen-
tum conclusiones huc vsque firmatæ faciliùs proce-
dunt duplici ratione.

Primo quia dicta Constitutio mandat eligi Idone-
iorem, ibi - *Quibus peractis &c. qui magis habiles, &
idonei Reperti fuerint, assumi seù eligi debeant, &c.*
53 Iunctis clausula sublata, & decreto irritanti. ex qui-
bus fit quod in casu paritatis non irritetur electio, sed
pernecesse recurri debeat ad meritoritorum discus-
sionem, & ille præferendus qui magis Idoneus re-
pertus fuerit, vt in terminis similis electionis factæ
54 in paritate votorum in Canonicatu Sacræ Scriptu-
ræ eiusdem Ecclesiæ Toletanæ, vbi viget Constitu-
tio Synodalis similis dictæ Constitutioni Gregorianæ
firmauit *Rota in d. Toletana Canonicatus coram Cle-
mente Octauo relata per Garz. de Benefic. dicta part. 5.
cap. 4. num. 166.*

Ponderando præsertim quod præceptum de eligẽ-
do idoneiorem concipitur per dictionem taxatiuam
dumtaxat, ibi - *peracto examine illi dumtaxat con-
currentes, qui cæteris omnibus Iudicio Ordinarij,
& capituli magis habiles, & idonei reperti fuerint
assumi seù eligi teneantur.* Vndè cum istorum iudi-
cio magis habilis, & idonei præcæteris reperti fue-
rint Doctor Ferret, & Bezerra, vnus ex illis neces-
sario erat eligendus omnibus alijs exclusis vigore
55 dictionis illius *dũtaxat*, quæ vi sua õnes alios exclu-
dit prætèr repertos magis habiles secundũ sententiã

Bar-

Bartol.in l.1.ff.si quis ius dicent. non obtemp. Card. in Clem.1.vers.nos igitur de Summ. Trinit.& fid. Catholic. Decian.cons.34.num.61.lib.3. Et quoad alios habet vim tacitæ prohibitionis, Roman.cons.144 nu.5.

56 unita vi nunc decreti irritantis, quod habet Inhibitionem implicitam in ventre, Cassad.dec.1. num.1. de Preb. & vim priuatiuam, seu abdicatiuam potestatis aliter faciendi, Ferret.cons.314.nu.10.lib.2. Gonzal. ad reg.8.gloss.67. num.16.

Maximè quia totum hoc est conforme dispositio-
57 ni Iuris Communis, secundùm quod electio facta in paritate votorum, licet non tribueret sic electis ius petendi confirmationem, tribuit tamen ius sufficiens includendi quosuis alios concurrentes, ratione
58 cuius dicuntur habere ius priuatiuè quoad omnes alios, itaut alter eorum necessariò veniat eligendus iuxta distinctionem magistralem, Bald.in proem.ff.§. itaque,num.13.vers.sed numquid currentes ij duo.

Secundo quia præfata Constitutio expressè se refert in omnibus, & per omnia ad Canonicatus magistrales, & Doctorales, in quibus Constitutiones Sixti V. & Leonis X. non respuunt electionem fa-
59 ctam in paritate votorum, sed disponunt esse deueniendum ad discussionem meritorum, vel ad sortes, ad hoc vt magis qualificatus, vel super quo ceciderit sors præferatur, prælatio autem in necessarium antecedens supponit validitatē electionis, Bellon. Iun. cons.62.num.31. Put.dec.214.num.3. lib.3.

Neque dici potest Cōstitutionem Gregorij referri ad Constitutiones Sixti, & Leonis tantummodò quoad concursum, ibi: *Et aliàs in omnibus, & per omnia, prout concursus præbendarum Magistralium, & Doctoralium fieri consueuit*, adeout in reliquis electio
60 remaneat in dispositione Iuris Communis; quia fuit animaduersum verba illa, *& aliàs in omnibus, & per omnia, prout concursus præbendarum Magistralium, & Doctoralium fieri consueuit*, includere etiam scrutinia in quibus concurrere dicuntur oppositores pro-
61 ptèr vota quæ habent, & quorum vigore excludunt alios concurrentes, & se ipsos includunt, non solùm ex intentione Pontificis, qui appellatione concursus intellexit etiam concursum in scrutinio, vti apparet ex illis verbis, ibi: *De illis partibus fiat secundū scrutinium quis illorum concurrit cum primo*, & inferiùs, ibi: *Si iterum fuerint pares sorte dirimatur quis cō-*
62 *currit cum primo*. Sed etiam quia verè scrutinium, & electio sunt pars concursus, qui finitus non dicitur antè electionem magis digni, sed durat vsque ad illius perfectionem, vt aduertit Garz.de Benefic.p.9. cap.2.nu.222.vers.si cum.

Secundo quia verba prædicta: *Et aliàs in omnibus, & per omnia*, fuerunt apposita postquam specialitèr actum fuerit de oppositione, examine, lectione argumentis, alijsque similibus actibus scrutinia
63 præcedentibus, ideoque intelligenda sunt vltrà specificata, nempè de continuatione concursus in scrutinijs, & de alijs vsque ad perfectionem electionis,
64 virtute dictionis, *& aliàs*, quæ stat ampliatiuè, & augumentatiuè ad expressa, Dec.cons.63.nu.6.Natta cons.403.num.7. Rota coram Card. Seraph. decis.257. num.3.& quia relatio facienda est ad principalem di-
65 spositionem, maximè quando id suadet identitas rationis, Rota coram R.P.D.meo Merlino dec. 167.nu.3 & 4.cum seqq.par6. Rec. quæ identitas in vtraque electione concurrit, cum negari non possit quin vti-
66 litas Ecclesiarum, Animarum salus, & gloria Diuini Nominis, ad quas respexit Leo Decimus, quando præcepit electionem Canonicatuum Magistralium, & Doctoralium dirimendam esse per sortes, vbi ca-
67 sus paritatis contingeret, considerari etiam debeant in electione Canonicatus Pœnitentiariæ, ex cuius dilatione ob discordiam votorum nimis graue damnum paterentur Populus, & Ecclesia, & vice versa per emissionem sortis faciliùs, & celerius succurri posset
68 Ecclesiarum necessitatibus. Vbi autem viget omnimoda ratio quantumuis in materia stricta, & correctoria dispositum in vno censetur, & in altero dispositum virtute comprehensiua, præsertim ad euitandum absurdum cui lex occurrere voluit, Gloss.in Clement.final. verbo nostras de rescript. Corn.cons.188. per tot.lib.2. Paris.cons.83.num. 21.& seq. lib.3. Aym. de antiqu.tempor.par.4. in princ. nu.137. & in proximioribus terminis fuit dictum in Terulen. Canonicatus 2.Martij 1637.coram R.P.D. meo Carillo, vbi firmatū
69 fuit Constitutionem Gregorianam, licèt non loquatur de Regnis Aragoniæ, ex identitate tamen rationis illa comprehendere, præsertim cum Gregorius ad supplicationem Regis Catholici petentis fieri electionem Canonicatuum Pœnitentiariæ ad instar Magistralium, & Doctoralium, annuendo precibus supplicantis, concessit prædictam Constitutionem cum relatione in omnibus, & per omnia ad Magistrales, & Doctorales. Hinc enim verisimile admodum est Summum illum Pontificem voluisse non
70 solùm æquare Canonicatus Pœnitentiariæ cum Canonicatibus Magistralibus, & Doctoralibus quoad concursum; Sed vlterius etiam quoad electionem declarando rescriptum à precibus, illudque intelligendo, prout fieri debet, iuxta formam petitionis, cap. Cum dilectus, circa fin. vbi gloss. in verbo petitionis, de fid.Instrum. Natta cons.98.nu.22. Peregr. cons. 107.num.14.lib. 2. Menoch. cons.33. num.14. Surd. dec. 288.num.42. Rota coram Card.Caual.dec.117. num.4. & num.5.

71 Iunctis præsertim notoria, & inueterata consuetudine illarum partium admittendi similes electiones factas in paritate votorum, de qua testatur Garz. de Benef.par.5.cap.4. num.205. cum seqq. Et acquiescientia Capituli, quod per spatium decem annorum, & vltra quo hanc litem substinuit in partibus, num-
72 quam electionem impugnauit ex defectu numeri, aut paritatis votorum, signum euidens, quod ex isto capite, & propter cōtrariam obseruantiam verè impugnari non poterat, Abb.in cap. cum Ecclesia nu. 49. de caus. possess. & propriet. Gomes var. resolut. tom.2. cap.11.num.17. vers.similitèr etiam adde, Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.131.num.61. Alex.cons.219. num. 2.lib. 6. Rota in Rec.dec.15.nu.11. par.6.

Et ita vtraque parte informāte resolutum fuit, &c.

MESSANEN. ARCHIPRÆSBYTERATVS.

Luna 29. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Subrogationem Gratiosam, quando quis obtinuit ad hoc, vt eius vigore possit obtinere immissionem, tria opus est, vt iustificet, nempè litem, & quidem super titulo Beneficij Clericatū, & obitum in possessione illius, in cuius locum petitur subrogatio, & qualitèr prædicta tria requisita probentur?

SVMMARIVM.

1 *Subrogato Gratiosè docenti de Lite, de Clericatu, & de obitu in possessione illius, in cuius locum petitur subrogatio, non est deneganda immissio.*
2 *Lis benè probatur ex actis in Causa factis.*
3 *Et ad istum effectum lis debet esse super titulo.*
4 *Commissio generalitèr loquens, dicitur continere tàm petitorium, quàm possessorium.*
5 *Maximè in ea stantibus clausulis*, quam, & quas, & cum omnibus incidentibus, & dependentibus, *& num.6.*

7 *Beneficium quando fuit effectum litigiosum, & quidè super titulo, tunc intrat subrogatio gratiosa.*
8 *Beneficium quando non fuit petitum tamquam conferendum, sed tamquam collatum à Papa id sufficit ad litem super titulo deducendam, & num.9.*
10 *Ob concursus inualiditatem fit deuolutio Beneficij od Sedem Apostolicam.*
11 *Concursus dicitur inualidus si in eo quis ad examinandum interuenit, qui non esset de numero examinatorum Synodolium.*
12 *Ad calumnia suspicionem tollendam sufficit causa colorata, & probabilis.*
13 *Calumnia, vt excludat collitigantem à subrogatione gratiosa, debet esse, manifesta, & euidens, & ab initio claro.*
14 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
15 *Mort alicuius, probatur ex partita extracta ex libro Parochi, in quo nomina defunctorum scribuntur.*
16 *De possessione alicuius docetur ex ipso Instrumento capta possessionis.*
17 *Instrumentum capta possessionis Beneficij suffragatur ad effectum obtinendi immissionem in vim gratiosa subrogationis.*
18 *Per Contradictas procedere potest agens ad subrogationem gratiosam mortuo collitigante, contra omnes interesse putantes.*
19 *Et etiam contra intrusum, quatenus adsit.*

DECISIO XXVII.

FVit resolutum esse dandam immissionem Marcello
Impallomeni gratiosè subrogato ad Ius, & posses-
sionem Bartoli, vltimi possessoris Ecclesiæ de qua a-
1 gitur, docet enim de lite, de suo Clericatu, de obitu
in possessione illius, in cuius locum petitur subro-
gatio, quæ sunt requisita necessaria ad hunc effectū,
Mohed.dec.10.num.1.& sequ. vt lit. pend. Rota coram
Card.Seraph dec.990.num.1. & coram Sa: mem: Greg.
XV.dec.307. num.1. & dec.394. num.1. & in Recent.
dec.321.num.1.in fin. & dec.629.num.1.par.1.
2 Lis enim probatur tam ex Commissione iactatio-
nis, & iactationum præsentata in Rota à Bartolo
cum integro processu confecto inter ipsum, & Mar-
cellum, quam ex Commissione obtenta à Marcello;
Vt in hac causa procederetur omni, & quacumque
Appellatione remota, & ex Citationibus cum Inhi-
bitione decretis, & vsque tunc reproductis, alijsque
pluribus actis in causa factis, ex quibus lis dicitur
probata, *Rota dicta dec.321. nu.2. & dec.629. nu.2.*
par.1. Recent. & coram Reuerendiss. D. meo Decano
decis.187.num.12.par.6.Rec.
3 Nec dubitari potest quin lis fuerit super titulo
4 prout ad hunc effectum requiritur; Tum quia Com-
missio Bartoli fuit Iactationis, & iactationum, per
quam cum nulla in eo extet, Taxatiua dicitur indu-
cta lis tàm super Possessorio, quàm super Petitorio.
Vestr. in prax.lib.8.cap.4.num.24. Mandos.in Regul.de
subrogan.quæst.14. num.4. cum duobus seqq. Cassador.
dec.6.per tot.de Rescript. Rota dec.9.num.2. vers.præ-
terea dixerunt DD.de caus.poss. & propr. in non. & in
Rec.dec.426.num.2.par.4. Add.ad ad san: mem: Greg:
XV.dec.125.num.18.in fin.
5 Accedentibus præsertim Clausulis, *Quam & quas*
cum omnibus incidentibus, & dependen. totoque nego-
cio principali, quibus clausulis censetur deductus in
iudicium Titulus, & proprietas, & commissum tàm
6 possessorium, quàm petitorium, vt de Clausula, *quam*
& quas, tradunt *Gomes.in Regul. de Infirm. Resignat.*
quæst.34.num.4. Mohed.dec.6.post med. vers.insuper de
Rescript. Rota dec.306.num. 1.par.1.& dec.455.nu.1.
par. 2. Rec. Et de clausula, *cum omnibus inciden. &*
dependen. sæpius firmauit *Rota vt apud Ægid.dec.618*
vers.& maximè clarius est, Cassad.dec 9.num.13. de
caus.possess.& propriet. *Canal.dec.200.num.5.* & inter
Rec.dec.342.num.2.par.1. & dec.426.sub nu.2. par.4.
& alias refert *Barbos.de Clausulis, claus.37. num.1.* &
de clausula cum toto negocio principali, *Caputaqu.*
dec.152.per tot.par.1. & dec.177.num.1. & 7. par.2.
cum alijs relatis à *Marches.de Commiss.par.1. de com-*
miss.appellat.in possess.salu. §.2.nu.71.& 72.fol.1005.
& par.3. de commiss. Iactat. Iact.§.1. num.19. fol.327.
7 Et per consequens Beneficium effectum fuit litigio-
sum, & intrat subrogatio, *Rota in Rec.dec.342.nu.2.*
par.1. & dicta dec.426.nu.2.par.4. & fuit dictum in
Elnen.Preceptoriæ 28. Nouembris 1608.coram bo: me:
Card.Marquemontio, & in *Leodien.Canonicatus 6. No-*
uembris 1623. coram R.P.D.meo Merlino.
Tum etiam quia Marcellus in eius Commissione
narrauit, quod erat prouisus Apostolicus ex quo e-
8 tiam Beneficium euasit litigiosum, quia non fuit pe-
9 titum tamquam conferendum, sed tamquam colla-
tum à Papa prout requiritur ad litem super Titulo
inducendam, iuxta doctrinam *Innoc. in cap. cum m.*
sub num.9 de constit. quam refert, & sequitur *Baldus*
in auth.litigiosa,num.1.C.de litig. & sæpius canoniza-
uit Rota, & signantèr coram *Gregor.dec.325.num.5.*
& ibid. *Add. nu.8. in princ.* & fuit dictum in *Romana*
*Cappellaniæ 15.Ianuar. & 3. Aprilis coram bo:me:*Coc-
cino, cum alijs relatis per *Add. ad Buratt. decis.927.*
num.24.
Præsertim cum appareat litem non esse calumnio-
10 sam, quia Marcellus obtinuit à Sanctissimo dictam
Ecclesiam vti vacantem, & Sedi Apostolicæ reser-
uatam ob inualiditatem concursus ad illam habiti,
ex quo illi interuenit, & cum Examinatoribus Syno-
dalibus examinauit quidam Religiosus Societatis Ie-
11 su, qui non erat Examinator Synodalis, nec Iura-
mentum præstiterat de hoc munere fidelitèr exe-
quendo, quacumque humana affectione postposita,
neque cum alijs Examinatoribus de idoneitate Con-
currentium attestantibus, se subscripserat, iuxta for-
mam præscriptam à *Sacr.Concil.Trid. Sess.24.cap.18*
de Reformat. vt declarauit Sacra Congregatio Emi-
nentissimorum DD. Cardinalium Sacri Concilij In-
terpetrum sub die 9. Septembris 1628. & sub die
15. Decembris 1629 vt in declarationibus datis;
12 Ex quibus oritur Causa iusta cum tamen sufficeret
colorata, & probabilis ad calumniæ suspicionem
diluendam, *Rebuff.in regul.de subrogan.gloss.7.num. 3.*
13 *Rota dec.342.num.7.par.1. Rec.* Calumnia enim vt
collitigantem à subrogatione excludat, debet esse
manifesta, & euidens, & ab initio clara, *Rota coram*
Gregor.dec.426.num.8. & ibidem *Add.num.11.*& co-
ram *Buratt.dec.927. num. 10.*
14 Clericatus autem Marcelli probatur ex litteris pa-
tentibus Præsbyteratus, *Gramm.dec.81. nu.1.* quem
semper Rota sequitur.
Denique constat quod Bartolus obijt in possessio-
15 ne dicti Beneficij, nam de obitu docetur ex partita
extracta ex libro Parochi, in quo nomina mortuorū
describuntur, quæ mortem probat, *Mandos. super re-*
gul.18.qu. 10. sub nu.4. Rota coram bo: mem: Buratt.
16 *dec.407. nu.2.* de possessione verò constat ex Instru-
mento possessionis ab eo captæ, *Abb. in cap.cum no-*
bis, sub num 5.de præscript. Rota dec.700. nu.3.par.1.
Recent. Et ex Manutentione illi concessa *Rota coram*
Card.*Canal. dec.217. num.2.* cum alijs multis relatis
17 per *Modern.de Manut. obs.29. num 10.* quæ possessio
præsumitur continuata vsque ad obitum, ad not. in
l. sinè possideri, C. de probat. & suffragatur ad effe-
ctum obtinendi Immissionem in vim gratiosæ sub-
rogationis, *Rota coram san: me:* Gregor.*XV.decis.166.*
num.9.

num.9. & latè *Add.ad dec.* eiusdem 307.*nu.*24.*nd fin. & dec.*394.*num.*4. *& in Recent. dicta dec.*321. *num.*4. *iu fin. par.*1. & fuit dictum in *Couchen. Beneficy* 10. *Iuny* 1624.*coram bo:me:Manzanedo, & cor. R. P.* D. *meo Ghislerio dec.*45.*num.*4. *par.* 6. *Rec.*& in *Cnsaraugustana Parrochialis de Maiella* 5.*Nouembris* 1640.*coram bo:me:Coccino.*

Ex quibus ita fuit resolutum solo Marcello Infor-
18 mante,& perContradictas quo modo benè proceditur mortuo Collitigante contra omnes interesse pu-
19 tantes , & contra intrusum quatenus adesset , *Roto dec.*8. *vt lit.pend.in nou.* & inter *Rec.dec.*629. *nu.*5. *in fin.par.*1. & fuit dictum in allegata *Leodien.Canonicatus* 6.*Nouembr.*1623.*coram R.P.D.meo Merlino,&c.*

RECANATEN. BONORVM.

Luna 29. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarijs quibus concurrentibus immissio in Bonis Fideicommissi concedenda sit in vim *l. fin. de Edict. D. Adr. Tollend.* & etiam contra hæredem, grauati? miles Hierosolymitanus tamquam Religiosus incapax est Testamenti factione? & quid si super hoc amplam obtinuerit licentiam, & an indistinctè, & de omnibus bonis,& ad sui libitum possit testari?

SVMMARIVM.

1 *Religio* Cappuccinorum *est incapax bonorum tam in particulori, quam in communi.*

2 *Mors* Ciuilis *ad effectum successionis æquiparatur natnrali,& operatur eosdem effectus.*

3 *Fideicommissario quibus concurrentibns non possit denegari immissio?*

4 *Remedium,* l.fin.C.de edict. D.Adr. tollend. *datur Fideicommissario, & aduersus grauati hæredem.*

5 *Quod procedit etiam reiecta distinctione restitutionis realis, siuè verbalis, & hoc ad euitandos circuitus.*

6 Miles *Hierosolimitanus tamqnam persona Religiosa prohibetur testari tom secundum stabilimenta dictæ Religionis, quàm de Iure* Communi.

7 *Quod tamen cessot stante super hoc licentia* Mngni Magistri.

8 Magnus *Magister Religionis* Hyerosolimitana *secundum stabilimenta non potest impartiri licentiam testandi nisi ae certa parte bonorum, & quid antea eidem licitum erat? num.9.*

10 *Bonarum Patrimonialium appellatione comprahenduntur bona omnia quocumque titulo conuenientia.*

11 *Bona, propria industria, & titulo singnlari acquisita ueniunt etiam appellatione bonorum patrimonialium.*

12 *Verba generalia ob earum vniuersalitatem omnia comprahendunt .*

13 *Verbum,* alienandi, *ex sui amplitudine non restringitnr ad actus inter viuos tantùm .*

14 *Verbum,* alienare, *quando subijcitur verbo ,* vendere,*vel alijs verbis denotantibus actus inter viuos, restringitur ad illorum terminos .*

15 *Non autem ad alienationem per viam institntionis , vel substitntionis testamentaria .*

16 *Verbo,* alienare, *si adiungatur verbum,* vendere , *tunc alienatio restringitnr ad actus inter viuos , quando de alienatione fit mentio prohibitiuè .*

17 *Verba prohibitiua sunt odiosa, & strictè interpretãda, num.16.*

18 *Testandi facnltas faciliùs permittitnr , quam alienatio inter viuos.*

19 *Alienatione permissa , non solum censetur permissa alienatio, quæ fit per vltimam voluntatem , sed etiam quæ fit per contractus.*

20 *Verba generalia, & vniuersalia non patiuntur restrictionem .*

21 *Rescripta declarantur à precibus , & iuxta formam petitionis sunt intelligenda .*

22 *Testandi licentia concessa Religioso, intelligi debet, vt testetnr ad pias causas .*

23 *Declaratur hoc procedere respectu bonorum Ecclesiasticorum ,secus patrimonialium , & propria industria acquisitorum, & num.24. & 25.*

26 *Bona acquisita ex propria industria à Religioso , si habeat licentiam testandi ad sui libitum potest de illis disponere .*

27 *Fides extracta lite pendente , & sine citatione partis non est attendenda .*

28 *Obseruantia interpretatiua colligi non potest ex actibus æquiuocis .*

29 *Clausula.* Constituti , & Constituentis , & Constitutarij, *possessionem probat tàm contra ipsos Cõtrahentes, quàm contra omnes ab eis causam habentes .*

30 *Clausula,* Constituti,*remanet inefficax, si contractus super quo fuit apposita nullitatis vitio laboret.*

31 *Nullitas arguit defectum consensus .*

32 *Ex actu etiam nullo transfertur possessio .*
Possessio nunquam censetur translata quando deest animus transferendi, num.32.

33 *Possessio eodem tempore non potest esse penes duos .*

DECISIO XXVIII.

PHilippus Alemannus Eques Hierosolymitanus , & Guidobaldus germani fratres vna cum Thædora communi matre anno 1585. condiderunt insimul eorum vltimum Testamentum , in quo institutis, & substitutis se ad inuicem hæredibus , post eorũ mortem substituerunt Horatium , & Camillum , pariter germanos fratres , & respectiuè filios dictæ Thæodoræ , & successiuè post eos , eorum Primogenitos masculos, & descendentes .

Deficiente verò linea Masculina , voluerunt successionem deferri ad Proximiorẽ de Cippo Domus Masculum natu maiorem, legitimum tamen, & naturalem, vt ex Testamento dato in vtroque *Summar. num.*1.

His peractis decesserũt Eques Philippus, & Theodora mater morte naturali, Guidobaldus autem Ciuili , per ingressum in Religionem Cappuccinorum ideoque factus fuit locus vocationi Cammilli superstitis, quo paritèr vita functo anno 1635. nulla relicta sobole masculina,orta cõtrouersia coram A. C. inter q. Petrum Antonium Massaccium , vti proximiorem ab intestato, ac q. Guidobaldum Alemannũ prætendentem vigore dicti Testamenti, factum fuisse locum substitutioni ad sui fauorem , vti natu maiorem de Cippo Domus Alemannorum , fuit ab eodem per Sententiam diffinitiuam , & per capita separata pronunciatum dictum Ludouicum immittẽdum fore , & esse in possessionem bonorum , tàm Equitis Philippi, quàm Guidobaldi fratris .

Vndè cum hodiè coram me in gradu Appellationis dubitaretur , an Sententia A. C. esset confirmanda, vel infirmanda , cuius effectus erat, an hæredes Ludouici essent immittendi in possessionem omnium Bonorum dd. Fratrum , DD. quoad Bona Equitis Philippi affirmatiuè responderunt , quo verò ad bona Guidobaldi dixerunt etiam esse concedendam immissionem in omnibus , præterquam super quarta parte Prædij del Cardetto, & super toto Prædio della Piana,quorum possessio de tempore obitus Ciuilis Guidobaldi aliquibus ex DD.non videbatur plenè iustificata .

De Fideicommisso enim ad fauorem Proximioris natu maioris de Cippo Domus Fideicommittentium apparet ex prædicto Testamento..

De

De obitu verò substitutorum paritèr constat ex
depositionibus Testium formitèr examinatorum, qui
eum deponant, Guidobaldum emisisse Professionem
1 in Religione Cappuccinorum, quæ est incapax bo-
norum, tàm in particulari, quàm in communi, vt ex
Clementina exini de Paradiso, de verb.signif. exprefsè
cauetur *à S.Concil. Trident sess.25. cap.3. de Regular.*
2 *& Monial.* concludunt eius mortem Ciuilem, quæ
in hoc casu æquiparatur naturali, & parit eosdem
effectus, *Abb.in cap.in præsentia, num 58. & seqq. de
probat. Surd.cons.90.nu.7.* Guttierez *Canonic. Quæst.
lib.2.cap.1.nn.18. & 45.cum seqq. Sauc.ad Prac.Dec.
lib.7.cap.3.nn.69.* & in terminis Cappuccinorum cō-
sulnit *Houded.cons.62. nn.18.35.& 36. lib.1. & add.
ad Buratt.dec.461. nu.15.* plures Doctores, & Rotæ
nostræ Decisiones cumulat.

Demum quod Ludouicus esset natu maior de
Cippo Domus proximior legitimus, & naturalis, cla-
rè liquet non solum ex arboee in qua distinctè legi-
tur descendētia singulorum per gradus distinctos vs-
que ad Ludouicum; Verum etiam ex Testibus, &
Iuribus in *Summ. Alemannorum, num.3. & seqq.* Ac
3 proindè præfatis concurrentibus immissio illi dene-
gari non poterat vigore *l.final.* C *de Edict. Din.* Adr.
Toll. Cuius remedium competit etiam Fideicom-
missario, *Rota ceram bo: me:* Coccino *dec.167. nnm.2.
cum seqq.* inter eius impress. & in *Rec. dec.301. nu.1.
par.6.* & in Bonon. *Fideicomm. de Clauarinis 23. Ian.
1636.coram R.P.*D.*meo* Ghisilerio, & in alia Bonon.
*Fideicommissi de Ramundinis 9. Maij einsdem anni co-
ram R.P.D.meo Dunozetto, quæ sunt decision.88.nu.2
& dec. 131. nn.1.par.7.Rec.& dec.51.nu.5.& seqq.p 5*
4 Vbi etiam ampliat competere aduersus grauati hæ-
redem, reiecta distinctione restitutionis realis, siue
veebalis, quam dicit non habere locum quando agi-
tur prout in casu nostro contra hæredem grauati, &
5 quod de Iure Canonico ex quadam æquitate ad tol-
lendos diuersos circuitus, actiones absque aliqua re-
stitutione transeunt ipso Iure in Fideicommissarium
qui illas exercere potest.

Quod autem attinet ad primum caput Sententiæ
concedentis Immissionem in bonis Equitis Philippi,
6 licèt ipse vti Miles Hyerosolimitanus, ac verus Re-
ligiosus prohibeatue de suis bonis testati, tam ex di-
spositione stabilimentorum illius Religionis, vt ha-
betue in nouis Statutis *cap.33.* quam ex dispositione
Iuris, vt notat *Abb. in cap.2. num.4. de Stat.* Monach.
*Bald.in Auth.Ingress.in 2.notabil. num.3. C.de Sacros.
Eccles.* & in puncto *Grat.discept.forens.cap.363. n.24
& cap.880.nu.8. Sanch.in* Decalog.*tom.2. lib.7. cap.8.
nu.36. Rota coram fa:me: Greg.X*V. *dec.87. num.3. &
dec. 109. num. 1.* cum alijs allegatis per *D. Sperellum
Decision. For. Eccles. 21. nnm.41.*

Cum tamen exhibita fuerit licentia sibi à Magno
Magistro concessa, DD. dixeeunt fuisse sublatam
7 omnem inhabilitatem ex hoc capite prouenientem,
eique licitum fuisse testari, vt aduertit Grat*ian. dicto
cap.880. num.34.35. & 45.* Sanch. *& Sperell. in præ-
citatis locis*, & admisit *Rota in Neapolitana Domus
14.Martij* 1625. *coram Reuerendiss. D. meo Pirouano*
Decano, *& in Perusina Hæreditatis de Vinculis* 16.
Nouembris 1637. *coram R.P.D. meo* Dunozetto.

Nec visa sunt releuare ea, quæ ad insufficientiam
licentiæ deducebantur, tàm ex defectu potestatis,
quàm ex defectu voluntatis concedentium.

8 Quia quoad potestatem licet de anno 1585. vigo-
re veterum stabilimentorū Religionis Magnus Ma-
gister non posset impertiri licentiam testandi nisi de
certa parte mobilium, aut pecuniarum, aderat tamen
decretum Capituli Generalis editum de anno 1583.
9 & sic biennio ante conditum Testamentum, in quo
eidem tribuitur potestas concedendi Equitibus licē-
tias nedùm ad effectum vendendi, donandi, sed etiā
in articulo mortis disponendi. Quæ facultas licet
loquatur de bonis Patrimonialibus, ibi: *Nec non li-
centiam concedere fratribus donandi, & alienandi bona
Patrimonialia, de eisque in articulo mortis disponendi.*
10 Dubitari tamen non debet quin etiam compræhē-
dat bona propria industria, & titulo singulari à Mi-
11 litibus acquisita, cum etiam huiusmodi bona sicut,
& cætera omnia vndecumque prouenientia veniant
appellatione patrimonialium, & in nostro patrimo-
nio esse dicantur ad *Text. in §. si quis a non Domino,
Instit.de rer.diuis. Bald.cons.351.num.5. lib.1. Rebuff.
in l. Rei appellatione 5. col.11. verbo patrimony, cum
seqq. ff.de verb.signif.*

Quo verò ad voluntatem ea videtur satis clara;
cum licentia loquatur non solum de facultate ven-
dendi, sed etiam alienandi, & in alias quascumque
personas transferendi, omnesque actus iuridicos fa-
ciendi, quos veri Domini possunt, & debent facere,
12 quæ verba ob sui vniuersalitatem omnem legitimū
disponendi modum includunt: Ponderando præ-
13 sertim verbum illud *Alienandi*, quod ex sui ampli-
tudine non restringitue ad actus intee viuos, sed ca-
pit etiam alienationem per actum vltimę voluntatis,
*l.si quis prioris, §.certum vbi, Alber.nu.1.C.de secund.
nupt. Dec.cons.660.nu.9.in fin.& nu. 10.Surd.cons.10
nn.12.& 13. Menoch.cons.1130.nn.19. vers.& verè*,
cum alijs relatis pee *Fusar.de substit.qu.550. nu.12.*

14 Nec subsistit replicatio quod vbi verbum *alienare*
subijcitur veebo *vendere*, alijsque denotantibus actus
intee viuos resteingatur ad illorum terminos, & cō-
præhendat tantummodò alios actus similes expræs-
15 sos, non autem alienationem per viam Institutio-
nis, & Substitutionis Testamentariæ, vt ex *Alex.
cons.155.nu.1.cum seqq.lib.2.* Grat. *disc. for. cap.594.
nu.7.* fuit dictum in *Perusina Fideicommiss. de Cincijs
19.Ianu.1635.coram R.P.*D.*meo* Dunozetto, quæ ha-
betue impress.in *1.par. Ree.dec.8.nu.3.& 4.*

16 Conclusio enim posset procedere in prohibitione
alienationis, seù quando de alienatione habetur ser-
mo per verba prohibitiua, quæ cum sui natura sit
odiosa, & strictius interpretetur quam concessio,
Surd. decis.279. num.10. vers. Accedit etiam. Non
17 extenditur ad dispositionem Testamentariam, sed
restringitur ad actus inter viuos similes expressos, in
qua facti specie loquuntur decis. & DD. exaduerso
congesti; Secùs verò in permissione alienandi, seù
quando de alienatione fit mentio permissiuè, quia
18 cum faciliùs permittatur facultas testandi, quam
disponendi per Contractus inter viuos, & fauorabi-
lior sit actus vltimæ voluntatis, vt aduertunt *Gabriel
cons.132.qu.1.nu.2.lib.1. Menoch.cons.210. num.4. &
15. de præsumpt. lib.4. præsumpt.189. num.5. Surdus
cons.10. num.16. Barz. Decis.* Bonon. *121.num.4.*
19 Vtique permissa alienatione non solùm censetur
permissa alienatio, quæ per Contractus, sed etiam
ea, quæ fit per vltimam voluntatem, vt optime di-
stinguendo tradunt *Bartol. in l. si ita quis, §. Ea le-
ge, num.7.* vbi *Imol.nu.1. Ias. nu.41. ff.de verb. oblig.
Surd. dicto cons.10. & cons.71.* vtrobique *num.12. &
cons.313.nu.4. & dec. 124.nu.16. & 279.nu.10.vers.
accedit etiam,* Menoch.*de præsumpt.dicto lib.4. præsum-
pt.189.nu.5. vers.& accedit*, eandemque conclusionē
latè tuentur, *Honded.cons.33.nu.44. lib.1. Dec. cons.
78.nu.21.& 48.lib.3. Riminald.Iun.cons.9.num.103.
Pereg.cons.53.num.13. & 14.lib.1. Osasch.Dec.Pede-
mont.85.nn.3.* cum pluribus relatis per *Fusar.cons.8
num.11.*

Id.

20 Idque facilius admittendum est in proposito casu ponderando non solùm generalitatem verborum ipsius licentiæ, ibi: *Et in alias quascumque personas transferendi, omnesque actus iuridicos faciendi, quos veri Domini possunt, & debent facere*.
Quæ verba non patiuntur restrictionem ad facultatē alienandi inter viuos, vt ex supra allegatis dictum, fuit, sed etiam tenorem supplicationis in qua Philippus expresse petijt licentiam disponendi de bonis in
21 articulo mortis, & per vltimam voluntatem; hinc enim est, quod facultas ad illius supplicationem concessa censetur comprehendere etiam alienationem per viam Institutionis, cum rescriptum declaretur à præcibus, & iuxta formam petitionis intelligi debeat *cap. Inter dilectos, circa fin. vbi gloss. in verbo petitionis, de fid. Instrum. Natta cons. 98. nu. 22 Menoch. cons. 33. num. 14. Rota coram Card. Caual. dec. 117. nu. 4. & 5.* & fuit dictum in *Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ 22. huius coram me in fine, vers. secundò quia.*

Quod autem dicebatur licentiam testandi Reli-
22 gioso concessam, intelligi debere, dummodò Religiosus testetur ad pios vsus, nec propterea extendi posse ad institutionem Maioratus, aut Fideicommissi aliosque prædictos vsus, vt tradunt *Azor. Instit. Moral. tom. 1. lib. 12. cap. 9. q. 10. propè finem, vers. Rogabis quando Pontifex, Sanchez ad præcepta Decalogi, lib. 7. cap. 8. num. 51. & 55.* cum alijs allegatis.
23 Visum fuit non applicari siquidem prædicti Doctores loquuntur in ordine ad bona Ecclesiastica, & vbi conceditur licentia testandi de bonis prouenientibus ex redditibus Beneficiorum, vel Commendarum, secus verò dicendum est vbi agitur de licē-
24 tia, & facultate disponendi de bonis patrimonialibus, & propria industria quæsitis, cum clausulis amplissimis, ibi: *Ad suum beneplacitum, & liberam voluntatem, &c. & infra in alias quascumque personas transferendi, & in alio loco in fauorem cuiuscum-*
25 *que liberè cedendi.* Hæc enim bona poterunt etiam in vsus profanos distrahi, vt admisse *Rota in dicta Neapolitana Domus, cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Ita pariter dictum fuit, licentiam non esse restringendam ad bona, quæ Iure tantùm hæreditario successionis, & legati ad Philippum spectabant, quantumuis hæc verba tantum in licentia legantur, quia dùm Magnus Magister subdit stabilia tantum aliena
26 prorsùs, & separata à Nostra Religione excipiendo quæsita ex bonis Religionis, cœtera bona etiā propria industria quæsita, omniaque alia vi huius exceptionis inclusit *Natt. cons. 159. num. 30. in fin. & 31. Rota dec. 56. nu. 2. vers. hæc enim exceptio, & dec. 203. num. 5. par. 4. Rec*

Quæ verò dicebantur de fide Magni Magistri attestantis similes licentias non extendi ad facultatem testandi, & de obseruantia comprobata facto Religionis, quæ statim mortuo Testatore possessionem bonorum accepit, & post diù agitatam litem transegit cum hæredibus pro omni, & toto eo, quod prætendere poterat ab hæreditate Equitis Philippi nul-
27 lius visa sunt releuantiæ. Quia fidei extortæ lite pendente, & parte non citata nullatenùs est deferendum *Caputaqu. dec. 265. par. 1. Rota in Rec. dec. 323. num. 4. par. 2.* & prædicta Concordia pro scutis tercentum fieri potuit pro mobilibus in licentia dispo-
28 nendi exceptuatis, ac proindè ex ea tamquam æquiuoca nulla deduci potest obseruantia interpetratiua in contrarium *Arct. cons. 115. sub num. 3. Rota decis. 294. num. 6. par. 2. Diuers. & dec. 120. nu. 2. par. 2. Rec. Reuerendiss. Vergellen. dec. 173. num. 5.* & hæc quoad bona Philippi.

Quod autem attinet ad secundum caput Sententiæ concedentis immissionem super bonis Guidobaldi opponebatur pro parte Massucci inter alia non probari eius possessionem de tempore obitus, quo ad Prædium *del Portone*, sed tamèn Domini dixerunt eam sufficientèr iustificari ex donatione de eo sibi, & Equiti Philippo facta à Theodora communi Ma-
29 tre cum clausula Constituti, quæ Constituentis, & Constiturarij possessionem probat tàm contra ipsos Contrahentes, quàm contra omnes ab eis causam habentes, *Ratn. cons. 169. in fin. lib. 1. Natta cons. 439 nu. 3. sumt. Greg. XV. dec. 362. nu. 2.* cum alijs pluribus relatis à *Modera. de Manutentione, obser. 20. n. 30.*

Ad probandam possessionem alterius Prædij nuncupati, *di Cardetto*, asserebatur Instrumentum venditionis factæ Guidobaldo per Camillum Philippū, & Horatium fratres, cum clausula paritèr *Constituti*, fauore eiusdem Guidobaldi; verum quia dicebatur venditionem ex defectu Insinuationis, fuisse nullam pro parte Camilli de eo tempore Minoris, possessio pro quarta parte ad Camillum spectante,
30 non potest probari ex clausula *Constituti*, cum hæc ob nullitatem Contractus remanserit inefficax, nec vllam transtulerit possessionem in Constitutarium, *Ias. in l. Non est dubium, num. 56. C. deleg. Alex. in l. 1. §. si vir, nu. 8. vers. Item habens, ff. de acqu. poss. Hond. cons. 23. nu. 24. & seqq. lib. 1. Rota coram Card. Caual. dec. 473. num. 3.* & in terminis nullitatis ex defectu insinuationis fuit decisum in *Romana, seù Æsina Donationis 23. Martij 1640. vers. data autem nullitate*, & in eadem *26. Nouembris eiusdem anni, vers. neque subsistit, coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Præsertim quia huiusmodi nullitas arguit defectū
31 consensus, quo casu possessio, quæ aliàs ex actu etiā nullo transferri potest, *l. 1. §. si vir vxor, ff. de acqu.*
32 *poss.* numquam translata censetur, ex quo deest animus transferendi, vt optime distinguendo tradunt, *Bald. in l. Non dubium, num. 18. in 10. opposit. C. de leg. Honded. dicto cons. 23. nu. 27. lib. 1. Put. dec. 276. nu. 6. vers. si autem contractus est nullus, lib. 3. in correctis, Reuerendiss. Vrgellen. dec. 155. num. 20. cum seqq.*

Idemque dictum fuit quoad Prædium della Piana, quia cum in facto iustificetur vsque ad annum 1577 fuisse possessum à Hyeronimo Patre, & ex tunc in posterum à Philippo, qui decessit post emissum à
33 Guidobaldo Professionem in Religione Cappuccinorum, nullo medio tempore potuit ab eodem possideri, cum possessio non detur penes duos eodem tempore, vt ex *l. 3. §. ex contrario, ff. de acqu. possess. & in l. si vt certo, §. si duobas vehiculum, vbi gloss. in verbo dominium, & Castr. num. 7. ff. commodat.* dixit *Rota in Ariminen. Fideicommissi 14. Martij 1640. vers. hoc verò tantum, coram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit hæredibus Ludouici dandam esse Immissionem in bonis relictis per Equitem Philippum, in bonis verò Guidobaldi, exceptis Prædio *della Piana*, & quarta parte Prædij, *di Cardetto, &c.*

ÆSINA FIDEICOMMISSI.
Veneris 10. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Filius hæres grauatus concurrentibus alienationibus, & omissione Inuentarij, præsumitur satisfactus pro suis detractionibus, nisi probet alienationes à se factas, non adequare detractiones Legitimæ, & Trebellianicæ.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vsusfructus, & alimenta imputantur filio in suæ legitima,*

2 *Alie-*

2 *Alienationes stante ommissione Inuentarij præsumuntur adequare legitimam.*
3 *Limita nisi probetur contrarium.*
4 *Filius ob ommissionem Inuentarij non ammittit legitimam.*
Detractiones censentur consumptæ, stante ommissione Inuentarij, & alienationibus per hæredem grauatum factis, quæ etiam præsumuntur adequare legitimam, nisi probetur contrarium, nu.4. & 6.
5 *Vsufructuarius non tenetur facere Inuentarium solemne, sed simplicem descriptionem.*
6 *Detractiones impediuntur ex sola ommissione Inuentarij, vbi de necessitate illud conficiendum nō erat.*
7 *Inuentarium factum respectu vnius causæ, vel personæ, non trahitur ad aliam causam, vel personā.*
8 *Inuentarium factum ab alia persona, & ad aliud effectum, non excusat grauatum.*
9 *Productio scripturæ facta à Procuratore, non habente ad id speciale mandatum, non præiudicat principali.*
10 *Producens scripturam non censetur illam approbasse nisi quatenus probet, & non alias.*
11 *Producens scripturam alienam cum clausula,* in parte, & partibus, *sibi non præiudicat.*

DECIS. XXIX.

DOmini responderunt esse standum in decisis corā bo: me: Pirouano sub die 17. Martij 1631. scilicet legitimam Io: Francisci esse consumptam ex benè deductis in decisione, & signantèr ex eo, quia
Io: Franciscus adiuit hæreditatem Patris, nullo con-
1 fecto Inuentario; & vltra Legatum vsusfructus, & ali-
menta, quæ in Legitimam imputantur, *Rota coram Card.Seraph.dec.1365.num.7. & coram sa:me:*Gregor. *XV.dec.186.nu.1.* alienauit bona mobilia, ac semo-
2 uentia, arbores non ceduas, ac quamplurima stabi-
lia, quæ alienationes, stante omissione Inuentarij,
3 præsumuntur adequare legitimam, nisi doceatur il-
las pro pretensis detractionibus non suffecisse, iuxta opinionem, quam seruat *Rota vt apud* Card. *Canal. dec.540.num.2.* & in *Rec.dec.47.num.9. par.5. & dec. 301. nu.8. par.6.* & fuit decisum in *Bonon. Fideicommissi de Glauarinis 5. Iulij 1637. coram R. P. D. meo Royas*. Vbi quod hæc conclusio est vera, & à Rota recepta, & plenius in eadem die 10. *Decembris* 1638 *coram eodem*, & in *Auximana Fideicommissi* 13. *Ianuarij* 1640. *coram R.P.D.meo Dunozetta*, & in alijs per *Add.ad sa:me:*Greg.*dec.185.nu 6.*

Nec obstant tria quæ obijciebantur. Primum e-
4 nim quod filius, qualis erat Io: Franciscus ob ommis-
sionem Inuentarij non amittat legitimam, iuxta veriorem opinionem quam Rota sequitur, vt patet ex adductis in *Rec.dec.399.nu.25. & 26. par.5. & coram Reuerendissimo Vrgellen. decis.213. numer.1. &* 15. & post Merlin. *de Legitima, decision.109. numer. tertio*: dictum fuit non aduersari, & dictas decisiones casui nostro non applicari, quia Domini non fundant se in sola omissione Inuentarij, nec indè deducunt quod Io: Franciscus amiserit legitimam, quo casu intraret obiectum exaduersò excitatum, sed fundant se in alienationibus ab eo factis, quæ præsumuntur adequare legitimam, nisi ipse doceat eas pro prætensis detractionibus non suffecisse; quæ duo sunt inter se valdè diuersa. Aliud quippè est quod filius, qui non confecit Inuentarium non amittat detractiones sibi competentes, in quibus terminis loquuntur prædictæ Decisiones, & alij in contrarium allegari. Aliud quod alienationes factæ à filio, qui Inuentarium non confecit, præsumatur consumpsisse detractiones, vt benè distinguit in Decisionibus mox allegandis. Isto enim casu cum lex præsumat filium, qui Inuentarium non confecit subtraxisse bona hæreditaria, talis præsumptio iunctis alienationibus transfert in illum, & in habentem causam ab eo onus probandi alia bona in hæreditate non extitisse, ex quibus ac bonis alienatis detractiones fieri potuissent, vt in proposito dixit *Rota in Rec.dec.399.nu.28. & seq. par.5.* & in dicta *Bonon. de Glauarinis* 10. *Decembris* 1638. *coram R. P. D. meo Royas.*

Minus obstat secundum, quod Io: Franciscus non
5 fuerit hæres, sed simplex vsufructuarius, qui non te-
netur facere Inuentarium solemne, sed solummodò simplicem descriptionem, *Paris.cons.95.nu.62. lib.2. Roland.de Inuentar.par.2.qu.19.nu.3. inter tract.mag.*
6 *to.8.par.2.fol.*170. Ex quo inferebatur, quod cessan-
te necessitate conficiendi Inuentarium, non potest ex illius omissione induci præsumptio subtractionis, nec per consequens impediri quominus legitima detrahatur. Quia vltra quod nec etiam hæc descriptio apparet facta à Io: Francisco, obiectum tollitur eadem responsione, quod præsumptio satisfactionis elicitur non ex sola omissione Inuentarij, sed ex alienationibus factis, quæ vt dictum fuit præsumuntur sufficientes pro legitima, nisi contrarium probetur, vt in præcitatis Decisionibus, & vltra eas firmauit *Rota post* Merlinum *de legitim.dec.109.nu.6. & 7. & corā bo:me: Buratt. dec.693. num.9.* & alias cumulat *Add.ad eundem Buratt.dec.115.nu.18.*

Denique non releuat tertium quod Io: Franciscus confecerit Inuentarium, quia Inuentarium quod exhibetur est Inuentarium Tutelare quod non suffragatur, cum illud respiciat solummodò Tutorem, & Pupillum, & propterea trahi non debet extra suos terminos inter hæredem, pro quo non est confectum & fideicommissarium, cum Inuentarium factum
7 respectu vnius causæ, vel personæ non trahatur ad
aliam causam, & personam, *Castr.cons 36.nu.2.lib.2. Crauett.cons.312.num.3.Caball.cons 156.nu.43. & 44. lib. 1. Rota in Sancti Seuerini Dotis* 28. *Nouembris* 1618.*coram bo.me. Vbaldo, & in dicta* Bononien.*fideicommissi de Glauarinis* 10. *Decembris* 1638. *coram D. meo Royas.*

Quæ eò magis obtinent cum dictum Inuentarium non sit factum à Ioanne Francisco, sed post eius mortem à Tutore Petri Francisci Nepotis Testatoris, quod propterea tantominus suffragari potest tam-
8 quam factum ab alia persona, & ad alium finem, &
effectum. *Morquez.de diuis.bonorum lib.1. cap.1. nu. 20.24. & 28. & seqq. Giurb.in consuetud. Messan.cap 9 glass.5.par.1.num.43.* quos refert, & sequitur *Rota in supradicta Bononien. Fideicommissi de Glauarinis coram D.meo Royas.*

Neque hoc fundamentum tollitur ex replicatione quod dictum Inuentarium fuerit productum à DD. Castracanis, & quod propterea censeatur ab eis approbatum, quia vltra quod productio fuit facta à
9 Procuratore non habente ad id speciale mandatum
quod præiudicare non potest *Rota coram f.me:* Greg. *decis.467.num.10. cum alijs per add.ad* Buratt. *decis. 294.num.13.* Respondetur quod cum dictum Inuentarium per se esset insufficiens, & non probaret nul-
10 lum potuit recipere fomentum à dicta productione,
quia producens scripturam non censetur illam approbare nisi quatenus probat, & non aliàs, *Verall. dec.199.num.1.par.1.Rota in Rec.dec.236. num.4.p.3. & coram* Gregor.*dec.432.num.4. Add.ad eundem dec. 238. nu.15.vers.prad.contl.*
11 Et cessat omnis difficultas, quia productio fuit fa-
cta per compulsum in parte, & partibus fauorabilibus tantum, quo casu Producens scripturam alienam sibi non præiudicat *Vestr.in praxi lib.6.cap.1.num.6.*

Ca-

Caputaqu.dec.193.num.5.par.1.Greg, decis.270.nu.7. Buratt.dec.708.nu.6.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit coram bo: mem: Pirouano in cuius loco subrogatus Ego extendi decisionem, cum ille morte præuentus extendere non potuerit.

ROMANA CAMBIORVM.

Luna 3. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Nec euictionem nec restitutionem pretij venditor præstat obligatus ex dato, & facto suo tantum euictione sequta ob aliam causam, etiam si pretium fuerit in eius vtilitate conuersum, maxime concurrente scientia oneris, & hypothecæ in emptore cum eius acquiescientia, & stante cessione iurium venditoris talium, qualium, dummodo cessio ista fuerit facta in actu ipso venditionis in Instrumento, & non posteà.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium talium, qualium, vbi non est facta à venditore in ipso actu venditionis, sed ex post, & consequtiuè non est apta adimere venditionem antea factam.*

2 *Venditio quid comprehendat licet arguere ex quantitate pretij.*

3 *Emens scientèr bona onere hypotheca obnoxia non potest agere ad restitutionem pretij ex l.si fundum sciens C.de euict. & num.7.*

4 *Limita hoc tantum procedere si nihil fuit cautum de euictione.*

5 *Promissio euictionis quamuis limitata ad datum, & factum venditoris facta emptori scientirem esse alienam, sequta etiam euictione ex alia causa non liberat venditorem à pretij restitutione contrarium, num.7.*

6 *Dictio, prout, repetit omnes qualitates in Instrumento relato contentas.*

7 *Emèns scientèr rem esse alienam, vel alteri obligatam, nec ad euictionem agere potest, nec ad pretij restitutionem.*

8 *Relatio non porrigitur ad ea de quibus facta est specialis prouisio in contrarium.*

9 *Minor, & Ecclesia recuperant rem nulliter venditam absque pretij restitutione.*

10 *Limita nisi aliàs ostendatur versio in eorum vtilitatem.*

11 *Emptor prędij a non Domino non tenetur illud verò Domino restituere nisi restituat pecuniam eius Creditori solutam, cui prædium fuerat datum pignori.*

DECISIO XXX.

IN relationibus causarum ad impediendam causæ expeditionem Nappij pluribus medijs impugnabant decisiones coram me emanatas ad fauorem Baccellorum.

Et contra primum decisionis fundamentum repetebant, quod licet euictio fuerit à Baccellis promissa ex dato, & facto suo tantum, & non aliàs, adhuc sequuta euictione ex causa Montistarum teneantur ad prætij restitutionem ex *l.Emptorem 12.§.Qui autem ff.de Contrah empt.*

Nec obstare responsionem allatam in decisionibus: quod scilicet cum Baccelli cautè processerint in retrouenditione, & prçuia narratiua quod ipse in eisdem bonis non habebant aliquod Ius, nisi quod acquisiuerant ex immediata præcedenti datione in solutum, retrouendiderint bona cum eisdem Iuribus, & pertinentijs, & prout ipsi acquisiuerant, & Iura talia qualia cesserint, releuentur ab onere manu tenendi, & faciendi bona Iura emptoribus cessa, vt respondetur in *dec.1.5.Et hic intellectus*. Quia cum prius fuerit simpliciter facta venditio bonorum ad corpus non ad mensuram &c titulo venditionis &c. dedit, cessit &c. *Summ. Nappiorum num.* 2. Et propterea dictum fuerit quod ex causa venditionis hu-
1 iusmodi Baccelli cedebant Iura talia qualia, cessio ista vti non apposita in ipso actu venditionis, sed ex post, & consequutiuè, consideratur vt quid diuersum, nec propterea apta est adimere præcedentem venditionem corporum, vt in puncto respondit, *Aldobrand. cons.107.num.23.cum seqq. lib.1. & facit decis.Put.265.lib.2.in correct.* allegata ad propositum ab Informantibus pro Nappijs.

Sed hoc obiectum ex facto euitatur, quia ex lectura Instrumenti constat non solùm sequuta euictione sed in ipso actu, immò etiam antè Baccellos protestatos fuisse, quod super ijs bonis nullum aliud Ius habebant, nisi quod acquisiuerant ex immediata præcedenti datione in solutum, ideòque claris verbis declararunt se retrouendere dicta bona cum ijsdem Iuribus, & pertinentijs, prout ipsi acquisiuerant insolutum. Ex quibus cum appareat Baccellos non vendidisse hæc bona liberè, aut pleno Iure, sed solùm cum iuribus super illis sibi competentibus ex præcedenti datione insolutum, non applicantur Doctrinæ *Aldobrandini*, & *decis. Putei* locis supra allegatis; Decisio enim Putei firmat quod venditis Iuribus competentibus venditori super Valle censetur venditum Ius directum Vallis, quia in narratiua Instrumenti de eo mentio facta fuerat, eiusque Dominium venditor declarauerat velle transferre, & *cons. Aldobrand.* emanauit in Actu quo Venditor priùs liberè, & absolutè vendiderat hæreditatem, & postea cesserat Iura talia qualia sibi competebant ad consequendam hæreditatem, quorum neutrum concurrit in casu nostro cum Baccelli narrauerint, vt dictum est se nullum aliud habere Ius super his bonis in ipso actu venditionis, & non postea.

Nec contrarium suadet quantitas prætij scutorũ
2 44.mil: quo fuit facta reuenditio si enim ex quantitate prętij licet arguere quid in venditione fuerit cõpræhensum, vt notat *Mantic.de tacit.& ambig.lib.4 tit.9.nu.8, & dixit Rota coram Card. Serafin.dec.932. num. 13.* Argumentum potiùs retorquetur contra Nappios, quia cum eodem prætio hæc bona vendita fuerint Baccellis obnoxia hypothæcis ad fauorem Montistarum, potius arguendum est Baccellos in retrouenditione eorumdem bonorum facta eodem prætio noluisse liberare bona alijs ab oneribus cum quibus emerant, sed voluisse tantum vendere bona cum iuribus, quæ mediante prima emptione eodem prætio acquisiuerant.

Alterum principale fundamentum, scilicèt quod
3 Nappij scientèr emerint bona tali onere hypothæcæ Montium obnoxia, & propterea non possint agere ad prætij restitutionem, vt colligitur ex generalitate *l. si fundum sciens C. de euict.* impugnabant tripliei medio limitando tripliciter dispositionem dictæ legis.

Er primo contendebant dispositionem dictæ legis procedere solùm quando per contrahentes ni-
4 hil fuit cautum de Euictione vt apparet ex lectura dicti *Text.* ibi - *Nec quid quam de euictione conuenit*, tunc enim intrat præsumpta condonatio prætij, secus quando prout in hoc casu promissio Euictionis ex pacto fuit restricta ad casum quo sequeretur ex
5 dato, & facto venditorum, hæc enim promissio quãtumuis stricta, & limitata non excludit obligationem restituendi prætium licèt ex alia causa sequatur

euictio, & emptio facta fuerit à sciente vt ex *l. Emptorem in § qui autem ff. de Contrah. empt. firmant Bartol. in l. si familiæ C. famil. hersic. num 1. ibique Bald. num. 3. Castr. pariter nu. 3. antè med. vers. 2. oppono Angel. Arct. in §. vlt. nu. 6. Instit. de empt. & vendit. Mandell. cons. 552. num. 3 Curt. Sen. cons. 63. num. 19. circa med. vers. si aliquis iuret Crauett. cons. 77. num. 18 post med. vers. simile videmus Surd. cons. 36. num. 22. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 2. num. 8. vers. si verò fuerit sciens Grat. discept. forens. cap. 166. nu. 2. Mangil. de emct. qu. 57. nu 3. & qu. 163. nu. 2.*

Secundo dicebant dispositionem dictæ legis excludi in nostro casu, quia venditio bonorum facta fuit tanquam de liberis. Cum enim Baccelli priùs illa accepissent insolutum ab hæreditate Alexandri Nappij cum promissione quod essent immunia, & exempta ab omni onere, eademque postmodum reuendiderint Nappijs cum eisdem conditionibus, & prout sibi insolutum data fuerant, sequi videbatur quod fuerint *reuendita* cum eadem promissione libertatis, & immunitatis, attenta natura dictionis
6 *Prout*, quæ repetit omnes qualitates in Instrumento relato contentas, vt aduertit *gloss. in cap. Quamuis in verbo Euocandi in fine de offic. ord. in 5. cum alijs in 1. dec. relatis vers. Et hic intellectus in fin.*, vbi autem cócurrit libertatis promissio cessat omninò *d. l. si fundum, vt firmauit Rota in Romana Pecuniaria 15. Iunij 1626. coram Remboldo.*

Tertiò demum repetebant prætium ex venditione redactum fuisse conuersum in Cambium ad fauorem & vtilitatem Baccellorum, quo casu cessare dispositionem dictæ *l. si fundum*, & intrare obligationem restituendi prætium saltem ex æquitate firmant *Gomes. var. resol. tom. 2. tit de empt. & vendit. num. 42. in fine less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 21. dub. 17. num. 133.* cum alijs *in 2. dec. relatis §. Neque obstare visum fuit.*

7 Sed ad primam limitationem fuit responsum contrariam opinionem, quod scilicèt Venditor Emptori scienti rem esse alienam, vel alteri obligatam nec de euictione teneatur nec ad prætij restitutionem esse veriorem, & communiorem, vt probant omnes cumulati in *1. decis. vers. Neque vrget replicatia.* Ea scilicèt ratione quia Venditor sciens rem esse alienam, vel alteri obligatam censetur prætium venditori donare, vt ponderatur in *vltima dec. §. Concurrente præsertim vers. emptor enim*, quæ ratio indistinctè procedit, siue nihil fuerit actum de euictione, siue Euictio fuerit promissa ex dato, & facto venditoris, Vndè *DD.* allegati pro contraria opinione non sunt attendendi, quia *Castr. & Gomes.* sunt sibi met contrarij, tum quia *Gomes. eod. cap. 2. num. 42.* firmat nostram opinionem, & dicit ea in re lapsum esse *Arct. in l. si aliquam rem nu. 5. ff. de acqu. poss. Castr. autem in l. Emptorem §. qui autem, ff. de act. empt. nummer. 3.* ait dispositionem legalem, quod quis non teneatur de euictione operari ne teneatur ad prætij restitutionem, idemque ait procedere in Emptore sciente rem esse alienam. Tùm quia omnes loquuntur contra communem, & receptam opinionem, vt aduertunt *Emanuel Suarez in addit. ad Gomes. tom. 2. cap. 2. Tit. de empt. & vend. litt. A.* Vbi repræhendens *Gomes.* ait confusè, & non sine mendo loqui *nu. 8. vers. si verò fuit sciens*, cum certum, & frequenter placitum sit quod qui scienter rem alienam emit, nec sibi de euictione cauit nullam actionem contra venditorem habet, nec ad prætium ipsum recuperandum, *Fachin. Contr. Iur. lib. 2. cap. 40. in princ.* vbi quod non potest satis mirari de Aretino contrarium sentiente, & *Barbos.* qui pariter repræhendit *Aretin.* & testatur de Communiori, & receptiori in *l. 1. part. 5. num. 37. vers. Nec obstat tertium ff. de solut. matrim.*

Secundam autem limitationem, quod scilicèt *l. si fundum*, non procedat quando venditor promisit bona esse libera, dictum fuit non applicari, quia Baccelli non promiserunt bona esse libera, sed imò expresserunt se in bonis venditis nullum aliud habere Ius nisi quod acquisiuerunt ex præcedenti datione in solutum, & propterea voluerunt teneri ex dato, & facto eorum tantum, & non aliàs.

Et licet præcedens datio in solutum emanauerit ab hæreditate Alexandri cum promissione quod bona essent immunia, & exempta ab omni onere, & deindè vendita fuerunt Baccellis cum eisdem conditionibus; & prout ipsis in solutum data fuerunt, cùm tamen Baccelli expressè protestati fuerint se nolle teneri de euictione nisi ex dato, & facto suo tantum, & non aliàs vt dictum est, non poterat censeri repetita promissio, quod bona sint libera, & immunia, quia hęc manifestè aduersantur protestationi, & pro-
8 uisioni superiùs factæ, virtus autem relationis non porrigitur ad ea, de quibus fuit facta specialis prouisio in contrarium, quæ repugnat expressè voluntati disponentis *Paris. cons. 39. nu. 18. & seq. lib. 1. Becc. cons. 102. nu. 19. lib. 1. Dec. cons. 362. in princ. & num. 1. & fuit dictum in Spoletana successionis 1. Martij proximè preteriti coram R. P. D. meo Peuting.*

Ad Tertiã demum limitationem, quod scilicet dispositio dictæ legis non procedit quando prætium fuit conuersum in vtilitatem venditoris fuit responsum in *vltima dec. §. quoniam pro responsione*, vbi fuit ponderatum quod si vera esset illa limitatio inanis redderetur dispositio dictę *l. si fundum* cum prætium rei venditæ semper soluatur venditori, & in eius vtilitatem conuertatur, & destrueretur etiam illa ratio, quod stante scientia emptoris, prætium præsumatur venditori donatum.

Nec satisfacit replicatio quod per solutionem in manibus venditoris prætium semper non dicatur
9 conuersum in eius vtilitatem, prout contingit in Ecclesia, & minore, qui propterea quantumuis receperint prætium rei nulliter venditæ, nihilominus *rem* vendicant absque præcij restitutione, nisi aliàs
10 ostendatur versio in eorum vtilitatem, quia pro responsione fuit animaduersum, quod si hoc esset verum dispositio dictæ *l. si fundum*, solùm procederet in minore, & Ecclesia, ad quorum fauorem specialitèr inductum est, vt ex sola solutione in eorum manibus, non probetur versio in eorum vtilitatem, & sic nimis restringeretur, cum tamen DD. loquantur generalitèr in quolibet Venditore. Vndè potiùs debent intelligi iuxta *Text. in l. emptor 65. ff. de rei vendicat*, super quo ipsi se fundant, qui *Tex.* nõ loquitur de Venditore sed de Domino vindicante, & solùm probat Emptorem Prædij à non Domino empti nõ
11 cogi illud restituere verò Domino, nisi restituat pecuniam eius creditori solutam, cui Prædium fuerat datum Pignori, vt ibidem tradunt *Bart. Odofred. & alij in 2. dec. adducti d. vers. Quoniam pro responsione* vbi latè id comprobatur, & affertur ratio diuersitatis inter vnum casum, & alium.

Ad ea quæ repetuntur contra vltimum fundamentum decisionis vbi firmatur bona hæc fuisse liberata à nexibus obligationum, quas Baccelli contraxerunt fideibendo pro Marchione Bentiuolo, fuit abundè satisfactum in dicto *vers. Non obstat obiectum*, vbi sigillatim respondetur ad singulas obligationes, quæ propterea non indigent noua responsione.

Et ideo prædictis non obstantibus fuit resolutum pro causæ expeditione, &c.

RO-

ROMANA DIVISIONIS.

Luna 10. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Pater si filio ducenti vxorem donauerit bona aduentitia alterius filij cum promissione de faciendo eum ratificare ex quibus, & quando prædicta ratificatio dicatur subsequuta? & diluuntur plures exceptiones circa hanc materiam, & præsertim plura deducuntur circa probationem, & præsumptionem scientiæ.

1 *Sententia quando est indiuisibilis, & lata sub vnica verborum structura, tunc si sit nulla in parte est nulla in totum.*

2 *Forma in sententijs potiùs attenditur quam materia.*

3 *Donationem quis nunquam præsumitur voluisse ratificare, si eam ignorauerit, & nu.4. vbi quod parum iuuat lapsus longissimi temporis.*

5 *Scientia contractus ad effectum ratificationis non sufficit præsumptiua, maxime vbi ratificatio esset præiudicialis.*

6 *Probatio generica non est sufficiens ad effectum præiudicij cum requiratur distincta, & specifica.*

7 *Minoris ratificatio non est valida, nisi fiat expressè, ac solemniter, seruata forma statuti.*

8 *Ratificatio donationis excluditur ex illius ineffectuatione, & inobseruantia, & num.9.*

10 *Ratificatio ex cursu longissimi temporis tunc præsumitur, quando etiam concurrit obseruantia alias secus.*

11 *Ratificatio ex cursu longissimi temporis satis intrat dum ex pluribus constat de scientia, & patientia ratificantis.*

12 *De donatione facta, quando quis se vocat consentum per necessarium antecedens fatetur se donationi consensisse.*

13 *Donatarius dum possedit bona donata per annos 30. certe donans nisi consensisset donationi reclamasset.*

14 *Ignorantia verisimilitèr non præsumitur, dum aliquid est publicum, & notorium.*

15 *Ex cohabitatione, licet præsumatur scientia; tamen ista præsumptio non iuuat nisi iunctis adminiculis.*

16 *solemnitates præsumuntur adhibita stante lapsu 30. annorum.*

17 *Donatio bonorum dum fuit prohibita sine alicuius consensu, tunc ipsius consensu accedente, valida dicitur donatio.*

18 *Alienatio dum fit ex causa necessaria, puta alimentorum, tunc cessat generalis prohibitio alienandi, & num.19.*

20 *Bona donata quando sunt inter se distincta, & separata. tunc ex ineffectuatione partis non infertur ad ineffectuationem totius.*

21 *Actus gesti ad maiorem cautelam, & securitatem non præiudicant, nec immutant rerum statum, nu.22. & seq.*

24 *Principalis in contractu dicitur ille, ad quem res spectat, licet contractus fiat etiam nomine aliorum, & num.25.*

26 *Res inter alios gesta non præiudicat tertio, qui non interuenit.*

27 *Donationem quando quis ratificauit, si de ea nunquam reclamauerit, non censetur tacitè ab ea voluisse recedere.*

28 *Donatione facta alicui intuitu certi, & determinati matrimonij dicitur ius quæsitum etiam vxori. & eius filijs, ex eodem matrimonio natis, & sine eorum consensu reuocari non valet, num.29.*

30 *Præscriptio dicitur impleta, vbi non datur actus intermedius excludens possessionem.*

31 *Pater potest inequalitèr bona diuidere inter filios illesa tamen legitima vnicuique.*

32 *Pater super bonis aduentitijs filiorum habet vsumfructum, & potest iusta causa absque consensu filiorum alienare eius vita durante, declara, vt nu.33. 34.35., & intellige vt nu.36.*

37 *Donatio facta intuitu, & occasione ditissimi, & honorifici matrimonij reputatur ex iusta causa facta.*

38 *Fratres studentes honori, & conseruationi familiæ permittunt, vt vnus solus frater vxorem ducat, & omnia bona habeat reseruatis solum alimentis. alijs fratribus.*

39 *Pater validè potest alienare bona aduentitia filij, & num. seq.*

41 *Consensus postea præstitus, retrotrahitur ad diem contractus, ad effectum illum validandi, quando actus non est omninò nullus.*

42 *Religio Hyerosolimitana succedit in omnibus, & singulis bonis suorum militum defunctorum.*

43 *Miles Hyerosolimitanus dum habet testamenti factionem, tunc in eius bonis non succedit amplius religio, sed heredes ab intestato.*

44 *Miles Hyerosolimitanus habens indultum disponendi non potest disponere de bonis fideicommiss. & n. seq.*

46 *Obseruantia subsequuta bene denotat qualis fuerit mens disponentis.*

47 *Actio petendi diuisionem non competit nisi probato dominio, & communione, & num.48.*

49 *Iudicium diuisorium dicitur duplex, & in eo vterq; sociorum est actor, & vterq; reus.*

50 *Ad iudicium diuisorium fundandum requiritur, quod possessio, vel proprietas sit communis.*

51 *In Iudicio diuisorio non sufficit possessio bona fide, sed requiritur titulus, & illius iustificatio.*

Dominium ex sola possessione non præsumitur ibid.

DECISIO XXXI.

LAta sententia Rotali absoluente ab Impetitis D. Vrbanum, & Fratres de Millinis, & declarante non esse locum diuisioni petitæ per Hyeronimũ dubitabatur hodiè an dicta sententia esset confirmanda vel infirmanda, & Domini confirmandam esse dixerunt ex eisdem duobus fundamentis in decisionibus huius causæ *coram R.P.D. meo Bichio* latissimè discussis videlicèt propter ratificationem donationis & præscriptionem 30. & ampliùs annorum.

Quibus non obstant ea quæ de nouo repetuntur, & adducuntur ab Informantibus pro Benedicto.

Dicebatur enim primo sententiam esse excessiuam, & excessus deducebatur ex eo quia Hyeronimus prouocauit ad diuisionem Vrbanum, & fratres non solùm super bonis, quæ in donatione facta Paulo continentur, sed vniuersalitèr super omnibus bonis tàm in dicta donatione comprehensis quam super reseruatis, & tàm super hæreditarijs Equitis Antonij eius fratris, de cuius ratificatione non constat, quam etiam super quibusuis alijs ratione dotium suarum ascendentium, & quouis alio Iure ad ipsum delatis, & sententia vniuersaliter absoluit Reos ab impetitis, Actorique perpetuum silentium imponit, & tamen decisiones restringuntur ad bona quæ Marius Communis Pater donauit Paulo eius filio cõtemplatione certi matrimonij cum Portia de Amantico contrahendi, in quibus solùm procedunt rationes in decisionibus ponderatæ. Ac propterea cum sententia ratione suæ Vniuersalitatis capiat etiam bona reseruata, & hæreditaria Equitis Antonij, ac alia quæcumque continet excessum manifestum, qui
1 licèt respectu corporum, vitiat omninò sententiam quando proùt hic est indiuisibilis tamquam lata sub vnica structura verborum, *Afflict. dec. 218. nu. 4. Rosa de-*

dec.356.nu.6. vers.Prateres animaduerterunt Dñi post
*secundum vol.consil. Farinacc.*potiùs enim attenditur
2 respectu formæ quam respectu materiæ; *Put. decis.*
315.lib.1.in correct.Rota dec.35.num.6.& dec.221.nu.
1.& 2.cum seqq.par.2.diuers.

Repetebantur secundo nec minus respectu bono-
norum donatorum sententiam sublineri posse ex plu
3 ribus. Primò quia Hyeronimus in paterna donatio-
ne non interuenit, & licet pater promiserit Hyero-
nimum ratificaturum, tamen de eius expressa ratifi-
4 catione non constat, & tacita præsumi potest, cum
non probetur de donatione scientiam habuisse quæ
tamen de necessitate requiritur etiam vltra lapsum
longissimi temporis ad inducendam ratificationem
Menoch.cons.561.num.19.& 20. Becc. cons.195.nu.7.
*Surd.cons.28.nu.118.Barz dec.Bonon.48.num.27.*Præ-
5 sertim cum ad effectum inferendi præiudicium præ-
sumptiua non sufficiat vt notat *gloss.in cap. concerta-*
tioni in verbo sciuerit de Appell.in 6. & dictum fuit in
Romana Pecuniariã 27.Iunij 1633.coram Reuerendiss.
D.meo Pironano Decano qua est dec.360. num.3.& 4.
6 *par.6.rec.* Nec minus generica sed requiritur distin-
cta & specifica *Add.ad sa.me.Greg.XV.dec.208.nu.9.*
cum pluribus quos refert, & sequitur *Rota coram Re-*
uerendiss.Vrgellen.dec.459.num.9.

Secundo quia Pater in Actu donationis non pro-
7 misit filium vtrumque ratificaturum, sed cum qua-
litate validitatis, hæc autem qualitas haberi non
potest nisi ratificatio fiat expressè ac solemnitèr ser-
uata forma *statuti Vrbis lib.1.cap.149.& 151.*

Tertiò quia in facto iustificatur Hyeronimum se-
quuta donatione, & Benedictum eius filium de præ-
senti continuare in possessione vnius Domus, quę in
donatione legitur compræhensa, & huic promissioni
8 Paulu aliosq; fratres semper acquieuisse, ex hoc au-
tem non solùm excluditur tacita Hyeronimi ratifi-
catio sed manifestè probatur donationis ineffectua-
tio, & inobseruantia, aliàs enim nec Hyeronimus
qui erat exclusus a donatione bona donata possedis-
set. nec Paulus, alijque fratres huic possessioni ac-
quieuissent.

Quartò demum, quia ex pluribus Instrumentis
per continuatum cursum 22.annorum post donatio-
nem ab anno scilicet 1584. vsq; ad annum 1606.bo-
na ipsa, quæ soli Paulo dicuntur donata apparet fuis-
se semper à dicto Paulo alijsque fratribus simul cum
Hyeronimo communi nomine possessa Anno enim
1586. per Marium eiusque filios, ad quos fuit expres-
sum iure hæreditario materno spectare tertiam par-
tem quatuor Apothæcarum in Platea Montis Iorda-
ni, fuit vendita Tarquiniæ Iacobatiæ Matris Domi-
ni Marchionis Palutij dicta tertia pars, quæ tamèn
est in donatione compræhensa cum explicita pro-
missione faciendi consentire Hyeronimum tunc mi-
norem *Summ. Benedicti num.4.* Anno 1588. ijdem
cum eadem rati promissione vendiderunt prædictæ
Tarquiniæ tertiam partem alterius Apothæcæ simi-
litèr in donatione compræhensam asserendo illam
spectare, & pertinere ad omnes prædictos fratres eo-
dem *Summ. num.5.* successiuè anno 1590. Ascanius
Palcarius nomine Marij eiusque filiorum, ac etiã no-
mine Tarquiniæ Iacobatię locauit Dominico Bruno
ad annos nouem quoddam eorum Casalettum posi-
tum extra Porta Piam, vel S. Laurentij in loco nun-
cupato Pietra lata, pro annua pensione scutorum
120. monetæ soluenda eisdem D. Mario, eiusque
filijs, ac dictæ D. Tarquiniæ absentibus nulla pror-
sus habita ratione, nec facta mentione dictæ dona-
tionis in qua erat compræhensum *dicto Summ. nu.6.*
similique nomine anno 1591. idem Palcarius locauit
D. Cardin. de Terrannua Palatium positum ad Do-
hanam pro annua pensione scutorum 650. quę com-
muni pariter nomine recepta fuit *d.Summ.nu.7.* Rur-
sus anno 1592. nominibus R.P.D. Garziæ Mellini,
& eius fratrum, quos fuit narratum esse Dominos,
& Patronos vnius tertiæ partis cuiusdam Domus si-
ue furni positi in Platea senatum, fuit idem furnum
locatum Iosepho q. Gasparini ad quinquennium pro
annua pensione scutorum 90. & primi semestris pen-
sio communi nomine recepta *eod. Summ. num.8.* ea-
demque die fuerunt solidata computa cum Iuliano
de Iulianis Inquilino antecessore, qui constituit se
debitorem pro residuo pensionis decursæ in scutis
17. promisitque eadem soluere infra decẽ dies DD.
de Mellinis, & Iacobatijs *Summ.num.9.* continuando
pariter in obseruantia prædicta anno 1593. R.P.D.
Gaspar de Palutijs, præuia narratiua quod ad Tar-
quiniam Iacobatiam matrem spectabant pro duobus
Tertijs partibus tria Canneta extra Portam S. Lau-
rentij, quæ pro reliqua tertia parte ad R.P.D. Pe-
trum, & fratres de Mellinis pertinebant, nominibus
omnium ea vendidit Io: Petro Valerio prætio scu-
torum 150. monetæ quorum tertiam partem recepit
nomine DD. de Mellinis *d.Summ. num.10.* Denium
de anno 1601. R.P.D. Garzias, & Paulus de Melli-
nis germani fratres filij, & hæredes pro tertia par-
te q. Hortentiæ Iacobatiæ eorum matris, tàm suis
proprijs nominibus quam vice, & nomine D. Marij
Mellini eorum patris locarunt D. Cardinali Gesual-
do Palatium positum ad Dohanam, cum omnibus
Iuribus, & membris quibus gaudebat dictus Cardi-
nalis de Terrannua vltimus dicti Palatij Inquilinus
d.Summ. num.11. & quod plus est non solùm vendi-
ditiones cæterique contractus communi nomine fue-
runt initi, vt supra, sed etiam debita quibus bona do-
nata reperiebantur obnoxia fuerunt de anno 1593.
& 1594. communi nomine persoluta, *eod. Summar.*
num.12.

Vnde cum hæc omnia, & singula sint de Com-
præhensis in donatione, ex quo spectant ad tertiam
partem hæreditatis de Iacobatijs in donatione com-
præhensam, cuius hæreditatis Inuentarium datum
9 *eod. Summ. Benedicti nu* 53. consequens videtur dona-
tionem non fuisse obseruatam cum euidentèr appa-
reat bona donata non à solo Paulo, sed ob omnibus
simul fratribus fuisse in communi possessa, & pror-
sus excluditur omnis ratificatio, cum ita demum ex
lapsu longissimi temporis intercedente scientia ra-
10 tificatio præsumatur, si concurrat obseruantia actus
qui dicitur ratificatus, aliàs secùs, vt notat *Alciat.*
de præsumpt. regul. 2.præsumpt.13.in fine Menoch.cons.
1.num. 82.Rota coram Seraf.dec.1080.ad fin.& decis.
1085.sub nu.1.

His tamen non obstantibus DD. censuerunt sen-
tentiam esse confirmandam, & obiecta penitus non
releuare.

Primò enim respectu bonorum in donatione com-
præhensorum sentẽtia non meretur improbari, quia
11 Hyeronimum ratificasse Donationem non solùm
præsumitur ex lapsu 30, & amplius annorum, quibus
ipse sciens quod intuitu certi matrimonij Marius Pa-
ter quamplura bona donauerat Paulo filio passus
fuit bona donata à solo Paulo donatario possideri,
sed manifestè deducitur ex Epistola abeo conscripta
de anno 1631. vbi vocat se contentum de assignatio-
ne scutorum 180. sibi per Patrem facta, & petit tan-
tummodò portionem legati scutorum quatuor mille
sibi tangentem, subdens pro ratione, *Perche questi*
Signori Nepoti hanno hauuto heredità assai, che si pos-
sono contentare, & io mi sono contentato di quel poco,
che

che la fel:me. di nostro Padre mi assegnò 44. anni. sono,
Et infrà- *Ne voglio permettere che mi si leui questo po-*
co aiuto che Dio mi hà mandato di questo legato, e se io
hò vissuto sin'hora con questi 180. scudi l'anno, essi Ne-
poti possono ben viuere con tante heredità, che hanno
hauute, &c. Cum autem hæc assignatio facta fuerit
à Patre in recompensam donationis, eiusque ratifi-
12 cationis, eo ipso quod Hyeronimus vocat se de ea
assignatione contentum, fatetur per necessarium
antecedens se donationi consensisse, vt optimè de-
ducitur in *decis. R. P. D. mei Bichi sub die 20. Iunij*
1639 vers. 2. consensus Hyeronimi.
Præsertim quia rationabiliter dubitari non potest
quin Hyeronimus notam habuerit donationem à
Communi parente soli Paulo factam, ponderando
non solùm ipsum acquieuisse per annos 30. & vltra
possessioni, quam solus Paulus donatarius continua-
13 bat super bonis donatis, à qua tamèn verisimilitèr
reclamasset si donationem ignorasset, vel suum illi
non præbuisset assensum, sed etiam donationem e-
manasse contemplatione honorifici ac ditissimi ma-
14 trimonij cuius ignorantia verisimilitèr præsumi nõ
debet, cum esset in Vrbe Notorium, & publicum,
vt ponderatur in dicta *dec. vers.* dictam in quam scié-
tiam, & vlterius alios fratres expresè predictam do-
nationem ratificasse, & quod plus est Hyeronimum
acceptasse assignationem annui redditus scut. 180.,
quam vt dictum est Pater correspectiuè ad ratifica-
tionem donationis sibi fecerat non solum verbis, dũ
declarauit se de ea assignatione contentum, & satis-
factum, vt in Epistola scripta de sertimium, & supe-
riùs ponderata, sed etiam facto, dùm in eius posses-
sione semper continuauit, ac demum fidem D. Mar-
chionis Palutij firmiter attestantis Hyeronimum
semper fassum fuisse, quod assignatio facta sibi fue-
rat à Patre ex causa dictæ donationis, quæ omnia
iuncta coniunctione sanguinis cum donante, ac do-
natario, & Cohabitatione Hyeronimi cum Patre,
15 & fratribus, qui vt dictum est donationem expres-
sè ratificarunt, licèt per se sola non sufficeret iuncta
simul conuincunt notitiam donationis in Hyeroni-
mo, cum adhunc effectum sufficiat scientia ex conie-
cturis elicita, vt optimè deducitur in vtraque *dec. in*
1. sub vers quia scientia Hyeronimi, & in 2. sub vers.
Eoque magis concurrente, in quibus luculentèr respõ-
detur ad omnia quæ contra scientiam afferebantur.
Secundum obiectũ quod scilicèt ratificatio Hye-
16 ronimi deberet esse valida, & sic cum solemnitati-
bus statutarijs facilè cessat quia ex lapsu 30. annorũ
cum successiua obseruantia donationis omnes solem-
nitates præsumuntur adhibitæ, *Felin. in cap. Illud nu.*
6. de præsumpt. Dec. consf. 409. num. 9. Cefal. cons. 47. nu.
13. lib. 1. Rota decis. 406. num. 3. par. 1. Recent. & coram
Card. Seraphin. 108. num. 7. & coram bon: mem: Buratt.
decis. 45. numer. 6. & 8. Add. ad Gregorium decis. 354.
num. 18.
Ad tertium obiectum arguens inobseruãtiam do-
nationis ex eo quod vna ex Domibus donatis fuerit
perpetuò à Hyeronimo possessa facilis est responsio
17 quia in donatione fuerat tantum prohibita alienatio
sine consensu Donatoris, sicque accedente eius con-
sensu bona donata erant alienabilia, vndè alienatio
istius Domus facta cum expresso consensu Marij
Donatoris, & Pauli Donatarij in causam alimento-
18 rum Hyeronimi fratris, & respectiuè filij tantum
abest quod resistat Titulo præcedenti donationis,
quod immo vt illi conformis tamquam facta in
exequutionem paternæ reseruationis de validè alie-
nando bonis donatis sub ipsius consensu, præsertim
in causam alimentorum fratris, quæ vti necessaria
19 non comprehẽditur sub generali prohibitione alie-
nandi apposita in donatione, sed semper censetur
permissa *l. alienationes ff. famil. hercisc. l. Diuus Pius,*
ff. de petit. hæredit. Feder. de sen. cons 189. sub n. 1. vers.
Et maximè in casu necessitatis Rom. cons. 219. n. 8. & 9.
Castr. cons. 400. num. 3. vers. Nec videtur obstare lib. 2
Bellam. cons. 35. nu. 4.
Cæterum vbi etiam hæc Domus fuisset alienata
contra præceptum Testatoris, indè non potest in-
ferri ad ineffectuationem donationis, quoad alia
20 bona, quæ numquam probantur possessa per Hye-
ronimum, quia cum corpora donata sint inter se
distincta, ex ineffectuatione quoad vnum corpus nõ
arguitur ineffectuatio quad alia *Card. Causl. dec. 500.*
num. 5. nec ex possessione vnius rei inferri potest ad
possessionem aliarum *l. 1. §. Veteris, & ibi gloss. ff. de*
acqu. possess. Giouagn. cons. 8. num. 129. lib. 1. Surd. cons.
135. num. 64. & seq. & cons. 160. num. 12. Misyng. ob-
seru. cent. 3. obseru. 39. num. 2. Gail. lib. 2. obseruat. 139
num. 6. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 62. nu. 30
& in Romana Hæreditatis de Fabijs 29. Aprilis Præ-
teriti coram R. P. D. meo Bichio.
Nec minus talis inobseruantia deduci potest ex
locationibus, venditionibus, alijsque contractibus
21 celebratis communi nomine Pauli, & Hyeronimi,
quod quarto loco obijciebatur; Ad hoc enim du-
pliciter respondetur primo quod contractus initi an-
no 1586., & 1588. absente Hyeronimo non sunt ha-
bendi in consideratione, quia tunc temporis Hye-
22 ronimus erat minor, nec dùm ratificauerat Instru-
mentum donationis, cum ratificatio promissa fuerit
postquam maior factus esset; cæteri verò initi com-
muni nomine non concludunt animum recedendi à
donatione, nec illius inobseruantiam cum verisimi-
le sit quod initi fuerint communi nomine ad maio-
rem cautelam, & securitatem contrahentium, quo-
23 rum intererat vt singuli fratres consentirent, ne ab
eisdem pati possent Euictionem casu quo per obi-
tum Pauli Donatarij sine filijs bona reuerterentur
ad alios fratres Marij Donatoris, & fratres Pauli,
prout expresè fuerat in donatione dispositum, vt
præter allegatos, *in d. dec. sub die 20 Iunij 1639. vers*
Minus deducere potest Natta cons. 552. nu. 6. vers. Vide-
tur autem Ayn. cons. 91. num. 2. Cyriac. contr. forens. c.
251. num. 29. & 30. Boer. dec. 23. num. 7. & fuit dictũ
in ferrarien. Manutentionis 28. Ian. 1641. vers. Quoad
verba cor. Reuerendiss. D. meo Pironano *Decano*,
Ex eo etiam, quod omnium consensus fuerit adhi-
bitus, non conuincitur bona ad omnes nominatos
spectare, quia sæpè in contractu rei ad vnum solùm
24 spectantis, plures nominantur, & contrahunt ratio-
ne scilicèt particularis eorum Interesse, quod in casu
nostro non est modicum proptèr pactum reuersiuum
ad eorum fauorem appositum in donatione, & ta-
mèn licet prima facie omnes videantur principales,
iste solus dicitur principalis super cuius re contrahi-
25 tur, cæteri verò interuenisse dicuntur secũdario ra-
tione proprij interesse *l. si liqueat C. de Inoffic. donat.*
Bald. in Auth. hoc amplius num. 21. vers. sed quando
ibi - nisi contrahatur C. de fideicomm. Natta dict. cons.
552 num. 2. Scraph. de Priuileg. Iurament. priuileg. 65.
num. 5. Cyriac. plures referens, *Contr. 37. numer. 28.*
& seq.
Similique modo respondetur ad solutiones æris a-
lieni factas communi nomine omnium fratrum, sic
enim fieri potuerunt quia originalitèr omnes repe-
riebantur obligati, eorumq; obligatio respectu cre-
26 ditorum non fuerat extincta per donationem inter
eos factam, quæ tamquam res inter alios facta cre-
ditoribus præiudicare non potuit, vt dictum fuit in
Signi-

Siguina Saluiani 14. Martij 1639. coram R.P.D. meo Carillo vers. hinc existimarunt Domini in fine, & in Romana Palatij seù Saluiani :. Febr. 1640. cor. R.P.D. meo Verospio vers. Verum aderant.

Et hæc facilius suadentur aduertendo Hosee contractus non solùm fuisse initos nomine Hyeronimi,
de cuius ratificatione dubitatur, sed etiam nomine
27 Septimij aliorumque fratrum, quos tamèn certum
est non interfuisse contractibus animo recedendi à
donatione, cum nusquam ab ea reclamauerint, sed
palàm, & expresè approbauerint, & hucusque ca-
tam habuerint.

Immò nec alia capi debet interpretatio, quia cum
28 donatio facta fuerit Paulo, intuitu certi, & determi-
nati matrimonij fuit ex ea Ius quæsitum non solùm
Paulo filio, sed etiam sponsæ, & filijs ex eodem ma-
trimonio natis *Bald. in l. si Præses vers. Nota bene di-
co C. de donat. Menoch. cons. 203. nu. 13. & seqq. Becc.
cons. 20. num. 9. & seq. lib. 1.* & fuit dictum in *Romana
Domorum de Sciandelerijs 4. April. 1636. cor. R.P.D.
meo Panzirolo.*

29 Vndè non potuerunt fratres de Consensu Pauli
Donatarij, absque tamen consensu Vxoris, & filio-
rum contrahendo communi nomine à donatione re
cedere, aut alio quouis modo præiudicare, seù de-
teriorem reddere conditionem Vxoris, & filiorum
vt præter adductos *in dec. ad hoc propositum vers. alia
Instrumenta tradunt Sanchez. de matrim. lib. 6. disput.
32. num. 2. vers. Quia illa Patris assertio Giurba de
Consuetud. Messanen. par. 1. cap. 1 gloss. 8. nu. 75. & 76.
Franc. d Pont de potest Proreg. tit. 6. de Assens. regio su-
per datibus §. 2. n. 21. & seq. Antonin. Amat. var. resol.
lib. 1. resol. 30. n. 12. Surd. cons. 143. n. 33. vers. sexto ad-
uertendum est Raudens. cons 94. n. 22. Marcell. Mar-
cian. cons. 33. num. 2. & per tot. add. ad Burat t. dec. 861
vers. Nec donatio Rota in S. Seuerini Dotis 12. Iunij
1631. cor. R.P.D. meo Merlino.*

Secundo respondetur quod cum post dicta Instru-
menta effluxerint alij 30. anni, & de eo tempore nul-
30 lus detur Actus intermedius possessioni Hyeronimi
adhuc secluso tempore Actuum, qui cadunt in con-
trouersiam, & incipiendo à die quo solùs Paulus
cæpit possidere fuisset completa præscriptio, vt ad-
uertit postrema decisio huius causæ *vers. Non obstat.
Instrumenta venditionum.*

Neq; huic præscriptioni potest opponi mala Fides
Marij, quia vt respondetur in d. postrema decisione
31 aut agitur de bonis paternis, & cessat mala fides,
quia hæc potuit Pater inequalitèr diuidere inter fi-
lios salua eorum legitima, vel agitur de bonis ad-
uentitijs, & paritèr mala fides prætendi non potest,
quia cum in his Pater haberet Vsumfructum potuit
32 ex iuxta causa eadem alienare etiam absque consen-
su filij, & absque decreto Iudicis saltem eius vita du-
rante dicta decisio *vers. Neque obijci Paulo potest.*

Nec applicatio huius conclusionis tollitur ex eo,
quod illa intelligi debeat de causa iusta, & vtili con-
33 cernente vtilitatem filij, & non alterius vt declarat
*Bald. in l. Quæcumque 4. num. 1. vers. Quod Immò po-
test fieri pro vtilitate filij C. de bon. quæ lib. Tiraquell.
in l. si vnquam in præfat. nu. 34. in princ.* vbi etiam ipse
34 conclusionem intelligit quando Pater alienat im-
mobilia ob filiorum necessitatem. *Couar. var. resol.
lib. 1. cap. 8. nu. 6. post princ. vers. Cum Azonis dictum,*
35 vbi quod intelligitur de alienatione necessaria, quæ
fit ob æs alienum, aliamque vrgentem necessitatem,
quæ filio familias immineat *Paschal. de Iur. patr. po-
test par. 1. cap. 2. num. 8.* Vbi declarat conclusionem
36 procedere quando huiusmodi alienatio resultat in
euidentem filij vtilitatem, aliàs secus *Franch. decis.
665. n. 1. post med. vers. Vndè cū in casu de quo agitur:*

Quoniam vltra quod negari non potest quin do-
natio intuitu, & occasione ditissimi, & honorificē
matrimonij ad totius familiæ decorem, reputari de-
beat causa iusta, & vtilis, omnibus fratribus, habi-
37 to præsertim respectu ad conseruationem diuitiarū
pro manutentione nobilitatis suæ familiæ, prout
multi boni fratres facere solent, qui studentes hono-
ri, & conseruationi familiæ, eamque præponentes
38 proprio commodo, promittunt quod vnus solus fra-
ter totum possideat, cæteris verò annuum redditum
pro alimentis persoluat vt aduertit, *Thes. dec. 205. sub
num. 2. vers. Imò fortiùs contra Ruinum.* Difficultas
cessat ex facto quia obiectum procedit tantummodò
vbi agitur de alienatione facienda per Patrem abs-
39 que consensu filij, eoque irrequisito, ac proindè nō
applicantur nostro casui, vbi tantum abest quod Pa-
ter alienauerit irrequisito Hyeronimo, quod imò in
donatione expresè reseruauit eius consensum, cum-
que promisit ratificaturum cum primum ad maio-
rem ætatem peruenisset, sicque suę Auctoritati vo-
luit accedere consensum filij effecti maioris quo ca-
su nemo ex Doctoribus in contrarium adductis ne-
40 gat posse Patrem valide alienare bona aduentitia
filij, immo cum posteà Hyeronimus verè consen-
serit, & donationem ratificauerit, vt supra ostensum,
41 dubitari nequit de validitate alienationis per Patrē
antea factæ, quia consensus postea præstitus retro-
trahitur ad diem alienationis ad effectum illam vali-
dandi, quando prout hic actus non erat omninò nul-
lus *Alex. cons. 78. nu. 18. in fin. & 19. lib. 5. Natta cons.
262. num. 10. Mandos. super regul. 21. qu. 10. sub num. 8.
Surd. dec. 70. num. 21. & 22. Rota in Rec. dec. 65. num. 3.
part. 2.* & habetur perindè ac si ab initio interuenis-
set. *Cap. Cura, & ibi gloss. in verbo consensum de Iu-
repatronatus in 6. Paris. cons. 37. num. 45. lib. 1. Surd. di-
cta dec. 70. num. 21. & 22. Rota in rec. decis. 65. num. 3.
part. 2.* & habetur perindè ac si ab initio interuenis-
set, & fuit dictum in Cremonen. *Præpositura 15. De-
cembris 1631. coram bo: me: Motmanno quæ est dec. 82.
num. 6. cum seqq. par. 6. rec.*

Secundo verò quod attinet ad excessum licèt sen-
tentia, Rotalis indefinitè absoluat DD. Vrbanum,
& fratres a diuisione petita per Hyeronimum, dici
tamèn non debet excessiua quoad bona reseruata in
donatione Marij patris, quia Hyeronimus de illis
habuit à Patre suam portionem vt ipse fatetur in sæ-
pè memorata Epistola anni 1631. ibi - *io mi sono con-
tentato di quel pocho, che la fel: me: di nostro Padre mi
assegnò 44. anni sono, &c.* Et vlterius super illis Hyero-
nimus eiusq; hæres nihil prętēdere potest, quia fuer
unt à communi parente assignata Garziæ à quo per-
uenerunt in solùm D. Vrbanum eorum hæredem Te-
stamentarium.

Quo verò ad portionem Equitis Antonij, qui Dona-
tionē minimè ratificauit, maior adest difficultas, quia
licèt ab Informantibus pro Vrbano prætenderetur
Hyeronimum excludi ab eius hæreditate à propria
42 Religione Hierosolymitana, quæ succedit in omni-
bus hæreditatibus Militum defunctorum, tàm ex il-
lius stabilimentis, quàm ex Iuris dispositione, vt la-
tè fuit dictum in *Rauennaten. Bonorum 29. April. hu-
ius anni coram me*, tamèn cum fuissent exhibita In-
dulta fel. rec. Pauli V. & Gregorij XV. permittentia,
& volentia, vt dictus frater Antonius nedum habe-
43 ret Testamenti factionem, sed etiam quatenùs de
eis non disponeret, hæreditas illius non ad Hospita-
le, seù Religionem, sed ad eius hæredes ab intestato
spectare, & peruenire debeat, Hyeronimus non vi-
debatur exclusus.

Prò

Pro responsione tamèn dicebant DD. distinguen-
da esse bona libera Equitis à bonis Fidricommisso
subiectis, quantum enim ad fideicommissaria, indul-
44 ta suffragari non possunt, quia cum Marius Donator
pro perpetua firmitate donationis factæ fauore Pau-
li, & communium filiorum ex Portia de Amanico
nasciturorum, promiserit filios consensuros pro om-
ni eorum Iure etiam fideicõmissi tàm materni, quã
Auiti, per consequens intelligitur etiam promisisse
filios ratificaturos, & renunciaturos cuicumque Iuri
superuenienti, quo potuissent infringere Donationẽ.
Vndè esto quod per obitum Equitis Antonij Ius a-
45 liquod successionis esset delatum Hyeronimo, quo-
ad Domos per ipsum possessas. Vtique hoc ipsum
Ius qualecumque sit cadit sub illius renunciatione,
& ratificatione superius canonizata, ratificãdo enim,
& acceptando Donationem paternam, censetur etiã
acceptasse, & ratificasse cum oneribus, & qualitati-
46 bus iniunctis, & sic animo illam perpetuo obser-
uandi, ratamque, & firmam habendi, prout mani-
festè conuincitur ex obseruantia subsequuta, & cla-
riùs ex epistola superius ponderata.

Quo verò ad bona libera pro substinenda senten-
tia dictum fuit, quod licèt Hyeronimus, & ex eius
persona Benedictus in petitorio prætendere posset a-
liquid ratione successionis super bonis Equitis Anto-
nij, & alijs quibuscumque, cum tamèn non constet
47 adiuisse illius hæreditatem, nec minus bona con-
trouersa possedisse, iniustè prouocasse dicitur ad di-
uisionem, quod sufficit ad hoc, vt sententia absoluẽs
Vrbanum, & fratres ab impetitis non possit de iniu-
stitia redargui, cum hæc actio non competat nisi
48 probatis dominio, & communione, iuxta *Text. ex-
pressum in l. 1. vers. sed si is qui possidet*, ibique notat
*gloss. in verbo, exceptionem, ff. famil. hercisc. l. magis pu-
to, §. fin. & l. seq. ff. de reb. cor. l. si mancipium, §. com-
muni diuidundo, ff. de euict. Azon. in summa, num. 20.
C. commun diuidund. Neuiz. cons. 65. nu. 6. Surd. cons.
26. nu. 2. & 3. & cons. 377. num. 1. Rota in Albanen.
Diuisionis 2. Decembr. 1620. coram Reuerendiss. D. meo*
49 *Pirouano Decano*. Ea scilicèt ratione quia Iudicium
diuisorium duplex dicitur, & in eo vterque sociorũ
est Actor, & vterque Reus, vbi autem conuentus ne-
gat se habere consortem impossibile est, quod iudi-
cium intentet, & quod sit Actor, qui enim negat al-
50 terum possidere, & dicit se solum esse Dominum,
nullam diuisionem petere potest, oportet ergò ad
fundandum hoc iudicium, quod possessio, vel pro-
prietas sit communis, vt optimè ratiocinatur *Bald.
in l. si probatum, sub nu. 1. vers. sed hic quæro, C. com-
mun. diuidund. Salic. ibid. nu. 6. in fin. Surd. dict. cons. 26*
51 *num. 1. in fin.* Immò ad hunc effectum non sufficit
possessio bona fide, sed requiritur Titulus, & illius
iustificatio, quia in his Iudicijs diuisorijs ex sola pos-
sessione dominium non præsumitur, vt notat *gloss. in
l commun. diuidund. §. qui rem*, ibique *Bald. nu. 2. in fin.
& 3. ff. commun. diuidund.* quos refert, & sequitur
Surd. d. cons. 260. nu. 3. vers. & optimè declarat Baldus.
Et ita vtraq; parte informante resolutum fuit, &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 10 Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Census licèt eo ipso extinguatur, quod fundus super quo impositus fuit per anteriores creditores euictus appareat, attamen interdum reperitur in statu validitatis debentur fructus. Census dum fuit impositus super diuersis fundis, si aliqui ex eis fuerint euicti, dum illi qui remanent, sint eius valoris, vt illum substinere valeant, tunc Census nõ dicitur extinctus.

SVMMARIVM.

1 *Census resoluitur eo ipso, quod fundus Censualis euincitur, seù auocatur per creditores anteriores.*

2 *Census quando stat in validitatis statu adhuc non dicitur extinctus, & ideo debentur fructus.*

3 *Census imponi potest etiam super fundo obnoxio hypothecis, & durat quousque fundus euincatur ex causa necessaria.*

4 *Fundus Censitus præsumitur sufficiens, donec doceatur de insufficientia ab allegante.*

5 *Census si impositus reperiatur super diuersis bonis, si aliqua ex eis euincantur, dum ea quæ remanserũt sint capacia illius, non dicitur extinctus.*

6 *Census quando fuit impositus bona fide, & fundus de tempore impositionis reputabatur liber, & euictio eius sequuta fuit ignorante creditore, tunc debentur fructus.*

7 *Fructus Census quando fuit bona fide impositus, & fundus fuit euictus, debentur ratione damnorum, & interesse vsque ad integram sortis satisfactionem.*

8 *Fideiussor Census eo extincto regulariter, non tenetur ad damna, & interesse.*

9 *Declara hoc procedere quando fideiussor retinuit suã obligationem dumtaxat ad causam fructuum.*

10 *Fideiussor Census tunc tenetur ad damna, & interesse etiam extincto Censu, quando se obligauit, vti principalis principalitèr, & insolidum.*

11 *Compensatio ipso iure intrat ad impediendum cursũ vsurarum.*

12 *In Censibus compensatio non fit ipso iure, sed solum facta congrua oppositione, quæ loco oblationis est, & num. 13.*

14 *Census quando est redimibilis ex vtraque parte sequuta euictione fundi Censuati statim agendum est ad restitutionem pretij, & num 15.*

16 *Census cum non differat ab alijs creditis vsurarijs in eo inducitur compensatio ipso iure.*

17 *Census per euictionem fundi nõ efficitur redimibilis.*

18 *Census quando per euictionem bonorum non fuit extinctus, vt quia adsunt alia bona sufficientia ad illum substinendum, tunc non obstante tali euictione Census remanet irredimibilis sicuti antea, & n. 19*

20 *Ignorantia stante, cessat omnis negligentia.*

21 *Compensatio tunc solum intrat, quando creditor potest sortem exigere.*

22 *Compensatio quando euitari non potest tunc potius admittitur, quoad extinctionem fructuum, quam sortis.*

23 *Compensatio regularitèr non admittitur inter debita diuersarum personarum.*

24 *Compensatio non admittitur de credito particulari ad debitum sociale.*

DECISIO XXXII.

SEntentias Rotales, quæ in prima parte declarant Censum scutorum 12800 fuisse extinctum tantũmodò pro rata scutorum 000. firmo, & in suo robore remanente pro residuo prætij non restituti vsq; ad summam scutorum 5800. in secunda verò himãt fructus illius ratæ Census inextincti cucurrisse, & currere, & propterea D. Nicolaum, & fratres de Ganottis condemnãdos fore, & esse ad soluendum fructus hactenus decursos, & non solutos, confirmandas esse responsum fuit, cum earum validitas non controuertatur, & de iustitia satis constet ex deductis in Decisionibus huius Causæ sub die 2. *Decembris 1639. & 11. May 1640. coram R. P. D. meo Meritno, & 4. February præsentis anni coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Nec visa sunt obstare ea, quæ contra primam
par-

partem sententiarum nouiter in contrarium excitata fuerunt, quod enim Dorothea Manstona Vxor Vallati impositoris Census ob Vergentiam Viri ad inopiam, obtinuerit anno 1626. associationem ad possessionem bonorum Censui suppositorum, super quibus habebat hypothæcam anteriorem ratione suę
1 Dotis. Nihil facit quia licet Census resoluatur, & euanescat statim ac eò ipso quod fundus Censualis euincitur, seù auocatur per Creditores anteriores, vt aduertit *Cenc. de Censib. qu.* 116. *nu.* 1. *& seqq.* secundã impress. Taurinen, & sæpius fuit à Rota firmatum in *Romana Census* 29. *Aprilis* 1630. *&* 14. *Nouembris* 1631. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, quæ habentur post eundem *Cenc.* in ordine *dec.* 548. *&* 549. & in *Firmana Census* 14. *Iunij* 1634. *cor. R. P. D. meo Merlino, & coram Reuerendiss. Vrgell. dec.* 449. *nu.* 2. & in alia *Romana Census* 21. *May* 1635. *coram R. P. D. meo Verospio*.

Pro responsione tamèn huius obiecti DD. dno tẽpora distinxerunt, alterum à die impositionis Census vsque ad annum 1626. quo prætenditur sequuta euictio, & alterum post dictum annum 1626. Pro
2 primo tempore sine vlla hęsitatione, dictum fuit Cẽsum non fuisse extinctum, sed fructus percipi potuisse tamquam de Censu verò, & validò, quia cum euictio, vt pars aduersa contendit, sequuta non fuerit nisi de anno 1626. quantumuis fundi per prius essent hypothæcati ad fauorem Dorotheæ, adhuc pro tem-
3 pore antecedenti Census fuit in statu validitatis, & minimè defecit, cum etiam super fundo hypothæcis obnoxio Census imponi possit, & impositus duret quousque fundus euincitur ex causa necessaria prioris hypothæcæ, *Intrigliol. super Bulla de Censib. qu.* 29 *nu.* 2. *Petr. de Greg. de Cens. qu.* 5. *nu.* 9. cum pluribus quos refert, & sequitur *Cenc. de Censib.* vbi supra *qu.* 19. *nu.* 1. *& qu.* 44. *nu.* 7. *& Rota* post eundem *dec.* 6. *nu.* 4. *in fin.* & *dd. dec.* 548. *&* 549. vtrobique *num.* 2. *coram R. P. D. meo Dunozetto*.

Idemque responsum fuit pro tempore subsequenti. Cum enim Censui subiugata fuerint Vinea petiarum 35. in loco nuncupato Rosaro, vnum Cannetum in eodem vocabulo, tres Domus cum Apothæcis in Platea Iudæorum, ac aliæ duæ Domus positæ in Foro Piscium, *Summ. de Gauottis nu.* 1. Associatio autem fuerit solum concessa super Vinea extra Porta Portuensem, super vna Domo, ac duabus Apothæcis in Foro Piscium, & super alijs duabus Apothæcis in Platea Iudæorum, & petio Terræ nũcupato *il Canneto*, *Summ. num.* 7. Ideoque ex bonis Censitis adhuc remaneant tres Domus in Platea
4 Iudæorum, & alia Domus in Foro Piscium, quæ suppetere præsumuntur pro substinendo Censu scutorũ 5800. nonec insufficientia probetur ab allegante, vt in bis terminis dixit *Rota in Rec. dec.* 350. *nu.* 2. *par.* 1.
5 Census pro ea rata dici nequit extinctus, quantumuis aliqui ex fundis, super quibus est impositus euicti fuerint, & auocati cum adhuc remaneant alij fundi capaces, pro illius substentatione ex adductis per *Duard. de Censib* §. 1. *qu.* 3. *nu.* 6. *&* 10. *cum plurib. seqq. & nu.* 30. *vers. nisi pereat*, in *Romana Census* 14. *Iann.* 1602. *coram bo: me: Card. Sacrato*, impress. per eosdem *Duard. & Cenc.* vtrobique *dec.* 9. *nu.* 8. & in *Romana Census* 1. *Iuly* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino* post *Cenc. dec.* 542. *num.* 7. & in *Imolen salniani* 11. *May* 1635. *coram Reuerendiss. Ferrarien.*

Præterea vbi etiam fuisset sequuta totalis euictio omnium corporum Censualium, quod tamen absolutè non potest dici, non ideò minus fructus debe-
6 rentur, quia cum Census fuerit impositus bona fide, & fundus de tempore impositionis reputaretur liber euictio verò sequuta fuerit ignorante Creditore, si-
7 cuti Census substinetur in præiudicium imponentis, ita certum est deberi fructus saltem ratione damnorum, & interesse vsque ad integram sortis restitutionem, *Cenc.* vbi supra *qu.* 9. *à nu.* 41. *vsque ad fin. & qu.* 42. *nu.* 13. *cum seqq. Rota post eum, dec.* 13. *num.* 1. *& dec.* 17. *nu.* 2. *&* 3. *& dec.* 59. *num.* 12. *&* 13. *& coram Card. Seraph. dec.* 787. *nu.* 7. *& coram Reuerendiss. Vrgellen. dec.* 449. *nu.* 15. & in pluribus alijs relatis à *Duard.* vbi supra §. 1. *qu.* 5. *num.* 8. *& qu.* 7. *num.* 43. *& seqq.*
8 Nec releuat quod agatur contra Gauottum fideiussorem, qui regularitèr extincto Censu non tenetur ad damna, & interesse, *l.* 2. §. *fin. ff. satisd. cog.* Conclusio enim procedit quando fideiussor restrinxit suã
9 obligationem dũmtaxàt ad causam fructuum, quo casu natura eius obligationis non patitur, vt extendatur vltra causam expressam, *DD. in l. Quare*, vbi *Salic. num.* 1. *in fin. ff. locat. gloss. in l. Centum Capuæ, verbo, angeri, vers. sed opponitur, ff. de eo quod certo loco*,
10 secus quando prout hic se obligauit, vt principalis principalitèr, & in solidum pro toto Contractu, tunc enim indistinctè tenetur etiam ad damna, & interesse, prout ipse principalis imponens, vt post, *Alex. cõs.* 34. *nu.* 5. *lib.* 2. *Crauett. consil.* 45. *num.* 6. hmat articulo plenè discusso, *Bero. consil.* 193. *nu.* 34. *vers. Aggredior, vsque ad nu.* 56. *lib.* 1. quem Rota sequitur sic distinguendo in *Romana Census* 29. *Aprilis* 1630. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, impress. post *Cenc. in ord. dec.* 549 *nu.* 6. *&* 7. & admisit in alia *Romana Fructuum Census* 21. *May* 1635. *coram R. P. D. meo Verospio*.

Minus contra secundam partem Sententiarum refragari dictum fuit, quod Puteobonellus esset Creditor R. P. D. Herreræ in summa, vt prætenditur scutorum 1636. pro quibus proindè, sicut & pro alia quantitate pecuniarum eidem solutarum pro fructi-
11 bus ratæ Census scutorum 5800. decursis ab anno 1614. vsque ad annum 1617. videtur ipso Iure inducta compensatio ad impediendum cursum vsurarum, iuxta *Text. in l. si constat, C. de compensat. Surd.* qui plures cumulat *dec.* 117. *nu.* 2. & dictum fuit in *Romana Computorum* 22. *Marty* 1618. *coram bo: me: Coccino*, quia vltra quod exceptio compensationis,
12 non est præsentis inspectionis, cum hodie quæratur tantummodò de extinctione Census, & de firmando credito D. Herreræ, qui verè dici potest creditor ex causa fructuum, quamuis ex alia Causa esset debitor in magna quãtitate, vt dixit *Rota in Meleuitana Expensarum* 31. *Iann.* 1631. *coram R. P. D. meo Ghislerio*, quæ est *dec.* 10. *nu.* 18. *par.* 6. *Rec.* Responsum fuit cõclusionem non procedere in Censibus in quibus cõ-
13 pensatio non fit ipso iure, sed solùm facta congrua oppositione, quæ loco oblationis fit, *Pereg. consil.* 107. *nu.* 3. *vers. & ad hoc extat, lib.* 2. *Nauarr. de vsur. quæst.* 40. *n.* 125. *Roderic. de ann. redd. lib.* 2. *qu.* 18. *n.* 9. *& seqq* & ita consultus respondit *D. Rauuccini*, qui in hac Causa contrarias partes defendit, in eius responso allegato per extensum à *Cenc. de Cens. qu.* 88. *sub num.* 6. *vers. contrarium tamèn existimo sententiam, impress. Taurinen.*

Nec euertitur ista responsio ex replicatione quod
14 hoc procedat ex Censu verò, & irredimibili ex parte creditoris, secùs autem quando est redimibilis ab vtraque parte, prout contenditur fuisse Censum de
15 quo agitur, cum stante euictione fundi Censualis D. Herrera statim, & quandocumque agere posset ad restitutionem pretij, *Grat. Decis. Marchia* 13 *nu.* 18.
16 *Rota* apud *Cenc. dec.* 46. *nu.* 1. *&* 2. Ac proindè cum esset redimibilis ex parte vtriusque, statim & ipso iure inducta fuerit compensatio, cum isto casu Cen-

sus

sus nihil differat ab alijs creditis vsurarijs, in quibus etiamsi liciti sint datur compensatio ipso iure *Pereg. d.cons.107.nu.3.& 4. Roderic.vbi supra dicta quæst.18 num.14.*

17 Plures enim fuerunt datæ responsiones, & primo negatum fuit per euictionem fundi Censum fuisse effectum redimibilem, quia cum in facto fuerit iustificatum ex corporibus Censitis remansisse quatuor Domus, quæ præsumuntur sufficere pro substinendo residuo Census inextincti, vt supra dictum est, vtique

18 non obstante euictione illorum corporum Census remansit in eodem statu validitatis, eiusdemque naturæ, & sic irredimibilis, prout erat antea ex iuribus supra allegatis.

Secundò, fuit animaduersum dictam replicationē potuisse procedere si Dominus Hærrera sciens agi

19 posse ad repetitionem sortis propter associationem obtentam à Creditoribus anterioribus super fundo Censuato, neglexisset agere pro illius consequutione, tunc enim induceretur compensatio, & præsumeretur, quod ideo non exegisset, quia pecunias debitoris penès se retinebat in computum proprij cre-

20 diti. Verum cum penitus ignorauerit factum associationis, & euictionis non solùm cessat qualibet negligentia, & præsumptio, sed sicuti propter ignorantiam reputatur perinde acsi sortem exigere non potuisset, *l. Anuus*, ibi: *Qui nescit videtur facultatem experiundi non habere, ff. de calumniat.* Ita & cō-

21 sequenter excluditur prætensa compensatio, quæ locum solùm habet, quando creditor potest sortem exigere, vt declarando, *Text. in d. l. si constat*, tradit *Roderic. de ann. reddit. qu.18.nu.14.vers.& intellige ex eo tempore.*

Tertiò, cum de eo tempore essent in magna quātitate decursi fructus diuersorum Censuum pro quibus Puteobonellus, vti principalis principaliter, &

22 in solidum erat obligatus ad fauorem D. Hærreræ in omnem casum quatenùs compensatio euitari non posset cessisset priùs in extinctionem dictorum fructuum, sicuti cessisset ipsa realis solutio, iuxta *Text. in l. Paulus la 2. §. 1. ff. de soluc. & l. cum in sortis, ff. de pignorat. act. Grat. disc. for. cap. 224. nu. 30. & seqq.* in puncto *Roderic. d. qu. 18. nu. 8.* & firmauit *Rota in Rec. dec. 403. num. 16. par. 5.* & fuit dictum in *Mediolanen. Census 17. May præteriti, coram R.P.D. meo Verospio*, & in *Senogallien. Compromissi 3. huius, coram R.P.D. meo Dunozetto.*

Quartò, & demum cessare visa fuit omnis difficultas, quia debitum Census est sociale, & commune intèr Gauottos, & Puteobonellos, creditum autem scutorum 1636. est proprium, & particulare ipsius Puteobonelli; Vndè cum societas sit quid di-

23 stinctum à Socijs in particulari, non potest esse locus compensationi, cum regulariter non admittatur

24 intèr debita diuersarum personarum, nec de credito particulare ad debitum sociale, *Salic. in l. Eius, nu. 2. C. de compens. Cuman. cons. 172. in princ. Soccin. sen. cōs. 73. nu. 10. lib. 1. Tiuder. de compensat. §. omnem debitorem, nu. 7. Grat. disc. foren. cap. 948. nu. 3. Rota Ianuen. dec. 26. nu. 30. & Rota nostra dec. 380. sub nu. 1. par. 3. Rec. & coram Card. Caual. dec. 38. nu. 5.* cum alijs allegatis per *add. ad ea me: Greg. XV. dec. 366. nu. 7.*

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante, &c.

BONONIEN. BONORVM.

Luna 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus de reinuestiendo, & ponendo ad multiplicum fructus hæreditatis, si aliquid emit, etiam nomine proprio, præsumitur de pecunijs prouentis ex fructibus hæreditarijs, acquisiuisse, ac proinde totum id uenit in restitutione fideicommissi, Possessionem ad probandam sufficit clausula, *constituti*, quæ suum operatur effectum, etiam quod in tempus mortis fuerit concepta. Testis vnicus quando sufficiat in materia Manutentionis, & an clausula, *sine præiudicio iurium partium*, sit impeditiua acquisitionis possessionis?

SVMMARIVM.

1 *Emptio per hæredem grauatū obligatum de reinuestiendo fructus dæreditatis, de illius pecunijs facta præsumitur, & num. seqq.*

Et proinde cadit sub fideicommisso, ac in illius restitutione venit, num. 3. & seqq.

4 *Hæres grauatus de reinuestiendo fructus, si aliquid emit etiam nomine proprio primo sibi, postea verò alijs vocatis, acquirere voluisse præsumitur.*

5 *Venditio bonorum fideicommissariorum facta de Testatoris licentia, contra tamen formam ab eo traditam, est nulla.*

6 *Grauatus de inuestiendo fructus pro fideicommisso, si omittit inuestire, tenetur ex proprijs bonis fideicommissum reintegrare.*

7 *Dictio, quomodolibet, est adeo effrenata, vt includat quemcumque modum acquisitionis.*

8 *Amplia quia comprabendit omne ius imaginabile ex quauis causa etiam incogitata, & improprijssima.*

9 *De facultatis alicui tributa validitate dubitari non potest, quoties non sumus in materia probibita, vel suspecta.*

10 *Hæres non potest impugnare confessionem, seu declarationem defuncti.*

11 *Actus non tribuitur exequenti, sed ordinanti, & mādanti.*

12 *Subrogatio communicat subrogata, in eumque transfert omnes qualitates, ac alia quæcumq; quæ inerant in eo in cuius locum subrogatur.*

13 *Verba, in omnibus, & per omnia, sunt adeo vniuersalia, vt omnia cōmprabendant, & nihil excludant, & num. 14.*

15 *Copula, &, de sui natura dispositionem ampliare solet.*

16 *Dictio, di più, est inclusiua præcedentium qualitatū, arguitque totalem diuersitatem dispositionis sequentis à præcedenti.*

17 *Bonum ius etiam ad effectum Manutentionis ex diuturna possessione colligitur.*

18 *Clausula, constituti, suum operatur effectum tam contra constituentem, quàm contra habentem causam ab illo.*

19 *Clausula, constituti, vtramque possessionem ciuilem nempè, & naturalem in constitutarium transfert.*

20 *Constitutum quamuis collatum in tempus mortis, tamen operatur translationem possessionis ab initio.*

21 *Possessio iure familiaritatis ex sola superuenientia noui tituli, præsumitur mutata absque alia animi declaratione.*

22 *Possidere iure proprio dicitur, qui Iudicis auctoritate, nomen suum in libris negotij inscripsit.*

23 *Possessionem dicitur ammisisse ille, qui videns, & sciens alium possidere non reclamauit, & ad hunc effectum sufficit etiam modicum tempus.*

24 *Confessionem extraiudicialem ad probandam testes duo de tempore, loco, & verbis contestes requiruntur.*

25 *Testis interessatus, qui agit de se eximendo à restitutione rei, quam ipse recepit non probat.*

26 *Testis vnicus sufficit in iudicio Manutentionis, intellige, vt num. 28.*

27 *Manutentionis in iudicio non admittuntur exceptio-* nes

nes contra personas testium, intellige, vt num. 29. & seqq.

30 *Manutentionis in iudicio, vt depositioni vnius testis credatur, requiritur, quod nihil relevans in contrarium probetur.*

31 Clausula, sine praeiudicio, iuris partium *non importat conditionem suspensiuam repugnantem acquisitioni possessionis.*

Sed solum resolutiuam inficientem actum post damnum, quod inde sequtum fuisset ibidem, & num. sequ.

32 Clausula, sine praeiudicio iurium partium, *nullā tribuit possessionem, quoties alteram partem antea possedisse docetur, cuius possessio per dictam clausulam fuit praeseruata.*

33 *Petens admitti ad fructuum portionem, eosq; ab alio recipere non recusans, fatetur non se, sed alterum possidere.*

DECISIO XXXIII.

IOannes Bauosius Mercator Bonon. in Testamento, quod condidit de anno 1609. instituta hærede vsufructuaria Hyppolita Vxore, mandauit eidem vt dempto victu, & vestitu solutisque Legatis per Testatorem relictis, & annuis quibusdam præstationibus, id omne quod spatio 12. annorum incipien. à die sui obitus superesset ex fructibus bonorum, ac lucri duorum capitalium Aromatariæ, & Artis Sericę, deponeret penès ædem Sacram Ciuitatis Bonoiæ, ad effectum illud cum eius fructibus inuestiendi in tot bonis stabilibus, quę deberent esse subiecta perpetuo fideicommisso ad fauorem filiorum Thomæ fratris sui, intèr quos primo loco vocauit Vincentium si superuixerit de tempore obitus Testatoris, sin minus eius filios legitimos, & naturales, & descendentes masculos in infinitum, eo verò decedente sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, vocauit secundo loco Hyeronimum Vincentij fratrem pariter si superuiueret de tempore obitus, sin minus eius filios masculos legitimos, & naturales, vt supra, quod si eum mori contingeret absque filijs, vel filij decederent ante completum duodecimum annum, tunc & eo casu vocauit tertio loco Ioannem filium Cæsaris cum eisdem supradictis conditionibus, & substitutionibus; Hyppolita verò decedente ante dictum terminum substituit in dicto vsufructu primò Vincentium, & deinde Hyeronimum sub eodem tamèn onere multiplicandi, & inuestiendi fructus durante eo tempore. Hæredes demùm proprietarios nominauit, & esse voluit filios Cæsaris alterius sui fratris, eiusque filios, ac descendentes, quibus omnibus sine filijs decedentibus hęreditatem redire voluit ad prędictos Vincentium, & Hyeronimum, *Summ. Hyeronim. num. 1.*

Defuncto Testatore anno 1613. Hyppolita vsufructuaria detulit administrationem bonorum, & capitalium Vincentio, & anno 1616. non dum elapsis duodecim annis Hyppolita, & Vincentius ex vna, ac hæredes proprietarij ex altera deuenerunt ad Transactionem in qua hæredes proprietarij non vocatis omnibus substitutis, nec seruatis alijs conditionibus per Testatorem iniunctis, vendiderunt eidem Vincentio prædicta capitalia pro lib. 35. mil. mox defuncta Hyppolita anno 1617. Vincentius suscepto vniuersali vsufructu cum prędicto onere inuestiendi, continuauit in administratione omnium bonorum hæreditariorum, ac in perceptione fructuum, necnon in administratione vtriusque capitalis integro duodennio, quo elapso assumpsit in socium in dictis capitalibus Hyeronimum fratrem, vt ex libris communi nomine inscriptis, *Summ. num. 3.* Demum anno 1629. collocata in Matrimonium Laura vnica filia cum Dote lib. 30. mil. carens filijs masculis, & cupiens conseruare agnationem in descendentibus Hyeronimi donauit eidem absenti, & Notario pro eo stypulanti irreuocabilitèr, & intèr viuos medietatem bonorum suorum præsentium, & futurorum, & insuper præueniens purificationem fideicommissi ex nunc prout, ex tunc eueniente casu suæ mortis restituit Hyronimo substituto omnia, & singula bona, res, & iura quæcumque fideicommissi supposita tam ante quæsita, & quomodolibet ex hæreditate Testatoris ad se peruenta, & ex illa parata, & iam empta, & acquisita, quam impostetum acquirenda, & quatenuùs posset dubitari de compræhensione, voluit in hoc standum esse simplici dicto, & assertioni ipsius Hyeronimi absque vlla detractione cuiusuis portionis vel melioramentorum adiecta clausula, *Constituti, Summ. num. 4.*

Mortuo igitur Vincentio de anno 1637. Hyeronimus habita notitia huiusmodi restitutionis factæ ad sui fauorem, ac etiam Donationis, declarauit omnia bona quomodolibet acquisita ex redditibus hæreditarijs prædicti fideicommittentis se velle habere ac possidere iure fideicommissi, illisque deductis, si quid aliud superesset habere velle in vim Donationis, quam propterea acceptauit in parte, & partibus fauorabilibus, & citra præiudicium suorum iurium, ideoque contra Lauram filiam defuncti aspirantem ad huiusmodi bona titulo successionis ab intestato, petijt Manutentionem, Causaque ad Rotam deuoluta die 5. Iunij 1638. fuit resolutum coram bo: mem: Buccabella, Hyeronimo dandum esse mandatum de Manutenendo in possessione capitalium Aromatariæ, & Artis Sericæ, aliorumque bonorum fideicommisso subiectorum, necnon medietatis bonorū in eodem fideicommisso non compræhensorum, illique per Vincentium donatæ, reseruato vt particularitèr videretur de alia medietate, quam Hyeronimus prætendebat vti creditor hypothecarius, super quo cum fuisset renouata disputatio sub die 26. Nouembris anni præteriti, Domini ordinarunt vt videretur de bono iure etiam ad effectum Manutentionis, quo dubio proposito hodiè à me in locum bo: me: Buccabellæ suffecto affirmatiuè responsum fuit, siuè attendatur Testamentum Ioannis fideicommittentis, siuè Instrumentum Restitutionis Fideicommissi sibi á Vincentio factæ.

Ioannes enim Senior instituto fideicommisso ad fauorem Vincentij, & deindè Hyeronimi supposuit eidem lucra Aromatariæ, & artis Sericæ, ac alia omnia, & quæcumque bona non solùm tunc existentia, sed etiam inposterum duodecim annorum cōpendio ex fructibus vniuersæ hæreditatis acquirendæ, dempto vt supra dictum est victu, & vestitu Hyppolitæ Vxoris, nonnullisque annuis præstationibus. Vndè cum de purificatione fideicommissi ad fauorem prædicti Hyeronimi non dubitetur, & bona de quibus agitur fuerint per Vincentium acquisita intra eosdem annos, & durante administratione,
1 quam gerebat hæreditatis præfatæ, sicuti præsumi debet, quod empta fuerint ex pecunijs, & fructibus hæreditarijs ad ipsum vti administratorem peruentis, vt notat *Bart. in l. Imperator 72. §. cum autem, nu. 3 Bald. nu. 1. in fin. vers. sed quid si non apparet, ff. de leg. 2 Ruin. cons. 199. nu. 1. lib. 2.* Gronagn. *cons. 23. nu. 2. lib. 2 Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 22. n. 20.* Capic. *dec. 194. n. 15 Surd. dec. 15. nu. 4. & dec. 55. n. 6. Magon. dec. Florent. 16. nu. 6. vers. & ex hæreditate, Giurb. dec. 111. nu. 20.*
2 *ad fin.* Et in exequutionem præcepti præambuli de inuestiendo, sicque ex causa necessaria, *Pereg. de fideic.*

art.

art.44.sub nu.28.vers.quorum opinio, Surd. d. dec.15.
nu.12.& 13.cum seqq. Rota in Rec.dec.653. nu.2. p.2.
3 Ita per consequens cadunt sub fideicommisso, & ve-
niunt in illius restitutione, l.Imperator,§.fin.cũ duob.
seqq.ff.deleg. 2. Castr.cons.326.nu.3. par. 2. Gionog. d.
cons.23.nu.9.lib.2. Surd. d.dec.15.nu.18. Giurb. d. dec.
111.nu.21.& seqq. Rotà in d.dec.653 nu.2.par.3.Rec.
& coram Buratt.dec.229.nu.9.

Idque non obstante, quod Vincentius in Instru-
mento acquisitionis fuerit stypulatus pro se, & hæ-
4 redibus cum clausula ad habendum. Dum enim
ipse hæreditatem administrauit, cuius fructus erant
inuestiendi, præsumitur eum voluisse primo loco ac-
quirere sibi postea verò vocatis post eum, ex eadem
dispositione Pereg. dec.Patau.2. nu.9. vers.sed tamen
quem refert, & sequitur Fusor.de subst.qu.627.nu.27

Nec releuare dictum fuit, quod à fideicommittẽ-
te data fuerit licentia alienandi bona subiecta fidei-
commisso, & sic dicta Capitalia per venditionem ab
hæredibus factam, Vincentio fuerint à nexu fidei-
commissi liberata, & effecta liberum patrimonium
emptoris, quia cum Testator ordinauerit venditio-
nem fieri non debere, nisi citatis omnibus vocatis ad
fideicommissum, & sic de ipsorum licentia saltem
5 tacita, venditio autem facta fuerit ijs non vocatis ob
huiusmodi formam non seruatam, remansit nulla,
& inefficax, vt diffusè Bece.cons.12.nu.30.lib.1. Surd.
cons.282.nu.9.cum seqq. Rota in Rec.dec.30. sub nu 3.
par.1.

Et quamuis etiam per dictam venditionem fuis-
sent exempta à fideicommisso Ioannis facto ad fa-
uorem filiorum Cæsaris, cum tamen exemptio præ-
sumatur facta ex fructibus bonorum hæreditariorum
eo ipso remansisset obnoxia alteri fideicommisso ad
fauorem Hyeronimi compræhendenti omnia bona
ex dictis fructibus empta, & acquisita, vt supra di-
ctum est.

Comprobantur hæc omnia ex relationibus Peri-
torum electorũ pro firmando statu hæreditatis Ioã-
nis, & Vincentij, qui calculatis omnibus ex hæredi-
tate Ioannis, Vincentio obuentis, ac paritèr om-
nibus inuestimentis ab eo factis retulerunt omnia
bona, de quibus agitur absorberi ab hæreditate Ioã-
nis, & Vincentium remanere debitorem hæredita-
tis, & multiplici in notabili quantitate. Vndè vel
istæ emptiones factæ fuerunt ex lucris capitalium, &
ex redditibus aliorum bonorum in exequutionem
præcepti Testatoris, & sumus in claris, vel ex bonis
proprijs, & adhuc spectant ad fideicommissum, quia
6 grauatus de inuestiendo pro fideicommisso si omit-
tit inuestire tenetur ex proprijs bonis fideicommissũ
reintegrare, & damna resarcire, Pereg. de fideicomm.
art.45.nu.14.post med.vers.etsi qua consumpsit,& dec.
Patau.120.nu.3. Molin.de Hispan.Brimog.lib.4. cap.
47.sub nu.16. Cyriac.controu.5. nu.23. & alios alleg.
Fusar.de subst.qu.518.& Rota coram bo: me: Buratt.
dec.401.nu.6.in fin.& nu.seq. & in Rec.dec.355. n.11.
cum seqq.par.6.

Inspecto pariter Instrumento Restitutionis dixe-
runt Domini constare de bono Iure Hyeronimi, quia
cum Vincẽtius declarauerit se eidem restituere om-
nia, & quæcumque bona, ac iura quomodolibet per
uenta ex hæreditate Testatoris, & ex illa parata e-
tiam empta, & acquisita, dubio procul voluit dicto
fideicommisso subiacere, & sub dicta restitutione
compræhendi tam capitalia ab ipso empta ann. 1616
quam alia quæcumque empta, & acquisita intra
annos duodecim à die obitus Testatoris, quo cœpit
administrare vsumfructum hæreditatis dicti Ioannis
cum onere inuestimenti. Ponderanda enim est vni-
uersalitas, & amplitudo verborum, quibus cõcipitur
restitutio, ibi: Ex hæreditate Ioannis ad Vincentium
7 quomodolibet peruenta. Dictio enim illa, quomodolibet
est adeo effrenata, vt includat omnem, & quẽcumque
modum excogitabilem per quem bona directè, vel
indirectè ad eum peruenire potuerint secũdum sen-
tentiam, Gloss.in Clement.2.§.Nec igitur, verbo quo-
modolibet, de sent.excommu. Paris.cons.58.nu.10.lib.1.
& cons.142.nu.6.lib.4. Ces.de Graff.dec.1.num 4. de
verb.signif. Rota dec.364.nu.1. & 505.num.19. par.1.
8 Diuers. Imò, & omne Ius imaginabile ex quauis
causa etiam per improprijssimã significationem, &
quæ alias non compræhenderentur, l.1. ff. deleg.1.
Riminald.Iun.cons.513.nu.35. & 36. lib.5. & multos
allegat Barbos.de Dict. dict.330. per tot. & fuit dictũ
in Sabinen.Castri Montis Rotundi 8.Febr.1627. coram
bo: me: Coccino, quæ est dec.36. nu.4. & 5.par.5. Rec.

Et quamuis super præmissis adesset aliqua dubita-
tio satis cessare visa fuit ex facultate per Vincentium
tributa Hyeronimo, vt scilicet declarare posset quæ-
nam bona essent subiecta fideicõmisso subdens quod
in hoc staretur simplici dicto, & assertioni ipsius, qui
inhærendo huiusmodi facultati, declarauit omnia
Bona controuersa velle possidere iure fideicommissi,
& tamquam prouenientia ex hæreditate Ioannis Te-
9 statoris eiusque fideicommisso supposita, de faculta-
tis enim validitate dubitari non potest cum non si-
mus in materia prohibita, vel suspecta, vt notat Bart.
in l.final.§.huiusmodi, nu.30.ff de prætor.stipulat. Alex.
cons.37.nu.31.lib.2. Socc.sen.cons.90.n.12.& seq.lib.4
Rota dec.891.num.2.par.4. Diu. cum alijs relatis in
Decis. huius Causæ sub die 5. Iuly 1638. coram bo:
10 me: Buccabella, & confessio, seu declaratio Vincentij
nullatenus à Laura potest impugnari cum sit illius Fi-
lia, & hæres, vulg.l.cum à Matre, C. de rei vindic. &
l.1.ab eo, C.de liber.caus. Roman. cons.18. sub num.4.
Surd. dec.161.nu.20. quos Rota passim sequitur.

Nec obstat primò, quod Vincentius in Instrumẽ-
to Restitutionis inseruerit notulam bonorum fidei-
commisso subiectorum, eaque distinxerit à bonis do-
natis, quia Domini aduerterunt eundem Vincentiũ
non habuisse huiusmodi Donationem pro tuta, imò
dubitans sub fideicommisso Ioannis compræhendi
maiorem quantitatem bonorum, quam superius ex-
pressetunt, retulit se ad declarationem faciendam à
Hyeronimo à qua propterea non erit recedendum,
11 præsertim quia cum facta sit vigore facultatis sibi in
Instrumento Restitutionis concessæ, perindè, ac si ab
ipso Vincentio emanasset, arg. l.vnum ex familia. §.
si de falcidia, & §.sed si duos, vbi gloss. in verbo hære-
ditario, ff.deleg.2. Aym.cons.144.nu.1.& 3. Crot. cõs.
48.nu.13.lib.1. Surd.cons.29.nu.3.& 4. Menoch. cons.
1107.nu.1. Qui omnes firmant actum non tribui e-
xequenti, sed ordinanti, & mandanti.

Minus, & secundo subsistit, quod onus inuestiendi
fructus à fideicomittente impositum Hyppolitæ e-
ius Vxori hæredi vsufructuariæ non censetur repeti-
tum in substitutione facta ad fauorem Vincentij, quẽ
solum videtur grauasse ad inuestienda scuta mille
quolibet anno, quia cum Testator in casum obitus
Hyppolitæ nondũ elapso duodennio, vocauerit Vin-
centium, & successiuè alios subijciens hæc verba:
Grauando esso Testatore tutti gl'altri eredi instituti, &
sustituiti sopradetti, durante il detto termine di dodici
anni solamente, e non più oltre, à pagare li Legati, Cen-
si, e sostenere l'altre grauezze, in tutto per tutto, come
era grauata la detta Signora sua Consorte, e di più à de-
positare sopra il Monte della Pietà ogn'anno scudi mille,
ad effetto d'inuestirli, &c. Liquidò constat Vincentiũ
fuisse subrogatum in locum Hyppolitæ, primo loco

grauatæ in omnibus, & per omnia, & sic etiam in
12 onere inuestiendi tum virtute subrogationis, quæ communicat subrogato, & in eum transfert omnes qualitates, ac alia quæcumque quæ inerant in eo in cuius locum subrogatur ad not.in §.si igitur, vers.vnde consequens, Auth.de hæred. quæ ab initio, Aret. in rubr.ff. de acqu.poss.nu.5 ante fin. vers. Ideo non est cū seqq. Natta cons.346. sub nu.5. vers. & quod subrogatur, lib.2. Surd.cons.42. sub nu.11. Grat. disc. for. cap.
13 719.nu.9.& seqq. Tum ratione verborum, in omnibus, & per omnia, quæ sunt adeò vniuersalia, vt omnia comprehendant, & nihil excludant, l.1. & ibi omnes, ff.deleg.1. Surd.cons.412. num.29. Rota dec.8. nu.5. cum seqq.par.2. Lin. & coram bo:me.Buratt.dec.
14 193. nu.1. si autem onus inuestimenti sub his verbis non includeretur, non esset verum dicere quod sub illis omninò veniret, vt aduertit idem Surd. cons.73. sub.nu.62. cum seqq. Rota in Cæsaraugustana Cameraria 29. Nouembris 1632. coram Reuerendiss. D. meo Pirouano Decano, quæ est dec.157. nu. 19.& 20.par.2. Rec.

Tum denique quia onus inuestiendi alia scuta mille quolibet anno fuit separatum, & de nouo appositum vltra alia, vt manifestè colligitur ex illis verbis in eodem Testamento adiectis, ibi: E di più, necessariò inferentibus ad diuersitatem, & ampliationem oneris tàm propter copulam, &, quæ de sui
15 natura dispositionem ampliari solet, l. qui fundum, §.qui agrum, ff.de contr.empt. Surd.cons.315. num.17. Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss.3. nu.5. & seq. Rota coram Card.Straph.dec.1396.nu.4.& in Rec. dec.680.
16 sub nu.9.par.2. quam propter dictionem, di più, quę est inclusiua præcedentium qualitatum, & arguit totalem diuersitatem dispositionis sequentis à præcedenti, Gemin. cons.62. sub num.7. Rota coram Buratt. dec. 480.nu.5.circa med.vers.Imò tunc. Nec mirum quod Testator voluerit grauare Vincentium, cœterosque substitutos ad inuestiendum alia scuta mille, quod onus non apposuerat Hyppolitæ, quia Hyppolita iam senex, ipsius solùm vita durante, frui poterat commodò hæreditatis, cœteri verò hæredes, & substituti perpetuò erant recepturi commodum inuestimenti, & fideicommissi, quod erigebatur in fauorem ipsorum, & cuiuslibet eorum in infinitum.

Quod autem de bono iure Hyeronimi constet etiā
17 ad effectum obtinēdi Manutentionem liquet eo ipso, quod docetur de eius diuturna possessione, vt In his terminis dixit Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. dec.23.num.6. & in Placentina Decimarum de Trusillo 17. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Verospio, impress. apud Posth. post tract.de Manut.in ord.dec.281.nu.1.

Possessio verò Hyeronimi satis, & primo iustificatur ex clausula Constituti apposita in Instrumen-
18 to Restitutionis fideicommissi factæ per Vincentiū, quæ vtramque possessionem ciuilem, & naturalem transfert in constitutarium, l. quod meo, ff. de acqu. poss. Hond.cons.42.nu.37. lib.1. Surd.cons.481.num.6. Rota coram Greg.dec.437.nu.1.& seqq.& alibi sæpè.
19 Quæ suffragatur non solum contra constituētem, sed etiam contra quemcumque habentem Causam ab illo prout est Laura, Ruin. cons.169. nu. 16. lib. 1. Tiraqu.de iur.const.par.3.lim.1.nu.20. & 23. Rota in Recanaten. Bonorum 20. Aprilis huius anni coram me,
20 vers.quod autem attinet, iuncta clausula ex nunc prout ex tunc, quæ sustinet constitutum licèt sit collatum in tempus mortis, & operatur translationem possessionis ab initio, licet eius effectus differatur in tempus mortis, iuxta cons.Oldrad.139.nu.5.vers.tertium erit, Alex. cons.85. nu.6. vers.confirmatur, lib.2. Surd.cons.171.nu.22. Guidopap. dec.268. sub num.1. Rota in Rec.dec.258.nu.3.in fine, & dec.408. num 6. vers.stante maximè, par.4. & coram bo:me:Buratt. dec. 179. nu. 8. & fuit dictum in Bonon. de Bologninis 11. Decembris 1619. coram bo:me:Card.Verospio, impress. post Posth. vbi supra in ord.dec.150.nu.4.& 5.

Secundo iustificatur ex depositionibus duorum Testium nuper inductorum ex parte Hyeronimi exactè concludentium, vino adhuc Vincentio, & de illius tacito consensu Hyeronimum possedisse, & administrasse capitalia, omniaque alia bona priuatiuè, quoad Lauram, eoque defuncto continuasse in administratione, & possessione retinendi claues, cęterosque Actus possessorios faciendi, adeout quamuis antea possedisset iure familiaritatis, tamèn cum po-
21 stea declarauerit velle possidere iure fideicommissi, consequenter cessauit possessio iure familiaritatis, quæ ex sola superuenientia noui Tituli absque alia animi declaratione mutata præsumitur, Dec. consil. 400.nu.5. Cresc.dec.5. de restit. spol. Achil. dec.4. sub nu.1.& seqq.de caus.poss. & propriet. Mantic. dec. 21. nu.2. Rota in Rec.dec.108.nu.2.par.5. & cor. fa:mem: Greg.XV.dec.546.nu.1. & ibi Add.nu.15. & in Ferrarien.Manutentionis 28. Iunij 1641. coram Reuerendiss.D.meo Pirouano Decano, vers.Non obstat quod huiusmodi possessio, in fin.

Et pro iustificatione huius possessionis aduertebāt etiam Domini quod Hyeronimus statim sequuto obitu Vincentij, mediante authoritate Iudicis Merca-
22 torum in libris istorum capitalium, nomen suum dumtaxàt inscripsit, & hoc enim clarius declarasse videtur iure proprio voluisse possidere, aliosque noluisse habere socios, ad not.in l. Nesennius, num 6. C. commu.vtriusque Iud. & post eos Mantic.de tacit. lib. 6.tit.10.nu.4. cum seqq. & Rota in Rec. dec.700.nu.8. in fin.par.2.

Nec visa fuit attendenda depositio vnius Testis pro Laura, examinati ad probandam illius possessionem, continens Lauram occasione mortis Vincentij Patris se contulisse ad domum paternam, in qua Hyeronimus inhabitabat, adeoque fuisse receptam bonis verbis, & beneuolentia plenis, ne in vim publici Instrumenti possessionem caperet; quoniam ex hac depositione euidentèr colligitur Lauram non solùm possessionem non cepisse, quin potius permisisse quod Hyeronimus omnia possideret, & sic ciuilem possessionem si quam habebat animo retentam amisisse, dùm videns, & sciens alium possidere non reclama-
23 uit, cum in huiusmodi casu etiam modicum tempus sufficiat, Innoc. in cap.de seruorum, nu.4. vers. Et ideo non placet de seru.non ordin. Alex.cons.35. nu.12 lib.6. Crauett.cōs.235. sub n.1. Rota in Romana Stagni 6.Iun.1612. & 21.Iunij 1625. cor.bo:me:Cocc., altera dec 129.nu.1. altera dec.298. sub nu.2. inter impress.à Posth. de Manutentione, & in Bonon. Professionis 14. Martij 1622. coram R.P.D.meo Merlino, vers.Nec de eruuio opus erat, quæ est apud eundem Posth.dec.164. num.4.

Et vlterius hic Testis fidem non meretur, quia præter multas exceptiones quas patitur in dictis, & persona, cum sit contrarius scripturis, fit famulus salariatus Lauræ, & ipsius Viri, vt ipse fatetur, iuxta secundum, Summ.nu.17. & loquatur nimis affectatè, cum Laura nihil aliud petat nisi medietatem bonorum Vincentij Patris, Testis verò deferat illi totam, vt iuxta septimum, Summ.num.19. ostendatque se parum informatum, dum iuxta 16. inquit se numquam audiuisse quod in Apothæca Aromatariæ vllus alius præter Vincentium habuerit interesse, Summ. nu.20.
24 Sitque vnicus, & vt plurimum deponat de solo auditu, & de confessione extraiudiciali Hyeronimi ad

quam

quã probandam duo saltem Testes de tempore, loco, & verbis cõtestes requiruntur, *Cæsar de Graff. dec. 4. de sent. & re iudic.* Rota cor. *Card. Seraph. dec. 1272 nu. 5.* & in *Rec. dec. 700. nu. 33. & 34. par. 2. & dec. 187 nu 15.* & *264. nu. 43. par. 5.* Habet interesse in causa, & agit de se eximendo à restitutione plurium fru-
25 ctuum, quos iuxta decimum deponit de facto se percipere ex his bonis, vnde debet repelli, *l. Nullus, ff. de Testibus, Alex.* & alij in *l. 3. ff. eodem,* Rota cor. *Card. Seraph. dec. 768.* & coram *Reuerendiss. Vrgellen dec. 462. nu. 18.*

26 Nec releuat quod in Iudicio manutentionis vnicus Testis sufficiat *s. me. Greg. dec. 160. ibique Add. num. 3.* ,

27 Nec admittantur exceptiones contra eorum personas *Rota coram Card. Serafin. dec. 392. num. 2.* Quia
28 quoad vnicitatem conclusio non procedit quando in Contrarium adsunt alij Testes diuersa deponentes, Tunc enim Testi vnico non est credendum, neque in hoc Summarijssimo possessorio, vt ex *Io: Andr. in cap. Auditis num. 3. & Innoc. ibidem num. 4. de præscr.* firmauit *Rota coram Buratt. decis. 591. nu. 4. & 5.*

29 Quò verò ad exceptiones licet illæ non admittantur quando non sunt probatæ, nec adsunt contrarietates, & notat *Gemin. in cap. 2. §. fin. de Testib. in 6.* vbi omnes prout hic incontinenti probantur, & agitur de probatione priuilegiata faciendi per vnum Testem, proculdubio veniunt admittendæ, etiam in
30 Iudicio manutentionis, requiritur enim quod nihil releuans in contrarium deducatur, vt optimè distinguendo firmauit, *Rota in Boian. Pensionis 27. Octobris 1600. coram bo: me: Pænia impress. per Marches. de commiss. tom. 1. Tit. de Commiss: Appellat. in caus. pens. part. 1. §. 2. num. 5. fol. 618.* quam refert, & sequitur idem *Marchesan. loco citato fol. 590. num. 88.*

Nec ad probandam possessionẽ lauræ vis vlla fieri potest in diuersis decretis prouisionalibus Arbitrorum, qui decreuerunt vt durante compromisso laura deberet recipere quandam portionem lucrorum Capitalis Aromatariæ, & fructuum nonnullorum stabilium. Quia pro responsione fuit animaduersum Decreta emanasse per modum prouisionis, & cum clausula præseruatia *sine præiudicio Iurium partium*,
31 quæ licet secundum veriorem opinionem non importet conditionem suspensiuam repugnantem acquisitioni possessionis, sed solùm resolutiuam inficiẽtem actum post damnum quod inde sequutum fuisset, vt dixit *Rota dec. 9. num. 3. de Concess. præbend. in antiqu. & in Ferrarien. Bonorum de Tassonibus 26. Iunij 1613. coram Card. Pamphilio dec. 513. num. 3. in fine par. 1. Rec.* Vbi cum hac distinctione dicitur intelligendam esse *dec. Putei 32. alias 34. lib. 2. in correct.* quę absolutè firmauit huiusmodi clausulam reddere Actum conditionalem, & idem repetijt in *Ferrarien. Manutentionis cor. Reuerendiss. D. meo Pirouano Decano vers. Ex hac eadem, & in Romana Pensionis coram R. P. D. meo Verospio vers. Neque visa fuit obstare vtraque sub die 28. Ian. currentis anni.* Cum tamen in casu nostro constare dictum fuerit quod de eo tempore Hyeronimus possideret, procul dubio nulla fuit quæsita lauræ possessio, sed per dictam clausu-
32 lam fuit præseruata anterior Hyeronimi, & in nihilo præiudicatum, vt distinguendo firmant *Honded. cons. 86. num. 51 & 52. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 48. n. 46. vers. Et indubitanter Ces. de Graff. dec. 194. num. 2. de verbor. signific. Rota in Maceraten. Hæreditatis 4. Iunij 1590. coram bo: me: Card. Pamphilio impress. per Posth. post eius tract. de manut. dec. 74. num. 5. & in Bonon. hæreditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Merlino quæ est decis. 47. num. 5. inter impress. post tract. Merlin. de legit. num. 4. vers. Nec vllo modo, & coram Buratt. dec. 511. num. 4. & in Rec. dec. 513. nu. 3 par. 1.* vbi dicitur in his terminis procedere dictam Putei decisionem.

Et vlterius responderur ex prædictis arbitrorum decretis, ac eorum subsequnta acceptatione potius argui Hyeronimi possessionem, quodque Laura eundem inpossessorem acceptabat, qui enim petit
33 admitti ad fructuum portionem, eosque ab alio recipere non recusar, fatetur non se sed alterum possidere, vt notat *gloss. in l. Quisquis in verbo Credatur C. de donat. Rota in dicta Ferrarien. Manutent. coram R. P. D. meo Pirouano Decano vers. Et huic opinioni propè finem.*

Demùm non obstat *Statutum Bononien. sub rubric. Quod nullus occup. poss. rei hæred.* Quia in casu nostro nulla adest vsurpatio, vel occupatio, & statutum expresse excipit possessionem, quæ continuatur vel accipitur de licentia defuncti, vel in vim clausulæ *Constituti*, prout continuata seù capta fuit in hoc casu ex supradictis.

Et ita resolutum vtraque, &c.

ROMANA SALVIANI DE CASALIBVS.

Lunæ 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Agitur de hypotheca apposita in contractu donationis pro obseruantia contentorum in ea, an illa censeatur etiam apposita ex parte donatariorum, & successorum in donatione inter se. Stipulatione Notarij an acquiratur ius absenti ante acceptionem, & quid in actibus lucratiuis, in quibus sola scientia sufficit ad effectum acceptationis, & de coniecturis ex quibus probetur hæc scientia; An, & quando Creditores ex titulo lucratiuo præferantur Creditoribus ex causa onerosa: *An Auth. resq. C. Comm. de legat.* habeat locum in fideicommisso ordinato in contractibus inter viuos, & an consentiens alienationi aliquotum bonorum fideicommisso subiectorum sibi præiudicet in beneficio dictæ auth: & demùm an hypotheca competens in vim dictæ auth: transeat cum priuilegio prælationis in hæredes extraneos, & singulares successores?

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non intrat vbi deficit hypotheca.*

2 *Hypotheca apposita in contractu donationis censetur apposita pro obseruantia donatoris, & non donatariorum inter se.*

Fallit quando fundamentum obseruantiæ donationis consisteret ex parte donatariorum, & quando in Instrumento adessent clausulæ importantes talem obseruantiam respectu eorum, nu. 16. & seq. q.

3 *Absenti ante acceptionem non acquiritur ius reales vel actio hypothecaria, quę requiritur ad Saluianum.*

4 *Etiamsi interueniat stipulatio Notarij nomine absentis.*

5 *Iuramentum non supplet defectum acceptationis requisitæ ad effectum acquisitionis realis, & dominij.*

6 *Retrotractio non potest fieri in præiudicium tertij.*

7 *Retentio datur habenti anteriorem, & potiorem hypothecam.*

8 *Saluianum cessat contra habentem potiora, & anteriora Iura.*

9 *Item, & contra habentem causam ab eo, qui eodem iure vtitur.*

10 *Cessionarius, prout, & quilibet singularis successor tueri se potest eadem exceptione, qua vtebatur cedens.*

11 *Hypotheca cum priuilegio prelationis in vim* auth: resq; C. Comm: de legat; *competit in bonis fidei-*

com-

commissa subiectis, quando non adsunt alia bona, præter fideicommisso subiecta.

12 Auth: resq, dispositio procedit tam in fideicommisso facto in vltima volantate, siue illud sit particulare, siue vniuersale.

13 Quam in conuentionali facto in contractu inter viuos.

14 Licet Rota quandoque contrariam opinionem commu-nem dixerit, tamen hanc opinionem vltimo loco approbauit, & in ea resedit, n.15.

16 Clausula pro quibus omnibus, refertur ad omnes dispositiones in Instrumento contentas, & etiam trohitur ad enunciata.

17 Obligatio Cameralis extenditur etiam ad enunciata in Instrumenta.

18 Hypotheca constituitur ex sola voluntate, & ex verbis generalibus, etiam indefinitis.

19 Immò sufficit verisimilis mens ad eam contrahendam.

20 Ad hypothecam inducendam, quando opus est, admittitur etiam extensiua interpratatio.

21 Obligatio Cammeralis habet in ventre stipulationem pro omnibus quarum interest.

22 Acceptatio vnius ex condonatarijs prodest etiam alijs.

23 Maxime si impossibile esset, quod alij acceptare potuissent.

24 Scientia sola sufficit ad effectum acceptationis in actibus lucratiuis, & fauorabilibus.

25 Etiam probata coniecturis, & præsumptionibus.

26 In his enim lucratiuis scientia habetur pro acceptatione, quia est actus delectabilis, & num. 27. & seq.

28 Consensus præsumitur vbi agitur de actu, qui affert vtilitatem.

29 Præsumptio præsumptionis non datur.

30 Fallit quando vna præsumptio venit in consequentiam alterius.

31 Scientia aliud est esse præsumptam, & aliud probari præsumptionibus.

32 Scientia vera, & concludens probatur etiam coniecturis.

33 Acceptatio tam ex facto, quam ex non facto probatur.

34 Voluntas non solum ex verbis, sed etiam factis declaratur.

35 Et qualis ab initio fuerit, facta subsequuta ostendunt, & num.36.

37 Donatio facta Consanguineis cum apparatis, & pompa inducit coniecturam, quod deuenerit ad notitiam Consanguinearum.

38 Et ista coniectura est adeo efficax, quod transfere onus probandi contrariam in partem aduersam.

39 Præsertim quando agitur de summa notabilis quantitatis.

40 Scientia arguitur ex cohabitatione, & coniunctione sanguinis.

41 Scientia vt præsumatur inspici debet verisimilitudo.

42 Verisimilitudo enim tamquam Amica natura omnem probationem concludit, & operatur, quod probent illa, quæ aliàs non proborent.

43 Paria sunt venditionem non esse factam, & effectum sortitam non fuisse.

44 Voluntas ad actum non producta, nihil operatur.

45 Hypotheca competens pro dote est tacita.

46 Et competit à die mortis fideicommittentis, quando fideicommissarius tenetur dotem restituere.

47 Hypotheca expressa, & anterior est præferenda.

48 Hypotheca ad effectum retentionis, debet esse anterior, vel potior.

49 Creditores ex causa onerosa præferuntur Creditoribus ex titulo lucratiuo.

50 Intelligitur hoc de Creditoribus ex titulo lucratiuo, qui habent solum personalem actionem, secus autem quando habent etiam hypothecariam.

51 Bona exempta à fideicommisso authoritate Apostolica remanent libera.

52 Maximè quando fuerunt assignata pro tali Credito.

53 Consentiens alienationi, & distractioni bonorum fideicommissariorum priuatur beneficio auth. resq., nec potest amplius habere regressum ad bona fideicommissi, num.60.

54 Remedium d. auth. est subsidiarum.

55 Creditor dotis consentiendo alienationi aliquorum bonorum sibi non præiudicat, quominus possit satisfieri in Cæteris.

56 Limita non procedere, quando intentatur remedium subsidiarium, d. Auth. resq., & nu.57.

58 Cautio de restituendo prioribus, & potioribus operatur, ac si solutio facta non sit, & pretium adhuc extare dicitur ad beneficium potiorum, & anteriorum.

59 Remedium Auth. resquæ tanquam subsidiarium non competit, quando adsunt bona libera.

60 Cessionarius plus iuris habere non potest, quam habeat cedens.

61 Creditor creditaris exercere potest omnes actiones, quas eius debitor habet ac exercere potest.

62 Et nedum personales, sed etiam hypothecarias.

63 Fallit hæc conclusio in actione subsidiaria deducta ex dispositione aut. resq., quia hæc actio non transit ad hæredes extraneos nec ad singulares successores.

64 Et extra filios difficile esset obtinere.

65 Priuilegium prælationis competens in vim d. auth. indubitanter non transit ad hæredes extraneos, nec ad singularem successorem quidquid sit an transeat hypotheca?

66 Saluianum non impeditur per exceptionem requirentem altiorem indaginem.

DECISIO XXXIV.

DEcisionem emanatam coram bo: me: Buccabella sub die 17. Nouembris 1637. in qua dictum fuit DD. de Casalibus immittendos esse ex remedio Saluiani in possessione Domus possessæ à R.P. D. Prospero Caffarello tamquam Creditore Bernardini Caffarelli in scutis 4000. hodiè DD. confirmarunt Nam creditum cum hypothæca quod est necessarium antecedens in hoc Iudicio clarè probatur ex publico Instrumento donationis factæ à Bernardino, in quo deficiente linea masculina Marij Caffarelli eius donatarij vniuersalis mandat solui dicta scuta 4000. Michaeli de Casalibus eius Consanguineo, & illius filijs, ac descendentibus, pro cuius donationis ac omnium in ea contentorum obseruantia tàm ipse Donator, quam Marius Donatarius, se se hæredes, & bona quæcumque in ampliori forma Cam. Apostol. obligarunt. Et quod defecerit linea masculina Marij, & sic euenerit casus quo Donator voluit solui dicta scuta 4000. quodque isti de Casalibus qui agunt pro illorum solutione sint de descendentibus Michaelis, ad quorum fauorem Donator disposuit, plenè firmatur in dicta decisione, prout etiam in ea concludenter probatur possessio tàm Bernardini donantis quam D. Prosperi, contra quem dirigitur Saluianum, quæ sunt requisita in hoc iudicio nec ista in hac positione causæ fuerunt ab altera parte controuersa. Solum impugnabatur qualitas, & essentia crediti, quod non suffragari ab informantibus ex tribus.

1 Primò quia deest hypothæca, sine qua non com-

competit

petit Saluianum, vt latè probat *flati l.de saln.inspect. 1.cap. 4. num. 107.* Defectus autem deducebatur ex eo, quia licèt Donator, & primus Donatarius in Instrumento Donationis pro illius obseruatione obligauerint se hæredes,& omnia eorum bona in forma Cameræ, Attamèn dicebatur huiusmodi hypothæcam fuisse appositam pro obseruantia eorum,quę vnusquisque ipsorum pro parte sua promiserat, ad effectum vt in casu contrauentionis eorum bona essent obligata pro implemento promissorum, non
2 autem pro obseruantia, & exequutione eorum quæ erant præstanda ab vltimo masculo lineæ Marij,vel ab eius herede quorum factum neuter ipsorum promisit, ac propterea ad eos extendi non posse, sed esse restringendam ad ea, quæ vnusquisque eorum ex parte sua promisit, ex traditis per *Giouagn. cons. 34.nu.43. vers.non obstat cum num.seqq. lib.2. & latè Ger.Spin.cons.54.à num 18.vers.Sed dicimus vsque 52 vers.Verum*, Quod prius etiam sensisse videtur *Socc. sen.cons.115.num.13.post med. vers. Nec contra possessores lib.4.*

Secundo obijciebatur quod concesso etiam quod in dicto Instrumento donationis adesset hypothæca, illa tamen non erat experibilis super domo de qua àgitur, quia cum Donatio fuisset facta ad fauorem Casalium absentium, & ante illorum acceptationem domus fuisset alienata in D.Caffarellum singularem successorem non poterat contra eum intentari Saluianum cum ante acceptationem non acquiratur
3 Ius reale, & actio hypothæcaria vtilis, quæ requiritur ad effectum vt Saluianum intentari possit contra Tertium, in quem res debitoris titulo singulari peruenit, *iuxta Consil. Honded.25.à numer. 40. vsque ad fin. præsertim à numer. 57. libr. 2.* qui in fine dicit ita fuisse iudicatum absoluendo possessorem, & eum sequitur, *Scapuccin. de Saln. interdict. libr.2.quæst.16.numer.11. maximè sub vers. Et in forfortioribus.*

Nec releuare dicebatur quod interuenerit stipulatio Notarij nomine Casalium, quia licet per hanc stipulationem Contractus reddatur irreuocabilis ex
4 parte promissoris, & acquiratur absenti actio personalis, & hypothæcaria directa ad illam accessoria, quæ exercentur contra obligatum, & illius hæredes, & successores vniuersales, non tamèn acquiritur Ius reale, neque Actio hypothæcaria vtilis, experibilis contra singularem successorem, *Alciat.in cap.Cum contingat num.332.in fine,& seqq.de Iur. Iur. Couar.in rubr.de Testam.par.3.num.13.vers.Nec item refere benè Hond.dicto conf.25.num.44.& 45.lib.2.Cephal.cons.440.num.30.& seqq.præsertim num.49. Giouagn.d.cons.34 num.40.& seqq.cons.51.sub num.36. Laderch.Imolen.cons.76.num.1.Beroi.cons.4.nu.34.& 35. lib.1.Cyriac. contr.322.nu.2.vers.Mihi verò cum seqq.* & aliòs refert, *Antonin.de Amat. Panorm. var.resol. tom.1.resol.30.num.6.& Rota decis.683.num.4.par.1 diu.qua est decis.Card.Seraph.inter eius impress.474.n. 4.& in Rec.decis.142.num.6.part.4.& coram san:me: Greg.dec.567.num.3.& add.ad eiusd.decis.97.sub nu.8 & coram bo:me: Buratt.dec.773.num.2.& decis.98.n.6* & fuit dictum in *Ariminen.Donationis 22.Iunij 1640. coram R.P.D. Panzirolo*. Prout etiam non suffragatur interpositum fuisse iuramentum, quia illud non
5 supplet defectum acceptationis requisitę ad effectum acquisitionis realis, & dominij. *Abb. in Cap.sicuti il 3.num.5.de Iur. Iur. Alciat. in d. cap. Cum contingat 335.in fine cum seqq. Purpurat.cons.478.num.28. Guctierez.cons.41.per tot.Honded.cit.cons.25.numer.46.& duob.seq.Rota decis.683.num.4.vers.Et procedit etiam, & dec.27.n.11.cum seqq.p.7.rec.*& fuit dictum in *Romana Census 25.Iunij 1640.cor. R.P.D. meo Bichio.*

Nec minus acceptatio superuenta post factam alie-
6 nationem suffragari potuit, quia non præiudicat, nec retrotrahitur in præiudicium Tertij cui interim Ius, & dominium est quæsitum *Alex.in l. Quod meo num.5.ff.de acqu poss Dec.in l.Contractus num.20.ff de reg. Iur. Couar.d.rubr. 3. num.13. vers.Est tamèn necessaria de Testam.Castr.conf.195. numer.2.part.2. Beroi conf.164.num.1.& seqq.præsertim num.6.lib.1. Purpurat.conf.396.num.58. Curt.Iun.conf.74. nu.9.& conf. 76.nu.6.Menoch.conf.858.num.2.Bellon. Iunior. conf. 38.num.13.& conf.69.num.47.Honded. dicto cons.25. num.25.& seqq.Mantic.de Tacit.lib.3.Tit.48. nu.17. Rota decis.124.num.10.post Zaceb.de oblig.Cammeral. & coram Card.Seraph.dicta decis.472.num.6.*

Tertia oppositio in eo consistebat, quod Marius Caffarellus iunior à quo D.Prosper emit dictam Domum habet hypothæcam anteriorem, vel certò po-
7 tiorem, Vndè sicuti ipsi competiset retentio aduersus Casales *Rota dec.303.num.2.& 3.par.4.rec.& coram Buratt decis.854.num 3.*, & contra eum haben-
8 tem potiora, & antectora Iura cessaret Saluianum, *l.2.ff.qui pot. in pign.hab.Mant.decis.69.num.1. Buratt.*
9 *decis.844.num.1.* Ità etiam cessare debeat contra D. Gasperum emptorem, qui vtitur eodem Iure defensionis *l.Inuitus §.plerumque ff.de regul. Iur. Bald.in l.*
10 *Emptori in princ. C.de euict.*,& potest se tueri eadem exceptione retentionis tamquam illius Cessionarius & singularis successor, *l. si potiores C. de his qui in prior. creditor.loc.Succed.Surd.conf.4. num.8.Statil.de Saln.inspect.2. cap.2.numer.229.Rota coram Card.Canal.decis.652.num.1.& coram R. P. D. meo Verospio dec.318.nu.26.par.6.rec.*

Potioritas autem desumebatur ex eo quia eum Marius esset creditor Dotis Faustinæ matris scut. 9000. & pro illius satisfactione elegisset hanc domum fideicommissariam Bernardini vigore *Aut. Res qua C.Comm.deleg.* ex quo non aderant alia bona libera, euaserat potior, & erat præferendus Casalibus
11 cum pro restitutione dotis facienda in vim d. Auth: competat hypothæca cum priuilegio prælationis in bonis subiectis fideicommisso, & alienari prohibitis si bona libera mariti non extant, vel non sufficiunt, vt in specie tradunt *Castr.in l.Mulier 22. §.Cum proponeretur sub nu.3.ff.ad Tribell. Curt.in l.filius famil. §.Diui num.171.ff.de leg.1.Padill.in d.Auth. Res qua num.47.Gozad.conf.97.num.10. Castr.conf.15. num.2. vers.his non obstantibus, & conf.219. num.3. vers.Et sic dicendum par.1.Dec.conf.519. per tot Roland. conf. 85.a num.29.vsque ad 34.lib.1.Didac.var.resol. lib.3. cap.6.nu.10.vers.4.non tantum Menoch. de præsumpt. lib.4.præsumpt.190.num.1.& seqq.& de arbitrar. Ind. cas.182.num.29.Peregr.de fideic.art.42.num.13.& 81. Odd.de fideicom.ex probib alienat.qu.44.art.8.num.38. & seqq.Couar.resol.par.1.cap.9.num.175.in vltim.impress.Ioseph. Ludouic.decis.Lucens.28.num.91.& seqq. Thes.decis.151.per tot.vin.decis.18.num.8.lib.1. Rota coram Seraph.dec.678.num.5.& dec.37 num.4.part.4. diuers.& in Romana Dotis 30.Martij 1618.coram Eminentiss.Card.Pamphilio impress.post Fenzon. ad stat. Vrbis decis. 93. & in Anconitana Fideicommissi coram Card Blanchetto post Merlin.de legitim dec.33.sub n.6. & 7.& in rec.decis.154.num.4. coram Reuerendiss.D. meo Pironano Decano, & dec.322.a num.13.vsque ad 18.coram R.P.D. meo Merlino part. 6.* & fuit dictum in *Romana Dotis 13. Febr.1641. coram R.P.D. meo Panzirolo* cum aliis relati per *add.ad Baratt.dec.641 num.23. & seqq.*
12 Cuius Auth. dispositio procedit tàm in fideicommisso facto in vltima voluntate, siue illud sit particu-

culare siue vniuersale, vt post *Bald. Castr. Ruin.*, &
alios, quos referunt & sequuntur Peregr. *de fideic. art.*
42. num. 54. Canc. vbi supra dicto cap. 9. nu. 365. Fusar.
de Substit. dicta quæst. 571. num. 58. firmant *Ias. in dicta*
Auth. num. 32. vers. Nono extende Decian. cons. 18. num.
28. lib. 2. & Rota coram R. P. D. meo Merlino dicta dec.
312. num. 35. part. 6. rec. Quam in conuentionali facto
13 in contractu inter viuos, vt post *Franc. Tigrin. de Pi-*
sis, & Vrceolinum de Perusio firmat Baptista de S. Bla-
sio in Tract. de priuil. Dotis cent. 4. priuil. 341. num. 14.
inter tract. magn. tom. 9. fol. mihi 460. Ambros. de Opilo-
nibus inter repetentes in l. filius familias §. Diui n. 121.
vers. Et pondera vnum ff. de leg. 1. Curt. Iun. in d. Auth.
res quæ num. 35. Imp. in rubr. de donat. §. 16. nu. 14. vers.
Pater Ios. cons. 157 num. 21. vers. huic difficultati vsque
ad fin. lib. 2. Bero: cons. 38. num. 35. vers. Non aduersatur
Tertium & num. seq. lib. 1. Fontonell. de pact. nuptial.
claus. 5. gloss. 1. par. 2. num. 49. vbi istam opinionem ra-
tionibus firmat, & a contrarijs vendicat, & alij per
Fusar. dicta quæst. 331. numer. 81. & Rota nostra licet
14 contrariam opinionem communem dixerit coram
Card. Seraph. decis. 314. num. 3. Tamèn ibidem subdit
non esse opinionem omnium tutam, & Seueram, &
partes esse vlterius super articulo audiendas, cum
æquè in vno, atq; in alio casu militent rationes *auth.*
res quæ, & demum in hac Sententia vltimo loco re-
sedit coram *Card. Virili decis. 128. num. 2. & seqq. par.*
5. Recent.

Tamèn hæc non obstare dixerunt Domini, &
propterea steterunt in decisis.

Ad primum enim fuit responsum, quod quicquid
sit de opinione, quam subtilitèr disputant *Giouagn.*
& Gerius Spin. in præcitatis locis An scilicèt hypo-
thæca simplicitèr apposita in Contractu donationis
15 censeatur apposita solum pro obseruantia donatoris,
& non donatariorum inter se, in hoc casu visa fuit
cessare hæc difficultas, cum hic non solum donator
sed etiam Donatarius generalitèr promiserint obser
uantiam omnium contentorum in donatione, vt pa-
ret ex Instrumento *Summ. Casalium num. 1.* nec du-
bitari potest quin hypothæca fuerit adiecta etiam
pro obseruantia eorum, quæ fuerunt disposita ad fa-
uorem Casalium, quibus Donator mandauit solui
dicta scuta 4000. in defectu lineæ masculinæ Marij
Tum quia in hoc consistit obseruantia donationis ex
16 parte Donatariorum. Tum quia in Instrumento
adest clausula *Pro quibus omnibus*, & obligatio Cam-
meralis, quæ referuntur ad omnes dispositiones in
Instrumento principaliter vel accessoriè, seù inciden-
tèr contentas, trahuntur etiam ad enunciata, vt de
clausula *pro quibus omnibus*, tradunt *Alex. cons. 17.*
num. 2. lib. 3. Ruin. cons. 137. num. 6. lib. 1. & cons. 103.
num. 11. lib. 4. Paris. cons. 97. num. 91. lib. 1. Rota decis.
741. num. 2. par. 1. diuers. & dec. 69. num. 4. post Zacch. de
oblig. Cammeral. Et de obligatione Cammerali con-
tinente subse hypothæcam quod exerceatur etiam
17 pro enunciatis in Instrumento. *Rota dec. 70. num 9*
par. 1. rec. & apud Stattil. de Salu. dec: 308. quæ habentur
etiam apud Zacch. vbi supra Altera decis. 5. num. 10.
& altera decis. 85. nu. 1. & 2.

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini cũ
id suadeat etiam verisimilis mens, & Intentio Do-
nantis. Quia dùm iste in Instrumento donationis
apposuit hypothecam, & deindè expresse mandauit
quod in defectum lineæ Marij primi Donatarij sol-
uerentur Casalibus scuta 4000. adiectis tot clausulis
& obligatione Cammerali, vt faciliùs, & efficacius
dictum relictum consequi possent, verisimilitèr etiã
censetur voluisse ad hoc vt huiusmodi effectus iuxta
eius votum sequeretur, quod eius bona illis essent
hypothæcata, quæ verisimilis mens, & intentio suf-
ficit ad hoc vt hypothæca constituta dicatur etiam
pro ista obligatione, & obseruantia donatariorum
ad fauorem Casalium, cum hypothæca ex sola vo-
18 luntate, & ex verbis generalibus imò etiam indeffi-
nitis constituatur *Bursatc. cons. 39. nu. 37. Cephal. cons.*
41. num. 19. Riminold. sen. cons. 299. nu. 10. & 12. lib. 2.
19 sufficit enim verisimilis mens ad eam inducendam
Text. in l. Creditor la 1. §. post diuisionem ff. qui pot. in
pign. hab. & admittit Ger. Spinell. dec. cons. 54. num. 35.
in fine, & num. 36. ante finem Vers. Erit igitur verum.
20 Quod procedit etiamsi aliqua extensione opus es-
set cum interpretatio extensiua ad hypothæcam in-
ducendam admittatur, vt per *Bald. in dicta l. final. C.*
quæ res pign. oblig. poss. Fulgos. cons. 83. numer. 2. versic.
final. Ger. Spin. dicto cons. 54. num. 36. dicto vers. Erit
igitur verum.

Et cessat omnis difficultas, cum obligatio Cam-
meralis habeat in ventre stypulationem pro omnibus
quorum interest, quæ operatur vt cuilibet absenti
21 interesse habenti, acquiratur Ius, & Actio. Vnde
dubitari non potest, quin fuerit acquisita Casalibus
de quorum interesse, & quidem principali apparet,
ex præmissis latè *Zacch. de oblig. Cammeral. quæst. 5.*
num. 6. & Rota post eum decis. 86. num 2. 97. num. 1. 99.
num. 7. & 137. num. 1. & in rec. dec. 285. num. 9. & 10.
par. 6. & coram R. P. D. meo Dunoz. dec. 46 num. 7. par.
7. & coram bo: me: Buratt. dec. 788. nu. 3.

Secundum verò quod antè acceptationem ex sola
stypulatione Notarij non acquiratur absenti Ius rea-
le, & actio hypothæcaria vtilis experibilis contra
singularem successorem, visum fuit cessare in facto ex
duplici fundamento. Primo quia cum Donatio fue-
22 rit facta Mario præsenti, & acceptanti, illius acce-
ptatio suffragatur etiam Casalibus condonatarijs, vt
per *Text. in l. Quoties C. de Donat. quæ sub modo fir-*
mauit Rota dec. 683. nu. 8. par. 1. diuers. Ipse enim cen-
setur acceptasse nomine omnium *Cyriac. Contr. 312.*
num. 89. Imo cum de illo tempore quoad descenden-
23 tes Michaelis, impossibile esset quod ipsi Donationẽ
acceptarent, ex quo nondum erant nati lex admittit
eam acceptationem quę secudum naturã fieri potest,
vt ex *Molin. de Primog. Hispan. lib. 4. cap. 2. numer. 75.*
vers. in secundo firmat Cyriac. dicta Contr. 312. numer.
89. & seq.

Secundo quia agitur de donatione, quæ cum sit
24 actus lucratiuus, & fauorabilis sufficit sola scientia,
vt censeatur accepata *Bart. in l. Quò enim §. 1. num. 1.*
vers. Aut geretur ff. rem. rat. hab. Aret. in l. Qui absenti
sub num. 4. ff. de acqu. poss. Cranett. cons. 261. nu. 5. Dec.
cons. 558. num. 2. vers. Imo ex eo Menoch. cons. 229. nu.
26. Rota dec. 262. num. 6. par. 1. rec. & coram bo: me: Bu-
ratt. dec. 47. num. 2. etiam probata ex coniecturis, &
25 præsumptionibus *Bursati. cons. 33. nu. 5. Roland. cons.*
19. num. 34. & seq. lib. 1. & cons. 4. num. 31. lib. 2. Cephal.
cons. 33. num. 19. Borgnin. Caualc. dec. 42. num. 24. & 25.
par. 1. Thesaur. dec. 70. num. 12. vers. quin immò videtur
Rota dec. 142. num. 7. vers. Imò solis coniecturis part. 4.
26 *rec.* In his enim lucratiuis scientia habetur pro acce-
ptatione *Surd. dec. 111. num. 12. in fine nu 13.* vbi red-
dit rationem, quia est actus delectabilis, & 206 *nu.*
27 11. vbi inquit acceptationem præsumi ex quo Actus
affert vtilitatem *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 29. nu. 8.*
Ancharan. Inn. quæst. famil. lib. 2. quæst. 23. num. 23. Ri-
28 *minald. Iun. cons. 88. num. 13.* vbi quod semper pręsu-
mitur consensus, quando Actus est concupiscibilis,
Cyriac. Contr. 313. num. 27. & latè Rota dicta dec. 142.
num. 7. par. 4. rec, Add. ad Gregor. dec. 97. num. 8. in fine,
vbi quod ex sola scientia constare dicitur de accep-
tione in his quæ afferunt commodum.

Non

Non subsistere dictum fuit hoc habere locum
29 quando scientia probatur verè, secùs autem si probetur præsumptiuè, cum ex vna præsumptione alia oriri non possit secundùm *gloss.in l.1. C. de dot. promiss. Ruin.cons.90.num.4.vers.Secus autem si Tutorem*
30 *lib.3.* Quia vltra quod regula prædicta fallit quando vna præsumptio venit in consequentiam alterius, vt declarat *Christophor.Castillion.in repet.l.sciendum n.9 ad fin.de verb.oblig. Bart.in l.si is qui pro emptore num. 71.ff.de Vsu. cap. Rota in Elboren. Iuris conferendi 4. Iuly 1640.coram R.P.D. Carillo,*& in his indiuidualibus terminis respondendo huic obiectioni *Rota coram Mantic.decis.21. num.2.* respondetur obiectum cessare, quia licet scientia probetur coniecturis, & præsumptionibus, vt infrà dicetur, dicitur tamen scientia vera,& concludenter probata, cum aliud sit
31 scientiam esse præsumptam, aliud eam probari præsumptionibus, & coniecturis ex quibus scientia vera probatur *Aymon.cons.73.num.19.& 178.num.1.coram Card.Seraph.dec.1459.num.4.& 5.* Vbi quod per co-
32 niecturas probatur scientia vera Concludenter.

Coniecturæ autem ex quibus huiusmodi scientia probatur visæ sunt concurrere, & quidem releuantes.

Prima desumpta fuit ex eo quod Donatio fuit facta Michaeli, & eius descendentibus, cum pacto quod ipsi nihil petere aut prætendere possent contra bona, & hæreditatem q. Isabellæ Auiæ Maternæ Bernardini Donatoris, vt clarè legitur in donatione *d.Summ.num.1.* Vndè cum nec Michael, nec illius descendentes aliquid imposterum petierint contra dicta bona, ex hac acquiescientia, & non petitione inducitur tacita acceptatio dictæ donationis, quasi agnouerint onus illi iniunctum. Acceptatio enim
33 tàm ex facto, quàm ex non facto probatur *Aymon. in puncto conf.91.num.10.Menoch.cons.313.nu.5.Rota*
34 *decis.647.num.3.par.4. diuers.* Et non solùm ex verbis, sed etiam ex factis declaratur voluntas, *l.Paulus respondit ff.rem rat hab.Soccin.sen.cons.125.nu.1.lib.1. Dec.cons.58.num.1 in fin. Crauett.cons.130.sub nu.10. Alciat.de præsumpt.reg.2.præsumpt.13.in fine*, & qua-
35 lis ab initio fuerit facta subsequuta ostendunt *l.quædam in princ.ff.de reb dub.Mantic.decis.313. Greg.dec. 163.num.3.* Non enim verisimile est quod Michaël
36 remisisset hanc prætensionem ita magnificatâ à donatore,nisi quia nolebat sibi præiudicare in donatione sibi facta sub ista conditione, vt argumento, *leg. Cum de indebito ff.de probat.Tiraquell.in l.si vnquam in verbo donationem largitus num.206.cum seqq. C.de reuoc.donat.*Et hoc argumento visa fuit in simili *Rota in Romana Census 25.Iunij 1640.§.respondetur 1. coram R.P.D. meo Bichio.*

Secunda insurgit ex eo quod Bernardinus fecit dictam donationem ad fauorem plurium Consanguineorum cum magno apparatu, & Pompa ad eorum animos sibi conciliandos. Vndè maxima hinc ori-
37 tur coniectura, quod deuenerit ad notitiam eorumdem Consanguineorum, & Sic Michaelis, & aliorum, quibus Donator gratificari voluit, quam Coniecturam in hac specie præsumendæ scientiæ ad effectum acceptationis magni faciunt Doctores, *Bursatt. dicto cons.33.sub num.5.Cephal.d.cons.33. nu.19. Roland.à Vall. d.cons.4. num.35.* vbi inquit quod ista
38 coniectura est adeo efficax quod transfert onus probandi contrarium in partem aduersam, quod antea eum dixerat *Guidop.cons.23.num.20.vers.Et ista præsumptio Socc.Iun.cons.67. num.11.lib.3. Menoch. cons. 371.sub num.19.Borgnin.Caualcan.d.decis.42.num.24. par.1.Surd.dec.111.num.13. Rota dec.142. num.7. in*
39 *fine par.4.* Præsertim cum agatur de summa notabilis quantitatis *Roland. d.cons.4. sub num. 33.vers. Et tanto magis.*

Tertia his accedit quod Michael habitabat in Vrbe, vt colligitur ex Instrumento fideiussionis per ipsum factæ ad fauorem Donantis per annum ante donationem *Summ.nono Casalium num.1.*, & erat Ciuis Romanus, vt apparet dicto Instrumento fideiussionis, vbi talis enunciatur, & ex inscriptionibus notorijs in Capitolio, ex qua habitatione iuncta coniun-
40 ctione Sanguinis, & alijs supra ponderatis solet argui scientia rei notabilis prout erat dicta donatio facta à Consanguineo, vt præter *Doctor. sup. alleg.* aduertit *Rota in Romana Diuisionis 15.Iuny 1640.vers. Eo magis concurrente coram R. P. D. meo Bichio, & currentis mentis vers. Præsertim quia rationabilitèr coram me*: Ex quibus omnibus saltem simul iunctis visum fuit Dominis probari scientiam, quæ sufficiat ad hunc effectum, concurrente etiam cum his veri-
41 similitudine elicita ex supra perpensis, quæ in illa præsumenda inspici debet *Mandel. Alba. cons.229.nu. 18.lib.2. Honded.cons.80.num.50.lib.2.* Verisimilitu-
42 do enim tamquam amica naturæ omnem probationem concludit, & operatur quod probent illæ quæ aliàs non probarent. *S.me.Greg.XV. decis.245.numer. 8. & 9.*

Tertium verò quod Marius Iunior elegerit d.Domum pro Dote Faustinæ Matris vigore *Auth.Res quæ C.Comm.deleg.* eamque vendiderit D. Prospero, ac proindè quemadmodum ipsi competeret retentio ratione potioritatis hypothecæ Ita etiam compete re debeat eidem D.Emptori dictum fuit cessare etiam ex facto. Quia venditio prædicta cui D.Prosper innititur non habuit effectum, vt est in confesso apud partes, & patet etiam ex eo quod eadem Domus post Marij obitum fuit in illius hæreditate reperta, & ad creditorum instantiam subhastata, ac ipsimet D. Prospero tamquam vltimo, & maiori oblatori deliberata. vt firmatur in *decis.*quæ reuidetur §. *neq; obstat.* Vndè nullum in ea potest fieri fundamen-
43 tum, cum paria sint venditionem non esse factam, & effectum sortitam non fuisse, *Surd.dec.51.num.21 & 22.* saltem ad effectum inferendi præiudicium. Tertio. Nec indè argui potest voluntas Marij eligêdi d. Domum pro Dote materna, quia dùm hoc ad actum non deduxit, effectuando venditionem perindè est ac si non habuisset animum eligendi, nàm
44 voluntas ad Actum non producta nihil operatur, nec in Iure est considerabilis *l.Iubemus §. seruus, & ibi Bald.nu.1. C.de Episc.& Cleric. Rota coram Card. Canal.dec.635.num.1.& dec.150.num.11.post statil.de Salu.Int.*

Et visa fuit cessare difficultas, quia etiàmsi Venditio fuisset effectum sortita, non ideò tamèn D.Prospero potuisset competere retentio ex persona Marij, quia cum hypothæca competens Mario, cuius ratio-
45 ne prætenditur retentio sit tacita vti introducta à lege *statil.de Salu.inspect.3.cap.4.num.1. Rota dec.174 num. 7.par.2.diuers.* Et competat solùm à die mortis
46 Bernardini fideicommittentis, vtfuit dictum *in Romana Dotis 3. Febr.1640. coram R.P.D. meo Panzirolo.* Non potest parere exceptionem retentionis aduersus hypothæcam Casalium, quæ cum sit con-
47 uentionalis expressa, & anterior est potior, & præferenda, vt per *gloss.communitèr approbatam in l. Assiduis in verbo licet anterioris circa fin. vbi etiam Bald. num.9. Salic.num.4. C.qui potior.in pign.hab. Ias.in l. 2 in secunda lectur. num.9. & 10. & ibidem Ripa nu.27. ff.Solut.matr. Neguz.de Pignor.in 4 memb.2.par.nu.98. vers.Tamen.Mulier Mantic. de Tacit. libr.11. tit.22. nu.30.Statil.de Salu.inspect. 3.cap.4.num.6. vers. ver-*

48 *sa vice & num.122.* Hypothæca enim ad effectum
retentionis debet esse anterior vel potior *Rota in rec.
decis. 303.num.2.& 3. par.4. & coram Ren. Vrgellen.
dec.412.num.1.*

Idque procedit etiam non obstante quod credi-
tum Casalium proueniat ea Titulo lucratiuo dictæ
49 donationis, quia licet Creditores ex causa onerosa
præferantur Donatarijs, qui eueniunt ex titulo lucra-
tiuo *Cuman. in l. Priuilegia num.10. vers. Aliud est ff. de
Priuileg. Credit. Cephal. cons. 555. num.11. Capic. decis.
78. num. 7.* Tamen hoc intelligitur de Creditoribus
50 ex titulo lucratiuo, qui habent solum personalem
Actionem, secus autem quando habent etiam hypo-
thecariam, vt in hoc casu, tunc enim præferuntur
posterioribus etiam ex causa onerosa *Mant. de Tacit.
lib. 11. Tit. 22. num. 23. & seq. stati. eadem inspect. 3. c.
2. num. 469. & duob. seqq.*

Immò nulla videtur potuisse competere hypothe-
ca Mario vigore *d. Auth. res quæ* super prædictis bo-
nis fideicommissarijs Bernardini cum adessent bona
libera super quibus ista Dos detrahi poterat. Ade-
rant enim bona, quæ s.me: Paulus V. speciali Chi-
rographo permisit alienari ad effectum satisfaciendi
diuersis Creditoribus Maximiliani illius Patris ascē-
dentia ad valorem scutorum 25. mill. Nec non 54.
loca montium, quæ idem Pontifex simili Chirogra-
pho concessit posse distrahi ad effectum soluendi di-
51 ctam Dotem, quæ bona vti exempta à fideicom-
misso authoritate Apostolica remanserunt libera *Ro-
ta in rec. decis. 209. num. 3. par. 1. & decis. 312. num. 46.
par. 6.* & fuit dictum *in Romana* Casalis *Aguzan. 27.
Iunij 1640 vers. Responderunt Domini coram R. P. D.
meo Rotas.* Et vlteriùs Mario fuerant assignata an-
52 nua scuta 360. super Palatio pro eodem Credito
Dotis maternæ, & fuit dictum in *Romana Dotis 2.
Martij 1635. coram R. P. D. meo Dunozetto quæ habe-
tur in 7. part. rec. decis. 24. num. 20. vers. Quæ verò ad
secundam partem,* quæ decisio iuxta stylum huius sa-
cri Tribunalis est supponenda, vnde vel præsumitur
quod Marius se satisfecerit ea dictis bonis, vel non
habuerit notitiam d. donationis, & de omnibus in
ea contentis, vt patet ex dictis Chirographis, & ex
alijs in decisione quę reuidetur ponderatis, & nō cu-
rauerit ex pretio dictorum bonorū satisfieri, sed alijs
Creditoribus longè posterioribus, solui consenserit,
ei est imputandum, nec potest hodiè in præiudicium
Casalium, & aliorum fideicommissariorum habere
53 regressum ad bona fideicommissi vigore *d. Auth. Res
quæ*, quia consensiendo alienationi, & distractioni
prædictorum bonorum ab eius beneficio remanserit
exclusus, vt præter *Curt. Iun. Ias. Bursatt.* Menoch.
*& Fusar. allegatos in decis. §. Propterea firmant Padill.
in dicta Auth. num. 121. in fine Paris cons. 63. num. 45.
lib. 2.* Cephal. *cons. 344. num. 35. Federic. Scott. respons.
tom. 2. resp. 4. num. 21. lib. 1.* Peregr. *de fideic. art. 42. sub
num. 16. Intrigliol. de substit. cent. 3. quæst. 73. num. 391.*
54 *Fusar. eod. tract. quæst. 532. num. 30.* Remedium enim
dictæ *Auth.* est subsidiarium, & competit quando non
adsunt bona libera *D.D. in eadem Auth. Et innumeros
refert Fusar. quæst. 531. num. 121. & d. quæst. 532. n. 35.
& sepiùs Rota firmauit vt post* Merlin. *de legitim. dec.
124. in princ. & coram s.me. Greg. XV. decis. 266. n. 10.
& coram Buratt. decis. 641. num. 1. & ibi Add. num. 19.
qui alias cumulat.*

Nec releuat responsio quod in primo Chirogra-
pho alienatio fuerit concessa præcisè ad effectum
soluendi prætium nonnullis Creditoribus Maximi-
liani in supplicatione nominatis, inter quos ipse
non erat descriptus; facultas verò distrahendi dicta
54. loca Montium concessa in secundo Chirographo
haberet insertam conditionem, quod in primis, &
ante omnia erogarentur scuta 2000. auri in auro in
extinctionem Census similis summæ debiti per eun-
dem Maximilianum q. Christoforo Rotigno, ac pro-
pterea cesset nedùm pręsumptio, sed etiā possibilitas,
quod Marius potuerit inde satis fieri, quia dempto
prætio bonorum alienatorum soluto creditoribus no-
minatis iuxta formam Chirographi, quæ ad vnguem
erat seruanda, & demptis scutis 2000. auri ea præ-
tio locorum montium, erogatis in extinctionem
Census Rotigni, non remansit pro Mario nisi resi-
duum prætij locorum Montium, quod erat scuto-
rum 3200. quibus etiam detractis ea credito Dotis
maternæ scutorum 900. Marius adhuc remanebat
Creditor in scutis 5800. absorbentibus valorem Do-
mus qui non excedit scuta 5000. iuxta id quod ven-
dita fuit.

Quia vltrà quod dicta Chirographa sunt manife-
stè subreptitia, vt fuit dictum in *d. decis. 24. à nu. 20.
vsque ad fin. par. 7. recent.* Responsum fuit quod licet
Pontifex mandasset vt ex prætio dictorum Bonorum
& locorum Montium satisfieret Creditoribus in sup-
plicatione nominatis hoc tamèn non facit quo mi-
nus Marius posset agere pro credito Dotis maternæ
& in concursu aliorum posteriorum obtinere illius
satisfactionem, quia Papa hoc Ius illi non abstulit
imò expressè reseruauit, disponens quod Credito-
res, quibus prætium dictorum bonorum destinaue-
rat tenerentur in Actu receptionis dare idoneam cau-
tionem de illud restituendo prioribus, & potioribus,
vt apparet ex lectura Breuium *Summar. D. Prosperi nu.
2.* Vndè cum posset nec curauerit satisfieri ex prætio
dictorum bonorum, permittendo illud solui poste-
rioribus sibi præiudicauit, nec potest amplius habe-
re regressum ad bona fideicommissi vt dictum est.

Nec refragatur, quod creditor Dotis consentien-
55 do alienationi aliquorum bonorum sibi non præiu-
dicet, quominus possit satisfieri in cęteris, *Surd. cons.
513. nu. 25. Rota dec. 229. nu. 9. par. 5. Rec.* Quia fuit
responsum conclusionem istam non procedere quā-
56 do intentatur remedium subsidiariū, *Auth.* Res *quæ.*
Tunc enim si creditor Dotis culpa sua, & facto pro-
prio facit quominus satisfieri possit ex bonis liberis
illa dissipando, vel consentiendo eorum alienationi
57 ammittit subsidium, dictæ *Auth.* nec est ei succur-
rendum, tamquam qui sua sponte in necessitate se
posuit, *Castr. in dicta Auth. Res quæ, nu. 11.* & ibidem
Ias. nu. 34 in 14. limit. Pereg. *dicto art. 42. nu. 72. Fusar.
de substit. dicta qu. 151. nu. 156. Menoch. de præsumpt.
lib. 4. præsumpt. 190. nu. 47. & duobus seqq.* Aliàs esset
in potestate descendentium alienare bona libera in
fraudem fideicommissariorum, & deindè sub præ-
textu detrahendi Dotes euertere fideicommissum,
quod non est dicendum. Sed tollitur omnis ama-
ritudo, quia cum prædicti creditores quibus prætē-
ditur fuisse solutum prætium dictorum bonorum, &
locorum Montium tenerentur dare cautionem de
restituendo prioribus, & potioribus, iuxta legem prę
58 scriptam in dictis Chirographis, perindè est ac si so-
lutio facta non fuisset, & prætium adhuc extare di-
citur ad beneficium potiorum, & anteriorum. vt per
Text. *in l. ex facto, in fin. ff. de pecul.* & in *l. Procura-
torio, §. fin. ff. de trib. & act.* firmant *Castr. cons. 286. in
princ. vers. Nec obstat quod creditores, lib. 1. Stracch.
de decoct. par. vlt. tit. qui potior. in bon. decoct. hab. n. 25
Franch. dec. 75. nu. 9.* & *dec. 300. nu. 4.* Giurba plures
referens, *dec. 4. nu. 40.* & firmauit *Rota in Rec. dec. 48.
nu. 5. par. 3.* & *dec. 133. num. 11. post Pacif. de Salu.* &
fuit dictum in *Romana Pecuniaria de Gallis 15. Maij
1609. cor. Iusto,* & in *Romana* Census *scutor. 28. mil. 16.*

No-

Nouembris 1620. *coram bo:me: Coccino*. Vndè qua-
tenùs creditum dictæ Dotis sit anterius, & potius, vt
59 D. Prosper prætendit, actio dirigenda est contra di-
ctum prætium, nec potest intentari remedium sub-
sidiarium, *Auth. Res qua*, cum illud non competat
quando adsunt bona libera, vt supra probatur.

Et ex his tollitur etiam quod D. Prosper ex ces-
sione reportata a creditoribus Marij vti possit reten-
tione, cęterisque actionibus Mario cedenti compe-
tentibus, quia cum ex supra deductis talis hythæca
Mario non suffragatur, multò minus potest suffraga-
ri D. Prospero cessionario, qui plus iuris habere nō
60 non potest, quam habeat cedens, *l. Nemo plus*, *ff. de
Regul. Iur.*

Et in omnem casum retentio si quæ potuisset cō-
petere Mario, non tamèn posset competere illius
creditoribus, à quibus D. Prosper reportauit cessio-
61 nem. Quia licet creditor creditoris habeat, ac e-
xercere possit omnes actiones quas eius debitor ha-
bet, & exercere potest, *l. Nomen*, & ibi DD. C. *qua res
pignu. oblig. poss.* cum pluribus alijs ad propositum re-
latis in *Romana Domus* 23. *Februarij* 1641. *coram me*.
62 Et non sollum personales, sed etiam hypothæcarias
vtiles, quando istæ fuerunt sibi obligatæ, vel saltem
adest obligatio omnium bonorum, vt saluando *gloss.*
communitèr impugnatam quatenùs indistinctè fir-
mat creditori creditoris competere hypothæcarias,
in dicta *l. Nomen, in verb. vtilibus*, & in *l. Grege*, *§. cū
pignori, in verb. solut. ff. de pignor.* Dixtinxerunt *Sa-
licet.* in eadem *l. Nomen. sub nu.* 1. circa med. & in di-
cta *l. Grege*, *§. cum pignori, nu.* 3. & 4. *Castr. in l. si cō-
uenerit la* 2. *nu.* 2. *ff. de pignorat. act. Soce. sen. cons.* 158.
nu. 29. & 30. *lib.* . *Negus. de pignu.* 3. *memb.* 2. *par. n.* 24.
Attamèn hæc conclusio non procedit in huiusmodi
actione subsidiaria deducta, ex dispositione *Auth.*
63 *Res qua*, quia hæc actio non transit ad hæredes ex-
traneos, nec ad singulares succesores, iuxta veriorē
opinionem, quam probarunt *Curt. Iun.* in *dict. Auth.
nu.* 22. Vbi ostendit quod in hoc casu cessant ratio-
nes omnes eiusdem *Auth.* & eum sequitur *Padill. ibid.
nu.* 71. *Petr. de fid. qu.* 8. *n.* 447. & *seqq. Pereg. eod: tract.*
64 *art.* 42. *num.* 43. & 44 vbi in fine dicit quod extra fi-
lios difficilè est in practica obtinere, *Menoch. de præ-
sumpt. lib.* 4 *præsumpt.* 189. *nu.* 194. *Thes. Iun. Quæst.
For. lib.* 1. *qu.* 5. *nu.* 5. *vers. placuit enim Senatui*, & alios
refert, & sequitur *Fusar. de substit. qu.* 531. *n.* 46. & 47
in fine, dicit quod hæc opinio sibi magis placet, & ea
absolutè est vera quoad priuilegium Prælationis,
quod indubitanter non transit ad singularem succes-
65 sorem, nec ad hæredes extraneos, quicquid sit an
transeat hypothæca, vt aliquibus placuit, *Ias. in §.
fuerat, nu.* 94. *Instit. de act. Ripa in l.* 1. *nu.* 33. *ff. solut.
matrim. Alex. cons.* 58. *nu.* 4. *lib.* 7. *Negus. de pig. in* 4.
memb. 2. *par. nu.* 94. *Bald. Nouell. de Dot. par.* 10. *nu* 26.
Statil. de Salu. Interd. inspect. 3. *cap.* 4. *nu.* 67. & admisit
Rota cor. Card. Seraph. dec. 678. *n.* 3. & 11. Cessante au-
tem prælatione, cessat etiam retentio ex supradictis.

Ex quibus videtur penitus excludi exceptio retē-
tionis, aut saltem negari non potest quin remaneat
valdè turbida, & offuscata, quod sufficit, vt Casali-
66 bus non possit impediri Immissio in Saluiano, quæ
in hoc Idicio per huiusmodi exceptiones dubias, &
altiorem indaginem requirentes non retardatur, vt
per *Statil.* vbi supra, *inspect.* 2. *cap.* 1. *nu.* 71. & *cap.* 2.
nu. 42. & 254. vbi plures *Rota Decisiones* cumulat.

Et ita resolutum vtraque &c.

AVXIMANA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI.

Veneris 21. *Iunij* 1641.

ARGVMENTVM.

Ægidiana non habet locum contra personas Ecclesia-
sticas, & possessio dicitur attentata, neque est manu-
tenibilis contra Clericum possidentem, vbi illa se-
quuta fuit pendente termino ad appellandum, & hoc
etiam si Iudex præsumptiuè tantum habuit notitiā
de Clericatu, licet non fuerit ante executionem op-
positus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione partis in monitorio ad relaxandam possessionem bonorum de quibus agitur.*

2 *Ægidiana non habet locum contra personas Ecclesiasticas.*

3 *Possessio capta pendente appellatione dicitur nulla, & attentata, & sic non manutenibilis.*

4 *Immissio Iudicis contra Clericum executa pendente appellatione, non dicitur attentata, & est manutenibilis, vbi ante executionem de Clericatu non fuit oppositum.*

5 *Limita nisi Iudex habuerit notitiam, vel solam præsumptionem ex actis de Clericatu, vt num.* 7.

6 *Titulus,* Reuerendi, *conuenit solum personis Ecclesiasticis.*

7 *Iudex præsumitur acta vidisse.*

8 *Iudex quidquid scientèr facit pendente appellatione, remanet nullum, & attentatum.*

9 *Titulus,* Reuerendi, *inducit solam præsumptionem de Clericatu, non autem certam scientiam.*

10 *Possessio contra Clericum executa pendente appellatione adhoc, vt dicatur attentata, sufficit sola sciētia partis de Clericatu, vbi Iudex ad eius instantiam processit.*

11 *Iudici sufficit si præsumptiuè constet de causis appellationis, saltem vt interim debeat suspendere executionem, donec melior probatio afferatur.*

12 *Possessio capta pendente appellatione dicitur nulla, & non manutenibilis.*

DECISIO XXXV.

PLacuit DD. Decisio emanata in hac Causa, coram
me sub die 25. Iunij anni præteriti, qua firmatum
fuit, Bartholo esse dandum Mandatum de Manute-
nendo in possessione Bonorum de quibus agitur, quia
1 eius possessio probatur ex confessione partis in Mo-
nitorio ad relaxandam possessionem prætensorum
bonorum, quæ sufficit ex Iuribus in dicta Decisione
citatis.

Nec obstare visa fuit possessio Vincentij capta vi-
gore Mandati de Immittendo, quia vt in alia Deci-
cisione dicebatur cum à dicto Decreto daretur Ap-
2 pellatio cessante Ægidiana, quæ non habet locum
contra Personas Ecclesiasticas, qualis est Bartolus,
3 possessio indè sequuta pendente Appellatione dici-
tur nulla, & attentata, & sic non manutenibilis, *Ro-
ta dec.* 225. *nu.* 4. *par.* 1. *Rec.* cum aliàs allegat.

4 Nec resistit quod Bartholus non opposuerit de
Clericatu ante exequutionem, ideoque Iudex proce-
dere potuerit non obstante Appellatione, vt fuit di-
ctum in *Romana Bonorum de Cæsarijs* 20. *Maij* 1639.
5 *coram R. P. D. meo Ghisilerio*. Quia animaduertebant
Domini, quod cum Iudex de Clericatu Bartholi ha-
beret notitiam stante quod in Actis eius nomen ex-
6 pressum fuit cum Titulo Reuerendi, qui conuenit
7 solis Personis Ecclesiasticis, quæ Acta Iudex vidisse
præsumitur, *Franch. cap. Dilecto, num.* 165. *de Appell.*
& pars collitigans de eo certam scientiam haberet,
ex quo cum præsentauerat vti Clericum ad duo Be-
neficia Simplicia, sufficit dicta scientia, ad effectum
vt Iudex debeat abstinere ab exequutione quamuis
de Clericatu non fuerit expressè oppositum, vt di-
stinxit *Rota* declarando dictam *Decisionem R. P. D.*

mei Ghisilerii in eadem *Romana de Casarcis* 22. A-
prilis 1640. *coram R. P. D. meo Carillo*, quæ fuit con-
firmata 17. huius mensis coram eodem, & ratio est
manifesta.

Quia cum Iudex statim habita notitia Clericatus
sciat esse permissam Appellationem non suffragante
Ægidiana contra Personas Ecclesiasticas, quicquid
8 scienter facit pendente Appellatione remanet nullū,
& attentatum, *Franch. in cap. si duobus, num. 26. in fin.*
iuncto *num. 29.* & ibidem *Io: Andr. sub num. 5. Abb.*
num. 4. 14. & 16. Ancbar. num. 4. Extra de Appell.
9 Nec dicatur quod ex Titulo Reuerendi, resultat
solùm præsumptio Clericatus, non autem certa
10 scientia respectu Iudicis, quia præter quod isto ca-
su sufficeret sola scientia partis, cum ad eius instan-
tiam Iudex processerit, vt post *Abb. dicto cap. si duo-*
bus, dicto num. 14. post med. vers. Aut pars sciuit, &
Franch. ibid. num. 29. post princ. vers. sed eo casu de Ap-
pellat. firmant *Lancellott. de Attentat. par. 2. cap. 20.*
ampliat. 19. num. 2. & declarat. 1. num. 14. & *Rota in*
Rec. dec. 296. num. 8. par. 6. dictum fuit ad hunc effectū
11 sufficere quod Iudici constet præsumptiuè de Causis
appellationis, saltem vt interim debeat supersedere
in exequutione, donec melior probatio afferatur,
Franch. in cap. interposita, sub num. 3. Dec. sub num. 2.
vers. secundo ista prima Regul. & Proposit. sub num. 3.
Fallen. 4. de Appellat. Contar. de Moment. possess. qu. 1.
num. 41. Scacc. de Appellat. qu. 11. num. 66.

Et in omnem euentum cum Ægidianæ non sit lo-
cus, & Causa de Iure Canonico sit appellabilis qua-
tenùs dicta possessio posset dici non attentata, esset
12 tamèn nulla vti capta pendente appellatione, &
consequentèr non manutenibilis, *Rota in Romana*
Vinea de Capocefalis coram R. P. D. Dunozetto, quæ
est *desio* 330. *num. 4. & 5. par. 6. Rec.* cum alijs relatis
per *Add. ad fa: me: Gregor. XV. dec. 339. num. 6.* & fuit
dictum in citata *Romana de Casarcis 22. Aprilis* 1641
coram R. P. D. meo Carillo.

Et ita resolutum vtraque, &c.

ROMANA LEGATI SCVTORVM 50. MILL.

Luna 26. Iunij 1641.

A R G V M E N T V M.

Testator, si alicui reliquerit aliquod notabile Legatum persoluendum ex fructibus hæreditarijs, & postquā fuerit satisfactum omnibus suis Creditoribus, si successiuè Testator emerit Officia, & loca Montium, cum reseruatione Decreti ad fauorem dicti Legatarij post obitum ipsius Testatoris, quæritur modo vtrum hoc casu mens Testatoris fuerit faciendi duo Legata, aut aliam particularem Donationem causa mortis, vel id fecerit præueniendo solutionē primi Legati, & hæc vltima opinio alternatiuè resoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum quod quis voluerit duplicare non est præsumendum, & nu 7.*

2 *Actus in dubio præsumitur factus ex causa preambula, non autem ex noua.*

3 *Donatio nunquam præsumitur, quando alia interpretatio fieri potest.*

4 *Donatio nunquam censenda venit, quando alia causa præsumi potest.*

5 *Donatio vt excludatur sufficit quæuis coniectura, vel leuis occasio.*

6 *Legatario valde vtile est, vt quanto citius legatum suum ipse consequetur.*

7 *Legatum nunquam censetur duplicatum.*

8 *Legatum si erat persoluendum post longum tempus, & celeri satisfactione soluatur hoc legatario non parum commodum affert. nu. 9. 67. & 68.*

10 *Legatum factum à debitore suo creditori valet, si afferat aliquam vtilitatem.*

11 *Maritus legans vxori dotem, antequam aduenerit tempus restitutionis ex tali legato vxor commodum consequitur.*

12 *Solutio accelerata est prætio æstimabilis.*

13 *Solutionis dilatio non solum affert incommodum, sed etiam facit, vt longe minus datum videatur.*

14 *Legatum summendum est de manu hæredis.*

15 *Donatio causa mortis est pinguior legato, quia statim secuta morte donantis recipit perfectionem, non expectata hæredis aditione.*

16 *Legata ad sui perfectionem requirunt aditionem hæredis cuius è manibus sunt accipienda.*

Legata non tantum confirmantur morte testatoris, verum etiam requiritur aditio hæredis nu. 16.

17 *Testatoris voluntas, quando magna apparuit conseruandi bona in agnatione, & augendi primogenituram, tunc non est verisimile voluisse donare extra eam bona magni, & notabilis valoris, & n. 18.*

19 *Testator præsumitur minus, quam potuit voluisse grauare suum heredem.*

20 *Prohibitio plus non petendi facta per testatorem legatario operatur, vt legatum dicatur factum animo compensandi, & n. 25. 33.*

21 *Ex dispositionum conuenientia, et conformitate arguitur qualis sit mens disponentis, & nu. 24.*

22 *Dispositio vna, quando censeatur facta in executione alterius.*

23 *In symbolum habentibus facilior est transitus.*

24 *Testator ex quibus præsumatur voluisse accelerare in vita solutionem legati?*

25 *Compensatio de specie ad quantitatem non datur.*

26 *In locis montium duo considerantur titulus, qui non cadit in dispositionem, & prætium, cuius creditor remanet ille, cuius pecunia empta fuerunt.*

27 *Compensatio de specie ad quantitatem tunc non fit quando fit in iudicio, altera parte dissentiente, & inter viuos, secus autem si fiat ex voluntate, & num. 28.*

29 *Voluntatem suam, quod quis incontinenti voluerit mutare non est præsumendum.*

30 *In voluntate eadem, quis præsumitur voluisse perseuerare, vsque ad mortem, dum eam non immutauit.*

31 *Testamentum vltimum vti assumens vires de tempore mortis semper reputatur vltima dispositio.*

32 *Legatum acceptans, onus continens, quod legatarius non possit aliud prætendere, tunc censetur renunciatum omnibus prætensionibus.*

34 *Legatum acceptans intelligitur illud acceptare cum suo onere, & cum omnibus suis qualitatibus.*

36 *Amplia id multo magis procedere quando legatarius amplam fecit quietantiam hæredi.*

38 *Creditores non tenentur expectare solutionem minutatim ex fructibus.*

39 *Legata vti debita voluntaria peti non possunt nisi iuxta præceptum Testatoris.*

Testator in legatis potest apponere eam legem quam vult num. 39.

40 *Res pro alio simpliciter acquisita censetur donata.*

41 *Officia, & loca montium pro alijs empta, etiam cum decreto ad fauorem alterius, præsumuntur donata contra num. 42. 43. declara vt num. 44.*

45 *Actus præsumitur gestus in executionem causæ præcedentis.*

46 *Legatum quando præcedit, tunc subsequens traditio, seu assignatio, licet habeat vim donationis non tamen habet vim tituli, seu duplicationis legati, sed solum executionem præcedentis dispositionis, & n. 47. 48.*

49 Dispo-

49 *Dispositio tunc censetur facta in executionem præcedentis actus, quando causa pro qua præcessit dispositio non recipit duplicationem.*

Secus verò si recipiat multiplicationem, quia tunc vtraque suum effectum sortiri debet, & nu. 49.

50 *Legatum an sit multiplicatum attendi debet causa vtrum sit multiplicabilis.*

51 *Item attendi debet an secunda dispositio possit referri ad causam necessariam.*

52 *In legato secundo, quando non est expressa certa causa, nec potest assignari causa necessaria, tunc debet fieri imputatio in præcedens legatum, & n. 55. 56. & 57.*

Causa dua lucratiuæ de iure simul non possunt concurrere ibidem.

53 *Limita in duobus legatis quorum vtrumque soluendum esset eodem tempore.*

54 *Et quorum alterum esset inanè nisi intraret duplicatio.*

58 *Consanguinitas, & sola effectio non est sufficiens ad præsumendam donationem, nisi inter filios.*

59 *Sanguinis coniunctione non est habenda ratio ad effectum interpretandi dispositionem contra hæredem, & num. 60.*

61 *Coniunctio sanguinis, & offectio quantum operatur id colligi debet ex verbis testatoris, & n. 62.*

63 *Testator si aliquid voluisset id expressisset, & maxime, si in simili occasione fecerit talem expressionem.*

64 *Emens loca Montium, & officia vacabilia fauore legatarij dicitur voluisse præuenire hæredem in solutione legati, & n. 65. & 69.*

66 *Notula simplex continens incertam annotationem non releuat.*

68 *Verisimiliora magis veniunt attendenda.*

69 *Conditio resolutiua in casu dispositionis, si dispositio non sequatur, euanescit, cum puri, & purificati idem sit iudicium, & nu. 70.*

71 *Compensatio non admittitur, quando legatum fuit factum cum onere restituendi.*

72 *Testator præsumitur in eadem voluntate permansisse, eo ipso quod de contrario non apparet nu. 73.*

74 *Ad legati duplicationem excludendam sufficit qualibet leuis coniectura.*

75 *Legati duplicatio vt excludatur sufficit causam coniecturari posse.*

DECISIO XXXVI.

LAta Sententia Rotali, in qua declaratur, Officia, & loca Montium, de quibus agitur, non cedere in diminutionem Legati facti per Marchionem Vincentium Iustinianum, ad fauorem Cammilli de Maximis, & Causa per Appellationem ad me deuoluta dedi dubium, an Sententia sit confirmanda, vel infirmanda, eoque per duas vices proposito, cum multa pro parte Marchionis hæredis de nouo deducerentur non fuit capta resolutio, sed tandèm hodiè omnibus maturè discussis, Domini resoluerunt, Sententiam esse infirmandam.

Quia cum Marchio Vincentius reliquerit iure Legati Camillo de Maximis scuta 50. mill. monetæ soluenda ab eius hærede ex fructibus hæreditarijs, postquam ex eisdem fructibus, alijsque pecunijs ad hunc effectum destinatis, fuisset satisfactum omnibus eius Creditoribus, & successiuè emerit Officia, & loca Montium, cum reseruatione Decreti ad fauorem eiusdem Camilli Legatarij post obitum ipsius Testatoris, non videtur Testator fecisse duo Legata, vel vnum Legatum, & aliam particularè Donationem causa mortis, vt fuit præsuppositum in Decisionibus emanatis coram R. P. D. Dunozetto. Sed vnicum Legatum scutorum 50. mill. quod cupiens Testator solui promptè, & cum omni facilitate, ibi: *E questo pagamento delli scudi 50. mila, il mio Erede vniuersale, ò quelli che li succederanno, in vigore di questo mio vltimo Testamento, lo debbiano fare prontamente, & con ogni facilità.* Adhuc viuens curauit colligere pecunias ex fructibus suorum bonorum, ex eisque emere Officia, & loca Montium, cũ reseruatione Decreti ad sui fauorem quoad vixerit, sequuto verò eius obitu ad fauorem Legatarij. Ac
1 proindè præsumendum visum fuit, emptionem istã fuisse factam in præparationem satisfactionis pro celeri solutione præcedentis Legati, potiusquam animò nouam Donationem faciendi, vel Legatum duplicãdi, vt declarant *Vasqu. de Success. creat. lib. 2. §. 17 requisit. 28. nu. 132. Couarr. in Rubr. de Testam. par. 2. num. 21. in fin. vers. & ideo irreuocabile, Rim. sen. cons. 230. num. 3. in fin. lib. 2. Laderch. Imol. cons. 127. nu. 12. Surd. cons. 14. num. 10. vers. non etiam non soluto*, quia
2 actus in dubio præsumitur factus ex causa præambula, non autem ex noua, *l. 4. §. vndè quæri potest, ff. de manumiss. l. ad solutionem, C. de re indic. Surd. cons.*
3 *119. nu. 15.* Sed etiam quia Donatio numquam præsumitur quando alia interpætatio fieri potest, *l. cum indebito, ff. de probat. Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. nu. 10 Honded. cons. 50. num. 23. lib. 2. Dec. cons. 176. num. 1.*
4 *Rota dec. 21. nu. 3. par. 4. Rec.* vel vbi alia causa potest præsumi, *Honded. cons. 39. num. 35. & 40. lib. 2. Recc. cons. 52 nu. 70. Tiraquell.* multos cumulans in *l. si vnquam, in verbo Donatione largitus, num. 206. & sequ. C. de reuoc. donat. Rota dec. 262. num. 8. par. 1. Diuers. & dec. 151. num. 4. post Pacific. de Salu.* & fuit dictum in *Romana, seu* Bonon. *Pretij* Clericatus *Cammera, coram R. P. D.* Merlino, quæ est *dec. 54. par. 5. Rec.* & in eadem 1. *Decemb. 1625. coram bo: mem:* Coccino, & 2.
5 *Decemb. 1626. coram bo: mem:* Card. *Virili.* Et sufficit quævis coniectura, vel leuis occasio ad exclusionẽ Donationis, *Bald. in l. 1. num. 3. vers. item vbi*, Cod. *ad Senat.* Consult. *Trebell. Natta cons. 73. num. 9. Casanatt. cons. 45. num. 98.* cum alijs latè adductis per *Tiraquell. vbi supra, num. 207. vers. etiamsi leuis.*

Et in hanc Sententiam faciliùs iuerunt Domini
6 aduertentes emptionem istam Officiorum, & locorum Montium fuisse valdè vtilem Legatario, vbi autem secunda dispositio non remanet vana, & inuti-
7 lis, sed cedere potest in solutionem, vel executionem præcedentis, Legatum numquam præsumitur duplicatum, & cessat dispositio, *l. quinquaginta, aliàs quingenta 12. ff. de probat.* vt expresse firmat *Fabius de Anna, cons. 91. nu. 45. circa fin. Laderch. Imol. cons. 125 num. 12.* Camill. Medices, *cons. 125. nu. 8. Franch. dec. 422. num. 5. & 8.*
8 Vtilitas autem, & quidem magna resultat, primò & principalitèr, quia ex dispositione clara Testatoris Legatum erat soluendum paulatim ex fructibus hæreditarijs, sequuta prius satisfactione omnium, & singulorum Creditorum, ac de integra solutione
9 debitorum, quæ cum ascenderent ad summam scutorum 100. mill. & vltra. Legatarius vix sua vita durante Legatum consequi potuisset, vt agnouit etiam ipse Testator, ibi: *Al che con progresso di qualche poco tempo si potrà arriuare.* Ex reseruatione verò Decreti in emptione Officiorum, & locorum Montium fauore Legatarij, satisfactio sequuta erat statim post Testatoris obitum. Vndè acquisitio, seu inuestimentum pecuniarum in tot Officijs, & locis
10 Montium, cum tali reseruatione Decreti tamquam præueniens, & accellerans solutionem cessit euidentèr in vtilitatem, & commodum Legatarij, quod sufficit pro substinenda dispositione per *Text. apertum, in §. ex contrario, & §. sed si Vxori, Instit. delegat.*

vbi

vbi gloss. in verbo, pleniùs, *& Aret.nu.1.* Vbi quod
11 Maritus legans Vxori Dotem, quæ tamquam consi-
stens in pecunia, non erat restituenda nisi in fine an-
ni, commodum repræsentationis, seù accelerationis
legare videtur, *l.1. §.si quis creditori suo, ff.ad l. Fal-
cid. l.debitor decem 84. ibi :* Medij temporis cōmo-
dum, *ff.delegat.2. Castr.in l. verbis legati, num.1.& 2
vers.sed si plus tempore,ff.ad l.falcid. Florian.de S.Pe-
tro in l.vnum ex familia,in princ. num.12. ff.delegat.2.
Emanuel Costa in cap.si Pater, par.1. verbo legauerit,
num.21. & seqq. de Testam. in 6. vbi nu.25.* latè pro-
12 bat representationem, seù acceleratam solutionem
esse prætio æstimabilem, *Crass.de success. §.legatum,
qu.42.num.1.& 2. Salzendo de repræsent. lib.1. cap.2.
num.1.& 2. Castill. Quæst.* Contron. *par.3.cap.19.nu.4
Laderch. Imol. dict.cons.127.nu.12.* Bellon. *cons.23.n.1
Surd.cons.113.nu.25. Rota coram Card.Seraph.dec.487
13 num. 18.* Dilatio eium non solùm affert incommo-
dum, sed etiam facit, vt longè minus videatur Le-
gatum, *§.plus autem, Instit.de act.* Dec.*cons.46.nu.1.
vers.ex qualitate enim sa.me:*Greg.*XV.dec.73.nu.1.*

Secundò, quia Legatum erat accipiendum de ma-
14 nu hæredis, Officia verò, & loca Montium propria
authoritate sine vllo Iuris, aut hominis ministerio
propter decretum appositum ad fauorem Camilli,
& hoc etiamsi illa censerentur donata causa mortis
in locum Legati, quia licet huiusmodi donatio quo-
ad effectum, & efficaciam æquiparetur Legato, est
tamen illo pinguior, & vtilior, quià statim sequuta
15 morte Donantis, donatio quę in tempus mortis est
collata suam recipit perfectionem, & sola morte cō-
firmatur, non expectata hæredis aditione, quod se-
16 cus est in Legatis, quæ ad sui perfectionem requi-
runt aditionem hæredis cuius è manibus sunt acci-
pienda, & aditione non autem sola morte coufirmā-
tur, *Ripa*, qui communem dicit in *l.sciendum,nu.18
ff.delegat.1. Couarr.in Rubr.de Testam. par. 3. num.22.
Gomez.var.resolut.cap.4.num.16. Clar.in §.Donatio,
qu.5. num.2. Molin. de Primog. Hispan. lib.1. cap.12.
num. 14. & seq.*

Et hanc interpretationem Domini censuerunt re-
manere admodum comprobatam, & firmitèr am-
17 plectendam. Primò proptèr enixam voluntatem
Testatoris conseruandi bona in Agnatione, & augē-
di Primogenituram, inuerisimile enim admodùm
videbatur quod Marchio Vincentius, qui tantùm
18 studuit conseruationi, & ampliationi suæ Primuge-
nituræ voluerit vltrà Legatum tàm notabilis quan-
titatis, illam adeò extenuare, donando etiam Officia,
& loca Montium valoris scutorum 36.mill. *Menoch.
lib.4. præsumpt. 110. num.43. vers.vel esset valdè ex-
hausta, Aym. cons.686. num.7. vers.postremò, Afflict.
dec.44.num.21. & seq. Rota in Auenionen. Fideicom-
missi 10. May 1637. coram R.P.D. meo Panzirolo, im-
press. in 7.par.Rec.dec.312. num.6.* & admisit etiam in
Mutinen. Dotis *16. Ianuarij 1641. vers.nec releuat, co-
ram eodem*. Maximè in præiudicium hæredis, quē
negari non potest, quin Testator Summoperè dile-
19 xerit, cum eum titulo Institutionis Vniuersalis ho-
norauerit, vndè verisimile etiam est quod illum mi-
nus quam fieri potuit grauare voluerit, *l.vnum ex fa-
milia §.si rem ff.deleg.2. Honded.cons.57. n.37.& seqq.
lib.1. Rota coram b.me:*Buratt.*decis.580.num.10.*

Secundò quia Marchio Vincentius postquam in
eius Testamento magnifecerat eius consanguinitatē
cum Camillo, & affectionem qua eum prosequeba-
tur legauit eidem scuta 50. mil. cum expressa prohi-
bitione quod ex suis bonis, aliud prætendere non
20 posset. Ex hoc enim manifestè colligitur Testatoris
voluntas, vt idem Camillus in totum non haberet
nisi dicta scuta 50.mil. computato omni, & toto;
eo quod idem aliter prætendere posset, & sic quod
cum officijs, & locis Montium induceretur com-
pensatio legati, vt arguunt, *Abb.cons.81.nu.2. vers.
Reliquit enim par.1. Castr. cons.193.nu.2.vers.super se-
cundo verò dubio lib. 2. Ruin.cons.116. nu.17. in fine,
& 18. lib.3. Aym.cons.131. num.17. & cons.149. nu.3.
Grat.discept.for.cap.274. nu.4.& 5. Mart.de success.
legal.par.4.quæst.18. art.6.n.58.*

Tertiò quia idem Marchio Vincentius easdem
conditiones, quas apposuerat in legato, repetijt
etiam in acquisitione locorum Montium, & Offi-
ciorum, nempè quod si Camillus de his non dispo-
neret, remanere deberent hæredi ipsius Testatoris,
reseruando sibi in vita facultatem disponendi de
eisdem officijs, & locis Montium, vt posset eodem
modo reuocare hanc dispositionem factam pro Ca-
millo, sicut poterat reuocare legatum scutorum
50.mil. Ex huiusmodi enim conuenientia, & con-
21 formitate dispositionum comprobatur voluntas,
quod officia, & loca Montium cederent in diminu-
tionem legati, quodquè vnam dispositionem fece-
rit in executionem alterius, vt de duabus disposi-
22 tionibus eiusdem qualitatis, notat *gloss. in l.fideic.
§ si rem in verbo Pro deposito ff.de leg.3. Doctores in l.
filia legatorum C.de legat. Bart.in l.2. nu.3. ff.de cond.
& demonstr. Gabr. cons.103. num. 10. in fine vers.3.
non obstat, & num.11. lib. 1. Surd.cons.119. num.14.*
23 & facit Regula quod in habentibus simbolum faci-
lior est transitus, *l.sed cum Patrono ff.de bon. possess.
Castr.cons.414. nu.3.vers.Nam in habentibus lib.2.*

Quartò demùm ex eo quia ab vna parte Testator
mandauerat solui legatum ex fructibus hęreditatis,
& postquam alia debita soluta fuissent, ab alia verò
cupiebat vt Camillus consequeretur dicta scuta 50.
24 mil.prompte, & cum omni facilitate. Vndè vi-
dens postmodum quod si fuisset expectanda satisfa-
ctio creditorum, Camillus Senex vix in vita legato
frui potuisset, vt euentus postea docuit, præueniren-
do tempus, & hæredem in solutione, cæpit emere
officia, & loca Montium, quæ statim sequuto obi-
25 tu Testatoris remansura erant ad liberam disposi-
tionem legatarij, quasi idem Testator per repræ-
sentationem, seù acceleratam solutionem loca
montium, & officia loco pecuniæ legatæ subroga-
re voluerit, vt probat *Text.in l.Pater inter filios 23.
ff.de adim. leg. & in l. fideic. §.si rem suam ff.de leg.3.
Gabr.dicto cons.103.num.11.lib.1.*

Nec ex eo quod Testator legauerit quantitatem
26 & postea emerit speciem excluditur competen satio
quæ de specie ad quantitatem non datur, vt pon-
deratum fuit *in decis. D.mei Dunoz.16. Ianu.1640.*
Nam vltra quod dici potest nos versari in duabus
quantitatibus, cum fuerit reseruata dispositio Offi-
ciorum, & locorum Montium, quæ non verifica-
tur in specie sed in quantitate, in Officijs enim,
27 & locis Montium duo considerantur, Titulus qui
non cadit in dispositionem, & prætium cuius Cre-
ditor remanet ille, cuius pecuniæ emptio facta fuit
*l. Et si de tua l.si filij, & ibi gloss.in verbo pecunia C.
de donat.inter vir. & vxor. Rota apud* Cenc. *de Cens.
decis.166.num.7. & in supradicta Romana seù Bonon.
28 pratij Clericatus Cammera*, dictum fuit conclu-
sionem procedere in compensatione, quæ fit in Iu-
dicio altera parte in vita, & inter viuos, secùs in
illa quę fit ex voluntate, & dispositione Testatoris
in vltima voluntate: Hæc enim non regulatur in
19 omnibus secundū naturam compensationis inter vi-
uos, sed fit etiam de specie ad quantitatem, vt pro-
bat *Text.in l.si compensandi C.de hered. Inst. & in l.*

Qui

Qui non militabat ff.eod. Imol.in l.si cum Dotem §.si
Pater ad fin.vers.Item aduerte ff.solut. matr. Rom.in
Auth.Praterea num.16. & ibidem Alex.nu.13.Dec.
num.10.C.Vndè vir, & Vxor Simon de Pret. de In-
terpret.vltim.volunt.lib.4.dub.6.num.3.& 4.Malnas.
cons.72. num.25.

Minus ex eo quod Testamentum fuerit antea fa-
ctum, minuitur vis huius præsumptionis, & pro-
hibitionis factæ per Testatorem, quia cum statim
30 ipse cæperit emere Officia, & loca Montium, non
estdicendum, quod incontinenti voluerit mutare
voluntatem, imò cum postea superuiuens per plu-
31 res annos testamentum non mutauerit præsumitur
in eadem voluntate perseuerasse de tempore dictæ
emptionis, ac postea vsque ad mortem, l.Sancimus
C.de Testam. l.fideicomm. §.si rem certam ff. de leg.3.
Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.5.tit.5. nu.6.Me-
noch.lib.6.præsumpt.34. num.23. Et vltimum Testa-
32 mentum vti assumens vires de tempore mortis sē-
per reputatur vltima dispositio, etiam quod alia
post Testamentum in vita Testatoris fuerit subse-
quuta Cels.Hugo cons.120. num.17. & 43. Menoch.
cons.926.num.3. & 29. & fuit dictum in Placentina
Pensionis 17.Iunij 1602.coram bo:me:Corduba, & in
Fauentina legatorum 29. Febr.1636. coram R. P. D.
meo Panzirolo, quæ est in 7. part. Recent. decis.104.
num.7.& 8.

Neque supradicta prohibitio visa fuit posse intel-
ligi de alijs prætentionibus, quas Camillus habere
potuisset ex persona matris in bonis, & hæreditate
Testatoris, vt ponderatum fuit in decis.1.coram eo-
dem R.meo Dunozetto. Quia Camillus nec istam,
nec aliam similem prætentionem habere poterat,
33 de qua d. prohibitio posset intelligi, cum ipse om-
nibus prædictis prætentionibus antea renunciasset
acceptando legatum scutorum 5000. quod Ioseph
Iustinianus Auus illi fecerat, cum hoc, quod pro
omni, & quocumque suo Iure ex eius hæreditate
nil aliud prætendere posset, vt patet ex quietantia
Summ. num. 3. exhibita de nouo in hac secunda in-
stantia, non sollum quia acceptatio legati huius-
34 modi onus continentis de per se operatur vt cen-
seatur renunciasse omnibus hisce prætentionibus,
per Text. clarum in cap. Officij de Testam. Nàm ac-
35 ceptans legatum intelligitur illud acceptare cum
onere suo, & cum omnibus suis qualitatibus l.Im-
perator §.si centum,& l.Titia cum testam.§.qui in vi-
ta, & ibi gloss.in verbo petitione ff.de leg.2. Dec.cons.
299.num.13.Ruin,cons.79. num. 20.lib.2. Soce. Iun.
cons.173. num.3.lib.2. Natta cons 186. num.1. Surd.
cons.7. sub num.5. sed etiam quia Camillus expresè
renunciauit omnibus dictis prætentionibus, & fecit
36 hæredi quietantiam finalem, quæ operatur plus
quam simplex agnitio legati,vt aduertit Castr.cons.
cons.73.num.2.vers. sed agnoscent, & cons.266.n.2.
vers.posito autem lib.1.

Nec satisfacit quod eadem prohibitio non impe-
diuerit Testatorem, quominus potuerit donare
37 etiam Officia, & loca montium, siue eorum præ-
tium prout habetur in d.2.dec. D.mei Dunoz. Quia
in præsenti casu non controuertitur potestas,sed di-
citur nullibi apparere quod vltra legata scutorum
50000. voluerit donare Officia, & loca montium
quinimò ex prohibitione, alijsque supra deductis,&
infra deducendis contrarium conuinci.

Nec subsistit in facto hæredem potuisse statim se-
quuto obitu Testatoris soluere legatum mediante
venditione locorum Montium. In Testamento enim
expresè legitur Testatorem præcepisse hæredi vt
inter alia poneret in Sacro Montis Pietatis fructus
maturatos, & maturandos locorum Montium,
Censuum, & aliorum bonorum hæreditariorum ad
effectum vt ex eis soluerentur debita Testatoris, &
& postea legatum Camillo, subdens postea quod si
debita solui non potuissent ex dictis fructibus pos-
set hæres pro eorum solutione imponere Census,
38 vel tot loca Montium alienare, Vndè clarè patet
facultatem alienandi fuisse restrictam ad solutionē
Creditorum,qui non tenentur expectare solutionem
minutatim ex fructibus l.1.& toc.tit.C.debit.vendit.
pign.imped.non poss. Natta cons.145.nu.22.cum alijs
relatis per Fusar.de substit.quæst.541. nu.9. nec posse
39 extendi ad solutionem legati, quod vti debitum
voluntarium prætendi non poterat nisi ex fructibus
iuxta præceptum Testatoris, qui potuit in eo quā-
cumque legem apponere, vt declarat Bart.in l.Ne-
mo potest ff.de leg.1. Vasq.de success. creat. lib.1. §.9.
num 8.Surd.decis.28. num.9. & fuit dictum in Meli-
ten.hæreditatis 6.Febr. 1640. coram R.P.D. meo Ve-
rospio in fine.

40 Minus obstat quod res simplicitèr pro alio ac-
quisita censeatur donata l. donari ff.de reg.Iur. quod
procedere etiam in Officijs, & locis Montium em-
41 ptis cum decreto ad fauorem alterius firmauit,
Thesaur.Iun.quæst.form. lib.1.quæst.52.nu.4.& seqq.
& Rota coram Card.Seraphin. decis.16303.num.3.&
coram bo:me: Buratt.decis.863. num.6.cum alijs ad-
ductis in 2.dec. Quoniam vltra quod in dictis deci-
42 sionibus agebatur tantummodò de interpetranda
emptione Officij cum reseruatione decreti ad fauo-
rem Tertij non autem de duplicatione legati aut al-
terius dispositionis, nec præcedebat legatum, &
43 contrarium fuit resolutum respectu prætij, & æsti-
mationis in d. Romana seù Bonon. Pretij Clericatus
Cammeræ coram R.P.D. meo Merlino, & in eadem 1.
Decembr.1627.coram bo:me: Coccino. Respondetur
44 prædicta procedere, quando nulla alia præcedit
causa, & appositio decreti ad fauorem alterius re-
maneret inutilis, vt ponderatum fuit in Rom. Scri-
ptoriæ 5.Iunij 1609. coram Cardinali Marcomontio,
impress. apud Grat.disc. for. cap.221. num. 14. secùs
autem quando præcessit causa legati, tunc enim
45 Acquisitio, & decreti reseruatio præsumuntur po-
tiùs factæ in satisfactionem præcedentis legati,quā
animo illud duplicandi, vt in his terminis ad l. do-
nari specialiter respondet Vasq: de success. creat.lib.2.
§.17.requisit.28.num.112.in fine Surd.cons.14 nu.10.
vers.Non etiam Camil.Medic.cons.99.num:17.Prçte-
rea,& duob.seqq. Quando enim præcedit legatum
46 traditio subsequens, vel assignatio licèt de sui na-
47 tura habeat vim donationis, non tamèn habet vim
noui tituli seu duplicationis legati, sed solùm exe-
quutionem præcedentis dispositionis, vt aduertunt
Gomez.var.resol. lib.1.cap.12.num.4.vers.si verò Te-
stator Couar.in 2.par.rubr.de Testam. in fine vers.bis
omnibus Surd.cons.320.num.6. Marescott.var.resolut.
lib.1.cap.58.num.24.vers. Postremo. Et censetur so-
48 lùm additus nouus Titulus præcedenti legato, vt
legatarius celerius, & efficacius illud consequatur
Aym.in rubr.ff.de leg.1. num. 167. & 169. circa fin.
vers.Vt celerius Surd.cons.14.nu.5. Gratian. discept.
for.cap.910.num.8. Afflict.dec.275.nu.3.& 4.

Nec releuat quod sequens dispositio tunc censea-
tur facta in executionem pręcedentis,quando causa
49 pro qua præcessit legatum non recipit duplicatio-
nem, secus autem quando causa duplicationem
recipit, & est multiplicabilis, quia tunc vtraque
suum debet sortire effectum, vt respondendo ad l.
libertis 18.ff.de Alim.& Cib.legat. tradunt Salic.Ca-
50 str. & alij allegati in d.1. dec. fuit enim responsum
in

50 in hac materia duplicationis legati attendi quidem
causam, & an illa sit multiplicabilis quando est ex-
pressa iuxta terminos *d.l.libertis*, vel quando secun-
da dispositio potest referri ad causam necessariam,
51 *vt in d.san:mem:Greg.XV.236. num.* 2. Secus verò
quando in legato non est expressa aliqua causa, ne-
que potest assignari causa necessaria in secunda di-
52 spositione, vt in hoc casu. Nam tunc fieri debet
imputatio in præcedens legatum, dum non proba-
tur voluntas duplicandi, vt supra firmatum, alias
darentur duæ causæ lucratiuæ, quæ non sunt admit-
tendę, *vt in ead.dec. Gregor.236. numer.* 7. expressè
firmatur.

Et ex his patet non applicari *Textum in d.l.quin-
quaginta ff.de probat.* in quo principaliter fundantur
decisiones in hac causa factæ. Primo quia illa pro-
cedit in duobus legatis, quorum vtrumque soluen-
53 dum erat eodem tempore, & quorum alterum esset
inane, nisi speraretur duplicatio, vt patet ex eo-
dem Textu vbi deciditur duplicatum censeri, quia
54 vna dispositio remaneret varia, & inutilis, ac pro-
indè non applicatur præsenti casui, in quo emptio
Officiorum, & Locorum Montium cum reseruatio-
ne decreti ad fauorem Legatarij sequnto obitu Te-
statoris notabililiter accelerat solutionem Legati.
55 Vbi enim secunda dispositio non remanet super-
flua non intrat *d.l.quinquaginta*, sed præsumitur fa-
56 cta in exequutionem, & satisfactionem præceden-
tis legati, vt declarant *Imol. in l. huiusmodi §. Cum
Pater sub num.2.vers.Si verò legat quantitatem, &
ibidem Alex. num.4. vers. Tertius est articulus Ias.
num.17.vers.Sed ego clarius ff.de leg.1. Fulgos.in l.fi-
lia legatorum num.1.vers.Et est ratio C.delegat.Alex.
in l.Triticum num.7. ff.de verb.oblig.* & hoc idem
admisit *Rota in Placentina Pecuniaria 14. Maij 1632
coram R.P.D. meo Verospio, quæ est decis.132. nu.22.
cum seqq. par.6.rec.*

Secundo quia loquitur in duobus legatis factis in
duabus dispositionibus distinctis, & separatis, ideo-
que non debet procedere in casu nostro; in quo vt
supra ostensum est, vnicum tantum legatum repe-
ritur expresse factum, & decretum appositum cen-
setur in emptione Officiorum, & locorũ montium
57 pro acceleranda legati satisfactione, ratio enim
dictæ l. non sistit in eo quod adsint duæ scripturæ,
sed in eo quod adsint duæ certæ dispositiones inter
se distinctæ, & separatæ eodem tempore exequutio-
ni demandandæ, vt declarat, *Fulgos.in d.l. Quin-
quaginta num.1.* ibi non ergo Scripturarum, sed di-
spositionum pluralitas, & *Florian.d. S.Petro num.2.
vers.Item nota quod vbi duæ Scripturę.*

Neque releuare visæ sunt aliæ coniecturæ in con-
trarium deductæ ad præsumendam duplicationem
legati. Nam illa deducta ex coniunctione sangui-
nis, & affectione, qua Testator prosequebatur Ca-
millum Legatarium, nullius est roboris, sola enim
58 affectio, & coniunctio sanguinis non sufficit ad
præsumendam donationem nisi inter filios, *Rota
dec.262.num.6. par.1. diuers. & coram Card. Caual.
decis.635.num.2.* nec de coniunctione sanguinis est
59 habenda ratio ad effectum interpræatandi disposi-
tionem contra hæredem, vt in fortioribus terminis
de filia notant *DD. in d. l. filia legatorum vbi Al-
beric.num.2.C.delegat.* præsertim quando agitur de
60 grauando hærede duplici præstatione, hoc enim
Testator non præsumitur voluisse etiam vbi concur-
rit fauor sanguinis, & filiationis *l. Titia cum Testa-
mento §. Qui in vita ante fin. & l.huiusmodi §. Cum
Pater, & ibi Ias.num.2.ff.deleg.1.in princ.& §. Vlt.
& in l.penult.ff.de Dot.pręleg. Cuman. cons. 134. sub
num.1.Crauett.cons.167. num.14.* cum alijs quos re-
fert, & sequitur *Mantic. de Coniect. vltim. volunt.
lib.6.tit.11. num.28.* & hic manifestè conuincitur,
quod coniunctio sanguinis, & affectio non impulit
Testatorem ad relinquendum Cammillo vltra dicta
scuta 50. mill. cum ipse Testator post exageratam
61 suam sanguinis coniunctionem, & affectionem, le-
gatum ad dictam summã restrinxerit expresse pro-
hibens quod Camillus vltra eam non posset quid-
quam aliud prætendere, neque consequi ex eius hę-
62 reditate, ex quibus patet quantum in eo operata
fuerit coniunctio sanguinis, & affectio.

Alia deducta ex pregnantia verborum quibus Te-
stator præcepit vt legatum solueretur absque aliqua
diminutione, & ex eo quod in alio legato facto
63 Mauritio Iustiniano expresse declarauerit adeptum
intelligi certo eueniente casu, quod verisimiliter
etiam expressisset in legato de quo agitur, si de il-
lius ademptione aut diminutione in aliquo casu co-
gitasset, tollitur vnica responsione. Quia Marchio
64 hæres non negat soluere legatum, neque contendit
probare, quod Testator emendo loca montium re-
uocauerit, vel minuerit legatum, ad quod præsu-
mendum opus esset, vel declaratione Testatoris, vel
coniecturis id efficaciter importantibus, sed solum
65 dicit, quod per emptionem Officiorum, & locorum
montium præuenit hæredem in solutione legati;
quod non est adimere, seu minuere, sed legatum v-
tiliter, & pinguiùs implere, vt supra fuit ostensum.

Prout etiam alia elicita ex diuersitate onerum, &
conditionum vtriusque dispositionis non subsistit in
facto, quod enim Testator reseruauerit officia, & lo-
ca montium ad fauorem Camilli statim sequuto o-
bitu ipsius Testatoris cum onere soluendi pluribus
personis earum vita durante annua scuta 700. nulli-
66 bi iustificatur, nec prætensa declaratio Camilli suf-
fragatur, quia fundatur in simplici notula continen-
te incertam adnotationem, quæ non probat *l. In-
strumenta domestica C.de probat.* & quatenus etiam
dictum onus probaretur, non est perpetuum, sed
temporaneum finiendum cum vita eorum quibus
debent solui dicta annua scuta 700. & debet solui
ex fructibus. Vnde legatum per illud non potest
dici diminutum. Et demum cum Testator median-
te emptione officiorum, & locorum montium ac-
67 celerauerit præstationem legati; quod minutatim,
& post plures annos erat soluendum cum magno
incommodo legatarij, & insuper præparauerit pe-
cunias fructiferas, videtur hoc onus apposuisse
quasi voluerit cum eo compensari commodum hu-
ius acceleratæ solutionis, & fructuum ex pecunijs
præparatis percipiendorum ad tradita per *Alex.
cons.12.num.15. vers. Non obstat vltimum vsque ad
num.16.lib.2.* Et in omnem casum neque ex prædi-
68 cta declaratione, neque aliundè probatur dictum
onus fuisse potius appositum correspectiuè ad em-
ptionem officiorum, & locorum montium, quam
ad integrum legatum tàm notabilis quantitatis.
prout est magis verisimile.

Altera desumpta ex incerto euentu, cui dicta
officia, & loca montium subijciebantur vti empta
per Testatorem sub periculo vitæ plurium persona-
rum, & acquisita legatario sub conditione quatenus
ipse Marchio Vincentius non disposuisset, nullius
videtur efficaciæ. Nam vltra quod etiam legatum
erat reuocabile. In omnem euentum legatarius sem-
per, & omni casu vbi officiorum, & locorum mon-
tium vacatio contigisset fuisset consequutus integrã
summam scutorum 50.mil.sibi legatam, & vacatio
69 cessisset damno ipsius Testatoris tantum. Quo verò
ad

ad acquisitionem conditionalem placuit responsio, quod in isto casu conditio non est suspensiua, sed resolutiua in casu dispositionis, vt fuit dictum in *Romana Scriptoriæ coram Card. Marcemontio impress. apud Grat. disc. forens. d. cap. 22c. num. 16. & 17. cum seqq.* Ideoque cum Testator de eis non disposuerit, & sic conditio euanuerit, acquisitio perinde habetur, ac si fuisset pura, ex vulgari regula quod puri, & purificati idem est iudicium *l. final. §. primo ff. de vulg. l. si pupillus in fine ff. de condit. Instit. Dec. cons. 551. num. 7. Soccin. Iun. cons. 69. num. 4. lib. 3. Tiraquell. de retract. Lignag. §. primo gloss. 2. num. 27. Rota coram bon: mem: Buratt. dec. 842. num. 50.* & de legato
71 sub conditione iam purificata ad effectum compensationis tradit, *Hond. cons. 50. nu. 35. libr. 2. Grat. disc. for. cap. 274. num. 17.*

Quod demum Testator toto tempore, quo superuixit post conditum Testamentum, & subsequutam emptionem officiorum, & locorum montium num-
72 quam declarauerit se ademisse, vel minuisse legatum præcedens, ex quo infert vtraque decisio præsumi quod continuauerit in eadem voluntate vsque ad obitum, visum fuit nihil releuare, imò potiùs retorqueri; quia cum Testator expressè dixerit legatarium nihil aliud consequi debere ex sua hæreditate nisi scuta 50000. & emendo prædicta officia
73 non declarauerit velle augere aut duplicare legatum, quod tamen facilè declarare potuisset præsumitur in eadem voluntate continuare, sicque officia, & loca montium emisse eo animo vt pro concurrenti quantitate cederent in solutionem legati, alias legatarius vltra 50000. consequeretur alia scuta 36000. contra expressam voluntatē Testatoris.

Et ex his rationes, & fundamenta pro imputatione officiorum, & locorum Montium in satisfactionem legati, seu pro exclusione duplicationis, visa fuerunt Dominis adeo certa, & comprobata, vt coniecturæ, & alia in contrarium adducta non sint alicuius ponderis, & momenti, quinimò benè tollantur tam ex supradictis quam ex alijs pro D. Marchione Andrea allegatis, & facit quod vbi agitur de
74 duplicatione legati ad effectum euitandi pluralitatem dispositionum sufficit quælibet leuis coniectura, *Fulgos. in d. l. quinquaginta circa fin. vers. Arbitrio Iudicis ff. de probat. Bald. cons. 163. num. 4. vers. Quod habita ista coniectura lib. 5. Grat. discept. forens. cap. 327*
75 *num. 4.* Imò sufficit causam coniecturari posse *Surd. cons. 119. num. 16. vers. sufficit namque secundum eos:*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

LAVDEN. CAPPELLANIÆ.

Mercurij 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ cum mandato de subrogando super iure Patronatus obtentæ cum clausula verificato in primis coram loci Ordinario Iurepatronatus, non sunt exequendæ etiam via ordinaria, vbi coram Ordinario non fuit de Iurepatronatus cognitum, etiamsi de eodem iustificatio fuerit facta in Rota coram causæ Ponente, prout neque sunt via ordinaria exequendæ vbi in totum non apparent iustificatæ.

S V M M A R I V M.

1 *Executor litterarum Apostolicarum in materia Iurispatronatus est subordinatus Ordinario, & coram eo fieri debet iustificatio iurispatronatus, nisi aliter fuerit prouisum in litteris.*
2 *Iuspatronatus interest Ecclesiæ cognosci ab Ordinario, vt possit pro illius libertate Promotor Fiscalis assistere, atque citari.*
3 *Litteræ Apostolicæ vbi non sunt iustificatæ nulla via sunt exequendæ.*
4 *Litem si sciuisset Papa non fuisse continuatam gratiam difficilius concessisset.*
5 *Lites suscitare non est intentio Papæ, sed illarum succedere anfractus.*
6 *Procurator constitutus ad præsentandū duos cumulatiuè non potest alterum eorum prætermittere.*
7 *Gratificatio ab vno ex præsentatis obuenta eidem suffragatur stante paritate vocum.*
8 *Publicatio non habet locum, quando cessio fit ad fauorem possessoris.*
9 *Supplicatio in forma gratiosa consumit vacationem etiam si litteræ non sint expeditæ.*
10 *Supplicatio probat, etiam sine litteris, vbi non agitur de canonizatione gratiæ, et suffragatur ad excludendum Actorem.*
11 *Præsertim vbi supplicans reperitur in possessione.*
12 *Titulus præsumitur per lapsum decennij, vbi lis non fuit continuata, sed habita pro derelicta.*
13 *Vacatio stante lite derelicta, & subsequuta possessione spatio triennij excluditur, et prouisus dicitur tutus ab omni molestia.*

DECISIO XXXVII.

Prosequendo disputationem super reseruatis prima Februarij præteriti, in qua fuit resolutum litteras Apostolicas ad fauorem Villanouæ via executiua non esse exequendas, proposui hodie dubium, an sint exequendæ via ordinaria, & Domini negatiuè responderunt, quia cum Papa narrata lite in Rota cessionem Iurium ad fauorem dicti Villanouæ factam per Calixtum Corradum admiserit cum restrictiua, verificato in primis, & ante omnia coram loci ordinario, quod Iuspatronatus ex dotatione, & fundatione existit, non sufficit verificatio firmata in Rota coram bon: mem: Cardinali Caualerio *decis. 362.* Sed produci debet in Rota coram Me noua verificatio in executionem harum litterarum facta coram Ordinario, vt firmauit *Rota in Aprutina, seu Asculona Iurispatronatus 19. Ianuarij 1618. coram bon: mem: Card. Sacrato.*

1 Ratio est quia in his gratijs Apostolicis executor litterarum est subordinatus Ordinario, qui propterea debeat cognoscere super verificatione Iurispatronatus, eaque postmodum coram executore producta super alijs narratis cognoscitur, vt passim seruatur in praxi, & refert *Viuian. de Iurepatr. libr. 13. cap. 8. num. 12. & seq.*

Et quando Papa verificationem vult fieri in Rota, seu coram alio executore, vel eidem specialiter committit, *vt in decis. 251. sub nu. 2. in principio vers. per clausulam verificato prius coram Te d. Iurepatr. par. 2. recent.* Vel simpliciter, & generaliter mandat Iuspatronatus verificari, vt in *decis. Buratt. 178. num. 1.* Quod tamen non ità facilè concedi solet,
2 quia interest Ecclesiæ cognosci ab Ordinario, vt possit pro illius libertate Promotor fiscalis assistere, atque citari *iuxt. decis. Scraph. 1395. num. 7. vers. nec fuit citatus, Rota in recentior. decis. 197. numer. 54. part. 5.*
3 Præterea cum dictæ litteræ Apostolicæ non sint iustificatæ nulla via sunt exequendæ *DD. in cap. 1. de lit. contest. in 6. Cas. de Graff. d. c. 2. de probat. Rota in recent. dec. 251. num. 2. par. 2. & decis. 27. num. 2. & 3. & dec. 166. num. 1. pat. 6. Buratt. decis. 942. num. 1. & saepe in alijs.*

Narratur enim litem in Rota fuisse continuatam, & indecisam pendere, quod est iustificandum, quia
4 Papa si sciuisset litem non fuisse continuatam difficilius cessionem admisisset, cum eius intentionis sit

5 non suscitare lites, sed illarum succedere anfractus
iuxta notata in *cap. finem litibus de Dol. & Contum.*
& disponitur *in reg. Cancell. 29. de subrogan. litigan.*
vbi Sarn. Mandos. & cæteri scribentes.

Et quamuis ex narratiua Abbatis in commissione mihi directa probetur litem pendere, non tamen verificatur alia qualitas continuationis, imò penitus excluditur dum ex reuolutione actorum apparet ab anno 1619. vsque ad annum 1640. nihil actum fuisse in causa, vnde infertur stantibus decisionibus *coram Card. Caual. 436. & 519.* in quibus fuit decisum Cappellaniam non esse adiudicandam Calixto, litem fuisse habitam pro derelicta, vt firmatur *in d. prima decis.*

Alia narratiua quod Calixtus fuerit intra legitima tempora præsentatus à maiori parte, vel saltem
mediate Patronorum non solum non iustificatur,
sed contrarium firmatur *in d. decis. coram Card. Caual.*
436. num. 2. vers. Accedebat; Nec Instrumentum procuræ in persona Fabritij de Corradis hodiè exhibitú potest suffragari, quia cum in eo essent cumulati-
6 ue nominati Calixtus, & Mediceus, non poterat
Procurator excedendo fines mandati solum Calixtum præsentare *cap. cum venissent vbi Bald. n. 3. vers.*
Item noto de eo qui mittit in possess. Paris. cons. 47. art.
17. num. 3. Barbos. de offic. & potest. Epist. alleg. 72. nu.
157. vers. nisi d. Procurator.

Minus iustificatur narratiua quod Cappellania
adhuc vacet, vt prius, prout esse iustificandum latè
firmauit *Rota in Conchen. Præstimonij 27. Nouembris*
1637 coram R.P.D. meo Carillo, sed potiùs constat
omnem vacationem fuisse consumptam ex duplici
capite; Primo quia D. Abbas vltra prouisionem
tamquam de libero obtinuit cessionem à Medicco
7 in forma gratiosa cum gratificatione oportuna, quæ
suffragatur stante paritate vocum in decisione Caualerij firmata, *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 4. nu. 53.*
Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 85. Mantic. decis. 248.
in fine Rota in Lucana Iurispatronatus 25. Iunij 1638
coram R.P.D. meo Carillo.

Quod procedit etiam si D. Abbas non doceret de
publicatione cessionis, quia publicatio non habet
8 locum quando cessio fit ad fauorem possessoris, vt
fuit firmatum *in prima decis.* ac vlterius procedit
etiamsi D. Abbas litteras Apostolicas non expedi-
9 uisset, quia sola supplicatio in forma gratiosa consumit vacationem *Cassador. decis. 2. de caus. possess. &*
propriet. Garz. de benef. par. 4. cap. 2. num. 11. Rota in
rec. decis. 92. num. 8. par. 6. & in d. Conchen. Præstimonij
coram R.P.D. meo Carillo, & suffragatur ad exclu-
10 dendum Villanouam actorem, *Garz. vbi proximè*
num. 23. et 24. Rota in rec. decis. 649. num. 5. par. 1. coram Papo Greg. decis. 540. num. 6. Buratt. decis. 775.
num. 3. & in Illerden. Canonicatus 19. Aprilis 1624.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, præsertim cum
11 D. Abbas ante cessionem in possessione existeret iuxta *decis. 205. num. 3. par. 1. diu.*

Secundo excluditur vacatio, quia cum lis spatio
12 tanti temporis non fuerit continuata, sed habita pro
derelicta per lapsum decennij præsumitur titulus,
Sarn. super reg. de trien. quæst. 26. vers. Sed aduertendum
est, & ibi Cocchier. nu 86. Rota in Legionen. Præstimoniorum 20. Iunij 1594. coram Card. Pamphilio, et in
Regien. Iurispatronatus 21. Maij, et 6. Iunij 1625. coram bon. mem. Vbaldo Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 53.
nu. 32. & stante possessione subsequuta spatio Trien-
13 nij D. Abbas dicitur tutus ab omni molestia, ac penès illum præsumitur omne ius, ac verus titulus vacationem præcedentem consumens *Sarn. d. regul. de*
Trien. quæst. 24. num. 7. et quæst. 26. num. 7. Lotter. de re benef. d. quæst. 53. num. 31. etiam contra Præsentatum *Sarn super d. regul. quæst. 9. Rebuff. super regul. de annal. gloss. 3. in principio, et ibi Mandos. quæst. 18. Sanchez. cons. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 29. num. 18.*

Plura alia narrata non sunt iustificata, prout sigillatim ponderabant informantes pro Domino Abbate, cum quibus Domini transierunt.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SEPARATIONIS DOTIS.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Ad effectum, vt sit locus Iuramento in litem de necessitate requiritur, quod res pro qua petitur deferri sit debita, & de hoc constare debet legitimè. Insuper exguntur duo copulatiuè, nempè dolus ex parte eius contra quem defertur, & difficultas probationis ex parte illius, cui defertur ex dolo causata; dolus autem debet esse verus non autem præsumptus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem, vt locum habere possit necessarium est probare rem, super qua petitur iuramentum esse de iure debitum.*

2 *Dictio oltre indicat separationem, & exclusionem vnius rei ab alia, etiam sub dispositione eadem contenta.*

3 *Legato facto de centum vltro dotem huiusmodi verba indicant illa centum non esse computanda in dotem.*

4 *Acconcium datum inæstimatum, & absque vlla taxatione valoris non restituitur vxori soluto matrimonio, nisi quotenùs extet, & eo modo quo reperitur, & num. 13.*

5 *Inuentarium ab herede confectum probat bona in eo non descripta non fuisse in hereditate reperta, vbi agitur contra ipsum heredem.*

6 *Appannamenta in acconcium data præsumuntur cōsumpta, si matrimonium per spatium annorum viginti durauit.*

7 *Amplio quia sufficit solus lapsus decennij.*

8 *Gemmæ, & mobilia solidioris materiæ præsumuntur durare vltra decennium.*

9 *Gemmæ, & alia huiusmodi generis solent gestari per vxorem ornatus gratia.*

10 *Gemmæ, & res similes solent penès vxorē asseruari, & custodiri.*

11 *Maritus si se obligauit dotem restituere, omniaq; in Instrumento dotali comprehensa, eique consignata etiam de acconcio intellexisse præsumitur.*

12 *Intellige conclusionē procedere vbi agitur de acconcio æstimato, & in dotem comprehenso, secus si illud fuerit datum absque vlla expressione valoris, & num. 13.*

13 *Acconcium datum æstimatum assumit naturam dotis, & cum illa venit restituendum, siue extet, siue non, secus si inæstimatum, & supra num. 12.*

14 *Prouisio hominis facta per pactum, vel stipulationem nunquam censetur facta animo nouandi dispositionem legis.*

15 *Obligatio restituendi totam dotem intelligitur, prout de iure in casu scilicet, quod tota debeat restitui.*

16 *Iuramento in litem, vt locus esse possit duo copulatiuè requiruntur, nempè dolus illius contra quem defertur, & difficultas probationis ex dicto dolo causata.*

17 *Dolus regulariter non præsumitur.*

18 *Dolus probari debet ab allegante clarissimis probationibus.*

19 *Dolus vbi requiritur probari debet dolus verus non præsumptus.*

20 *Iuramentum in litem duo unu potest continere specialia, nempè quod actori credatur in propria causa, & quod dolus rei conuenti præsumatur, ac proindè dolus verus non præsumptus probari debet, ibid.*

21 *Maritus omittens æstimare acconcium sibi traditum an in dolo fuisse dicatur?*

Iuramentum in litem requirit dolum in committendo, nec sufficit illud in omittendo fuisse commissum, num. 21.

22 *Difficultas probationis ad hoc vt locus esse possit iuramento in litem debet esse causata ex dolo rei, contra quem petitur iuramentum.*

23 *Iuramento in litem, vt locus esse non possit, quælibet causa sufficit, etiam minima, quæ tollat suspicionem doli.*

24 *Iuramentum in litem non competit contra heredes post obitum dolosi, & num. 26.*

25 *Intellige vbi lis non fuit cum defuncto contestata alias secus.*

DECISIO XXXVIII.

VIctoria de Fabijs vltra dotem constitutam Catherinæ filiæ nuptui traditæ Io: Francisco Formicino eidem consignauit acconcium, consistens partim in lineis, & partim in sericis appannamentis, necnon in torque aureo, ac flore margharitis contexto, & in alijs mobilibus descriptis in notula in Instrumento dotali inserta, quam dotem, & alia in dicto Instrumento expressa, & consignata in euẽtum restitutionis Io: Franciscus sub obligatione Camerali restituere promisit.

Defuncto Ioanne Francisco de anno 1623. Catherina illius Vxor, & hæres præter dotem, & quartum dotale ab ea superlucratum ob prædecessum coniugis, necnon medietatem alterius quarti dotalis, quam Victoria Catherinæ mater superlucrata fuerat per obitum Iacobi de Fabijs sui viri, dictoque Io: Francisco pro augumento dotali Catherinæ filiæ post ipsius mortem consignari mandauerit, quorum separationis iudicium introduxerat aduersus Societatem SS. Annuntiatæ de Vrbe hæredem substitutam, vt apparet ex decisionibus in hac causa factis *die 23. Ianuary 1638. coram bon: mem: Buccabella, & & coram me sub die 4. Iuly 1640.* Prætendebat vlterius esse sibi restituendum acconcium, & loco illius cum amplius non extet, æstimationem, ad quam probandam duo Periti de ordine Rotæ fuerunt electi, qui per comparationem, ostensis priùs Catherinę pluribus, ac diuersis gemmarum, & appannamẽtorum speciebus, eique delato iuramento, quod res per ipsos æstimandæ essent similes, & omninò coæquales à se traditis, retulerunt valorem Torquis ascendere ad scuta 27. Appannamentorum, & aliorum mobilium ad scuta 172. *vt in Summ. Catharinæ num. 1. & 2.* super quibus cum Catherina instaret sibi deferri iuramentum in litem contra hæreditatem dicti eius Viri dubitaui an esset locus delationi huius iuramenti, & DD. negatiuè responderunt ex triplici capite.

Primo quia in necessarium antecedens huius iudicij semper præsupponitur quod res pro qua peti-
1 tur deferri iuramentum in litem, sit debita, & de hoc debet legitimè constare, absque eo quod petens iuramentum exceptione remoueri possit, vt optimè probat *Text. in l. n possidentibus C. de rei vendic.* & ibi notat *gloss. in verbo impleueritis, & in verbo intentionem, & Odofred. in princ. & Doct. Comm. & in l. Qui restituere ff. eod.* Hic autem non solùm deficit probatio quod huiusmodi acconcium sit debitum Catherinæ, sed immò verius est non deberi, quia
cum illud fuerit datum distinctum, & separatum a
dote, vt apparet ex notula, & Instrumento, ibi *Ol-*
2 *tre alla detta dote*, ponderando dictionem *oltre*, quæ
de sui natura indicat separationem, & exclusionem
vnius ab alio etiam sub eadem dispositione contento *l. si ita legatum 68. ff. de leg. 1. Dec. in l. Actione n. 9.*
vers. Et illa verba C. de Transact. vbi in proposito
3 ait quod in legato centum vltra dotem, huiusmodi
verba dicuntur apposita ad ostendendum, quod illa
centum non debent computari in dotem *Cæs. Manent. dec. 4. num. 17.* & fuit dictum *in Mutinen. Dotis*
16. Ianuary 1641. vers. Præterea valdè Domini coram
R. P. D. meo Panzirolo, & inæstimatum vt patet ex
notula, vbi corpora mobilium exprimuntur absque
vlla taxatione valoris, vtique non potest dici debitum, & restituendum Catherinæ cum ampliùs non
extet, & vsu consumptum sit, quia acconcium hoc
4 modo consignatum non est debitum, nec restituitur
vxori soluto matrimonio, nisi quatenùs extet, &
eo modo quo reperitur, & si vsu consumptum sit,
illius consumptio cedit periculo vxoris, *Text. est ad*
litteram in l. plerumque in princ. ff. de Iur. dot. & tradunt *Bald. in l. de his 17. C. de donat. inter vir. & vxor.*
Alex. in l. æstimata ff. sol. matr. Socc. Sen. cons. 122. num.
5. lib. 3. Fran. Cremen. singul. 142. num. 1. Chassan. in
consuet. Burgund. rubr. 4. §. 24. num. 8. & 9. col. mihi
801. Ferrer. in addit. ad Guidopap. decis. 468. in fine
Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 6. gloss. prima
par. 7. num. 13. & seqq.

Quod autem dictum acconcium hodiè non extet
nec fuerit repertum in hæreditate Io: Francisci probatur non solùm ex Inuentario bonorum hæreditariorum ipsius confecto ab eadem Catherina, in quo
5 descriptum non legitur, quod plenè probat inexistentiam contra ipsam *l. final. §. licentia dand. C. de Iur.*
deliber. cum alijs relatis *per Reuerendiss. Vrgellen.*
dec. 212. nu. 2. Sed etiam præsumptione Iuris, quia
cum acconcium consisteret partim in vestibus, &
appannamentis, partim in auro, & gemmis, vt dictum est, & matrimonium durauerit supra 20. an-
6 nos, vestes, & appannamenta præsumontur intra
dictum tempus vsu consumpta *iuxta Theoric. Bartol. in l quoad præsens nu. 3. C. de Murileg.* immò ad
7 ad hunc effectum sufficeret lapsus decennij, vt latè
firmauit *Rota in his terminis in Anconitana Dotis 4.*
Iuly 1640. vers. Secundo verò, & 19. Aprilis 1641.
vers. Sed vtrumque obiectum coram me. Gemmæ ve-
8 rò, & alia solidioris materiæ licet longiori tempore præsumantur durare, vt aduertunt *Cyriac. contr.*
for. cap. 16. num. 2. et 3. & alij allegati *in d. Anconitana Dotis 19. Aprilis vers. Secundũ dec. fundamentum,*
Tamen cum sint res quæ venustatis, & ornatus
9 gratia solent gestari per vxorem iuxta *Text. in l.*
quamuis ibi, *Quibus vti Mulieres venustatis, et ornatus causa ceperunt ff. de aur. et arg. leg.* Præsu-
10 sumuntur remansisse apud vxorem penes quam solent asseruari, quæ propterea, & non maritus de illis tenetur reddere rationem *gloss. in l. si ego Dotis*
autem in verbo commisse ff. de Iur. Dot. & ita fuisse
decisum à Senatu Cathaloniæ testatur *Fontanella de*
pactis nuptial. tom. 2. claus. 6. glos. 2. par. 5. num. 16.
cuius decisionem approbauit etiam Rota nostra
coram *bon. mem. Mosmanno dec. 225. num. 15. et 16.*
part. 6. recentior.

Non obstat quod Io: Franciscus se obligauerit ad restitutionem dotis cum omnibus in Instrumento expressis, & consignatis, *vt Summ. Catherinæ, nu. 3.* ac proinde non obstante dicta præsumptione consumptionis, ipsa nihilominus vigore dictę obligationis Io: Francisci possit agere pro liquidando va-

lore aceoncij quod fuit in Instrumento expressum, & consignatum, & recipere sui crediti æstimationem vt videtur sensisse *Rota in Romano Tutelæ 11. May 1612. coram Eminentissimo Card. Pamphilio confirmato 27. Maij 1639. coram R.P.D. meo Dunozetto*, quia responsum fuit dd. decisiones firmantes vxori esse hypothecata omnia bona mariti pro restitutione aceoncij esse intelligendas prout illæ loquuntur de
12 acconcio æstimato comprehenso in Dote, & simul cum ea restituendum est siue extet, siue non extet iuxta declarationem *Rotę coram Card. Seraf. dec. 132. num. 1. et 2. repetitam per Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 80. num 12.* Secùs autem est quando acconcium fuit datum separatum à dote, & inæstimatum, vt in hoc casu, tunc enim, nec naturam dotis assumit, nec
13 à Marito restituendum est, nisi quatenùs extet, & eo modo quo reperitur de tempore restitutionis, vt fuit supra probatum & benè vtrumque casum distinguunt *Paris. cons. 95. num. 15. lib. 2. et Soccin. sen. cons. 289. num. 1. per tot. lib. 2.*

Et in omnem euentum dixerunt Domini huiusmodi promissionem esse intelligendam iuxta dispositionem iuris, & singula singulis congruè referendo, vt scilicet quoad dotem, promissio intelligatur facta simpliciter, quo vero ad acconcium prout de iure, nempè si de tempore restitutionis extaret, &
14 eo modo quo reperiretur, quia prouisio hominis per pactum vel stipulationem numquam censetur facta animo nouandi dispositionem legis descendentem à iure communi *l. 4. §. Ex conuentione ff. de re iudic. Surd. cons. 34. num. 34. & cons. 339. num 24. vers. Quod autem dicebatur cum num. seq.* & in proximis terminis, quod obligatio de tota dote restituenda intelligi debeat in casu in quo de Iure tota
15 debet restitui, & non alias, optimè firmant *Florian. de Sancto Petro in l. Neratius num. 2. & 3. ff. de relig. & sumpt. fun. & Afflict. dec. 339. num. 14.*

Secundo quia ad hoc vt sit locus iuramento in
16 litem duo copulatiuè requiruntur, nempè dolus ex parte eius contra quem defertur, & difficultas probationis ex parte illius, cui defertur, ex dicto dolo causata *Bart. in l. in Actionibus num. 2. ff. de in litem iur. Ias. cons. 111. num. 12. lib. 1. Paul. de Monte Pico cons. 67. num. 7. Purp. cons. 369. num. 44. & seq. par. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 208. num. 1. Rota in Romana redditionis Computorum 14. Maij 1593. coram Litta, & in Romana de Thesauris 18. Martij 1611. coram Eminentiss. Card. Pamphilio, & in Anconitana Pecuniaria, seù Coriorum 21. Iunij 1638. coram bon. me. Coccino, & in eadem 10. Ian. 1639. coram R. P. D. meo Royas.*

Neutrum autem in casu isto concurrere dicebant DD. non primum, quia nihil deducitur, ex quo di-
17 ci possit constare de dolo, & tamen cum regulariter dolus non præsumatur *l. merito ff. pro Soc. l. quoties §. Qui dolo ff. de probat.* esset probandus ab alle-
18 gante perspicuis inditijs *l. dolum C. de dolo Cor. cons. 181. num. 4. ante fin. lib. 4.* Et quidem verus non au-
19 tem præsumptus *Cotta in mem. in verbo Iuramentum in litem*, vbi assignat rationem ne duo specialia concurrant eo loco, quod Actori credatur in pro-
20 pria causa, & quod dolus præsumatur. *Phanuc. de Iuram. in litem par. 2. cap. 2. num. 5.* & fuit dictum in *d. Romana de Thesauris, & in dicto Anconitana Pecuniaria, seu Coriorum coram b. m. Coccino.*

Neque dici potest probari dolum in Io: Francisco ex omissione æstimationis in recuperatione dictorũ bonorum, quia de Iure non tenebatur facere huiusmodi æstimationem, & cum ex iuribus supra deductis teneretur tantummodò restituere eadem bona, quatenus extarent, & in eo statu, quo reperirentur
21 de tempore restitutionis, omissio nullo modo potest dici culpabilis, & in omnem casum fuisset simplex culpa omissionis propter quam non datur iuramentum in litem cum ad huoc effectum requiratur dolus in committendo *Seraph. de priuil. Iuram. priuil. 31. num. 55. vers. Caterum, & num. 56. vers. Cum primo Aymon. cons. 947. num. 3. Menoch. de Arbitr. d. cas. 208. num. 14.*

Minus videbatur concurrere secundum, quia licet acconcium amplius non extet, nec ad oculum demonstrari possit, in quo dicitur consistere difficultas probationis attamen non docetur, quod huius-
22 modi difficultas fuerit causata ex dolo Io: Francisci, prout requiritur, adhoc vt sit locus Iuramento in litem *Purpur. d. cons. 369. num. 45.* & fuit dictum *in dd. Romana redditionis Computorum, & Romana de Thesauris, & alys.*

Immò omnis penitus excluditur dolus, quia cum acconcium quoad mobilia præsumatur vsu consumptum, quo verò ad gemmas, & alia solidioris materiæ præsumatur remansisse penès vxorem, vt fuit dictum, & sic appareat de causis propter quas acconcium desijt extare, diluitur omnis suspicio doli ne sit locus iuramento in litem ad quem effe-
23 ctum sufficit quælibet causa etiam minima *Afflict. dec. 360. nu. 6.* & fuit dictum in *Romana Tutelę de Marco Ossulch. dec. Pedem. 96. num. 5.* Non tamen cõ-
24 petit post obitum dolosi contra hęredem illius qualis est Societas Sanctissimæ Annunciatæ, *l. alio Iure C. de in lit. iurand. Angel. cons. 308. post med. vers. Et mala fides Fulgos. cons. 25. num. 5. in fine vers. Nec rursus Castr. cons. 212. num. 3. lib. 1. Rimin. Sen. cons 442*
25 *num. 22. lib. 3.* Nisi lis fuerit contestata cum defuncto *Ias. in l. in Actionibus nu. 38 ff. de in lit. iurand. Plott. eod. tit. num. 774.*

Et ex his respondetur ad *Seraph. de Priuileg. Iuram. priuil. 31. nu. 103.* in contrarium allegatum dicentem valorem rerum illatarum per vxorem in domo viri probari per iuramentum, quando Maritus de eis rationem reddere recusat, quia loquitur quando agitur cum viro recusante restituere vxori res quas habuit, & propterea applicari non potest,
26 quando agitur cum hærede, vt in casu nostro, qui non recusat illas restituere, sed allegat ex cursu tanti temporis fuisse consumptas, nec de iure ad illarũ restitutionem teneri.

Et ita vtraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur antiquo possessori nulliter, & iniustè per Iudicis sententiam sua possessione priuato: Iudicio per contradictas agitato siue præcedenti citatione personali. Tempus ad appellandum incipit currere à die habitæ notitiæ: Ægidiana Constitutio, quæ Clericos ligandi potestatem non habet, efficit, vt ius Canonicum etiam in iudicijs possessorijs seruetur, secundum quod appellatio ad vtrumque effectum conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ab actore petita arguit possessionem rei connenti.*
2 *Sententia lata contra aliquem, quem illa mandat eijci, et expelli, eius probat possessionem.*
3 *Possessor anterior in concursu posterioris manutenieri debet.*

4 Reo

4 *Reo, & possessori licet per sententiam, & attentatè à sua possessione eiecto competit remedium retinendæ ratione Ciuilis possessionis, & numer. 5. & 14.*

Possessio Ciuilis animo retenta attrahit ad se naturalem. num. 4.

5 *Manutentio conceditur reo possessori etiam aduersus factum Iudicis, qui nulliter, & iniustè procedens illud sua possessione priuauit, num. 4. & 5. & infra, num. 14.*

6 *Citatio personalis requiritur vt per contradictas valeat iudicium agitari.*

7 *Acta vbi sunt releuantia, & ab illis pendet iustitia, vel iniustitia, sententia transportari debent & num. seq.*

Sententia lata non visis omnibus actis dicitur nulla, num. 7. & 10.

9 *Immissio in vim l. f. concedi non potest cessante possessione testatoris, & num. 10.*

10 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est attentata.*

Terminus ad appellandum in iudicio per contradictas agitato non incipit currere nisi à die habitæ notitiæ, num. 11.

11 *Appellatio suspensiua quando fuit actum ex remedio leg. finali non datur siue iure Ciuili inspecto, siue Ægidiana constitutione attenta.*

Possessio potest capi etiam pendente termino ad appellandum vbi non conceditur appellatio suspensiua num. 12.

12 *Sententia vbi est nulla, & iniusta quamuis agatur remedio possessorio recipit appellationem.*

13 *Manutentio competit in iudicio possessorio, vbiquis per sententiam nullam, & iniustam infrà tempus ad appellandum fuit sua possessione priuatus, & super num. 4. cum seq.*

14 *Ægidiana non habet locum quoties in causa adest Clericus.*

15 *Appellatio ad vtrumque effectum conceditur de Iure Canonico etiam in iudicijs possessorijs, n. 15.*

16 *Amplia conclusionem etiam quod agatur remedio* l. fin. C. de adict. d. Adr. tollen.

17 *Possessio capta in vim rei iudicatæ reuocari non potest per viam manutentionis sub prætexta iniustitiæ, nisi illa sit patens, & notoria quæ nullo velamine offuscari possit.*

18 *Intellige conclusionem procedere vbi petitur manutentio primario, & principaliter, ex capite iniustitiæ secus verò si ex capite nullitatis, & attentatorum.*

19 *Clausula* sine præiudicio rei iudicatæ, *licet præseruet facultatem Iudicis, à quo suam exequendi sententiam citra vitium attentatorum.*

Non tamen impedit quin Iudex ad quem comperta deinde nullitate, & iniustitia executionis possit concedere manutentionem ibid.

DECISIO XXXIX.

PRætor Arimini de Anno 1607. tulit sententiam absolutoriam ad fauorem Battaglinorum possessorem vnius petij Terræ, super quo Georgini, & litis consortes petebant Immissionem *ex remed. l. final. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* sub prætextu quod esset suppositum fideicommisso Caroli Mercati ad eorum fauorem purificato, sed causa ad Rotam deuoluta R. P. D. meus Dunozettus dictam sententiam reuocauit, & tulit sententiam pro Immissione ad fauorem Georginorum, quæ ob non interpositam Appellationem fecit transitum in rem iudicatam, & fuit executioni demandata, & eius vigore capta possessio.

Demum de anno 1634. commissa causa Appellationis, & restitutionis in integrum bo: me: Buccabellæ, dubioque desuper proposito, Domini sub die 4. Iunij 1638. dixerunt constare de causis restitutionis in integrum, dictamque resolutionem confirmarunt *sub die 14. Martij* 1640. coram me in locum Buccabellæ suffecto ex rationibus deductis in decisionibus desuper extensis.

In hoc causæ statu Battaglini petierunt mandatum de manutenendo in possessione dicti petij Terræ, Vnde proposui dubium, An esset illis concedendum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Constat siquidem de eorum anteriori possessione
1 non solùm ex iudicio Immissionis intentato per Georginos, ex quo resultat confessio ex parte Actoris quod Reus possideat *Rota in rec. decis. 561. num. 2 par... & coram bo: me: Buratt. decis. 161. num. 4. vbi Add. num. 17.* refest concordantes, & fuit dictum in *Bononien. fideicomm. de Bologninis 17. Martij 1641. coram R. P. D. meo Merlino.* Sed etiam ex sententia per eosdem Georginos obtenta, & executioni
2 demandata cum Clausula eiectis, & expulsis Battaglinis, quæ pariter probat eorum possessionem *Rota coram Buratt. decis. 908. num. 3. & decis. 104. sub num. 4. post Pacific. de Salu. Interd. & decis. 182. nu. 5. post Modern. de manut.* Et consequenter danda est
3 eis manutentio cum anterior possessor in concursu posterioris sit manutenendus, *cap. licet causam cum ibi notat. de probat. Rota coram s. me:* Greg. *XV. dec. 6. num. 3. & decis. 9. num. 5.* & multas cumulat *Posth. de manut obs. 71. num. 20.*

Nec obstat quod Georgini fuerint immissi in vim sententiæ, & mandati Rotalis. quia cum sententia fuerit nulla, & Iniusta, & possessio attentata non priuauit Battaglinos sua possessione, & ipsis sic
4 de facto eiectis, qui numquam habuerunt se pro spoliatis competit remedium retinendæ ratione ciuilis possessionis animo retentæ, quæ attrahit ad se naturalem, vt notant *Doctores in l. Clam. possidere §. qui ad nundinas præsertim Ias. num. 62. Angel. nu. 4. ff. de acq. poss. & Rota coram Greg. dec. 203. num. 2. & 3. & dec. 323. num. 2. & in rec. decis. 211. num. 1. part. 3. & dec. 226. num. 4. penès Modern. de* Manut. & fuit dictum in *Legionen. Confirmationis electionis 1. Iunij 1609. coram Laucellotto impressa apud Marches. de Commiss. par. 1. fol. 987.* & inter easdem personas in *Ariminen. Molendini 29. Nouembr. 1638. coram R. P. D. meo Verospio in §. Neque visum fuit obstare, & in easdem 1. Iunij 1640. coram R. P. D. meo* Bichio *§. Nec Ricciardellos,* & Rota passim aduersus huiusmodi
5 factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis concedit mandatum de manutenendo, *Reuerend. Vrgellen. dec. 114. num. 3. & 4. Buratt. decis. 393. num. 3.* & fuit dictum in *Auximana pratensi fideicomm. 5. Iunij 1640. coram me vers. Nec obstare dixerunt Domini.*

Nullam autem fuisse sententiam apparet tùm ex eo quia fuit processum per contradictas, nec vlla præcessit citatio personalis contra Hyeronimum,
6 & Scipionē de Battaglinis, prout præcedere debebat, vt per contradictas posset procedi *Vestr. in prax. lib. 1. sub num. 4. Rota coram* Card. Seraph. *decis. 1100. num. 5. & coram Card. Caual. dec. 410. num. 1. & in rec. decis. 104. num. 24. & seq. par. 6. & in dicta Ariminen. Molendini coram R. P. D. meo Bichio vers. Est in quam nulla,* Tùm denique quia Georgini in secunda Instantia non transportarunt Instrumenta, & Catastra, nec Testes pro Battaglinis examinatos, & productos in prima Instantia. Quæ iura cum iustificent iustitiam sententię de partibus denegantis Immissionem Georginis in dicto petio Terræ, veluti

quæ

quæ conuincunt illud numquam fuisse in bonis Ca-
roli fideicommittentis, vt firmatum fuit in dec. Buc-
cabella, & in illius confirmatoria coram me ema-
nata, Erant omnino transportanda, non obstante
quod simus in causa prophana, quia etiam in pro-
7 phanis Acta debent transportari quando sunt rele-
uantia, & conferunt ad iustitiam, vel iniustitiam
detegendam, aliàs sententia dicitur nulla tamquam
lata non visis omnibus Actis Felin. in cap. Ecclesiæ S.
Mariæ num. 16. in fine de Const. s:me. Greg. XV. decis.
320. num. 1. & 485. num. 11. Rota in rec. decis. 18. nu. 1.
& 2. & decis. 192. num. 3. par. 5. & dec 356. nu. 4. post
secundum vol. consil. Farinacc. & admisit in Narnien.
successionis 18. Martij 1630. coram R.P.D. meo Mer-
lino quæ est decisio 274. num. 2. post Modern. de manut.
& materia plenè discussa in Leodien. Dominij de sle-
uordia 3. Iulij 1623. coram bo:me: Coccino quæ habetur
post Feuzen. ad stat. Vrbis in ordinè dec. 165. & in his
8 terminis ad effectum obtinendi manutentiónem in
causa restitutionis in integrum fuit dictum in Vrbe-
uetana legati 21. Aprilis 1603. confirmata 5. Decem-
bris eiusdem anni coram Litta.

Iniustam paritèr fuisse conuincitur, quia concé-
dit Immissionem Georginis agentibus ex remedio,
l. final. C. de Edict. Diu. Adr. toll. in possessione dicti
petij Terræ tamquam subiecti fideicommisso Caro-
li Mercati nec tamen fuit probatum quod fuerit in
eius bonis, & ab eo possessum de tempore obitus,
Imò ex deductis per Battaglinos excluditur quod
potuerit ab eo possideri de dicto tempore, cum
fuerit concludentissimè probatum, quod tunc pos-
sidebatur à Daniele Caroli Patruele, vt fuit plenè
firmatum in dec. emanatis coram Buccabell. & coram
me, & consequentèr cessante possessione Testatoris
non poterat dari Immissio ex remed. l. final. Cum hoc
9 sit necessarium antecedens in hoc Iudicio sine quo
non competit Immissio Castr. cons. 455. num. 1. Bur-
satt. cons. 372. num. 1. lib. 1. & fuit dictum in d. Arimi-
nen. Molendini & de Iniustitia sententiæ coram R.P.D.
meo Verospio, & in alijs allegatis decisionibus.

Demum possessio fuit attentata cum fuerit capta
10 pendente termino ad appellandum, qui stante
processu facto per Contradictas non incepit curre-
re nisi à die habitæ notitiæ Tiraq. de retract. lignag.
§. 9. gloss. 2. n. 42. Lancell. de Attent. Appell. pend. par.
2. cap. 12. lim. 50. num. 146. Rota decis. 46. de Appell.
in antiqu. & decis. 22. in fin. eodem Tit. in nou. & inter
diu. decis. 55. num. 2. par. 1. & in Romana Vineæ de Ca-
pocefalis coram R.P.D. Dunoz. quæ est dec. 326. n. 10.
par. 6. rec. & fuit dictum in d. Ariminen. Molendini co-
ram R.P.D. meo Verospio vers. Nec visum fuit obsta-
re, & coram R. P. D. meo Bichio vers. Nec Riccar-
dellus.

Nec refragatur quod cum fuerit actum ex remed.
l. final. in quo non datur Appellatio suspensiua tam
de Iure Ciuili, quam ex dispositione. Ægidianæ
11 prohibentis Appellationem in possessorio potuerit
absq; vitio Attentatorum exequi sententia, & capi
possessio etiā pendente termino ad appellandū Lanc.
vbi supra par. 2. cap. 11. de Attent. pend. termin. ad Ap-
pell. num. 47. Rot. coram Card. Caual. dec. 42. num. 4. &
in rec. dec. 137. sub num. 3. part. 1. & decis. 84. num. 2.
par. 7. Quia in hoc casu dabatur Appellatio, tum
12 quia sententia erat nulla, & iniusta, quo stante
etiam in possessorio admittitur Appellatio, Corn.
cons. 10. num. 2. vers. Nisi fortè diceretur libr. 4. Con-
tard. de moment. poss. limit. 9. num. 1. & seq. & per tot.
Rota in rec. decis. 391. num. 6. par. 2. & dec. 102. num. 4.
par. 4. coram bo:me: Coccino dec. 417. num. 1. & seq. Vbi
13 paritèr quod competit manutentio, & alias refe-
runt, Statil de Saluian. interdict. inspect. 4. cap. 2.
num. 68. & Posth. de Manut. obseru. 8. num. 79. Tum
& potissimum quia cum in causa adesset Hyeroni-
14 mus Clericus cessabat Ægidiana quæ non habet lo-
cum contra personas Ecclesiasticas, & seruandum
erat Ius Canonicum, secundū quod in possessorio da-
15 tur Appellatio ad vtrumq; effectum cap. Cum ad se
dem vbi gloss. in verbo Interdictum in fin. de restit. spo-
liat. Honded. cons. 20. num. 3. lib. 1. & fuit dictum in
in Recanaten. Bonorum 21. Aprilis 1640. & in Auxi-
mana prætensi fideicomm. 5. Iunij eiusdem anni coram
me, & quod agatur in remedio dicta l. final. iuxta
16 veriorem Opinionem de qua Contard. de moment.
possess. limit. 3. num. 6. & seq. quam Rota passim se-
quuta fuit in Rauennaten. Attentatorum 20. Maij
1612. coram bon:me: Coccino impress. penès Marches.
de Commiss. par. 2. fol. 31. vbi alia referuntur, & cor.
Reu. Vrgellen. dec 240. nu. 2. & in rec. dec. 4. num. 4. &
in fine par. 3.

Non obstat quod possessio capta in vim senten-
tiæ, & rei iudicatæ non possit reuocari per viam ma-
nutentionis sub prætextu Iniustitiæ nisi talis iniu-
17 stitia sit patens, & notoria per rem iudicatam, vel
per Confessionem partis, adeout nullo velamine
offuscari, vt fuit latè firmatum in Romana de Bom-
bellis 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato, & in Ro-
mana Vineæ 7. Febr. 1620. coram R.P.D. meo Dunoz.
quæ sunt apud Posth. de manut. altera decis. 9. à n. 19.
vsque ad 31. altera dec. 27. num. 5. & 6. fuit enim res-
ponsum dd. decisiones procedere quando petitur
18 manutentio primario, & principalitèr ex capite
Iniustitiæ, secùs verò vbi iniustitia deducitur se-
cundario, & incidenter, vt in casu nostro vbi ma-
nutentio petitur primario, & principalitèr ex Ca-
pite nullitatis, & Attentatorū ob sequutam senten-
tiā, & captā possessionem pendente termino ad Ap-
pellandum, & iniustitia deducitur solùm inciden-
ter ad corroborationem aliorum, tunc enim eie-
ctus nullitèr, & attentatè potest petere mandatum
de manutenendo in prima secunda, & vlteriori in-
stantia, & pendente etiam causa restitutionis in in-
tegrum, vt in specie distinxit, Rota in allegata Vr-
beuetana legati 5. Decembr. 1603. coram Litta §. fi-
nal.

Demum non aduersatur quod causa Appellatio-
nis à sententia Immissionis fuerit commissa cum
19 clausula sine præiudicio rei iudicatæ, quia stante
nullitate, & Iniustitia sententiæ supra firmatis non
aderat res iudicata, & dicta clausula licet præser-
uet Iudici à quo facultatem exequendi citrà vitium
Attentatorū Nō tamen impedit quin Iudex ad quē
comperta deinde nullitate, & iniustitia exequutio-
nis possit cōcedere manutentionem eiecto qui non
habuit se pro spoliato s. me: Greg. XV. dec. 91. nu. 11.
vbi latè Add. & Buratt. decis. 185. num. 6. & fuit di-
ctum in Mutinen. legati Pij 16. Nouembris 1637. co-
ram bo:me: Coccino vbi aliæ allegantur, & dec. 137.
nu. 8. par. 7. rec.

Quæ dicuntur super identitate Prædij fuerunt
plenè discussa, & reiecta coram me, vt dictum est
nec pertinent ad hoc Iudicium.

Et ita, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 1. Iulij 1641.

DECISIO XL.

SEntentiam Rotalem præuijs duabus decisionibus
latam coram R.P.D. meo Roias confirmatoriam
alterius sententiæ pariter de voto Rotæ coram Re-
uerend-

ueredift. Dameò Pirouano Decano latæ ab A.C. In qua declaratur constare de Primogenitura instituta per q:lo: Paulum Mansioñi ad fauorē D. Comitissæ Iuliæ de Pepulis hodiè DD. dixerunt vii iustā, & validam esse confirmandam ad fauorem eiusdem D. Comitissæ informantis.

Nihil enim in Contrarium deducitur ab altera parte cum informare neglexerit, licèt sæpiùs fuerit intimata, vt apparet ex fasciculo Intimationum. Et Nihilominus de validitate constat ex reuolutione Actorum ex quibus apparet concurrere omnia requisita tradita à *Caputaq. decis. 260. par. 2.*

Iustitia verò probatur ex latè deductis in decisionibus Causæ quibus nihil superest addendum, cum in eis fundamenta huius partis fuerint plenissimè discussa, & comprobata.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA VINEÆ AD AQVAM SANCTAM.

Lunę 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Actor tenetur exhibere libros ad fundandam rei exceptionem concurrentibus tamen probatione existentiæ apud eum, & interesse rei.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur exhibere reo ad fundandam exceptionem.*
2 *Salarium præstari solitum Antecessoribus in officio successoribus debetur.*
3 *Compensatio inducitur ipso iure ad euitandam pœnam ob non solutionem Canonum incursam.*
4 *Reus habet actionem contra Actorem pro exhibitione, probata existentia, & interesse.*
5 *Possessor potest agere ad exhibitionem, etiam pro solo interesse sua possessionis.*
6 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
7 *Societas administratrix bonorum hospitalis tenetur ratione sui officij libros conficere, & custodire.*
8 *Successor in officio censetur admissus cum emolumẽto solito dari antecessoribus, nisi appareat de alia conuentione.*
9 *Exhibitioni scripturarum non est locus, vbi probatio non est profutura, aut redditur inutilis, & irreleuans, & num. 10.*
11 *Factum sui Auctoris nemo potest impugnare.*
12 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in summarissimo possessorio.*

DECISIO XLI.

PRætendente Societate Sanctissimi Saluatori ad S. Sanctorum associari ad Vineam in Emphyteusim concessam Iulio Grappolino ob non solutos Canones, Laura Vxor relicta dicti Iulij, & eiusdem Vineæ pro sua dote detentrix, Tria excipiendo opposuit, ex quibus dixit non esse locum pretensæ Associationi, & Primo quod ex libris Societatis apparet quod tam ipsa quam Iulius eius Maritus soluerunt Societati multiplicem quantitatem Vini, arundinum, & pecuniarum, ex quibus valor Canonum absorbetur vndè cum Actor teneatur exhi-
1 bere Reo ad fundandam exceptionem, *l. Non est nouum l. Iustum, & plenè DD. in l. final. C. de Edend.* Petijt dictos libros exhiberi per Societatem Actricem, vt ipsa suam defensionem ex inde instruere possit.

Secundo quod Iulius inseruiuit Societati in Officio Secretariatus, & Notariatus, & nullam apparet fuisse taxatam Salarij quantitatem, ac proindè
cum debeat censeri admissus ad dicta Officia cum
2 Salario solito præstari eius prædecessoribus, *Bart. in l. Magistratus ff. ad Municipal. Ias. in l. Vt liberis num. 12. C. de Collat. & in l. diem functo num. 17. ff. de Offic. sen.* & alij relati per *Caroce. de locat. part. 1. Tit. de substant. locat. qu. 2. num. 10. fol. mihi 7.* institit non solum exhiberi omnes libros in quibus sunt adnotatæ solutiones mercedis, & salarij quotannis præstiti Laurentio Bonincontro eius prædecessori in dd. Officijs, vt ex illis constare possit sub qua Mercede Iulius fuerit illi suffectus sed insuper destinari Notariū qui notet ac describat omnes rogitus, & acta facta à Iulio pro dicta societate, pro quibus sibi debetur salarium, & merces, quoniam liquidata summa his de causis debita Iulio obsta-
3 bit Societati exceptio compensationis quæ ipso Iure inducitur ad euitandam pœnam ob non solutionem Canonum incursam *Fulgos. in l. si Constat in fine C. de Compensat. Alberic. in l. Cum alter ff. de compensat. Ias. in §. bonæ fidei num. 83. & ibid. Zaz. nu. 27 Instit de Act. Imol. in cap. Bona fides nu 20. post princ. & hic Barbat. num. 9. extra de deposit. Soccin. sen. cons. 99. num. 5. lib. 1. Curt. sen. cons. 70. num. 8. vers. Transeo ad 3.* vbi dicit ita seruari in Palatijs, *Guidopap. dec. 171. nu. 5. & ibi Ranchin. in addit. post med. vers. Quærit demum Author.*

Demum & tertio excepit quod Canon scutorum 85. prætensus à Societate vigore Instrumenti concessionis factæ Iulio de anno 1631. est excessiuus, & reducendus, cum pensio solita solui pro dicta Vinea ante huiusmodi concessionem esset longè minor, & ad id probandum petijt exhiberi Instrumenta locationum, & libros in quibus sunt adnotatæ exactiones pensionum ab anno 1600. vsque ad dictum annum 1631.

Societate verò negante teneri ad huiusmodi exhibitionem Proposui dubium An, & quos libros Societas teneatur exhibere, & DD. ponderarunt teneri exhibere solùm libros in quibus sunt adnotatæ solutiones factæ ab anno 1631. vsque in præsens.

Pro dictis enim libris constat de Interesse Lauræ & de existentia penès Societatem, quibus concur-
4 rentibus interat Officium Iudicis pro exhibitione, *l. in hac Actione in princ. & §. sciendum vbi gloss. & DD ff. ad exhiben. Rota dec. 250. num. 1. dec. 348. n. 3. por. 1. Rec.*

Et quidem Interesse Lauræ visum fuit satis clarū non solum cum ipsa possideat, nam Interesse quod
5 quis habet ratione possessionis sufficit ad effectum exhibitionis, *vt per Ias. in § Præterea num. 44. Inst. de Act.* sed etiam quia ex libris quorum petit exhibitionem intendit probare quod Societas recepit in satisfactionem Canonum, multiplicem quantitatem Vini, Arundinum, & Pecuniarum, qua receptione probata cessabit omnis prætensio Societatis
6 quia solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio *Instit. Quib. mod. toll. oblig. in princ.*

Existentia pariter visa est indubitata cum Societas eosdem libros aliàs in hoc Iudicio exhibuerit, quamuis hoc casu non fuisset opus probare existen-
7 tiā de tempore motæ litis, quia cum Societas sit administratrix bonorum Hospitalis ratione sui Officij tenetur libros conficere, & custodire, vt Sepiùs firmauit *Rota, & signanter coram bo. me: Cocc.* inter eius impressas *decis. 63 num. 3. & decis. 339. nu. 5. post secundum vol. consil. Farinacc.* cum alijs relatis per *Add. ad Greg. dicta dec. 129. num. 7. & per add. ad bo: me. Burati. dec. 278. nu. 13.*

Libros verò in quibus Laura prætendit esse adnotatas solutiones salarij præteriti Secretarij, & Notarij Societatis DD. dixerunt non esse exhiben-
8 dos, quia licet vera sit Conclusio quod Successor

in

in officio censetur admissus cum emolumento solito
dari Prædecessoribus quando non apparet de alia
conuentione, tamen hic nullibi constat quod Iulius
fuerit ad dicta officia admissus imò excluditur quod
hoc potuerit esse, quia ex parte Societatis ostenditur
quod Laurentio Bonincôtto Secretario antecessori
existenti infirmo fuit per Officiales Societatis illi
deputatus Coadiutor Franciscus Pacchinellus, &
quod Laurentio paulò post vita functo fuit in eius
locum subrogatus, vt constat ex litteris patentibus
9 *Summ.num.3.* ac proindè frustrà petitur exhibitio
dd.librorum ad probandum quantitatem Salarij,
cum hæc probatio nihil prodesse possit dum non
constat Iulium dictis Officijs fuisse perfunctum,
*Corn.cons.72. num.29. vers. Insuper quod dicti Rei,
& num.seq.lib.3.Crauett.cons.182.sub num.8.*

Et visa est cessare omnis difficultas, quia quatenus etiam constare posset Iulium fuisse Secretariû,
adhuc tamen exhibitio esset inutilis, & irreleuans
10 cum ex forma statutorum Societatis ad quorum
præscriptum Iulius censeretur d. Officia assumpsisse Secretarij pro parte, & commodo Societatis teneantur gratis, & sine spe mercedis inseruire, *vt in
Summ. num.4.* & consequenter non est concedenda,
vt præter *Corn.& Crauett. in locis supracitatis firmat
Bero.cons.19.num.12.& n.18. in fine lib.3.*

Et eadem ratione dictum fuit esse denegandam destinationem Notarij ad perquirendû prętensos rogitus, quia nullus datur fumus existentiæ prout requiritur, & quatenus etiam daretur non releuaret cum Iulius pro illis nullam mercedem prætendere possit, vt dictum est.

Idemque responsum fuit respectu librorum in
quibus adnotatæ dicuntur solutiones factæ ab anno
1600.vsque ad annum 1631.quos Laura petebat exhiberi ad probandum excessum Canonis, quia cum
Iulius cuius iure ipsa vtitur consenserit dicto Canoni, vt constat ex Instrumento celebrato de dicto anno 1631. *Summ.Societatis num.1.* non potest Laura
11 hodie dare de excessu, & impugnare factum sui
authoris *vulg.l.cum à matre C.de rei vindic. & Rota
coram R.P. D.meo Verospio dec.5.num.13. par.6.rec.*
12 vltra quod exceptio ista cum requirat altiorem indaginem non est admittenda in hoc summarijssimo
possessorio, *Contard.de moment.poss.limit.19. nu.24.
Rota coram bon: mem: Buratt. decis.420. num.4. &
in alijs.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA GRANI.

Mercurij 13. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Emptor frumenti cuius consignatio erat certo loco destinata non potest cogi ad illud accipiendum in alio, & quid si venditor se offerat paratum præstare impensas emptori ad id necessarias? Emptori debetur damnum, & interesse aduersus venditorem constitutum in mora, etiam per vnicam interpellationem, & ad quæ teneatur emptor, ad hoc vt venditor dicatur constitutus in mora?

SVMMARIVM.

1 *Venditor ad hoc, vt constituatur in mora, etiam vnica sufficit interpellatio.*

2 *Venditor morosus tenetur emptori ad damna, & interesse ob non factam consignationem rei in tempore.*

3 *Amplia etiam habita ratione quanti plurimi res vendi potuisset.*

4 *Dictio in, coniuncta cum ablatiuo denotat intrinsicitatem.*

5 *Correctio non admittitur incontinenti.*

6 *Verbum expeditum significat certum explanatum, & ab omni prorsus difficultate remotum.*

7 *Verbum franco idem sonat, quod liberum, & ab omni onere absolutum, & immune.*

8 *Venditor nô dicitur constitutus in mora tradendi, vbi emptor non est paratus recipere in loco, vel ibi non adest persona legitima, cui consignatio fiat.*

9 *Illatio non fit ad diuersa.*

10 *Venditor frumenti liberatur, & omne periculum trâsit in emptorem, si persona legitima adsit mensurationi, & offerat quietantiam.*

11 *Creditor nô tenetur ire paratus ad locum destinatum quando scit debitorem non habere facultatem soluendi.*

12 *Creditor non tenetur ire paratus cum sacco quando scit debitorem habere difficultatem præstandi, sed sufficit si interpellet.*

13 *Implementum hinc inde ordinatum requiritur in contractibus vltro citroque obligatorijs.*

14 *Implementum in contractibus vltro, citroque obligatorijs præstatur ab illo, qui prius secundum ordinem rerum debet implere.*

15 *Mora prima attenditur in contractibus vltro citroque obligatorijs.*

16 *Consignatio frumenti in loco destinato præcedere debet, antequam ad aliquid emptor teneatur.*

17 *Fidibus mercatoris, & eorum dictis multum est deferendum in interpretandis verbis à mercatoribus prolatis.*

18 *Verba à mercatoribus prolata non sunt accipienda secundum apices iuris, sed prout ipsi illa intelligunt.*

19 *Solutio certo loco destinata potest fieri in alio deducto, eo quod Creditoris interest.*

20 *Limita dummodo partes sint concordes super quantitate interesse, vel debitor sit de eo contentus stare iuramento creditoris, & num.22.*

21 *Probatio lucri cessantis est difficilis, veluti quod pendet à futuro euentu, cuius non est determinata veritas.*

22 *Creditor nô debet onere probationis grauari aduersus expressa stipulationis verba.*

23 *Debitor offerens interesse potest soluere alibi, quam in loco conuento.*

24 *Declara dummodo offerat totale interesse cum omni vtilitate, quam creditor potuisset habere ex solutione in loco destinato, & num.26.*

25 *Interesse lucri cessantis fauore emptoris consideratur, vbi venditor est in mora tradendi rem in loco destinato.*

26 *Periculum frumenti venditi ante mensurationem spectat ad venditorem, ea verò sequuta transit in emptorem.*

27 *Emptor non potest cogi ad recipiendam consignationem dimidiatam, vbi vnica fuit venditio vnico pretio facta.*

28 *Solutiones particulares multa incommoda afferre solent.*

29 *Contrahentes præsumuntur se voluisse conformare consuetudini, cum qua regulatur contractus.*

30 *Consuetudo contractus inter mercatores potissimum attendi debet.*

31 *Testes deponentes de consuetudine probare debent ita fuisse obseruatum in loco præciso, & in specie actus controuersi.*

32 *Contrahentes stante conuentione particulari censentur recessisse à consuetudine.*

33 *Consuetudo non attenditur quoties apparet contrahentes expressè, vel tacitè voluisse ab ea recedere.*

34 *In-*

34 *Iudex non præsumitur voluisse remittere moram iam incursam, & alteri partium præiudicare, vbi in decreto reseruantur iura ambarum partium, & decretum emanauit per modum prouisionis.*

35 *Executio decreti peti non potest ab eo, qui illud pro sui parte non adimplent.*

DECIS. XLII.

DE anno 1637. frater Carolus Aldobrandinus, tunc temporis pro religione Hyerosolomitana ad Sanctiss. D.N. Orator, rubra bis mille frumenti paulò ante empta à Syris vendidit Petro Nerlio, & Socijs pretio scutorum 13. pro quolibet rubro sub obligatione illa consignandi *in Montalto ad ogni loro piacere buono, & mercantile, franco di Tratta, e spedito alla vela*, in cuius obligationis executionem cum Syri in particulari ordine præcepissent Ascanio Falsacappæ eorum Ministro quod consignaret dictum frumentum, cui Dominus Otator mandasset, ipse verò in calce eiusdem ordinis rescripsisset, quod consignaretur cui Nerlius iussisset, iste mandauit consignari Ascanio Scarlatto, ad hunc effectum ad Oppidum Montis Alti transmisso. Verum quia Falzacappa inspecto ordine cæpit prætendere frumentum esse consignandum in eisdem locis, in quibus reperiebatur, oempè in Oppidis Valentani rubra 175. Graduli 20. Capitis Montis 89. Martæ 285. Cellenis 50. Canini 103. Iochiæ 150. Castri 60. & Montis Alti 42. ac etiam in foueis, & puteis diuersarum personarum, prout in lista *Summar. Nerlij num.* 50. Scarlattus agnoscens hoc cedere in præiudicium suorum principalium quorum interest totius frumenti consignationem iuxta conuentionem fieri in Monte Alto, illud recipere recusauit, & sæpiùs ac iudicialiter tam ipse in partibus Falzacappā quam Nerlius in Vrbe Dominum Oratorem interpellarunt ad consignandum totum frumentum Montis Alti, alias de damnis, & interesse protestati sunt, & vlterius Nerlius opposuit etiam contractus resolutionem ob defectum implementi ex parte Oratoris.

Cum autem interim pretium frumenti decreuisset partes concordiret conuenerunt quod sine præiudicio iurium vtriusque frumentum venderetur, & id quod minoris venditum fuisset in illud refunderet, qui à Iudice teneri declaratur, & vendito frumento scutis decem tantum quolibet rubro A. C. à Sanctissimo specialiter deputatus, condemnauit Nerlium ad soluendum dicto Oratori scuta 5971. pro supplemento prætij, vnà cum Cambijs ad rationem octo pro centenario. Ideò in gradu appellationis causa mihi commissa dubitaui an sententia A.C. esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini infirmandam esse censuerunt.

Quia ex iudicialibus, ac reiteratis interpellationibus, tàm Romæ contra D. Oratorem quam in partibus contra d. Falzacappam factis, & ex sæpiùs declarata prætensione Falzacappæ, quod non teneretur consignare frumentum in Oppido Montis Alti, sed in horreis, & conditorijs, in quibus reperiebatur, manifestè apparet venditorem fuisse consti-

1 tum in mora, ad quam inducendam sufficit etiam vnica interpellatio *Bart. in l. Qui Romæ* 122. *§. Seia num. 4. vers. In contrarium ff. de verb. oblig. & in l. Titia Seio* 87. *§. Vsuras num. 3. ff. de leg. 2. Dec. in l. vinum* 22. *num. 13. vers. Et sufficit & ibidem Purpurat. num. 42. Rub. num. 5. ff. si cert. pet. Alex. cons. 81. nu. 1. lib. 4.* & consequenter non solum Nerlius emptor erat absoluendus ab vlteriori solutione residui, sed

2 etiam D. Orator venditor erat condemnandus ad interesse, & damna passa ob non factam consignationem in tempore *iuxta Text. in l. Datio §. Si per venditorem ff. de Act. empt. Bart. in l. prima in princ. ibique Castr. num. 1. & 7 ff. eod. Afflict. dec.* 280. *num.* 7 & 8. & quidem habita ratione quanti plurimi fru-

3 mentum vendi potuisset *Cognol. in d. l. vinum num.* 29 *ff si cert. pet. Rota Genuen. dec.* 144. *num.* 5. *Ginrb. dec.* 115. *per tot.*

Nec visum fuit obstare tria, quæ adducebantur pro D. Oratore.

Primum enim quod cum ex conuentione frumentum esset consignandum *spedito alla vela*, consignatio non esset facienda in Oppido Montis Alti, sed in littore maris, vbi naues onerari possent, tollitur ex superius relata conuentione quod frumentum consignaretur in Oppido Montis Alti, ibi, *Per consignarle in Montalto*, quæ manifestè ostendit consignationem fuisse promissam Montis Alti, ponde-

4 rando illam dictionem *in* coniunctam cum Ablatiuo, quæ denotat intrinsicitatem, & indicat actum debuisse expleri in loco expresso, ac si dictum fuisset intra terram Montis Alti, *Bald in rubr. ff. sol. matrim. num. 3. vers. Aut cum verbo, & ibidem Ripa n. 2. vers. Si verò Alex. cons. 22. num. 7. vers. pondero lib. 4. Socc. cons. 211 num. 3 lib. 2. Put. dec. 220. num. 4. libr. 2. in correctis*. Nec sequentia verba, *E spedito alla vela* dici potest apposita fuisse ad mutandum locum consignationis expressum, & iam destinatum, quia aliàs

5 sequeretur incontinenti correctio contra regulam *l. non ad ea ff. de condit. & demonstr.* Sed solum ad demostrandum vsque quo venditor teneretur etiam post consignationem frumenti assistere emptori pro libera illius expeditione, & ita referenda sunt ad remotionem impedimentorum & difficultatum, quæ facto principis, aut alias quomodolibet oriri potuissent, etiam post consignationem vsque tota-

6 lem onerationem in nauibus, verbum enim *spedito*, latinè expeditum significat certum explanatum, & ab omni prorsus difficultate remotum, *vt per Text. in l. contra* 25. *§. si filius ff. de pact. & in l. 2. ff. rem pupil. Sal. for. declarant Plateius, & Calninus in Lexicon in verbo expeditum*.

Tria enim discretiuè fuerunt promissa à D. Oratore in Apocha venditionis, primum in illis verbis *Per consignarle in Montalto ad ogni lor piacere buono, e mercantile*, quæ continent promissionem consignandi in Terra Montis Alti frumentum bonum, & mercantile. Secundum in alijs verbis *franco di Tratta*, quæ important pactum, quod nulla subiri

7 deberet impensa pro extractione, verbum enim *franco*, idem sonat quod liberum, & ab omni onere absolutum, & immunè *Oldrad. cons. 234. num. 2. vers. Et intelligitur Surd. cons. 218. num. 9.* Tertium in verbis, *E spedito alla Vela* continentibus promissionem remouendi omnia impedimenta, & quascumque difficultates, quæ post factam consignationem vsque ad onerationem, & extractionem frumenti contingerent.

Et hæc non sine ministerio Nerlius voluit sibi promitti. Sed cum ratione. Cum enim Terra Montis Alti sit celebre emptorium illius Oræ maritimæ, quo appellunt, & ex omni parte confluunt Mercatores frumenti, appositè voluit Nerlius, quod in ea fieret consignatio, vt posset vel ibi vendere frumentum, si lucri prompta se se offerret occasio, vel inde extrahere alibi vendendum si spes maioris questus id suaderet.

Et hinc cessat etiam secundum obiectum, quod cum Nerlius non haberet naues paratas non potuerit constituere in mora D. Oratorem, vt fuit decisum *in Romana pretij grani 10. Decembris 1628. & 13. Maij 1630. coram bon. mem. Coccino*. Pro respon-

 sione

sione enim fuit animaduersum carentiam Nauium
in illis decisionibus nou fuisse consideratam
solam, & in abstracto, sed vna cum qualitate
loci Ghori, vbi fuerat promissa consignatio. Ghorus
enim est locus apertus ad Mare, ve vulgò dicitur
Spiaggia Marina sine conditorijs, & horreis, in qui-
bus frumentum à venditore deferendum, & consi-
gnandum seruari non posset, donec Naues adueni-
rent. Et vlterius nullus aderat ex parte emptoris, qui
reciperet vt ex expressè habetur in prima decisione
ibi, *Propterea cum Falconcrio non fuerit denuntiatum
quis esset recepturus granum, & super quibus Nauibus
deberet onerari vtique ipse non fuit in mora*. Proinde-
que dum non aderant Naues, in quibus frumen-
tum onerari, & horrea in quibus seruari posset, nul-
la æquitas patiebatur quod venditor teneretur illud
deferre in incertum, ne interim diu maneret expo-
situm Cœli, & hominum iniurijs, nec emptor pote-
8 rat dici paratus ad recipiendum dum non aderat
persona legitima cui consignatio fieri possit prout
opus erat ad effectum constituendi debitorem in
mora *iuxta doctr. Bart. communiter approbatum in l.
Item ille num. 11. ff. de Constit. pecun. in qua se fundant
dictæ decisiones*. At in præsenti casu consignatio fuit
conuēta in Oppido Montis Alti, quo Naues appelle-
re non possunt, & vbi adsunt optima Orrea in qui-
bus frumentum custodiri potest, donec partita cum
mercatoribus fiat, & aderat Scarlattus cum suffi-
cienti mandato ad recipiendum, & de recepto quie-
tandum. Vnde cessat ratio conducendi frumentum
in incertum in dictis decisionibus considerata, nec
aliquid ex parte emptoris deficiebat, quo minus
posset dici paratus ad recipiendum, & per conse-
9 quens ex illo casu ad istum omninò diuersum in-
ferri non potest *vulg. l. Papinianus exuli ff. de Minor.*
Et venditori satis erat consultum dum aderat rece-
ptor qui præesset mensurationi, & consignationi, &
quietantiam offerebat, ex quibus ipse liberationem
consequebatur, & omne periculum transibat in em-
10 ptorem *l. 1. §. priusquam enim ff. de pericul. Commod.
rei vendit.*

Eoque minus visum fuit Nerlio opponi posse,
quod non haberet Naues paratas, cum frumentum
adhuc non fuisset à venditore coadunatum in Oppi-
do Montis Alti, vt debeat præcedere consignatio, &
Falsacappa sæpius interpellatus ad illud coadunan-
dum, & consignandum, declarasse nolle alibi consi-
gnare, quam in horreis, & locis in quibus reperie-
batur, dum enim frumentum non erat nec esse spe-
rabatur paratum, & promptum onerationi, ipse
non tenebatur inutiliter conducere naues, & fru-
stratorias subire expensas, quia creditor non tene-
11 tur ire paratus ad locum destinatum, quando scit
debitorem non habere facultatem soluendi vt bene
Iacob. de Rauen. in l. item illa in fine ff. de const. pecun.
quem sequitur in his terminis *Io. de Amic. cons. 152.
num. 2. & per tot. & Manent. cons. 79. num. 22. & seq.
lib. 1.* & quod creditor non teneatur ire paratus cum
12 sacco, quando scit debitorem habere difficultatem
præstandi, sed sufficiat interpellare tradunt *Castr. in
l. Quod tamen 13. ad med. vers. Aut Creditor numquā
fuit, & ibidem Alex. num. 9. ante med. eod. vers. ff. si
cert. pet.* Prius enim debeat D. Orator venditor ad-
implere ex parte sua consignando frumentum, &
postea Nerlius emptor conducere naues, vt seriatim
possent omnia congruo tempore perfici, quia in his
13 contractibus vltrò citroque obligatorijs, requiritur
14 implementum hinc indè ordinatum, vt scilicet prius
impleat, qui secundum ordinem rerum prius inci-
15 pere debet, & mora prima attenditur *Anchar. cons.
cons. 86. num. 2. & 3. Socc. cons. vlt. num. 3. vers. Non
obstat lib. 3. Becc. cons. 106. num. 38. Dec. cons. 421. n. 6.
& infra Bimius cons. 115. num. 1. & 4. lib. 2. Mancabr.
ab Anguill. cons. 105. num. 156. & seqq. Grat. discept.
for. cap. vltimo sub num. 24. & 25.* fuit dictum in *Ma-
ceraten. Grani 9. Iunii 1593. coram Orano, quæ est
decis. 368 num. 2. par. 4. diuers.* Et præcisè quod debeat
16 præcedere consignatio frumenti in Ciuitate, vel
Castro, & prius ibi sit congerendum frumentum,
antequam ad aliquid teneatur emptor tradit *Rota
Genuen. dicta decis. 144. num. 13. vers. secundo respon-
detur.*

Cui interpretationi adstipulatur etiam fides plu-
rium Vrbis Mercatorum, qui super hoc facto consul-
ti responderunt venditorem cogi posse ad prius cō-
signandum frumentum in Terra Montis Alti, quibus
17 plurimum est deferendum in interpetrandis verbis
à Mercatoribus prolatis, quæ non sunt accipienda
18 secundum apices Iuris, sed prout ipsi illa intelli-
gunt *Alex. cons. 102. num. 11. ad fin. vers. Præsertim
cum d. fratres, & num. 12. lib. 6. Put. dec. 16. nu. 3. lib. 1
in Correct. Greg. dec. 126. num. 7.* & fuit dictum in
*Romana Pecuniaria 13. Martii 1628. coram Reueren-
dissimo D. meo Merlino Decano, quæ est decisio 156. nu.
19. in fine, & 20. par. 5. rec.*

Minus visum fuit releuare secundum, quod pro
substinenda sententia adducebatur, nempè quod li-
cet frumentum esset consignandum in Oppido
Montis Alti, attamen cum Falsacappa obtule-
rit subire onus expensarum non potuerit emptor
recusare illud in dictis locis recipere, cum sua nihil
interesset, dum expensis venditoris deferri poterat
ad dictum Oppidum, sicut solutio certo loco desti-
19 nata potest fieri in alio, deducto eo, quod interest
creditoris *iuxt. gloss. in l. Qui Romæ in verbo obtulerit*,
& ibidem notant *DD. communiter ff. de verb. oblig.
Scacc. de Camb. §. 2. gloss. 5. num. 200. Crescent. dec. 2. de
solut. Rota dec. 253. num. 8. par. 1. rec.*

Primo enim fuit responsum conclusionem istam
non esse indistinctè receptam cum multis placeat il-
lam ita demum procedere si partes de quantitate
20 interesse sint concordes, vel debitor sit contentus
de ea stare iuramento Creditoris, vt per *Raphael.
Cuman. in d. l. qui Romæ in princ.* quem ibidem se-
quuti sunt *Castr. num. 3. vers. Sed hic Alciat. num. 12.
& 13. & Ias. num. 16. vers. Ego postremo, & num. 17.*
vbi respondet *Alex. & aliis contrarium sentientibus*.
Et efficax ab eis adducitur ratio quia aliàs nimis
grauaretur creditor, qui si in loco conuento accipe-
ret non cogeretur liquidare suum interesse, nec vl-
terius laborare, at si alibi accipere cogatur, probare
debet quantum sua interest loco destinato non ac-
cepisse, quod difficile existimatur, maximè, cum &
lucri cessantis ratio hoc casu habenda sit, cuius pro-
21 batio est difficilis, veluti quod pendet à futuro euen-
tu, cuius non est determinata veritas vt tradunt
Ias. & Alciat. in præallegatis locis. Vnde iniquum
22 esset creditorem onere huiusmodi probationis gra-
uari aduersus expressa stipulationis verba. Quod a-
deo magni facit *Alciat.* vt dicat *sub num. 13.* Quod
offerens alibi non est audiendus, etiamsi quantum-
cumque offerat vtilitatem nisi partes in æstimatio-
nem vtilitatis sint concordes.

Secundo fuit responsum, quod etiamsi sequenda
23 esset opinio, quod debitor offerens interesse possit
soluere alibi, quam in loco conuento, illa tamen
24 procedit quando offertur totale interesse cum om-
ni vtilitate, quam creditor potuisset habere ex so-
lutione in loco destinato. vt per *Bart. in d. l. qui Ro-
mæ num. 2. vers. Quod intelligo Cuman. in princ. Aret.
col. 3.*

tol.3. circa med. vers. Item aduerte Imol. num. 1. Alex. num. 5. in princ. Socc. num. 6. Alciat. num. 10. & 11. Ias. num. 14. vers. Ex isto, Castrens. num. 3. & Aut. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 15. desinit. 2. per tot. Ac proindè cum oblatio Falsacappæ fuerit restricta ad solas impensas vecturarum, vti insufficiens suffragari non potest, quia debuisset etiam offerri interesse lucri cessantis,
25 cuius in hoc casu ratio est habenda *l. 3. in fine ff. de eo quod cert. loc. Socc. in d. l. qui Romæ num. 7. & alii supracitati.* Et vlterius cum in extrahendo frumento de loco ad locum, maximè per Mercatores forenses in tam magna quantitate multa possent contingere
26 pericula, quæ ante mensurationem spectassent ad venditorem, ea vero sequuta transijssent in emptorem *l. 1. §. priusquam ff. de priuil. & commod. rei vend.* Et requireretur maximus labor, & diligentia cum impensa pro Ministris, & cauerent à fraudibus Rusticorum hæc omnia erant offerenda, vt de huiusmodi impensis tradunt *Castr. in l. Item illa num. 3. & 9. in fine ff. de const. pecun. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. glos. 5. num. 210. post med.* Et de cautione aduersus periculum rerum, *l. si in Asia §. primo ff. de pos.* ibi, *suis expensis, suoque periculo Angel. in l. quod legatum 38. num. 2. vers. In ead. gloss. vbi etiam Castr. numer. 2. post princ. vers. dicit tamen gloss. ff. de Iud.*

Nec suffragatur, quod in Oppido Montis Alti adesset aliqua quantitas frumenti quam Falsacappa obtulit, & Scarlattus recipere recusauit, quia cum vnica esset venditio rubrorum bis mille facta vnico
27 prætio, non poterat emptor cogi ad recipiendum consignationem dimidiaram *l. Tutor §. lucius ff. de vsur. Surd. dec. 186. num. 2. Cyriac. contr. for. Contr. 327*
28 *num. 38.* huiusmodi enim particulares solutiones multa incommoda afferre solent *l. plauè ff. famil. hercisc. gloss. Bart. Alex. & Ias. in l. quidam existimarunt ff. si cert. pet. Neguſ. de Pignor. 3. membr. 5. par. nu. 12. Conar. var. resol. lib. 3. cap. 18. num. 4. vers. 1. ne cogatur Surd. dec. 345. num. 9. Rota dec. 168. num. 2. par. 1. diuer. & add. ad Greg. dec. 194. num. 27. post med.*

Minus fundamentum fieri potest in asserta consuetudine illarum partium, in quibus dicitur probari ex nonnullis Testibus perpetuo obseruatum, vt frumentum venditum sub obligatione consignandi *spedito alla vela* mensuretur, & consignetur in locis in quibus reperitur & indè sūptibus venditoris
29 deferatur ad naues, cui consuetudini contrahentes voluisse se conformare præsumendum est, *Crauett. cons. 20. num. 7. & cons. 343. num. 10. Mantic. de Tacit.*
30 *lib. 3. tit. 9. num. 11.* illaque inter Mercatores potissimum attendi debet *Corn. cons. 319. num. 12. libr. 3. Rota Ianuen. dec. 91. num. 5.* Quia omisso quod Te-
31 stes non probant ita fuisse obseruatum in loco præcisso, & in specie actus controuersi prout esset probandum *Aymon. cons. 99. num. 4. Cas. de Graff. decis. 6. num. 5. de Præbend. Greg. dec. 62. num. 2.* Nec minus emptorem volentem recipere frumentum in Oppido Montis Alti fuisse iudicialiter prohibitum prout opus erat *ad tradit. per DD. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. & in cap. fin. de consuet. Abb. cons. 54. num. 3. lib. 1.* & fuit dictum *in Comcu. Beneficij 11. Ian. 1635. coram R. P. D. meo Panzirolo, quæ est dec. 82. num. 12. par. 7. rec.* Dictum fuit cessare obiectum propter particularem conuentionem, quod frumentum consignare-
32 tur Montis Alti, per quam contrahentes videntur à dicta consuetudine recessisse, *Natta cons. 384. nu. 11 Surd. cons. 34. num. 28.* quos refert, & sequitur *Grat. discept. for. cap. 722. num. 33.* Non enim consuetudo
33 debet attendi, quoties apparet contrahentes expressè, vel tacitè voluisse ab ea recedere, *Mant. de Tacit. lib. 3. tit. 9. num. 69.*

Tertium denique quod pro defensione Sententiæ adductum fuit quod scilicet emanauerit decretum ab Annonæ Præfecto mandantis quod nisi infra octo Nerlius reciperet, liceret venditori frumentum deponere, aut vendere, ideoque ipsum non fuisse obligatum ad vlteriorem oblationem, aut consignationem, sed tribuendum esse culpæ emptoris, qui triticum tempore præfixo recipere recusauit, dictum etiam fuit non releuare, quia cum dictum decretum emanauerit per modum prouisionis cum clausulis præseruatiuis, & sine præiudicio iurium ambarum
34 partium, dici non potest Iudicem voluisse remittere moram iam incursam ab Oratore, aut alteri partium præiudicare, dum iura ipsarum expressè præseruauit, *Roca coram bon. mem. Burate. dec. 166. nu. 8. & in Maceraten. hæreditatis 4. Iunij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio impress. post tract. de manut. decis. 74. num. 5. & 9.* eoque magis cum decretum loquatur de consignatione facienda in loco conuento; quam Falsacappa ibidem facere recusauit, vnde non potest Dominus Orator fundare se in decreto, quod
35 ipse ex parte sua non adimpleuit *l. Iulianus §. Offerri ff. de Act. empt.*

Et ex his dixerunt DD. magis constare de iniustitia sententiæ pro Cambijs, quia cum ex hactenus deductis Nerlius non teneretur soluere Oratori residuum pretij ab initio conuenti, multo minus tenebatur ad Cambia quæ tam de iure, quàm ex concordia debebantur solùm in casu quo Nerlius fuisset morosus in solutione.

Et ita fuit resolutum vtraq; parte informante &c.

FANEN. DOTIS.

Mercurij 20. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Vxori repetenti dotem, & habenti pro se mandatum relaxatum debent subministrari alimenta, & sumptus litis, quia paupertas, quod est alterum requisitum in hoc iudicio, vltra quod in quolibet præsumitur naturaliter inesse, fortius cadit in muliere, quę iuris præsumptione nihil aliud possidet præter dotem.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis subministrari debent quoties, & paupertas, & præsumptio boni iuris concurrunt.*
2 *Vxori pauperi repetenti dotem subministrari debent alimenta, & sumptus litis.*
3 *Paupertas de iure præsumitur, cum quilibet nudus, & pauper nascatur.*
4 *Mulier pręter dotem nihil aliud habere præsumitur.*
5 *Mulierem aliud habere præter dotem qui dicit, probare debet.*
6 *Sententia cuius effectus fuit appellatione suspensus, an habeat pro se præsumptionem boni iuris ad effectum alimentorum?*
7 *Alimenta, & sumptus litis subministrari debent pauperi litiganti habenti ad sui fauorem sententiam, quamius ab ea fuerit appellatum debentur tamen in subsidium, quando Actor non habet aliundè.*
8 *Fructus bonorum stabilium calculari debent ad rationem quinque pro centenario.*
9 *Alimenta, & sumptus litis debentur actori pauperi de cuius bono iure constat ne litem cogatur deserere.*
10 *Alimenta, & sumptus litis, vbi sunt debiti subministrantur, siue ad vniuersitatem bonorum, siue ad maiorem partem, siue ad res particulares agatur.*

11 *Vxori pauperi dotem repetenti subministrari debent alimenta, & sumptus litis, quamuis illa secundo viro diuiti fuerit nupta, & num.15.*

12 *Maritus cui dos soluta non fuit vxorem alere non tenetur, dummodo illam non acceperit indotatam.*

13 *Maritus tenetur tantum vxorem alere pro parte dotis sibi soluta.*

14 *Expensæ litis difficilius debentur, quam alimenta.*

16 *Alimenta, & sumptus litis vt pauperi debeant subministrari, si agatur in prima instantia leuis, & summaria probatio sufficit, & num.seqq.*

Si vero in secunda dicitur sufficiens probatio, quæ oritur ex sententia ibidem.

17 *Vxori repetenti dotem, vbi alimenta taxari debent illa ad rationem quinque taxantur.*

Quandoque vero Rota taxauit ad rationem quatuor ibidem.

DECISIO XLIII.

FVit resolutum intrare Arbitrium ad effectum subministrandi alimenta, & sumptus litis Victoriæ Castracanæ agenti post Transitum ad secunda vota ad repetitionem suæ dotis scutorum 3000. monetæ Vrbini contra bona hæreditaria Raynerij Nulphi eius primi Viri, concurrunt enim pro ea paupertas,
1 & præsumptio boni Iuris, quæ sunt duo requisita, *l.final.§.Quod si ii C.de ord.cognit. Aret. in cap.si qui Testium num.14.& 15.ibique Felin.nu.9.vers.secundus casus de Testib.Surd.de Alim.Tit.1.qu.130.num.9 Guidop.dec.561.num.1.Boer.decis.304.num.4.* & in
2 terminis Vxoris repetentis Dotem *Afflict.decis.10. num.1. & apud vtrumque plenè notant Add.*

Paupertas visa est sufficientèr probari, Tùm quia de Iure præsumitur cum sit connaturalis, &
3 intrinseca, qualitas verò diuitiarum aduentitia, & repugnans Naturæ cum quilibet nudus, & pauper nascatur iuxta moralem, & elegantem *Text. in c. sicut 13.47.distinct.vers.quando m hanc ingressus, & Lucen. Aret.consf. 66.num.8.Alciat.de præsumpt.reg.2. præsumpt.27.in princ.& per tot. Beninca s.tract.de pauper.qu.3.nu.5.& seqq. Ioseph. Ludou decis. Perus.35.*
4 *num.20. ve f. Imo cum simus in dubio.* Tum quia sumus in muliere repetente suas dotes, quæ vltra eas nihil aliud habere præsumitur *Angel.consf.81 num.2. vers.Primo quia Socc.sen.consf. 126.num.2.lib.1 Rota coram Greg. decis.398.sub num.5. & coram Buratt. decis.906.num.3.& in Ianuen.Separationis Thori 4.Iulii 1633. coram bo.me. Coccino,* quæ præsum-
5 ptio sufficit nisi exaduersò doceatur de Contrario, *Thesaur. decis.43. num.5.& in his terminis fuit dictù in Romana Alimentorum 1. Aprilis 1639. coram bo: mem. Pirouano.*

Præsumptio boni Iuris oritur ex mandato pro restitutione dotis Victoriæ ab A.C. relaxato, quæ non eneruatur ex eo quod fuerit à dicto mandato
6 prouocatum, quia licet disputetur a DD.an bonum Ius præsumatur per sententiam, cuius effectus fuit per appellationem suspensus, vt per *Abb.in cap. Quoniam contra num 19.& seqq.de probat. & ibi Felin. n. 21.& seqq.& latè Beroi.num.228. cum pluribus seqq.* Omnes tamen Cõmuniter in hoc conueniunt quod indè oriatur quædam præsumptio iustitiæ, & rectitudinis quæ operatur vt pauperi Collitiganti sint
7 præstanda alimenta, & sumptus litis, vt per celebrem, *Text. in l.si Instituta §.de Inofficioso ff.de inoff. testam. firmant Dec.in dicto cap.quem contra num.31. vers.4.facit Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt.9. nu. 5. Menoch.eod.tract.lib.3.præsumpt.67. nu.81. Conar. pract.quæst.cap.6.nu.6.vers.secundum quod Doctores,* & sic Rota semper tenuit, & coram *Card. Cauall. decis.554.num.2.& coram Buratt.dicta dec.906.nu.7.* cum alijs per *Add.ad Greg. d.dec.189. num.7. vers. præsumptio boni Iuris.*

Non obstat quod Victoria exegerit scuta 1200. ad computum suæ dotis, ex quibus cum possit ali, & sumptus litis soluere, cesset necessitas cogendi illos de Nulphis adeorum præstationem, eum alimenta, & sumptus litis subministrentur Actori solùm in subsidium quando non habet aliundè quia fuit responsum quod scuta 1200.monetæ Vrbini solùm Victoriæ in tot bonis respondent solum scutis 800. monetæ Romanæ, & fructus qui percipi pos-
8 sunt facto calculo ad rationem quinque pro centenario prout fieri debet cum in stabilibus consistant *iuxt.gloss.in Auth. Præterea C.de Sacr. sanct. Eccles.* non excedunt scuta 40. quæ nullo modo sufficere possint pro alimentanda nobili muliere, & substinenda lite Rotali cogeretur Victoria de euius boni Iuris præsumptione iam constat propter impoten-
9 tiam litem deserere, ad quod inconueniens euitandum semper à Collitigante debentur *Alimenta,& sumptus litis vt per Rubruff.ad comm. Reg. sit de sent. prouisional.art.1. aliàs si gloss.2. num.5.* quod proce-
10 dit siue agatur ad vniuersitatem bonorum vel ad maiorem partem vt in hoc casu siue etiam agatur ad res particulares prout reprobata *Surdi*, distinctione Tenuit *Rota dec. 749.num.5.part. 2.rec.* quam sequutus est *Fontanell.de pact.nuptial.clauf.6.gloss.2. part.4. in fine* vbi testatur quod Senatus Cataloniæ ita obseruat *add ad Greg.dicta decis.189. numer.7. & add.ad Buratt.dicta decis.707.sub num.6.*

Minus restitit quod Victoria dicatur nupta Equiti de Pazzis secundo viro diuiti qui potest subministrare alimenta,& sumptus litis,quia vltra quod diuitiæ dicti Equitis non probantur,respondetur quod etiamsi de illis constaret hoc tamen non suffragaretur
11 Nulphis, quia diuitiæ Mariti non faciunt quominus Conuentus ab Vxore paupere teneatur ei præstare alimenta, & sumptus litis, *Crauett. consf. 164. num.2.vers.Non obstat secundum vsque ad finem*:non enim inde tollitur paupertas Vxoris, quia Maritus
12 cui dos soluta non fuit eam alere non teneatur si in dotatam non accepit *l.final.C.ad S.Consult.Velleian. Alex.in l.si cum dotem §.fin.autem num.8. ff.sol.matr. & consf.56. num.10.lib.4. Roman.consf.517.nu.2.vers. Aut est indotata, & ibi plenè Add. subliet. D.Nouizan.in Silua Nupt.lib.1.num.45. Guidopap. dec.439. sub num. 1.Boer.decis.22.num.1.& Rota dec.907.numer.3.par.4.diuer s.* & si partem tantum promissæ do-
13 tis recepit non tenetur ad integra alimenta sed solùm pro rata solutæ dotis vt latè *Surd.de Alim.Tit. 7.qu.17. num.5.& seqq Gomes.in l.50. Tauri nu.31.*
14 & multo minus tenetur ad expensas litis quæ difficilius debentur cum his cesset fauor Alimentorum *Innoc.in cap.Per vestras in fine de donat.inter vir.& Vxor.Cephal.consf.127.nu.10.vers.Non obstat Cresc. dec.8.nu.1.& 2.de Iud.Surd.vbi supra Tit.1.qu.120. num.10.* Vndè frustra, & properam allegantur di-
15 uitiæ Mariti cum Vxor non possit indè sperare suæ calamitati subsidium *l.Ad probationem 21. in fin. de probat.*

Demum non obstat multa quæ obijciuntur contra validitatem, & Iustitiam dicti mandati, quia hæc non sunt discutienda in hoc articulo sed in cognitione negocij principalis repetitionis dotis vbi omnia plenè examinabuntur. Nunc enim pro decernendis Alimentis, & sumptibus litis sufficit sola præsumptio boni Iuris quæ hic non defuit vt supra ostensum, aliàs si Actor cogeretur Ius suum plenè iustificare numquam esset locus Alimentis, & sumptibus nisi lite finita, & post totalem causæ expe-

16 expeditionem, & pauper propter impotentiam cogeretur causam deserere, ad quod absurdum euitandum Tribunalia totius Orbis admiserunt quod sufficiat præsumptio quæ oritur ex sententia, vel leuis, & summaria probatio si agatur in prima Instantia, & nullatenus fuerit lata sententia, Nec enim facie sententia, *Rotę antiquæ decis.2. de Iud. in antiquior.& Afflict.dec.10.& 11.* qui testatur ita bis diffinitum fuisse in Concilio Neapolitano, idemque probat asserens ita obseruari in Regno Franciæ *Rebuff.ad Constit. Regias de sent. prouisional.d.art.1.alias si gloss.2.num.5.Couar.pract.qu.cap.6.sub Vers.secundus quod Doctores Molin.de Primog. Hispan.lib 2.cap. 16.num.39. Grat.disc.for. cap.236. num.50. & cap. 567.num.25.& latè Fontanell de pact.nuptial.claus. 6.gloss.2.num.51.& tribus seqq.*

Quo verò ad quantitatem cum residuum Dotis non solutæ sit scutorum 1800. monetæ Vrbini pro nunc arbitrati sunt Domini quod vltra fructus qui ex bonis iam receptis per Victoriam percipi possunt, debeantur scuta sex eiusnem monetæ quolibet mense, itaut facta reductione monetæ Vrbini ad Romanam habitura sit Victoria pro hoc residuo dotis inexactæ scuta quatuor pro Centenario, cui taxationi visum fuit Nulphos acquiescere posse, cum aliàs quotiès pendente lite Vxori repetenti dotem,
17 sunt taxanda alimenta, & taxari soleant ad rationem quinque pro Centenario quantitatis petitæ, quando illa est certa vt in hoc casu, vt per *Text.in §. Quia verè Leonis Auth. de non alien. firmat Afflict. dec.284.in fine quem sequutus fuit Fontanell. vbi sup. claus.4.gloss.18.par.1.num.52.& 53.* reseruando tamen DD. sibi facultatem in processu causæ, & arbitrium huiusmodi alimenta augendum vel diminuendum.

Et ita resolutum vtraque, &c.

LEODIEN. MODIORVM SPELTÆ.

Veneris 29. Nouembr. 1641.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione an pactum de retrouendendo, quod hodie in emptione annui redditus semper apponitur, intelligatur inesse in redditu constituto cum clausulis in perpetuum, & temporis infinitatem denotantibus maximè in antiquis, quo tempore huiusmodi redditus ita creari solebant.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata sine citatione est nulla.*
2 *Citationis defectus patet ex reuolutione, & inspectione actorum.*
3 *Instrumenta vt probent produci debent authentica, nec copiæ, aut exempla sufficiunt.*
4 *Amplia licet fuissent exemplata per plures Notarios.*
5 *Redditus annuus constitutus cum clausulis denotantibus infinitatem intelligitur perpetuus, & irredimibilis.*
6 *Redditus annuus olim constitui solebant irredimibiles.*
Redditus annuus præsumitur constitutus iuxta frequentiorem vsum illius temporis, quo venditus fuit num.6.
7 *Pactum de retrouendendo non est de substantialibus seu naturalibus emptionis Census, sed de accidentalibus.*
Accidentalia contractus non præsumuntur illi inesse cum possint ab eo separari, num.8.
9 *Contractus censetur initus secundum suam naturam.*
10 *Annuus redditus censetur emptus absque pacto redimendi.*
Emptionis natura ea est vt rei emptæ dominium acquiratur emptori perpetuo, & irreuocabiliter.
11 *Perpetuum, & temporale vbi aliquid esse potest semper præsumitur perpetuum.*
12 *Redditus annuus emphyteuticus, aut debitus pro locatione perpetua de sui natura est irredimibilis.*

DECISIO XLIV.

IVdex primę Instantiæ tulit sententiam ad fauorem Io: Holing. Scabini Leodien. qua declarauit quod annua responsio modiorum 14. Speltæ ante 200. annos solui solita ex diuersis bonis Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Dionisij esset redimibilis, dictoque Ioanni competere Ius illam reluendi pro eadem sorte principali, qua empta fuit, dictaque sententia fuit confirmata à Iudice secundæ Instantiæ coram quo post obitum Ioannis causa reassumpta fuit à Francisco Haling. Scabino, & Petro Bez. exconsule Leodien.

Interposita ab his sententijs Appellatione, & causa mihi in Rota commissa proposui dubium An illæ essent confirmandæ vel infirmandæ, & Domini pro infirmatione responderunt stante earum nullitate, & Iniustitia.

1 Nullitas prouenit ex defectu citationis ad sententiam, quæ nominatim præcedere debet alias sententia non subsistit, *Clem. sępe de verb. signific. Rota decis.17. numer.2. de re iudic. in nouis & coram Card. Mantic. dec.291.num.1.& coram Reuerendiss. D. meo Decano dec.165.num.18.par.6.* qui defectus patet ex
2 inspectione, & reuolutione Actorum ex quibus huiusmodi negatiua probatur, *Dec.cons.483. num 6. Becc.cons.40.num. 20. in Hercul. de proban. negat. nu. 176. Rota decis.64.num.2. par.1. diuers. & coram S. M: Greg. XV. decis.416. num.5.* cum alijs relatis per *Add. num. 8.*

Iniustitia verò probatur ex eo quod dictæ sententiæ pronunciant dictum annuum redditum esse redimibilem, & Ioanni competere Ius illum reluendi mediante restitutione sortis principalis, de qua fit mentio in quodā documento sub data anni 1422 in quo tamen nulla vis fieri poterat, nec inde aliqua probatio desumi cum sit simplex copia extracta per Notarium non rogatum, quæ originali non exhibito fidem non meretur. Instrumenta enim vt
3 probent, debent produci Authentica, nec sufficiunt copiæ, & exempla, *l. sancimus, & ibid. gloss. in verbo non exempla C. de diuers. rescript. l.2. ff. de fid. Instrum. cap.1. Extra eod. Tit.* latè *Purpurat. in Auth. si quis in aliquo à num.2. vsque ad 12. C. de edend.* cum alijs adductis in Romana Cambiorum 15. *Aprilis præteriti coram me*, quod procedit quamuis plures Notarij illud exemplassent *Purpurat. in d. Auth. si quis in aliquo num.14.& ibid. Castr. nu.2. in fine Socc. sen. cons.120. num.1. in fine vers. Et hæc opinio confirmatur lib.1. Curt. Iun. cons.166. num.3. lib.1.* vbi testatur de communi, & alios cumulat, *Grat. discept. for. cap.859. num.1. & 32.*

Et circumscripta etiam fide d. documenti adhuc tamèn redditus prędictus non poterat declarari
5 redimibilis, quia cum ibi legatur quod eius venditio fuit facta inperpetuum, aliæque adsint clausulæ denotantes infinitatem apertè conuincatur fuisse constitutum sine aliqua præfinitione temporis, eūque perpetuo duraturum, & irredimibilem, *l. purè §. final. ff. de dol. except. Bald. cons.372. sub num.2. lib.4 Grat. discept. for. cap.985. num.11. & Rota in* Romana *Census 9. Decembris 1621. coram b. me:* Card. *Verospio qua est dec.394. n.1. post Cenc. de Cens. secundum modernam impress. Taurinen., & in his terminis* fuit dictum in alia, *Leodien. modiorum Speltæ 1. Martij 1641. cor. me.*

Quod

Quod eo magis roboratur tùm quia agitur de
reddltu vendito in perpetuum ſupra duo ſæcula,
quibus antiquis temporibus frequentiſſimus erat v-
ſus ſimilium Cenſuum irredimibilium, vndè præ-
6 ſumendum eſt talem fuiſſe conſtitutum iuxta fre-
quentiorem illorum temporum conſuetudinem,
*Couarruu.var.reſol.lib.3.cap.10.num.5.verſ.3.ſi mini.
mè Cald.de Iur.Emph.lib.3.cap.11.nu.11. Grat. vbi
ſupra d.cap.985.nu.12.Rota d.dec.394.n.2.poſt Cene.
de Ceuſ.* cum alijs adductis in *dicta Leodien. coram
me*.

Tùm quia huius redditus Conſtitutio fuit facta
per viam Emptionis, & venditionis neque apparet
per ſcripturam aut per Teſtes nec alio modo pro-
batur fuiſſe conuentum quod redimi poſſet, vnde
in dubio præſumi debet perpetuus, & irredimibilis
7 non ſolum quia pactum de retrouendendo in ven-
ditione non præſumitur niſi probetur, vt per *Tex.
in l.Cum ibinotatis C.de pact.inter emptor. & vendi-
tor.arguunt in his terminis Couar.d.cap.10.nu.5.verſ.
4.quoties Boccace.deCenſib.par.1.num.36.Duard.eod.
tract.tom.1.in Præbem.qu.19.num.13 & 14. Federic.
Martin, de Iur.Cenſ.cap.7,nu.132.cum ſeqq.* illud e-
8 nim non eſt de ſubſtantialibus emptionis Cenſus,
ſed de accidentalibus, quæ non præſumuntur in
eſſe contractui cum poſſint ab eo ſeparari, *Menoch.
conſ.35.num.19.& 20.& in puncto Duard.vbi ſupra
dicta qu.19.num.7.& 8.& Federic.Martin. dicto cap.
7.num.133.& ſeqq.* ſed etiam quia contractus cen-
9 ſetur initus ſecundum naturam ſuam *l. quæro §. in-
ter locatorem ff.locati Menoch. de præſumpt.lib.3.præ-
ſumpt.38,nu.1.& ſeqq.* & conſequenter dictus red-
10 ditus debet cenſeri emptus abſque pacto redimen-
di ſecundum naturam emptionis, quæ eſt vt rei
emptæ dominium acquiratur Emptori perpetuò,&
irreuocabilitèr *Federic.Martin.dicto cap.7.num.136
& 137.*

11 Et demum quia vbi aliquod poteſt eſſe tempo-
rale, & perpetuum in dubio perpetuum cenſeri de-
bet *Iaſ.in l.ſufficit num.2.ff.de Cond.Indebit.Menoch.
de præſumpt.lib.2.præſumpt.16.num.16.& multa con-
gent Tiraquell.de retract.conuentional.§.2.gloſſ.1.nu-
mer.39.*

Et viſa fuit ceſſare omnis dubitatio, quia cum
ex Iuribus datis in *Summ.huius partis num.4.* appa-
reat quod Ioannes Helman ſucceſſor venditoris d.
redditus de anno 1519. Decano, & Capitulo em-
ptoribus fecit releuium conuentum in ipſo Inſtru-
mento venditionis de diuerſis bonis cum promiſ-
ſione quod illa conſeruaret abſque eorum damno,
eiſque annuatim præſtaret dictos modios 14. Spel-
tæ, etiamſi poſſet dici quod dictus redditus pro-
priùs, & ab initio eſſet redimibilis, ex tunc tamen,
& impoſterum fuit indubitanter effectus irredimi-
bilis, quia per dictum releuium tranſit in reddi-
tum Emphythæuticum Decano, & Capitulo debi-
tum pro dictis rebus tamquam eorum proprijs per
ipſum promittentem vigore dicti releuij recognitis
& proindè nullomodo poterat iudicari redimibilis
12 cum redditus Emphytheuticus vel debitus pro lo-
catione perpetua de ſui natura ſit irredimibilis, vt
firmauit *Rota in d.Leodien.&c.*

Et ita vna tantum &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 2. Decembr. 1641.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum competit tam pro annuis præ-
ſtationibus ante ſententiam quam poſtea decurſis.

SVMMARIVM.

1 *Rationes in vno Iudicio firmatæ pro terminis decur-
ſis ex diuerſitate terminorum diuerſitatem non
recipiunt.*

DECISIO XLV.

DOm. Clarix Palumbaria de Sabellis ob cauſam, & in recompenſam donationis omnium bonorum ſibi factæ à D. Paulo Æmilio Vrſino promiſit cum obligatione Camerali eidem ſoluere annua ſcuta 800. monetæ ſed cum in iſtorum præſtatione poſtmodùm defeciſſet, Vrſinus intentauit coram A.C.Saluianum interdictum aduerſus Lucretiam Fidelem detentricem vnius domus eiuſdem Claricis debitricis, & ſententiam pro immiſſione reportauit quam vti validam, & iuſtam confirmandam eſſe Rota reſpondit, *vt in dec.emanata ſub die 28. Febr. præteriti coram me*, & cum nihil releuans contra eam deduceretur, fuit mihi ordinatum vt cauſam expedirem.

Verum cum de terminis decurſis vſque ad ſententiam quos illa tantummodò cóplectebatur Vrſinus hoc medio tempore fuiſſet ferè ſatisfactus, & interim decurriſſent alia ſcuta 800.circiter pro quibus conſequendis ipſe pariter Saluianum ſuperdicta domo ab eadem Lucretia poſſeſſa intentare cupiebat, ne de Iuriſdictione dubitari poſſet, adiuit ſignaturam mihique obtenuit reſcribi vt etiam pro d. terminis poſt ſententiam decurſis in cauſa prout Iuris eſſet procederem vt in commiſſione.

Quare ſuper hoc Hodiè facto verbo in relationi-
bus cauſarum Domini etiam pro terminis dictæ an-
nuæ præſtationis poſt ſententiam decurſis cauſam
expediri mandarunt ex rationibus in eadem deciſio-
1 ne deductis, quæ ex diuerſitate terminorum cum
ſub eadem cognitione verſentur diuerſitatem in Iu-
re non recipiunt, *l.Nam vt ait ff.de legat. l.Illud.ff.
ad l.Aquil.cum ſimilibus.*

Et ita reſolutum vtraque, &c.

ANCONITANA CENSVVM.

Mercurij 11. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Sententiæ quando dicantur conformes, & an diuerſitas Actionum impediat conformitatem, & ex quibus diuerſitas actionum deducatur?

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes vbi ſunt latæ ſuper eadem re inter eaſdem perſonas, & conueniunt in ſubſtantia.*

2 *Sententiæ ſtante conformitate ſunt exequendæ.*

3 *Sententiæ latæ in actionibus diuerſis non poſſunt dici conformes.*

4 *Clauſula,* quam,& quas, &c. cum ſuis incidentibus, &c.*& toto negotio principali æquipollent deductioni totius iuris, & actionis.*

5 *Sententia ſemper cenſetur lata ex ea cauſa, ex qua de iure ferri debuit.*

6 *Actio tantummodo ſubſidiaria competit contra bona ſubrogata, cum illa non ſint immediatè hæreditaria.*

7 *Actio qualis fuerit cognoſcitur ex qualitate probationum, & ex clauſulis in ſententia appoſitis.*

8 *Clauſula,* non ſolum præmiſſo, ſed omni meliori modo, *appoſita in ſententia oſtendit Iudicem non voluiſſe pronunciare, niſi eo meliori modo, quo potuit, & debuit.*

9 *Actio pendente conditione ſtat in ſuſpenſo.*

10 *Inuentarium probat non adeſſe alia bona, quam deſcripta in eo, donec de contrario doceatur ab allegante.*

11 *Et ostendit hareditatem exhaustam ad instar sententia Iudicis pronunciantis hareditatem non esse soluendo.*

12 *Actio non est prius in sui substantia, quam sit in exercitio.*

13 *Sententia lata per vnicum caput, & sub vna verborum structura continens excessum in parte, corruit in totum ratione indiuiduitatis, declara num.18.*

14 *Sententia Iudicis indefinite prolata adaptatur ijs tantummodo rebus quibus de iure potest.*

15 *Index indefinitè prounncians censetur condemnare prout de iure debet.*

16 *Actio in qua fundari debet iudicium, attenditur de tempore litis contestata.*

17 *Condemnatio vbi minuenda est attenditur tempus sententię.*

18 *Sententia dicuntur conformes, & sunt exequenda vbi conueniunt in minori summa, non obstante, quod vna contineat plusquam alia.*

19 *Sententia nulla potest confirmari, vel reformari quãdo de nullitatibus non fuit oppositum.*

20 *Limita dummodo nullitas non sit talis, qua influat in alias sententias, & duret in alys instantys.*

21 *Appellatio datur a sententia ratione noui granaminis ex liquidatione illati.*

22 *Appellatio stante nono granamine datur in totum à sententys propter connexitatem, quam habet nouum grauamen cum reliquo in quo sententia sunt conformes.*

23 *Actio subsidiaria est regulanda pro modo valoris, & quantitatis bonorum Hęreditariorum.*

24 *Appellatio non datur à conformitate sententia cessãte grauamine.*

25 *Conformitas sententiarum impeditur, quando Iudex in sententia aliquid de nouo declarat, per quod altera pars Laditur.*

26 *Limita quando grauamen in aliqua parte diminuitur & temperatur.*

27 *Probationes, qua sunt deducta in actis attenduntur in materia executina, non autem quę possunt in futurum deduci.*

28 *Probationes petitę post testes iam examinatos non sunt admittendę, sed petitio reycienda tanquam calumniosa.*

29 *Iudex stantę suspicione calumnię non debet admittere probationes non factas, sed causam expedire.*

30 *Probationes de nouo non attenduntur in vltima instantia, ad impediendam rei iudicatę executionem.*

D E C I S. XLVI.

PEr binas decisiones coram bo:me: Buccabella alteram 2. *Iunij* 1638., & alteram 1. *Aprilis* 1639. resolutum fuerat non constare de tribus conformibus quæ sint exequendæ sed causa super eisdem proposita coram bo:me: Pirouano in locum Buccabellæ subrogato, Domini recesserunt à decisis, & de conformibus constare dixerunt per alias duas decisiones sub *die* 30. *Ian. & die* 28. *Nouembr.* 1640. quibus non acquiescentibus Triumphis concessa illis noua audientia dubitatum fuit coram me in locum Pirouani subrogato. An standum sit in primis decisionibus difformitatem sententiarum firmantibus, An potius in duabus vltimis pro conformitate emanatis, & in vltimis standum esse DD. responderunt.

1 Adsunt tres sententiæ super eadem re, inter easdem personas, & conueniunt in substantia, & effectu, quod solum attenditur, vt dicantur, & sint conformes, *Gabriel. de execut. res iud. concl.* 1. *nu.* 33. *Rugiuell. de Appell.* §. 12. *gloss.* 1. *num.* 8. *& duob. seqq. Scacc. eod. tract. lib.* 3. *cap.* 2. *limit.* 1. *num.* 21. *Thesaur. decis.* 229. *num.* 2. *Rota decis.* 98. *num.* 3. *post med. part.* 1. *rec.* & fuit dictum in *Romana Cambiorum* 26. *Maij* 1640. *coram me, & in Elboren. Iuris conferendi* 5. *Debris* 1640. *coram R. P. D. meo Panzirolo*, & in multis alijs relatis per *Add. ad Buratt. decis.* 567. *nu.* 10.
2 Proindeque stante conformitate sunt exequendæ, *Clem. prim. de sent. & re iudic. Rota decis.* 98. *in fine par.* 1. *Rec.*

Non obstat toties decantata exceptio quod sententiæ Stellæ, & bo:me: Vbaldi sunt latæ in actione directa petitionis hæreditatis sententia autem Reuerendiss. D. mei Merlini Decani sit lata in Actione, & remedio subsidiario, quod Actioni directæ
3 aduersatur, proindeque sententias tamquam latas in Actionibus contrarijs non posse dici conformes, Quicquid enim sit an diuersitas Actionum impediat conformitatem, quando sententiæ sunt latæ super eadem re, & inter easdem personas. Obiectum corruit in facto, quia dici non potest, quod sententia Stellæ sit lata in Actione directa petitionis hæreditatis cum non sit restricta ad aliquam certam actionem sed solùm generalem concedatur Immissio leonijs in bonis, & Censibus subrogatis, sententiæ verò Vbaldi, & Reuerendiss. D. mei Decani illam simpliciter confirmant, vt benè animaduersum fuit in decisione quæ reuidetur, ac propterea cum ab initio in commissione causæ quæ est loco libelli nulla fuerit specificata Actio sed confusè, & in genere deductum omne Ius, & omnis Actio
4 vigore illarum clausularum *Quam, & quas, &c. cum suis incidentibus, &c.* & toto negocio principali, quæ æquipollent deductioni totius Iuris, & Actionis, vt fuit dictum in *Placentina Aquarum* 8. *Maij* 1596. *coram Card. Arigonio impress. apud Marches. de Commiss. par.* 1. *fol.* 232. cum alijs allegatis in 1: *dec. coram bo:me: Pirouano*, vtique dictæ sententiæ non debent censeri latæ in Actione directa petitionis hæreditatis, quæ non poterat exerceri, sed in subsidiaria quæ Leonijs competebat, cum sententia
5 semper censeatur lata ex ea causa ex qua de Iure ferri debuit *Castr. cons.* 270. *num.* 1. *vers. quia lib.* 2. *Rota decis.* 40. *num.* 10. *& decis.* 112. *num.* 2. *par.* 2. *diuers. & in rec. decis.* 319. *num.* 10. *part.* 1. *& coram Cardin. Mantic. decis.* 349. *nu.* 5. *& coram f. me. Greg. XV. dec.* 156. *num.* 3. *&* 4.

Quod apparet etiam ex probationibus factis, & ex verbis sententiæ Stellæ, siquidem coram eo producta fuerunt Inuentaria bonorum hæreditariorum Petri ad probandam insufficientiam eius patrimonij, & doctum de magna quantitate æris alieni ex concursu plurium Creditorum Petri, qui de eorum credito satisfieri minimè potuerunt vt consideratũ fuit *coram bo. me: Vrgell. dec.* 212. *nu.* 29. ex qua necesse inferebatur actionem subsidiariam fuisse intentatam, & ipse in sententia concessit Immissionem
6 in Censibus subrogatis, contra quos cum non essent immediate hæreditarij non poterat agi nisi in subsidium *iuxta Doctr. Castr. in l. sed, & si lege* §. *fin. n* 5. *in lect. Anenion. ff. de pet. hæred.* quam sequuntur dicta *magis communiter, & Rota canonizauit sæpiùs in hac causa coram bo:me: Buratt. decis.* 784. *num.* 9. *& seq., & dec.* 874. *per tot. & coram Reuerendiss. Vrgellen. dec.* 63. *num.* 3. *& seqq.* Ex quibus aperte liquet sententiam fuisse latam in actione subsidiaria, cum ex
7 qualitate probationum, & Clausulis in sententia benè cognoscatur qualitas Actionis *Abb. in cap. Ceternm num.* 20. *vers. debet enim intelligi de Iud. Felin. in rubr. de prascript. nu.* 8. *& in cap. olim num.* 18. *de lit.*

con-

*contest. Sanct.mem. Greg. decis.*470. *num.*7. & fuit dictum in *Ariminen. Bonorum* 5. *Martij* 1627. *coram bo. mem.* Coccino.

Et talem fuisse eius sensum euidentius apparet ex clausula illa, *non solum permisso, sed alias omni meliori modo* apposita in fine sententiæ, quę ostendit
8 non voluisse pronunciare nisi eo meliori modo, quo potuit, & debuit *Felin. in cap. cum super num.* 11. & ibidem *Dec. num.* 57. *& seqq de offic. deleg. Vant. de nullit. ex defect. Iurisdict. num.* 174. *Gabr. cons.* 132. *q.* 2 *num.* 17. *lib.* 1. *Buratt. dec.* 337. *num.* 26. & saluat sententiam eo modo quo ferri debuit, *Rota coram Buratt. dec.* 241. *num.* 7. & in puncto quod sententia vigore dictæ clausulæ substineatur in remedio subsidiario, si in eo erat ferenda *Costa de remed. subsid. prælud.* 7. *numer.* 3. *& prælud.* 8. *numer.* 1. *& remed.* 41. *num.* 14.

Nec obstant duæ replicationes nuper in contrarium excitatæ. Prima enim quod dicta sententia Stellæ non potuit censeri lata in actione subsidiaria, ex quo actio ista non esset tunc in esse deducta, cum eius origo penderet ab excussione non dum facta de sui natura importante conditionem, qua pen-
9 dente actio stat in suspenso *l. decem* 116. *de verb. oblig. Bald. in l. sub cond.* 17. *num.* 1. *& seqq. ff. de condict. indebit.* visa fuit non subsistere, quia cum ex Inuentario bonorum hæreditariorum Petri in actis prædicto constaret, quæ bona remansissent in eius hæreditate, & vlterius probatum fuisset omnia bona Inuentariata fuisse distracta, aut occupata per Creditores hęreditarios, nulla erat necessaria excussio cum
10 Inuentarium ne dum probet non adesse alia bona quam descripta in eo, donec de contrario doceatur ab altera parte, in quam transfertur hoc onus *l. final. §. licentia dando C. de iur. deliber. gloss. in l. de lege ff. de probat. Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 2. *Menoch. eod. tract. libr.* 6. *præsumpt.* 26. *numer.* 3. *Herculan. de negat. proban. numer.* 95. *& sæpius Rota tenuit, & signanter* Cardinal. *Seraf. decis.* 504. *numer.* 6. *coram Cardinal. Caual. decis.* 233. *numer.* 2. *& dec.* 246. *num.* 3. *& in rec. dec.* 607. *nu.* 1. *par.* 1. *& dec.* 89. *num.* 5. *part.* 7. cum alijs allegatis, *& in hac causa coram Vrgellen. dec.* 212. *num.* 2. *&* 3. Verum etiam peti, ne sit locus excussioni ad instar sententiæ
11 Iudicis pronunciantis hæreditatem non esse soluẽdo *Montecul. de Inuent. cap.* 9. *n.* 137. *vers. Et si ex serie, & n.* 159. *& n.* 267. *in fine.*

Altera verò quod de releuantia probationum super exinanitione hæreditatis Petri actum fuerit solummodò coram Domino Vrgellen. coram quo Inuentaria fuerunt discussa ad effectum cognoscendi, an subsidiariæ actioni esset locus, habitis desuper multis disputationibus vt patet ex eius decis. impressis 212. 241. 264. 282. 229. & 339. Ac proindè cum pro exercitio subsidiariæ producendo opus fuerit tam longa discussione, non possit dici illam prius
12 fuisse in esse cum actio prius non sit in sui substantia quam sit in exercitio *iuxta doctr.* Baldi *in alleg. l. sub condict. num.* 4. *ff. de condict. indebit.* Pariter habita fuit irreleuans, quia non subsistit quod actio subsidiaria fuerit intentata in exercitio solummodo coram Durano, longè ante deducta fuit nempè in prima instantia coram Stella, coram quo factæ fuerunt probationes inferentes subsidiariam, de qua non releuantia fuit postea discussum coram Durano, & licet desuper non emanauerint decisiones, hoc euenit quia insufficientia bonorum Petri productiua subsidiariæ tunc non controuertebatur, sed supponebatur tamquam certa, & indubitata, vt sæpiùs dictum fuit in decisionibus huius causæ coram *Buratto dec.* 784. *num.* 10. *vers. quod autem Leonij, & dec.* 874. *num.* 5. *& coram Reuerendissimo Vrgellen. dec.* 63. *num.* 2. *vers. sed Nihilominus & dec.* 212. *num.* 1. *vers. sed Triumphi, & num.* 24. *cum seqq. præsertim num.* 27. *& dec.* 264. *num.* 1. *vers. tum quia.* Vnde non fuit opus extendere decisiones, quæ non sunt necessariæ vbi non adest partis contradictio, coram Durano verò cum Triumphi reuocarent in dubium insufficientiam prædictam antea semper admissam prætendentes in hæreditate Petri extitisse alia bona præter descripta in Inuentario, & quod propter eorum existentiam cessaret, aut saltem minueretur exercitium subsidiariæ. Placuit DD. eos audire super huiusmodi prętensione, & vlterius eis concesserunt etiam remissoriam, vt latior esset probationum campus, sed nullo probationis genere potuerunt vnquam excludere dictam insufficientiam, quinimò discussis, & examinatis dd. probationibus, quæ in contrarium afferebantur clarior apparuit. Vndè tantum abest quod ex his possit dici actionem subsidiariam fuisse detectam, & in exercitio solummodò coram Durano quod imò manifestè conuincitur illam fuisse in esse, & intentatam vsque ab initio dum ex prædictis apparet quod insufficientia bonorum Petri dictæ actionis productiua vsque nunc fuit allegata, & probata, & semper habita pro certa, & indubitata.

Et tunc corruit etiam obiectum deficientiæ actionis, ex quo Leonijs fuerit concessa immissio, quæ tamen illis non competijsse dicebatur, neque in remedio *l. final. C. de Edict. D. Adr. toll.* Neque in remed. Vtilis Saluiani interdict. Cum isti census numquam fuerint in bonis Hyeronimi Testatoris, prout requirebatur ad effectum, vt immissioni in dictis remedijs esset locus.

Minus obstat quod in Sententijs Stellæ, & Vbaldi non fuerint detracta scuta 400. restitura Petro pro rata Census in quo remansit extinctus, neque scuta 450. in quibus extincta fuerunt quatuor salmæ Terræ emphithæoticæ, & melioramenta, quæ dempta fuerunt in sententia Reuerendissimi D. mei Merlini,
13 ac propterea cum sententiæ contineant excessum in hac parte corruunt in totum ratione indiuiduitatis, tamquam latæ per vnicum Capitulum, & sub vna verborum structura *iuxta decis. Put.* 315. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. *in correctis cum alijs allegatis in Romana diuisionis* 10. *Iunij* 1641. *coram me.*

Quia quoad ratam Census extincti placuit respõsio, quod cum de extinctione dictæ ratæ constaret
14 in actis sententia Stellæ loquens indefinitè de censibus subrogatis non potest intelligi nec adaptari ad dictam ratam extinctam, quæ non erat amplius in rerum natura, & de qua qualitas subrogationis verificari non poterat, sed debet intelligi de rata remanente, & extante pro qua poterat fieri condem-
15 natio. cum Iudex censeatur condemnare prout de iure debet, eiusque mens talis semper interpretanda sit qualis esse debet, Iuris ratio persuadet vt in puncto *Aymon. cons.* 74. *numer.* 9. *Gregor. decis.* 74. *numer.* 7. *& seq. Mantic. decis.* 281. *numer.* 3. *& decis.* 349. *numer.* 5. *& inter diuers. decis.* 112. *num.* 2. *par.* 2.

Quo verò ad valorem, & prætium melioramentorum, & bonorum emphithæuticorum fuit responsum quod cum de tempore intentati iudicij dicta bona non possiderentur à Leonijs, sed fuissent occupata à Rectore Sancti Appollinaris, vt habetur in *dec. Durani* 212. *num.* 22. *in fine, & num. seq. &* 241. *num.* 17. *&* 23. Leonij qui erant hæredes cum *benef. l. & Inuent.* non tenebantur illa excutere, & a tec-

tijs

tijs possessoribus vendicare, vt firmatur in eisdem decisionibus, ac proinde cum dicta bona quoad Leonios haberentur perindè, ac si tunc non extarent, nullus ex hoc capite potest allegari excessus, quia
16 ad effectum tribuendi competentiam actionis, & qualitatem in qua fundari debet iudicium, tempus litis contestatæ est attendendi, quicquid sit ad effe-
17 ctum minuendæ condemnation is, quo casu tempus sententiæ attenditur, *Bart. in l. litis contestatæ ff. de negoc. gest. Bald. in l. m Pupillo ff. de solut. Imol. in l. Rei iudicatæ num. 1. ff. sol. matrim.*

Et cessat omnis difficultas cum hodiè agatur de conformitate sententiarum ad effectum illas exequendi excessus etiamsi adesset non obstaret, quia
18 isto casu attenditur minor summa in qua sententiæ dicuntur conformes, & sunt exequendæ nō obstante quod vna contineat plusquā alia, iuxta veriorem, & receptiorem sententiam fundatam in *Text. in l. diem proferre §. si plures vbi gloss. ff. de recept. arb. & in cap. 1. de Arbitr. in 6. quam tenuerunt Zanzel. in Clem. 1. & ibidem Card. num. 2. de sent. & re iud. Alex. cons. 77 num. 3. lib. 2. Barbat. cons. 10. col. 3. lib. 1. Couar. pract. quæst. cap. 25. num. 6. vers. 11. Ruginell. de Appellat. §. 12. gloss. 1. num. 11. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. nu. 576. vers. Tertia aduertenda est, & de appell. cap. 2. quæst. 17 limit. 1. num. 32. Afflict. dec. 362. num. 2. whose Vrsill. num. 1. Thesaur. dec. 122. num. 10. Rota Bononien. dec. 38. num. 31. & seqq. in nouiter impress. & ibi late Gipsius in Add. & Rota nostra perpetuo tenuit hanc opinionem, & signanter dec. 241. num. 4. par. 1. diuers. & dec. 487. num. 3. par. 3. libr. 3. & coram Buratt. decis. 577. num. 2. & in Romana Successionis de Iustis coram Orano impressa penès Marchesi. de Commiss. par. 2. fol. 123. sub num. 2. sub num. 2. & in Bonon. Pecuniaria 13 Maij 1611. coram bon: mem: Pirouano impressa post secundum vol. consil. Farinacc. dec. 328. num. 1. vers. Et in tantum, & Interamnen. Censuum 18. Decembris 1626 coram eodem Pirouano, & in Colonien. Suspensionis 25. Maij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Contraria enim conclusio quod sententia excessiua in parte corruat in totum, quando continet vnicum capitulum, & in eodem periodo fit condemnatio iuxta allegatam *decis. Putei cum concordan.* Procedit quando agatur de validitate vnius, & eiusdem sententiæ ante illius confirmationem parte opponente, sed quando post illius confirmationem tractatur de conformitate ad effectum executionis non habetur ratio diuersitatis Capitulorum, seu verborum quibus est concepta prima sententia ad minorem summam redacta, sed solummodo an concordent in substantia hoc est in maiori summa, in qua si conueniunt dicuntur conformes, & exccutioni mādandū iuxta prællegatas doctrinas, & ita in effectu distinguunt, *Laderch. Imol. cons. 73. n. 1. Rota Bonon. d. dec. 38. num. 32. & seq. in nouis, & ibi Gipsius in add. & innuit Scacc. de Appell. cap. 2. quæst. 17. limit. 1. nu. 31. in fine, & seqq.* & in his terminis procedunt decisiones supra allegatæ, quæ loquuntur de sententia vnica verborum structura concepta respectu condemnationis, præsertim illa *Romana Successionis de Iustis coram Orano.*

19 Et ratio est quia nulla potest confirmari, vel reformari quando de nullitatibus non fuit oppositum
20 dummodò nullitas non sit talis, quæ duret in alijs instantijs, & influat in alias sententias *Alex. cons. 322. num. 15. lib. 2. & cons. 73. num. 11. lib. 6. Rota dec. 116. par. 3. & in rec. dec. 319. num. 11. part. 1. & decis. 607. num. 1. & 2. lib. 3. & in rec. dec. 319. num. 11. par. 1. & dec. 572. num. 2. par. 2.*

Denique non obstat vltimum super quo ... insistebant informantes pro triumphis, nempè quod sententia Domini mei Merlini inferat nouum grauamen, non solùm quatenus æstimat illas quatuor salmas Terræ, & melioramenta in solis scutis 450. cum prætèdant longè plus valere sed etiam quatenus firmat non adesse alia bona hæreditaria Petri, cum tamen ipsi probare possint aliorum existentiā, ac propterea quemadmodum in hac parte aduer-
21 sus sententiam daretur appellatio ratione noui grauaminis illati ex dicta liquidatione *Angel. in l. prima sub num. 1. C. ne liceat 3. Appellat. Aymon. cons. 183 num. 4. Couar. pract. quæst. cap. 25. num. 6.* Ita etiam
22 intret appellatio in totum propter connexitatem quam habet dictum nouum grauamen cum reliquo in quo sententiæ sunt conformes *Lancellott. de attent. Appell. pend. par. 2. cap. 12. num. 25. Boer. decis. 73. num. 6. Rota dec. 93. num. 2 par. 1. rec.* Connexitas autem deducebatur ex eo, quia dicta liquidatio non respicit quantitatem, quæ diuidua est, & pro qua intrat regula sæpiùs firmata quod sententiæ dicuntur conformes, & sunt exequendæ in minori summa in qua conueniunt, sed tangit ipsam substantiā actionis subsidiariæ, veluti quæ pendet à liquidatione bonorum an scilicet adsint, in qua summa
23 cum pro modo valoris, & quantitatis bonorum extantium dicta actio sit regulanda, vt benè *Rota coram Durano dec. 241. num. 20. & tribus seqq.*

Pro responsione enim fuit dictum nullum ex huiusmodi liquidatione fuisse illatum grauamen tris-
24 phis, & consequenter non esse locum appellationi, quæ non admittitur vbi non est grauamen, *cap. cum cessante cum ibi not. de appell. speculat. de appell. §. in quibus num. 26. in fine Bald. in cap. dilecto ante nu. 1. extra cod. tit. & in l. final. num. 2. vers. Sed hoc falsum C. quand. prouoc. non est necess. Pasett. cons. 27. numer. 19. Osasch. dec. 61. num. 3.* Non enim possunt prætendere se grauatos in æstimatione illarum quatuor salmatum, & meliorament orum facta in scutis 450. detractis in sententia D. mei Merlini sub prætextu quod pluris valeant, quia cum in præcedentibus sententijs ad ea condemnarentur, sententia D. mei Merlini, illa detrahendo, non solum grauauit, sed grauamen in hac parte leuauit, & eorum conditionem meliorem fecit, & per consequens cessat omnis Appellatio, quia licet quando Iudex aliquid de
25 nouo facit, seu declarat in sententia per quod altera pars grauatur impeditur conformitas sententiarum, & intret appellatio suspendens earum exe-
26 qnutionem, secus tamen est quando grauamen diminuitur, & temperatur, vt in hoc casu, quia tunc non admittitur appellatio, nec impeditur conformitas sententiarum, vt ponctualiter firmant *Contard. in comment. ad l. vnicam C. si de moment. poss. fuerit appell. limit. 19. num. 19. vers. quod declara Surd. cons. 102. num. 13. Thes. dec. 122. num. 7. vers. Vnde resultat conclusio, & benè Rota Bonon. inter recollect. per Cæs. Barz. dec. 38 num. 11. & 12.* vbi reddit optimam rationem, quod si posterior Iudex simpliciter confirmasset primam, vel priores sententias appellans non potuisset conqueri cum non liceat, nisi semel supplicare, & bis appellare, vnde si in aliquo detrahat, & temperet grauamen præcedentium sententiarum, cum sit in eius fauorem non habet, de quo conqueri possit, & per hanc rationem ita tenuit, eandem decis. sequutus *Cancer. var. resol. p. 3. cap. 17. tit. de sent. & earum exequut. num. 320. & seq. et eadem Rot. Bonon. inter nouiter compilatas à Gipsio dec. 38. num. 19. vers. Ex quo, et duobus seqq. et per tot. vbi articulum latè discussit, et Rota nostra decis. 100. num. 27. vers. Sed ad effectum, et num. seq. part. 1. diuers.*

diuers. et apertius in dicta Bonon. pecuniaria 13. Maij 1611. coram bon: mem: Pirouano dec. 328. post med. vbi canonizat. Surd. allegat. cons. 102. num. 13.

Minus etiam pretendi potest illatum nouum grauamen ex eo quod sententia D. mei Decani excludat existentiam aliorum bonorum hæreditariorum Petri, quia in hoc conuenit cum alijs sententijs, quæ emanarunt cum eodem supposito; Vndè cum in hoc sit eum alijs conformis, est exequenda, nihil obstante, quod triumphi allegent se posse facere probationes super maiori quantitate Patrimonij;
27 tum quia in hac materia executiua non attenditur quod potest in futurum deduci, sed quod probatum est, & constat in actis, vt in his terminis respondit *Roto dec. 100. num. 27. par. 1. diuers.* Tum quia ista possibilitas probandi maiorem quantitatem prorsus excluditur, cum insufficientia bonorum Petri probata fuerit ab initio, & semper habita pro certa & indubitata, & triumphi quamuis tentauerint contrariam probationem sufficientis solutionis Patrimonij, nunquam potuerunt aliquid probare, neq; in Curia, neque extra vigore litterarum remissorialium, dum causa penderet coram Durano, & coram Reuerendissimo D. meo Merlino, qua impossibilitate inspecta cum triumphi petijssent nouam remissoriam Rota bis illam denegauit, nempè sub *die 26. Ianuarij, & 23. Martij 1635. coram eodem D. meo Merlino*, quæ aperte conuincitur allegata possibilitas probandi existentiam aliorum bonorum nedum esse inuerisimilem, quia si triumphi potuissent illam probare verisimiliter probassent de eo tempore de quo toto eorum conatu super hoc insistebãt, cum
28 tunc censeantur induxisse meliores testes, quos habebant, & fecisse meliores probationes quas potuerunt *iuxt. doctr. Innoc. in cap. Auditis sub num. 3. de in integr. restit. Aymon. cons. 134. num. 3. Rota coram Buratt. dec. 23. num. 3.* Sed esse calumniosam, & hodiè in calculo ferendæ sententiæ allegari solum causa protrahendi litem, & effugiendi expeditionem causæ, vndè est reijcienda non solum ita suadente summa equitate quæ militat in hac causa, quam Leonij per tot annos tot laboribus, & expensis substinue-
29 runt, sed etiam Iustitia cum Iudex vbi subest suspicio calumniæ debeat arripuitatis omnibus diffugijs sententiam proferre, ne litigantibus maletractantibus liceat causarum exitos vltra protrahere, vt sunt verba *Text. in Auth. Iubemus in fine C. de iud. quem Text.* ita respondit insimili *Rota in Romana Cambiorum 15. Aprilis 1641. coram me.* Presertim cum
30 simus in vltima instantia, in qua non admittuntur nouæ probationes ad retardandam rei iudicatæ executionem, *Verall. dec. 51. par. 3. Rota coram Card. Caual. dec. 208. num. 1.*

Cætera vel sunt leuia, & non indigent responsione, vel sublata fuerunt in præcedentibus decisionibus. Et ita resolutum vtraque &c.

FINIS ANNI M. DC. XLI.

ANCONITANA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

Veneris 24 Ianuarii 1642.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersus non confectum inuentarium in tempore competit ei, qui facto Aduersarij, vel alia iusta causa non confecit, nec sublatio impedimenti postea sequuta potest allegari ab eo, qui impedimentum præstitit concurrente præsertim bona fide committentis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus non confectum Inuentarium in tempore, competit ei, qui facto aduersarij fuit impeditus.*
2 *Negligentia aduersus non confectum Inuentarium non potest ab illo allegari, qui præstitit impedimentum.*
3 *Inuentarium habetur pro facto vsque ab initio præstiti impedimenti in odium impedientis.*
4 *Tempus ad conficiendum inuentarium computatur solum a die aditæ hæreditatis.*
5 *Tempus trium mensium præfigitur à lege ad conficiendum inuentarium.*
6 *Heres stante bona fide, nec concurrente præsumptione occultationis excusatur à pœnis ommissi Inuentarij per simplicem descriptionem.*
7 *Amplia etiamsi seruata non fuerit forma, vel solemnitas in confectione Inuentarij requisita.*
8 *Sed vbi non fuit in totum neglecta, cessare debet illius rigor, cum æquum non sit, vt quis pro modico peccato magnum damnum patiatur.*
9 *Terminum suspiciens ad soluendum nomine hæreditario cogi non potest ad soluendum de proprio obligatio quæcumque numquam præsumitur facta animo nouandi legalem prouisionem.*

DECISIO XLVII.

FVerat resolutum coram bon: mem: Buccabella fanellos esse in integrum restituendos aduersus confectionem Inuentarij non factam in tempore, prout in decisione extensa *sub die 5. Iulij 1638.* quam hodiè coram me in eius locum suffecto, Domini confirmarunt, quia de impedimento præstito per Lanfranconam constat nedum ex declaratione per ipsam facta, quod omnia bona Hyeronimi viri retinere intendebat pro suæ dotis satisfactione, sed efficacius ex inhibitione per eam obtenta ab A.C. im-
1 peditus autem facto, & culpa Aduersarij, vel ex alia legitima causa debet restitui aduersus non confectionem Inuentarij in tempore *Castr. cons. 398. num. 3. vers. Tertio ex quo lib. 2. Grot. discept. forens. cap. 656. num. 89. & seq. cum alijs adductis in decis. quæ reuidetur.*

Nec obstare dictum fuit quod die 20. Iulij sublatum fuerit impedimentum per decretum A.C. mandantis fieri descriptionem bonorum, inhibitione nõ obstante, & fanelli neglexerint confecisse Inuentarium vsque ad 24. Setembris sequentis, quia hæc
2 negligentia non potest allegari à Lanfrancona, quę impedimentum præstitit; in illius enim odium Inuentarium habetur pro facto vsque ab initio præstiti impedimenti, *Surd. cons. 374. num. 4.* & alij adducti *per Rotam coram san. mem. Greg. XV. dec. 341. num. 2. vbi Add. plures cumulat.*

4 Imò cum tempus ad conficiendum Inuentarium computetur solum à die aditæ hæreditatis, vt de communi testantur *Castr. cons. 399. num. 1. vers. Ita verò lib. 2. Cuman. cons. 73. num. 3. & cons. 179. post med.* cum alijs relatis *per Roland. à Valle de Inuent. par. 3. num. 1. vers. Quæritur quo tempore*, & fuit dictum *in Romana de Canalerys 4. February 1630. coram bon. mem. Coccino.* Fanelli autem declarauerint se velle adire hæreditatem die 13. Iulij 1632. vtique Inuentarium confectum die 4. Septembris sequentis
5 non videtur factum extra terminum trium mensium ad perficiendum Inuentarium à Iure indultum *iuxta Text. in l. final. § primo C. de Iur. delib.*

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini aduertentes omnia bona mobilia, & immobilia fuisse retenta per Lanfranconam, & in eius manibus remansisse, & insuper vt ambæ partes fateantur, &

firma-

firmatum fuit in pluribus decisionibus huins causæ coram me, in hæreditate Hyeronimi nihil aliud fuisse repertum, nisi quod vel Francisca possidebat, vel fuit in Inuentario descriptum à Fanellis, ex quibus cum apparent hanc bonorum descriptionem suisse bona fide factam absque vlla frande, & dolo, nec vllam rimeti posse subtractionem, aut occulta-
6 tionem bonorum, hæres excusari debet à pœnis
7 ommissi Inuentarij, licet seruata non fuerit forma, seu solemnitas in huiusmodi confectione requisita, *Crauett.cons.1.pro genero num.476.Rota coram Reuerendissimo Vrgellen.dec.387.la prima num. 17. & 18.*
8 Vbi enim lex non fuit omninò neglecta cessare debet illius rigor, cum æqum non sit, vt quis pro tàm modico peccato tantum damnum patiatur, vt ad propositum ratiocinatur, *Bart.cons.154. numer. 10.* quem sequitur in his terminis *Franc. decis. 229. num.5.& 6.*

Minus releuare dictum fuit Fanellos suscepisse terminum ad soluendum hoc debitum, & præuia illius agnitione se obligasse ad illius solutionem; quia cum susceptio facta fuerit nomine de quo in Actis, in quibus iudicium non proprio, sed hæreditario nomine agitabatur, non nisi eo nomine
9 censetur se obligasse, & sic saluo beneficio Inuentarij prout ius commune disponit, *vt ex l.quarta § de conuentione ff.de re iud.c.col.penult. C.de exequut. rei indic.* dixit *Rota dec.392.num.3.par.1.recent.* repetit etiam *post Pic.dec.43.* cum promissio, & obligatio
10 quæcumque nunquam censeatur facta animo nouandi legalem prouisionem, vt in similibus terminis *Rota in Senogallien.Compromissi 3.Iunij* 1641. *coram R.P.D.meo Dunozetto, & in Romana Separationis dotis 28.eiusdem mensis, & anni coram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum, &c.

BONONIEN. PRÆDII

Lunæ 27.Ianuarii 1642.

ARGVMENTVM.

Pactum francandi certo, & determinato tempore conuentum nullius est momenti, vbi extra determinatum tempus fuit francatio petita, eoque magis si depositum pro francatione obtinēda fuit merè verbale, & de sola sorte, non autem cum vsuris. Statutum Bononiæ de renouatione locationis qualiter, & quando procedat? Restitutio inintegrum non competit, neque minori aduersus lapsum temporis ad redimendum vbi agitur de tempore conuentionali, & contractus fuit cum defuncto celebratus.

SVMMARIVM.

1 *Depositum esse debet reale, & actuale, nec oblatio verbalis sufficit.*
2 *Depositum fieri debet vna cum fructibus alias non valet.*
3 *Decretum Iudicis factum cum intimatione, si intimatio non fuit secuta non sufficit.*
4 *Francandi pactum vsque ad certum tempus promissum, si eo elapso fuit francatio petita nihil operatur.*
5 *Locatio expirat per disdictam.*
6 *Relocatio tacita in prædiis rusticis durat tantum de anno in annum, licet tempus longius fuisset in locatione conuentum.*
7 *Statutum loquens de locatione habet tantum locum in locatione simplici, secus in mixta, cum pacto francandi, & vide num.8.10.11.13.& 14.*
9 *Relocatio tacita non inducitur, quando conductor deficit in implemento contractus.*
12 *Pactum francandi in locatione appositum cum locatione expirat.*
15 *Locatio non censetur renouata si conductor cessauit in solutione pensionum.*
16 *Pactum quod conductor expelli non possit locatione durante, intelligitur, quatenus non defecerit in solutione pensionum.*
17 *Pluralis locutio duobus tantum numeris contenta est.*
18 *Restitutio in integrum competit minori aduersus lapsum temporis ad retrahendum, & redimendum.*
19 *Ad restitutionem in integrum petendam speciale requiritur mandatum.*
20 *Pactum redimendi cum defuncto conuentum, vbi fuit expiratum non tribuit restitutionem in integrum illius hæredibus, licet minoribus.*
21 *Restitutio in integrum non competit minori aduersus lapsum temporis ad redimendum vbi agitur de tempore conuentionali, & nu. seq.*
23 *Restitutio in integrum non datur minori sine lesione.*
24 *Minor non dicitur lesus ex solo lapsu temporis ad redimendum, & num.25.*
26 *Minor non restituitur aduersus lapsum temporis ad redimendum, si non docet de lesione, & super nu. 23.cum seqq.*
27 *Restitutio in integrum non conceditur minori ex capite ignorantiæ, vbi constat de scientia tutoris.*

DECISIO XLVIII.

ROBertus Ratta anno 1626. vendidit Augustino de Nigris quoddam Prędium situm in communi Bononien. vocabulo *Azzola* prætio librarum 6000. & in eodem Instrumento Augustinus locauit illud ad septennium dicto Ruberto venditori pacto adiecto, quod durante d. locatione, aut qualibet illius tacita vel expressa renouatione, & interim quandocumque liceret Ruberto eiusque hæredibus, & successoribus francare, & remediare prædium pro eodem met prætio libr. 6000. vt habetur in Instrumento dato ex vtraque parte *Summ. num. 1.*

Anno 1634. fuit idem Prædium ex causa diuisionis ita mandante D. Legato Bonon. ab Augustino assignatum Iusepho fratri.

Anno 1635. hæredes Roberti prætendentes frācationem Prædij interpellarunt Iosephum, quod francare volebant, eoque recusante, Prædium retrouendere, Locumtenens generalis D. legati Bononien. supponens prætium fuisse depositatum super Monte Pietatis, declarauit Affictos amplius nō currere, dictosque hæredes ad eorum solutionem amplius non teneri, & id totum Augustino, & Iosepho intimari mandauit *Summ. eorumdem n.3.*

Verum quia depositum factum non fuerat, vel saltem non integrè, nec minus decretum Iosepho intimatum, idem Ioseph anno 1637. conuenit iudicialitèr hæredes Roberti, eosque obtinuit condēnari ad sibi soluendas libr.9000. pro Affictibus decursis, & non solutis à die 12. Octobris 1634. citra, ac pro decurrendis aduenientibus terminis, & temporibus *Summ. num.4.* & subindè sub die 6.Iulij 1638. citauit Curatorem hæredum ad constituendum in Vrbe Procuratorem ad effectum disdicendi locationem, quo constituto, fuit eidem sub die 20. eiusdem intimatum qualitèr Ioseph non intendebat amplius continuare locationem bonorum locatorum *d.Summ. num.5.6.7.& 7.* & demum sub die 19.Nouembris obtinuit à Iudice Bononien. mandatum de associando cuius vigore adeptus fuit actuale possessionem prędij controuersi *dicto Summ. num. 19.*

Et licet expressa locatio cæpta 19. Septembris anni 1626. expirasset de anno 1633. adhuc tamèn

supponentes hæredes Roberti quod tacita fuisset
renouata, & adhuc durarer, & sibi per consequens
competeret Ius francandi iuxta pactum, & formam
Instrumenti facto de anno 1640. actuali deposito
insteterunt pro francatione, & Iudex Bononiæ pro-
tulit ad eorum fauorem sententiam, quæ postea
in secunda instantia fuit ab A. C. confirmata, sed
causa per Appellationem ad hoc Sacrum Tribunal
deuoluta, & proposito à me dubio sub die 16. De-
cembris, An, & cui esset dandum mandatum de
manutenendo fuit ordinatum, vt videretur de bono
Iure, & hodie in hac dubij repropositione DD. re-
sponderunt constare de bono Iure Iosephi.

Aut enim pro parte hæredum fit fundamentum
in oblatione facta de anno 1635. ab eodem Tutore
1 & suffragari non potest. Tum quia fuit merè ver-
balis, & numquam factum fuit actuale, & reale
depositum nec cum pecunia comparitum vti fieri
debebat *Alex. cons. 130. num. 11. lib. 4. Rota in rec. dec.
431. num. 2. in fin. par. 3.* tùm quia continebat solam
2 sortem principalem, tamèn singuli etiam fructus
deponi debuissent, nedum ex pacto conuento in In-
strumento *Summ. num. 1.* ibi- *francare, & retroeme-
re pratendentes pretio libr. 6000. vna cum Affictibus
decursis, & non solutis*, sed etiam ex dispositione
Iuris communis iuxta *Text. in l. Acceptam Cod de
Vsur. ibi sortem cum Vsuris offeras Signorol. cons. 254.
num. 4. Cancer. var. resol. cap. 8. num. 5. part. 3.* & mul-
tos refert *Giurba cons. 93. num. 16. vers. Etnedum in
sorte*.

Patum obstante quod Iudex Bononię in exequu-
tionem huius oblationis mandauerit Affictos am-
plius non currere; quia cum depositum verè fa-
ctum non fuerit decretum remanet notoriè iniu-
3 stum, & vlterius Iudex præcepit illud intimari Io-
sepho, & tamèn intimatio facta non fuit, vnde ex
illius defectu non afficit *Put. dec. 168. lib. 1. in correct.
Rota diu. decis. 3. num. 3. par. 4. & coram fa. me: Greg.
XV. decis. 31. num. 8. & coram bon. mem: Buratt. decis.
124. num. 22. & coram Cad Caual. dec. 486. nu. 1.*

Aut verò fundamentum fit in Deposito facto de
anno 1640. & nec minus hæredes illo iuuari pos-
sunt, quia cum ex pacto in Instrumento conuento,
francatio fuisset tantùm promissa durante locatio-
ne, locatio verò tam expressa quam tacita de eo tē-
pore expirasset, vtique prædictum depositum, &
4 instantia francandi vti facta post tempus præfixum
attendi non debent *Gozzadin cons. 94. num. 51. Ti-
raquell. plures referens de retract. conuentional. 8. §. 1.
gloss. 2. num. 43. & seqq. Rota in rec. dec. 369. nu. 2. &
dec. 431. num. 1. par. 3.*

Quod autem vtraque locatio expirasset visum
fuit DD. satis clarum, quia expressa cæpta de anno
1626. duratura ad septennium expirauerat de anno
1633. tacita verò biennio anteà fuerat terminata
per disdictam factam à Iosepho de anno 1638., vt
5 consuluit in his terminis *Bero: cons. 153. nu. 48. vers.
sed in casu nostro lib. 1.*

Nec releuare dictum fuit locationem ab initio
factam fuisse ad septennium, ideoque tacitam re-
conductionem censeri inductam paritèr ad aliud se-
ptennium, nedum ex Iuris dispositione, sed clarius
ex statuto Bononien. mandante, vt tacita locatio-
nis reconductio inducta censeatur pro eodem tem-
pore expressæ locationis.

Pro responsione enim aduerterunt DD. agi de
6 Prædijs rusticis in quibus quod attinet ad disposi-
tionem Iuris Communis, terminata expressa loca-
tione, tacita de anno in annum dumtaxat renouata
censetur, licet tempus longius in locatione fuisset
conuentum, *l. Item quaritur §. Qui impleto ff. locat.
Alex. cons. 76. num. 8. ante fin. lib. 5. Ruin. cons. 61. nu.
10. lib. 2. Honded. cons. 85. num. 7. lib. 1.*

Statutum vero Bononiæ *lib. 1. Rub. de pen. vend.
rem alien §. Præterea*, disponens tam in Vrbanis quā
in Rusticis tacitam locationem intelligi renouatam
eisdem pactis, pensionibus, & conuentionibus, &
pro eodem tempore quo, & quibus prima locatio
facta fuerat veteri *Summ. haredum num. 2.* dictum
7 fuit loqui in simplici locatione, & sic non compre-
hendere locationem mixtam paret in hoc casu cum
pacto francandi, vt distinguendo consuluerunt,
*Alex. cons. 76. num. 5. & 10. lib. 5. Bero: cons. 153. nu. 18.
& seqq. lib. 1. Ruin. cons. 118. num. 4. & seqq. pariter
lib. 1. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de locat. resolut. 2.
num. 14. Mantic. de Tacit. lib. 5. lib. Tit. 15. nu. 32. Ro-
ta Bonon. diuers. decis. 119. nu. 9. vbi Add. in §. 1. vers.
circa statutum, ijdem Add. ad dec. 20. vers. deficit quo-
que pactum, & ad dec. 80. vers. Circa tertium vbi ve-
riorem, & magis receptam opinionem affirmat.*

Nec aduersantur *Cagnol. in l. 2. sub num. 188. C. de
pact. inter empt Alex. cons. 28. per tot lib. 4. Ruin. cons.*
8 *78. num. 4. & 6. lib. 1.* qui firmare videntur quod sta-
tutum præfatum de renouatione locum etiam ha-
bet in locatione cum pacto francandi, quod etiam
videtur tenuisse *Rot. in Bonon. Bonor. 20. May 1622.
coram b: me: Vbaldo.*

Quia *Cagnol. in citato nu. 188.* potius firmat non
9 intrare statutum, & prope finem ait, nec minus
ex dispositione iuris relocationem tacitam induci
quando prout hic, conductor deficit in implemen-
to Contractus, idemque aduertit *Ruin. in allegato
cons. 78. num. 3. lib. 1.* Imò idem *Ruin. in cons. 114. nu.
4. & seqq. dicto lib. 1.* contrarium consuluit, & reie-
ctis prioribus fundamentis ex alijs melioribus ratio-
nibus iuit in contrariam sententiam, firmans præ-
10 dictum statutum non compræhendere relocatio-
nem factam cum pacto francandi, *Alex.* vero pariter
recessit ab illa sententia, & contrarium postea de-
fendit, & sequutus est in *cons. 76. nu. 5. & 11. et seqq.
lib. 5.* & vbi etiam adhærerent illi opinioni, non
foret attendendi cum in contrarium sit verior, &
11 magis recepta opinio, vt testatur *Bero: dicto cons 153
sub num. 18. & 19. lib. 1. Add. ad Rotam Bonon. dec. 20
vers. deficit quoque pactum statutum*, decisio autem
Bonon. Bonorum coram Vbaldo, loquitur incidentèr,
& allegat solùm Monterentium ad dictum statutum
qui potiùs fauet huic parti, cum in *gloss in verbo*
12 *locatione* firmet prędictū statutum non compræhen-
dere locationem factam cum pacto francandi, &
pro hac opinione citatur à *Rot. Bono. d. dec. 119. sub
num. 9. vers Attamen Statutum prædictum*, imò etiā
in ipsamet *Bonon.* firmatur ad fauorem Iosephi fi-
nita locatione expirasse etiam pactum francandi.

Distinctio verò, vt tunc demùm statutum non
intret quatenus vnicus adest contractus locationis,
13 cum pacto francandi, secùs quando præcedit alius
contractus translatiuus dominij, cum tunc præiu-
dicium ponderatum ratione translationis dominij
non proueniat ex contractu locationis, sed ex alio
14 præcedenti, neque pactum francandi facit mixtu-
ram, aut qualificat locationem, sed alium contra-
ctum translatiuum Dominij, vt benè in his termi-
nis distinxit *Mandell. cons. 178. sub num. 4. vers. Nisi
scilicèt* non applicatur nostro casui, quia licet in In-
strumento, de quo agitur præcedat venditio, &
deindè subsequatur locatio, pactum tamèn fran-
candi adhæret locationi, & in corpore ipsius fuit
appositum, ibi, *Et vlterius dictus emptor dedit, con-
cessit, & locauit, &c.* cum pacto quod durante
dicta

dicta locatione, aut quelibet illius tacita vel expres-
sa renouatione licitum sit dicto D. Roberto vendi-
tori, vel eius hæredibus, & successoribus dicta bo-
na vt supra vendita francare, & retroemere, & in
his proprijs terminis non intrate statutum dixit *Ro-*
ta Bonon dicta dec. 119. num. 9.

Idque sine difficultate debet admitti in proposi-
to cum hæredes Roberti per plures annos ante dis-
dictam defecerint in solutione Affictuum, & sic pro
eorum parte promissa in contractu non impleuerint
licet enim aliàs effluxo septennio prætendi posset
15 renouata locatio ad aliud septennium, obstaret
illis defectus solutionis, & implementi, ob quem
cecidissent ab hoc commodo, vt in his terminis
aduerterunt *Alex. d. cons. 76. num. 6. in fin. & num. 7.*
lib. 5. Ruin. d. con. 114. sub num. 5. libr. 1. Bero: *d. cons.*
153. num. 39. lib. 1. Aym. cons. 87. num. 3. vbi enim ex-
presse fuit conuentum quod intra certum tempus
16 conductor expelli non possit intelligitur nisi cessa-
uerit in solutione pensionis *l. quaro §. inter locatorem*
& ibi *gloss. in verbo paruerit ff. locat. Ruin. d. cons. 114.*
sub num. 5. post med. lib. 1. & in his terminis statuti A-
lex. dicto cons. 76. sub nu. 7. vers. Et idem debemus di-
cere.

Neque ex citatione facta à Iosepho de anno 1627
contra hæredes Roberti ad soluendum Affictus de-
cursos, & in futurum decurrendos inferri potest ad
renouationem locationis pro alio sepennio, intel-
ligi enim potest pro decurrendis, donec fuerit dis-
dicta imò cum citatio facta fuerit de mense Octo-
bris, Affictus verò destinati in duos semestres sol-
uendos, Alterum in Natiuitate S.D.N., alterum in
mense Augusti, qui nondum aduenerat, intelligi-
tur facta pro decurrendis in illis duobus semestri-
bus illius anni, absque eo quod inferatur ad vlte-
17 riorem reconductionem, prædicta enim pluralis
loquutio, duorum terminorum numero contenta
est *l. vbi numerus ff. de Testibus cap. si Testes §. vbi nu-*
merus 4. qu. 3. Ioseph. Roman. cons. 23. nu. 24. lib. 1. Be-
ro: dec. 131. nu. 23. Barz. dec. 32. n. 29.

Ad prætensam autem restitutionem in integrum
dictum fuit recurri non posse, quia licet hæc regu-
18 lariter competat minori aduersus lapsum tempo-
ris, vt de tempore ad retrahendum *cap. Constitutus*
8. de Integr. restit. Franc. Ant. Cost. cons. 94. n. 26. cum
pluribus *seqq. Boer. dec. 63. num. 3. Guidopap. dec. 257.*
num. 3., & de lapsu temporis ad redimendum *Tex.*
in l. si Creditor §. illud ff. de distract. pign. Guidop. dec.
dec. 3t. in princ. & num 4. Boer: d. dec. 63. num. 3. in fine,
tamen vsque nunc non fuit in Actis petita, nec ho-
19 die docetur de speciali mandato petentis, prout re-
quiritur *l. illud 265. §. si talis ff. de Minor. 25. annis*
cap. coram §. Verum prope fin. & ibi gloss. in verbo mã-
datum de integr. restit. Turrett. cons. 54. num. 18. lib. 3.
Rota in rec. dec. 33. num. 3. in fine par. 3.

Et vlterius placuit responsio. quod cum huius-
modi venditio cum pacto retrouendendi intra cer-
tum tempus celebrata non fuerit cum hæredibus,
20 sed cum Roberto eorum. Authore, vtique ipsius
hæredibus quantumuis minoribus non competit
restitutio aduersus lapsum temporis ad redimendũ,
vt distinguendo, tradit *gloss. in l. si cum verbo distra-*
xerunt C. de restit. milit. Curt. sen. cons. 58. num. 2. in fi-
ne vers sed præmissis, & num. 3. Castr. cons. 306. nu. 5.
prope fin. vers. super materia lib. 2. Bertrand. cons. 184
in fine lib. 1. par. 1. Natt. cons. 490. à num. 2. vsque ad
vltim. & latè probat Tiraquell. de retract. conuentio-
nal. §. 1. gloss. 2. num. 16. cum seqq. præsertim quando
21 prout hic, non agitur de temporis lapsu legali, sed
conuentionali vt pariter distinxit *gloss. in dicta l. si cũ*
verbo distraxerunt, quam mirabilem affirmant ibi-
dem *Bart. in princ. Castr. nu. 1. sequitur Tiraquell. vbi*
supra dicta gloss. 2. num 52. cum seqq.

Nunc non applicatur *Text.* in contrarium allega-
tus *in l. si Creditor §. Illud ff. de distract. pign.* quia ibi
Minor non restituitur aduersus lapsum temporis cõ-
uentionalis, & ab emptore constituti, & contractus
22 fuerat celebratus cum ipso minore, qui casus val-
dè differt à nostro, vbi tempus fuit inter partes cõ-
uentum, & contractus non cum ipsis minoribus,
sed cum eorum Authore fuit initus, prout in puncto
vtramque distinctionem ponderat ad propositum
Tiraquell. d. gloss. 2. n. 59.

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini,
23 quia hæredes non docent de læsione, sine qua mi-
nori restitutio non conceditur *l. Verum §. Sciendum*
l. in causa §. Causa cognita ff. de Minor. cap. Ex litteris
de rest. in integr. ex solo enim lapsu temporis ad re-
24 dimendum minor læsus dici non potest, vt de ve-
riori, & magis recepta opinione, testatur *Facchin.*
cons. 64. num. 15. & seqq. lib. 1. & egregiè Io: Battista
Larrea dec. Granaten. 70. num. 12. vsque ad fin. qui nu-
mer. 16. testatur ita per Senatum fuisse resolutum lib. 2.
potest enim contingere, quod de tempore quo Mi-
nor petit in integrum restitutionem non habeat in
promptu pecuniam, quodque per consequens lon-
gè grauius sit ipsi minori eam sub vsuris accipere,
quam non redimere, siue quod minor ære alieno
reperiatur oppressus, vel indigeat pecunia ad alios
vsus magis necessarios, vel quod Emptores propter
vicinitatem cum alijs eorum Terris vel ex causa af-
fectionis, habito etiam respectu dicti pacti plus sol-
25 uerint bona, quam in effectu valerent, ideoque ex
solo lapsu temporis læsio pernecessè non inducitur
vt ex his, & alijs rationibus resoluit *Facchin. d. cons.*
64 num. 15. & Larrea d. dec. 70. sub nu. 17. à vers. quid
quæro de restit.

Vndè non obstat sed expresse retorquetur alter,
26 *Text.* in Contrarium adductus *in cap. Constitutus de*
integr. restit. quia ibidem Pontifex pro concedenda
restitutione aduersus lapsum temporis ad redimen.
læsionis probationem expresse requirit, vt in §. *Qua*
circa ibi *Et eos læsos esse constiterit.* ibiq; *gloss. in ver-*
bo constiterit ibi - *probabunt ergò isti se minores, &*
læsos, aliàs non audientur. prout explicando dictum
Textum ponderant *Facchin. & Larrea locis supraci-*
tatis.

Ex capite autem ignorantiæ restitutio concedi
non debet, quia constat eorum Tutorem habuisse
notitiam. nedum Instrumenti locationis, sed etiam
pacti francandi ibidem appositi ex Interpellatione
27 ab eo facta de anno 1635. pro obtinenda franca-
tione. Vndè ex hoc capite restitui non debent, *l. 3.*
§. final. ff. de Tribus. l. si Tutores C. de Admin. Tutel.
Natt. cons. 492. num. 6. Vbi quod, eo casu debet
Minor agere contra Tutorem.

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia à fideicommissarijs obtenta ex remedio, *l. f.*
C. de edict. diu. Adr. tollen. debet executioni deman-
dari, quoties fuit in iudicatum transacta, etiam
contra tertios possessores, & successores extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur desserta si post appellationem per bien-*
nium & vltra persequuta non fuit.

2 *Sententia in iudicatum transacta debet executioni*
demandari.

3 *Confessio noces confitenti ac illius haredi, & habenti causam ab illo.*
4 *Sine filijs vnumquemque decedere præsumitur, dummodo illum filios aliquando habuisse non constet.*
5 *Inuentarium haredis probat qualia fuerint testatoris bona.*
6 *Inuentarium afficit haredes conficientis, & habentis causam ab illis.*
7 *Fideicommissarijs competit immissio ex remedio, l.f. dum de eorum vocatione constet ex publico Instrumento non abolito, aut cancellato.*
8 *Immissio vigore l. f. quæ datur fideicommissarijs in bonis testatoris competit etiam contra tertios possessores, & successores extraneos.*
9 *Tribellianica non detrahitur ex fideicommisso facto fauore piæ causæ, & vbi restitutio eidem est facienda mediatè, vel immediatè.*

DECISIO XLIX.

DEcessit Cæsar Iuuenalis, instituto hærede Mario Iuuenali eius ex Alexandro fratre Nepote, cui sine filijs masculis quandocumque obeunti substituit Alexandrum Patrem. & casu quo dictus Alexander sine filijs masculis pariter moriatur, vocauit ad suam hæreditatem Archiconfraternitatem Sanctorum Apostolorum SS. Trinitatis S. Mariæ Consolationis, Monasterium pauperum puellarum dispersarum, & S.Catherinæ de funarijs.

Sequuto obitu Marij,& Alexandri sine filijs masculis cum peruenisset hæreditas Cæsaris ad Isabellam Menichellam hæredem Sulpitiæ filiæ d. Alexandri, loca pia prætendendo fuisse apertum fideicommissum ad sui fauorem, Iudicium contra dictam Isabellam instituerunt, & cum vsque ab anno 1621 senteutiam fauorabilem obtinuerint, proposui dubium, An constet de re iudicata quæ veniat exequenda, & Domini locis Pijs tantum informantibus affirmatiuè responderunt.

Etenim licet à sententia lata de ãno 1621.pro par
te D. Menichellæ fuerit eppellatum, tamèn quia
1 post interpositam Appellationem nihil fuit Actum
in causa, non solùm per biennium, sed nec per 20
annos, causa spatio tanti temporis remansit deserta,
& transitum fecit in iudicatum *iuxta Tert. in Auth.*
Et qui C.de tempor. & repar. Appell. cap. Cum sit Ro-
mana de Appell.Clem. sicut eodem Tit. Et propterea
2 venit exequenda *l.1. C. de exequut rei iud. Rota dec.*
176.num.3. pare.5. Rec. Tanto magis cum de illius
validitate non dubitetur, vt ex reuolutione processus,& de Iustitia clarè appareat cũ constet de obitu Marij, & Alexandri sine filijs masculis, de bonis à Cæsare fideicommittente relictis, & de vocatione purificata ad fauorem dictorum locorum.

Obitus enim Marij, & Alexandri sine filijs masculis non solùm deducitur ex confessione Alexãdri,
qui cæpit hæreditatem Marij filij, & Sulpitiæ, quæ
3 adiuit hæreditatem Sulpitiæ prout in *Summ.nn.3.4.*
& 5. quæ confessiones nocent iam confitentibus,
quam hæredibus, & successoribus causam ab illis
habentibus *l.si superatus in princ.ff.de pignor. Rota in*
rec.dec.119.nn.1.in fine par.2.& coram b.me: Buratt.
4 *dec.733.num.5.* Sed etiam ex naturali præsumptione dum non constat filios aliquando extinisse *Alex.*
cons.20.num.12.& cons.39.num.2.libr.1. Aldobr.cons.
80.num.5.lib.1.Capic. decis.159.num.11.Put.dec.43.
lib.1.in correct.Rota in rec.dec.436.num.3.part.1. &
dec.580.num.2.par.4.& fuit dictum in *Viterbien. fi-*
deicomm. 4.Decembr.1619.coram Card.Sacrato, & in
Florentina fideicomm. de Cambijs 9.Iunij 1627.coram
R.P.D.meo Dunoz.quæ est in 5.part. Recent.decis.84.
num.7.

Bona verò à Cæsare fideicommittente relicta
5 benè probantur ex Inuentario à Mario hærede grauato confecto *s.me: Greg.XV.dec.575.num.3.& bo:*
6 *me; Card.Caual.dec.357.num.2.* Quod afficit ipsius
hæredes, & ab eis causam habentes *Capic.dec.107.*
num.1.Peregr.de fideic.art.44.num.2.& 6.Fusar.de
substit.quæst.618.num.1.iuncto num.50. & sæpiùs te-
nuit Rota vt patet ex relatis per Add. ad.Buratt.dec.
637.num.15.

De vocatione demum nulla est dubitatio, cum
constet ex plublico Instrumento non abolito, nec
cancellato in Actis producto, & propterea meritò
7 locis Pijs fuit concessa Immissio competens fideicommissarijs *ex remed.l.final.C.de Edict. Diu. Adr.*
toll. Rota dec.176.num.2. in fine par.2.rec. cum alijs
multis adductis in *Recanaten. Bonorum 29. Aprilis*
8 *1641. coram me,* etiam aduersus Tertios possessores,
& successores extraneos *Rum.cons.28.num.1.libr.5.*
Gabr.cons.44.nn.1.6.& 30.lib.2. Riminald. Iun.cons.
190.num.35.lib.2. & alios referunt *Marches. de suc-*
cess.leg.par.4.qu.16.art. 1.nu.88. D.Argelus de acqu.
possess.quæst.8.num.805. & 21 m.seq. & tenuit *Rota*
dec.237.num.1.par.1.rec.

Nec dicti hæredes possunt prætendere aliquam
detractionem ex hæreditate Cæsaris, non legitimæ,
9 quia versamur in Transuersalibus, non Trebellianicæ, quia sumus in fideicommisso fauore piæ causæ *DD. in l Marcellus ff ad S.C. Trebell.* Et in casu in quo est purificata conditio, & restitutio est faciẽda mediatè vel immediatè Piæ causæ *Alex.cons.20.*
num.14.lib.3.Socc.sen.cons.144. num.7.lib.1. Bellon.
Iun.cons.84.num.23.& 15.seqq.num. Houded.cons.64
num.66.& seqq.lib.1.Mangil.de Imput.qu.119.n.16.
*& 19.*cum alijs *in Cæsenaten. Bonorum 11. Ianuarij*
1627.coram Reuerendiss. Decano, quæ est decisio 27.
num.12.par.5.rec.

Et ita vtraque &c.

ANCONITANA DOTIS.

Veneris 7. Febr. 1642.

ARGVMENTVM.

Vxor si post mortem mariti declarauerit se detinere mobilia pro securitate suæ dotis non tenetur ad illorum restitutionem, & stante mora hæredum dotem non restituentium, potest ad subhastationem illorum procedere etiam si facultas subhastandi expressa non fuerit in Instrumento dotali non obstante deposito dotis ab hæredibus facto vbi illud ad integræ dotis restitutionem non est sufficiens, neque stante mora hæredum tenetur ad restitutionem comestibilium propter alimenta sibi debita ab hæredibus dotem non restituentibus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor stante mora haredum mariti dotem restituentium potest procedere ad subhastationẽ Pignoris pro satisfactione sui crediti.*
2 *Amplia etiam si facultas expressa subhastandi non fuerit in Instrumento dotis apposita.*
3 *Pignus dotale quod vendi possit inest ipsi hypothecæ dotali, licet facultas vendendi non fuerit in Instrumento apposita.*
4 *Creditor licet non stipulauerit facultatem vendendi pignus, illa tacitè censetur à lege permissa.*
5 *Limita nisi adsit pactum in contrarium.*
6 *Creditor vbi facultatem vendendi pignus non fuit stipulatus, grauatur ante illius venditionem ad illud denuntiandum debitori; Secus autem si talis facultas fuit expresse stipulata, & num. 7.*
8 *Mobilia esse diuersa non infertur ex qualitate vetustatis.*

9 *Idem-*

9 *Identitas mobilium probatur, vbi mobilia conueniunt in omnibus speciebus numero, & demonstratiuinibus.*
10 *Identitas mobilium est difficilis probationis.*
11 *Creditori licet ad vlteriora procedere in subhastatione pignoris non obstante deposito crediti à debitore facto, vbi illud non sufficit pro integro credito.*
12 *Debitor offerendo debitum potest à suo creditore pignus reluere, vbi apud eundem reperitur, tanquã si nulla pignoris venditio secuta fuisset.*
13 *Fides non recognita fidem non facit.*
14 *Ius offerendi non competit vbi venditio pignoris fuit facta iure creditoris anterioris.*
15 *Clausula sine praeiudicio legitimae executionis praeseruat iurisdictionem Iudicis, à quo itaut coram ipso executio cognosci, & terminari debeat.*
16 *Clausula sine praeiudicio legitimae executionis, non impedit, quin Iudex, ad quem possit cognoscere de iustitia, & reuocare quęcumque à Iudice à quo vbi constiterit iniustè processisse, & num seq.*
17 *Clausula sine praeiudicio legitimae executionis non operatur effectum suspensiuum, sed deuolutiuum.*
18 *Comestibilia nec illorum pretium tenetur vidua restituere heredibus mariti dotem non restituentibus, sed cedunt in causam alimentorum.*

DECISIO L.

PRosequentes DD. disputationem super reseruatis coram bon. mem. Buccabella censuerunt Lanfranconam non teneri ad restitutionem mobilium, quæ in satisfactionem dotis fuerunt subhastata, nec minus comestibilium prout erat frumentum, & similia, quæ fuerunt consumpta. Quia cum post obitum Francisci viri Lanfranconæ vxor declarauerit illa retinere pro securitate suæ dotis, prout in decreto dato in eius *Summ. num. 1.* Vtique ob moram hære-
1 dum dotem non restituentium potuit ad subhastationem procedere, & pignus in satisfactionem crediti alienare §. *primo instit. quib. lic. alien. vel non* . *Neguf. de pignor. memb. 1. par. 6. num. 1. Grat. discept. for. cap. 777. num. 14. cum pluribus seqq. Rota in Placentina Pecuniaria 14. Maii 1632. coram Eminentissimo Verospio, quæ est decisio 132. num. 14. par. 6. recent.*
2 licet de hoc in Instrumento dotis specialiter non
3 fuerit conuentum, quia facultas vendendi pignus
4 inest ipsi hypothecæ dotali, & tacitè censetur à lege permissa licet à Creditore non fuerit stipulata *l. si conuenerit ibi, Sed & si non conuenerit de distrahendo pignore, hoc tamen Iure vtimur vt liceat distra-*
5 *here, si modo non conuenerit ne liceat, ff. de pignorat. Act. l. de Accessionibus ff. de diuer. & tempor. praescript. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 445. num. 82. cum seqq. & in Aesina Bonorum 20. February 1641. coram R. P. D. meo Bichio.*

Vnde ob non existentiam pacti expressi, non admittitur Creditori facultas vendendi, sed solum grauatur onere id totum denunciandi debitori, quæ ta-
7 men denunciatio non fuisset necessaria si facultas vendendi fuisset expressè stipulata *l. 3. §. Sancimus itaque C. de Iur. dot. impetran. gloss. in l. Creditor la 2. vers. Testator C. de distract. pign. Castr. in d. l. si conuenerit num. 1. vers. quando fuit actum ff. de pign. act.* & distinguendo dixit *Rota d. dec. 445. sub num. 12. vers. praecedenti casu coram Reuerendiss. Vrgell.*

De identitate autem mobilium subhastatorum visum fuit amplius non disceptandum, cum illa satis iustificentur ex folio aliàs exhibito sub oculis omnium Dominorum, vt latè fuit ponderatum in dictis vltimis decisionibus huius causæ coram me, ex quo apparet mobilia subhastata conuenire in qualitate, & demonstratione cum mobilibus in Inuentario descriptis exceptis aliquib', quæ ex *Sum. de nouo dato in hodierna disputatione,* dignoscuntur discrepare ab Inuentarijs, quorũ excomputatio fit in relaxatione mandari, vt dictum fuit in alia huius causæ decisione, parum obstante quod in lista pignorum per Massarolum Ciuitatis Anconę fuerint adnotata cum qualitate vetustatis, quia ab anno 1632. & à die confecti Inuentarij vsque ad annum 1637. sequentis subhastationis potuerunt de facili, & præsertim quæ consistebant in pannis lineis, & vtensilibus pati aliquam temporis iniuriam, & aliquantu-
8 lum lacerari, & consumari, sed ex hac qualitate vetustatis inferri non debet ad diuersitatem, quia adhuc mobilia subhastata, & inuentariata conueniunt
9 in nominibus speciebus cum alijsque qualitatibus, & demonstrationibus ex quibus abundè probari
10 identitatem mobilium, quæ est difficilis probationis, dictum fuit in vtraque vltima huius causæ decisione.

Nec releuare dictum fuit depositum ab hæredibus viri factum, quia cum depositata fuerint scuta 850 creditum verò Lanf. anconæ esset longè maius tamquam non integrum non debuit attendi, eoque
11 non obstante licitum fuit ad vlteriora in subhastatione procedere *ad not. per DD. in l. debitores C. de debit. vend. pign. Crauett. cons. 106. num. 1. Tiraquell. de retract. Conuentional. §. 4. gloss. 6. num. 23. Rota in rec. dec. 45. num. 3. par. 1. & coram sa. mem. Greg. dec. 480. num. 4. & 505. num. 6.* Et ad huiusmodi insufficientiam Signatura nihil rescripsit in causa Appellationis, sed A. C. mandauit ad vlteriora procedi, deposito non obstante.

Nec obstat mobilia huiusmodi, sequuta subhastatione, fuisse verè traducta ad domum Lanfranconæ, ex quo inferebant informantes pro Panellis, aut subhastationem fuisse fraudulenter factam, vel sal-
12 tem non præiudicare debitori, quin ipse offerendo debitum possit à suo Creditore repetere, ac reluere pignus, ac si venditio facta non fuisset, vt probat *Text. in l. Et qui sub Imagine vbi Bald.* & cæteri scribentes *C. de distract. pign. Neguf. de Pignor. prima membr. 6. p. num. 26.*

Quoniam pro responsione aduertunt Domini ad probandã hanc traductionem fuit exhibita fides Ba-
13 iulorum Ciuitatis Anconæ, quæ tamen vti extraiudicialis, & non recognita fidem non facit *Caes. de Graff. dec. 2. num. 13. de sponsal.* & in hoc Tribunali non attenditur *Rota coram bon. mem. Buratt. dec. 199 num. 50.* & etiamsi probaretur non releuaret, quia cum venditio facta fuerit ad instantiam Lanfranco-
14 næ, & iure creditoris anterioris, ius offerendi non competit *per Text. in l. cum prior ff. de distract. pign. Vinc. de Franc. dec. 69. num. 2. & 3. ibique Amendol. in addit. num. 7. in fine Vinc. de Ana. flog. 56.* & articulo maturè discusso firmauit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 445. n. 85. & 86. cum seqq. & in Aesina Bonorum supracitata coram R. P. D. meo Bichio.*

Ad id verò quod causa Appellationis commissa fuerit bon. mem. Buccabellæ cum clausula *sine praeiudicio legitimae exequutionis*, ideoque validitas subhastationis, qui est actus consequutiuus executionis cognosci debeat ab A. C. cui, vigore dictæ clausulæ
15 fuit præseruata iurisdictio iuxta *d. 3. Caesar de Graff. de sent. & re iudic. num. 9.* itaut coram ipso exequutio cognosci, & terminari debeat, vt consuluit *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 53. num. 33. & c. 20. limit. 13. num. 17. Gonzal. super reg. 8. in annos. con. nullit. d. n. 229. cum pluribus seqq. Rota coram Gregor. dec. 232. num. 1. & in rec. dec. 416. num. 2. par. 5.*

Placuit responsio quod commissio Appellationis pro-

pruptce dictã clausulã non suspendat iurisdictionẽ
Iudicis à quo, nec impediat quo minus nõ obstante
appellatione possit ipse ad vlteriora procedere, sed
16 tamen non operatur quin Iudex ad quem non possit de Iustitia cognoscere, & reuocare omnia gesta
per Iudicem, a quo si constiteeit iniustè processisse,
vt fuit dictum *in Placentina fideiussionis 22. Iunij
1592. coram bon. mem. Pania relata per Marches. de
commiss. par. 1. fol. 278. num. 2. & 3. & coram Cardin.
Seraf. dec. 845. num. 2.* Vbi quod dicta clausula si non
17 operatur effectum suspensiuum, operatur tamen
deuolutiuum, & ideò non impedit iurisdictionem
Iudicis ad quem, quominus possit de iniustitia causæ cognoscere *Add. ad Greg. dec. 91. num. 13. & dicta
dec. 232. num. 4. in fine, & Rota coram bon. mem. Burat.
dec. 185. num 6.* ibique pariter *Add. litt. B. & in Leodien. Castri de Monbechi 9. Maij 1636. coram bon. me.
Buccabella, quæ est decis. 132. num. 8. part. 7. recentior.*
In quibus omnibus firmatur posse iudicem ad quem
non obstante clausula sine præiudicio cognoscere
causam Appellationis, & agnita iniustitia sententiæ
reuocare quæcumque gesta per Iudicem à quo, nedum via ordinaria, sed etiam per viam manutentionis.

18 Quo verò ad comestibilia consumpta, pariter dixerunt DD. Lanfranconam non teneri ad eorum
restitutionem, nec ad prætium, aduertentes illa
cessisse in causam alimentorum, quæ Lanfranconæ
Viduæ non habenti aliundè vndè se alere posset, debebantur ab hæredibus viri, dotem non restituentibus, vt de communi tradit *Conor. lib. 1. var. resol. cap.
1. num. 3. vers. Sexto cum pluribus relatis à Rota in rec.
decis. 383. num. 5. & 6. cum seqq. p. 5.*

Et ita vtraque &c.

PERVSINA OBLATIONVM.

10. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Ecclesia non tenetur restituere ea quę prætenditur recepisse ex contractu nullo ob non seruatam formam
ex causa necessaria, cum ea inito, nisi copulatiuè
probetur perceptio, & versio in eius vtilitatem, &
quando adhunc effectum perceptio, & versio dicantur sufficienter probatæ?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non tenetur restituere id quod prætenditur ab ea perceptum ex contractu nullo ob non seruatam formam, nisi copulatiuè probentur perceptio, & versio in eius vtilitatem.*

2 *Limita quod non sit opus probare versionem in eius vtilitatem vbi sumus in contractu inito non ex causa necessaria, sed merè voluntaria.*

3 *Verso in vtilitatem Monasterij deducitur ex probata introductione rerum in Monasterium.*

4 *Probationes, quæ aliàs essent insufficientes probant concurrente magna, & vehementi verisimilitudine.*

5 *Christifideles ferè in toto orbe Christiano, & præcipuè in regionibus Italiæ offerunt in festiuitate S. Antonij oblationes dicto Sancto pro domo, & familia, & animalibus.*

6 *Oblationes secundum consuetudinem debita, præsumuntur recepta ab illo, cui debebantur, & in eius vtilitatem conuersa.*

7 *Ecclesia est cultrix Iustitiæ, & pietatis.*

8 *Probatio à solito est releuans, & sufficiens in materia liquidationis.*

9 *Fructus præsumuntur percepti in ea quantitate, in qua constat annis preteritis fuisse perceptos.*

10 *Pręsumptio stat pro Iustitia pretij conuenti, nisi probetur in contrarium.*

11 *Amplia etiam si agatur contra Ecclesiam.*

12 *Testes singulares in materia liquidationis admittuntur.*

13 *Testes in minori summa, in qua concordant, dicuntur contestes.*

14 *Probationes leuiores sufficiunt in materia liquidationis.*

DECISIO LI.

FVit dictum standum esse in decisis coram bo. me.
Merlino Decano sub die 27. Ianuarij 1640. nempè contractum locationis factæ à Thimothæo Monachis Oliuetanis esse inualidum, ex rationibus, &
fundamentis in decisione desuper extensa plenè, ac
concludenter deductis, quæ Dominis placuerunt,
Monachos tamen teneri restituere Timothæo omnia percepta in quantitate scutorum 50. pro quolibet anno in qua testes tamquam in minori summa
sunt concordes.

Quia licet vera sit conclusio quod stante inualiditate contractus nulliter cum Ecclesia celebrari, ob
non seruatam formam Ecclesia non tenetur restitue-
1 re id quod prætenditur fuisse ab ea ex illo contractu
perceptum, nisi copulatiuè probentur perceptio, &
versio in eius vtilitatem *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17
num. 3. Rota dec. 287 num. 3. post. Cenc. de Cens. coram
Reuerendissimo Vrgellen. decis. 256. num. 5.* Vtrumque tamen satis superque in præsenti casu visum
fuit probari.

* Nam quod Monachi perceperint oblationes solitas fieri Ecclesiæ Sancti Antonij in die illius festiuitatis clarissimè probant Testes examinati pro Thimoteo, qui discretè deponunt quod in dicta die
Christifideles obtulerunt Ecclesiæ, & sancto, pecunias, frumentum, ligna, oleum, ceram, carnes,
aliasque species oblationum, quas ipsi siggillatim
recensent, & quod illæ receptæ fuerunt à Monachis, & eorum famulis ad id specialiter deputatis,
vt in Summ. num. 1. Et quod versæ fuerint in vtilitatem Monasterij, licet non esset opus probare versio-
2 nem, cum non simus in contractu inito ex causa
necessaria, sed merè voluntaria, quo casu contrahens
cum Ecclesia non tenetur esse sollicitus circa versionem, nec ad illam probandam astringitur, vt sæpiùs
Rota distinxit, & signanter apud *Cenc. de Censib.
secundum Modern. impress. dec. 8. num. 10. & 11. & dec.
25. num. 22. & dec. 287. num. 5. & dec. 463. num. 13. &
in rec. dec. 68. sub num. 5. cum alijs per add. ad san. me.
Greg. XV. dec. 511. num. 33. in fine.*

In hoc tamen casu versio visa fuit sufficienter
probata ex eisdem testibus, dum deponunt oblationes fuisse in Monasterium introductas, & in eo reli-
3 ctas, Hinc enim insurgit præsumptio, quod cesserint in vtilitatem Monasterij, quæ sufficit ad effectum de quo agitur *gloss. in auth. hoc ius porrectum in
l. probatur i vtilitatem C. de sacros. Eccles. Cancer. var.
resol. lib. 2. cap. 1. num. 252. Rota coram Reuerendissimo
Vrgellen. dec. 256. num. 6.*

Concurrente præsertim cum his magna, & vehementi verisimilitudine supplet, ac perficit omnes
probationes, & facit vt probent illæ, quę aliàs essent
insufficientes, & non probarent latè *Tiraquell. in l.
vnquam in pręfat. num. 5. C. de reuocand. donat. Rot. coram san. mem. Greg. dec. 245. num. 7. & duobus seqq. &
in Romana Salutoni de Casolibus 21. Iunij 1641. coram me.* Certum namque est & notorium quod ferè in toto Orbe Christiano, & præsertim in Regionibus Italiæ Christifideles in festiuitate Sancti An-
5 tonij offerunt similes oblationes dicto Sancto supplicantes eius tutelam pro domo, familia, & præser-

tim

tim animalibus, quibus dictus Sanctus præesse pietate Christiana creditur, & infinita miracula comprobarunt, easque consignant Rectori, vel Ministris illius Ecclesiæ ibidem ad hunc effectum pro illis recipiendis in illa die assistentibus, omnesque sciunt dd. Rectores, & Ministros in illis colligendis nullatenus esse negligentes, sed vigili cura, & solerti studio omnia excipere, seduloque custodire, & reponen. in vsus Ecclesiæ, & proprios conuertere.
6 Vnde verisimile est quod oblationes, de quibus agitur eodem modo, & secundum consuetudinem vbique receptam fuerint à Monachis per se vel per Ministros receptæ, ac repositæ; & in vsus proprios, & Monasterij vtiliter consumptæ, vt benè *Surd. dec.231. num. 18.* & propterea suadet, & impellit omnis Iustitia, & æquitas, vt dum Monaci nolunt stare contractui omnia percepta restituant, cum nemo debeat locupletari cum aliena iactura *l. Iure naturæ ff. de reg. iur. & cap. locupletari extra eod. tit. in 6.*
7 præsertim Ecclesia, quæ est cultrix Iustitiæ, & pietatis *cap. vnico §. Sed diuersum de alienat. feud. gloss. in l. Iubemus la seconda §. Sanè verbo acquirentis C. de Sacr. Eccles. Dec. cons. 281. num. 4.* cum alijs adductis *in Neapolitana Laudemij 27. Februarij 1640. coram me*, quod tunc in primis locum habet quando Ecclesia ex perceptione locupletior facta est *cap. si quis Presbyterum de reb. Eccles. non alien. in fine Rota post Cenc. de Cens. d. dec. 287. num. 2.*

Quod verò prædictæ oblationes ascendant ad dictam summam scutorum 50. quolibet anno, probant Testes secundæ remissoriæ, qui deponunt de perceptione multorum annorum, & referunt sigillatim vniuscuiusque rei valorem concludentes, quod earum valor computato anno fertili cum sterili, non solùm implet dictam summam scutorum 50. sed longè excedit, vt patet ex eorum depositionibus, *Summ. num. 4.*

Nec obstat quod non deponant de tempore quo Monachi illas perceperunt, sed de tempore Thimotei, quia cum deponant de solito, & de tempore proximo concessionis factæ Monachis, vt ostenditur in facto, ab isto tempore potest etiam inferri ad tempus Monachorum, cum in hac materia liqui-
8 dationis probatio à solito sit releuans, ac sufficiat *Acchil. dec. 22. num. 1. de restit. spoliat. Rota coram Buratt. decis. 13. num. 5. & 6. & in rec. dec. 474. num. 1. in in fine par. 2.* & fructus præsumuntur percepti in ea
9 quantitate, in qua constat annis præteritis fuisse perceptos *Rota in rec. dec. 343. num. 3. & 4. par. 1. & coram Buratt. dec. 779. num. 3.* & fuit dictum *in Gerunden. Administrationis 18. Decembris 1634. & in Asculana Spolij 5. Martij 1638. coram bo: me: Merlino.* Maximè cum partes in eodem contractu tanti æstimauerint, ac taxauerint dictas oblationes. Vndè dicta summa præsumitur iusta, & congrua, cum om-
10 nis præsumptio stet pro iustitia pretij conuenti, nisi probetur contrarium *Rota coram san. mem. Greg. dec. 322. num. 10. latè Add. ad Buratt. dec. 399. littera A. & plenè in Bonon. Pradij 28. Ian. & 7. Iunij 1641. coram R. P. D. Pentingero*, etiam quando vt hic agitur contra Ecclesiam *Crauett. cons. 894 nu. 23. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 21. Rota in Romana Insti Pratij Domus 31. Ian. 1625. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto hodie Decano.*

Minus obstat quod isti Testes sint singulares in eorum dictis, ex quo non deponunt vniformitèr, sed diuersimodè circà valorem singularum oblationum, quia dictum fuit hoc non aduersari, cum calcularis minoribus summis à Testibus relatis, constituatur dicta quantitas scutorum 50. & vltra, quod quod sufficit, quia in hac materia testes singulare
12 admittuntur cum in minori summa, in qua concor-
13 dant, dicantur contestes, & probent *Afflict. dec. 240 num. 5. vers. per totum consilium Rota in rec. 551. n. 1. in fine par. 1. & coram Seraph. dec. 115. sub num. 2. & coram Greg. dec. 558. num. 2. vbi add. sub litt. A. alios cumulat, & coram Buratt. dec. 865. num. 2.*
14 Nec ad effectum liquidationis exiguntur probationes ita exactæ, sed sufficiunt leuiores, *vt in dicta dec. Buratt. 865 num. 3.* vbi innumeræ coaceruantur, *& coram Card. Seraf. dec. 1245. n. 7.* & sæpius in alijs.

Cætera visa sunt leuia, Vndè ità resolutum vtraque parte informante.

BONONIEN. BONORVM.

Veneris 21. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

Hæres licet emat bona de pecunijs hæreditatis pro se suisque hæredibus, & cum clausula *ad habendum* in dubio dicatur voluisse acquirere pro se, cum hæres non teneatur esse negotiorum gestor pro fideicommisso. Attamen id dicitur cessare stante præcepto testatoris facto eidem de inuestiendis pecunijs in bonis stabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Emens nomine proprio pro se, & hæredibus iuncta clausula* ad habendum *quamuis ex pecunia aliena sibi acquirit.*
2 *Sub obligatione tamen restituendi pretium.*
3 *Emens bona cum clausula* ad habendum *ostendit acquisitionem fuisse factam eo animo, vt emens liberè emat, & de re empta absolutè possit disponere.*
4 *Hæres non obligatur esse procurator, seu negotiorum gestor pro fideicommissario.*
5 *Hæres in dubio præsumitur voluisse acquirere, ad sui, & hæredum commodum.*
6 *Hæres quando ex præcepto testatoris tenetur ex pecunijs hæreditariis emere bona pro fideicommisso, tunc quamuis emat nomine proprio, tamen censetur voluisse emere pro fideicommisso, n. 7. & 8.*
9 *Hæres emens nomine proprio bona ex pecuniis hæreditariis verificatur quoad tempus, quo ipse possidere debet.*
10 *Confessio propria tollit omnem dubitationem.*
11 *Subrogato censentur communicatæ omnes qualitates, & translata omnia iura, & onera imposita illi, in cuius locum subrogatur.*
12 *Verba in omnibus, & per omnia nullum onus, & grauamen excludunt.*
13 *Verba,* e di più *ampliant, & includunt omnia præcedentia.*
14 *Grauaminis appellatione venit inuestimentum à testatore iniunctum hæredi, ex quo omnia incommoda, quæ proueniunt ex hæreditate dicuntur grauamina, & onera.*

DECIS. LII.

SVb die 17. Iunij præteriti fuit resolutum coram me constare de bono iure Hyeronimi, etiam ad effectum obtinendi manutentionem super bonis de quibus agitur, & hodiè causa reproposita, Domini steterunt in decisis, non obstantibus in contrarium adductis, quod enim dicebatur Capitalia Aromatariæ, & artis sericæ empta fuisse infra annum à die obitus Testatoris, ideòque præsumi non posse, quod emptio facta fuerit ex fructibus bonorum hæreditariorum, cum de eo tempore vsusfructus resideret penès Hyppolitam, nec tot fructus extarent, qui deducta impensa necessaria pro concedenti substentatione Hyppolitæ cum familia numerosa sufficere

possent pro dicta emptione capitalium, ex facto
cessare dictum fuit, quia licet ex dispositione Testa-
toris vsusfructus hæreditatis spectare deberet ad
Hyppolitam, quoad ipsa viueret, tamen statim de-
functo Testatore noscens Hyppolita, quod cum ipsa
personaliter interesse non posset negocijs Aromata-
riæ, & serici, ea pati potuissent graue damnum, &
detrimentum, detulit vniuersalem bonorum hæredi-
tariorum administrationem Vincentio de prædictis
omnibus informato cum omnimoda authoritate, &
facultate dicta capitalia, negociationes, omniaque
alia ab illis quomodolibet dependentia administrā-
di *Summ. Hieronymi num.* 2. Testator autem obijt de
mense Martij 1613. & acquisitiones factæ fuerunt
anno 1616. & sic triennio post ipsius obitum, cuius
Intermedij temporis fructus, & vtilia, deductis om-
nibus oneribus, & impensis, ascendebant ad libras
1352.48. vt ex relatione Peritorum data in nouo
Summ. Hyeronimi num. 1. Ideoque ne dum non defi-
ciebant, sed valdè excedebant summam lib 35. mill.
erogatam in emptione Capitalium.

Nec visum fuit inconueniens; quod fructus, &
vtilia prouenientia ex capitalibus bonorum hære-
ditariorum ex præcepto Testatoris inuestienda in
bonis stabilibus fuerint implicata in emptionem
eorumdem Capitalium, seù quod fuerint alienata
bona hæreditaria, prætiumque solutum ex pecunijs
hæreditatijs bona verò ab hæredibus alienata eis-
dem hæredibus vigore dictæ venditionis fuerint ac-
quisita.

Quia cum duplex adesset fideicommissum alterū
consistens in proprietate bonorum relictorum à
Testatore, alterum in inuestimentis faciendis ex
fructibus eorumdem, nec idem esset hæres institu-
tus in proprietate, & vsufructu, nullum videtur ab-
surdum, quod hæredes proprietarij vendiderint
capitalia hæredi vsufructuario, seù quod hæres vsu-
fructuarius ex vtilibus, & fructibus bonorum ad se
spectantibus emerit bona ad hæredes proprietarios
spectantia, cum quilibet hæres haberet res suas di-
stinctas, & separatas.

Minus referre visum est acquisitiones fuisse factas
à Vincentio nomine proprio pro se, & hæredibus,
1 iuncta etiam Clausula *ad habendum, &c.* quia li-
cèt communis sit opinio quod res taliter æmpta ac-
quiratur Emptori sub obligatione solùm restituen-
2 di prætium, vt tradunt *Menoch. cons. 213. num. 23.
Peregr. cons. 31. num. 11. vers. secundus Casus lib. 4. &
in tract. de fideicomm. art. 44. num. 28. Rota decis. 421.
num. 4. vers. quæ duo, & 14. & 15. post Cenc. de Cens.
sen. Modern. impress. & coram Reuerendiss. Vrgellen.
decis. 63 num. 2.* Præsertim quando fuit addita clau-
sula, *ad habendum, &c.* quæ ostendit acquisitionem
fuisse factam eo animo, vt emens liberè posset de
re empta disponere *Peregr. dicto cons. 31. num. 16. in
fine, & Rota dicta decis. 421. num. 4. eodem vers. quæ
duo, &c.*

Pro respōsione tamen aduertebant Domini om-
nes Doctores supracitatos loqui in simplici hærede
absque vllo præcepto Testatoris de Inuestiendo,
4 cum enim hæres non cogatur esse Procurator, seù
negotiorum gestor pro fideicommissario, *l. Postu-
lante §. sed, & in huiusmodi ff. ad Trebell. Peregr. dicto
cons. 31. num. 11. vers. 2. quia hæres, & de fideic. dicto
art. 44. num. 28. vers. Nam non cogitur*, hæres in du-
5 bio præsumitur voluisse acquirere ad sui, & hære-
dum commodum, vbi autem prout hic pecuniæ ex
præcepto Testatoris destinatæ sunt ad emptionem,
6 & inuestiendæ pro fideicommisso in quibus termi-
nis loquitur decisio, *vers. Idque non obstante* Veris-
sima est Conclusio, quod non obstante stypulatio-
ne pro se, & hæredibus cum clausula *etiam ad ha-*
7 *dum, &c.* adhuc acquisitio censeatur facta hæredi-
tati, & ad commodum fideicommissariorum vt præ-
ter adductos in decisione tuentur *Molin. de Hispan.
Primogen. lib. 4. cap. 4. num. 34. vers. Cum enim cum a-
lijs adductis per Rotam decis. 653. num. 2. par. 3. rec. &
in Romana Successionis 23. Martij 1640. coram R. P.
D. Carillo vers. Ex dicto enim pacto.* Præsumitur
8 enim quod Vincentius voluerit implere obligatio-
nem sibi iniunctam à Testatore, & in eius executio-
nem pecunias inuestire *Peregr. de fideicomm. dicto ar.
44. num. 28. ante fin. ver. Quorum Surd. decis. 15. n. 12.
& seq. Molin. vbi sup. lib. 4. cap. 4. numer. 34. vers. Cum
enim pratium Rota dicta dec. 653. nu. 2. par. 2. rec.* sty-
pulatio verò nomine proprio intelligitur facta pro
9 tempore tantum quo ipse possidere debebat, *vt ex
Bart. & Cuman. in l. Imperator §. Cum autem ff. de leg.
2. aduertit Giouagn. cons. 23. nu. 12. in fine lib. 2. vltra
decis. Peregr. & Fusar. alleg. in alia decis.*

Omnemque dubietatem tolli visum fuit ex In-
strumento restitutionis, vbi Vincentius præuenien-
do casum fideicōmissi de anno 1629. restituit Hye-
ronimo omnia, & quecumque bona, ac Iura quo-
modolibet ex hæreditate Testatoris prouenientia, &
per eum ex illa parte empta, & acquisita, ac etiam
alia in futurum acquirenda, dans insuper facultatē
10 Hyeronimo declarandi quæ bona essent fideicom-
misso supposita, quatenus super hoc aliqua caderet
dubitatio, sub obligatione standi ipsius declaratio-
ni patet in eius exequutionem Hyeronimus decla-
rauit omnia bona controuersa prouenire ex hære-
ditate Ioannis Testatoris, eaque Iure fideicommis-
si possidere velit. Vndè non videtur amplius du-
bitandum de compræhensione omnium bonorum
sub vinculo fideicommissi.

Quod autem Vincentio fuerit iniunctum onus
inuestiendi tantum annua scuta mille non iustifica-
tur, & contrarium apparet ex verbis quibus onus
iniungitur, ibi *grauando esso Testatore tutti gl'altri
heredi instituiti sopradetti durante il detto termine di
dodici anni solamente, e non più oltre à pagare li lega-
ti, Censi, e sostenere le altre grauezze in tutto, & per
tutto come era grauata la detta Signora sua Consorte,
e di più à depositare sopra il Monte della Pietà ogn'an-
no scudi mille ad effetto d'inuestirli, &c.* Ex his e-
nim elicitur Vincentium fuisse subrogatum in lo-
cum Hyppolitæ in omnibus, & per omnia, quod
11 sufficit vt subrogato censeantur communicatæ om-
nes qualitates, & translata omnia onera imposita
illi in cuius locum subrogatur *Ad notat in §. si igitur
vers. Vnde consequens Auth. de heredit. quæ ab intest.*
12 *defer.* Additis præsertim verbis generalissimis in
omnibus, & per omnia, quæ nullum onus, & gra-
uamen excludunt *leg. 1. & ibi omnes ff. de leg. 1. Surd.
cons. 412. num. 29.* cum alijs ad propositum adductis
in *dec. vers. Minus, & 2. substitit, &c.*

Nec refragatur Testatorem declarasse quenam
essent onera quibus subesse voluit Institutos, & sub-
stitutos, & inter ea non apposuisse onus inuestien-
di omnes fructus, quia ibidem Testator se non res-
trinxit ad ea onera, quæ expressit, sed retulit se
ad superius dicta ibi - *Dichiara che oltre le sopradet-
te sono l'infrascritte*, & ibi *e di più a depositare sopra
il Monte della Pietà ogn'anno mille scudi*, quæ de sui
13 natura ampliant, & includunt omnia onera præ-
cedentia *ad tradita in l. Qui fundum 40. §. Qui A-
grum ff. de Contrah. empt. & dixit Rota coram Card.
Seraph. dec. 1396. num. 4.* Præsertim cum sub Appel-
latione grauaminis compræhendatur etiam onus
Inue-

Inuestimenti, ex quo omnia incommoda quæ pro-
14 ueniunt ex hæreditate dicuntur grauamina,& onera *l.9. ff. de Transact.* ibi - *aut sibi cauet pro omnibus hæreditarijs l.pro harede §.si quis ff.de acqu.hared.Rebuff.in l. Rei Appellatio col.mihi 6.vers onera hareditaria ff.de verb.signif.*

2 Reliqua vel tolluntur ex decisione vel non egent alia responsione, præsertim quatenus spectant ad articulum manutentionis, cum visa sint sufficientèr sublata tàm in præcedenti decisione, quam ex deductis per Informantes pro Hyeronimo.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA DE GHEZZIS.

Veneris 21. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

In redditione rationis illarum expensarum non est habenda ratio, quæ non sunt verisimiles, nec consuetæ, & quæ sunt in confuso descriptæ sine die, Anno, & mense, nec specificatur qui, ob quam Causam, & quantum singulariter datum sit, & vt attendantur vltra hanc specificationem, copulatiuè requiritur Iuramentũ, nec vnum absque altero sufficit,& an veritàs detecta in multis partitis pro maiori parte faciat præsumere veritatem in cæteris,& quando salarium dum non fuit conuentum remittitur arbitrio Iudicis, qui illum taxare debet pro modo, & quantitate laborum, & debetur pro tempore quo quis laborauit. Prælatio concessa posteriori Creditori, qui nullam spem habebat pro consecutione eius crediti, est pretio æstimabilis, tantum valet, quantum ipsum creditum. Compensatio debiti cum credito fieri non potest à posteriori Creditore in præiudicium anteriorum,

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententia resultat ex actis, ex quibus apparet concurrere omnia requisita* Caputaq; decis. 260. par. 2.

2 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

3 *Expensa facta in substentatione litis sunt reficienda administratori in redditione rationis tanquam verisimiles, ex quo lites non solent instrui, & defendi sine sumptibus.*

4 *Partita descripta in libro rationum Administratoris non attenduntur, quando non sunt nec verisimiles, nec consueta, nec rationabiles, nec vlla concurrunt adminicula, qua moueant Animum Iudicis ad prastandam illis fidem.*

5 *Partita non attenduntur dum sunt in confuso, &, inordinatè descripta sine die, mense, & anno, nec specificatur cui, ob quam causam, & quantum singulariter datum sit.*

6 *Partitę inconfuso, & inordinatę descripta, absque specificatione causa personarum diei, mensis, & anni, reijciuntur, cum alids comprębendi non possint, & aliquid machinationis in se contineant.*

7 *Partitę vt attendantur debent specificare causam, quantitatem, personas, diem, mensem, & annum, & debent iuramento firmari.*

8 *Amplia vt alterum ex istis non sufficiat, nempe specificatio sine iuramento, nec iuramentum absque specificatione.*

9 *Reuelantibus bona debitoris ammissa, & abscondita, licitè solui potest, dummodo non sint participes* Criminis.

10 *Administratori venit reficienda impensa rationabilis à Creditoribus facta reuelantibus bona occulta Communis debitoris.*

11 *Scriptura priuata contra communem debitorem debet exhiberi alijs Creditoribus ad effectum vt videri possit, an sit trino teste adscripta, aliaque concurrant requisita ad diluendam suspicionem Antidatę.*

12 *Administrator quod proprio nomine gessit non debet in communi calculo computare.*

13 *Procurator quicquid impendit sine mandato repetere non potest.*

14 *Partitę admissa dum fuerunt reperta vera, catera quoque sunt habenda pro veris, & admittenda, cum veritas qua apparet in multis, faciat prasumi veritatem in cateris.*

15 *Declara hoc non procedere, quando expensa non sunt verisimiles, nec rationabiles.*

16 *Item quando expensa sunt modica non autem magna.*

17 *Vel quando expensa sunt modica, sed in simul coacernata constituunt summam notabilem.*

18 *Expensa facta ab Administratore ad effectum cognoscendi an sint modica, vel magna, habetur respectus adualorem negotij administrati.*

19 *Expensę modica quando insimul coaceruatè constituunt summam notabilem, vel quando sunt magna non est standum verbo, nec libro Administratoris, sed debent aliunde iustificari.*

20 *Fraudibus quantum fieri potest est obuiandum.*

21 *Partitę aliquę si fuerunt detecta erronea, dolosa, & mendaces, ita potuit in cateris euenire, ideoque non sufficit, quod sint verisimilee, & quod aliqua ex illis fuerint iustificata, sed omnes indistinctè iustificari debent.*

22 *Pralatio concessa Credicbri posteriori, qui nullam spem habebat consequendi satisfacti onem sui crediti est pretio extimabilis, & tantum valet, quantum ipsum creditum.*

23 *Compensatio crediti cum debito opponi non potest à posteriori Creditore in praiudicium anteriorum.*

24 *Res inter alios acta nemini potest praiudicare.*

25 *Ex stipulatione Notarijs fauore omnium quorum interest, acquiritur etiam ius, & actio absenti.*

26 *Salarium dum non fuit ab initio conuentum, taxandum est arbitrio Iudicis pro modo, & quantitate laborum.*

27 *Salarium debetur tantummodo pro tempore, quo quis laborauit, non autem pro eo, quo operas suas non impendit.*

DECISIO LIII.

Mandatum relaxatum contra Franciscum Rotellam à Reuerendissimo D. meo Patriarcha Panzirolo tamquam deputato A.C. Domini dixerunt esse exequendum. Illius enim validitas non
1 controuertitur, & ea satis iustificatur ex Actis ex quibus apparet concurrere omnia requisità, *Caputaqu. decis. 260, par. 2.*

Iustitia verò ex eo manifestè conuincitur, quia cum Rotella, suscepta insolidum cum Francisco Leonio Administratione bonorum,& effectuum Io: Baptistæ, & aliorum de Ghezzis, promiserit cum obligatione Camerali reddere omnibus, quorum interest bonũ ac fidele computum tam de rebus fundacalibus desciptis in Inuentario, quam de pecunijs indè retrahendis, & alijs ab eis exigendis, & deindè conuentus à Cecilia, & alijs sororibus ac filiabus respectiuè q. Caroli de Ghezzis Creditoribus anterioribus pro earum dotibus, ad reddendam rationem suæ Administrationis factis calculis, & computis ex integro dispunctis, detractisque omnibus compensandis repertus fuit liquidus ac certus debitor scutorum 1021. & ba. 84. vt optimè firmatur in dec. D. mei Patriarcha emanata in hac causa sub die 1. Decembris anni 1636. Iure, merito pro istis con-

tra eum fuit relaxatum mandatum, quod est exe-
2 quendum stante notoria vi, ac virtute obligationis
Camecalis, quæ habet exequutionem paratam,
*Zaerb.de oblig.Cammeral. qu.2. num.4. & Rota post
cum decis.12.num.1.decis.98.num.1.& dec.155.nu.3.
& coram bo:me: Buratt.dec 779.num.1. & 910.nu.1.
& in rer.dec.199.nu.1.& 258. pariter num.1. part.2.*
& in alijs sępissimè.

Nec obstat quod in decisione reiectæ fuerint nō-
nullæ partitæ continentes expensas, quas Rotella
allegat fecisse, pro inueniendis, defendendis, ac recu-
perandis bonis fratrum de Ghezzir, ad beneficium,
& vtilitatem omnium Creditorum, & præsertim
tres nempe Primam scutorum 173. & b. 50. pro
expensis factis in Iudicio Ciuili, vt in *Summ.num.7.*
& secundam scutor. 8.b.60. ac tertiam scutor. 907.
b. 60. pro totidem diuersimodè erogatis pro in-
struenda, & prosequenda causa in Iudicio crimi-
nali vt in eodem *Summ. num.8.& 9.* Quas partitas
ij se prætendebat esse admittendas absque alia iu-
3 stificatione, allegans quod stante existentia, & sub-
stentatione litis, de qua non dubitatur sunt expen-
sæ verisimiles ex quo lites non solent instrui, & de-
fendi sine sumptibus, & per consequens admitten-
dæ, *Escobar.de ratiociu. Administr.cap.10.nu.63.vers.
Rursus viden.*, & sæpiùs *Rota* censuit, & signanter
in *Parmen.* Expensar.23. *Martij* 1640. *coram eodem
Rev. D.meo Patriarcha.*

Quia fuit responsum quod partitæ verisimiles
fuerunt in calculis receptæ, & quidem non in mo-
dica quantitate sed in magna nempe scutorum 979.
b. 18. vt patet ex dicta *dec.*anni 1636., & singulæ
distinctæ recensentur à Scribente in facto, Istæ verò
4 reiectæ fuerunt quia non sunt nec verisimiles nec
consuetæ nec rationabiles, nec vlla concurrunt ad-
minicula, quæ possint mouere animum Iudicis ad
præstandum illis fidem, sed potius videntur confi-
ctæ, de capite, & ex Industria positæ ad extenuan-
dum proprium debitum, vt quilibet oculatus conij-
cere potest perpensis eisdem partitis, & omnibus
5 huius facti circumstantijs dictæ enim partitæ des-
criptæ sunt in confuso, & inordinatè sine die, mē-
se, & anno, nec specificatur cui, ob quam causam,
& quantum singulariter datum sit prout de Iure
fieri debet, ac propterea non merentur attendi, vt
per *Text.in l.Neminem* in illis verbis - *rogantur ex-
ponere quibus titulis suscepta dispersetiat C.de surrept.
praposit.& axiat. lib.10.probat Bart.in l.Compertmus
C. de Nauicular. lib.* 10. vbi pro ratione dicit quod
6 partitæ sine istis requisitis reijciuntur cum aliàs cō-
præhendi non possit si aliquid Machinationis in se
contineant, & idem repetit in *consil.150.num.9 par.
1.Roland. à* Valle *cons.49. num.22. lib.*1. & alios re-
censet *Escobar.de ratiocin. admin.cap. 10. num.42. &
seqq.Ioseph. Ludouic.conclus.29. ampl.18.vers. Et ad
hoc Genua.descript priuat.lib.4.Tit.delib. adminis.n.3
4.& 5.Grat. discr.for.cap 563.num 32.Aym: de Anti
quit. temp.§.4 limitatur num.45.&* 46.& sæpiùs Ro-
ta tenuit, & signanter in *rec.dec.590.num.5. part.1.
& dec.111.n.5.p.7.*& fuit dictum in *Arim.* Admini-
strat, Tutela 24. Nouembr. 1625.coram b:m: Merlino,
& alijs multis relatis in *Romana redditionis rationis
15. Decembris 1636. coram bo:me:* Coccino.
7 Vlterius illarū veritas non fuit Iuramento firma-
ta, prout copulatiuè requiritur, quia iuramentū fuit
præstitum solummodò super partitis admissis, &
non autem super istis reiectis, & sic etiam ex hoc
8 defectu veniunt reijciendæ, cum non sufficiat alte-
rum ex istis nempè specificatio sine iuramento; nec
iuramentum sine specificatione aliàs enim periculo-
sum esset, & daretur causa committendi fraudes, si
altero standum esset, vt bene *Io: Andr. in Addit. ad
specul.Titul de Instrum.edit.§.Nunc verò aliqua 13.
num 21.sub Litt.A.Garz. de expens.cap.20. num 23.
vers.Praterea 15.*Becr.de Admin. *Tutor.cap. 21.num.
28.vers.Maximè autem Guttierez. de Tutel. part.3.
cap.1. num.156.* & de praxi huius Sacri Tribunalis
testatur dicta *decis.anni 1636.coram Reuerendiss. D.
meo Patriarcha.*

Eoq; efficacius dd. partitarum irreleuantia pro-
batur singulas discurrendo in prima enim de qua
in *Summ.num.7.* Rotella inter cætera asserit soluisse
scuta 130. cuidam N. qui reuelauit Cambium
scutorum 500. quę præstatio licèt non sit verè im-
9 probata cum taliter reuelantibus licitè solui possit,
dummodò non sint participes Criminis, vt innuunt
*Tex.in l.Item §.sibi ob inditium ff.de Condit.ob turp.
Causam*, & *in l. solent ff. de prasumpt. verbo*, Et
10 *debuisset accepto fieri saltem in summa rationabi-
li tamquam vtilis omnibus Creditoribus consilito de
solatione.* Hæc tamèn cessant in hoc casu, quia ex
confessione eiusdem met Rotellæ apparet ipsum
dicta scuta 130. non soluisse, sed solum confecisse
Apocham confecti, & simulati mutui, vnde prætten-
dere non potest, quod hæc summa in calculis reci-
piatur, dum verè per eum soluta non fuit, nec mi-
nus habenda est ratio dictæ promissionis, dum non
specificatur cui sit facta, nec illius veritas Iuramen-
to firmatur, atque deficiunt superius narrata requi-
11 sita. Præsertim cum dicta Apocha non exhibea-
tur prout esset necesse vt videri possit quomodo cā-
tet, & habeat subscriptiones trium Testium, alia-
que concurrant requisita ad diluendam suspicionē
Auiditatæ, & alterius cuiuscumque Machinationis,
iuxta dispositionem Text.*in l.scripturas C.qui potior.in
pign.hab.*

Paritèr Rotella in eadem partita inseruit summā
scutorum 19.& 90. quæ dicit expendisse partim prò
diligentijs factis in diuersis Officijs Notariorū prò
inueniendo Testamento Caroli de Ghezzis, partim
prò Informantibus in voce, & inscriptis, quæ ta-
men expensæ fuerunt ab eo factæ nomine proprio,
& prò se antequam à Creditoribus deputaretur Pro
12 curator, vt in *Summ.num.7.* Et ideo quod proprio
nomine gessit, non debet in communi Calculo com-
putari, *Bald.in l.fin.§ in computatione num.3.* & ibi-
dem *Castr.nu.3.C.de Iur.delib.*

In tertia verò partita sunt adnotatæ multæ ex-
pensæ factæ in Iudicio Criminali à mense Augusti
1632. quæ vltra prænarratos defectus Iuramenti, &
copiosæ, ac inordinatæ Adnotationis, sine die,
sinè causa, ac sine specificatione personæ prò maio-
ri parte fuerunt factæ postquam Creditores simul
coadunati consenserant cassationi querelæ, & con-
stituerant eundem Rotellam Procuratorem ad con-
sentiendum dictæ cassationi prout ipse cum effectu
consensit, vt in *Summ.num.12.* Vndè cum non pos-
set amplius causam prosequi nomine, ac sumptibus
13 creditorū, quicquid ab indè citrà sine mandato im-
pendit repetere non potest, vt sunt *Text.* apertissi-
mi in *§.qui instit.de mandat. & in l.Praterea 3.cum l.
seq.& l.diligenter 5.& l.potest 41.ff.mandat.Iacob Pa-
ris.cons.47.num.41.& pluribus seqq.lib.1.*

Hinc non releuat quod partitæ admissæ comper-
tæ sint veræ, ex quo inferebatur Cæteras etiam es-
14 se habendas prò veris, & admittendas, cum veri-
tas quæ apparet, in multis faciat presumi verita-
tem in cæteris, vt *Rota apud Baratt.decis.344.n.14.
& ibi Add.sub litt.A. & alios congerit ad s.me: Greg.
decis.79. num.* 70. Tùm quia ista conclusio non ha-
bet

15 bet locum, quando expensæ non sunt verisimiles, nec rationabiles, quales esse istas reiectas ex supradictis conuincitur *Castr. ind. l. fin. §. in comput. nu. 2. in fin.* & ibidem *Ias. sub num 7. C. de Iur. deliber.* quos refert, & sequitur *Garz. de expens. d. cap. 20. num. 23. vers. Iudex autem arbitrabitur Guttierez. de Tutel. par. 3. cap. 1. num. 159. Becc. de Decim. Tutor. dicto cap. 21. num. 28. vers. Dùm tamèn,* Tùm quia procedit in
16 expensis modicis, non autem in magnis, nec mi-
17 nus quando partitæ coaceruatæ constituunt notabilem summam, vt in hoc casu, cum in prima partita adsint illæ duæ summæ, nempè summa scutorum 130. & vltra scutorum 19. & b. 90. de quibus supra, & in tertia partita in vna summa adnotantur scut. 50. prò recognitionibus multorum, qui dicuntur indicasse, & ad manus Rotellæ peruenire,
18 fecisse Apochas falsas, & cum Antidata, quæ summę dubitari non potest quin sint magnæ habito respectu ad negocium administratum, cuius valor nō excedit scuta 4300. monetæ, ex tradit per *Guttierez. vbi sup. par. 3. cap. 1. num. 155. & seqq.* & omnes summæ in simul coaceruatæ constituunt notabilem summam scutorum 229. b. 70. vt patet ex calculo. His enim casibus iustificatio, & veritas multorum partitarum non facit quod cæteris sit standum verbo, & libro Administratoris, sed omnes aliundè debent iustificari, vt quando expensæ sunt de ma-
19 gnis *Castr. ind. §. in computis num. 2. vers. si verò sint magnę C. de iur. deliber. Gen. de script. priuat. lib. 4. Tit. deliber. Iur. num. 2. fol. 207. Guttierez. vbi sup. part. 3. cap. 1. num. 153. & Becc. vbi supra de Decim. Tut. cap. 21. sub num. 28. Rota in Rom. de Muntorys 17. Marty 1608. coram Card. Sacrato, & add. ad su. me: Greg. XV. dec. 475. num. 11.* & quando insimul coaceruatæ constituunt notabilē quantitatem, dixit *Rota diuers. dec. 743. num. 5. vers. Et santo magis part. 3.* & viua est ratio dictarum limitationum, quia si Administratores sub hoc prætextu eximerentur à iustificatione similium partitarum possent in redditione rationis iustificare aliquas partitas, & etiam illarum maiorem partem, & postea inter illas inserere vnā, vel plures de magnis, vel multas de modicis, quod idem coincidit, cum multa parua faciant vnum satis. vt notum prouerbium, & ità daretur occasio committendi fraudes, quibus quantum fieri po-
20 test obuiandum est, vt est *Text. expressus in l. lex 72. post princ. C. de Administr. Tutel.*

Et cessat omnis difficultas cum multæ partitæ descriptæ à Rotella in dictis computis repertæ fuerint duplicatæ, eedem cum illis, quæ in calculo admissæ fuerunt, aliæ detectæ fuerint erroneæ, dolosæ, & mendaces, & obid aliquæ fuerunt à Perito in totum reiectæ, aliæ reductæ, & reformatæ, vt patet ex multis relatis in *Summ. num.* 10. hoc e-
21 nim casu non sufficit verisimilitudo, & iustificatio aliquarum partitarum, sed omnes indistinctæ debent iustificari, quia sicut in illis interuenit Dolus, & error, & mendacium, ita etiam in cæteris potuit interuenire *Gabr. consil. 148. numer. 9. lib. 1. Farin. Cons. 100. num. 14. lib. 2. Rot. diuers. dec. 743. num. 1. & per tot. par. 4. & coram s. me: Greg. dec. 79. num. 2. & ibi Adden. num. 9. & in rec. dec. 111. num 9. par. 7.* & fuit dictum in *Papien. Benor. 1. Iuny 1605. coram Ortembergu,* & bis in *Romana Tutelę de Ferrucinis* nempè *12. Marty 1595. & 19. Iuny 1600. coram b: me: Card. Pamphilio,* quæ tres decisiones sunt impressæ apud *Marches. de commiss. par. 2. fol. 898.* correcto tamen errore foliorum, & latè in dicta *Rom. reddit. rationis 15. Decembr. 1636. coram Coccino.*

Minus obstat quod non fuerit habita ratio Salarij debiti Rotellæ prò opera, & laboribus ab eo petitis in administratione dicti negocij, quia Rota hac de causa illi accepto tulit scuta 330. prò condigna mercede omnium ipsius laborum, & licet in hac summa computata fuerit prælatio illi concessa prò quodam eius credito scutorum 321: 28. hinc tamē non potest dici, quod minus fuerit solutum, quia cum Rotella nullam haberet probabilem spem consequendi d. suum creditum, ex quo ipse est inter Creditores posteriores Ioannis Baptistæ pro quibus actio remanet inanis, & sine vlla spe satisfactionis, cum bona quę extant vix sufficiant prò Creditoribus Caroli, quibus prius est soluendum vtique dicta
22 prælatio est prætio estimabilis, & tantum valet quantum ipsum creditum, cum ea mediante consequatur satisfactionem sui crediti de quo alias minimè satisfieri potuisset, vt benè consideratum fuit in dicta *decis.* anni *1636.*

Idque multò magis procedit, quia Rotella est Debitor dictorum N. Ghezzis, in summa scutorum 73: 65: prò rebus habitis à fundaco, & stante d. prælatione ei concessa à Creditoribus se ex emit à solutione dictæ quantitatis compensando illam cum dicto suo credito, vt refertur in dicta *dec. num. 1636.* nàm aliàs coactus fuisset soluere absque eo: quod potuisset se tueri exceptione compensationis ratione suorum Creditorum, quia cum alij
23 Creditores sint Anteriores, compensatio in præiudicium Anteriorum à posteriori opponi non potest *Castill. contron. quotid. lib. 4. cap. 40. nu. 117. seu de tubibit. cap. 5. §. 7. num. 10. vers. Ità etiam, & num. seq. Rodenc. de Feren. red. lib. 2. qu: 19. num. 2. Franch. dec. 53. num. 10. & decis. 527. num. 5. Rota Genuen. dec. 190. num. 19.* Et istam opinionem quicquid in contrariū sentiant multi, quos refert, & sequitur *Carneual. de Iud. tit. 2. pisput. 27. per tot.* tenuit *Rota in Roman. de Cangys 16. Nouembr. 1615. coram bo: me: Card. Sacrato* quæ est *in rec. dec. 703 par. 3.* & *in hac causa dicta decis. 177. nu. 8. par. 7. rec.*

Nec subsistit quod Deputati Congregationis vltra prælationem dicti crediti promiserint Rotellæ etiā mercedem laborum, obiectum enim tollitur ex facto, quia ex tenore Congregationis desuper habitæ, qui integrè, & fideliter datus fuit, apparet quod mentio salarij fuit facta solummodo respectu Taganellæ Procuratoris, & quod Rotellæ non fuit promissum salarium, sed solum correspectiuè ad labores concessa fuit deputatis facultas solui faciendi Rotellæ suum creditum, etiamsi esset posterior, & eisdem quoque fuit remissa recognitio ab eo prætensa, qui deputati solummodo consenserunt coram A. C. eius graduationi, & sic voluerunt istud esse præmium sufficiens pro dd. laboribus absque alia recognitione, & A. C. graduauit Rotellam secundo loco in concursu eorum tantum, qui consenserunt, vndè cum istæ sorores Congregationi non interuenerint, neque super hoc tacitè, vel expressè consen-
24 serint inter alios acta eis præiudicare non potest *iuxt. Text. in l. de vno quoque ff. de re iudic. & tot. tit. C. res inter alios acta,* & ita expressè contrà eundem Rotellam fuit decisum in alia *Romana de Ghezzis 5. Decembris 1634. coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha.*

Nec refragatur, quod cum ipsę vtantur obligatione facta a Rotella ad fauorem Congregationis teneantur etiam stare pactis ab eadem Congregatione factis, quia vltra quod pacta non concedunt Rotellæ aliud, quam solam prælationem pro eius credito vt supra fuit dictum, Domini animaduerterunt, quod Rotella sub die 21. Aprilis 1632. se obligauit

gauit reddrre rationem, & deponrre pecunias ad
fauorem omnium, quorum intereſt poſtmodum ve-
rò in ſeparato Inſtrumento ſub die 26. Auguſti eiuſ-
dem anni Crrditores in rimunerationem laborum
conſenſerunt eius prælationi, ac proindè iſtæ mu-
lieres, abſque eo quod ſint de Congregatione, &
eius pactis, & promiſſionibus ligentur, poſſunt eum
25 conuenire cum vigore prædictæ præcedentis, ac
ſeparatæ ſtipulationis fuerit ſibi quæſita actio quã-
uis abſentibus *Natt. qui de communi teſtatur conſ. 534
num. 8. Pariſ. conſ. 82. num. 2. lib. 1. Afflict. ſuper con-
ſtit. Regul. lib. 1. rubr. 73. ſub num. 41. verſ. & hoc ha-
bet locum Corn. conſ. 139. num. 6. lib. 3. ſan. mem. Greg.
dec. 97. num. 3.*

Quod verò attinet ad quantitatem ſalarij taxati
in dictis ſcutis 330. dictum fuit illam eſſe congruã,
& ſufficientem, nec Rotellam habere, de quo iuſtè
26 conqueri poſſit, quia cum ſalarium non fuerit ab
initio conuentum, & propterea taxandũ ſit arbitrio
Iudicis pro modo, & quantitate laborum *l. ſcio ff. de
ann. leg. Bald. in l.* Binos *C. de aduoc. diuerſ. Iud. Roman.
conſ. 25. num. 2. Surd. conſ. 42. num. 10. & conſ. 66. nu. 5.
Rot. in dec. 442. num. 3. par. 4. & dec. 156. num. 4. pa. 5.
recent.* eius labores non ſunt niſi ita immenſi, & di-
gni maiori mercede, prout exagerantur, quia Ro-
tella parum, aut nihil fecit, tum in cauſa Ciuili, cum
fuerit defenſa cum patrocinio certi Procuratoris ſa-
lariati, & Rotella ſubſtinuerit ſolummodo vices meri
ſollicitatoris, quàm etiam in Criminali, quia eam
inſtruxerunt, & defenderunt Procuratores, Aduoca-
ti, & alij, quibus ſemper fuit ſoluta debita merces,
vt patet ex partitis admiſſis pro Informationibus
iuris, & facti, tàm in voce, quam in ſcriptis, & pro
recognitionibus multorum, qui dictæ cauſæ inter-
uenerunt, relatis tam in *Summar. hodiernæ poſitionis,
quàm præteritæ de anno* 1636. ac propterea cum re-
ſpectu dictarum cauſarum, prætendere non poſſit,
niſi mercedem meri, & ſimplicis ſollicitatoris, &
inſtitoris reſpectu aliarum rerum adminiſtratarum
dubitari non poteſt quin hæc ſumma ſcutorũ 330.
ſit condigna, & ſufficiens pro eius laboribus com-
putato eius credito vt ſupra, eoque magis cum ex
quinque annis cum dimidio, quibus eius admini-
ſtratio durauit, appareat ipſum in primis duobus
annis tantum laboraſſe, in alijs verò nihil, aut pa-
rum feciſſe, vt colligitur ex adnotatione accepti, &
27 expenſi, & ſic pro dicto tempore tantum ſalarium
debetur, non autem pro toto integro quinquennio,
quo ipſe operas non impendit *Bart. in l. 1. ff. de var.
extraord. cognit. Socin. ſen. conſ. 196. in fin. lib. 2. Feder.
de ſen. conſ. 218. num. 12. Surd. d. conſ. 42. num. 9. Rot. in
recent. dec. 291. num. 3. part. 1.*

Nec releuat, quod ſimilibus exactoribus ſolitum ſit relaxari quarta, & aliquando etiam tertia pars omnium exigendorum, vt ex Inſtrumento executiuo dato, quia vltra quod d. ſolitum non probatur cum debitis requiſitis, reſponſum fuit, quod vt legitur in eodem Inſtrumento illo caſu exactores tenentur de ſuo facere omnes expanſas neceſſarias, quæ aliquando æquant ſortem, & aliquando penduntur, & iactantur, cum ſæpe eueniat, vt actio, & exactio reddatur, inanis vel cauſa actionis malæ intentatæ, vel deficientis, ac alijs multis de cauſis, quibus ſubiacent incerti litium euentus; vndè his caſibus non immeritò aſſignatur merces in ſimili quantitate, cum illi præponderent labores, expenſæ, & periculum, quibus cõmittuntur ſimiles exactiones, quæ non militant, nec applicantur in caſu noſtro, quia hic omnes expenſæ, factæ fuerunt à Creditoribus, & cum patrocinio Zagarellæ Procuratoris de cõmuni Burſa Salariati, & Rotella nihil aliud præſtitit, quam operam, quæ nõ exigua mercede ſcutorum 330. fuit recompenſata.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum *coram bon. mem. Merlino Decano*, & à me in eius locum ſubrogato deciſio fuit extenſa &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Lunæ 17. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Dotes in Vrbe non ſuſtinentur vbi excedunt ſummam ſcutorum 5550. reſiſtente Conſtitutione Sixti V. dotium moderatoria, & ad huiuſmodi ſummam venit regulandum quartum dotale debitum vxori, & diſpoſitione Statuti Vrbis ob viri prædeceſſum.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio ſan. mem. Sixti V. dotes in Vrbe moderatur ad ſcuta 5550. & conſtitutas vltra dictã ſummam annullat, & aufert actionem quamcumque pro illarum exactione.*

2 *Conſtitutio ſan. mem. Sixti V. moderatoria dotium in Vrbe eſt in viridi obſeruantia.*

3 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

4 *Fides Parochi extracta à libro in quo nomina defunctorum deſcribuntur, mortem probat.*

5 *Ceſſionarius quoad omnia ſuccedit in locum cedentis, & poteſt exercere omnes actiones, quas cedens potuiſſet.*

6 *Conſtitutio ſan. mem. Sixti V. moderatoria dotium in Vrbe non infringit infra ſummam in ea taxatam. Inſtrumenta dotalia, ſed tantum in exceſſu.*

7 *Inſtrumenta dotalia habent viam executiuam in foro Capitolino vigore Statuti Vrb. cap. 85. lib. 1.*

8 *A.C. poteſt executiuè procedere in caſibus in quibus Curia Capitolina, & alia tribunalia procedere poſſunt.*

9 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

10 *Commiſſio cauſæ cum clauſula concepta per ablatiuũ abſolutum tribuit iuriſdictionem conditionalem, quæ niſi expleta conditione exerceri non poteſt.*

11 *Expenſæ vbi non ſunt liquidæ ſufficit deponere vnum iulium cum obligatione ſoluendi reſiduum ſecuta liquidatione.*

12 *Limita vbi ſunt liquidæ, quia neque depoſitum, neque obligatio ſufficit.*

DECISIO LIV.

ODoardus Lopez Catherinam filiam nuptui tradidit Laurentio Anticio cum dote ſcutorum 8. mill. eoque defuncto, illam iterum cum eadem Dote collocauit in matrimonium Felici Donato, cui in computum dotis dedit, & aſſignauit ſcuta 2. mil. quorum pro quarto dotali ſuperlucrato per mortem dicti Laurentij primi viri, Catherina creditrix remanebat illius hæreditatis, & Pompei Anticij Laurentij Patris pro dictæ dotis reſtitutione inſolidum cum filio obligati. Deinde Odoardus volens dictum creditum ſic aſſignatum in pecunia perſoluere, ceſſit eiſdem coniugibus cenſum correſpondentis ſummæ ſibi debitum à Patribus Societatis Ieſu, & è contra Felix ſtante ſupradicta ceſſione, tàm nomine proprio, quam vxoris omnia, & ſingula iura, & actiones ſibi, & vxori competẽtes contra Anticios pro dicto quarto, & lucro retroceſſit, & renunciauit Odoardo, qui pro illius conſequutione iudicium coram A.C. introduxit, eoque defuncto eius hæredes illud continuarunt, & mandatum exequutiuum obtinuerunt.

Verum cũ Anticij a dicto mandato appellaſſent,

& Signatura commisisse causam in Rota bon: me.
Buccabellæ, cum clausula *Si quid exeqnendum*, eo
quia quartum in mandato fuerat taxatum, habito
respectu ad Dotem scut 8.mil. in qua summa sub-
1 stineri non poterat resistente Constitutione san. me.
Sixti Quinti 52. in Bullar. nouo, quæ dotes mode-
ratur, & restringit ad scut.5550. & constitutas vltra
d.summam annullat, & irritat, auferens quamcum-
que actionem, quæ pro illarum exactione compe-
2 teret, quæ est in viridi obseruantia, vt sæpius fuit
dictum *in Romana Dotis 23.Ianuarij 1619.coram bo.
me.Pirouano, quæ est post Fenzon. ad statut. Vrbis in
ordine dec. 75. & in Romana quarti dotalis 4. Iuly
1636.& in Romana Donationis 26.Iuny 1637. coram
bon.mem.Burrabella, & in Romana, seu Ianuen.quar-
ti Dotalis 14.Nouembris 1639.coram Reuerendissimo
Domino meo Patriarcha Costantinopolitano, & in Ro-
mana quarti Dotalis 17.Iunii 1641. coram bon. mem.
Pirouano.* Ideò volentes hæredes Odoardi nouum
iudicium intentare, & petere quartum iuxta for-
mam dictę Constitutionis, adiuerunt Signaturam,
& mihi in locum Buccabellæ suffecto obtinuerunt
rescribi, vt facta ab eis renunciatione Iudicij, & re-
fectis expensis causam dicti quarti dotalis, ex inte-
gro cognoscerem. Vndè dedi dubium an,& pro qua
summa mandatum esset relaxandum,& Domini in-
formantibus solum dictis hæredibus responderunt
esse relaxandum pro scutis 1375. quæ constituunt
quartam partem scutorum 5550.ad quæ dicta Con-
stitutio restringit dotes.

3 De credito enim dotis constat ex Instrumento
publico quod facit probationem probatam *Bald: in
l.quoties in fin.C.de Iud.coram san:mem.Greg.XV.de-
cis.180.num.1.& in recent.dec.431.num.1. par.1.* &
quod Laurentius prædecesserit constat ex partita
extracta à Parocho de verbo ad verbum ex libro in
quo nomina defunctorum describuntur, quæ mor-
4 tem probat *Rota in rec.dec.221.num.3. & dec. 629.
num.4.par.1.& dec.605.num.4. par. 2. & coram Bu-
ratt.decis.11.num.2.& ibi add. num.4. & 5. & decis.
563. num. 1.& coram Greg.decis.78.num.2.*cum alijs
cumulatis *per adden.* & consequenter sicuti quar-
tum debetur Catherinæ coniugi superstiti ex clara
dispositione statuti Vrbis *lib.1. cap.131.* Ita debetur
Odoardo Cessionario & eius hæredibus cessionarius
5 quoad omnia succedat in locum cedentis, eumq; re-
præsentet, & habeat, ac exercere possit omnes actio-
nes, quas cedens habet, ac exercere potest *Bald. in l.
Emptor in princ.C.de hered.& act.vend.*& multos cu-
mulat *Statil. de salu.in terdict.inspect.3. cap.2.n.901.
Rot.in rec. dec.411.num.25 part.5.& dec.88.n.10.&
seq.par.6.& dec.79. num.3.& dec.300.num.5. par.7.*

Nec obstat quod dicta Constitutio irritet Dotes
vltra dictam summam constitutas, quia illa non in-
6 fringit obligationes, & instrumēta infra dictā sum-
mam, sed tantum in excessu, vt patet ex eius lectura.

Quod verò pro huiusmodi credito competat via
executiua, patet non solum, quia quartum petitur
vigore publici Instrumenti dotalis pro quo sicuti
7 possit exequutiuè procedi in foro Capitolino vigo-
re Statuti Vrbis *cap.85. lib.1.* dantis viam executiuā
huiusmodi Instrumentis, ita procedi potest in Rota
cum causa reperiatur commissa cum facultatibus
A.C.qui potest exequutiuè procedere in casibus, in
8 quibus Curia Capitolina, & alia Tribunalia Vrbis
procedere possunt *Rot.dec.107.num.4. in fin. par. 1.
recent.& coram bon mem.Buratt.dec.462.& ibi add.
& dec.537.in fin.* Sed etiam, & sine vlla difficulta-
te, cum Instrumentum, cuius vigore agitur sit val-
9 latum obligatione Camerali, quæ habet exequutio-
nem paratam, vt multis comprobat *Zacch. de oblig.
Camer.quæst.2.num.4.& seqq.Mohed. dec.2.de except.
& inter diuers.dec.800. num.6.par.3. & millies Rota
respondit.*

Denique non obstat quod Signatura mihi cōmise-
rit causam cum clausula *facta renunciatione Actorū,
& refectis omnibus expensis*, quæ clausulę vti concep-
10 tæ per ablatiuum absolutum tribuunt iurisdictio-
nem conditionalem, quæ nonnisi purificata condi-
tione exerceri potest, vt in puncto *Capntaq:der.150.
per tot.par.1.* & fuit dictum *in Romana restrisionis
contractus 30.Octobris 1602.coram bon.mem.Cardina-
li Pamphilio impres.apud Marches.de Commis. par. 3.
fol.20.& coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 133.
num.8.* & alias refert *Mart.de Claus.claus.124. nu.2.*
Quia quoad renunciationem fuit responsum condi-
tionem fuisse impletam, stante renunciatione, in
actis facta per dd.hæredes, vt in *Summ.num.6.* Quo
verò ad expensas cum illæ non sint liquidæ, & hæ-
redes Odoardi citauerint Anticios ad liquidandum,
illisque in termino præfixo non liquidantibus, de-
posuerint vnum iulium cum obligatione soluendi
residuum, quando erunt liquidatæ, dictum fuit hu-
iusmodi depositum cum tali obligatione sufficere
11 ex traditis per *Alex.in l.4.§.Ait Prætor num.2. ff. de
re iudic.Dec.in l.adita num.94. C.de edend.* cum alijs
per *Asin.in prax.§.32.cap.2. ampliat. 15. num. 4.* &
alios adducit *Barbos.de claus.132. num.11. circa me-
12 dium*; secus autem si essent liquidæ, quo casu neque
depositum, neque obligatio satis fuisset, sed debe-
rent, verè, & realiter refici, vt per *Barbos.claus.132
num.1.& seqq.Marth.eod.claus.124.num.1.Rot.coram
Pur.dec.114.num.2.lib.1. in correct. & coram Gregor.
dec.492.num.2.* & fuit dictum *in Pampilonen. Beneficii
de Sos 28.Ianuarii 1577.coram Blanchetto impress.
apud Marches.de commis.par.1.fol.432.*

Et ità &c.

FANEN. DOTIS.

17.Martii 1642.

ARGVMENTVM.

Confessio dotis à viro fact: constante matrimonio an
probet numerationem?

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ à marito facta in testamento
præcedente promissione ex Instrumento, vel apo-
cha matrimoniali probat numerationem contra
maritum, & eius hæredes.*
2 *Amplia vt probet etiam contra creditores, & ter-
tios quoscumque.*
3 *Decretum Iudicis tollit suspicionem fraudis illius
actus, super quo interponitur.*
4 *Confessio dotis facta in testamento, si aliud non ap-
pareat, resoluitur in legatum, vel fideicommissum.*
5 *Dotis numeratio probatur ex coniecturis, nempè ex
lapsu temporis, substentatione onerū matrimonii,
verisimilitudine, ac ex aliis de quibus &c.*
6 *Minor cui dos promissa fuit, potest se pro illius re-
stitutione obligare absq; insinuationis solemnitate.
Secus si dotem promittat.*
7 *Minor hypothecando bona pro dotis restitutione non
eget Iudicis decreto, cum id dicatur factum in
consequentiam actus validi, & liciti.*
8 *Nullitatis defectus opponi non potest nisi ab eo in
cuius fauorem nullitas fuit inducta.*
9 *Mulieri, quæ viri bona administrauit non potest op-
poni, cum ea repetere vult dotes se satisfecisse ex
bonis administratis, nisi doceatur insimul ad eam
peruenisse tot bona ex quibus commodè satisfieri
potuerit.*

10 *Rationem reddere non tenetur, qui semel reddidit dum non constat de dolo, vel errore claris, ac perspicuis probationibus.*

11 *Creditor quando ei nullo existente licitatore bona in subsidium adiudicantur, & insolutum dantur, tenetur ea recipere iuxta extimationem factam, secus quando deliberantur tertio plus offerenti.*

12 *Pretium oblatum in subbastatione a licitatore præsumitur iustum, & qui vult illud redarguere iniquitatis tenetur probare.*

13 *Fideicommissum non impedit viam exequutiuam, obligationis Cameralis, dum non apparet sufficienter iustificatum.*

DECISIO LV.

DOmini dixerunt mandatum relaxatum ab A. C. ad fauorem Victoriæ Castracanæ pro eius credito dotali scutorum 300. esse exequen. contra bona hæreditaria Raynerij tantum.

1 Creditum enim visum fuit probari ex confessione Raynerij in Instrumento quoad scuta 2900. vt in Testamento quoad integram summam scutorum 3000. quæ confessio, cum præcedat promissio eiusdem quantitatis in apoca matrimoniali, probat receptionem dotis, nedum contra Reynerium confitentem, & eius heredes *l. in contractibus §. Sed quoniam, & ibi Cin. num. 3. in fin. C. de non numer. pecun. Bart. in Auth. de tempor. non solut. pecun. num. 6. Castr. in l. 1. num. 8. vers. quartus est, ff. solut. matrim. Gabr. de iur. dot. conclus. 4. vbi de magis communi Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. num. 53. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 8 num. 13. Sanch. de matrim. lib 6. disput. 9. num. 10. Molin. de contract. disput. 439, num. 6. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4 glos. 26. num. 32. volu. 1. Afflict. dec. 402. num. 3. circa fin. Ioseph. Ludou. d. Perus. 66. n. 25. Gratian. d. Marcb. 103. num. 7. Castill. decis. 106. num. 36. Valasc. decis. lusit. 5. num. 5. Rot. coram Cardinali Seraph. dec. 678. num. 10.* & *coram san. mem. Greg. XV. dec. 62. nu. 6. & dec. 491. num. 7. vbi Adden. num. 12.* alias concordantes allegat.

2 Sed etiam contra creditores, & tertios quoscumque quicquid sentiat *glos. in l. assiduis in verb. Dante C. qui potior. in pign.* habeantur, quã sequutus est *Valasc. d. lusit. 6. num. 12. & seqq.* nam contrariam seruari affirmat *adden. ad eamdem glos.* & tenent magis communiter Doctores, vt testantur *Soccin. Iun. in d. l. 1. num. 95. ff. solut. matrim.* vbi ait ab ista opinione non esse recedendum, neque in iudicando, neque in consulendo *Faber. in C. lib. 5. de dot. caut. num. tit. 10. definit. 3. Loffred. cons. 22. num. 2. Cephal. cons. 239. in fin. Roland. à Valle post multos, quos allegat cons. 20 num. 18. lib. 4. Gabr. cons. 163. num. 10. & seqq. libr. 2. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. sub num. 6. vers. Cæterum Facchin. controu. iur. lib. 8. cap. 87. Molphes. in consuet. Neapolitana par. 6. quæst. 9. nu. 14.* & multis relatis *Antonin. de Amat. resol. 5. num. 19. Afflict. d. decis. 402. nu. 2. vers. Sed contrarium Gratian. allegat. dec. 103. n. 8 Magon. dec. Florent. 68. nu. 10. Surd. dec. 116. nu. 1. Ioseph Ludou. ead. decis. 66. nu. 28. Rota cor. Cardinali Seraph. dec. 795. nu. 1. & coram Greg. dec. 491. nu. 7. vers. Sed etiam Creditoribus, & in recent. dec. 15. nu. 2. & seq. par. 4. & in Soranen. bonorum 22. Maii 1587. coram Orano impressa post statil. de Saluian. interdict. in ordine dec. 36. num. 4.*

3 Et in hanc sententiam eo facilius iuerunt Domini in proposito casu, tum quia in ipsa confessione cum insertione Apocæ matrimonialis interuenit Iudicis Decretum, ex quo diluitur omnis suspicio fraudis *l. 1. C. si in caus. iud. pig. Bart. in l. 1. C. de præd. Decurion. lib. 10. Angel. in cons. 142. sub num. 2. Paris. cons. 39. nu. 15. lib. 4. Bursatt. cons. 144. nu. 19. libr. 2. Honded cons. 33. num. 25. lib. 2. Caputaq. dec. 163. n. 8. par. 3. Mantic. dec. 151 nu. 7.* & fuit dictum *in Neapolitana pensionis 27 Maii 1641. coram R. P. D. meo Bichio.*

Tùm quia cum Instrumento concordat confessio
4 testamentaria, quæ sustinetur saltem in vim legati, & fideicommissi, quamuis non constaret de vero debito, neque Testator aliquid vlterius vltra confessionem disposuisset, vt firmat *latè Felin. in cap. 1. caus. x. num. 9. & ibi Abb., & alij de fid. Instrum. Bero. cons. 15. num. 21. & seq. lib. 3. Cephal. cons. 297. num. 1. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 12. de leg. 81. Surd. decis. 285. nu. 4. & seq. & ponderauit in his terminis Rota In Perusina Dotis 9. Iunij 1619. coram bo: me: Vbaldo, quæ est in recent. par. 3. dec. 587. numer. 1. vers. Præsertim cum Confessio.*

Et denique quia concurrit lapsus temporis, substẽ-
5 tatio onerũ matrimonij, verisimilitudo, ex quo matrimonia sine dote contrahi non solent *s. me: Greg. dec. 62. num. 4.* consuetudo patriæ, & qualitas familiæ, tàm mariti, quã Vxoris, ex quibus præsumptionibus & adminiculis probatio resultans ex dicta confessione, & plenè probat *Bald. in rubr. C. de priuil. Dot. Neuizan. cons. 57. nu. 8. vers. & prò Bald Roland. cons. 85. num. 43. lib. 1. Crauett. cons. 40. num. 4. Menoch. cons. 7. num. 10. Grammat. decis. 103. num. 6. Rot. diuers. decis. 155 num. 2. & seqq. par. 2. & in Maceraten. pecuniaria 24. Iunij 1641. coram. Reuerendiss. D meo Decano.*

Nec obstant ea, quę in contrarium obiciebantur.

Primò enim quod deficiat insinuatio, quæ requiritur etiam in Instrumentis dotalibus ex forma constitutionis Marchiæ visum est nullius esse momenti,
6 quia non versamur in minore, qui dotem promiserit, quo casu obiectum procederet, sed in minore cui Dos, promissa fuit, quo casu cum minor recipiendo Dotem non diminuat patrimonium sed augeat, & suam conditionem meliorem faciat, potest se prò illius restitutione obligare etiam absque insinuationis solemnitate, vt per *text. in princ. instit. de auct. tutor. & l. contra viris ff. de pact. argunt Barbos. in l. si constante 25. in princ. num. 128. ff. solut. matrim. Gratian. discept. Foren. cap. 367. num. 7.* & 8. Non ob-
7 stante quod occasione receptionis eius bona prò restitutione hypothecẽtur, quia cum id fiat ex dispositione legis, & in consequentiam actus validi, & liciti, Decretum non requiritur *Barbos. vbi supra sub eodem num. 128. vers. & quominus*

Et cessat omnis difficultas, quia cum Hyeroni-
8 mus non sit hæres Raynerij, in cuius fauorem hæc nullitas fuit introducta, nõ potest huiusmodi defectum opponere, quia vbi actus annullantur fauore alicuius, is solus allegat nullitatem, in cuius fauorem fuit introducta, non alius *Surd. cons. 284. num. 6 vers. hæc tamen responsio, & num. seq. & decis. 179. nu. 17. & 108. num. 2. & seq. Tiraqu. in l. si vnquam verb. reuertantur num. 393. & de legibus connubb. gloss. 8. n. 97. Rot. in rec. dec. 179. num. 5. part. 5.* & in puncto insinuationis fuit dictum *in Bonon. fideicomm. de Glanarinis 5. Martij 1636. coram R.P.D. meo Ghisilerio quæ est in 7. par. rec. dec. 126. n. 15.*

Minus obstat secundum, quod Victoria administrauerit bona Raynerij, & rationem non reddiderit, & propterea intret præsumptio satisfactionis:
9 dupliciter enim respondetur, *Primo* quod sumus in muliere repetente Dotem, cui obijci non potest præsumpta satisfactio ex administratis, nisi simul doceatur ad eam peruenisse tot bona, ex quibus cõmodè satisfieri potuerit iuxta veriorem, & communem opinionem, quam firmante *Negusant. par. 2 membr. 5. num. 36. vers. tamen istis tractatibus tom. 6. fol. 224.*

*fol.*224.*Gultier.de tut.par.*2.*cap.*9.*num.* 52.& hanc o-
pinionem verissimam esse, & secundum illam fuisse
iudicatum affirmauit *Caualcan.de tut.cap.*1.*nu.*219.
*Viu.dec.*317.*num.*1.& *seqq.lib.*2.*Grammat.cons.*Ciail.
114. *num.*11. *qui testatur ita fuisse iodicatum in consil.*
*Neapolitano Borell.in summa decis.par.*3.*tit.de priuil.*
*dotal.num.*23.*Ricc.collect.decis.par*3.*collect.*1917. *ad*
fini vers.quarto au retentio Tapia *decis. Neap.*42. *per*
*tot.Tassan.obseru.super pragmat.vers.*5.*obseru.*1.*n.*32.
& *seq.*& *perpetuò sequuta est Rota reiecta opinione*
*Soccini sen.cons.*126 *lib.*2.& *sequacium* , & *signanter*
*apud Sarnen.dec.*66.*lib.*1.& *penès Put.dec.*141.*nu.*3,
*lib.*1.*in correct.*& *coram* Card.*Seraph.decis.*1455.*n.*1.
& *seqq.*& *inter diuers. dec.*1055 *lib.*3.*part.*3.& *coram*
*bo:me:*Buratt.*dec.*862.*num.*3.*vbi* Adden. alias refert,
& *coram* Reuerendiss.*Vrgellen.dec.*347.*num.*19. & *in*
Romana *seù Viterbien. restitationis dotis* 8. *Februarij*
1627.*coram bo:me:*Card.*Virili*.

10 Secundo ex deposirione Lauræ cohæredis, con-
stat, quod ipsa reddidit rationem, vnde ampliùs
reddere non tenetur, nisi constet de dolo, vel erro-
re, claris, & perspicuis probationibus *l.semel.C.de*
*publ.apoc.lib.*10.*Menoch.de Arbitr.cas.*209. *num.*37.
*Rot.in rec.decis.*184.*n.*1.*p.*2.& *coram Greg.decis.*536.
*num.*12.*ibiq.Add. num.*3. cum alijs latè adductis in
Romana Computorum 13.*Ianuarij* 1640.*coram me*.

Ad tertium quod duo prædia deliberata prò scu-
tis 1200. estimata fuissent scuti 1645. 10. Ideoque
pro dicta summa debeat Creditum Victoriæ rema-
nere extinctum. Responsum fuit, quod cum dicta
estimatio non fuerit nec à partibus acceptata, nec à
Iudice approbata, & prædia deliberata fuerint plus
offerenti, prætium oblatum in subhastatione à lici-
tatore est attendendum; & detrahendum ex credi-
11 to Victoriæ, non autem illud quod fuit in dicta
æstimatione taxatum, cum tunc solummodo atten-
datur æstimatio, quando non inuento ẽptore, & nul-
lo existente licitatore, bona in subsidium adiudican-
tur, & insolutum dantur Credirori, secus quando
bona deliberantur tertio plus offerenti, vt distin-
guendo tradunt *Surd.cons.*256.*num.* 4.*vers.tertio res-*
pondeo vsque ad *ad* 8.*Grat.discept.Forens.cap.*7.*nu.* 23
& 24 Mangil.*de subhast.quæst.*18.*numer.*6.7. & 8. &
*quæst:*19. *num:*4. *Rot: coram bo:me:Coccinc decis.*109.
12 *num.*14. & qui prætium oblatum vult redarguere
iniquitatis tenetur probare, aliàs præsumitur prò
iustitia prætij inuenti *Surd. d.cons.*256.*num.*4. *vers.*
tamen qui vult Rot. post Mangil. *de subhast. decis.* 38.
*sub num.*15.& *in rec.dec.*648.*sub. num.*1.*par.*1. & *dec.*
411.*num.*10.*par.*5.& *coram bon:me:*Buratt.*decis.*538.
*num.*1.& *seqq.*

Quartum Denique quod Hyeronimus possideat
bona Raynerij non vti illius hæres, sed titulo, & vi-
gore fideicommissi alterius Hyeronimi Nulphi Se-
13 nioris, Domini non habuerint in Consideratione quia
fideicommissum non fuit visum sufficienter iustifi-
catum prout requiritur ad effectum impediendi viã
executiuam obligationis Cameralis, *Rot.diuers.dec.*
641. *num.* 16. *vers.quoacero ad fideicommiss.*& *in recent.*
*dec.*559.*num.* 7.& 8.& *dec.*387.*nu.*3.*part.*1.& *coram*
*bo:me: Buratt.dec.*822.*n.*4.

Et ita vtraque &c.

ROMANA VINEÆ AD AQVAM SANCTAM.

Luna 31.*Martij* 1642.

ARGVMENTVM.

Actor non tenetur exhibere libros, & instrumenta reo
ad fundandam eius exceptionem, nisi probata exi-
stentia, & interesse. Remedium *l.*2.*C.de rescin.Vend.*
intrat in contractu locationis in quo ad probandam
læsionem inspicitur tempus contractus, & quom-
modo ad hunc effectum læsio dicatur sufficienter
probata, & quando, & quomodo possit allegari?

SVMMARIVM.

1 *Exhibitioni concurrentibus existentia, & interesse*
locus esse debet saltem officio Iudicis.
2 *Præsumptio, quæ alias contra denegantem exhibi-*
tionem adesse solet, tollitur ex oblatione scriptu-
rarum ab eodem facta.
3 *Exhibitio librorum qui sunt futuri irrelenantes peti*
non potest.
4 *Læsio vbi est estimanda in locationis contractu pacta*
magis onerosa iniuncta conductoribus præcedenti-
bus considerari debent tanquam pars pratij.
5 *Valor rei augetur tam beneficio temporis, quam ra-*
tione melioramentorum.
6 *Tempus contractus ad effectum læsionis attenditur.*
7 *Probationes requirentes altiorem indaginem non at-*
tenduntur in iudicio summario, & executiuo stante
instrumento vallato obligatione camerali.
8 *Probationes requirentes altiorem indaginem non ad-*
mittuntur ad retardam executionem pacti de ca-
pienda possessione authoritate propria.
9 *Amplia etiam si agatur contra tertium possessorem*
vigore dicti pacti.
10 *Reus fauore miserabilium personarum tenetur edere*
iura.
11 *Limita nisi cum eis concurrat alia miserabilis perso-*
na, vel locus pius, & stante irrelenantia.
12 *Remedium* l. 2. C. de rescin. Vend. *locum habet in*
contractu locationis fauore conductoris, quando
læsio incontinenti probatar.
13 *Limita vbi per plures annos contractus locationis*
fuit obseruatus.
Obseruantia habet vim ratificationis ibid.
14 *Et vbi conductor erat informatus de qualitate rei*
conducta.
15 *Actio personalis pro rescissione contractus ex reme-*
l. 2. C. de rescin. vend. *non transit in singularem*
successorem.
16 *Clausula* quam, & quas, operatur, *vt possit actor*
ommissa prima actione deducere nouum iudicium.

DECISIO LVI.

DEcisum fuit coram me prima Iulij 1641. societa-
tem SS. Saluatoris ad Sancta Sanctorum teneri
exhibere Lauræ relictæ Iulij Grappolini libros ab
anno 1631. vsque ad præsens in quibus possunt esse
adnotatæ solutiones Vini arundinum, & pecunia-
rum per Iulium factæ prò annuo Canone scutorum
85. in locatione Vineæ, de qua agitur promisso. Non
autem teneri exhibere alia Instrumenta, & libros
ex quibus apparere potest de Salario promisso, seù
præstito Laurentio Bonincontro prò officio Secre-
tariatus eiusdem Societatis; Neque destinandum
esse Notariatum, qui describat omnes rogitus, &
acta prò Societate à Iulio facta, & minus eandem
Societatem teneri exhibere libros ab anno 1600. vs-
que ad 1631. ex quibus constare potest Canonem
prò Vinea solui solitum fuisse longe minorẽ explu-
ribus dicta die deductis Indecisione, qua hodie re-
proposita, Domini perstiterunt in decisis.

Et quoad libros ab anno 1631. vsque ad præsens
ex quibus apparere potest de dd. Canonis solutioni-
bus ex eo moti sunt, quia constat de Interesse, cum
Laura possideat, & de existentia librorum pænes so-
1 cietatem, quibus concurrentibus exhibitioni locus
esse debet, saltem Officio Iudicis *l. in hac actione in*
princ. & *in* § *sciendam vbi gloss.* & *DD: ff.ad exhib.*
*Rota dec.*348.*nu.*3.*par.*1.*rec.*& *de stylo Rotæ Seraph.*
decis. 1224. *num.*3. & 4. cum alijs allegatis in *dicta*

decis. in qua firmatur etiam tàm Interesse quam exi-
stentia , & quoad istos libros officiales Societatis
iam illos exhibuerunt,& prò vlteriori illorum exhi-
2 bitione se paratos obtulerunt,per quam oblationem
tollitur præsumptio , quæ aliàs contra denegantem
exhibitionem adesse solet *iuxt.l.fin.C.de fid. Instrum.*
*Aym.cons.*112.*num.*16.*& cons.*134. *num.*17. *Buratt.*
cons 39.*num.* 29. *lib.* 1.

Quoad instrumenta , & libros ex quibus constare
potest de Salario prestito Bonincontro, vti Secreta-
rio, Dominis visum fuit non esse locum exhibitioni
tùm quia non constat , quod Iulius fuerit vnquam
per Societatem deputatus, sed potius apparet, quod
ex causa infirmitatis Bonincontri per Officiales So-
cietatis fuit eidem Bonincontro deputatus coadiutor
Franciscus Pacichellus , qui etiam post illius obitũ
in eius locum subrogatus fuit tùm etiam quia Secre-
tarius ex forma statutorum Societatis prò parte , &
commodo ipsius Societatis tenetur illi inseruire
gratis, & consequenter cum dicti libri quamuis ex-
3 hibeantur sint futuri irreleuantes , & inutiles illorũ
exhibitio peti non potest *Corn.cons.*72. *num.*9. *vers.*
*insuper quod d.rei,& num.seq.lib.*3. *Ber.cons.*19.*n.*12.
& 18.*in fin.lib.*3.cum alijs in decis.allegatis.

Quantum verò attinet ad destinationem Notarij
prò describendis rogitibus , & actis per Iulium
prosocietate factis,Domini censuerant non esse con-
cedendam, quia non constat quod ipse successerit in
Officio Secretariatus , seù Notarij , nec quod aliter
huiusmodi rogitus , & acta penès Societatem exi-
stant prout ad istum effectum necessario requiritur
ex supradictis vltrà quod Societas huic destinationi
non contradicit , sed agnoscens bonam fidem con-
sentit, dummodo fiat sine retardatione processus .

Quod autem alij libri ab anno 1600. vsque ad an-
num 1631.non sint exhibendi , visum fuit Dominis
ex eo clarè deduci , quia licet ex illis apparere pos-
sit Canonem solui solitum ante concessionem factã
Iulio , fuisse longè minorem, quam promissum per
Iulium in summa scutorum 85. sicque dictam loca-
tionem ad fauorem Iulij fuisse læsiuam , & dd. ta-
men Canones diminuti per seipsos , læsionem non
concludunt , quia diminutio prouenire potuit , vel
4 quia in præcedentibus conductionibus adiecta fue-
rint pacta conductoribus magis onerosa , quæ in
æstimanda læsione considerari debent, cum sint pars
prætij *l.fund.partem ff.de contrahend.Empt.Surd.cons.*
217.*num.*6. Vel quia Vinea tempore locationis ad
fauorem Iulij fuerit in meliori statu , quam esset an-
5 tea , cum valor rei augeatur tàm beneficio temporis
quam etiam ratione melioramentorum ad *text.in l.*
*pratia rerum §.fin.ff.ad l.Falcid.Rot.in rec.dec.*457.*nu.*
2.*par.* 2.*& decis.*46.*num.*9.*&* 11. *part.*6. Et tempus
6 contractus ad effectum læsionis attenditur *Bald.in l.*
2.*num.*61.& ibid. *Cagnol. num.*213.*in fin.& seqq. vs-*
que ad 220.*C.de rescind.vendit.Rot.dec.*18.*nu.*4.*par.*
2.*diuers.* Hinc sequitur quod cùm ex istis libris læ-
sio non possit dici concludentèr probata , sed depẽ-
deat ab alijs probationibus, quæ requirunt altiorem
indaginem , nullatenus est concedenda illorum
exhibitio , quia illi per se ipsos sunt irreleuantes ,
7 vt dictum fuit, & exceptiones quæ requirunt altio-
rem indaginem in hoc iudicio , quod est summa-
rium , & executium stante publico Instrumento val-
lato obligatione Camerali , & pacto de capienda
8 possessione propria aucthoritate , non admittuntur
ad illius retardationem, & de læsione dixit *Rota de-*
*cis.*139.*num.*14.*post Zacch de oblig. Camer. & coram*
*bo:me: Buratto dec.*914. *num.*3. & de exceptione re-
quirente altiorem indaginem *eadem Rot. dec.*48. *n.* 2.
*& coram s:me.Gregor.decis.*120.*num.*16.& 17. Etiam
9 si agatur contra Tertium possessorem , prout vigo-
re d. pacti de capienda possessione propria aucthо-
ritate *Bald.in l.Titius ff.de seru. expos.ortan. Zacch.*
*de oblig.Cam.qu.*5.*nu.*39.*& Rot.dec.*149. *num.*7. *post*
Cenc.de Censib.secund.nouam impress.
10 Non obstat quod miserabilibus personis speciali
earum fauore, etiam Reus teneatur adere Iura *Dec.*
*in cap.*1.*num.*80. *de probat. Rebuff. in Constit. Galliæ*
*tit. de sentent.prouis.art.*3.*gloss.vlt.num.*22. cum alijs
per *Nouar.de priuileg.miserabil.personar. priu.*2.*nu.*4.
Quia fuit responsum id non procedere Primò quan
11 do cũ eis concurrit alia miserabilis persona, vel lo-
cus Pius , qualis est societas , quia tunc priuilegia
conquassantur, & cessat huiusmodi priuilegium edi-
tionis, vt per *text.in l.sed etsi milites ff.de excusat. l.*
scire vbi gloss.in verbo heredem C.de priuileg.Barbos.
*in Topic.verbo priuilegium num.*46.*Marches. de com-*
*miss.part.*2. *fol.*322. *num:* 146. secundò stante irrele-
uantia,quia tunc pariter cessat necessitas edendi, vt
supradictum minus facit , quod in contractu locatio-
12 nis sit locus remedio *l.*2.*C.de rescind. vend.*ad fauo-
rem Conductoris ex capite enormissimæ læsionis se-
cundum *gloss.fin.in l.si ea pull.C.de vsur. Rom. cons.*
423.*num.*1.*vers.Igitur,& num.seq:* quia præter quod
id procederet quatenus ex diminutione Canonum
in præcedentibus locationibus , vel alitèr enormis-
sima læsio posset dici concludenter , & incontinenti
probata , quod non subsisteret, vt dictum est Placuit
responsio quod quando contractus locationis fuit
13 per plures annos obseruatus,prout in isto casu,tunc
cessat remedium *l.*2.2.*vt est text.in cap:contingit ibi.*
si fuerit aliquot annis seruata extra de transact, Cra-
*nett.cons.*151.*num.*30.*in fin.& num.seq.* obseruantia
enim habet vim ratificationis , maximè cum Iulius
qui ante per plures annos huius Vineæ concessionẽ
14 habuerat,verisimiliter de illius qualitate esset infor-
matus, quo etiam casu remediũ *d.l.excluditur Castr.*
*cons.*386.*nu.*2.*vers.hac pars.fortificatur lib.*2. *Cagnol.*
*in eadem l.*2.*n* 124 C:*de rescind.vendit.*
15 Et in omnem euentum actio personalis prò re-
scissione contractus *ex d.l.*2. non transit in singularẽ
successorem , qualis est Laura , quæ detinet Vineam
tanquam Creditrix Iulij ratione suarum Dotium *l.*
actionum genera §.in personam ff.de act.l. si tertius §. si
quis prius vbi Bart.ff.de aqu.plu. ascend.Cranett.cons.
298.*num.*7.

Nec demum releuat quod Societas ab initio in-
tentauerat , *remed. l.diffamari C.de ingen.& manumiss.*
16 Quia nihilominus cum in concessione adsit clausu-
la *quam, & quas* , potuit illius vigore omisso primo
deducere nouum Iudicium associationis proCanoni-
bus decursis *Achill. decis.*22.*n.* 2.*de appellat.Rota co-*
ram bo:me. Buratt. num. 6. cum alijs per *Barbos. de*
*claus.claus.*121.*nu.*7.

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 7. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Actio directa mandati competit contra Procuratorem,
vt restituat pecunias exactas. Libri mercatorum
legaliter tenti cum adminiculis etiam pro tertio
contra tertium , & vbi agitur de probando nudo fa-
cto exactionis probant factum in illis contentum
etiam sine adminiculis.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa mandati competit contra Procurato-*
rem , cuius vigore compelli potest ad restituendas
pecunias exactas .

2 *Pro-*

2 *Procurator si pecuniam exactam statim restituere recuset, & in sui vtilitatem conuertat nedum ad restitutionem exacti, verum etiam ad interesse, & vsuras est compellendus.*

3 *Libri Banci legaliter retenti cum adminiculis probant etiam pro tertio contra tertium.*

4 *Amplia vt etiam probent sine adminiculis, quando agitur de probando nudum factum exactionis, quia probant factum in illis contentum rem scilicet ita se habere.*

DECISIO LVII.

DOmini dixerunt D. Abbatem de Angelis teneri
restituere Reuerendiss. D. Episcopo Pactarum
scuta mille de quibus agitur, & sic sententiam A.C.
esse confirmandam constat enim quod ipse tamquã
Procurator eiusdem Episcopi, & vigore eius man-
dati exegit dicta scuta mille à Prioribus Cassinensi-
bus prò fructibus Census dicto Episcopo debitis, &
1 propterea competit actio directa mandati, cuius vi-
gore cõpelli potest ad restituendas pecunias exactas
cum dispositum sit in quolibet procuratore, qui alie-
nas pecunias exegit, vt illas Domino restituere te-
neatur *l. procuratorem* 8. §. *dolo. cum ll. seqq. l. si verò*
non remunerandi 12. §. *si mihi l. Procurator* 55. *l. si mã-*
dato 59. *in princ. ibi Idem est si exacta est à Calphurnio*
pecunia ff. mandat. DD. in l. 1. *C. eodem Honded. cons.*
38. *num.* 5. *lib.* 2. *Gratian. discept. Forens. cap.* 67. *num.* 6.
Tacite enim inter principalem, & Procuratorem
hoc actum intelligitur, vt pecunia exacta statim Do-
2 mino reddatur, & propterea si Procurator illam sta-
tim restituere recuset, & in sui vtilitatem conuer-
tat, nedùm ad restitutionem exacti, sed etiam ad
interesse, & vsuras, est compellendus, *l. idem* x. §. *si*
Procurator ibique tenet per illum text. Alber. ff. man-
dat, & sequitur Lupus de Vsur. in 1. *commentar. super*
l. Curabit. §. 3. *num.* 62. *& seq. C. de act. Empt. Honded.*
dicto cons. 38. *num.* 39. *Gratian. vbi supra eodem cap.*
67. *num.* 8.

Abbatem autem exegisse dicta scuta mille, vltra
quod hodie non negatur, probatur ex partitis citata
parte, & de mandato Iudicis formiter extractis ex
3 Libris Banchi illorum de Bonannis, qui Libri cum
sint rectè, & legaliter retenti, & adiuuentur admini-
culis in hac materia ponderari solitis, probant etiam
prò Tertio contra Tertium *Rot. dec.* 375. *num.* 2. *&*
decis. 707. *num.* 3. *par.* 1. *diuers. & in recent. dec.* 481. *n.* 1
par. 4. cum alijs per *Adden. ad bo: me: Buratt. dec.* 159.
num. 10. maximè quia agitur de probando cum di-
ctis Libris nudum factum exactationis, quo casu e-
4 tiam sine adminiculis probãt factum in illis conten-
tum, rem scilicet ita se habere, *Mantic. decis.* 144.
num. 2. *san. mem. Gregor. XV. decis.* 302. *num.* 6. & ibi
latè *Adden.*

Et ita vna tantum.

AVXIMANA ATTENTATORVM.

Veneris 16. May 1642.

ARGVMENTVM.

Attentata stante possessione adepta appellatione pendẽte veniũt purganda ab attentante, nec per solam dimissionem possessionis dicuntur sufficienter purgata, cum teneatur attentans ad restitutionem omnium fructuũ perceptorum vsq; ad diem relaxationis possessionis ad damna passa, & ad expensas, etiam vsque ad refectionem expensarum, & condemnationem Iudicis Criminalis ab attentante promoti contra tuentem suam possessionem, quæ possessio an tueri possit traditur in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Transactio non potest allegari ab eo, qui eam non adimpleuit, nec obseruauit.*
2 *Possessio absque vitio attentatorum potest à possidente tueri per regulam qui continuat non attentat.*
3 *Sententia Criminalis lata in contumaciam, delictum sufficienter non probat.*
4 *Possessio quæ pendente appellatione de facto apprehenditur, ita etiam de facto potest à possidente tueri*
5 *Excessus non causat attentatum, sed spolium.*
6 *Exceptio Spoly non potest retardare purgationem attentati commissi in spretum Iudicis, & inhibitionis.*
7 *Exequutio facta pendente appellatione est attentata.*
8 *Attentatum non dicitur sufficienter purgatum ex sola dimissione possessionis.*
9 *Attentans tenetur ad restitutionem omnium fructuum perceptorum vsque ad diem relaxationis possessionis ad damna passa, & ad expensas.*
10 *Fructus probata possessione præsumuntur percepti à possessore.*
11 *Sententia lata in Iudicio Criminali, non probat in Ciuili, neque attenditur in Rota sine actis.*
12 *Armata vt sit punibilis, quæ requirantur?*
13 *Armata est prohibita pro defendenda possessione attentata, & de facto capta, non autem pro tuenda legitima.*
14 *Possessor etiam per vim potest suam legitimam possessionem defendere contra attentantem.*
15 *Attentata veniunt purganda etiam per Iudicii Criminalis renunciationem, & exculpationem, & refectionem expensarum.*
16 *Amplia vt neque de iure nec de facto possit præiudicium sentire ille qui passus est attentata.*
17 *Damna licet causata à Fisco veniunt reficienda ab attentante, qui Fiscum instigauit.*
18 *Attentans tenetur facere diligentias, vt sententia Criminalis lata contra partem reuocetur, & de diligentijs docere.*

DECISIO LVIII.

DVbitaui An constet de Attentatis hinc inde quæ
veniant reuocanda, & Domini concorditer di-
xerunt constare tantũ de attentatis cõmissis à Vin-
centio, ea verò, quæ Bartholo obijciuntur, non
releuare. Nàm licèt Bartholus denuo apprehensus
sit possessionem, & vi frumentum, & alios fructus
nocturno tempore leuauerit post initam concordiã,
in qua possessioni super bonis controuersis renuncia
uerat, donec per Arbitros, vel per aliam viam de-
claratum fuisset, ad quem dicta bona spectarent, ta-
men non potest dici eum attentasse, cum talis con-
cordia numquam seruata probetur, & ea non ob-
stante Bartholus, nedum continuauerit possidere,
sed tamquam possessor de anno 1639. conuentus fue
rit coram A.C. à Vincentio, qui sententiam immis-
sionis obtinuit, & indè possessionem attentatè ap-
præhendidit, contra formam eiusdem transactionis
1 quæ propterea hodie ab eo contra Bartholum alle-
gari non potest, cum nec etiam ipse eam adimple-
uit, *Dec. cons.* 380. *num.* 1. *&* 2. *Becc. cons.* 45. *num.* 7. &
11. vbi allegantur *concord. Menoch. cons.* 1. *numer.* 369.
& in terminis ad effectum attentatorum, fuit dictũ
in Æsina Laudi 19. *Decembris* 1625. *coram bon: mem:*
Pironano.

Minus vrget quod Bartholus pendente appella-
tione à sententia A.C. fructus per vim abstulerit, &
ex hoc saltem attentasse videatur, quia cum ipse an-
tè motam litem possideret, potuit absque vitio at-
2 tentatorum suam possessionem continuare ex *vulgat.*

regul. quod qui continuat non attentat *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. lib. 3. dec. 557. num. 1.*

Nec vllum fundamentum fieri potest in asserta violentia. Tum quia de illa non constat, nisi ex sola Sententia Criminali lata incontumaciam, quæ
3 delictum sufficienter non probat *Rot. dec. 175. nu. 1. & 2. & dec. 145. num. 2. inter impress. post 2. vol. cons. Farin.* tum quia omnis violentia. & iniuria exclusa remanet per ea, quę dixerunt Coloni in exculpatione, & reuocatione quęrelæ, & demum, quia non releuaret, nam sicuti de facto Vincentius pendente
4 appellatione possessionem est ingressus. Ita etiam Bart. de facto potuit suam possessioné tueri *l. 1. §. tam qui, & l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi armat Aretin. In §. recuperandæ num. 1. in fin. & seq. instit. de interd.* Vbi declarat quando recuperatio intelligatur facta incontinenti, etiamsi facta sit ex interuallo *Ias. in l. vi vim num. 13. ff de iust. & iur. Farin. in terminis cons. 65. num. 64. & seq. lib. 1. & in add. ad q. 113. numer. 145. 160. & 170. vbi Canal. dec. 475. num. 1.*

Minus obstat dicere Bartholum excessisse in executione mandati Rotalis occupando de facto partem prius possessam per Vincentium, quia (vltra quod excessus non iustificatur) in omnem casum hinc non potest inferri ad attentata; quia excessus
5 non causat attentatum, sed spolium, de quo hodie
6 non agitur, neque exceptio spolij, quamuis vltimi potest retardare reuocationem attentati commissi insprctum Iudicis, & inhibitionis *Dec. cons. 199. num. 5. Menoch. de recuper. remed. 17. num. 28. & Lancellott. de attent. cap. 24. num. 6. Rota in Romana Sancti Thomæ coram bo: me: Coccino in fin impress. apud Marches. de Commiss. par. 2. Col. 207. & in alys per Adden. ad Greg. dec. 485. num. 14.*

De attentatis autem commissis à Vincentio clare constare visum fuit. Primo, quia cum Bartholus, qui à Sententia A. C. appellauit esset Clericus, ac proinde Egidiana cessaret, non potuit Vincentius absque vitio attentatorum pendente appella-
7 tione ad executionem procedere *cap. cum ad Sedem vbi glos. in verbo interdictum de restit. spoliat. Canal. dec. 2. n. 8. & dec. 598. num. 2. & fuit dictum coram me in hac causa 25: Iuny 1640. & 2. Iuny 1641.*

Neque ex sola possessionis dimissione hoc atten-
8 tatum dici potest sufficienter purgatum, quia at-
9 tentans tenetur etiam omnes fructus perceptos restituere vsque ad diem relaxationis possessionis, nec non damna passa, & expensas reficere *Lancellott. de attent. cap. 20. num. 25. & n. 114. & 174. Coccin. dec. 37. n. 9. Adden. ad Greg. dec. 486. n. 2. & dec. 503. num. 6.*

Nec releuat, quod non probetur fructus fuisse per Vincentium perceptos, quia hoc suadet præ-
10 sumptio resultans ex possessione maximè coadiuuata ex fide Colonorum *Summ. n. 10. Seraph. decis. 1245. num. 6. Gregor. dec. 50. n. 2. Rot. dec. 269. num. 2. par. 1. recent.* quam præsumptionem in terminis attentatorum admisit *Rota coram Buratt. dec. 777. n. 8. vbi Adden. n. 9.*

Secundo, quia ipse in sprecum inhibitionis Rotalis, & mandati de manutenendo habuit recursum ad Iudicem Criminalem ad effectum expellendi Bartholum à sua possessione porrigendo quærelam, ac Iudicium Criminale, prosequendo vsque ad condemnationem in scutis 500. pœnam exilij, excommunicationem, & fructuum restitutionem, quæ excusari non possunt à vitio attentatorum, eo prætextu, quod Iudicium Criminale fundetur in vi illata contra constitutionem Sixti V. & bannimenta generalia, & sic super facto diuerso à lite Ciuili, quia asserta violentia nullibi probatur, nisi
11 ex sola sententia Criminali, quę vt dictum est non probat, & sine actis in hoc sacro Tribunali attendi non solet *Put. dec. 401. num. 2. lib. 1. Cæs. de Grass. decis. 1. n. 8. de locat. Gregor. dec. 208. n. 5.* & in terminis sententiæ Criminalis est *decisio 123. num. 11. impress. post cons. Farinac.*

Eo magis stante in contrarium exculpatione Colonorum deponentium de accessu Bartholi ad Prędium sine iniuria, violentia, armis, aut comitatu
12 sufficienti ad constituen. armatam punibilem, de qua *per DD. in addit. ad d. cons. Farinac. 65. lit. E. lib. 1.* dicta Constitutio, & bannimenta prohibent ar-
13 matam pro defensione possessionis violenter, & de facto adeptæ, non autem pro retinenda, seu defendenda possessione legitima, in qua licet posses-
14 sori etiam per vim se manutenere ad expellen. attentantem, vt in puncto *Farin. quæst. 175. nu. 85. & bo: me: 10: Baptista Spada inter cons. Farin. cons. 229. num. 20. & 26. lib. 3.* qui Paul. V. testimon. pluriès fuit laudabiliter approbatus, teste *Laert. Cherub. in Compend. Bullar. ad Constit. 75. Sixti V. tom. 2. pag. 132. schol. 2.* & idem Paul. V. ita etiam declarauit per specialem Constitutionem *impress. ab eod. Cherubin. d. Constit. Sixti V. pag. 132. §. 3.*

Vndè omnia tamquam attentata in primis ve-
15 niunt reuocanda per Iudicij Criminalis renunciationem, Bartholi exculpationem, & refectionem omnium damnorum, ac expensarum, itaùt
16 Bartholus non possit vllo vmquam tempore de iure, seù de facto præiudicium sentire *Rot. dec. 329. num. 2. par. 1. recent. & dec. 173. n. 13. par. 6.*

Nec obstat, quod damna sint causata à fisco, quia cum fiscus à Vincentio fuerit instigatus, dam-
17 na ab ipso sunt reficienda, & attentata purganda *Farin. in prax. lib. 1. quæst. 16. num. 14. Rota in Cusentina attentatorum 9. Decembris 1637. coram B. P. D. meo Dunozetto*, & eadem facilitate, qua Vincentius instigando induxit Iudicem Criminalem, & fiscum ad molestandum, censetur posse illos à
18 molestijs remouere, & ideò tenetur facere suas diligentias, vt Sententia Criminalis reuocetur, & de diligentijs docere, vt fuit firmatum *in d. dec. 173. nu. 14. par 6. recent. & in Pampilonen. electionis Canonicorum 11. Marty 1640. coram R. P. D. meo Dunozetto. &c.*

Et ita vtraque.

PERVSINA MANVTENTIONIS.

Mercury 21. May 1642.

ARGVMENTVM.

Constitutario datur manutentio constito de possessione Constituentis de tempore Constituti aduersus posteriorem possessorem; maximè si posterior possessio fuerit Capta non citato anteriori possessore, & quando possessio licet Instrumentalis ad effectum manutentionis sufficiat? Possessio capta ab hærede ad cauthelam, & cum animo potiùs continuandi possessionem defuncti non continuatur, nisi adsit Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, siue hæres sit extraneus, siue suus, & quare? Alienatio facta de rebus litigiosis non animo vexandi litigantem, sed ex iusta, & necessaria causa sustinetur, & quænam ad hunc effectum dicatur iusta, vel necessaria causa? prout etiam substinetur, si alienatio non fuit particularis de rebus tantum litigiosis, sed vniuersalis omnium bonorum, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Possessio licèt Instrumentalis, si alius de eo tempore*

pore non possidebat suffragatur, & est manutenibilis.

2 *Clausula constituti transfert omnem possessionem, quæ erat penes constituentem in constituentarium etiam ad effectum, vt illi competat manutentio.*

3 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, nec potest impedire manutentionem anteriori possessori.*

4 *Maximè si possessio posterior fuerit capta non citato anteriori possessore.*

5 *Possessionis continuatio, sine præexistenti possessione non datur.*

6 *Continuatio possessionis defuncti in hæredem de iure non datur, nisi adsit statutam continuans possessionem defuncti in hæredem.*

7 *Hæres adheundo hæreditatem, licet efficiatur dominus omnium rerum hæreditariarum, non tamen acquirit possessionem, sed opus est facto apprahensionis.*

8 *Possessionis translatio non infertur ex translatione dominij, cum hæc sint inter se diuersa.*

9 *Possessio in acquirendo plus facti habet, quam iuris, ideoque opus est facto, hoc est actuali possessione.*

10 *Hæres siue sit suus, siue sit extraneus non acquirit possessionem ex aditione hæreditatis, nisi illam actualiter apprahendat, & num. 11. 12. & 13.*

14 *Possessio cum ipso defuncto desinit, quippe, quæ pendet ab Animo, qui cum eo moritur, nec ad hæredes transit.*

15 *Possessio defuncti cum ipso extinguitur, ideoque possessio, quæ in rerum natura non est, in hæredem continuari non potest.*

16 *Donatio facta lite pendente de rebus litigiosis est nulla.*

17 *Alienatio facta ex iusta, & rationabili causa, & non animo vexandi collitigantem, valet non obstante vitio litigiosi.*

18 *Vitium litigiosi non impedit alienationem factam ex causa constituendi dotem.*

19 *Dos non minus dicitur, quæ constituitur pro nuptijs spiritualibus, quam quæ datur pro matrimonio carnali.*

20 *Matrimonium carnale, & spirituale in iure æquiparantur, ideoque de vno ad aliud valet argumentum.*

21 *Alienatio nisi sit particularis de certis rebus, sed vniuersalis omnium bonorum valet, & substinetur non obstante lite.*

22 *Bona, & iura litigiosa possunt cedi, & donari cum vniuersitate bonorum.*

DECISIO LIX.

FRancisco Penogallo cui Calidonia fecit donatio-
nem, & renunciationem omnium Iurium, &
actionum sibi competentium contra bona, & hære-
ditatem, tam Anibalis Vegli Aui paterni, quàm
Pauli eius Patris cum clausula constituti, Domini
dixerunt esse dandum mandatum de manutenen in
possessione quartæ partis bonorum, de quibus
agitur. Constat enim de possessione Calidoniæ ex
Instrumento adeptionis *Summ. num. 6.* Vnde sicue
illi danda est manutentio, non obstante quod sit In-
1 strumentalis, quia cum de illo tempore alius non
extiterit in possessione suffragatur, & est manute-
nibilis *vulg.l.prædia cum ibi notat ff.de acq.poss. Rot.
coram S.me.Greg.dec.268.n.1. & ibi* Add.*n. 8. & in
rec.dec.92.n.1.& dec.618.n. 1.par.1.& decis.56.n. 1.
& dec.525.n. 1. par. 2.* & aliàs Innumeras cumulat
Posth.de manut.obseru.21.n.15. Ita dāda est Francis-
2 co, in quo vigore clausulæ *constituti* transiuit om-
nis possessio, quæ erat pœnes Calidoniam Consti-
tuentem etiam ad effectum, vt illi competat ma-
nutentio *l.quod meo, & l.interdum ff.de acquir. poss.
ofasch.dec.133.n.6.& 7. Andr.dec. 61. n. 2. & coram
bo:me:Buratt.dec.179.n.5.& dec.299.n. 2. post Pacif.
de Saluian.Interd.& in rec.dec.551. n. 2.par.2. & de-
cis.258.n.2.par.4.& dec.265.n.2.post modern. de ma-
nut.& fuit dictum in Romana Palatij 16. Nouembris
1639.R.P.D.meo Carillo.*

Nec obstat possessio illorum de Velgis, quia cum
Calidonia eam cęperit die 22.Augusti 1615. Et Ve-
gli die 24.eiusdem mensis, & sic post biduum,
3 tamquam posterior præsumitur clandestina, &
turbatiua, nec potest impedire manutentionem
anteriori possessori *cap.licet causam de probat. Surd.
cons.481.num.4. Rot. in recent.dec.476.n.4. par. 1.&
dec.35.n.3.par.2.& dec.258.num.1.& dec.471. n. 2.
par.4,& 175,n.2.apud.Posth.de manut.& coram Bu-
4 ratto d. dec. 179. num. 6.* Eoque magis, quia Vel-
gi cæperunt possessionem non citata Calidonia,
quæ erat in possessione. Vndè illi nullatenus præ-
iudicari potest.*glos.in cap. licet Episcopus in verb. te
non vocato de præbend.in 6.Rot.d.dec,476 n.3. par.1.
rec.& dec.802.n.8. par.1. diuers. & coram Card. Se-
raph.dec.1041.n.2.& dec.169.n.6.apud posth. de ma-
nut.*

Nec releuat verbalis cauthela quam Vegli vsi
sunt in appræhensione possessionis dicentes, illam
appræhendere animo continuandi; Quia aut in-
tellexerunt de Continuatione propriæ possessio-
nis, & cum non constet, quod ipsi haberent ali-
quam possessionem anteriorem cessat omnis conti-
5 nuatio, quia hæc sine præexistenti possessione non
datur *Posth.de manut.obseru.1.n.74.& Rot. post eum
dec.196.n.4.* Aùt intellexerunt continuare possessio-
nē Octauiani eorum Aui, & Anibalis eorum Patris
defunctorum vti eorum hæredes, & de Iure talis
6 continuatio non datur, nisi adsit statutum, conti-
nuans possessionem defuncti in hæredem de quo
hic non docetur *l.cum hæredes 23. ff.de acquir. poss.*
7 Quamuis enim quis adeundo efficiatur hæres do-
miniumque omnium rerum hæreditariarum ac-
8 quirat, non tamen acquirit possessionem cum hæc
sint interse diuersa, & propterea ex translatione
Dominij non infertur translatio possessionis *l.natu-
raliter §.nihil commune ff.de acquir.poss.* Sed opus est
9 facto hoc est actuali possessione, quia possessio in
acquirendo plus facti habet, quam Iuris *text.express
in l.deniq.& ibi glos. in verbo plurimum ff. quibus ex
caus.maior; & gl.in l. si fratres §. item respondit in
verb. Dominium ff.pro soc.* quæ conclusio procedit,
non solum in hęredibus extraneis, sed etiam in
10 hæredibus suis quibus ex aditione non acquiritur
possessio, nisi illam actualiter appræhendant vt re-
11 probata opinione *Accursij in l. in suis in verb. quo-
dammodo ff.de lib.& posth. & in §. sui Inst. de hæred.
qual.& differ*, qui censuit in suum hæredem tras-
ferri, & continuari, nedum dominium rerum
paternarum, sed etiam possessionem, tenent com-
muniter omnes *glos.in l.cum miles in verbo quasi
coniunctim ff.ex quibus causis maior.Bart.in l.1.§.ve-
teres n.2.ff.de requir.poss.Alex.in l.si sorori C.de Iur.
deliber.Bald.in l.fin. Cod. de edict.diu. Andr. toll.* vbi
12 dicit, quod existentia sui hæredis facit quidem
hæredem, sed non possessorem *Innoc.in cap.In præ-
sentia sub n.2.C.de probat.pulchrè. Zas.cons.10.nu.8.
& seqq.lib.Cephal.con.30.n.8.lib.1.Hended. cons.18.
n.11.lib.2,Gail.obseru.129.n.2. & 3. & obseru. 152.
num.3.*

num.3.& seqq.lib.2. Gabr.de acquir. poss. concl. ultima num.1:& latè aliat cumulans Tiraquell. in tract. l.mort.fuit leuit.par.1.decl.3.n.6.Marchef. var. resol. lib.2.cap.116.num.1.& seqq.Marc. Ant.var.resol.resol 100.num.5.Scacc. de appell. cap. 2. quaest. 17. lim. 6. membr.9.n.116.& seqq.Afflict.dec.299.num. 4. & in puncto similis Canthela Ioseph. Ludouic. decis. Perus.
13 69.per.tot.& hanc opinionem perpetuò tenuit *Rota, & signanter coram Verall.dec. 420. num. 1. & 2. par.2.diuers.dec.27.sub n.13.par.1.& in rec.dec.260. n.4 & dec.392.num.3. post med. par. 3.* vbi quod est communis, & quod hanc opinionem seruat *Rot. & coram bo:me:Coccino dec.464.n.3. & in Anconitana bonorum coram Litta impress. apud Marches. de commiss.par.1.fol.989.sub num.1.& dec.123.n.3.& 4 par.7.rec.& in alys multis apud Posth. de manut. videlicet dec.120.num.11.dec.150.num.9.& dec.195.nu-*
14 *mer.2.& passim in alijs*. Et ratio est quia possessio cum ipso defuncto desinit, quippè, quae pendet ab Animo, qui cum eo moritur, nec ad haeredes transit, *vt per text.in l. 4. ff.locat. argunt in his terminis Alex. in l. fati sub n. 8. ff. de liber. & posth. Castr.in l.sorori sub num.2.C. de iur. de liber. Ioseph. Ludouic.de.Perus.69.n.10.et 11. Rot. coram Durano dec.62.n. 2. et tribus seqq.* Vnde cum possessio de-
15 functi cum ipso extinguatur, possessio, quae in rerum natura non est, continuari non potest *Zasia tract.de feud par.6.num.41.Gail.d.obseru:129. nu. 3. vers.ergo possessio lib.2.et pra allegat DD.*

Denique non obstat, quod cum super istis bonis
16 penderet lis donatio de illis facta tamquam de rebus litigiosis sit nulla; quia duae furtunt allatae responsiones,quae Dominis placuerunt. Prima, quod Donatio non fuit facta à Calidonia animo vexandi collitigantem, sed ad effectum habendi Dotem tradendam Monasterio, intra quod cupiebat Deo in Religione famulari, & sic valuit non obstante vi-
17 tio litigiosi, non solum tamquam facta iusta, & rationabili causa, & non animo vexandi *glos.in l. per diuers.in verb.venditionis C. mandat Gabr.alios adducens de action. concl.5.n.13.Socein.sen.cons.170.n.3. ante fin. vers.et probatur ia simili lib.2. Menoch. cons. 513.n.17.et de praesumpt.lib.3 praesumpt.129. n. 16.*
18 Sed etiam tamquam facta causa constituendi Dotem, quo casu vitium litigiosi non impedit alienationem, *vt est text. expressus in l.fin. & ibi Odofred.num.1.Sicard.n.21.C.de litigios.Angel. in Auth. multa sub n.7.eodem tit. Bald.in l.ante diuisionem in fin.C.de Iur.dot. Padill.in Auth.res, quae num.43.C. comm.delegat Lancellott.de attent.par.2.cap.4.n.464 et n. seq.Craaett.obs.481.n.2.Natt.cons.401.n.1.Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec.281. n. 3. et seqq.* Quorum Iurium dispositio dubitari non potest
19 quin habeat locum in Dote. quae datur pro ingressu Monasterij, cum non minus dicatur dos, quae constituitur pro Nuptijs spiritualibus, quamquae datur pro matrimonio Carnali *Bald.in Auth.nisi rogati in princ.C.ad Trebell.S.me.Greg. XV. dec. 301.*
20 *n.2.*& valet argumentum à matrimonio Carnali ad spirituale, quia in Iure aequiparantur *cap. quoniam frequenter §.porrò vt lit.non contest. cap. inter Corporalia, et cap.fin.de translat. Episc. Euetard. In loc. argumentandi loc. 77. n. 1. et ydem priuilegys potiuntur Barbos. de off. et potest Episc. alleg. 20. numer. 19.*
21 Altera responsio fuit quod donatio facta à Calidonia non fuit particularis decertis rebus, sed vniuersalis de omnibus bonis, & ideò valet, & sustinetur non obstante lite, quia iura, & bona litigiosa
22 possunt cedi, & donari cum vniuersitate bonorum,

Dec.cons.109.num.11.& 12.lib.3.Cepal.cons.64.n.15. Menoch.cons.513. num. 14.Lancell.de attentior. par. 2. cap.1.num.470.Carpan.ad stat. Mediol. par. 1. cap.68. num.89.Rot.in Camerinen. Donationis coram Cardin. Marquemontio impress.apud Marches.de commis.par.2 fol.57.num.12.& in recent.dec.173.num.21. & seqq. & dec.228.num.58.par.7. & fuit dictum *in Bononien. Transactionis 25. Februarij 1639. coram Reuerendissimo D.meo Merlino Decano.*

Et ita resolutum vna tantum parte informante, &c.

ROMANA DOMVS.

Veneris 23.Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Immissio in vim *l.fin.C.de edict.diu. Adr.tollend.* non est concedenda petenti, & etiam probanti omnia requisita ad id necessaria contra possidentem cum titulo habito à fideicommittente, etiamsi solummomodo habeat titulum ab administratore eiusdem.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in vim* l.fin.C.de edict. D. Adr. toll. *iam probatis omnibus requisitis, non conceditur contra habentem titulum à fideicommittente.*
2 *Possidens ministerio administratoris à defuncto deputati, dicitur habere titulum à defuncto.*
3 *Pontifex in derogatione fideicommissi tollit ius quaerendum, non autem alteri quaesitum.*
4 *Licentia alienandi bona fideicommisso subiecta non noa comprehendit alienationes antea factas.*
5 *Limita nisi conscius Pontifex illas confirmet.*
6 *Licentia vbi ad actus validitatem requiritur necessario semper actum debet praecedere.*
7 *Alienatio bonorum fideicommisso facta contemplatione derogationis in futurum obtinendae ex superueniente derogatione vires assumit, & censetur in illud tempus collata.*

DECISIO LX.

Domini dixerunt Domino Francisco Serlupio nō esse dandam immissionem in domo, de qua agitur, quia licet ipse probet purificationem fideicommissi ad eius fauorem,& possessionem Salustiae Cerrinae fideicommittentis de tempore obitus, & Iulij
1 Pocobelli de praesenti, quibus concurrentibus soleat concedi immissio fideicommissario, vel ex *remed. l. fin.C.de edict.diu. Adr. toll.* vel ex vtili saluiano interdicto, vt latè alijs relatis firmatum fuit *in Bonon. fideicommissi de Pancaldis die 11. Maii 1640. coram Reuerendissimo Domino meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano.*

Attamen cum Iulius Pocobellius possideat cum titulo habito à Romolo Cerrino Administratore haereditatis Salustiae fideicommittentis, qui ei locauit dictam Domum ad vitam, dicitur legitimus contradictor, & potest impedire immissionem,non obstante concursu dictorum requisitorum, quia
2 possidens ministerio administratoris à defuncto deputati dicitur habere titulum à defuncto, perinde ac si ab eo titulum, & possessionem obtinuisset, vt plenè firmat *R.P.D.Argel.tract.de legit.contrad.quaest.7. art.1. num. 30. cum seqq.* & dictum fuit *in Romana Vineae 15. Ianuarii 1590. coram bon. mem. Cardinali Mellino, & in illius confirmatoria emanata 7.Februar. eiusdem anni, quae habentur apud Marches.de Commiss. por.1.alt.fol.1031.alt.1032.*

Nec obstat quod Salustia subiecerit hanc domum strictissimo fideicommisso cum artissima prohibitione alienandi, quia ommissis alijs responsionibus, in quibus DD.non fuerunt concordes, illam amplexi

xi sunt, quod fan mem. Paulus V. propria derogatione fideicommissi concessit, quod ex dicto fideicommisso possent alienari bona, quę ascenderent ad summam scutorum 25. mil. adeout potuerit etiam fieri dicta locatio, cum per supradictam derogationem fideicommissi, & licentiam alienandi fuerit sublatum quodlibet obstaculum, & dissolutum vinculum prohibitionis, quod Pontifex facere potuit,
3 cum non tolleretur ius quæsitum, sed quærendum, *Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 8. num. 28. & lib. 4. cap. 3. num. 1. Rota in Romana Palatii 14. Nouembris 1622. coram bon. mem. Coccino*.

Nec obstat quod derogatio post dictam locationem obtenta fuerit, & quod propterea illam comprehendere non potuerit, cum regulariter huius-
4 modi licentiæ non comprehendant alienationes an-
5 tea factas nisi Pontifex conscius illas confirmet, vt per *Molin. Theolog. de Iust. & Iur. tract. 3. disp. 652. num. 4. & Molin. Iurist. d. tract. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 5. sub num. 34. vers. sed verius cum aliis per Add. ibidem, & Rota in Auximana Bonorum 2. Iunii 1595 coram bon. mem. Card. Mellino impress. apud Marches. de Comm. tom. 1. fol. 867. & in recentior. decis. 261. nu. 12. par. 7. & dec. vltima num. 9. inter impres. post Mangil. de subhast.* Princeps namque non censetur cogi-
6 tare nisi de futuris, & semper vbi ad actus validitatem requiritur licentia, illa necessariò præcedere debet *Auth. licent. C. de Episcop. & cler. l. si quis mihi bona §. Cursum ff. de acquir. hared. cum aliis allegatis per Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 35. sub num. 8.*

Quia quicquid sit in terminis alienationis simpliciter factæ, in casu nostro pro responsione Domini aduerterunt, quod contrahentes fecerunt locationem contemplatione derogationis in futurum obtinendæ, vt patet ex lectura locationis *Summar. numer..... Vtendo quibuscumque derogationibus &c. concedendis in futurum, & earumdem derogationum, indultorum facultatum concessarum, seu concedendarum vigore &c.* Quo casu alienatio ex superuenienti derogatione vires assumit, & confirmatur quia in illud tempus videtur collata, *Alex. cons. 146 sub nu. 8. vers. quæ ratio cessat lib. 5. Surd. cons. 351. nu. 49. Gomez. ad L. Taur. 42. nu. 2. Molin. de primog. lib. 4. cap. 3. nu. 48. Gratian. discept. for. cap. 514. sub nu. 17. vers. vno Afflict. in cap. imperialem nu. 6. vers. Id quaero de prob. ò. alien. per Federic. & in dictis Romana Palatii coram Coccino.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.

Veneris 30 Maii 1642.

ARGVMENTVM.

Liquidatio fructuum est facienda iuxta pensiones locationum præcedentium inspiciendo tamen locationes propinquiores liquidationi. Locatio an, & quando censeatur tacitè renouata?

SVMMARIVM.

1 *Conductor soluta locatori pensione conuenta facit fructus suos.*
2 *Cessionarius usdem iuribus vtitur quibus sedẽs eumque in omnibus repræsentat.*
3 *Et plus iuris habere non potest, quam haberet illius Auctor.*
4 *Locatio censetur tacitè renouata vbi conductor soluendo, & locator recipiciendo pensiones perseuerarunt nulla facta disdicta.*
5 *Locatio tacitè renouata habet easdem vires, & eosdem effectus, quos habet expressa.*
6 *Locator recipiendo pensiones à conductore illas asserens recipere pro affictu, censetur approbare nedum tacitam reconductionem, sed etiam ipsam quantitatem pensionis.*
7 *Amplia etiam si locator protestatus fuerit recipere pensiones absque præiudicio suorum iurium, & litis pendentis.*
8 *Protestatio contraria facto non releuat.*
9 *Testis qui fuit Procurator partis non probat pro ea, & etiam si Testes essent inimici.*
10 *Probationes in materia liquidationis debent concludere de tempore liquidationis faciendæ, vel de illi proximo.*
11 *Fructus cursu temporis variantur.*
12 *Prædia stante peste præsumuntur effecta minus fructifera, & num. 13.*
14 *Locatio proximior tempori, de quo facienda est liquidatio, magis attenditur, quam alia remotiores.*
15 *Liquidatio semper solet fieri à Rota in minori quantitate.*

DECISIO LXI.

Rota Bonon. per diffinitiuam sententiam condemnauit Ballatinum ad restituendum D. Marchioni Facchinetto bona Sancti Augustini vnà cum fructibus percipiendis post finitam locationem factam per Laurentium Salam Authorem eiusdem Marchionis Sigismundo Zuffo, in cuius locum Ballatinus successit, causaque ad Rotam delata, dicta sententia fuit primo ab Eminentissimo Domino Cardinali Hyeronimo Verospio, deinde à bon. me. Merlino Decano in omnibus confirmata, & in vim trium conformium fuerunt relaxatæ executoriales, & istarum vigore apprehensa bonorum possessio terminato negotio principali cum superesset viden. de fructibus ex vi sententiæ restituendis dubitatum fuit coram eodem Merlino ad quam summam, illi essent liquidandi, & responsum fuit esse liquidandos in summa librarum 2800. quo vita functo, fundamẽta huius resolutionis ego extendidi ex votis Dominorum, qui duo distinguebant tempora, alterum ab anno 1620. vsque & per totum annum 1629. quo durauit locatio facta Zuffo, alterum à dicto anno 1629. vsque ad annum 1639. quo Marchio obtinuit immissionem.

Pro primo tempore vltra quod dici posset, non esse locum vllæ liquidationi, quia tã sententia Rotæ Bonon. quam sententiæ Rotales simpliciter confirmant, fructus dicti temporis non comprehendit, cũ condẽnet solum ad percipiendos post finitam locationem, & sic de illis esset agendum, non autem de perceptis durante locatione, de quibus sententia non loquitur, vt patet ex eius lectura *Summ. Ballatini num. 5.* Tamen etiamsi de dicto tempore esset facienda liquidatio, illam fieri non posse existimarunt Domini in maiori quantitate quam in dictis libris 2800. quia cum Laurentius Sala, qui dicta bona donauit Marchioni, illa locauerit Zuffo pro eadem quantitate, quemadmodum ipse maiorem liquidationem prætendere non potuisset, sed tenebatur acquiescere pensioni conuentæ, & ea soluta Zuf-
1 fus cõductor fructus fecisset suos *l. si apes §. 1. vbi glo. ff. de furt. Angel. Aretin. cons. 23. num. 14. Surd. dec. 97. num. 3. Rot. coram bon. mem. Burato dec. 575. num. 4.* Ita etiam suos fecit Ballatinus Zuffi cessionarius,
2 qui eodem iure vtitur, & in omnibus eum repræsentat *l. emptor vbi Bald. in primo notab. C. de hared. vel act. vend.* Nec maior liquidatio prætendi potest
3 à Marchione, quia maius ius habere non potest, quam haberet Laurentius illius Author, *l. nemo plus 54. & l. in omnibus 135. §. non debeo ff. de reg. iur.*

Idemqde dictum fuit pro secundo tempore decurso

cursu ab anno 1629. vsque ad diem immissionis ob-
tentæ à Marchione; quia cum finito tempore loca-
tionis nulla facta fuerit disdicta, sed eodem modo,
quo antea continuauerint Ballatius, & Marchio, ille
soluendo, iste recipiendo solitam pensionem, loca-
4 tio censetur tacitè renouata; tàm de iure communi
tacitam renouationem hoc casu inducēte *l. item quæ-
ritur §. qui impleto ff. locati* quam ex *dispositione Sta-
tuti* Bonon. *lib. 1. de pœnis vend. rem alien. §. præterea*,
expresse disponentis locationem intelligi tacitè re-
nouatam, tàm in rusticis, quàm in Vrbanis, nisi præ-
cedat disdicta per tres menses ante, vt dictum fuit
in alia Bonon. *prædij 27. Ianuarij 1642. coram me*.
Et proindè sicuti durante tempore locationis ex-
pressæ, non erat locus vllæ liquididationi, sed so-
lum exactioni pensionis conuentæ, vt fuit dictum,
5 ita etiam durante tempore tacitæ renouationis, cum
hæc habeat easdem vires, & eosdem effectus, quos
habet expressa locatio *d. l. item quæritur §. qui imple-
to, & ibi DD.* Bald. *in l. legem num. 4.* C. *eodem Dec.
cons. 407. nu. 8. cum alijs adductis per Caroc. de locat.
par. 3. tit. de renouat. locat. quæst. 30. nu. 1.* Maximè stan-
te statuto prædicto expressè disponente, quod reno-
uatio intelligatur facta cum eisdem pactis pensio-
nibus, conditionibus, & qualitatibus, ac pro eodem
tempore quo, & quibus prima locatio facta fuerat, vt
in *præcitata* Bonon.

Eoque magis cum interuenerit etiam ratificatio
Marchionis, qui singulis annis recipit à Ballatino
eandem pensionem libr. 2800. asserens illas recipere
pro afflictu: per hanc enim receptionem cum tali
6 affectione censetur approbasse, nedum tacitam re-
conductionem locationis, sed etiam ipsam quanti-
tatem pensionis, *Bald. cons. 184. num. 5. vol. 2. Alex.
cons. 117. sub num. 2. vers. sed ita est vol. 5. Paris. cons.
49. num. 17. lib. 1. Menoch. cons. 98. num. 42. lib. 1. &
cons. 1274. num. 8. & tract. de præsumpt. lib. 3. præsum-
pt. 39. n. 6.*

7 Nec releuat protestatio facta quod recipiebat
senza pregiuditio delle sue raggioni, e della lite, quia
huiusmodi protestatio respicit negotium principa-
le in litem deductum, super quo D. Marchio noluit
sibi præiudicare, non autem tollit tacitam recon-
ductionem, quæ est res omninò diuersa, & se cum
lite compatitur, cum quis possit prosequi iudicium
reiuendicationis, & nihilominus consentire, quod
bona per aduersarium titulo locationis detineantur;
alias oriretur contrarietas ineuitabilis, quod Mar-
chio reciperet pro afflictu, & quod nollet rem esse
locatam, quæ implicant apertam contradictionem,
8 & esset protestatio contraria facto, quæ non releuat,
vt notant *DD. omnes in cap. cum* M. *de constit.*

Sed quod tollit omnē amaritudinē est quod Mar-
chio non probat fuisse perceptos fructus in maiori
quantitate libr. 2800. licet enim eius testes depone-
re videantur de maiori sūma, & vlterius dentur duæ
locationes factæ pro libris 3200. altera de anno 1611.
altera de anno 1616. neutra tamen ex his probatio-
nibus suffragari potest. Nam omisso quod testibus
obstant releuantissimæ exceptiones ex quibus eorum
dictis adimitur omnis fides. Alter enim, nempè
Zuffus fuit procurator contra Ballatinum in hac
9 causa, vt ipse deponit *Sum. Ballatini nu. 9.* Et ambo
sunt eius inimici, vt constat ex depositionibus alio-
rum *eodem Sum. n.* 8. & proindè nihil probant, vt de
teste procuratore *text. in cap. insuper in fin. de Testib.
& ibi DD. speculator tit de test. §. 1. num. 74. Paris.
cons. 58. num. 17. lib. 4.* Cephal. *cons. 65. nu. 22. lib. 1. cum
alijs per* Farinacc. *tract. de testib. quæst. con. 196.* Et de
teste inimico *l. 3. & ibi Bart. & DD. ff. de test. l. si quis
Testibus* C. *eodem* cum alijs *per eundem Farinac. q. 53.
nu. 3.* Testes, & locationes percutiunt tempus valdè
remotum à tempore de quo facien. est liquidatio, &
consequenter non releuant. quia probationes in hac
10 materia debent concludere de ipso tempore facien-
dæ liquidationis, vel de illi proximo alias si percu-
tiunt tempus remotum, non attenduntur, cum fru-
11 ctus cursu temporis varientur, vt post *Iacob. de
Aren. aduertit* Bald. *in l. si fundum sub n. 5. C. de rei vē-
dicat. & in l. 1 sub num. 22. vers. adde quod fructus C.
de fructibus, & lit. expens. Rot. coram san. me.* Gregor.
dec. 76. num. 7. & coram Buratt. *dec. 538. sub n. 15.*

Imò quod fructus in his prædijs cursu temporis
fuerint diminuti, videbatur Dominis valdè verisi-
mile, stante illorum locatione facta Zuffo de anno
1620. prò minori pensione, quam anteà locarentur,
scilicet prò dictis Libris 2800. Non enim verisimi-
le est quod locata fuissent minoris solito si eosdem
fructus reddidissent, & isti tanti valuissent quanti in
præcedentibus annis, & hæc verisimilitudo reddi-
tur probabilior respectu temporis decursi post loca-
tionem ab anno scilicet 1629. vsque ad diem Im-
missionis stante peste, quæ tunc temporis per totam
fere Italiam grassans, Ciuitatem, ac Territorium
12 Bononien. potissimum afflixit, & Colonorum par-
tem occidit, partem ab agrorum cultura dimouit,
qui sunt effectus pestis, aduertit *Ripa tract. de pest.
cap. 1. de priuileg. contract. caus. pest. num. 17.* cum alijs
per Ciriac. *contron. 544. num. 98. & seqq.* stante enim
tot colonorum excidio, sicuti non est dubium quod
prædia passa sunt magnum detrimentum in cultura,
ita certum est, quod hinc effecta fierent minus fru-
13 ctifera, vt considerat *Cagnol. in l. 2. num. 233. vers.
& prædictis rationibus* C. *de rescind. vendit & Rot. in
rec. decis. 343. sub nu. 5. par. 1.*

Sicque cum probationes D. Marchionis in suo ge-
nere non concludant, & altera pars exhibeat d. lo-
cationem de anno 1620. In qua partes fructus æsti-
mauerunt in dicta quantitate libr. 2800. Domini
censuerunt iuxtà dictam summam fructus esse liqui-
dandos. Tùm quia dicta locatio est magis proxi-
14 ma tempori de quo facienda est liquidatio, & con-
sequenter magis attendenda, quam aliæ factæ de
tempore remotiori, *vixt. Theoric. Bald. in l. 2. nu. 22.*
C. *de fruct. & lit. expens.* & alij relati per *Surd. cons.
293. num. 31.* Tùm quia est verisimile, quod illa
maior quantitas, quæ percipiebatur de tempore, de
quo concludunt probationes Marchionis decreuerit
& diminuta sit diuturnitate temporis ex supra pō-
deratis, Ac demùm quia hæc est minor summa, in
15 qua Rota semper solet facere liquidationem, *iuxt.
decis. Card. Seraph. 1399.* quam postea sequuta fuit *co-
ram Card. Caual. decis. 370. num. 2. & decis. 586. nu. 3.
& coram bo: me:* Buratt. *decis. 577. numer. 3. & sæpius
malys.*

Et ita vtraque parte informante resolutum, &c.

BITVNTINA IVRISPATRONATVS.

Veneris 6. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Institutio ad beneficium, & possessio illius capta pen-
dente appellatione à sententia lata super pertinen-
tia præsentandi, & post inhibitionem dicitur at-
tentata, & omninò venit reuocanda, & quando ab
institutione ad beneficium detur appellatio?

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta pendente lite, &
post inhibitionem, & ideo veniunt reuocanda.*

2 *Acta*

3 *Acta pendente termino ad appellandum remanent attentata, siue appellatio pracedat, siuè subsequatur.*

4 *Appellatio datur ab institutione ad beneficium iudicialiter facta, secus si extraiudicialiter.*

5 *Verba institutionis ad beneficium declarant an Episcopus instituendo processerit iudicialitèr.*

6 *Iudex cui fuit commissa causa appellationis potest solus de desertione cognoscere.*

7 *Rota de stylo non exequitur sententias aliorum tribunalium nisi constito de illarum iustitia.*

DECISIO LXII.

DOmini respondendo ad primam partem dubij dixerunt Constare de attentatis ex duplici fundamento Primo quia D. Episcopus Bituntinus ad nominationem Lauræ Lambinæ instituit Ioannem Rugerium de Beneficio de quo agitur de Iurepatronatus familiæ de Lambinis, & Ioãnes cæpit illius possessionem non solùm post commissam in Rota ad instantiam Antoniæ Lambinæ causam appellationis interpositæ à sententiam eiusdem Episcopi lata de anno 1628. super pertinentia Iuris præsentandi ad d. Beneficium, sed etiam executam post inhibitionem Rotalem, tàm contra Episcopum, quam
1 contra Lucretiam, & consequentèr prædicta omnia vti gesta lite pendente, & post Inhibitionem sunt attentata, & reuocanda, *l. 1. & tertia ff. nihil innouar. appellat. pendent., & extra tot sit vt lit. pend. nihil inouetur cap. non solum de appell. in 6. Lancellot. de attent. post Inhibit. par. 2. cap. 20. num. 226. Rot. decis. 20. de appellat. in nouis, & coram s. me: Greg. XV. dec. 435 num. 1. & 465, num. 4. & coram bo: me: Buratt. dec. 181. num. 1. & 434. num. 1.*

Secundo Episcopus per sententiam diffinitiuam pronunciauit d. Ioannem fore, & esse instituendum, eumque actualiter instituit de supradicto beneficio, & Io: eadem die qua fuit lata sententia, nempè 22. Iunij 1641. cæpit possessionem, & sic solum pendête termino ad appellandum, quod sufficit adhoc,
2 vt omnia sint reuocanda saltem per viam nullitatis, *Franc. in cap. ad audientiam in fin. de appell. lap. alleg. 1. num. 11, vers. dubitatur 3. Ferrett. cons. 209. n. 7. vers. quinto est nulla lib. 1, Cæsar. de Graff. decis. 2. num. 5. de appell. Seraph. decis. 229. num. 3. & 4.* Presertim cum Hyeronimus dell' Ermo presentatus ab Antonia eadem die qua fuit lata sententia, & sic in tempore congruo appellauit, quo casu omnia quæ ge-
3 runtur pendente termino ad appellandum remanêt attentata, siuè appellatio præcedat, siuè subsequatur, ideoque meritò debent in primis, & antè omnia reuocari, *gloss. in d. cap. non solum de appell. in 6. Lancellott. de attent. appell. pend. cap. 12. lim. 49. per tot. Rot. diuers. dec. 6. num. 2. & duobus seqq. par. 2. & in rec. dec. 613. num. 1. par. 4. & plenè dec. 197. num. 1. & 2. part. 5.*

Nec obstat quod ab Institutione non detur appellatio, quia obiectum procedit quando institutio datur extraiudicialiter prout fuit factum in hoc casu, tunc enim intrat certissima Iuris conclusio, quam tenent DD. communiter, & Rota perpetuo est
4 amplexa, quod ab Institutione iudiciali datur appellatio, & omnia quæ committuntur pendente appellatione, vel termino ad appellandum sunt attentata, & reuocanda, vt distinguit *Lapus. Abb. in cap. fin. num. 6. de elect. in 6. & ibid. Franc. num. 7. part. 2. qu. 11. art. 4. num. 1. Lancellott. de attent. d. limit. 49. n. 4. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 9. ant. §. 1. in adnot. contra nullit. & attent. num. 14. & plurib. seqq. Garz. de benef. par 9. cap. 4. num. 16. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 13 num. 8. & seqq. Rot. diuers. decis. 266. per tot. par. 3. lib. 3. & in rec. dec. 613. num. 1. par. 4. & dec. 197. num. 1. & 2. par. 5. & coram Card. Seraph. dec. 152. nu. 2. & coram s. me: Greg. XV. dec. 251. num. 3. & 4.* & ibi latè *Adden. num. 14. & coram bo: me: Buratt. dec. 13. num. 1.* & ibidem Addens alias referens, & fuit dictum in *Calaguritana Beneficij de* Cornago 19. *Nouembr.* 1638. & 14. *Ianuarij* 1639. *coram R. P. D. meo* Ghisilerio, & *in Mediolanen. Beneficij* 17. *Decembris* 1640. *coram R. P. D. meo* Bichio, & *in* Calaguritana *Beneficij de la la Braza* 27. *May* 1641. *coram R. P. D. meo Pentingerio*, & in alia *Calaguritana* Beneficij *de Comago* 24. *Ianuarij* 1642. *coram R. P. D. meo Carillo, in quibus alia Doctorum auctoritates, & Rotæ decisiones allegantur.*

Quod autem fuerit processum iudicialiter apparet nedum ex eo quia Episcopus diffinitiuè, & per cedulam pronunciauit, sed etiam ex verbis sententiæ ibi *factis hinc inde nonnullis actis*, & infra *visisq; omnibus actis*, & ibi- *excluso dicto* Hyeronimo *dell' Ermo*, quæ conuincunt Reuerendiss. Episcopum partes Iudicis assumpsisse, & cum oppositore iudicialiter,
5 ac iuris ordinatione seruato processisse, vt post *Gonzal ad regul. 8. d. gloss. 9. post §. 1. in adnot. contra nullit. num. 38. & 39 firmauit Rot. in dicta dec. 613. in princ. par. 4. rec. & coram Buratt. decis. 895. num. 2.* & plenè in allegatis *Calaguritanis coram RR. PP. DD. meis* Ghisilerio *Carillo, & Pentingerio.*

Non obstat quod Causa Rotalis fuerit effecta deserta per lapsum fatalium, & ideò cum prima sententia fecerit transitum in Iudicatum, gesta per Episcopum non possint dici attentata, quia vltra quod remanerent semper attentata cõmissa pendente termino ad appellandum à secunda sententia lata super institutione, fuit responsum quod stante dubietate actuali an causa esset deserta, poterat de de-
6 sertione cognoscere solus Iudex cui fuit commissa causa appellationis *Rot. dec. 296. nu. 4. & 5.*

Quò verò ad secundam partem Dubij An scilicet constet de re iudicata, quæ sit exequenda Domini nihil statuere voluerunt, cum sit Inueteratus stylus
7 Rotæ, vt non exequatur sententias aliorum Tribunalium, nisi prius gustet de illarum Iustitia, *Mobed. dec. 3. de testib. & dec. 11. num. 2. de sent. & re iudic. Put. decis. 198. num. 1. & 2. lib. 1. in Carr. Card. Seraph. dec. 1098. num. 1. & dec. 1259. nu. 1.*

Et ita resolutum, &c.

VITERBIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 16. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Attentata non censentur commissa pendente appellatione à sententia immissionis in vim *l f. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* propter Ægidianam, & hoc etiam si intra terminum decem dierum ad appellandum fuerit doctum de Clericatu, dummodo ante executionem non peruenerit ad notitiam partis vel Iudicis, & ad effectum inducendi attentata quæ scientia sit sufficiens, & quæ requirantur?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua non datur à sententia Immissionis in vim* l. f. C. de Edict. Diu. Adr. toll. *propter Ægidianam.*

2 *Ægidiana non habet locum, quoties in causa adsunt Clerici, & personæ Ecclesiastica.*

3 *Clericatus quando fuit deductus ad notitiam partis, vel iudicis ante exequutionem sententiæ omnia acta pendente appellatione dicuntur attentata.*

4 *Scientia superueniens non retrotrahitur nec causat attentata.*

5 *Frater præsumitur habere scientiam de Clericatu Fratris.*

6 *Scientia ad effectum inducendi attentata debet exactè probari, nec sufficit præsumpta.*
7 *Attentata non possunt dici, quæ à Iudice, & à parte non informatis fuerunt gesta.*
8 *Ægidiana cessat quoties agitur de bonis sub proprietate Ecclesiæ.*
9 *Sententia licet concepta sub vnica verborum structura ratione materiæ de sui natura diuidua sit diuidua. & pro parte appellabilis.*
10 *Dilatio omnis censetur reuocata, cum fuerint seruati termini substantiales.*
11 *Sententia retrotrahitur ad diem termini habiti pro seruato.*
12 *Citatio non circumducitur per solam partis protestationem. nisi super eadem protestationem emanauerit Iudicis decretum.*
13 *Attentata vbi fuerunt opposita, & reiecta in sententia secunda, non possunt amplius in tertia opponi.*

DECISIO LXIII.

Resolutum fuit non constare de attentatis, quia
cum Franciſchinus obtinuerit ab A.C. sententiā
Immissionis in bonis, de quibus agitur, ex remed. *l.*
fin.C de Edict. Diu. Adr. toll. in quo propter Ægidia-
1 nam non admittitur appellatio suspensiua, *Couar.*
pract. quæst cap.23.num.8. vers.3. concluſ. Lancellott.
de attent. par.2.cap.12.lim.25.num.27. Menoch. de adi-
pisc. remed.4.num.828 Grat. discept. For. cap.383.nu.5
Rot. in rec. dec. 287.n.7.p.2. & dec.84 n.1.par.7. potuit
etiam absque Vitio attentatorum pendente termino
ad appellandum, ad sententiæ executionem deue-
nire *Lancell. de attent. cap.11.num.27. & cap.12. lim.*
25.num.1. & seqq. Roland. conſ.77.num.20.lib.2. Surd.
conſ.160.nu 54. Rot. dicta dec.84.num.2.part.2. rec. &
fuit dictum alijs relatis in *Arimin. fideicomm.28. Iunij*
1641. coram me §. nec refragatur.

Non obstat quod intra terminum decem dierum
datum ad appellandum fuerit appellatum, & doctū
de Clericatu Vincentij, & Ignatij, & sic cum non
2 intraret Egidiana, quæ non habet locum quotieſ-
cunque in causa adsunt Clerici, & personæ Eccle-
siæ intrauerint attentata, vt dixit *Rota in Roman. Bo-*
norum 22. Aprilis 1641. coram R.P.D. meo Carillo, &
in Auximana prætensi fideicommissi 25. Iunij cor. me.

3 Quia obiectum procederet quando Clericatus
fuisset deductus ad notitiam partis, vel Iudicis an-
tè sententię exequutionem secus autem quando post
exequutionem consumptam, vt in presenti casu, tunc
4 enim scientia superueniens non retrotrahitur, nec
causat attentata, *Rot. diuerſ. dec.120 num.2. par.1.* &
fuit dictum *in Æsina Bonorum 10. Iunij 1633. cor.*
Eminentiſſ. D. Card. Verospia, & in Rom. Bonorum
30. May cor. R.P.D. meo Ghislerio.

5 Minus viget præsumpta scientia Clericatus, quam
Franciſchinus vti frater habere poterat, prout alias
videtur sensisse *Rot. in præcitatis Æsina Bonorum co-*
ram Card. Verospio, & Rom. Bonorum coram R.P.D.
meo Carillo.

Quia dictæ Decisiones non applicantur, dum
in terminis illarum multa alia concurrebant, ex qui
bus scientia vera resultabat, quæ cum hodie non
concurrant, sola scientia præsumpta ex sanguinis
Coniunctione, non visa est sufficiens ad inducendum
6 attentata, ad quem effectum requiritur plena, &
exacta probatio, nec sufficit præsumpta *Rot. coram*
bo: me: Buratt. deciſ.4.num.4. & dec.644.num.4. & in
rec. dec.500. sub num.5.par.1. Vltrà quod omnis scię-
tia remansit penitùs exclusa ex Iuramento præstito
à Franciſchino *coram R.P.D. Celso Decian. conſ.11.*
num.33. lib.5. Crot. conſ.102. num. lib.1. Bursat. conſ.
34. num.36. Menoch. conſ.20. num.21. Rutil. de Salu.
Interd. inspect.4. cap.3. num.39. & Rota post eumdem
dec.257. num 6.

Nec facit quod signatura Iustitiæ Causam sim-
plicitèr commiserit, quia hoc euenit ex eo, quia
est narratum fuisse quod cessabat Egidiana ex quo
sententia lata fuerat contra Clericum, & de Cleri-
catu sibi Constitit, sed ob id non possunt dici atten-
7 tata, quæ à Iudice, & à parte de eo non informa-
tis, antea gesta fuerunt ex rationibus, & decisio-
nibus supra deductis.

Nec vis fieri potest in Vinea Emphitheotica Ec-
clesiæ, quæ inter bona controuersa reperitur quia
8 licèt cesset Egidiana quoties agitur de bonis sub pro-
prietate Ecclesiæ, Attamen cum possessio Vineæ
iam fuerit dimissa à Franceschino, & hodie pacifi-
cè per illos de Brunis possideatur, sententia non
fuit effecta appellabilis, quoad alia corpora in ea
compræhensa, etiamsi esset concepta Vnica structu-
9 ra verborum, quia ad hunc effectum sententia est di-
uidua ratione materiæ de sui natura diuiduæ; *Dec.*
conſ.33. num.4. & 5. Posth. de manut. obseru. 8. n.67. &
Rot. post eum dec.257. num.2.

Nec etiam Egidiana excluditur ex capite nullita-
tis sententiæ Prima enim nullitas desumpta ex eo
quod sententia lata fuit pendente termino ad reci-
piendum Iuramenta testium, non releuat, quia
10 cum fuerint seruati termini substantiales omnis di-
latio censetur reuocata *ſ.me: Greg. XV. dec.327. n.11.*
vbi restatur de stylo Rotæ, eumque secuta est etiam
Rota in rec. dec.190. nu.5. & 6. par.5.

Minus subsistit altera nullitas nimirum, quod
sententia fuerit lata post circumscriptam citationem
per partis protestationem. Quia cum citatio eade-
ret pro die 26. Iunij, sub qua Iudex habuit terminum
11 pro seruato, exui dicti termini sententia retrotrahi-
tur, & censetur lata sub eadem die 26. dum super
12 protestationibus non emanauit Iudicis decretum,
prout requiritur ad circumducendam citationem,
cum id non pendeat à voluntate partium, quæ so-
lis protestationibus non possunt sistere Iudicem,
quin ferat sententiam *Rota in rec. dec.69. num.4. vers.*
non obstat par.6.

His omnibus accedit quod de huiusmodi atten-
tatis fuit oppositum coram Iudice appellationis in
secunda Instantia, qui illis reiectis confirmauit sen-
13 tentiam A.C. Vnde non potuit amplius in tertia
Instantia de illis opponi *Lancellott. de attent. part.2.*
cap.12. lim.42 num.3. & Marchef. de Commiſſ. part.2.
cap.2. num.54. ſol.22. Rot. dec.102. num.2. part. 6. rec.

Et ita pro exclusione attentatorum resolutum
fuit vtraque, &c.

PAMPHILONEN. VICARIÆ DE STELLA.

Lunæ 16. Iunii 1642.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij facta alicui Monasterio ex quibus probetur? & ex quibus non? & quando dicatur probata talis vnio ex donatione beneficij facta alicui monasterio, & probata tali vnione ad quem spectet prouidere in eo de Rectore?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quando fuit vnita alicui Monasterio ius deputandi Vicarium in d. Ecclesia spectat ad Abbatem eiusdem Monasterij, & n.2 & 3.*
4 *Vnio probatur ex donatione Ecclesiæ facta alicui Monasterio vigore Priuilegij Summi Pontificis.*
5 *Vnio non infertur per necesse ex simplici donatione.*
6 *Limita vbi donatio est concepta verbis amplissimis, & continet decimas, primitias, oblationes, & obuen-*

obuentiones omnium Parochianorum, & num. 7.

8 *De vnione vt constet, satis est si tacitè resultet ex Instrumento donationis, licet expressè de ea non fuerit facta mentio, & nu. 9.*

9 *Decisiones plures concordantur quarum aliquæ asserunt ex donatione non inferri ad vnionem alia, quod ex donatione inferatur ad vnionem.*

10 *Vnio bene probatur ex tribus sententijs desuper latis, & in iudicatum transactis.*

11 *Testes deponentes de publica voce, & fama sufficiũt ad probandam vnionem beneficiorum.*

12 *Amplia si concurrat exactio redditunm, prouentuum & decimarum ad Ecclesiam vnitam spectantium.*

13 *Testes non concludentes non releuant.*

14 *Testes dum non probant consuetudinem multo minus probant immemorabilem.*

15 *Immemorabilis cum fama priuilegij requiritur vt nõ intret Bulla Papæ Pij V. circa deputationem Vicariorum in Ecclesijs vnitis.*

16 *Præscriptio non intrat contra constitutiones habentes clausulam, sublata, & decretum irritans.*

17 *Constitutio Pij V. circa prouisionem Vicariorum in Ecclesiis vnitis habet locum nedum in Vicarijs perpetuis, verum etiam in amouibilibus, & numer. 18. & 19.*

DECISIO LXIV.

DVM coram bo: me: Merlino Decano vtraque parte informante disputaretur cui esset concedendum mandatum de manutenendo in possessione seù quasi deputandi, seù nominandi Vicarium in Ecclesia Parochiali S. Ioannis Oppidi de Stella, An scilicet Parochianis dicti Oppidi, an verò Abbati Monasterij B. Mariæ de Hyrachæ Ordinis S. Benedicti. Domini ordinarunt, vt videretur de bono Iure, & postea Abbate tantum Informante fuit resolutum constare de eius bono Iure.

1 Cum enim dicta Ecclesia sit vnita cum Monasterio B: Mariæ de Hyrachæ, ius nominandi, seù deputandi Vicarium Ecclesiæ vnitæ spectat ad eos,
2 quorum Ecclesijs reperitur facta vnio iuxta *Constitut. s. me: Pij* V. pluries Canonizatam, tàm à sac. Congregatione Concilij, vt referunt, *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 3. & 54. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. nu. 291.*
3 *cum seqq.* Quàm à Rota, *vt coram bo: me: Buratt. decis. 214. num. 1. & dec. 923. num. 2. & coram Cardin. Canal. dec. 595. num. 3. vers. stante autem tali ratione, & in Cæsaraugustana Vicariæ coram R. P. D. meo Ghislerio, quæ est in recent. decis. 16. part. 6.* vbi aliç referuntur.

4 Vnio probatur ex donatione dictæ Ecclesiæ facta ipsi Monasterio per sanctum Reggem Nauarræ vsque de anno 1225. vigore priuilegij Pontificis Vrbani Regibus Hyspaniarum concessi postmodum confirmata ab ordinario Pamphilonen., & Archiepiscopo Tarraconensi.

5 Licet enim ex simplici donatione Beneficij non inferatur per necesse ad vnionem, vt aduertit *Rot. in Taruisina Parochialis 1017. coram Vbaldo*, quia tamen hoc casu vltra plura adminicula, donatio
6 concepta fuit verbis amplissimis, & continet decimas, primitias, & oblationes, ac obuentiones omnium Parochianorum, per necesse importat vnio-
7 nem, cum hæc omnia alio titulo obtineri non possint ad tradita per *Vitalin. in Clem. frequens num. 48. & 49. de excess. Prelat. Rot. coram Martino Andrea decis. 11. num. 1. & in Salernitana Portionis fructuum coram Eminentiss. D. Card. Verospio decis. 50. num. 11. par. 7. rec. Et in eadem Causa coram Card. Seraph. dec.*
8 *1303. num. 3. vers. vltim. non obstat*; sufficit enim in donatione virtualiter contineri vnionem, licet expressa mentio de ea facta non fuerit, *Paris. cons. 44. num. 5. lib. 1. Crauett. cons. 49. num. 10. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 256. Rot. coram Seraph. decis. 1272. num. 1. & dicta dec. 1304. sub num. 3. Et in dicta decis. 11. num. 1. coram Martino Andrea, & d. dec. 50. vbi proximè par. 7. rec.* Et ita conciliantur contrariæ Rotæ decisiones firmantes ex donatione, non inferri ad vnionem, intelliguntur enim de donatione simpli-
9 ci, non de concepta verbis amplissimis, & expluribus adminiculata, vt distinguendo tradit *Add. ad Gregor. decis. 77. sub numer. 11. vers. Quæ tamen dicisiones.*

Adminicula autem, & quidem efficaces desumũtur Primo ex vniformi, & continua obseruantia, & fortius quia Abbas per tres sententias Rotales bon.
10 me: Seraphini, Peniæ, & Coccini conformes, & in iudicatum transactas obtinuit d. vnionem canonizzari, ex quibus nedum resultat vehemens vnionis adminiculum, & præsumptio, sed illa redditur indubitata, notoria, & manifesta *Rot. dec. 210. nu. 1. par. 5. rec.* Secundo ex Testibus datis in *Summ. Abbatis numer. 4.* deponentibus de publica voce, & fama,
11 quæ sufficit ad probandam vnionem *Felin. in cons. 2. num. 16. & 21. Caputaq. dec. 347. num. 4. par. 3. Add. ad Greg. dec. 196. num. 3. vers. arguitur circa med. Rot. in rec. dec. 724. num. 2. par. 2.* Attenta præsertim qualitate actorum vnioni, maximè congruentium, Ab-
12 batem scilicet exegisse redditus, prouentus, & decimas, olim ad Ecclesiam S. Io: spectantes, detracta certa portione prò Vicario, quod manifestè supponit vnionem *Card. in Clem. 1. num. 10. qu. 9. de offic. Vicar. Add. ad Greg. d. dec. 296. num. 3. eodem vers. arguitur post princ. Rot. in rec. d. dec. 102. num. 3. part. 1. & dec. 204. num. 1. vers. tum ratione perceptionis decimar. par. 2. & dec. 16. num. 6. & 8. p. 6.*

Nec aduersati dixerunt Domini Testes prò Parochianis examinati, quia prætèr quod deponunt de
13 simplici Instantia, nec vllatenus concludunt de aliquo Iure nominandi obligatorio, & coactiuo, vt distinxit *Rot. coram Card. Canal. d: dec. 419. num. 3.*
14 *vers. Et licèt.* Non probant aliquem titulum, vel consuetudinem legitimè præscriptam, multoque minus immemorabilem cum fama priuiegij, vt opus
15 esset ad firmandum in Parochianis competentiam coactiuam Iuris nominandi contra dispositionem dictæ Constitutionis Pij Quinti, vt inter alios aduertunt *Rocch. de Iurepatr. in verbo ipse, vel is qu. 36. Lambert. in eodem tract. lib. 1. part. 1. qu. 10. principali art. 8. vers. tamen considera Card. Canall. dicta decis. 419. num. 5.*

16 Et in omnem Casum quæuis contraria possessio, & obseruantia vbi etiam probaretur, non releuaret tanquàm infecta ex clausula *sublata*, & decreto irritanti, quibus munita est eadem Constitutio, *cap. si eo tempore de elect. in 6. Caputaq. dec. 325. num. 2. par. 1 Lottber. de re Benef. lib. 1. quæst. 31. num. 25. Rot. in rec. d. dec. 710. num. 6. par. 2. & dec. 16. num. 17. par. 6.* cum pluribus adductis in *dicta Dertusen. Vicaria coram bo: me: Merlin. apud Posthum. de manutent. decis. 186. num. 4.*

Quod autem dicebatur Constitutionem Pianam
17 loqui solum de Vicarijs perpetuis, qualis non est ista, quæ est ad nutum amouibilis, & fuisse reuocatam, per Constitutionem 15. Gregorij XIII. nullum habet fundamentum, Quia licet Constitutio exprimat Vicarias perpetuas tamquam eas, in quibus aderat maior ratio dubitandi, verè tamen comprehendit etiam ad nutum amouibiles, vt in *d. Const. sub §. 4. vers. Ecclesiæ de Parochiales*, ibi *teneantur in Vicarias ad nutum tamen Superiorum suorum amouibiles*

bilet deputare ; & apertè tradunt *Gonzal. super regul. 8. gloss. 5. 3. nu. 79. & Barbos. de offic. & potest Episcopi par. 3 alleg. 73. num. 190. vers. Quæ omnia confirmabis*, Non fuisse autem reuocatam per Constitutionem Gregorij notant Idem *Gonzal. vbi supra eodem num. 79.* Dicens Gregorium ore proprio reualidasse d. Constitutionem Pianam, solumque præscripsisse certum modum in nominando Vicarium Religiosum amouibilem.

Et ita vna tantum &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE PANCALDIS.

Mercurij 13. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Immissio in vim *l. f. C. de Edict. diu. Adr. toll.* conceditur probanti existentiam fideicommissi purificationem ad eius fauorem, possessionem bonorum fideicommittentis de tempore obitus, & de præsenti possessionem Aduersarij, & qualiter ad istum effectum dicantur sufficienter probata omnia requisita, & quãdo ex prohibitione alienationis inducatur nouũ fideicommissum?

SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienationis vestita ratione*, quia voluit bona sua conseruare in familia, *quando est concepta per modum nouæ, & separatæ orationis, & continet nouas personas, inducit nouum, ac separatum fideicommissum ad fauorem familiæ.*

2 *Verbum* Insuper, *est noua orationis principium.*

3 *Verbum* Prohibens *importat continuationem sermonis, & connexionem dispositionis.*

4 *Limita quando illi adiungitur verbum* Insuper, *quod est nouæ orationis principium.*

5 *Verbum* Insuper *tunc solum incipit nouam orationem, quando habet verbum proprium, & seperatum, secus verò quando regitur à verbo præcedentis orationis.*

6 *Dictiones de sui natura repetitiuæ quando ponuntur inter duas orationes, quarum vna est perfecta altera imperfecta ex parte verbi, aut ex parte suppositi, sequens Oratio suppletur ex præcedenti vna cum omnibus suis qualitatibus.*

7 *Secus autem quando ponuntur inter duas orationes perfectas, quia tunc præcedentia non repetunt, & num. 8.*

8 *Probibitio alienationis vbi est facta in capitulo diuerso per verba separata inducit nouam dispositionem, & licet proprium verbum non habeat, non regitur ab illo præcedentis orationis, sed à participio,* prohibens, *quod tunc iure verbi fungitur.*

9 *Verbum* dictis *operatur, vt prohibitio alienationis censeatur stare accessorie, & restringatur ad terminos præcedentis substitutionis, quamuis sit posita in oratione diuersa, & separata.*

10 *Limita hoc non procedere, quando prohibitio est magis ampla, & latior quam sit præcedens substitutio.*

11 *Probibitio alienationis, quando est magis ampla, & lata, quam sit præcedens substitutio, tunc non restringitur ad personas supra expressas, nec etiam ex vi dictionis relatiuæ.*

12 *Testator, vbi vocauit simpliciter illos de familia & non addidit, sua, seu ipsius, vel similia censetur vocasse non solum familiam effectiuam, sed etiam contentiuam, & sic transuersales.*

13 *Familiæ cognomen quando est expressum à Testatore vocatio familiæ non restringitur ad solam effectiuam, sed vniuersam familiam comprahendit,*

14. *Familiæ appellatione venit etiam contentiua, quando agitur de fideicommisso resultante ex probibitione alienationis. quæ stat principaliter, & de per se.*

15 *Dictio*, perpetuò *ostendit testatorem voluisse inducere fideicommissum duraturum absque vlla præfinitione temporis in omnes trãsuersales eiusdem familiæ.*

16 *Verbum*, ipsius *est relatiuum, & demonstrat personam testatoris.*

17 *Secus quando testator vtitur numero plurali, & genitiuus respicit illos de familia nuncupatiuè expressos.*

18 *Verbum* ipsorum *non potest ad testatorem referri tamquam pluralis numeri, qui in vna tantum persona verificari non potest.*

19 *Familiæ nomen quando est expressum in genere non restringitur ad solos descendentes testatoris, sed latius patet, & agnitos etiam transuersales comprahendit.*

20 Testator *licèt in substitutione, & probibitione alienationis loquutus fuerit de familia sua effectiua, illa sola non censetur substituta, quando in ratione probibitionis loquutus est in genere de familia contentiua.*

21 Feminæ *excluduntur, quando fideicommissum est masculinum, & ordinatum fauore familiæ cum dictione ipsorum.*

22 *Limita fœminas excludi tantum extantibus masculis, vel in concursu cum ipsis.*

23 *Fœminæ censentur perpetuo exclusæ à fideicommisso ordinato ad fauorem familiæ pro conseruatione agnationis.*

24 *Secus si non fuerit expressè habita ratio conseruandæ agnationis, sed vocata familia, quia tunc succedunt, masculis non extantibus cum dicantur de familia.*

25 *Limita etiam, vt non sint perpetuo exclusæ si non adsint verba, & coniecturæ, ex quibus deducatur vocationem familiæ esse restrictam ad solos masculos.*

26 *Familiæ nomen non coarctatur ad solos masculos, quoties verba, & coniectura non vrgent, etiam si fideicommissum fuerit factum fauore agnationis.*

27 *Ad fideicommissum perpetuum, & successiuum ordinatum ad fauorem familiæ etiam transuersalium, non admittuntur alij de aliena familia, sed admittitur superstes de familia, quam testator vocauit, licet fœmina.*

28 *Testes examinati contra auctorem partis litigantis probant contra ipsam.*

29 *Testes examinati in vno Iudicio probant etiam in alio quando deponunt de statu personæ.*

30 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam præstant magnum adminiculum.*

DECISIO LXV.

PRætendens Thomasia de Pancaldis, quod fideicommissum institutum à Berto eiusdem cognominis esset sibi apertum, tanquam vltimæ, & superstiti in dicta familia, iudicium in Rota introduxit prò recuperatione bonorum fideicommissariorum contra Palmerios, & fratres B. Mariæ Charitatis Bononiæ illorum possessores, & sub die 16. Februarij 1640. disputato dubio contra Palmerios. An constaret de fideicommisso ad eius fauorem purificato, fuit affirmatiuè responsum, & successiuè sub die 11. Maij fuit dictum illi dandam esse immissionem, vt in decisionibus desuper extensis coram Reuerendissimo D. meo Panzirolo Patriarcha

Con-

Constantinopolitano, prosequendo postea iudicium contra fratres Charitatis, ego in locum D. Patriarchæ abicuntis subrogatus, dubitaui sub die 7. Aprilis præteriti, An Thomasiæ esset danda immissio super bonis ab eis possessis, sed quia fratres allegarunt se non fuisse auditos in decisione canonizatoria fideicommissi emanata inter Thomasiam, & Palmerios, fuit dilata resolutio, & ordinatum, quod dicta decisio cum ipsis reuideretur. Quare super his, assumpta hodie disputatione Domini applectentes fundamenta dictæ decisionis dixerunt Thomasiæ esse dandam immissionem.

Concurrunt enim omnia requisita, nempè existentia fideicommissi illius purificatio ad fauorem Thomasiæ; identitas bonorum, & possessio Berti fideicommittentis de tempore obitus, & fratrum de præsenti, quibus concurrentibus de stylo huius sac. Tribunalis, conceditur Immissio, vel ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vel ex vtili saluiano interdicto *Rota in rec. dec. 104. n. 2. par. 5. & dec. 298. num. 1. & 2. par. 6. & dec. 88. n. 1. & 2. par. 7. cum alijs adductis in dec. Reuerendissimi D. mei Patriarchæ.*

Et quod attinet ad fideicommissum, visum fuit illud clarè resultare ex prohibitione alienationis immediatè post reciprocam substitutionem inductam inter Io: Baptistam, & Iacobum eius filios hæredes institutos, & eorum filios superstites, his verbis concepta. *Prohibens insuper, & expressè vetans ipse Testator dd. suis filijs, & hæredibus, & eorum descendentibus venditionem alienationem, & obligationem, quorumcumque bonorum ipsius Testatoris, quia voluit ipsa bona perpetuò remanere in familia ipsorum de Pancaldis* Hæc enim prohibitio vestita illa

1 ratione *Quia voluit &c.* cum concepta sit per modum nouæ, & separatæ Orationis, & dispositionis argumentatiuè ad præcedentem substitutionem,

2 vt ostendit illud verbum, *insuper*, quod est nouæ Orationis principium, & contineat nouas personas, nempè descendentes in præcedentibus substitutionibus non comprehensas, dicitur stare independentèr, & de per se, ac propterea non restringitur ad terminos præcedentis substitutionis comprehendentis solum filios, & nepotes, iuxta celebre, ac in Rota sæpius canonizatum *Dec. cons. 636.* Sed nouum, ac separatum fideicommissum inducit ad fauorem familiæ Pancaldæ, in qua, Testator voluit bona sua perpetuò conseruari non solù in casu contrauentionis, quatenus fieret alienatio contra prohibitionem Testatoris, sed etiam in casu mortis, itaut vnus alteri teneatur gradatim restituere, donec superessit aliquis de familia, vt late Doctorum, & Rotæ auctoritatibus firmatur *in 1. dec. D. mei Patriarchæ*, cuius fundamenta Dominis placuerunt.

Nec refragantur ea, quæ nuper in contrarium excitata fuerunt ad probandum, quod imò dicta prohibitio stet consecutiuè, non autem independentèr, & de per se, vt in decisione firmatur; Nihil enim obstat, quod oratio incipiat per participium,

3 prohibens, quod importat continuationem sermonis, & connexionem dispositionis, & per consequens non possit dici, quod prohibitio stet principaliter de per se, sed famulari, & stare consecutiuè ad præcedentem substitutionem, & iuxta illius terminos restringi, vt in terminis respondit *Gabr. cons. 124. n. 13. & cons. 128. n. 25. vers. stante igitur lib. 2. Rot. coram bo. me. Coccino dec. 294. n. 7. & in Bonon. fideicommissi de Boatterijs 17. Februarij præteriti coram Reuerendissimo D. meo Merlino Decano, quia Gabr. & dd. decisiones loquuntur*, quando adest solummodò participium, *prohibens*, in quibus terminis non versamur, quia in casu nostro vltrà d.

4 participium adest dictio, *Insuper*, quæ ve dictum fuit, est nouæ orationis principium, & ostendit Testatorem, vltra præcedens fideicommissum voluisse aliud nouum, & separatum fideicommissum subiungere, vt in puncto respondit *Bero. cons. 80. n. 4. vers. præmissis, & num. seq. lib. 3. Rim. inn. qui consuluit in terminis huiusmet testamenti cons. 482. num. 38 Giouagn. cons. 39. n. 15. in fin. lib. 1. Rot. dec. 21 num. 35. par. 5. rec.*

5 Nec vrget replicatio, quod dictio, *Insuper*, tunc solum sit nouæ orationis principium, quando oratio cui præponitur, habet verbum proprium, & separatum; secus quando regitur à verbo præcedentis orationis, vt in hac prohibitione, in qua nullum adest verbum, quod faciat orationem perfectam, quo casu hæc dictio dicitur stare continuatiuè, addendo ad superiora, retentis eisdem terminis, vt distinguunt *Parif. de resignat. tom. 2. lib. 2. quæst. 11. n. 22. vers. sed huic argumento, et num. 24. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. fi n. 8.* Nàm vltra, quod retentio, quæ fit vigore dictionis *Insuper*, fit per modum implicationis, non autem repetitionis; supponit enim terminos antecedentes non repetit *Florian. de S. Petro in l. seruus, § si ita scriptum nu. 8. ff. de leg. 1. Vulpell. de præposit. in dict. in infinitum n. 6. vers. et est implicatiua*, Responsum fuit, quod o-

6 biectum procedit, quando hæc dictio, & aliæ similes de sui natura repetitiuè ponuntur inter duas orationes, quarum prima est perfecta, alia imperfecta ex parte verbi, aut ex parte suppositi, vel appositi: hoc enim casu verum est, quod sequens oratio suppletur ex præcedenti cum omnibus suis qualitatibus, vt tradit *Bart. in l. 1. in princ. ff. de vectigal. et publican. et cons. 27. sub num. 1. lib. 1. Ias. in §. equa n. 45. inst. de act. et cons. 207. n. 5. et seqq. lib. 2.*

7 At secus est quando ponuntur inter duas orationes perfectas, vt in hoc casu, quia prohibitio alienationis fuit concepta principaliter, & de per se in periodo, & oratione ex omni parte perfecta, & in capitulo diuerso per verba separata, & inducentia nouam, & perfectam dispositionem absque aliquo modo connexionis, & dependentiæ, & licet non

8 habeat verbum proprium, non tamen regitur à verbo præcedentis orationis, sed ab illo participio *prohibens* quod vice verbi fungitur, & in verbum resoluitur *Ias. in l. Centurio num. 43. ff. de vulgar. Feder. de Sen. cons. 145. n. 8. vers. item alia ratione*, tunc enim huiusmodi dictiones, non stant per modum repetitionis, & copulationis qualitatum, & conditionum præcedentium, sed inceptiuè, faciendo duas dispositiones diuersas, & separatas, & inhuiusmodi *Bart. et Ias. in præallegatis locis*, & apertè ità distinguunt *Ruin. cons. 176. num. 8. vers. et istud autem lib. 2. Soccin. cons. 10. n. 26. lib. 1. Rolan. alios referens cons. 34. num. 36. lib. 3. late Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 12. et Gratian. discept. cap. 828. n. 11. et 12.*

Minus obstat, quod in prohibitione alienationis adsit illud relatiuum, *dictis*, ibi, *Prohibens dictis suis filijs etc.* quod operatur, vt prohibitio censea-

9 tur stare accessoriè, & restringatur ad terminos præcedentis substitutionis, quamuis sit posita in oratione diuersa, & separata, vt firmat, multis adductis, *Fusar. de substit. quæst. 683. num. 20.* Quia con-

10 clusio non procedit quando prohibitio est magis ampla, & latior quam sit præcedens substitutio, vt in hoc casu, cum contineat descendentes, & om-

nes

nes de familia Pancalda in præcedenti substitutione non comprehensos hoc enim casu quàmuis ad-
11 sint dictiones relatiuæ prohibitio non restringitur ad personas supra expressas, sed omnes afficit *Paseth. cons. 92. num. 10. vers. non tantum addam Decian cons. 86. num. 23. et seqq. lib. 3. Menoch. cons. 90. nu. 18. vers. septimus est casus Gratian. alios latè adducens discept. for. cap. 858. num 15. Fusar. d. quæst. 683. nu. 23. Rot. diuers. decis. 133. n. 5. et 6. par. 4.*

Quod autem fideicommissum sit purificatum ad fauorem Thomasiæ, visum fuit clarissimum, quia ex pluribus Testibus per gradus distinctos optimè deponentibus probatur, quod ipsa descendit à Polo communi stipite, vt in arbore data, & quod hodie sola superest in familia Pancalda, cum obierint tàm Bertus testator, & omnes eius ascendentes, & descendentes, quàm omnes ascendentes Thomasiæ, vt benè firmatur *in dec. Reuerendiss. D. mei Patriarchæ*. Ac proinde dubitari non potest de purificatione fideicommissi ad eius fauorem; quamuis non sit descendens, & de familia effectiua testatoris, ab ipso scilicet effecta, & procedente, sed transuersalis, & de familia contentiua; Quia Testator non dixit velle bona remanere in familia simpliciter nec in familia sua, seù ipsius, nec vlla addidit similia verba possessiua, & personalia, quo casu dubitari posset an intellexisset de familia sua effectiuè, sed dixit velle remanere in familia ipsorum de Pancaldis, exprimedo absolutè cognomen familiæ, in qua ipse continetur, quo casu recepta est ab omnibus conclusio, quod censetur contem-
12 plata vniuersa agnatio, & veniunt etiam transuersales illi de familia contentiua, vt firmauit *Bart. in l. vnic. n. 4. C. de condict. lib. 11. Ruin. cons. 24. n. 5. et cons. 110. num. 14. lib. 2. Rolan. cons. 23. num. 29. et plurib. seqq. lib. 4. Gabr. cons. 132. num. 58. et seqq. et numer. 70. lib. 1. Menoch. cons. 454 per tot. præsertim numer. 12. Paris. cons. 92. nu. 32. & seqq. par. 2. Dec. cons. 23. num. 3. Decian. cons. 86. num. 18. vers. tertio, quod, et plurib. seqq. lib. 3. Mart. cons. 18. num. 12. Gionagn. cons. 75. num. 3. vers. stringitur fortius, et seqq. lib. 1. Peregr. cons. 16. num. 11. lib. 3. Fusar. cons. 72. num. 13. et in tract. de substit. quæst. 351. num. 37. Ciarlin. controu. for. cap. 107. nu. 50. Barbos. tract. de appell. verb. appell. 93. n. 5. et Rot dec. 490. sub num. 10. par. 4. diuers.* & in terminis huiusmet testamenti, egregiè respondit *Rimin inn. d. cons. 485. num. 46. et plur. seqq.* quod *cons.* in his terminis sequuti sunt, & canonizarunt *Peregr. cons. 31. num. 6. antè fin. lib. 4. et cons. 149. num. 10. vers. 2. extat, et num. 21. lib. 5. Ludouic. Ricciard. inter cons. Fusar. cons. 169. num. 45. et 52. ansè fin. vers. addito, et num. seq.* vbi dicit quod quan-
13 do expressum est proprium cognomen familiæ, receptum est vocationem familiæ non restringi ad effectiuam, sed vniuersam familiam comprehendere, eamque sequitur etiam *Odd. de fideicomm. q. 8. num. 68.*

Quod eo fortiùs obtinet in casu nostro, tum quia sumus in prohibitione, quæ stat principaliter
14 & de per se, vt fuit dictum, quo casu comprehendit etiam familiam contentiuam, vt agnouit *Peregr. cons. 57. num. 12. vers. 3. dico lib. 5. Rot Florentina in dubijs datis in causa de editis inter cons. Fusar. cons. 169. num. 13, et ibidem Ludouic. Ricciard. num. 62. et 63. et Rot. dec. 193. n. 6. et 7. par. 1. recen. et in d. dec. 15. per tot. par. 7. recent.* vbi cum distinctione dependentiæ, & independentiæ conciliantur contrariæ opiniones, tum quia adest dictio, *perpetuò*, quæ
15 ostendit Testatorem habuisse rationem perpetuæ conseruationis bonorum in familia, & voluisse inducere fideicommissum duraturum absque vlla præfinitione temporis in omnes transuersales eiusdem familiæ, vt benè firmatur in decisione, & admittitur etiam *in d. dec. 15. num. 16. par. 7. rec.* quando prohibitio stat independentèr, & in separata oratione de per se, vt in præsenti casu.

Nec obstat, quod Testator vsus fuerit illo relatiuo, *ipsorum*, quod est personalissimum, & demonstrat ad oculum personam Testatoris, vt fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs 19. Decembris 1638. coram R. P. D. meo Ghislerio, ac 3. Decembris 1640. et 4. Decembris 1641. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Hieronymo Verospio*. Quia fuit dictum hoc habere locum quando Testa-
16 tor vtitur d. genitiuo in numero singulari relato ad eius personam, in quibus terminis non versamur,
17 secus est quando eo vtitur in numero plurali, & genitiuus respicit illos de familia nuncupatim expressos, vt in casu nostro cum fuerit dictum in familia ipsorum de Pancaldis; tunc enim non solùm veniunt descendentes ad ipso Testatore, sed etiam transuersales, & illi de familia contentiua, vt in puncto distinguendo, respondit *Rimin. inn. d. cons. 482. d. num. 46. vsque ad 54. præsertim num. 53.* quem referunt, & sequuntur *Peregr. alleg. cons. 149. num. 20. vers. quare vbi Testator, & num. 21 lib. 5. Ludouic. Ricc. d. cons. 169. num. 45. & sub num. 57. Fusar. d. quæst. 351. n. 3. vbi quod in facto obtinuit, & num. 37.* Et vi-
18 ua est ratio huius distinctionis, quia verbum *ipsorum* non potest ad Testatorem referri tanquam pluralis numeri, qui in vna tantum persona verificari non potest *l. vbi numerus ff. de testib.* & ita arguit *Rimin. inn. d. cons. 482. n. 53.*

Nec euitari potest ista responsio ex replicatione, quod cum Testator supranotauerit Io: Baptistam & Iacobum eius filios, & ad eos, eorumque descendentes restrinxit prohibitionem alienationis, ibi, *Prohibens dd. suis filijs, & eorum descendentibus venditionem &c.* censeatur cum illo verbo, *ipsorum* demonstrasse eosdem Ioannem Baptistam, & Iacobum supra nominatos, & intellexisse de ipsorum familia, eogitans ipsos habituros descendentes, & familiam, & sic genitiuum, *ipsorum* quamuis in numero plurali, posse restringi ad eius descendentes, dùm non refertur ad Testatorem, sed ad eius filios supra nominatos, quia obiectum forsan vegeret si Testator dixisset simpliciter. Quia voluit ipsa bona remanere in familia *ipsorum* non adiectis illis verbis de Pancaldis; tunc enim posset attentari, quod voluisset intelligere de familia *ipsorum* Io: Baptistæ, & Iacobi supra nominatorum, sed cum dixerit in familia ipsorum de Pancaldis, ex-
19 primendo nomen familiæ in genere, non potest restringi ad solos descendentes Testatoris, cum familia de Pancaldis latius pateat, & agnatos etiam transuersales complectatur, vt benè respondit *Rimin. inn. in sæpius citato cons. 482. n. 48.* & propterea licèt supra in substitutione, & prohibitione lo-
20 quutus sit in specie de descendentibus tantùm, & per eos voluerit denotare familiam suam effectiuam, dum tamen in ratione loquutus est in genere de familia contentiua, non potest ex præcedentibus in sequentibus inferri, & quod in vna parte expressum est, non debet in alia censeri repetitum vt in puncto *Decian. cons 10. num. 73. lib. 3.* quem in proposito sequitur *Rimin. inn. vbi supra n. 54.*

Minus facit, quod Thomasia sit fœmina, ex quo inferebatur, quod succedere non possit ad dictum fideicommissum, cum non fuerit institutum pro fa-
21 milia simpliciter, sed pro familia ipsorum de Pancaldis

caldis, quo casu fideicommissum dicitur masculi-
num, & fœminæ excluduntur, vt per *Fusar. de subst.*
quæst. 352. num. 9. & Barbos. de appellat. verb. appellat.
94. num. 17. qui latè alios adducunt, & fuit dictum
in *Bonon. fideicommissi* 10. *Decembris* 1634. *coram*
Eminentissimo Domino meo Cardinali Macchiauello.
Quia Domini admittebant conclusionem pro vera,
22 quousque extant masculi, aut quando cum illis fœ-
mina concurrit, sed quando, illis sublatis, superest
sola fœmina, illa admittitur ad huiusmodi fidei-
commissum, vt firmant *Peregr. in cons. 42. num. 10.*
vers. aut ibi masculus, & cons. 58. num. 2. & per tot. &
cons. 149. num. 24. lib. 5. Ruin. cons. 130. num. 12. &
cons. 140. num. 4. & cons. 154. num. 3. lib. 2. Soccin. sen.
cons. 227. num. 6. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 94. num. 10. libr.
Pedroc. cons. 12. num. 34. & seq. & cons. 40. num. 245.
Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 10. Gabr.
cons. 132. num. 54. lib. 1. & Fusar. vbi supra quæst. 352.
num. 12. & tenuit Rot. coram bon. mem. Buratt. dec. 107
num. 1. & in Ferrarien. de Rasuris 24. Martij 1621.
coram bon. mem. Cardinali Verospio, & in eadem 25.
Februarij 1622. coram Reuerendissimo D. meo Merlino
Decano, & in Bonon. *Fideicommissi de Boatterijs 13.*
Maii 1641. *& 17. Februarii 1642. coram eodem Reue-*
rendissimo D. meo Decano.

Nec negotium facessunt *decis. in causa Carpento-*
raten. fideicommissi coram bon. mem. Manzanedo, *Lan-*
cellotto, & Sacrato, quæ sunt in *recent. dec. 203. 217.*
& 431. par. 2. & coram bon. mem. Buratt. dec. 272. &
454. & decis. in causa Bonon. de Glanarinis 5. Maii
1636. *coram R. P. D. meo Ghisilerio* firmantes quod
23 ad fideicommissum institutum fauore familiæ pro
conseruatione agnationis non admittuntur fœminæ
licet defecerint masculi, sed perpetuò remanent ex-
clusæ; quia vltra quod in casu dd. decisionum Te-
stator habuerat rationem conseruationis, de qua
expressè fecerat mentionem hic verò de illa nullum
verbum fecit, sed solum dixit velle bona remanere
in familia ipsorum de Pancaldis, qui casus valdè di-
24 stat à Superiori, quia in primo fœminæ censentur
exclusæ, cum agnationem conseruare non possint,
in secundo verò admittuntur, cum dicantur de fa-
milia Testatoris, in qua ipse voluit sua bona rema-
nere. Responsum fuit, quod exclusio fœminarum
in dd. decis. non inducitur ex eo solo quod fideicom-
missum fuerit factum pro conseruatione, & perma-
nentia bonorum in agnatione, sed quia vlterius ibi
25 extabant verba, & coniecturæ, ex quibus depre-
hendebatur vocationem familiæ esse restrictam ad
solos masculos, vt in puncto declarando supradictas
decisiones dixit *Rot. in d. Bononien. fideicommissi de*
Boatteriis 17. Februarii 1642. coram Reuerendissimo
D. meo Merlino Decano, at vbi verba non cogunt,
26 nec coniecturæ vrgent, nomen familiæ non coar-
ctatur in solis masculis, nec impedit quominus fœ-
minæ illis deficientibus admittantur, quamuis fi-
deicommissum sit factum fauore agnationis, vt fir-
mant DD. & decisiones supracitatæ, & præsertim
mox allegata *dec. Bonon. de fideicomm. de Boatteris,*
& prius in alia Bonon. *fideicommissi de Leonoriis 2.*
Martii 1640. coram R. P. D. meo Carillo.

Denique non subsistit quod expirauerit fideicom-
missum eo ipso, quod admissa fuit Francisca neptis
Testatoris, & decessit cum filijs, quia cum agatur
27 de fideicommisso perpetuo, & successiuo ad fauo-
rem omnium de familia, etiam transuersalium, non
possunt dici ad illud vocati filij Franciscæ, qui sunt
de aliena familia; sed est admittenda Thomasia, quæ
est superstes, in familia de Pancaldis, quam Testa-
tor vocauit, vt *Soccin. iun. cons. 2. num. 19. lib. Decian.*
cons. 7. num. 32. lib. 2. Mantic. de coniecturis vlt. volunt.
lib. 8. tit. 12. vers. item si relictum Peregr. cons. 47. n. 3.
& seqq. lib. 4. Marzar. in epitom. fideicommissi par. 2.
quæst. 43. in fine cum alijs per Fusar. de substit. quæst.
352. num. 56. Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. so-
lut. 3 num. 10. fin. fol. 337. Ratio est quia ordo suc-
cessiuus non intelligitur vocatus per vulgarem, sed
per fideicommissariam, *Peregr. de fideic. art. 18. nu.*
12. & 22. & art. 19. num. 11. & seqq.

Quæ verò obijciebantur Testibus inductis à Tho-
masia ad proban. eius descendentiam, nimirum
quod alij sunt examinati inter alios, alij ad perpe-
tuam rei memoriam, ac proinde non probent, di-
ctum fuit non aduersari, quia vltra quod descenden-
tia Thomasiæ probatur ex multis enunciatiuis plu-
rium antiquorum Instrumentorum, vt bene percur-
runt informantes, & firmat *decisio D. mei Patriarchæ,*
responsum fuit, quod Testes examinati inter alios
fuerunt alias formiter, ac ser. ser. cum interrogatorijs
partis in hac eadem causa examinati inter authores
modernorum colitigantium, ac proinde contra
28 istas partes ab illis causam habentes, & quæ eam-
dem litem reassumpserunt, & prosequuntur; pro-
bant, *Soccin. sen. cons. 82. num. 4. lib. 3. Ruin. cons. 128.*
sub num. 16. lib. 2. Put. dec. 42. de Iudic. Cæs. de Graff.
dec. 2. num. 3. de Iud. Greg. dec. 535. num. 1. & ibi Add.
litt. A. Præsertim cum deponant super statu perso-
næ, quo casu Testes examinati in vno iudicio pro-
29 bant etiam in alio iuxta vulgat. *text. in l. ingenuum ff.*
de stat. homin.

Testibus verò ad perpetuam rei memoriam exa-
minatis Thomasia vtitur tantum pro adminiculo
probationis super filiatione probata ex libro Paro-
30 chi, qui Testes non est dubium, quod præstant ma-
gnum adminiculum, vt sæpius Rota respondit, &
signanter *in recent. dec. 160. sub num. 12. dec. 193. nu. 5*
& dec. 194. num. 3. & 4. par. 4. & in alijs.

Quod verò attinet ad identitatem bonorum, quod
scilicet hæc bona super quibus petitur immissio sint
eadem, quæ olim possessa fuerunt à Berto fideicom-
mittente, & quod hodiè possideantur à fratribus
Charitatis, benè firmatur ab informantibus pro
Thomasia, nec ab altera parte controuertitur, &
ideò cum concurrant omnia requisita, conclusum
fuit pro immissione.

Vtraque parte acerrimè informante &c.

RECANATEN: BONORVM.

Luna 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Licentia concessa à Magno Magistro Religionis Hie-
rusolymitanæ eius militibus disponendi de bonis
suis intelligenda venit de bonis patrimonialibus
prouenientibus à Patre, Matre, alijsque coniunctis,
& non censetur data facultas alienandi bona acqui-
sita ex propria industria, & an talis facultas restrin-
gatur ad actus inter viuos, & non per viam vltimæ
voluntatis?

SVMMARIVM.

1 *Verba quando sicut limitatiuè ad designandum au-*
ctoritatem delegatam?

2 *Relationis virtus restringit referentem ad terminos*
relati.

3 *Statuentes præsumitur, voluisse quod statuta ser-*
uentur.

4 *Militibus Hyerosolimitanis, quando conceditur li-*
centia, vt possint testari de bonis patrimoniali-
bus censetur concessa, dumtaxat respectu bono-
rum prouenientium ex hæreditate coniunctorum.

5 *Miles Hyerosolymit. quando obtinuit licentiam te-*
standi

standi de bonis patrimonialibus talis licentia nunquam extenditur ad ea, qua acquisiuic miles propria industria, aut alicnando acquisiuit.

6 *Testibus reddencibus optimam sui dicti rationem, & deponentibus de facto proprio, plena fides est adbibenda, & num. 7.*

8 *Testes non probant consuetudinem si non percutiunt tempus controuersum.*

9 *Testes deponentes de auditu, tunc probant obseruanciam, quandn addunt de eo de quo quaeritur, fuisse publicam vocem, & famam, & n.10.*

11 *Consuetudo interpretiua non requirit tàm exactam probationem, sicut consuetudo inductiua, & n.12. & n.13. vbi quod non requiritur tempus sufficiens ad praescribendum.*

14 *Minusque quod sic fuerit obtentum in contradictorio iudicio.*

15 *Testes vt probent consuetudinem interpretatiuam, sufficit quod deponant ita fuisse obseruatum per annos decem citra.*

16 *Quod procedit etiam si in suo dicto essent singulares, vbi agitur de consuetudine particulari.*

17 *Religio* Hyerosolimitana *semper consueta fuit apud se retinere bona milicum, acquisita propria industria.*

18 *Vel aliundè quam ex haereditate patris, matris, & aliorum collateralium, & hoc non obstante facultate eis data testandi.*

19 *Fides quando sunt iuratae, recognitae, & de actis emanarunt à personis eximiae dignitatis, & probitatis probant, & num. 38.*

20 *Bonorum patrimonialium appellatione veniunt etiã bona vndequaque quasita, & sic etiam bona propria industria habita, si dictum verbum sumatur in lata significatione, & num. 21.*

22 *Interpretatio stricta facienda est in materia odiosa, praeiudiciali, & deuiante à iure communi.*

23 *Bona patrimonialia propriè sunt, quae proueniunt a Patre, Matre, & aliis coniunctis, & non illa qua proueniunt ab extraneis, & quae propria industria comparantur, & nu. 24.*

25 *Statutum concedens retractum consanguineis in bonis patrimonialibus habet tantum locum in bonis ab haereditate patris, & coniunctorum acquisitis.*

26 *Statutum si declaret aliquod verbum non est recedendum ab eius declaratione, & n. 27.*

28 *Rubrica declaratur per nigrum magis clarum, & speciale.*

29 *Verba geminata fortius denotant animum disponentis.*

30 *Acquisitio facta per Equites Hyerosolimitanos censetur facta intuitu ex bonis religionis, si contrarium non probetur.*

31 *Et quatenus quis afferat talem acquisitionem non fuisse factam ex d.d. bonis ei incumbit onus probandi talem acquisitionem aliundè.*

32 *Testamentum est materia fauorabilis, & facilius permittitur, quam alienatio inter viuos, & num. 33.*

Alienatio *inter viuos est materia de sui natura odiosa, nu. 33.*

34 *Ius magis resistit religioso ad disponendum in vltima voluntate, quam inter viuos.*

35 *Religioso licentia testandi non censetur data nisi sit expressa ad praedictum effectum.*

36 *Dispositio testamentaria cum sit valde odiosa, & à religioso instituto valde aliena exigit expressam testandi mentionem.*

37 *Alienandi facultas, si fuerit concessa. vt quis melius suis necessitatibus possit subuenire, id excludit testandi facultatem, tamquam collata in tempus, in quo nulla datur necessitas.*

38 *Testibus deponentibus contra proprium commodum, firmiter credendum est.*

DECISIO LXVI.

Decisio emanata sub die 29. Aprilis anni praeteriti concedit haeredibus q. Ludouici Alemanni immissionem in bonis Philippi de Alemannis Equitis Hierosolymitani ex eo potissimum fundamento, quod licentia disponendi per dictum Philippum obtenta à Magno Magistro comprehenderet facultatem disponendi, nedum inter viuos, sed etiam per actus vltimae voluntatis, nec esset restricta ad bona, quae in dictum Equitem peruenerunt titulo haereditatio successionis, & Legati, sed comprehenderent etiam caetera titulo emptionis, vel aliter quomodocumque quaesita, etiam propria Industria post ingressum Religionis, sed agentes pro Massuccio produxerunt iura, & induxerunt testes super interpretatione, & declaratione licentiae, & super obseruantia Religionis huic interpretationi conformi ex quorum releuantia causa bis proposita DD recesserunt à decisis agnoscentes huiusmodi licentiam suffragari non posse quod bona de quibus hodie agitur.

Etenim licentia est restricta ad limites auctoritatis, & facultatis Magno Magistro tributae in Capitulo generali ibi *auctoritate nobis in Capitulo gene-*
1 *rali concessa*, quae verba stant limitatiuè ad signandam auctoritatem delegatam, vt in specie ponderat *Barbat. in cap. cum in iure nu. 4. de offic. delegat.* decretum vero Capituli generalis, vndè desumitur facultas Magni Magistri, loquitur solum de bonis patrimonialibus, ibi, *necnon concedere fratribus licentiam vendendi, donandi, & alienandi bona patrimonialia*, Vndè elicitur manifestè Eminentissimum Dominũ
2 Magnum Magistrum voluisse tantum impartiri licentiam de huiusmodi bonis nedum virtute relationis, quae restringit referentem ad terminos relati, *Paris. cons. 18. num. 31. cum seqq lib. 2.* Sed etiam quia
3 concessa fuit à Cardinali Virdala, statutorum conditore, qui potius praesumitur detulisse legi à se
3 conditę eandemque voluntatem seruasse in licentia concedenda, quam antea habuerat.

Verum ex depositionibus Testium, qui dantur in *Summar. Massuccij num. 15. & seqq.* constat similia
4 decreta, licentias, & statuta tribuentia facultatem disponendi de bonis patrimonialibus fuisse semper in tota Religione Hierosolymitana intellecta, & exposita de bonis prouenientibus ex successione
5 patris, matris, aliocumque coniunctorum iure haereditario successionis, legati numquam verò fuisse extensa ad bona, quae Equites propria industria, aut alias quoquomodo compararunt, & ita fuisse tentũ, & inconcussè obseruatum, concludit primus super secundo articulo inquiens, *che li statuti della sudetta sacra Religione Gerosolimitana, i quali danno facoltà all'Eminentissimo Gran Mastro di conceder licenza a' Caualieri del medemo ordine di disporre, e testare de beni patrimoniali, sempre sono stati intesi, e s'intendono de beni, che prouengono dalla successione paterna, e materna, ò da altri loro parenti, ne mai di quelli, che dalli Caualieri con loro industria, ò in qualsiuoglia modo sono stati, e sono, acquistati, e così sempre, e non in altro modo sono stati intesi, non solo li Statuti, & ordinationi sudette, ma anco le licenze concedute pro tempore dalli Gran Mastri*, vt latius *in Summ. Massuccij num. 11. cum seqq.* & secundus super secundo *eodem Summ.* quibus tanquam informatis, & deponentibus de facto proprio, ex quo secundus inseruiuit per plu-

plures annos apud Magnos Magistros in officio Se-
7 cretariatus, similesque licentias expediuit, plena
fides est adhiben. l. solum C. de Testib. optimè Rot. co-
ram Cardinali Cavalerio dec. 361. num. 2. & in Roma-
na nullitatis obligationis 11. May 1629. coram Eminen-
tissimo D. Card. Hieronymo Verospio.
Nec visum fuit subsistere, quod dicebatur ex eo-
rum depositionibus non oriri probationem conclu-
8 dentem consuetudinis, quia non percutiunt tempus
impetratæ licentiæ, vt debent Rot. dec. 37. nu. 35. &
dec. 39. num. 12. par. 2. diuers. & dec. 136. num. 6. par. 1.
rece. nec deponunt cum requisitis per glos. & DD.
in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, contrarium enim
9 apparet ex eorum lectura, cum non loquantur so-
lum de tempore examinis, sed deponant ita etiam
in præteritum fuisse obseruatum, vt probat primus
super secundo articulo, ibi, e così esser stato osseruato,
e prattricato, anche per i tempi passati senza che mai
si sia veduta, ò sentita cosa alcuna in contrario, & se-
cundus super primo, e dalle scritture viste in occasio-
ne delle cause di essi spogli, fatti prima cominciassi ad
esser Procuratore, hò visto anche, che si è osseruato co-
sì per il passato, & intesolo anche da Ministri della me-
dema Religione, più antiani di me, qui licet quo ad
hoc tempus deponant de auditu, cum tamen addant
10 de hoc fuisse, & esse publicam vocem, & famam,
obseruantiam benè probant ex Cyn. in l. 2. vers. se-
cundo quæritur C. quæ sit longa consuetudo tradunt A-
lex. cons. 14. num. 1. lib. 5. & seqq. Hippol. de Marsil.
in l. de minor. §. plurimum num. 76. ff. quæstion. Rot. in
Rossanen. Decimarum 28. Iunij 1641. coram R. P. D.
meo Ciebio, maximè cum non agatur de probanda
aliqua consuetudine iuris inductiua, sed solum de
interpretatione verborum; & seu quid Magni Ma-
11 gistri intelligant appellatione bonorum patrimo-
nalium, & sic de consuetudine tantum interpreta-
12 tiua, quæ non requirit adeo exactam probationem,
vt bene admonet Decian. respons. 51. n. 50. vers. 3. con-
siderans, & sub n. 95. vers. quare ex promissis, & nu.
110. vers. & præcipuè cum agatur lib. 2. nec quod lap-
13 sum fuerit tempus sufficiens ad præscribendum,
Dec. cons. 11. sub num. 10. prope fin. vers. secus videtur,
& cons. 441. num. 13. Decian. vbi supra plures referens
cons. 29. n. 55. vers. & ista consuetudo Menoch. cons. 21.
num. 15. Surd. cons. 140. nu. 45. Soccin. cons. 99. sub n. 3.
vers. & licet consuetudo libr. 1. Minusuè fuisse ità
14 obseruatum in contradictorio iudicio idem Decian.
vbi supra n. 64. Aym. cons. 201. num. 22. vers. nec requi-
ritur Rot. Bonon. diuers. decis. 57. num. 57. sed sufficit
15 quod testes deponant audiuisse se sic fuisse obserua-
tum à decem annis citra, vt monet Bart. in l. labeo
per totum, & signanter num. 11. de suppell. leg. Decian.
vbi supra num. 51. etiamsi in suo dicto essent singu-
16 lares vbi prout hic agitur de probanda consuetudi-
ne particulari Io. Faber. in §. ex non scripto num. 23.
institut. de iur. naturali Alex. cons. 172. num. 10. lib. 2.
cum alijs relatis per Decian. vbi supra num. 111.
Quibus adstipulantur etiam attestationes trium
Oratorum Sacræ Religionis, ac fides quindecim
Equitum, & Commendatorum necnon Receptoris
Vrbis eodem Summ. num. 12. Vno ore concludentium
17 sacram Religionem consueuisse semper retinere pro
se bona à militibus acquisita propria industria, vel
aliundè, quam ex hæreditate Patris, Matris,
aut aliorum ascendentium, & collateralium etiamsi
à fratribus prouenerint non obstante facultate data
18 disponendi de bonis patrimonialibus, quorum ap-
pellatione cēsentur solum comprehensa bona, quæ
à Patre, Matre, vel cæteris ascendentibus, & colla-
teralibus proueniunt, vt distinctè legitur in d. Sum.
num. 12. quæ licet habitæ fuerint lite pendente, quia
tamen sunt iuratæ recognitæ, & de actis, & ema-
19 narunt à personis eximiæ dignitatis, & probitatis,
benè probant stylum, & obseruantiam, vt conclu-
dit Bald. cons. 149. nu. 3. lib. 1. Cardin. Mantic. dec. 325.
nu. 1. in fin. & num. 4. fuit dictum in Auenionen. Simu-
lationis 29. Ianuarij 1635. coram Reuerendissimo D.
meo Patriarcha Constantinopolitano, & in Romana
Pecuniaria 9. Iunij 1636. coram bon. mem. Merlino.
20 Nec releuat primo quod appellatione patrimo-
monialium veniant bona vndecumque prouenien-
tia, sicque etiam propria industria à militibus acqui-
sita, cum hæc etiam in patrimonio esse dicantur, vt
ex Text. in §. si quis a non Domino Institut. de rerum
diuis. firmatur in decis. in §. quia quod potestatem con-
21 clusio enim benè procedit sumendo dictum ver-
bum in ampla forma, & lata significatione, in qui-
bus terminis loquitur DD. in decisione allegati vbi
verò agitur de interpretando statuto concedente fa-
cultatem habilitandi Religiosos, odioso præiudicia-
22 li Religioni, & deuianti à iure communi stricta
fieri debet interpretatio, vt aduertit Dec. cons. 512.
num. 2. Soccin. iun. cons. 80. nu. 28. lib. 1. Tob. Non. cons.
18. num. 7. Bursatt. cons. 168. num. 15. Gamma dec. 388.
num. 2. & per tot. Sanchez. respons. moral. libr. 2. cap. 2.
dub. 52. num. 1. vers. sed hæc concessio, sub qua veniunt
tantummodo ea bona, quæ ab hæreditate Patris
Matris, aliorumque coniunctorum proueniunt, non
23 autem ea quæ ab extraneis, vel aliter propria indu-
stria comparantur, vt distinguendo tradunt, Rebuff.
in decis. alleg. Luc. de penn. in l. patrimoniorum n. 1. C. de
muner. patrim. lib. 10. & in rubr. C. de fund. patrim. lib.
11. Soccin. Iun. cons. 20. nu. 10. lib. 1. & cons. 1. nu. 213.
lib. 2. Pancirol. cons. 195. num. 27. subdens ita vulgò ab
24 hominibus intelligi Solon. de Paz. cons. 30. nu. 4. cum
plurib. seqq. prout in simili statutum concedens con-
sanguineis retractum in bonis patrimonialibus lo-
25 cum tantum habet in bonis ab hæreditate Patris
aliorumque vt supra quæsitis, vt firmant omnes re-
lati per Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. glos. 1. nu. 1.
Solon. de Paz. d. cons. 30. num. 9. & 13.
Accedit expressa declaratio statuentium in cap.
26 enim 10. sub tit. de Magno Magistro, post rubricam
conceptam sub his verbis, Che il Maestro possa dar
licenza à i fratelli di disporre de beni patrimoniali,
sequitur Nigrum sub his verbis. Che il Maestro possa
dar licenza à i fratelli di vendere, e donare, & aliena-
re qualsinoglia beni stabili tanto paterni, quanto ma-
terni di ascendenti, e Collaterali a loro spettanti per
ragione di heredità di successione ò di Legato eodem
27 Sum. num. 1. Vndè ab hac declaratione recedendum
non est, vt in specie quando statutum declarat ver-
bum patrimoniale Dec. cons. 88. num. 1. vers. ex quo
enim Soccin. Iun. cons. 1. num. 28. & 29. lib. 2. Nigrum
enim est declaratorium rubricæ, vt post alios Ias.
quem refert, & sequitur, Menoch. cons. 822. num. 15.
28 Gabr. cons. 12. lib. 1. Vbi quod rubrica declaratur per
Nigrum magis clarum, & speciale, & quod bona
debent esse qualia Nigrum requirit.
Et huic interpretationi consonant etiam verba
licentiæ in qualibet sui parte cantantia de bonis iu-
re hæreditario successionis, & legato ad Equites
spectantibus, prout in narratiua, ibi; exposuisti no-
bis te quadam bona tenere quæ iure hæreditario succes-
sionis, & legati &c. & in parte dispositiua, ibi, nos
igitur omnia bona quouis iure tàm hæreditario, quàm
successionis, & legati ad te spectantia &c. & in parte
exequutiua, ibi promittentes emptoribus, aut donata-
rijs rerum hæreditariarum successionis, & legatorum
29 huiusmodi, &c. Hæc enim geminatio fortius con-

cit Magnum Magistrum voluisse restringere licentiã
adhanc tantum speciem bonorum ad tradita, *in l.*
*Balista ff.ad Trebell.Cranett.cons.*105.*num*.4. *Rot.de-*
cis.167.*numer*. 28. *part*. 5. *&* *decis*. 310. *numer*. 23.
qu.6.*rec*. Regulando voluntatem à potestate vt fieri
debet *l. Lutius* 21.§. *Imper.ff.ad muncipal*.
Secundò non obstat, quod fuerint exceptuata
tantummodo bona quæsita ex bonis Religionis, &
redditibus Ecclesiasticis ibi, *aliena prout, & separata*
à nostra Religione, itaut excipiendo bona huius ge-
30 neris cætera omnia videantur inclusa; præter alias
enim responsiones placuit, quod cum Aleman-
ni non probent vndè prouenerint, præsumptio
est quod acquisitiones factæ fuerint ab Equite
Philippo intuitu, & ex bonis Religionis, adnotata
in cap.1.*vbi Canonistæ communiter, & præceteris Co-*
nar.num.7.*de Testam.Auth.licentiam C.de Episcop.&*
Cleric.Bursat.cons.379.*n*.1.*lib*.4.*Paris.de resign.Benef.*
libr.14.*p*.6.*num*.48. *Menoch. de præsumpt*.53. *libr*.3.
num.23.*Socc.sen.cons*.91,*nu*.1.*lib*.3.*Boer.dec*.61.*n*.16,
Greg.dec.87.*num*.11. *Rot.diuers.dec*.705.*num*.2 *par* 1.
& dec.380.*num*.1. *par*.3. præsertim fauore Massucci
rei, & possessoris nomine Religionis, contra quem
31 allegants bona non fuisse quæsita ex redditibus Ec-
clesiasticis incumbit onus negatiuam concludentèr
probandi, vt declarat *Conar.d.cap*.3.*nu*.2.*vers.quod*
intelligunt quidam eodem .it. Bald.ind. Auth. licentiam
sub num.4 *vers.secundo ratio C.de Episcop. & Cleric.*
Menoch.de arbitr.lib.2.*centur*.2. *cas*.195. *num*.9. *vers.*
hic casus tamen.
32 Et hinc non est opus discutere an licentia sit re-
restricta ad alienationem explendam per actus inter
viuos, licèt aliqui ex Dominis id firmiter tenerent
distinctio enim allãta in *dec.vers. nec subsistit replica-*
tio, scilicet, quod vbi de alienatione fit mentio
33 permissiuè capiat etiam Testamenti factionem, quæ
est fauorabilior, & facilius permittitur, quam alie-
natio intèr viuos, vbi vero prohibitiue restringi-
tur ad actus inter viuos, eum prohibitio de sui natu-
ra odiosa ex iuribus ad propositum cumulatis, non
videbatur applicabilis huic casui, tùm quia Ius
34 æqualiter, imò magis resistit Religioso ad dispo-
nendum per viam vltimæ voluntatis, vt consuluit
35 *Nauar. cons*.7.*de donat*. inferens propterea sufficere
quod in Iudicio non sit expressa facultas testandi,
vt dumtaxat inter viuos indulta præsumatur. *Idem*
Nauarr. cons. 7. *in fin.de Regular. in prima adit. Bar-*
tholom. à Sancto Fausto in Thesauro Religionis lib. 8.
qu.70.*Barbos.in cap. quia ingredientibus num*.12. *de*
testam.Sanchez ad percepta decalogi tom.2. *lib* 7.*cap*,
36 8.*num*.55. ponderans pro ratione quod cum dispo-
sitio testamentaria sit valdè odiosa, & à Religioso
instituto aliena, exigit expressam testandi mentio-
nem, vt permissa censeatur.
Tùm quia repugnat causa finalis concessionis ex-
37 pressa in prohemio, ibi, *vt tuis necessitatibus subueni*
re possis, quæ excludit facultatem testandi tanquam
collatam in tempus, quo nulla datur necessitas, vt
in puncto arguunt, *Rimin. cons*.528. *num*.31. *Sarmi-*
ent.de reddit.Eccles.part.4.*cap*.4.*nu*.7. *Surd.dec*.124.
num.11. & mens concedentis elicita ex fidibus ora-
torum Equitum Receptoris Vrbis, & ipsius Magni
Magistri *Summ.Massucci num*.14.attestantium sub si-
mili facultate non censeri permissam factionem te-
stamenti, sed adesse diuersas licentiarum formulas,
& vbi Magnus Magister vult concedere facultatem
38 testandi solitum esse in indiuiduo, & specificè il-
lam exprimere, quibus vti deponentibus contra
proprium commodum firmitèr est deferendum etiã
si sint de gremio Religionis, cui attestatio fauet *Fa-*
rin.tract.de testib. qu.60. *num*.45. *Menoch. de Arbitr.*
Cas.106.*num*.4.
Et ita vtraque recedendo à decisis denegata fuit
immissio in bonis Equitis Philippi.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Lunæ 23. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Quartum Dotale vxori debitum ex dispositione statuti Vrbis ob prædecessum Viri, taxatur nedum ad rationem dotis solutæ, verum etiam promissæ, & non exactæ, factis etiam per maritum diligentijs contra promittentem, & qualiter in Curia sint faciendæ diligentiæ ad hunc effectum?

SVMMARIVM.

1 *StatutumVrbis mandat quartum dotale deberi Vxori ob prædecessum viri, etiam ex dote promissa.*
2 *Lucrum dotale de iure communi non debetur mulieri pro rata dotis non soluta.*
3 *In diligentijs, quæ fiunt in Curia deputantur duo officiales, qui medio Iuramento referre debent, & pars citatur ad videndum fieri relationem diligentiarum.*
4 *Negligentia viri in non exigendo dotem promissum ab alio, quam ab Vxore, eidem non præiudicat, quominus non consequatur lucrum dotale.*
5 *Vxor indistinctè lucratur quartum ex dote, siue fuerit promissa à Patre, siue ab extraneo, siue cum dilatione, siue non.*
6 *Vxor potest imputare marito negligentiam in non petendo dotem promissam à Patre, saltem extraiudicialiter.*
7 *Dotis periculum non spectat ad maritum, si illam nõ exegit, quando fuit à Patre promissa.*
8 *Maritus quando pater dotat, non tenetur nisi pro dote exacta, secus autem quoad lucrum dotale, quod stante negligentia Viri debetur etiam, si dos fuerit à Patre promissa.*
9 *Pater, qui dotem promisit non potest conueniri nisi quantum facere potest.*
10 *Lucrum dotale debetur propter fædus matrimonij, vel in præmium ammissæ Virginatis, & passæ deflorationis, & n.*11.
12 *Confessio mariti asserentis se dotem recepisse in præiudicium ipsius confitentis, & eius hæredum plenè probat,*
13 *Præsertim post eius obitum.*

DECISIO LXVII.

Resolutum fuit coram me die 23. Iunij 1641. relaxandum esse mandatum ad fauorem Catherinæ Lopez siuè eius Cessionarij contra hæredes Laurentij Antiei Viri prò quarto Dotali superlucrato in summa scutorum 1375. constituentibus quartam partem scutorum 5550. ad quam vsque quantitatẽ indipplomate fel. rec. Sixti V. de moderandis dotibus permissæ sunt dotium constitutiones.

Sed quia ex nouis fundamentis in dicta decisione
non deductis, resolutio iterum impugnabatur, hodie
reassumpta disputatione DD perstiterunt indecisis,
cum Iustitia mandati sit clara, tàm ob expressam
Dotis promissionem de qua in capitulis matrimo-
nialibus ab Odoardo Procuratore d. Catherinæ fir-
matis, ibi, *esso Sig: Odoardo promette dare*, quam e-
tiam ob claram dispositionem *Statuti vrbis cap*. 132
1 *lib*.1. volentis quartum dotale, deberi etiam ex do-
te promissa, vt tradunt *Gaspar. Ant. Thesaur.quæst.*
Foren.lib.2.*qu*.75.*Grat.pariter Forens.discept.cap*.666
num.22.*coram Greg.dec*.5.*num*.1.*& decis*. 21.*pariter.*
numer.1. cum alijs per *Adden. ad Buratt. decis*.432.
num.11.

Nec

Nec obstat, quod Odoardus in Constitutione sed promissione huius Dotis prò rata scutorum sex mille assignauerit Laurentio Genero loca Montium 59. tamen factis diligentijs in libris Secretariorum, non fuerint reperta nisi loca 18. in creditum supradicti Odoardi, & ideò cum huiusmodi promissio appareat erronea, & simulata, hæredes sed Cessionarij iuuari non possent dispositione supradicti Statuti, sed imo seruanda sit Iuris Cōmunis dispositio, quo
2 cauetur prò rata dotis non solutæ à muliere lucrū non fieri per *text. in §. illud quoque Auth. de non eligendo secund. Nupt. Natt. cons. 258. sub num. 1. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 17. nu. 35.* & in his terminis, quando Dos fuit à Patre promissa, *text. est. in l. si extraneus ff. de Iur. dot.*

Fuit enim primo responsum diligentias, de quibus Notarius attestatur in perquirendis libris Secretariorum non releuare; Tùm quia Notarius refert se perquisiuisse librum incipiendum à mense Octobris 1624. & finiendum de mense Iunij 1628. quod tamen non concludit negatiuam, cum Odoardus potuerit alia loca acquirere antè, vel postea: Tùm quia fuit omissa forma in huiusmodi actibus requisita; cum nulla præcesserit citatio prò faciendis diligentijs, sed solùm prò extrahendis partitis, & ta-
3 men in diligentijs, quæ fiunt in Curia deputantur duo Officiales, qui medio Iuramento referre debēt & pars citatur ad videndum fieri relationem diligētiarum *Rot. dec. 332. num. 4. par. 2. rec. add ad Gregor. decis. 287. num. 10. sequendo decisionem Caputaq. 265. part. 2.*

Secundo fuit responsum, quod cum dos ista non fuerit promissa per ipsam mulierem, sed per eius Pa-
4 trem, negligentia viri in non exigendo dotem promissam mulieri præiudicare non potuit, quominus ipsa ex dote sibi à Patre constituta, siuè soluta, siuè non, lucrum consequatur, sicut consequeretur si ab extraneo fuerit promissa *Ranchin. in addit. ad Guidopap. dec. 274. post med. vers. vbi autem non mulierem*
5 *Ferrerius ibidem* firmans indistinctè mulierem lucrari quartum ea dote non soluta, siue fuerit promissa à Patre, siuè ab extraneo, siuè cum dilatione, siuè non idem *Guidop. dec. 565. Riminald. Iun. cons. 16. num. 7. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 9. tit. de dot. & donat. proptèr Nupt. sub num. 148.* vbi postquam retulit contrariam sententiam, esse æquitati consonam cum rationabile non videas, vt mulier possit imputare marito, quarè non vrserit Patrem ad solutionem adhæsit tamen huic sententiæ, quando maritus fuit
6 negligens in petendo dotem saltem extraiudicialitèr *Text aut. in l. extraneus*, non loquitur de lucro
7 Dotis, sed de illius periculo, quod ad maritum spectat, si dotem non exegerit, vt explicant *Idem Ferrerius in addit. vbi supra circa med. vers. Nec obstat textus Fontanella de pact. nuptial. claus. 7. gloss. p. 2. num. 48. & 49.* Vndè ex eo textu solum desumi-
8 tur quod maritus, quando Pater dotat, non tenetur nisi, prò dote exacta, quod nihil infert ad sponsalitium, aut lucrum, vt declarat *Fontanell. vbi sup:* dif-
9 ferentia autem est patens, quia in primo casu, cum Pater conueniri non posset, nisi in quantum facere potest, non est imputandum marito, si dotem non exegerit minusque audienda est mulier, si Marito opponatur cum Patrem ad solutionem non vrserit, vbi verò agitur ad lucrum, hæ rationes nihil operantur siuè sequatur opinionem, *Rota apud Achillem dec. 13. num. 5. & 6. de consti.* ponderando, hoc
10 lucrum deberi, ne Vir, & Vxor adimparia iudicentur, siuè Aliorum volentium huiusmodi lucrum
11 deberi proptèr Fædus matrimonij, vt aduertit *Socin. cons. 32. in fin. lib. 3.* siuè demum quamplurium dicentium deberi impræmium amissæ Virginitatis, & passæ defloratiouis hac enim ratione retenta, nihil refert, an Pater totam Dotem, vel partem, soluerit, dummodo causa lucri consisten. in traditione pudicitiæ sequuta fuerit, vt in terminis tradunt *Ant. Faber. in Codic. lib. 5. tit. 7. desin. 1. in fin. Cutell. de Donat. contemplat. matrim fol. mihi 478. nu. 12. latè Fontanell. de pact. nuptial. vbi sup. nu. 52.* vbi post relatam opinionem Senatus in contrarium, firmat sibi magis placere opinionem Ferrerij, & Fabri proptèr rationes supra adductas.

Sed cessat difficultas duobus concurrentibus, vltra quod non versamur in Dote per fraudem assignata genero, sed in dote promissa, pro cuius solutione fuerūt Pariter promissa loca Montium. ibi, *Esso Sig. Odoardo suo Padre promette di dare, &c. cioè scudi sei mila subito contratto il matrimonio in tanti luoghi de Monti*, & sic sumus in terminis statuti deferentis lucrum ex dote promissa, & non soluta ex Iuribus in principio allegatis. Altera quod Laurētius ipse primus Vir confessus fuit se recipisse prò dote scuta sex mille in 59. locis Montium sibi ab Odoardo Socero assignatis, hæc enim confessio in præiudicium ipsius confitentis, eiusque hæredum,
12 plenè probat, vt in his terminis tradit *Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 14. gloss. vnic. par. 2. sub num. 3.*
13 Præsertim post eius obitum, *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. num. 4. vers. Quid si confessio* cum alijs per *Menoch. præsumpt. 12. nu. 67. lib. 3.*

Et ita vtraque &c.

ALBANEN. HÆREDITATIS.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Statutum particulare dum adest in Ciuitate, vel Castro nunquam recurritur ad statutum Ciuitatis dominantis, debet tamen statutum loci subditi specialitèr, & in indiuiduo disponere super casu contingenti ad quem effectum satis est, quod generalitèr loquatur, & sub generalitate etiam casum contingentem comprehendat. Pactum inter fratres initum succedendi super omnibus eorum bonis tanquam continens votum captandæ mortis, & adimens facultatem testandi non sustinetur, & quando per enumerationem specierum factam post genus dicatur, vel non dicatur restricta generalitas antecedens? & quando sub appellatione bonorum mobilium, & immobilium veniant etiam iura, & actiones, & nomina debitorum?

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ex dispositione Iuris sublata sexus differentia equaliter vocantur ad successionem cum masculis.*

2 *Statutum Vrbis cap. 149. lib. 1. vocat solos fratres ad successionem fratris ab intestato defuncti exclusis sororibus.*

3 *Statutum particulare disponens super aliquo casu, dū adest in Ciuitate, vel Castro illud attenditur, non autem statutum Ciuitatis dominantis.*

4 *Declara tamen hoc procedere, quando statutum loci subditi specialiter, & indiuiduo disponit super casu contingenti, secus si solum generaliter loquatur & nihil in specie disponat.*

5 *Statutum Ciuitatis dominantis attenditur quando statutum loci subditi super casu contingenti nihil specialiter disponit.*

6 *Statutum generalitèr loquens est generalitèr intelligendum de quocumque casu, etiam in materia odiosa, & restringibili.*

7 *Statutum reducens successiones ad terminos Iuris cõmunis nulla facta distinctione sexus nequit dici odiosum, sed potius fauorabile, & est latissimè extendendum.*

8 *Casus ad hoc vt dicatur specificè expressus à statuto satis est quod comprehendatur sub generalitate verborum.*

9 *Expressio indiuidua dicitur etiam illa, quæ venit sub generalitate verborum.*

10 *Statutum habens relationem ad ius commune, dicitur propriè, & indiuiduè expressisse omnes casus, qui in corpore iuris continentur.*

11 *Statutum eo ipso quod vocauit generaliter ad successionem fæminam proximiorem, non solum dotatam, sed etiam nuptam extra familiam inclusit.*

12 *Sub appellatione hæredum legitimorum veniunt etiã transuersales, & agnati remotiores.*

13 *Declara hoc procedere in vocatione positiua, secus in dispositione conditionali, in qua sub appellatione hæredis legitimi, veniunt dumtaxat filij, & descendentes, non autem transuersales, nec agnati remotiores.*

14 *Pactum initum inter fratres succedendi inuicem super omnibus eorum bonis, tanquam inducens votum captandæ mortis, & adimens liberam testandi facultatem, omni iure reprobatur.*

15 *Secus autem si pactum sit restrictum ad certa, & particularia bona, nec adimat in totum facultatem testandi.*

16 *Dictio dicti est relatiua, & repetit omnia de quibus supra fuit facta mentio, ac si indiuidualiter fuissent repetita.*

17 *Verba vniuersalia comprehendunt omnia bona contrahentium nihilo penitus excluso.*

18 *Dictiones* tam, & quam, *idem operantur quod dictio* maximè.

19 *Dictiones* tam, & quam, *sunt augmentatiuæ, & ampliatiuæ, & nu.24.*

20 *Dictio* maximè, *est augmentatiua non diminutiua, & exprimit casum magis dubitabilem, nec restringit dispositionem ad species enumeratas.*

21 *Specierum enumeratio facta post genus non restringit generalitatem antecedentem quando species non fuerunt enumeratæ cum aliqua dictione taxatiua, seu limitatiua.*

22 *Pactum succedendi inter fratres initum super omnibus bonis tam paternis, quam maternis, censetur vniuersaliter comprehendere omnia, licet species fuerint enumeratæ.*

23 *Coma, seu punctus succedit loco copulæ.*

25 *Dictiones copulatiuæ ampliant, & faciunt, vt expressio specierum copulatarum censeatur facta gratia maioris declarationis, non restrictiuè.*

26 *Amplia hoc facilius procedere, quando omnia reguntur ab vnico verbo.*

27 *Pactum de succedendo in bonis maternis, viuente matre iniri non potest absque illius consensu.*

28 *Amplia vt tale pactum neque sustineatur ad fauorem piæ causæ.*

29 *Pactum futuræ successionis non potest dici vniuersale quando comprehendit solum mobilia, & stabilia.*

30 *Appellatione bonorum mobilium, & immobilium non continentur iura, nec nomina debitorum.*

31 *Iura, & nomina debitorum constituunt tertiam speciem bonorum.*

32 *Appellatione bonorum mobilium, & immobilium non continentur iura, nec nomina debitorum, quando illorũ expressio facta fuit per dictiones taxatiuas.*

33 *Secus vbi illorum expressio facta fuit per dictiones augmentatiuas* tam, & quam.

34 *Appellatione bonorum mobilium, & immobilium veniunt etiam iura, & actiones quando illorum expressio facta fuit cum dictione vniuersali, omnibus, nisi subiecta materia aliud suadeat.*

DECISIO LXVIII.

Consulta Rota sub die 24. Maij præteriti, coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio super diuisione hæreditatis Francisci de Gallis, ab intestato defuncti, superstitibus Virginia, & Domitilla sororibus, ac Petro fratre, & filijs Antonij alterius fratris, Domini transfundo cum dispositione Iuris,
1 secundum quod, sublata sexus differentia, fæminæ vocantur ad successionem æqualiter cum masculis, vt disponitur in *auth.cessante C de legit. hæred. & in §.si igitur defunctus Auth. de hæred. ab intest. venien.* Dixerunt hæreditatem prò vna parte spectare ad Petrum, prò altera ad filios Antonij alterius fratris, prò alijs verò duobus ad Domitillam, & Virginiam sorores defuncti, & prò totidem immittendas esse in possessione bonorum hæreditariorum defuncti.

Hodie reproposita causa super risdrin coram me in locum d. Eminentissimi subrogato, cum informantes prò filiabus Petri impugnarent decisionem huius causæ, nedum ex capite statuti Vrbis *cap.149*
2 *lib.1.* vocantis solos fratres ad successionem fratris ab intestato defuncti, exclusis sororibus, in decisione, quæ tenidetur reiecto, & confutato, sed etiam ex capite cuiusdam transactionis initæ inter Petrũ, & Franciscum, Domini neutrum obstare dixerunt, & ita standum esse, indecisis.

Quod enim attinet ad statutum Vrbis, dixerunt remanere firmum, & inconcussum fundamentum decisionis, quod illud non habet locum in Castro Gandulphi, quia cum ibi adsit statutum particulare disponens quod huiusmodi successio deferatur ad eos, quibus debita est de Iure Communi, dictum statutum est seruandum, tùm quia statutum Vrbis in alio Capitulo disponit, quod statuta locorum, quæ sunt intra districtum, seruentur in Casibus, in quibus particulariter prouident; Tum quia hoc est conforme dispositioni Iuris Communis à quo statuta recipiunt interpretationem passiuam. Quia
3 de Iure quando in aliqua Ciuitate, vel Castro adest statutum particulare disponens super aliquo casu, statutum eiusdem Ciuitatis, vel Castri attenditur, non autem statutum Ciuitatis dominantis, vt firmãt *Doctr. communitèr in l.omnes populi ff. de Iust. & Iur. & multi congesti in decis., quæ remid.*

Nec viget allegata distinctio, quod hoc procedat, quando statutum loci subditi specialiter, & in diuiduò disponit super casu contingenti, secus esset, si
4 solum generalitèr loquatur, & nihil in specie disponat, vt dicitur esse in hoc casu. Quia statutum Castri Gandulphi solum generaliter prospicit, vt cuicumque decedenti sine legitimo hærede, & absque testamento succedat proximior secundum Ius commune, nec determinat istum casum specialem, quando cum fratre superstite concurrit soror dotata
5 hoc enim casu attenditur statutum Ciuitatis dominantis, & casus contingens, à statuto particulari non decisiuo tamquam omissus, debet decidi, ac terminari secundum dispositionem statuti Ciuitatis dominantis super eodem casu disponentis, vt distinguendo tradunt *Bart. in l.1. num. 41. Cod. quæ sit long. consuet. Socein. Sen. cons.7. sub numer.7. libc.1. Cephal. cons.43. num.26. Rim. Iun. cons.73. nu.6. Decian. cons. 32. num.27. cum seqq, lib.2. Ciarlin. controu. Forens. cap 3. sub num.6. 7., & 8. latè Ciriac. controu. Forens. cap. 477. à num.13. vsque ad 17. Borgnin. decis.42. num.57. par.1. Rot. coram Greg. dec. 269. num.2. & in Perusina* 1

Fideicõ-

fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Cardinali
Pamphilio impress. per Pie. ad stat. Vrb. in ordine de-
cis 8. n. 6. 7. & 8. cum seqq.
Quia pro Responsione Domini dixerunt, quod
6 Statutum generaliter loquens, est generaliter, &
indistinctè intelligendum de quocumque casu suc-
cessionis, etiam in materia odiosâ, & restringi-
bili, vt aduertunt *Hond. cons. 4. num. 59. lib. 1. Surd.*
cons. 553. num. 27. & seqq. lib. 4. Mangil. de imputat. qu.
52. num. 1. & 40. Ideoque cum Statutum d. Castri lo-
quatur generaliter, & per verba indefinita, ibi:
Che qualunque persona morisse senza legitimo herede,
& senza Testamento succeda il più prossimo. secondo
la legge comune, non est restringendum ad vnum
tantum casum, sed intelligendum de omnibus.
7 Eoque facilius, quia dum reducit successores ad
terminos Iuris communis, nulla facta distinctione
sexus, nequit dici odiosum, sed potius fauorabile,
& latissimè extendendum, *Felin. in cap. cum acces-*
sissent sub n. 5. de const. Rot. coram Reuerendissimo Vr-
gellen. dec. 140. n. 2. & 8. & in Bonon. successionis 10.
Ianuarij 1633. coram Reuerendissimo D. meo Merlino
Decano in recent. dec. 167. n. 17. par. 6. Certumque est,
8 quod ad hoc vt casus dicatur specificè expressus,
satis est, quod comprehendatur sub generalitate
verborum *Sard. cons. 143. n. 30. Thomat. dec. 56. nu-*
mer. 199. Rot. in rec. dec. 439. n. 3. par. 2. & coram Re-
9 *uerendiss. Vrgellen. dec. 36. n. 7.* vbi quod indiuidua
expræssio etiam dicitur illa, quæ venit sub gene-
ralitate verborum. Præsertim, quia loquitur etiam
per verba relatiua, ibi: *Succeda il più prossimo se-*
10 *condo la legge comune*; Quæ operatur propriam, &
indiuiduam expressionem omnium casuum, qui in
corpore Iuris continentur, *l. ait Prætor §. 1. vbi*
Doct. ff. de re iud. Alex. cons. 80. nu. 9. lib. 1. Rot. coram
bo: me. Buratt. dec. 61. n. 6. & coram Reuerendiss. Vr-
gellen. dec. 145. num. 19. & dec. 211. num. 5. par. 6.
rec.
Vltra, quod fœminam esse dotatam, necne
non diuersificat casum de Iure comuni, vt in ter-
minis successionis inter transuersales est *Text. ad*
literam in l. 1. C. de legit. hæred. ibi. *Nec huic deroga-*
tur, quod amitas vestras ab auo vestro dotatas esse
proponitis. Et eo ipso, quod statutum vocauit ge-
neraliter ad successionem proximiorem fœminam
non solum dotatam, sed etiam nuptam extra fa-
miliam inclusit *Cephal. cons. 53. num. 86. lib. 2 Gabr.*
cons. 195. n. 3. & 8. post med. lib. 1. cum alijs adductis in
Florentina fideicommissi de Guidaccijs 21. Februarii.
1628. & 5. Decembris 1629. coram R. P. D. meo Du-
nozetto, altera dec. 151. n. 2. & 3 altera dec. 326. nu-
mer. 1. & 2. par. 5. rec.
Nec refert statutum loqui de successore obeun-
ti sine legitimo hærede, qui non est casus noster,
12 cum Franciscus decesserit superstitibus fratre ger-
mano, & filijs alterius fratris, qui sunt legitimi
hæredes *Auth. cessante C. de suis, & legit. hæred.* Pla-
cuit enim responsio, quod dispositio facta, est
conditionalis, ibi *Si quis sine legitimo hærede decesse-*
rit, succedat proximior. In qua sub appellatione
13 hæredis legitimi veniunt dumtaxàt filij, & descen-
dentes, non autem transuersales, nec agnati remo-
tiores, qui venirent in vocatione positiua, *Cuman.*
in l. Gallus §. etiamsi n. 1. ff. de lib. & posth. Gratian. di-
scept. for. cap. 313. n. 1. cum pluribus seqq. & n. 19. vbi
testatur de magis comuni, *Fusar. de substit. q. 339.*
n. 73. & 75. vbi de receptissima omium sebtentia,
et n. 84. vsque ad fin. Guidopap. dec. 457. n. 3. & in ter-
minis Statuti, *Natt. in tract. quod stant mascul. q. 4.*
n. 140. in fin. vsque ad 152. Brun. eodem tract. art. 12.
n. 314. cum seqq. quos refert, & sequitur *Rot. diuers.*
dec. 332. num. 1. & per tot. par. 1. & dec 158. num. 1.
par. 2.
Quo verò ad transactionem licet aliqui ex Do-
minis dubitauerint dictum fuit non substineri, quia
pactum succedendi initum fuit super omnibus eo-
rum bonis stabilibus, & mobilibus, præsentibus, &
futuris, ibi: *Che venendo il caso della morte di cias-*
cuno di essi, vogliono, e si conuengono per modo di
transattione, e concordio, che vno di loro succeda al-
l'altro in detti beni tanto mobili, come stabili presenti
e futuri.
Quod tanquam inducens votum captandæ
mortis, & adimens liberam testandi facultatem
14 omni Iure reprobatur, *l. pactum, quod dotali 15. l.*
licet 19. et l. fin. ibique communiter *doct. C. de pact.*
Curt. Inn. cons. 15. n. 4. et 15. et cons. 25. nu. 1. et 6. qui
de communi testatur *Bart. cons. 212. lib. 1. Paris.*
cons. 26. n. 69. et 103. lib. 2. Menoch. cons. 62. n. 7. et 50.
Peregr. pluribus comprobans *art. 5. n. 24. et seqq. Fu-*
sar. de substit. qu. 308. n. 5. Cyriac. *controu. foreus. cap.*
88. *n. 3. & 6. cum seqq.*
Nec releuat pactum loqui de bonis paternis, &
maternis, ideoque vti restrictum ad certa, & par-
ticularia bona dici nequeat de integra, & totâ
hæreditate, nec adimat facultatem testandi de bo-
nis proprijs, & aliunde quàm à patre, & matre
prouenientibus, proindeque sustineri possit ad no-
tata communiter per *Doctor. ind. l. fin. oltrad. cons.*
139. per tot. Dec. *cons. 224. sub n. 4. vers. primus est ca-*
sus, Tob. *Non. cons. 43. nu. 2. cum seqq. Paris. cons. 36.*
n. 81. et 103. lib. 2. Hond. cons. 40. sub n. 31. vers. con-
firmatur hæc opinio cum pluribus *seqq. lib. 1. Fonta-*
nell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 4. n. 117. & 118.
Rot. in recent. dec 490 n. 8. par. 4.
Fuit enim animaduersum, pactum concipi ver-
bis, ibi: *In detti loro beni tanto mobili, come stabili*
16 *presenti, e futuri*, ponderando illam dictionem
(detti) quæ est relatiua; Ideoque intelligendum es-
se de ijsdem bonis, de quibus supra fuerat facta
mentio, ac si indiuidualiter fuissent repetita *ad l. 1.*
§. hoc edicto vbi Bart. n. 2. ff. de postul. Ruin. cons. 55.
n. 4. lib. 3. Rot. coram Cardinali *Seroph. dec. 584. n. 8. et*
dec. 148. n. 5. par. 6. rec. In capitulo autem præceden-
ti fuerat expresse dispositum de omnibus bonis,
ibi: *In quanto all'amministratione di tutti loro beni,*
tanto paterni, quanto materni, quæ verba tamquam
17 vniuersalia comprehendunt omnia bona contra-
hentium, nihilo penitus excluso, *Marescott. var.*
resol. cap. 72. n. 18. lib. 2. Card Seraph. d. dec. 584. n. 7. et
& seq. Rot. dec. 198. n. 4. par. 6. rec.
Nec dici potest generalitatem dd. verborum re-
stringi ex dinumeratione bonorum paternorum, &
18 & maternorum. Quia cum numeratio specierum
non sit facta cum aliqua dictione limitatiua, seu
taxatiua, sed per dictiones (tàm, & quam) quæ
sunt augmentatiuæ, & ampliatiuæ, vt aduertunt
Crauett. cons. 227. n. 9. in fin. Menoch. cons. 195. n. 7. re-
lati per Rot. dec. 120. n. 1. par. 6. rec. Idemque operan-
19 tur, quod dictio (maximè) quæ est augmentati-
ua, non diminutiua, & exprimit casum magis du-
bitabilem, sed non restringit dispositionem ad spe-
20 cies enumeratas, *Crauett. vbi supra n. 10. loté. Bar-*
bos. de diction. dict. 197. n. 1. & 5. & dict. 399. n. 3. & 6
Rot. dec. 529. sub n. 3. circa med. par. 3. rec. Vtique per
dictam specierum enumerationem factam post ge-
21 nus non fuit restricta generalitas antecedens *iuxt.*
theoricam Bart. *in l. quæsitum 12. § fin. num. 15. & seq.*
ff. de fund. instruct. Cephal. cons. 372. n. 18. & 19. cum
seqq. Surd. cons. 352. n. 14. & 15. Gratian. *discept. fo-*
ren.

ren.cap.921.n.1.& seq.Crauett.cons.227.n.8.& seqq. Afflict.dec.107.n.4.Hieron.Laurent.dec. Auenion.14. n.4.& 5.Rot.dec.366.n.18.par.1.& dec.261.n.3.& 4 par.2.diuers.Greg.dec.257.n.7. ibique additio n. 13. Coccin.dec.444.n.5. & in proprijs terminis, quod communicatio facta inter fratres cum specificatione bonorum hæreditariorum, & paternorum non dicatur ad bona paterna tantum, sed compræhendat omnia etiam non specificata. *Paris.cons.92.lib. 1.per tot.*& signanter *à n.31.vsq.ad fin.qui n. 26.&*
22 27.loquitur etiam de pacto succedendi inter fratres, & ait censeri vniuersaliter compræhendere omnia bona *Grat.discept.foren.d.cap 692 n.50.Rot. coram bo:me.Burat.dec.366 n.3.* vbi quod specificatio bonorum maternorum non restringit, sed censetur adiecta gratia maioris demonstrationis.

Idque facilius est admittendum in nostro casu, quia post illam generalem expressionem, *di tutti i loro beni*, adest coma, seù punctus, & postea
23 subsequuntur alia verba, *tanto paterni, quanto materni*, quæ coma succedit loco copulæ, vt notant *Grat. d.cap.922.n.5.& Rot.dec.261.n.4.par. 2. di-*
24 *uers.* quia etiam dictiones, tàm,& quàm, de quibus *Surd. cons.407.num.4.lib. 3.* cum pluribus alijs per *Fusar.de substit.qu.379.num. 22.* Dictiones autem
25 copulatiuæ ampliant, & faciunt, vt expressio specierum copulatarum censeatur facta gratia maioris declarationis, non restrictiuè, vt ad propo-
26 situm arguunt *Gratian.d.cap.922.n.7.& Rot.d. dec. 261.num. 4.& 5*,vbi *n.3.*ponderat, id facilius procedere, quando omnia reguntur ab vnico verbo, prout in casu nostro ibi; *resti comunemente*.

His accedit, quod respectu bonorũ Maternorum, cum mater de eo tempore viueret, non potuis-
27 set absque illius consensu iniri pactum de succedendo in ipsius bonis per *Text.apertum in l. fin.*C de
28 *pact.Menoch.cons.92.n.9.&* 10. amplia tale pactum nec minus sustineri fauore piæ causæ *Gratian. dis-*
29 *cept.foren.c.470.n.7.Add.ad Buratt.dec.894.n.9. & seqq.*& latè dictum fuit *in Romana, seù Aquilana nullitatis donationis 31.Martij 1631. coram R.P.D. meo Dunozetto*, quæ est *dec.34.par.6.rec.*

Demum nec dici potest pactum non esse vniuersale, ex quo compræhendit solùm mobilia, & sta-
30 bilia, quorum appellatione non continentur Iura, nec nomina debitorum, quæ cõsistitunnt tertiam
31 speciem, *l.quam Tuberonis §.fin.ff.de pecul.l.à Diuo Pio §.in venditione ff.de re ind. Bart. in l.Centurio in 2.qu.princ.vers.item quid sit*, Testator,*ff. de Vulg. & pupil.*obiectum enim procederet si expressio mobi-
32 lium, & stabilium facta fuisset per dictiones taxatiuas, tantùm, vel similes secus vbi prout hic facta fuit per dictiones augmentatiuas, tám,& quàm;
33 Intrat enim responsio superius data, nempè quod dispositio non censetur facta de solis mobilibus,& stabilibus, sed de alijs etiam non specificatis, vltra quod hæc expressio mobilium facta fuit cum dictione vniuersali, omnibus, ibi: *In tutti i loro beni tanto mobili, come stabili*, quo casu appellatione mobilium veniunt etiam Iura, & actiones,
34 nisi subiecta materia aliud suadeat, *Tiraq. de retract.lignag.§.1.glos.7.n.20.cum seqq.* & fuit dictum *in Panormitana pensionis 24 Martij, proximi praeteriti vers.non obstat, quod Creditor coram R.P.D. meo Dunozetto.*

Et resolutum vtraque &c.

PERVSINA LEGITIMÆ.

Luna 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Legitima taxata concorditer à partibus incerta quantitate iuxta illam debetur, non obstante, quod ob eius liquidationem nõ fuerint detracta bona detrahenda, dum non probatur dicta bona in liquidatione fuisse comprzhensa, prout omnia debita præsumuntur detracta, quando in eius liquidatione fuit dictum esse detractum omne id quod vsque ad illum diem erat deducendum, qua occasione traditur, quando compensatio possit allegari, & habeat locum in legitima.

SVMMARIVM.

1 *Apocha cum fuerit ab vtraque parte subscripta,& approbata impugnari non potest, sed est seruanda*
2 *Confessio partis oritur ex apocha subscripta, & ab vtraque parte approbata, qua stante nulla alia sunt partes Iudicis, quam in exequendo.*
3 *Annullatio actus operatur illius resolutionem perindè, ac si non emanasset.*
4 *Pacta, & conuentiones recipiunt interpratationem ex verisimili mente contrahentium.*
5 *Dispositio vbi vnum præsupponit, & aliud disponit non habet locum dispositio,nisi verificetur præsuppositum.*
6 *Legitima debetur filijs absque vlla diminutione*
7 *Donatio sine causa non præsumitur, & ad eam excludendam omnis sumitur interpretatio, & sufficit qualibet leuis coniectura.*
8 *Verbum* omne *est generalissimum, & comprehendit omnia, etiam si alias non includerentur.*
9 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
10 *Compensatio non inducitur nisi parte opponente, ac debitore volente, & n.11.*
12 *Compensatio opposita ante sententiam, & non admissa reddit sententiam iniustam.*
13 *Compensatio vbi post sententiam opponitur, sententiam non impugnat, sed eam implet, & est quædam solutio, & exequtio iudicati.*
14 *Legitima tanquam debita in bonis est creditum speciei.*
15 *Compensatio non fit à specie ad quantitatem, & è conuerso.*
16 *Compensatio pro alterius debito intrare non potest, sed debet allegari hinc inde inter creditorem, & debitorem.*
17 *Legitima licet debeatur in singulis corporibus hæreditarijs, non tamen est ab ijs minutatim retrahenda, sed arbitrio boni viri.*
18 *Facultas eligendi expirat sequuta prima electione.*
19 *Iudex indefinitè condemnans, censetur condemnare prout ius disponit.*
20 *Legitima non potest eligi ad libitum in melioribus corporibus, sed assignanda venit à Iudice in mediocribus.*
21 *Probatio comparatiui resultat ex probatione positiui.*

DECISIO LXIX.

MAndatum Rotale relaxatum ad fauorem Francisci Cantuccij pro legitima illi debita, tamquam hæredi Vincentiæ Cantucciæ in bonis Iosephi Cantuccij senioris in quantitate scutorũ 1312. Domini dixerunt esse confirmandum.

Nam quod attinet ad illius validitatem, vltra, quod non controuertitur satis probatur ex reuolutione actorum, ex quibus apparet concurrere omnia requisita caputaque *dec.260.p.2.*

Iustitia verò manifestè liquet,quia quod legitima sit debita Vincentiæ in dicta quantitate scut.1312. pro qua fuit relaxatum mandatum, apparet ex apocha data *In Summ.Iosephi n.4.*in qua partes detra-

ctis

ctis dettahendis, & excomputatis fructibus, & alijs excomputandis, illam stabilierunt, & liquidarunt in supradicta quantitate, quæ apocha cùm
1 sit ab vtraque parte subscripta, & approbata, non potest impugnari, sed seruanda est, prout latè firmatum fuit *in dec. huius causæ die 26. Septembris 1639. coram R.P.* D. *meo Pentingerio* Inde enim
2 oritur confessio partium, quæ est probatio superans omnes alias probationes, & ea stante, nullæ aliæ sunt partes Iudicis, quam in exequendo *Marsil. singular. 201. n. 1. & 2. Surd. consil. 60. n. 1. Rot. coram bo. me. Buratto dec. 378. n. 3.*

Nec obstat, quod mandatum dicatur excessiuũ sub prætextu, quod ex dicta summa scut. 1312. detracta non fuit rata bonorum emptorum, post mortem Iosephi Senioris, vt partes expresse conuenerant, ne dùm in Instrumento concordiæ cuius vigore fuit actum ibi: *Non comprendendo nella detrattione da farsi di detta legitima li beni acquistati dopo la morte del detto Sig. Gioseppe Seniore, da detti Ludouico, e Gio. Battista posseduti hoggi dal Sig. Gioseppe Iuniore*, Et in apocha Antinori, ad quam se refert apocha liquidatoria, ibi: *Che secondo detta transattione si debono detrahere tutte le compre, che mostrara esser fatte comunemente doppo la morte di esso Sig. Gioseppe Seniore da detti Signori Gio. Batista Ludouico, e Gio. Antonio Cantucci figliuoli del detto Sig. Gioseppe Seniore*, sed etiam in ipsa apocha liquidatoria, ibi, *la legitima della Signora Vincenza si è ridotta al præsente in scudi 1312. de quali però si douranno dedurre quei debiti, e compre, che oltre alle già prodotte p rodurrà il Sig. Gioseppe per tutto il corrente mese di Giugno 1637.*

Quia placuit responsio quod Ioseph non probat, quod dicta bona sint de illis ex quibus detracta fuit legitima Vincentiæ, vt ipse tenetur probare, cum hoc sit fundamentum suæ intentionis, vt firmatur in *dec. emanata die 26 Nouembris 1640. coram R.P.D. meo Peutingero.* Nihil obstante quod huiusmodi onus non legatur, nisi in laudo lato de anno 1618. quod fuit declaratum nullum per tres sententias conformes, ex quo inferebatur, quod in eo vis fieri non potest, cum annullatio actus operetur illius re-
3 solutionem perinde, ac si non emanasset, vt in terminis *Rolan. cons. 76. num. 21. lib. 1. Rimin. sen. cons. 212. n. 40. & 43. lib. 2. Giurb. dec. 55. sub num. 19.* Quia Domini vim non fecerunt in dicto laudo, sed in pacto inter partes facto, quod bona acquisita post mortem Iosephi senioris subducantur ex legitima Vincentiæ, quod pactum dictum fuit aliter intelligi non posse, quam præsupposita eorum comprehensione in calculo hæreditatis, ita suadente tam sub-
4 iecta materia, & natura rei, quam verisimili mente contrahentium ex quibus pacta, & conuentiones recipiunt interpretationem. Nam alia non potest assignari ratio, ita paciscendi, nisi quia legitima detrahi non poterat ex dictis bonis, cum non sint hæreditaria Iosephi senioris, ex cuius bonis legitima debetur, hoc autem in necessarium antecedens præsupponit dicta bona fuisse compræhensa in calculo hæreditatis quando legitima fuit liquidata in supradicta quantitate, & consequenter vt subductio locum habeat, debet probari supposita qualitas comprehensionis, quia vbi dispositio vnum præsuppo-
5 nit, & aliud disponit, non habet locum dispositio, nisi verificetur præsuppositum *glos. in l. mancipia in verbo auocandum C. de seru. fugit. Cur. iun. in l. prima 2. ff. si cert. pet. Felin. in cap. nonnulli num. 34. vers. amplia istam de rescript. Rom. sing. 495. & ibi Add. Surd. cons. 179. num. 39. & cons. 400. num. 19. Becc. cons. 53. n. 8 & seq. lib. 1.* Alias si dictũ pactum aliter intelligeretur magnum sequeretur absurdum, quod Ioseph posset prætendere quascumque emptiones esse detrahendas, & sine vlla rationabili causa legitima Vincentiæ, nedum diminuere, sed in totum absoluere cõtra omnem iustitiam, secundum quam filijs debetur
6 legitima integra absque vlla diminutione *l. scimus, l. omnimodo C. de inoff. testam.* & contra verisimilem mentem contrahentium, quos non est credendum intellexisse detrahere ex legitima ratam dd. emptionum, nisi cum præsupposito, quod fuerint erroneè computatæ in ratione legitimæ. Alias enim induceretur inanis iactatio sui, & sine causa donatio, si absque causa consensissent posse indistinctè detrahi ex legitima cuiuscumque generis emptiones, ad
7 quam excludendam omnis semper sumitur interpretatio, & sufficit quælibet leuis causa, & coniectura *l. cum de indebito ff. de probat. latè Tiraq. in l. si vnquam in verbo Donatione largitus num. 206. cum seqq. C. de reuoc. donat.*

Minus facit quod in dicto mandato non fuerit excomputata, & compensata partita scut. 508. soluta à Iosepho de Cantuccijs Io. Antonio Patri Francisci, pro quibus fuit contra ipsum relaxatum aliud mandatum Rotale, quia Domini censuerunt dictam partitam fuisse excomputatam in apocha liquidatoria, quia cum in ea dicatur fuisse deductum omne id, quod vsque ad illum diem erat deducendum, hoc pernecesse supponit fuisse etiam deductam istam partitam, quæ partibus erat benè nota, ponderando illud verbum omne, quod est generalissimum, &
8 compræhendit omnia, etiamsi alias non includerentur, vt firmatur in decisione D. mei Peutingerij de anno 1641. & alios allegat *Barbos. de dict. dict. 241. num. 1. 3. & seqq.*

Eoque facilius Domini iuerunt in hanc sententiã, quia in dicta apocha reseruatæ fuerunt emptiones & debita, quæ vltra iam producta produxisset Ioseph, quæ reseruatio indicat omnia alia fuisse deducta, alias verisimile est quod dictam partitam reseruassent, sicut dictas emptiones, & dicta debita reseruarunt, si deducta non fuisset *l. quæsitum §. Denique, & ibi glos. in verb. non potest ff. de fund. instruct. Crauett. cons. 214. num. 13. Ciriac. contron. 55. num. 2. & seqq. Rot. coram Greg. dec. 257. num. 4.* cum alijs allegatis *in decis. de anno 1641.*

Et quicquid sit an ista deducta fuerit, hinc tamen non destruitur validitas mandati, quia compensatio ante illius relaxationem opposita non fuit, & per consequens mandatum redargui non potest, ex eo quod Iudex dictam partitam non compensauerit,
10 quia compensatio ad hoc vt habeat locum debet opponi, cum alias Iudex non possit de ea vaticinari, vt inquit *Tindar. de compensat. art. 6. num. 62. vers. quinto illud Magon. decis. Florent. 5. num. 2. & 3.* hinc
11 recepta est apud omnes conclusio, quod compensatio non inducitur, nisi parte opponente, ac debitore volente, vt probat *Text. in l. 2. ibi si paratus est compensare ff. de compensat.* & ita tenent DD. communiter, sic enim tenet *glos. prima in l. si constat, & ibi Bart. de compensat. glos. in §. bonæ fidei in verb. compensatio instit. de act. vbi Dyn. Nicol. de Neapol.* & alij quos citat, & sequitur *Ias. num. 77.* vbi latè, & de communi testatur. Et ita etiam voluerunt *Azo. Pet. Cyn. Bart. speculat. Bald. Salicet. Corn. in locis allegatis per Tiraquel. in l. si vnquam in verb. reuertantur nu. 15 C. de reuoc. donat. Rot. Bonon. apud Beninten. dec. 37. num. 22. & seqq. Surd. dec. 117. num. 4. & dec. 191. n. 13 & duob. seqq. & Rot.* hanc opinionem perpetuo tenuit nempè inter *diuers. decis. 69. num. 10. par. 4. & in recen.*

recen.dec 433.num. 4. par. 2. & dec. 703. num. 1. post med. par. 3. & dec. 334. num. 17. par. 5. & coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 235. num. 8.

Et quatenus hodie opponeretur non obstat validitati, & Iustitiæ mandati, quia licet sententia remaneat iniusta, & reuocanda quando ante illius
12 prolationē cōpensatio opponitur, & non admittitur, secus tamen est quando post sententiam opponitur, quia illo casu compensatio sententiam non
13 impugnat, sed eam implet, & est quædam solutio, & exequutio iudicati, & sententiæ *Bald. & Salicet. in l. 2. C. de compensat. quos citat, & sequitur Felin. in cap. suborta num. 2. de re iudic. & in cap. cum Io. n. 52. de fid. Instrum. Surd. dec. 191. num. 7. & Rot. coram Card. Seraph. dec. 814. sub num. 3. & inter diuers. decis. 854. sub num. 4. par. 4.*
14 Immò omnis compensatio videtur exclusa, tum quia legitima tanquam debita in bonis, est creditū speciei, non compensabile cum credito Iosephi, quod in quantitate consistit, quia compensatio non
15 fit de specie ad quantitatem nec è conuerso *l. si conuenerit ff. de pignorat. act. Surd. cons. 112. num. 55. Bart. decis. Bonon. 86. num. 42. Rot. coram Cardinali Seraphino dec. 1455. num. 5. & coram bon. mem. Coccino decis. 65. num. 4. & in recen. dec. 405. num. 17. par. 5. & in* indiuiduo huius legitimæ fuit decisum *in Perusina pecuniaria 5. Nouembris coram R. P. D. meo Carillo.*

Tum quia creditum Iosephi est contra hæredem Ioannis Antonij Cantuccij patris Francisci, pro cuius debitis ipse non tenetur de proprio, cum sit illius hæres cum benef. l. & Inuentarij, legitima verò petitur à Francisco non ex persona Patris, sed ex
16 persona Vincentiæ, & sic cum non sint hinc indè creditores, & debitores compensatio pro debito alterius intrare non potest *Surd. cons. 69. num. 12. & cons. 327. num. 39. Corn. cons. 288. nu. 4. vers. Nec cadit compensatio lib. 1. Seraph. dec. 1214. num. 1. & Rot. in recen. dec. 634. num. 9. par. 1. Buratt. decis. 325. numer. 8. & 12.*

Denique non obstat quod mandatum dicatur nullum ex quo fuit decretum ad effectum illud exequendi in tot bonis hæreditarijs Vincentij senioris, quot ascendant ad scut. 1312. pro satisfactione legitimæ Vincentiæ, quod dicitur non potuisse relaxari, resistente, tam conuentione partium, quæ conuenerunt, quod legitima assignaretur ab hominibus hinc inde eligendis, quam dispositione Iuris, secundum quod licet legitima debeatur in singulis
17 corporibus hæreditarijs, non tamen est minutatim detrahenda de vno quoque corpore, sed ex vno, vel pluribus arbitrio boni viri, ne alias vniuersi Patrimonij substancia dilacerari contingat *Pereg. de fidei. art. 36. num. 74. Puth. dec. 410. lib. 1. in correct. Rot. dec. 235. sub num. 1. par. 4. recent.*

Quia quod attinet ad conuentionem partium vltra quod facultas hominum non respicit electionem, & qualitatem bonorum, quæ hodie controuertuntur, sed solummodo diuisionem, & consecutiuam consignationem illorum, vt patet ex lectura *in Summar. Iosephi num. 3. ibi tutti li beni hereditarii lasciati dal Signor Gioseppe Cantucci seniore da diuidersi, e consignarsi da gl'huommi da elegersi, &c.*
18 Responsum fuit quod sequuta electione hominum, & per ipsos lato laudo de anno 1618. Ioseph illud exequi noluit, vnde aut per primam electionem, & subsequutum arbitramentum quamuis nullum, cessauit, etiam facultas *Signorol cons. 88. nu. 3. Rot. dec. 678. num. 3. par. 2. rec.* aut saltem cessauit ex eo quia ijdem homines iam obierunt, itaut non possit amplius nouum proferre iudicium *in fin. §. fin autem C. de contrahen. empt. ibi glos. verb. pro nihilo.*

Quo verò ad dispositionem iuris dictum fuit mandatum illi non aduersari, quia dum Iudex in eo mandat tradi, & consignari fratribus de Cantuccijs tot bona Iosephi senioris quot ascendant ad sum-
19 mam legitimæ, intelligitur eo modo, quo fieri debet, cum Iudex condemnare censeatur, prout ius disponit, eiusque mens talis semper interpræteretur, qualis esse debet, & iuris ratio persuadet, vt in puncto *Aym. cons. 74. num. 9. Mantic. dec. 281. num. 3. & dec. 349. num. 5. & Greg. dec 74. num. 7. & seq. cum alijs adductis in Anconitana Censuum 11. Decembris coram me §. quia quoad ratam.*
20 Quæ verò dicuntur de executione quod fuerit facta in vno ex prætiosioribus prædijs, quod fieri non poterat, cum hæres non possit ad sui libitum eligere legitimam in melioribus Corporibus, sed assignanda sit à Iudice in mediocribus *Aretin. cons. 155. num. 7. post med. vers. prædicta non licuit iuncto vers. ergo non licuit quem sequitur Peregr. de fideicom. art. 36. num. 28. Crass. de success. in verb. legitima quæst. 16. num. 14. Surd. dec. 316. num. 18. Rot. post Merlin de legit. dec. 113. num. 2.* visa sunt non esse præsentis inspectionis, cum hodie non agatur de validitate executionis, sed de mandato, an scilicet sit confirmandū, vel infirmandum, vltra quod etiam non probatur qualitas aliorum bonorum, prout esset opus ad effectum, vt apparere posset, an prædium executatum
21 sit prætiosius, quia probatio comparatiui resultat ex probatione positiui, *Ancbar. cons. 215. numer. 6. vers. Decimo.*

Et itaque.

RECANATEN. MANVTENTIONIS.

Veneris 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Testator quando fecit aliquem hæredem vsufructuarium omnium suorum bonorum, & eo mortuo aliū fecit hæredem proprietarium, tunc statim mortuo vsufructuario directè transfit vsusfructus in proprietarium, & multa deducuntur circa materiam, quando quis dicatur tantum institutus hæres in vsufructu, & quid si hæres proprietarius prædecedat vsufructuario?

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuario mortuo manutentio conceditur proprietario, ipsiusque hæredi, & hæredis hæredi, quoad vsufructum.*
2 *Vsufructuario mortuo possessio naturalis consolidatur cum ciuili, quæ est penès proprietarium.*
3 *Vsufructuarius hæres dicitur ille, qui talis à testatore fuit in testamento vocatus.*
Et ex quo testator vsus fuit verbis vti, & frui.
4 *Institutus, quando quis fuit vita durante ex hoc apparet, quod fuit institutus hæres vsufructuarius.*
5 *Remissionem confectionis Inuentarij, & cautionis de bene vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, indicant solum vsufructum fuisse relictum, & quidem formalem.*
6 *Prælegatum alicui factum demonstrat illum non esse hæredem proprietarium, sed vsufructuarium.*
7 *Obseruantia declarat verba testatoris quatenus sint dubia, n. 8.*
9 *Hæres institutus post mortem vsufructuarij etiam viuente vsufructuario, adhuc dicitur hæres in proprietate.*
10 *Et ista est æquior, & communior opinio.*
11 *Id enim censetur factum non ad differendam institutionem in proprietate, sed ad euitandas molestias, quæ à proprietario vsufructuario inferri possunt.*

12 Ha-

12 *Hares vsufructuarius legata annua soluere tenetur.*

13 *Verba impersonaliter probata ad certam personam non possunt adaptari.*

14 *Fideicommissarius debet capere hereditatem de manu heredis grauati.*

15 *Hares proprietarius capit possessionem bonorum de manu haredis vsufructuarij non iure fideicommissi, vel transmissionis, sed iure deuolutionis, seu consolidationis absque vlla traditione.*

16 *Dominus directus petens manutentionem ex capite deuolutionis, siue caducitatis, non ita facile auditur, sicuti proprietarius defuncto vsufructuario.*

17 *Vsufructu finito per mortem vsufructuarij non potest denegari manutentio proprietario.*

Vsusfructus est ius personale coharens persona, & extinguitur cum persona, & consolidatur cum proprietate, num. 17.

18 *Possessio iure familiaritatis tunc prasumitur, quando alius titulus excogitari non potest.*

19 *Possessio iure familiaritatis ad obtinendam manutentionem nihil suffragatur.*

20 *Vsufructuarius habet tantum naturalem possessionem, qua non est manutenibilis ad fauorem haredum, ad quos transire non potest, & num. 21.22.*

23 *Possessio ciuilis semper remanet penès proprietarium.*

24 *Vsufructuarij morte statim secuta ipso iure, & eodem momento vtraque possessio residet penès proprietarios, qui illicò incipiunt possidere naturaliter absque alio ministerio hominis, & n. 25.*

26 *Proprietarius statim mortuo vsufructuario incipit possidere non per viam noua possessionis, sed per viam continuationis.*

27 *Possessio posterior, & turbatiua non est manutenibilis.*

28 *Interesse non habens in causa non est audiendus.*

29 *Priuilegia pro retentione crediti dotalis non transeunt ad heredes extraneos.*

30 *Retentio pro credito dotali competit etiam haredi extraneo, secundum aliquos, & num. 32.*

31 *Priuilegium retentionis competit etiam singulari successori, & num. 32.*

33 *Hares extraneus non facit fructus suos pro tempore retentionis crediti dotalis, sed tenetur restituere, vel in computum sui crediti excomputare.*

34 *Beneficium retentionis non datur sine possessione.*

35 *Retentio multo minus datur, quando possessio non est vacua, sed ab alio occupata.*

36 *Vidua quando constat ad eius manus peruenisse ingentē pecuniarum summā ex substantia viri prasumitur de sua dote satisfacere, si sit aquiualens doti.*

37 *Probationes qua non sunt in actis non habentur in consideratione.*

38 *Retentio non datur quando creditum est turbidum, & illiquidum.*

DECISIO LXX.

MArmilius Massuccius in Testamento sub quo decessit, relicto vsufructu totius hereditatis Cinthiæ vxori, post eius mortem nominauit sibi hæredem vniuersalem Antonium Massuccium germanū fratrem in hæc verba. *In omnibus autem bonis stabilibus, mobilibus, & semouentibus &c. relinquo volo, & nomino meum vniuersalem haredem proprietarium post mortem supradicta mea vxoris haredis vsufructuaria, D. Antonium Massuccium meum fratrem germanum ex latere Patris &c. & decedente d. Antonio sine filys, & filiabus legitimis, & naturalibus, d. mea hereditas transferatur ad infrascriptos meos haredes fideicommissarios, hoc modo, videlicet, medietas totius hareditatis ad D. Iulium Monaldum meum Nepotem carnalem ex D. Liuia mea sorore dilectissima, & alia medietas totius ad D. Flauianum Constantinum meum nepotem ex D. Semidea mea nepte, & alia medietas ad omnes filios tam masculos, quam faminas D. Simona Patronicchia mea sororis &c. Summar. Monaldi num. 1.*

Decessit Testator, & Antonius hæreditatem adiuit, quam deindè, decedente Antonio sine filijs, adiuerunt Iulius Monaldus Iulij filius, & Io. Baptista Constantinus, alijque dictorum substitutorum hæredes. Obijt postremo Cinthia, condito Testamento, in quo hæredes sibi scripsit Mariam Alemannam neptem, & vxorem Equitis Benedicti Massucci, ijsque defunctis Aurelium, cæterosque filios masculos nascituros ex eis, & prætendentes hæredes Marmili per obitum Cinthiæ fuisse extinctum vsumfructum, obtinuerunt ab Ordinario Recanaten. mandatum de manutenendo in possessione bonorum hæreditariorum d. q. Marmilij *d. Summ. num. 5.* quæ manutentio eisdem fuit etiam concessa ab A.C. in secunda instantia. Tandem causa commissa in Rota cum facultate manutenendi quem de iure, & hodie disputato dubio, cui esset dandum mandatū de manutenendo, DD. dixerunt illud esse concedendum Thomæ Monaldo, Ioanni Baptistæ Constanti-
1 no, alijsque hæredibus substitutis a Marmilio, quia
post obitum vsufructuarij manutentio conceditur
proprietarijs, vt probant *Natt. cons. 419. num. 2. & 3 Bero. cons. 60. num. 27. lib. 1. Menoch. cons. 139. num. 16. in fin. lib. 2. Aldouin. cons. 76. num. 25. Valasch. decis. lusitan. 76. sub num. 9. par. 1. Rot. in recent. dec. 258. nu. 2. in fin. par. 4. & decis. 359. num. 2. par. 5.* Ipsorumque hæredibus, & hæredum hæredibus, vt firmat *Cassan. ad Consuetud Burgund. in tit. de succes. §. le mort saisit le vif. sub num. 6. in verb. dico plus vers. haredes mariti fol. 894. Tiraquell. tract. le mort saisit le vif p. 3. declar. 1. num. 8. vers. aut eius hares. Rot. in recent. d. decis. 359. num. 3. par. 5. & apud Postb. de manut. decis. 293. num. 2. in fin.* Ea scilicet ratione, quia mortuo
2 vsufructuario, possessio naturalis consolidatur cum
ciuili, quæ est penès Proprietarium, & eius hæredem, attrahens ad se naturalem *Giurb. cons. 56. n. 6. Peregr. dec. Patauin. 127. num. 5. & 7. Cardin. Mantic. decis. 167. num. 7. Rot. in recent. decis. 203. num. 6. par. 3. & decis. 515. num. 3. & 4. part. 4. decis. 240. num. 3. part. 6.*

Nec dubitari potest, quin Cinthia fuerit dumtaxat vsufructuaria; hoc enim visum fuit Dominis
3 satis apparere, tàm ex eo quod Cinthia sæpiùs fuit
à Marmilio in illius Testamento vsufructuaria denominata *l. si alij fundum, cum ibi notatis ff. de vsu, & vsufruct. legat.* & Testator vsus fuit verbis, vti, & frui, *l. 1. & l. 7. ff. de vsufruct. Bellon. cons. 6. num. 4. & 5. Bertazzol. cons. ciuil. 4. num. 24. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 146. num. 11.* Quam etiam quia institutio fa-
4 cta fuit, vita durante, quod pariter indicat restrictio-
nem ad vsumfructum, vt aduertit *Rot. in recent. decis. 162. num. 3. par. 2. & dec. 535. num. 5. par. 4:* & fuit dictum *in Mutinen. Dotis 16. Ianuarij 1641. coram Illustrissimo D. meo Patriarcha Panzirolo.*

Et huic intellectui consonant, tum remissio confectionis inuentarij, & cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni Viri, quæ remissio tanquam non
5 conueniens hæredi proprietario, indicat solum
vsumfructum fuisse relictum, *Misinger. obseruat. cen. 5. obseruat. 38. num. 3. Thesaur. iun. quæst. forens. lib. 1. quæst. 54. num. 5. Modern. Eugubin. controuers. forens. 47. n. 12. Rot. in recent. dec. 667. num. 4. par. 2.* & quidem

formalem *Caphal.conf.37.n.24.Odd.conf.91.n.41.& 42.Rot. in Romana Apothecæ Profumeriæ* 11. *Martij* 1615.*coram bo:me: Vbaldo Seniore, & in d. Mutinen. Dotis coram D. meo Patriarcha Panzirolo*. Tum prælegatum auri, & argenti, ac Margaritarum factum Cinthiæ, quod demonstrat illam non fuis-
6 se proprietariam, cum proprietario à se ipso prælegari non possit, nè sui ipsius debitor efficiatur *l. plane 24.§.si duobus & l. legatum 119.§.1.ff.deleg. 1. Bero.conf.40.num.60.lib.1.Surd.dec.250.nu.3. sanct. mem.Greg.XV.dec.206.n.3.* Et denique obseruantia subsequuta, quia Cinthia semper se gessit pro vsufructuaria, aliosque in hæredes proprietarios agno-
7 uit ne dùm verbis, sed etiam factis soluendo eis scuta 300. ex vsufructu sibi relicto, emendo à dictis hæredibus nonnulla bona hæreditaria sub expressione, quod erant hæreditaria q. Marmilij, & ad venditores tamquam Proprietarios spectabant eisdemque intimauit, vt tanquam Proprietarij lites & hæreditatem defenderent *d.Summ.n.3.&* 4. quæ
8 obseruantia declarat verba Testamenti quatenus essent dubia, vt in terminis *d. Modern. Eugubin. de controu.47.num.14.Rot.in rec.d. dec. 663. num.6.par tr 2.*

Nec referri dictum fuit, quod Antonius fuerit
9 institutus heres post mortem Cinthiæ vsufructuariæ. Quia non propterea desijt esse hæres proprietarius, etiam viuente Cinthia *Laderch.conf.57. n.1.Fucchin.contr.Iur.lib.4.cap.16.circa fin.vers. ego priorem Odd.conf.91.num.21.*vbi testatur de æquiori
10 & communiori *Card.Caual.dec.310.n.1.Rot.in Romana hæreditatis de Vanninis* 17.*Februarij* 1606.*coram Marcomontio, quæ est in rec. dec. 162. num.1. & seqq.par.2.& in Tudertina bonorum* 2.*Aprilis* 1606. *coram Sacrato,& in Auenionen.vsusfructus* 18.*Martij* 1634. *circa fin. vers. Idroque benè intrat coram R. P. D. meo Ghislerio* Idem enim censetur factum,
11 non ad differendam institutionem in proprietate. sed ad euitan.molestias, quæ vsufructuariæ à Proprietario inferri possent, vt aduertunt *Paris. conf. 97.n.1.2.& 3.lib. 3.Bursat.conf. 245.num. 4. lib. 3. contr. var.resol.lib.2.cap.2.sub num.5.Gaill.pract. obseruat.lib.2.obseru.143.n. 4. Gratian. discept. forens. cap.628.n.40.Rot.in rec.dec.162 sub num.1 pur.2.& in supracitata Mutinen.Dotis coram Illustrissimo D. Patriarcha Panzirolo, & latius in Cameriuen. hæreditatis 2. Februarij 1631. coram bon. mem. Merlino impress. in recent. decis. 22. num. 7. & per tot.parte 6.*

Minusque refragatur onus iniunctum Cinthiæ soluendi Proprietarijs annua scuta 300. hoc enim maximè conuenit vsufructuariæ vniuersali, quæ
12 legata annua debet, vt declarant *Borgnin.de vsufruct.num.221.cum seqq.Pic.in l.Titiu §. Titia q.90. n. 153.de leg.2.Rub.Alexand.conf.158.num.2.Bellon conf.7.sub num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt.143.num.18.Gratian. discept. foren. cap. 294. num.1.& 2.Surd.dec.193.num.1.& Thomat.dec.106. num.7.*

Quod autem Testator voluerit bonorum restitutionem fieri ab vsufructuaria, visum fuit in facto non iustificari; Testator enim solùm disposuit, vt Proprietarij reciperent bona talia, qualia reperirentur de tempore obitus Cinthiæ, & vt taciti essent de quacumque bonorum restitutione, sed non expressit, quod restitutio fieri deberet à Cinthia,
13 ideoque dicta verba tanquam impersonaliter prolata referri non possunt ad certam personam *l.stipulatio ista §. si quis ita ff.de verb.oblig.& in l.fin. ff. si cert.pet.vbi communiter scribentes Burat.dec.443.*

num.3. Sed intelliguntur prout de Iure rep. rum *Dilectus de consuetud.*

Hinc non adaptatur exemplum de fideicommissario præfuncto hæredi grauato, qui capere de-
14 bet possessionem de manu hæredis, quia Cinthia
15 non fuit grauata, nec hæredes Proprietarij præ defuncti capiunt vsumfructum iure fideicommissi, vel transmissionis, sed iure deuolutionis, seù consolidationis, vt considerat *sess.dec.Aragon.25.n. 70. Rot.in rec. d. dec. 22.n.20.par.2.* Ad hoc autem necessaria non est aliqua traditio, vt firmant *Thomat. dec.118.n.9.Rot.coram Mantic.dec.167.num. 7. & in Anconitana bonorum 3. Iunij 1628.coram bon.mem. Merlino.*

Minusq; congruit simile Domini directi petentis manutentionem ex capite deuolutionis, siuè caducitatis, quia cum in d. casu possit de facili cadere dubitas super huiusmodi deuolutione, seù ca-
16 ducitate, manutentio de facili non conceditur, quæ tamen Proprietario concedi debet absque vlla hæsitatione post obitum vsufructuarij, cum indu-
17 bitatum sit vsumfructum veluti Ius personale cohærens personæ extingui per obitum vsufructuarij, & consolidari cum proprietate *§ finitur instit. de vsufruct.& l.antiquitas §.tales altercationes, & l. corruptionem §. sed neque C. de vsufruct. & habit. Thesaur.tun.controuers.forens.lib. 2.qu.96. sub nu.4. & 6.Franc.Marr.dec.864.per tot.par.1.Rot.coram bo: me: Coccino dec.291.n.3.& in Anconitana Pradij 19. Iunij 1634.coram bo: me: Merlino, quę est dec. 291. n.1.par.7.recent.*

Eoque facilius Domini in hanc sententiam descenderunt, quia Maria Alemanna, cæterique Cinthiæ hæredes, non probant se esse in possessione bonorum hæreditariorum Marmilij. Aut enim fundant se in possessore habita promiscuè cum Cinthia, ipsa viuente, & cum ex supra deductis, Ma-
18 ria nullum super illis Ius haberet possessio hæc censetur Iure familiaritatis, *l.quæ Iure familiaritatis ff.de acquir.possess.Valasc.consult.180.n.7; tom.2. Surd.conf.160.n.17.Rot.coram bo:mem: Coccino dec. 180.n.5.& dec. 239.n. 2.* Quæ nullius est momenti
19 ad effectum obtinendi manutentionem *Rot. coram eodem Coccino dec.479.n.6. Reuerendissimus Vrgel. gellen.dec.40.num.7.*

Vltra, quod Cinthia tanquam vsufructuaria ha-
20 bet solum possessionem naturalem *Honded. conf. 18.n.47.lib.2.Grauell.dec.Dolan. 37. n. 12. Rot. post*
21 *Pacific.de Saluian.interd.dec.156.n.4.* Quæ non
22 manutenibilis ad fauorem hæredum, cum statim sequuto ipsius obitu expirauerit, nec ad hæredes transire potuerit, *§.finitur Instit.de vsufruct. Menoch.conf.201.n.36.fab.de Anna conf.113.n.19.lib.2. Ianur.conf.59.n.32.Borr.dec.172.n.29.*

Aùt verò fundant se in possessione acquisita post obitum Cinthiæ, & hęc pariter suffragari non po-
23 test. Quia cum possessio Ciuilis, semper fuerit penès Proprietarios *Pontan.de spol lib.1.sub.n. 140. vers.translata tamen ciuili Cyriac.controu.forens. cap.243.Valasch.d.dec.79.n.9.par.1.Mantic.dec.167.*
24 *num.7.* Et sequuto obitu Cinthiæ per viam consolidationis ipso Iure, & eodem momento vtraque possessio resederit penès Proprietarios, proindè
25 illico cæperunt naturaliter possidere absque hominis ministerio *Aldocin.conf.76.n.24.Rosental. de feud.cap.10.concl.4.n.57.in fin.& nu.58. Fontanell. de pact.nuptial.claus.4.glos.2.n.34.35.& 36. Gratian.discept.forens.cap.779.sub n.5.sess.dec.Aragon.25. n.78.Magon.dec.lucen.4.num. 20. Rota in Ferrarien. manutentionis 28.Ianuarij 1641. coram bon.mem. Pi-*

rona-

ronano, verf. nam vltra, quod flatuti prædicti dispofi-
26 *tionem* Et quidem non per viam nouæ possessionis
sed per viam continuationis, *Rot. post Post. de ma-*
nut.dec. 119.*num.* 5. vtique quælibet alia possessio
tanquam posterior, & turbatiua non est manutenibilis
*Rot.coram Card.Caual.dec.*2.*n.*2. *coram Sanct.*
*mem.Greg.dec.*171.*n.*1. *cum pluribus adductis in d.*
Ferrarien.manutentionis .

Nec pariter obstare potest exceptio caducati fideicommissi, quia de ea hæredes Cinthiæ vsufru-
28 ctuariæ excipere non possunt, tanquam carentes
interesse ex adductis *per Ruin.conf.* 129. *n.* 1. *lib.* 2.
*Aimon.tun.conf.*230.*num.*20.*lib.*2.*Greg.XV.dec.*118.
*n.*5.*& dec.*410.*n.*6.

Demùm nullum visum fuit posse fieri fundamentum super exceptione retentionis ratione crediti Dotalis. Quia siuè sequamur opinionem vo-
29 lentium priuilegium retentionis non transire ad
hæredes extraneos, vt sunt hæredes Cinthiæ, quam tenuerunt *Mier.in Constit. Cathalon. super tit. solut. matrim.n.*24.*&* 79.*& ibidem Desput.in add.num.*39. *Cancer.var.resolut.cap.*9.*de Dote, & donat.propter nupt.n.*35.*&* 36.*Grat.discept.forens cap.*143.*n.*43.*&* 44.*Thesaur. tun.quæst.forens.*5.*n.*5.*lib.*1. vbi testatur sic in senatu Pedemontano fuisse decisum, & concordantes decisiones refert. Siuè sequamur contrariam opinionem asserentium d. priuilegium
30 transire etiam ad extraneos, quam latè tuentur
*Caualcan.de vsufruct.mulier.relict.num.*201. *Cephal. conf.*98.*n.*32.*Costa de port.rat.quæst.*58. *nu.*3. *Franc. Marc.dec.*181.*par.*1. *Gramm. dec.* 92. *n.* 19. *&* 20. *Cancer.*licet in contrarium allegetur *var.resolut.capit.*9.*tit.de dot.& donat. propter nupt. n.* 61. Dicens
31 hoc esse indubitatum, cum Ius retentionis transeat
in singularem successorem *Fontanell.* pariter in contrarium allegatus *claus.*7.*glos.*3.*par.*7.*sub nu.*2. *vers.fuit enim condemnatus*. Referens ita fuisse iudicatum in Senatu Cathaloniæ, eidemque opinioni videtur adhæsisse *Rot.in Romana Casalis Aguzzani* 2.*Iunij* 1640.*coram R. P. D. meo Rayas vers. nati ex eo*, vbi infirmatur Sententia alias lata, ex eo potissimum fundamento, quod concesserat Immis-
32 sionem illis de maximis non obstante retentione
quæ competebat Alexandræ, & ex eius persona PP. S. Siluestri, & Garauinis (qui tamen erant extranei) pro Dote sibi super d. Casali assignata. Cum hac tamen distinctione, quod hæres extraneus
33 non facit fructus suos pro tempore retentionis, sed
tenetur, vel illos restituere, vel in computum sui crediti ex computare, vt distinguendo tradunt *Cancer.*loco supra citato *d. n.*61. *vers. Ad extraneum tamen hæredem dictum ius retentionis transire censeo, sed Ius faciendi fructus suos non transire opinor*, quod idem repetit *Fontanell.* loco pariter supracitato, ibi, *fuit enim condemnatus hæres extraneus ad restituen. fructus perceptos a die mortis Viduæ, soluta tamen.prius Dote* concedendo per ea verba retentionem hæredi, donec restitutio esset facta.

Quicquid enim sit de istis opinionibus, fuit pro responsione animaduersum satis esse, quod ex supra deductis appareat hæredes Cinthiæ nunquam pos-
34 sedisse, ad hoc, vt excludantur à beneficio reten-
tionis, quæ sine possessione non competit *Vincent. de Franch.dec.*527.*n.*11.*Rot. apud Posth.de manut.de-*
35 *cis.* 140. *n.* 10. multoque minus quando possessio
non est vacua, sed ab alio occupata, proùt hic latè *Gratian.discept.forens.cap.*700.*n.* 35. *Anton. de Amat.* plures referens *resolut.*37.*n.*66.*Cartar.dec. Fanuens.*73.*n.*11.*Magon. dec.lucen.* 64. *n.* 13. *Cornazan.dec.*57.*n.*22.*Vinius dec.*317.*n.*5.

Cessatque difficultas, quia ex datis in *Summ.Monaldi n.* 9. Constat ad manus Cinthiæ peruenisse
36 ingentem pecuniarum quantitatem credito Dotis
æquiualentem, ex qua præsumitur de suo credito satisfacta *Nenizan.conf.*57.*sub.n.*11.*Afflict.dec.* 113. *n.*16.*Rot post Pacific.de Salutan.interdict.dec.*19.*n.*4. *&* 5.*& in rec.dec.*275.*n.*4.*vers.Tandem omnes par.*4 *cum alijs relatis in Fanen.Dotis* 17.*Martij.*1642. *coram me*.

Nec refragatur, quod pars dictarum pecuniarum fuerit inuestita in Censibus fauore hæreditatis.
37 Quia de huiusmodi inuestimento non constat in
actis, nec per consequens habendum est in consideratione præsertim, quia deberet constare prætensum inuestimentum adæquare consumptiones factas, & adhuc effectum requiritur Calculatoris
38 electio, & illius relatio, quibus non habitis, cre-
ditum remanet turbidum, & illiquidum, ita vt interim retentio competere non possit *Rot.coram Reuerendiss.Vrgellen.dec.*113.*sub. n.*7.*cum pluribus adductis in Romana Domus* 25. *Februarij* 1641. *coram me in fine*.

Et Ita decisum vtraque parte informante &c.

VRBEVETANA PRÆDII.

Veneris 27. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Inimissio hæredi scripto in testamento impediri non potest per fideicommissarium possessorem nisi duo copulatiuè probētur, quod scilicet doceat in continenti de fideicommisso, & quod possideat sine vitio, & qualiter legitime possidere dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Immissio denegari non potest hæredi scriptioni testamento non raso, non abolito, nec cancellato.*

2 *Clausula constituti transfert possessionem tam ciuilem, quam naturalem in constitutarium.*

3 *Clausula constituti non probat contra tertium, nec in fauorem illius, cuius gratia apponitur nisi probetur possessio constituentis de tempore constituti.*

4 *Clausula constituti facit qualem qualẽ probationem possessionis etiam contra tertium.*

5 *Instrumentum plenè probat contra producentem, et censetur in omnibus, & per omnia ab eo approbatum.*

6 *Fideicommissarius non dicitur legitimus contradictor ad impediendam, immissionem hæredi scripto nisi copulatinè doceat incontinenti de fideicommisso, & quod possideat sine vitio.*

7 *Enunciatiua quando nihil certi continet, & est dubia, & requirit altiorem indaginem non probat bonum ius fideicommissarij, ad hoc vt valeat impedire immissionem hæredi scripto.*

Enunciatiua non probat vbi principaliter dubitatur de enunciato ibidem.

8 *Scriptura non producta cum non sit de actis, perinde est ac si non esset in rerum natura, & nulla de ea est habenda consideratio.*

9 *Testes examinati in vno iudicio non probant in alio.*

10 *Limita nisi deponant super statu personæ.*

11 *Probationes factæ super statu personæ in vno iudicio, vt probent in alio requiritur legitimus contradictor, qui causam defenderit.*

12 *Probationes factæ super statu in alio iudicio etiam si sint factæ cum legitimo contradictore ei non nocent, qui habet ius æque principale.*

13 *Pramdicium, vt alteri per alterum non inferatur, est de natura parium.*

14 *Monasterium, vel Ecclesia non potest venire loco filij, quando resistit expressa mens testatoris, & num. 18.*

15 *Testatoris voluntas est seruanda cum ipse possit rebus suis, quamlibet legem imponere.*

16 *Fœminæ moniales possunt succedere eorum vita durante ad commodum monasterij, quando ingressæ sunt in monasterio capaci, cum retineant Iura suitatis.*

17 *Monasterium aliud est, quod succedat ex persona monialium eorum vita durante, aliud quod illis mortuis succedat loco filij ad effectum vt deficiat* conditio si sine liberis *ad exclusionem substituti*

18 *Monasterium, nec ex persona propria, nec monialium potest succedere, quando repugnat voluntas testatoris.*

19 *Exceptio fideicommissi non solum dicitur requirere altiorem indaginem ex dubietate facti, sed propter perplexitatem, & subtilitatem Iuris.*

20 *Fideicommissarius ad hoc vt non possit impedire immissionem hæredi sufficit, quod contra fideicommissum aliquid colorate, vel probabile opponatur.*

21 *Possessio fideicommissarij non legitima sufficit de per se, ad hoc, vt idem non valeat impedire immissionem hæredi scripto, etiam quod constaret de eius bono iure.*

22 *Possessio non capta de manu hæredis non est legitima sed vitiosa.*

23 *Fideicommissarius etiam vbi restitutio fideicommissi fit ipso iure non potest capere possessionem propria auctoritate, sed illam debet capere de manu hæredis.*

24 *Occupatio rerum fideicommisso subiectarum facta hæreditate iacente debet ab Inuasoribus auocari, & hæredi restitui.*

DECISIO LXXI.

AVrelio Auuedutio Domini dixerunt esse dandam immissionem in possessione Prædij ornani, olim possessi à Siluia Palatia contra Angelicam, & Ludouicam de Palatijs Moniales in Monasterio S. Ludouici Vrbisueteris. Quoniam ipse docet se esse hæredem scriptum in eius Testamento non raso,
1 non abolito, nec cancellato, & propterea sibi denegari non potest Immissio ex remed. *l. fin.* C. *de edict. Diu. Adrian. tollend.* in bonis à dicta Testatrice possessis de tempore mortis *gloss. & DD. communiter in d. l. fin. & multi cumulati per D. Argel. in tract. de acquir. poss. qu. 6. n. 6. Roe. in recent. dec. 654. num. 1. par. 1. & dec. 108. par. 7. & coram Card.* Caual. *decis. 469. n. 1. & in alijs.*

Quod autem d. prædium fuerit possessum à Siluia, probatur ex clausula *constituti* apposita ad eius fauorem in Instrumento transactionis celebrato inter ipsam, & quandam Rosatam, quæ possessionem d. prædij penes se existentem dimisit, & relaxauit ad fauorem Siluiæ constituens se interim eius nomine illud possidere, per quam clausulam fuit trans-
2 lata in Siluiam omnis possessio, tàm ciuilis, quàm naturalis *l. quod meo, & l. interdum, & ibi DD. ff. de acquiritur possess. Rot. in rec. dec. 770. n. 2. par. 3. & coram bo: me.* Buratto *dec. 145. n. 2. & coram s. me: Greg. XV. dec. 437. n. 1. & vtrobique* Add. præsumitur continuata vsque ad obitum *l. fine possidetis C. de probat. Rot. coram Buratt. dec. 158. n. 3.*

Non obstat, quod clausula *Constituti* non pro-
3 bet contra tertium, & in fauorem illius, cuius gratia opponitur, nisi probetur possessio constituentis de tempore ipsius constituti, vt multis DD. Auctoritatibus, & *Rota dec. probat Posth. de manutenend. obseru. 20. num 32.* Quia vltra, quod
4 Constitutum facit qualē qualem probationem, etiam contra tertiū *Socin. sen. cons. 187. n. 14. lib. 2. Mazzol. cons. 107. n. 65. & seqq. Gionagnon. cons. 14. n. 64. lib. 1.* Visū fuit cessare ōnem difficultatē in præsenti casu cum Instrumentum prælatum, in quo adest clausula *Constituti* fuerit productum ab Angelica, & Ludouica in prima instantia huius causæ coram Vicario Vrbisueteris, à quo obtinuerunt absolutoriam,
5 vndè plenè probat contra ipsas cum per talem productionem censeantur illud, & omnia in eo contenta approbasse *Rot. in rec. dec. 360. num 3. par. 5. & dec. 88. num. 20. par. 6. & coram* Buratt. *dec. 160. num. 3.*

Minus releuat, quod d. prædium dicatur subiectum fideicommisso Hieronymi Palatij purificato, vt prætenditur ad fauorem Angelicæ, & Ludouicæ, & propterea cum reperiantur in possessione possint Aurelio impedire Immissionem. Quia fuit responsum, quod ad effectum, vt fideicommis-
6 sarius sit legitimus contradictor pro impedienda immissione hæredi scripto duo copulatiuè requiruntur, quod scilicet in continenti doceat de fideicommisso, & quod possideat sine vitio *Bart. in d. l. fin. n. 2. Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 634. & seqq. & n. 638. Rot. coram* Greg. *dec. 206. n. 9. & diuers. decis. 103. n. 1. & in rec. dec. 115. n. 2. 10. & 11. par. 1. & dec. 94. n. 5.*

Hic autem neutrum ex dictis requisitis visum fuit concurrere. Nam quod attinet ad fideicommissum, de illo non constat, nisi ex simplici enunciatiua, quæ quicquid sit, an probet, cum hodiè de enunciato specialiter dubitetur, certum est, quod ex illa non apparet, quod Angelica, & Ludouica sint vocatæ cum nulla de eis fiat mentio in dicto Instrumento, ac propterea cum dicta enunciatiua nihil
7 certi contineat, sed sit dubia, & altiorem requirat indaginem, non potest ex ea prætendi probatio boni Iuris ad hunc effectum neque sub hoc prætextu hæredi immissio retardari, vt in puncto *Dec. cons. 424. n. 18. vers. non obstat, & n. seq. Roland. à Valle cons. 1. n. 73. & seqq. lib. 1. Rot. in recent. dec. 36. n. 1. vers. secus autem par. 1. & dec. 94. n. 12. in fin. par. 5. et fuit dictum in Reatina successionis* 15. Aprilis 1641. *coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Nec suffragatur, quod de illarum expressa vocatione dicatur constare ex Testamento Hieronymi fideicommittentis quia vltra, quod illud nunquam fuit productum, nec in prima instantia coram Vicariu Vrbisueteris, nec in secunda coram A. C. nec in hac tertia vertente in Rota, & sic cum
8 non sit de actis perindè est ac si non esset in rerum natura, & nulla de eo habenda est ratio *Rot. decis. 404. sub n. 2. par. 1. rec. & dec. 197. n. 15. par. 5. & coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 409. n. 7.*

Responsum fuit, quod etiamsi esset productum, & de actis non releuaret ex duobus. Primo quia Angelica, & Ludouica, ex quarum personis Monasterium prætendit succedere, non leguntur in eo nominatim vocatæ, sed comprehensiuè sub nomine collectiuo filiorum Sigismundi hæredis grauati sub conditione, si idem Sigismundus, et Astulphus filij Testatoris, & eorum filij sine filijs & descendentibus decederent; Vnde non solum essent legitimandæ personæ, sed etiam esset probandum, quod prædecesserint Astulphus, & Sigismundus, & eorum filij instituti, & respectiuè substituti, sine filijs, & descendentibus. Et vlterius

esset

esset probandum, quod prædium, de quo agitur
fuerit in bonis Hieronymi fideicommittẽtis quę ta-
men hic nullatenus iustificantur. Nam Testes ad
hunc effectum producti, cum sint examinati in alio
9 Iudicio non probant, non obstante, quod dicantur
deponere super statu, quia licet probationes super
10 statu factæ in vno iudicio probent in alio iuxtà
text. in l. ingennum ff. de stat. hom. quem Rot.
sæpius canonizauit; hæc tamen conclusio non
procedit in casu nostro, tùm quia dicti Testes non
fuerunt examinati cum legitimo contradictore,
11 qui causam defenderit, prout requiritur ad effectũ
vt probationes factæ super statu in vno Iudicio
probent in alio, vt per *Bart. in d. l. ingenuum n. 1. et*
ibidem Alberic. n. 3. Alex. in l. sæpe n. 76. et 78. ff. de re.
Iud. Bald. in l. 2. nu. (quibus res Iud. non noc. Canar.
pract. qu. cap. 13. n. 5. vers. sane ratio Ganzal. ad reg.
Cancell. glos. 9. §. 1. n. 86. Rot. coram Greg. dec. 486. nu-
mer. 10. et coram Card. Caual. dec. 250. n. 5. et dec. 294.
n. 2. Tum quia Aurelius habet ius æq; principale ad
successionem, quo Casu probationes super statu fa-
12 ctæ in alio Iudicio, etiamsi sint factæ cum legiti-
mo contradictore, non nocent, ea ratione, quia
13 cum quis habet ius æquè principale, natura parium
est, vt vni per alterum non inferatur præiudi-
cium vt eleganter in his terminis deducunt *Zas.*
in d. l. sæpe n. 69. et 84. et ib. Alex. n. 25. post med. vers.
item talis, et n. 60. vers. putat tamen, & n. 77. ff. de
Iud. Bald. in citat. l. ingennum n. 5. ff. de stat. hom. Tira-
quell. alios allegans in tractat. de nobilit. cap. 37. nu. 7.
Franch. dec. 523. n. 16. & seqq. & dec. 524. n. 1. & fuit
dictum in Britenorien. fideicommissi 24. Martij
1642. coram R. P. D. meo Bichio.

Secundo, quia Hieronymus testator pro intel-
ligentia substitutionum in eius Testamento facta-
rum declarauit, quod in omnibus casibus in quibus
est facta mentio de masculis, & fœminis, mona-
sterium, vel Ecclesia, tàm in conditione, quàm
in vocatione non intelligatur. esse loco filij, as-
serendo se id non facere principaliter ad exclusio-
nem Monasterij, vel Ecclesiæ, sed pro conserua-
tione suorum bonorum in personis vocatis; Vn-
14 de in hoc casu siue monasterium sit capax siue, in-
capax, non videtur posse succedere ex personis An-
gelicæ, & Ludouicæ cum repugnet, & resistat ex-
15 pressa voluntas Testatoris, quæ est seruanda, cum
ipse potuerit rebus suis quamcumque legem sibi be-
ne visam apponere, vt multis probant de commu-
ni attestantes *Peregr. de fideicommissis art. 28. n. 70. &*
82. Fusar. de subst. qu. 429. n. 18. & seqq. Mantic. de
coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 7. n. 18. Conar. var. resol.
lib. 1. cap. 19. n. 8. Franch. dec. 29. n. 34. & 7. Rot. in rec.
dec. 135. n. 15.

Nec dicatur, quod hodie non agitur an Mona-
sterium ex se possit succedere loco filij, quo casu
procederet superius firmata conclusio, sed an An-
gelica, & Ludouica in Testamento vocatæ possint
ex eorum personis succedere ad commodum Mo-
nasterij, & de hoc non posse dubitari, cum ipsæ
16 quamuis Moniales retineant Iura suitatis, & san-
guinis, & ingressæ sint in Monasterio bonorum
capaci *iuxt. distinct. Surd. cons. 557. num. 13. vers. dum*
verò Quia pro responsione animaduerterunt Do-
mini, quod testator non dixit simpliciter, quod
monasterium non habeatur loco filij in conditione
quo casu vrgeret obiectum, cum verè aliud sit
17 quod monasterium succedat ex persona monialium
earum vita durante, aliud, quod illis mortuis ha-
beatur loco filij ad effectum, vt deficiat conditio
Si sine liberis ad exclusionem substituti, vt benè
Surd. d. cons. 557. n. 13. & priùs in cons. 238. sub. n. 5
Sed in casu nostro testator vlterius progressus dixit,
quod Monasterium non habeatur loco filij tam in
conditione, quàm in vocatione, quæ verba res-
pectu vocationis non possunt verificari, nisi quan-
do, vt in casu nostro, vocati fuerunt filij alicuius,
& eorum vita durante, Monasterium ex eorum per-
sonis vult succedere, vnde cum etiam isto casu re-
18 pugnet voluntas Testatoris, nec moniales, nec
Monasterium ex eorum personis succedere possunt
vt supra firmatum fuit, ex Conar. *Peregr. in Man-*
tic. Fusar. & Franch. & idem dixit Menoc. de præsum-
ption. lib. 4 præsumpt. 83. sub num. 26. vers. Et his in-
telligimus, & Rot. d. dec. 135. n. 16. par. 7. recent.

Et sic tantum abest, quod possit dici constare de
fideicommisso, quod imò dicta exceptio, vel prot-
sus eliditur, vel saltem conuincitur requirere al-
19 tiorem Indaginem, non solum propter dubieta-
tem facti, sed etiam propter perplexitatem, &
subtilitatem Iuris *Aretin. in §. bonę fidei n. 6. Instit. de*
act. Soccin. sen. cons. 59. n. 2. in fin. lib. 3. Rot. in recent.
dec. 36. n. 1. vers. secus autem par. 1. & coram Card.
Seraph. dec. 271. n. 5. & 8. Vndè non potest obstare,
vt fuit dictum, cum etiam ad hunc effectum suffi-
20 ciat, quod contra fideicommissum aliquid colo-
ratè, vel probabile opponatur adhoc vt fideicom-
missarius non dicatur legitimus contr adictor, nec
possit impedire Immissionem hæredi ad trad. per
Rip. in l. 4. §. condemnatum n. 17. in fin. ff. de re indic.
benè Rot. diuers. dec. 520. n. 1. vers. Et tamen Domi-
nus Vincentius vsque ad n. 6. par. 1. & in rec. d. dec.
115. n. 10. in fin. par. 1.

Deficit pariter alterum requisitum possessionis
21 sine vitio, quod de per se solùm sufficeret, etiam
quod constaret de bono iure, vt dixit *Rot in deci-*
sionibus mox allegandis. Possessio enim Monia-
22 lium non fuit capta de manu hæredis, vt requiri-
tur, vndè non est legitima, sed vitiosa *l. 1 ff. quo-*
rum legat. Bart. *Castren. et alij in l. filiam ff. ad Tre-*
bell. nec in d. l. fin. n. 48. et ibidem Zuccard. n. 379. C. de
edict. Diu. Adrian. tollen. Idem Dec. cons. 84. n. 1. circa
med. vers. similiter si fideicommissarius, & cons. 424.
num. 14. post med. Rolland. cons. 78. n. 14 lib. 3. Argel. de
legitim. contrad. qu. 10. n. 207. Rot. coram Card Seraph
dec. 271. num. 1. & coram sanct. me. Greg. XV. dec. 206
n. 5. et ibi Add. n. 10. & coram Card. Caual dec. 106. n.
6. & in recent. dec. 776. n. 6. par. 3. & dec. 94. n. 12. par-
te 5. quod procedit etiam quando restitutio fidei-
23 commissi fit ipso Iure, quia nihilominus non po-
test fideicommissarius propria authoritate possessio
nẽ apprendere, sed debet illam capere de manu hæ-
redis *Dec. cons. 424. n. 15. Mars. cons. 223. n. 1. & cons.*
395. n. 8. et seqq. Riminald. Iun. cons. 363. n. 21. cum
alijs quos citant *Roland. d. cons. 78. n. 15. lib. 3. Surd.*
latè cons. 73. n. 29. Mart. de success. leg. par. 4. qu. 22.
art. 4. n. 11. Rot. d. dec. 115. n. 3. par. 1. & isto casu occu
24 patio rerum fideicommisso subiectarum hæredi-
tate iacente, facta debet ab Inuasoribus auocari,
& hæredi restitui, vt tenent *glos. Bart. Alex. & alij*
in l. non est dubium C. de legat. & in l. Paulus ff. ad Tre-
bell. Angel. in l. extat n. 7. ff. quod met. caus. Odofred. in
l. 1. C. quorum legat Alberic. in l. fin. eodem tit. cum
alijs latè adductis d. dec. 115. n. 3. vers. fin. par. 1. & be-
nè Rot. diuers. dec. 520. n. 13. par. 1.

Et ita cum deficiant debita requisita Domini
concluserunt Aurelio hæredi dandam esse Immis-
sionem vtraque parte Informante &c.

LEODIEN. CANONICATVS.

Veneris 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Gratia vbi est iustificata debet exequutioni demandari, nec impeditur ex eo quod colliigans exhibeat titulum inualidum, & non sit legitimus Contradictor.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur quando omnia narrata in gratia sunt iustificata.*

2 *Fides Porochi formiter extracta ex libro mortuorum probat obitum.*

3 *Instrumentum possessionis capta alio non existente in possessione probat continuationem vsque ad obitum.*

4 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*

5 *Fructus Canonicatuum ex consuetudine totius Germania solent exprimi per non excessum inducatis 24.*

6 *Possessio, & titulus vbi sunt infecti, tunc possessor non est legitimus contradictor ad impediendam alteri immissionem.*

7 *Multo minus si possessio sit vacua.*

DECISIO LXXII.

CORam bo:me: Merlino Decano sub die 14. Martij
proximè præteriti fuit resolutum Canonicatum
de quo agitur ob vacationem sequutam de mense
Nouembris 1634. esse reseruatum Sedi Apostolicæ,
prosequendo deindè disputationem An Ioanni Bu-
sthman esset danda Immissio, Domini affirmatiuè
responderunt.

1 Datur enim Immissio quando omnia narrata in
gratia apparent iustificata prout in Casu nostro iux-
tà notata communiter. in *cap. si capitulo vbi gloss. in
verb. exequatur de conceß. prabend. in 6. Rot. dec. 48. &
506. num. 1. par. 1. & dec. 283. nu. 1. p. 7. rec.*

Nam obitus Gabrielis ex cuius persona incidit
prima vocatio probatur ex partita formiter extracta
2 ex libro Parochi *Mandos. sup. reg. 18. qu. 10. sub num. 4.
& Rot. cor. bo: mem: Buratto dec. 407. num. 2.* & quod
idem Gabriel obierit in possessione probatur ex In-
strumento possessionis ab eo captę *Summ. nu. 1.* quod
3 alio non existente in possessione benè probat ad
hunc effectum, vt pluribus relatis firmatum fuit in
*Missauen. Archipresbyteratus 29. Aprili 1641. coram
me*, & constat per obitum d. Gabrielis fuisse proui-
sum Ioannem Dunvvaldt ex literis datis *num. 30.* ex
cuius Ioannis dimissione postea fuit prouisus Busth-
man.

4 De Clericatu eiusdem Busthman constat ex litte-
ris Ordinarij, quæ illum sufficienter probant *Grā-
mat. dec. 81. num. 1.* quem Rota semper sequitur, va-
lor non indiget iustificatione, quia fructus Cano-
5 nicatuum illarum partium solent exprimi per non
excessum inducatis 24. vt de consuetudine totius
Germaniæ dixit *Rota in Leodien. Canon. 9. Decembr.
1589. coram bo: me: Card. Pamphilio, & in Leodien.
Canonicatus, & Scolastria 27. Febr. 1612. coram bo:
me: Card. Sacrato* cum alijs allegatis in *Cameracen.
Canonicatus 20. Nouembris 1642. coram bon: mem:
Merlino.*

Nec Immissio impediri potest à Iacobo Selessin
de eodem Canonicatu prouiso a Magistris faculta-
tum Vniuersitatis Louanien. prætenuentibus colla-
tionem eiusdem Canonicatus, tamquam positi in
Diœcesi Leodien. ad ipsos spectare vigore nonnul-
lorum Indultorum, quæ eidem Vniuersitati Sum-
mi Pontifices concesserunt. Quia in dicta *decis. bo:
me: Merlini* firmatum fuit huiusmodi indulta non
comprehendere Canonicatum de quo agitur, & ideo
non potest dici legitimus contradictor ad impedien-
dum Immissionem, cum iàm constet de inualidi-
6 tate eius tituli, & tàm idem titulus, quam possessio
quatenus de illa constaret, prout non constat, in
actis, fuissent infecti ex clausulis regulæ nonæ, stan-
te vacatione in mense fixo Apostolicæ Sedi; multò
7 minus autem dato, quod possessio sit vacua, *Caputaq.
dec. 346. nu. 4. p. 2. latè Rot. in Valent. Decan. & Canon.
coram bo: me: Coccino, quę est in rec. dec. 225. num. 21.*
cum duobus *seqq. par. 7. rec.*

Et ita vna tantum, &c.

FERRARIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Ciuitas aliqua si potiatur priuilegio à Sede Apostolica concesso, vt non nisi eius Ciues possint habere illius beneficia, an tale priuilegium extendatur ad Ciues, idest origine, & natiuitate vel etiam ad Ciues ex incolatu priuilegio, &c. Papa concedendo alicui priuilegium aliquod non censetur voluisse sibi ligare manus.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Ferraria habet priuilegium, quod beneficia illius loci non dentur nisi Ciuibus, & nu. 5.*

2 *Benifitium aliquod impetrans sub narratiua, quod prouisus est incapax, hoc concludenter venit probandum.*

3 *Incapacitas, & defectus qualitatum narratus in litteris Apostolicis ab impetrante est concludenter probandus.*

4 *Quod procedit etiamsi narratiua consistat in negatiua. nec ad hoc sufficiunt coniectura.*

6 *Habitans in aliquo loco vltra decem annos, ex hoc acquiritur incolatus illius loci.*

7 *Clericus per assecutionem beneficij residentialis acquirit priuilegium ciuilitatis, & gaudet omnibus priuilegijs Ciuibus illius loci concessis.*

8 *Priuilegium simpliciter alicui Ciuitati concessum, quod eius beneficia non dentur nisi Ciuibus, cum sit fauorabile non est strictè intelligendum.*

Beneficialis materia est fauorabilis nu. 8.

9 *Ciuium appellatione veniunt non solum Ciues veri, scilicet ex natiuitate, & origine verum etiam Ciues ex priuilegio, & etiam incola.*

10 *Priuilegium concessum à Papa alicui Ciuitati vt eius beneficia non dentur nisi Ciuibus non comprehendit beneficia reseruata ipsi Papa.*

11 *Papa concedendo alicui priuilegium non censetur voluisse sibi manus ligare, nec impedire prouisiones Apostolicas.*

12 *Decretum irritans appositum in gratijs Apostolicis, non ligat ipsum Papam, nec eius prouisiones, nisi expressè irritet prouisiones proprias.*

13 *Beneficia patrimonalia deuoluta ad Papam intelliguntur cum sua causa, intellige tamen, quando aliquod onus, fuit impositum in fundatione. n. 14.*

15 *Secus vero si id sit ex priuilegio Apostolico, tunc enim ad Papam spectat libera collatio, cum talia priuilegia non ligent Papam.*

DECISIO LXXIII.

GRatiam Nicolai non esse iustificatam responde-
runt Domini, & omissis alijs, ex eo potissimum
narrauit Papæ Alexandrum Puzzolum prouisum de
1 Parochiali controuersa esse incapacem, seù ad il-
lam obtinendum non qualificatum iuxt. priuilegia
concessa à Sede Apostolica Ciuitati Ferrarien. dis-
ponentia, quod beneficia illius loci non nisi Ciui-
bus conferri possint. Vndè tenetur concludentèr
2 probare allegatam incapacitatem, vt dictum fuit in
*Tridentina Decanatus coram bo. me: Coccino impreß.
3 in rec. dec. 352. num. 4. & 5. part. 6.* Et generaliter
quod incapacitas, & defectus qualitatum narratus

in

in litteris Apostolicis ab imperrante sit concluden-
4 tec probandus, etiamsi in negatiua consistat, nec
sufficianr præsumptiones firmat *Garz. de benef.par.6
cap.2.num 163.& seqq.* & *Rot.* sæpius respondit, &
signantèr cocam bo:me: *Buratt. dec.948. num.1. &
seq.Et in rec.dec.27.nu.10.& seqq.par.6.*

Hic autem narrata incapacitas nullatenus iusti-
5 ficatur si enim deducitur ex eo quod Alexander non
sit Ciuis Ferraciensis, vtdicta priuilegia requirunt,
hæc negatiua tantum abest, qnod a Nicolao probe-
tur, quod immò contrarium manifestè conuincitur
siquidem ex datis *in Summ. Alexandri num.4.* constat
quod ipse, non solum habitauit in Ciuitate Feera-
6 ciæ vltra decem annos, ex qua decennali habita-
tione contraxit incolatum, & acquisiuit Ciuilitatē,
vt in terminis Ciuitatis Ferrariæ dictum fuit in *Fer-
varien-Manutentionis 14.Iunij 1641.coram bo:me:Pi-
rouano §.quia ex allegata*, sed quod vlterius ibidem
in Cathedrali obtinuit Cappellaniam perpetuam ha-
bentem annexum onus cesidendi impositum à Syno-
7 do, ratione cuius certum est, quod fuit effectus Ci-
uis, quia Clericus pee assecutionem Beneficij re-
sidentialis acquirit priuilegium Ciuilitatis. & gau-
dec omnibus priuilegijs Ciuibus illius loci conces-
sis, vt tradunt, *Bart.in l.1.num.14. ff.ad municipal.
vbi etiam Alberic.num.8.Oldrad.cons.32.per tot. An-
gel.cons.23.num.2.Boer.dec.260.nu.20.Surd.cons.301.
num.7.ad med.Grass.de effect.Clericat.in pralad. num.
369. Bellett.disquisit.Cleric.tit.1.§.20.nu.15. & seq.
fol.16.* in Paucis prouidetuc ex hoc capite non po-
8 test dici incapax, quia cum præfata priuilegia sim-
plicitee disponant, quod Beneficia non nisi Ciuibus
conferantur in hac materia beneficiali, quæ est fa-
uorabilis, vt firmat *Gonzal.ad regul. Cancell. gloss.9.
§.1. num.113.vers.sed neque in hac materia Rot.in re-
cent.dec.188.num.6.par.2.* appellatione Ciuium non
9 solum veniunt Ciues veri, qui scilicet sunt tales na-
tiuitate, & origine sed etiam Ciues ex priuilegio,
vt in terminis similis Priuilegij Bononiæ concessi
dixit *Rota in Bonon.Canonicatus 28.Iunij 1610.coram
Penia*, & in alia *Bonon:Canonicatus 28.Iunij eiusdem
anni coram bo:me: Coccino*, quas refert, & sequitur
Lotter.de re benef lib.1.qu.25.num.78. & seqq. Et in-
colæ, vt tradunt *Alex.cons.20.num.10.& seqq.lib.2.
Soccin.Sen:cons.129.num.4. & seqq. lib.1. Alciat.in l.
Prouincialem num:2.& num.5. ff. de verb. signif. Sil-
uan.cons.1.num 107.& 108.Surd.cons.59.numer.5.&
seqq.Menoch.cons.692.num.5. & seqq. Merlin.de legi-
tim.lib. 3. tit.14 qu.18. num.56. Gail.obseru. lib.2.ob-
seruat.35.num.1.& 6. latè Marth.de success.par.2.qu.
4.art.8.num.21.& 22.*

Et cessat omnis difficultas, quia admisso etiam
quod Alexander non esset Ciuis, quod tamen cessat
ex supradictis, hic tamen non iustificatur, nec iusti-
ficari potest, quod huiusmodi priuilegia compræ-
10 hendant beneficia reseruata, vt est dicta Parochia-
lis, & sic etiam ex hoc capite gratiam Nicolai re-
manet non iustificata. Papa enim in dictis priuile-
11 gijs nullam mentionem facit de beneficijs reserua-
tis, vt propterea non possunt censeri compræhensa,
quia Papa cum dicto Priuilegio censetur solum vo-
luisse ligare inferiores, non autem voluisse ligare
se ipsum, nec impedire prouisiones Apostolicas, vt
in puncto firmat *Gonzal. ad regul. mens. gloss.9. §.1.
num.55. vers. quia, & seqq.* & sæpe firmauit Rota
pempè coram *Put.dec:301.num.1.post med.& numer
seqq.lib.1.in correct.& in Calaguritana Beneficij* rela-
ta per *Garz.de benef.par.5.cap.1. num.25.* & in alia
Calaguritana Benef de Branteuilla 17. Aprilis 1606.
*coram Card.Sacrato, & in Tridentina Decanatus, &
Canonicatus coram bo:me:* Coccino *intèr rec. dec.183.
num.2.par.6.*

Nec obstat decretum irritans in dictis priuilegijs
12 appositum, quia vltra quod stat accessorie, nec
ampliat dispositionem principalem, *Crescens. dec.7.
num.11.de concess.praebend.*alijs relatis in *dec.569.nu.
7.8.& 9.part.2.rec.* Responsum fuit quod huismodi
13 decretum appositum in priuilegijs non ligat ipsum
Papam, nec eius prouisionem, nisi expresse iritet
prouisiones proprias *Mohedan.decis 21.numer.2. post
med,& num. seq.de praben.*, & fuit dictum *in* Cordu-
*ben.Cautoria 15.Febr.1557. coram Quiroga, & in
Tridentina Canonicatus 21.Aprilis 1570. coram Lan-
cellotto*, & in *Romana Casalis Magistri Oddarij 23.
Decembris 1574. coram* Robust.quas refert, & sequi-
tur *Garz.de benef.par.5.cap.1.num.19.21.& 25.& in
diuers.dec.106.num.2.& 3.par.1. vbi* declarat Paris.
qui contrarium voluit in *cons.37.nu.2.lib.4.& in rec.
dec.2.num.2.par.3.*

Denique non obstat quod huiusmodi beneficia
Patrimonialia deuoluta ad Papam intelligantur de-
14 uoluta cum sua causa, dummodò scilicet conferan-
tur Patrimonialibus, quia hoc procedit in eis, quę
habent simile onus in fundatione, secus autem
quando habent ex priuilegio, tunc enim ad Papam
spectat libera collatio, cum priuilegia eum non
15 compræhendant, vt in puncto distinxit *Rot.in d.Tri-
dentina coram* Coccino *inter rec.dec.183.num. 2.7.& 8.
par.6.& prius coram bo:me:Pirouano dec.375.num.6.
par.4. rec.*

Et ita vna tantum parte Informante, negotio ta-
men maturè discusso fuit resolutum, &c.

PERVSINA BONORVM.

Veneris 4. Iulii 1642.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione prædij cō-
petit possidenti Authore Prætore, & quilibet alius
possessor anterior dicitur priuatus sua possessione,
nec contra istum suffragatur possessio posterior, vbi
illa fuit pendente termino ad appellandum nulliter
capta.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum venditionis facta à Iudice exequen-
te ad fauorem alicuius cum clausula* Constituti,
probat possessionem manutenibilem, & nu.2.

3 *Possessio redditur indubitabilis, & debet manutene-
ri, quoties actualiter fuit capta, & possessor prò
tali fuerit recognitus à Colonis, & tanquam ta-
lis locauerit.*

4 *Clausula* Constituti *non transfert possessionem vbi
constituens non possidet.*

5 *Iudicis factum in audiendo, & transferendo posses-
sionem per eum iam captam in executione facta
ex primo decreto repræsentat factum partis.*

6 *Iudex sicut ipsa pars potest transferre possessionem
per constitutum.*

7 *Limita si sola præcesserit sententia, nec fuerit capta
tenuta ab ipsa ex primo decreto.*

8 *Iudex potest transferre veram possessionem rei,
quando res subhasta ponitur, & est sub manu
ipsius.*

9 *Possessor anterior per mandatum Iudicis exequutum
fauore alterius est sua possessione priuatus.*

10 *Possessio nulla, & attentata non est manutenibilis,
nec impedit, quin anteriori possessori detur manu-
tentio.*

11 *Supersessoria reddit omnia gesta interim attentata.*

12 *Ignorantia supersessoria excusat à pœnis attentato-
rum non verò à purgatione eorum.*

Su-

13 *Superſeſſoria adhoc vt ſit locus purgationi attentatorum ſufficit quod fuerit intimata vel Procuratori in Curia, vel Parti.*
14 *Ignorantia non excuſat ab attentatis quando poſt modum habita notitia non fuit renunciata poſſeſſio capta, ſed continuatum in ea.*
15 *Decretum Iudicis quando reuocat priorem ſententiam in qua quis obtinuit manuteneri non obſtante ſententia dicitur implicare poſſeſſorium cum petitorio, & eſt appellabile, & nu. 16.*
17 *Poſſeſſio capta intra decem dies ad appellandum eſt nulla, & reuocanda.*
18 *Amplia etiam ſi poſtea non fuerit appellatum.*
19 *Appellationis renunciatio deducitur ſi procurator rediit ad Iudicem à quo.*
20 *Limita ſi ad illum rediit poſt ſecundum decretum à quo licet appellare.*
21 *Reditus ad Iudicem à quo non inducit renunciationem appellationis, quando appellans cōparet coram eo pro impugnāda ſentētia vel reuocādo grauamine.*
22 *Comparitio coram Iudice à quo quando tendit ad eius iuriſdictionem declinandam, & tendit ad eundem finem ad quem tendit appellatio non inducitur actus contrarius appellationi.*
23 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in iudicio manutentionis.*
24 *Poſſeſſio nuda, & ſola inſiſtentia, ac decentio attenditur in iudicio manutentionis.*
25 *Poſſidens Authore Prætore iuſtè poſſidere dicitur.*
26 *Poſſidens Authore Prætore non debet ſua poſſeſſione priuari ſub prætextu iniuſtitiæ vel nullitatis niſi de nullitate, & iniuſtitia ita clarè, pateat vt nulla tergiuerſatione defendi poſſit.*
27 *Poſſeſſio nulla, & attentata dicitur ſpoliatiua.*
28 *Spolium purgari inſtans tenetur purgare ſpolium à ſe poſterius commiſſum.*

DECISIO IXXIV.

Rota cenſuit Antonio Pelliciario dandum eſſe
mandatum de manutenendo in poſſeſſione prædij de quo agitur. Nam illius poſſeſſio, quæ ſola
attenditur in hoc iudicio §. *retinendæ Inſtit. de Interd.* remanet ſufficienter probata, tum ex Inſtru-
1 mento venditionis factæ ad eius fauorem à Iudice
exequente cum clauſulam *Conſtituti*, per quam fuit
in eum translata omnis poſſeſſio, etiam ad effe-
ctum, vti illi competat manutentio, *l. quod meo, &*
2 *l. interdum ff. de acquir. poſſ. Oſaſch. dec. 133. num. 6. &*
7. Rot. coram Sa: me: Greg. XV. dec. 437. num. 2. & ibi,
Add. n 6. cum alijs allegatis *in Peruſina manutenc. 21.*
Maij proxim. præteriti coram me. Tùm, & multò
magis ex eo quia Pelliciarius, obtento mandato de
3 aſſociando appræhendit illius vigore realem, &
actualem poſſeſſionem d. prædij fuitq; recognitus in
Dominum, & poſſeſſorem à Colonis, & tamquam
talis illud locauit, quæ reddunt indubitabilem eius
poſſeſſionem, in qua debet manuteneri, vt ſæpius
Rot. reſpondit, & ſignanter in Ferrarien *manutentio-*
nis 28. Ian. 1642. coram bo: me: Pirou.

Nec obſtat quod ex clauſula *Conſtituti* appoſita
in ſupradicto Inſtrumento venditionis nulla potue-
rit in Pelliciarium transferri poſſeſſio, cum Iudex
4 qui conſtituit ſe eius nomine poſſidere, d. prædium
non poſſideret ex tradit per *Gomeſ. in l. Tauri 45. n.*
88. & per Tiraquell. de Conſtit poſſeſſ. part. 3. limit. 17.
num. 1. hanc concluſionem firmat alijs adductis, &
veram dicit *Anton. de Amat. reſolut. 95. num. 7.* Quia
iſtorum authoritates non applicantur caſui noſtro,
nec concluſiones ſuprà firmatæ contrariantur, *Gomeſ.* enim loquitur de Tutore, Procuratore, Sindi-
co, & ſimilibus, qui nullum habent mandatum ad
tradendam poſſeſſionem neque ad conſtituendum,
Vndè non mirum vt ipſe inquit non transfertur per
clauſulam *Conſtituti* ab eis appoſitam in contracti-
5 bus. At diuerſum eſt in Iudice, cuius factum in
adiudicando, & transferendo poſſeſſionem, iam
per eum captam in executione facta ex primo De-
creto repræſentat factum partis, & quicquid facie
dicitur factū ab ipſo debitore vt benè *Surd. conſ. 39.*
n. 10. & dec. 266. nu. 13. Gratian diſcept. Forenſ. capit.
784. num. 11. Sa: me: Greg. dec. 193. num. 3. Vndè ſi-
6 cut, & ipſa pars, poteſt transferre poſſeſſionem per
Conſtitutum, vt firmat *Rot. coram Card. Canal. dec.*
319. nu. 3. & 4.

7 Tiraquel. autem loquitur vbi præceſſit ſola Iu-
dicis ſententia abſque eo quod capta eſſet tenuta ex
primo decreto, quo caſu vera eſt concluſio per eum
firmata, quod Iudex non poteſt per conſtitutum
transferre poſſeſſionem illius rei, quam ipſe non poſ-
ſidet ſecus eſt quando mediante executione capta
eſt tenuta ex primo decreto, vt hic. iſto enim caſu
8 cum res ponatur ſubhaſta, & ſub manu Iudicis, ipſe
poteſt veram poſſeſſionem transferre vt poſt *Bald. in*
Auth. ei qui Iurat. num. 11. C. de bonis Iud. author. poſ-
ſiden. & Caſtren. in l. 4. §. ſi intra num. 5. verſ. Item no-
ta ff. de damn. infect. benè Neguſant. de pignor. memb. 2.
par. 3. num 6. verſ. Fallit. autem tom. 6. tract. part. 1. ibi.
Decian. conſ. 3. num. 42. & 48. lib. 4. cum alijs per *Col-*
ler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 12. num. 41. & 60.

Et ceſſat omnis difficultas, quia capta fuit actua-
lis poſſeſſio, quo caſu non intrat d. diſputatio, vt
firmat *Rot. coram Card. Canal d. dec. 319. num. 4.*

Minus releuat poſſeſſio illorum de Podianis, quia
aut ſe fundant in illa anteriori quam habebant an-
te poſſeſſionem Pelliciarij, & hæc ſuffragari non
poteſt quia per mandatum Iudicis conceſſum Pelli-
9 ciario, & executioni demandatum fuerunt d. poſ-
ſeſſione priuati *sext. in l. qui vniuerſas §. Item cum*
Prætor ff. de acquir. poſſeſſ. Angel. in l. clam. poſſide-
re *§. qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. eod.* & ibid. *Alex.*
pariter num. 2. in fin. Imol. ante num. 2. Rom. nu. 3. Fer-
rett. conſ. 18. n. 10. lib. 1. Mohedan. de reſtit. ſpoliat. dec.
4. num. 4. Rot. in rec. dec. 306. num. 3. part. 7. & coram
Card. Canal. dec. 42. nu 2.

Aut ſe fundant in poſteriori capta vigore
mandati de manutenendo obtento ab A.C., & hæc
10 tamquam nulla, & attentata non eſt manutenibilis
Rot. in rec. dec. 225 num. 4. par. 1. dec. 326. nu. & 339
num. 5. par. 6. Nec impedit, quin Pelliciario Ante-
riori poſſeſſori ſit concedenda manutentio, *Rota co-*
ram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 4. num. 6. cum alijs ad-
ductis à *Poſth. de manutenen. obſeruat. 48. num. 1. & 2.*

Nulla autem fuit, & attentata ex duplici Primo
quia fuit capta pendente termino ſuperſeſſoriæ cō-
11 ceſſæ ab Eminentiſſimo Sig: Præfecto, quæ reddit
omnia geſta attentata, non obſtante quod dicta ſu-
perſeſſoria dicatur intimata ſolummodo Procura-
tori in Curia, non autem principali in partibus, qui
fecit executionem in tempore de quo nullam habuit
de dicta ſuperſeſſoria notitiam, quia huiuſmodi
12 ignorantia excuſat quidem a pœnis attentantium,
ſed non excuſat à purgatione attentatorum ad quē
13 effectum ſufficit ſuperſeſſoriam fuiſſe intimatam
in Curia principali, vel procuratori, vt diſtinxit *Rot.*
in Gerunden. Beneficij 10. Februarij 1620. coram bo:
me: Coccino, & in Vicentina Parochialis 1. Decembr.
1644. coram Patriarcha manzanedo, & in Valenti-
na Præceptoria 10. Maij 1627. coram bo: me: Card. Vi-
rili, & eandem diſtinctionem ſequuta fuit referen-
do eaſdem deciſ. *in Leodien. Matrimonij 4. Martij 1641*
coram Eminentiſſ. D. meo Card. Veroſpio.

Id-

Idque multo magis, cum idem principalis habi-
ta postmodum notitia dictæ superfessoriæ sibi perso-
naliter intimatæ, non modo non renunciauerit pos-
sessioni captæ, vt tenebatur ad effectum, vt excusa-
14 retur ab attentatis, sed in ea continuauerit, & vlte-
rius curauerit fieri executionem pro expensis man-
dati de manutenendo, ex quibus apparet eum dicta
attentata rata habuisse, adeout nullo modo excusari
possit *Lancellott. de attent. par. 1. cap. 1. nu. 5. & plu-
ribus seqq. Veral. dec. 53. n. 6. & dec. 58. num. 10. par. 1.*
& fuit dictum in præcitatis *Gerunden. & Leodien.*

Secundo quia dicta possessio fuit capta intra de-
cem dies datos ad appellandum à dicto decreto,
quod est appellabile, ex quo implicat petitorium
nexum cum possessorio, cum in eo reuocetur prior
15 sententia lata ad fauorem Pelliciarij, qui obtinuit
manuteneri, non obstante sententia, quæ reuocatio
inducit mixturam, & complicitatem Petitorij, cum
possessorio propter quam intrat appellatio, vt in si-
mili dicit *Bald. in l. vnica num. 9. vers. Quid si in pos-
sessorio C. si de moment. possess.* vbi quod si Iudex pro-
nunciauit non obstante exceptione, quæ tangit
16 petitorium licet appellare late *Scacc. de appellat. qu.
17. limit. 6. memb. 9. num. 1. cum seqq.* & præcisè ac
in puncto *Rot. in Rauennaten. Saluiani coram Iusto
impressa post Statil. de Salutan. interd. in ordine decis.
144. num. 6. secundum modernam impressionem.* Ideo-
que dicta possessio tamquam capta intra decem
17 diem datos ad appellandum, est nulla, & reuocan-
18 da, etiamsi postea non fuisset appellatum *cap. non
solum de appellat. in 6 Franc. in cap. ad audientiam in
fin. eod. tit. Rot. coram* Card. *Mantic. dec. 165. num. 1. &
coram san. mem. Greg. XV. dec. 339. num. 4.* cum alijs
adductis *in Bituntina Iurispatronatus 6. Iunij 1642.
coram me.*

Non obstat quod procurator huius partis post
primum decretum dicatur redijsse ad Iudicem à
19 quo, ideoque censeatur appellationi renunciasse;
quia, vltra quod, sufficit illum non redijsse post se-
20 cundum Decretum, à quo poterat appellari ex su-
pra deductis; responsum fuit, quod redditus ad Iu-
21 cem à quo non inducit renunciationem appellatio-
nis, quando, prout hic, appellans comparet coram
eo pro impugnanda sententia, vel pro reuocando
22 grauamine, cum enim isto casu comparitio tendat
ad Iudicis iurisdictionem declinandam, & ad eun-
dem finem, ad quem tendit appellatio non facit a-
ctum contrarium appellationi, nec potest præsumi,
quod velit appellationi renunciare *glos. in cap. si à
Iudice in verbo teneris de appel. in 6. Soccin. sen. cons. 21
num. 3. lib. 4. Gabr. de appellat. conclus. 2. num. 14.* benè,
ac plenè *Scacc. de appellat. cap. 2. qu. 17. limit. 2. nu. 21.
Rot. dec. 2. vers. crederem quod si actus de renunciat.
in nouis.*

Ad ea verò quæ longa serie obijciuntur contra
validitatem, & Iustitiam mandati, & liberationis,
cuius vigore fuit capta possessio, vltra quod visa
fuerit in facto non iustificari, responsum fuit illa requi-
rere altiorem indaginem, ideoque non esse atten-
23 denda in hoc summarijssimo iudicio manutentio-
nis, in quo attenditur solum nuda possessio, & sola
24 insistentia, ac detentatio, vt latè *Cyriac. controuers.
forens. tom. 1. controu. 10. num. 6. Rot. dec. 97. num. 10.
par. 5. recent.* Cum Pelliciarius possideat authore
25 Prætore iustè possidere dicitur, nec sub prætextu
iniustitiæ, vel nullitatis sententiæ debet à sua pos-
26 sessione amoueri, nisi de nullitate, & iniustia, ita
clarè appareat, vt nulla tergiuersatione defendi pos-
sit, vt fuit dictum in illa *Romana de Bombellis im-
press. apud Postb. de manuten. decis. 9. num. 19. & seqq.*
quam sequitur, & alias concordantes refert *Rot. in
recent. decis. 306. num. 1. par. 7.*

Et in omnem casum cum possessio capta à Podia-
nis sit nulla, & attentata, vt fuit dictum, quo casu
27 dicitur spoliatiua, antequam agatur de spolio Pel-
liciari, Podiani tenentur purgare posterius a se com-
28 missum *Rot. dec. 27. in fin. de appellat. in nouis, & in-
ter diuers. dec. 870. numer. 2. Greg. decis. 485. num. 12.
vbi addens num. 14. & in Albanen. Vineæ coram bon.
mem. Remboldo impress. apud Postb. dec. 146. num. 8.*

Et ita vtraque.

ROMANA LEGATI.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Iudex exequendo post commissionem causæ non com-
mittit attentata, quando non interuenit citatio par-
tis, vel inhibitio Iudicis, etiam si commissio fuerit
facta vtraque parte informante, & Iudex de ea fue-
rit ante executionem iustificatus, & qualiter Iudex
tenetur parere præcepto Papæ, & non simplici re-
scripto ad instantiam partis?

SVMMARIVM.

1 *Commissio causæ sine citatione non efficitur de
actis.*
2 *Lis non dicitur introducta ex sola commissione cau-
sæ sine citatione.*
3 *Attentata sine lite non committuntur.*
4 *Commissio obtenta vtraq; parte informante in actis
producta, & Iudici præsentata efficitur commu-
nis, & causa dicitur introducta fauore vtriusque
partis.*
5 *Declara, vt huiusmodi commissio efficitur commu-
nis ad effectum, vt altera pars possit eadem vti
inuito impetrante.*
6 *Lis vt dicatur contra reum introducta, & fundata
iurisdictio Iudicis ad effectum reuocandi attenta-
ta, requiritur quod vltra vsum, & præsentatio-
nem commissionis, fuerit facta citatio ad dicen-
dum contra.*
7 *Iudex sine vitio attentatorum non potest ad vlterio-
ra procedere, habita notitia commissionis.*
8 *Declara vt procedat tantum si Papa mandauerit, non
autē si simpliciter rescripserit ad instantiā partis.*
9 *Attentata vt dicantur commissa à Iudice, non suf-
ficit sola notitia commissionis per simplicem re-
scriptum ad instantiam partis, sed opus est vt pars
citet ad dicendum contra, & Iudex inhibeat.*
10 *Commissio causæ non tribuit iurisdictionem nisi sub
conditione, si impetrans vti voluerit.*
11 *Impetrans commissionem non aliter ea vti velle
deducitur, quam si citauerit ad dicendum contra.*
12 *Decretum Iudicis post auocationem causæ ab eo fa-
ctum est attentatum.*
13 *Limita quando auocatio fuit facta ad instantiam par-
tis, & pars rescripto non vtitur; vel citando, vel
faciendo alium similem actum iudicialem.*
14 *Iudex potest validè procedere, quousque pars non
vtitur auocatione, etiamsi habeat de auocatione
causæ notitiam.*

DECIS. LXXV.

Dictum fuit nulla adesse attentata, quæ sint reuo-
canda, quia licet decretum manutentionis fa-
ctum ad fauorem Archiospitalis Sancti Spiritus exe-
cutum fuerit post signatam commissionem in Si-
gnatura Gratiæ, attamen non causauit attentata,
quia Ecclesia de Anima, ad cuius instantiam com-
missio fuerat signata, non citauerat ad dicendum
contra commissionem, sine qua citatione commis-
1 sio non efficitur de actis, vt plenè *Rot. coram Buratt.*

2 *dec.138.num.3.* & *4.* nec vlla dicitur introducta litis
pendentia *bo.me. Cotemo dec.169.num.4. Rot. in rec.*
dec.57.nu.39. par.7. Et per consequens cessant quæ-
3 cumque attentata, quia hæc sine lite non commit-
tuntur, *Cassad.dec.6.sub num. 2. super regul. Cancell.*
Rot.diuers.decis.1. num.2. & *18. par. 2. cum alijs per*
Marches.de commis.par.2.tit.de Com.super attent.§.1.
num.1.fol.18.

Nec obstat quod commissio fuerit impetrata
vtraque parte informante, & quod Ecclesia de Ani-
ma ea vsa fuerit, illam in actis producendo, & Iu-
dici præsentando, quo vsu stante, commissio effici-
4 tur communis, & causa dicitur introducta fauore
vtriusque partis *Rot.in Hispalen. Praeminentiarum*
16. Nouembris 1618.coram bon.mem.Vbaldo, quam
referunt, & sequuntur *add.ad san. mem. Greg. decis.*
512.num.7.in fin. & *add.ad bon.mem.Buratt.dec.138.*
littera B. & dictum fuit *in Toletana Pensionis 27.*
Iunij 1629. & *in Ariminen. fideicommissi 7. Aprilis*
1641.coram R.P.D.meo Dunozetto.

5 Quia fuit responsum quod ex his commissio ef-
ficitur quidem communis ad effectum, vt altera
pars possit illa vti, inuito impetrante, & citare ad
dicendum contra pro firmanda iurisdictione, quod
alias facere non potuisset iuxta opinionem, quam
seruat *Rot. vt in Salamantina Pensionis 13. Ianuarij*
1584.coram Bubalo impress.per Marches.in tract. de
Commis.par 1.fol.171. vt benè declaratur in prælle-
gatis decis. sed non indè sequitur quod sit firmata
Iurisdictio, & inducta litis pendentia quo ad reum,
6 quia ad hunc effectum vltra vsum, & præsentatio-
nem commissionis requiritur citatio ad dicendum
contra, vt optimè declarat *Aretin.cons.33.sub nu. 3.*
qui in puncto dicit vltra præsentationem rescripti
requiri citationem, eumque sequitur, *Add.ad Greg.*
dec.552.num.7.vers.vlterius, & *Rot.in rec.decis.317.*
num. 2.ante fin.par. 2. & *firmat Lancellott. de attent.*
lit.pend.cap.4.num. 15. & *seqq.* & *tenuit Rot.d.dec.57.*
num.39.par.7.recent. & idem supponit allegata To-
letana Pensionis coram R. P. D. meo Dunozetto,
dum dicit, quod commissio efficitur communis ad
effectum, vt altera pars possit citari, & firmare
iurisdictionem.

7 Minus facit, quod stante notitia, quam Iudex ha-
buit dictæ commissionis non potuerit procedere ad
vlteriora absque vitio attentatorum, vt dictum fuit
in Mediolanen. Canonicatus *17. Iunij 1641. coram*
Reuerendissimo D. meo Patriarcha Constantinopo-
litano.

8 Quia dicta decisio loquitur de mandato, & præ-
cepto Papæ cui Iudex debet parere statim ac per ci-
tationem, aut quouis alio modo fuit de illis certifi-
catus, vt benè firmatur in dicta Mediolanen. &
propterea non applicatur casui nostro, quando adest
solum simplex rescriptum concessum ad instantiam
partis; hoc enim casu sola notitia non facit quod
9 postea gesta sint attẽtata, sed opus est quod pars ci-
tetur ad dicendum contra. & quod Iudex inhibeat,
alias non committuntur attentata, vt clarè *Paris.*
cons.81.num.17.lib.4.Rot.diuers.decis.1.nu.1. & *qua-*
tuor seqq.par.1. & *coram Cardinal. Caual.decis.499.*
num.1. & *coram bon.mem.Buratt. decis.280. num. 9.*
10 & ratio est quia commissio non tribuit iurisdictio-
nem, nisi sub conditione, si impetrans vti voluerit,
non aliter autem vti velle deducitur, quam si cita-
11 uerit ad dicendum contra *Egid. decis. 456. A-*
chill. decis.10. num. 1. de rescript. Rot. d. decis. 317.
num.2. par.1.rec. & *dicta decis. 138 numer.3. coram*
Buratt.

Deni que non obstat quod eo ipso quod Papa
commisit alteri hanc causam, quæ secundum pro-
prias facultates spectabat ad Iudicem S. Spiri-
tus ordinariorum causarum d. Archiospitalis, censea-
12 tur illam auocasse à dicto Iudice, ac proindè de-
cretum ab eo post auocationem factum, sit attenta-
tum ad *tradit.per Lancell. de attent. post auoc causar.*
cap.10.num.4.vers.regula, & *seqq.*

Quia quicquid sit, an hæc fuerit vera auocatio.
placuit responsio, quod conclusio præfata non pro-
13 cedit quando auocatio fuit facta ad instantiam par-
tis, vt in hoc casu, tunc enim dum pars non vtitur
rescripto auocationis, citando, aut faciendo posi-
tiuè aliquem alium similem actum Iudicialem, po-
test Iudex validè procedere quousque pars non vti-
14 tur auocatione etiamsi habeat de auocatione noti-
tiam, vt post *Archidiacon.* & *Bald. declarando supra-*
dictam conclusionem firmat Lancellot.d.cap.10.nu. 33.
cum seqq.

Et ita vtraque &c.

ROMANA SEV NEPESINA TVTELÆ.

Veneris 4.Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Tutor si promiserit reddere bonum, vt fidele compu-
tum alias voluit teneri ad damna, id includit obli-
gationem restituendi reliquatum; Tutor, quod re-
manserit debitor in redditione rationum, ex qui-
bus satis dicatur constare?

SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem,* & *restituere reliquatum.*
2 *Administrator promittens reddere bonum,* & *legale computum alias voluit teneri ad omnia damna, quid hoc includat?*
3 *Mandatum executiuum venit relaxandum stante obligatione Camerali.*
4 *Inuentarium tutelare bene probat contra Tutorem.*
5 *Libri depositariæ publicæ sufficienter probant pro tertio contra tertium.*
6 *Liber priuatus benè probat contra scribentem,* & *eius heredes.*
7 *Librum priuatum à se rescriptum in actis producens, fortius contra ipsum probat, cum censeatur illum quoad omnia approbasse.*
8 *Tutor in actis producens librum tutelarem, si ex eo non potest elici veritas partitarum, non probat ad sui fauorem.*
9 *Liber tutelaris, vt valide dicatur factus,* & *tentus quæ requirantur?*
10 *Liber tutelaris si in aliquibus partitis reperitur erroneus, nulla fides in reliquis est adhibenda.*
11 *Tutor administrans gregem,* & *armenta non solum tenetur restituere animalia, verum etiam fructus,* & *fetus.*
12 *Liber tutelaris constito de errore aliquarum partitarum non probat nec etiam quoad reliquas.*
13 *Inuentarium plenè probat contra tutorem scribentem.*
14 *Testes aliqui si deponant de maiori summa,* & *alij de minori, in ista minori summa dicuntur omnes concordes.*

DECISIO LXXVI.

CVm Veronica de Piscibus tanquam filia, & hæ-
res quondam Iacobi de Piscibus conuenisset Dio-
nisium de Sanctis ad reddendam rationem admini-
strationis bonorum, & introituum, cæterorumque
effectũ hæreditariorum dicti Iacobi, quæ ipse vt
eius

eius Tutor, & curator spatio 14. annorum administrauit, ista obtinuit à Sanctissimo huiusmodi causam cognosci ab A.C. de voto *Rotæ* appellatione remota. Vndè proposito hodiè dubio, an, & pro qua summa mandatum sit relaxandum. Domini informante tantum Veronica, dixerunt pro nunc esse relaxandum per scutis 4587. Necnon pro restitutione animalium descriptorum in Inuentario tutelari, siue eorum valore, ac pro rata vaccarum, aliorumque animalium num. 113. quæ constat remansisse in hæreditate Iacobi, & à Dionisio fuisse retenta in Societatem, sine tamen præiudicio residui.

Nam quoad scuta 4587. constat Dionisium esse debitorem scutorum 19233 pro fructibus bonorum hæreditariorum, pecunijs in hæreditate repertis, creditis exactis, ac pro pretio frumenti, & animalium, aliorumque fructuum, quæ ad eius manus peruenisse apparet ex partitis registratis *in Summar. Veronica num. 3. cum seqq.* Ex quibus demptis scutis 11955. erogatis in emptionibus censuum, & locorum Montium ad fauorem pupillæ, ac in expensis necessarijs, quæ informantes pro Veronica admittunt esse ponenda in creditum Dionysij, necnon relictis insuspenso quatuor partitis constituentibus in totum scuta 2695. nempè prima scut. 1836. pro rubris 51. sementæ, secunda scutor. 240. pro rubris decem ordei, tertia scutorum 319. pro tot suibus datis, vt dicitur *à credenza* diuersis personis, & quarta scutor. 300. pro sorte vnius census, qui prætenditur extinctus cum Communitate Formelli, quæ Domini censuerunt adhuc non esse sufficienter iustificatas, debitum Dionisij remanet certum, & liquidum in dictis scutis 4587. pro quibus mandatum est relaxandum, tàm ex dispositione iuris communis, cum quilibet Administrator de iure teneatur
1 reddere rationem, & restituere reliquatum *l. 1. §. Officio ff. de tutel. & rat. distrahen. l. rationes C. de administr. tutor.* quam etiam vigore eius particularis promissionis, quia ipse sub obligatione Camerali promisit de administratis reddere bonum, & legale
2 computum, alias teneri voluit ad omnia damna, vt *in Summ. num. 2.* quæ promissio includit obligationem soluendi reliquatum *l. cum seruus, ff. de condit. & demonstr. l. boues §. fin. & ibi gloss. ff. de verb. signif. Rot. coram fel. mem. Greg. XV. dec. 554. numer. 2. & in Romana fideiussionis 21. Iunij 1631. coram Eminentissimo meo Cardinali Verospro.* Et stante obligatione
3 Camerali relaxandum est mandatum executiuum, vt dictum fuit *in Imolen. Tutelæ 2. Decembris 1593. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio sen. & in Romana redditionis rationum 19. Decembris 1598. coram Litta, & in Ariminen. administrationis Tutelæ 24. Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino Decano.*

Nec dubitari potest de veritate partitarum, ex quibus deducitur debitum Dionisij. Quia plenè in-
4 stificantur partim ex inuentario tutelari, quod contra tutorem scribentē plenè probat *ad trad. in l. fin. vbi gloss. & DD C. arbitr. tut. Rot. coram bon. memor. Buratt. decis. 557. num. 6. & 7. & decis. 637. num. 6. & in recent. dec. 301. num. 4. par. 6. & in supracitata Ariminen. Administrationis coram eodem D. meo Merlino:*
5 Partim ex publicis Instrumentis, & ex partitis formiter extractis ex publicis libris Depositariæ Sacri Montis Pietatis Vrbis, qui sufficienter probant pro tertio contra tertium *Bart. in l. quædam, §. nummularios num. 4. ff. de eden. Card. Seraph. dec. 1088. num. 4. Rot. in recent. dec. 19. num. 3. par. 7.* & fuit dictum in *Tiburtina administrationis, seu redditionis rationis 9. Decembris 1641. coram R. P. D. meo Dunozetto.*
6 Partim ex receputis, & notulis manu eiusdem Dionisij descriptis in suo libro, qui licet confectus à priuato, probat tamen contra ipsum, eiusque hæredem *l. publica 10. §. fin. ff. deposit. specul. in secunda partit. de instrument. edit. §. 7. Nunc dicendum nu. 5. vers. nisi contra eum Alex. cons. 84. num. 1 libr. 7. Surd. cons. 439. num. 20. lib. 4. Rot. in recent. dec. 195. num. 6. & 7. par. 6. & in supracitata Tiburtina Administratio-*
7 *nis*; Præsertim cum dictus liber fuerit in actis productus ab eodem Dionisio, qui propterea censetur tacitè, quoad omnia approbatus *l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab. Bocr. dec. 333. num. 9. vers. Et in hac causa Reuerendissimus Vrgellen. decis. 352. num. 2. & decis. 368. numer. 4. cum pluribus adductis in dicta Tiburtina.*

Nec releuat dictus liber quatenus Dionisius illum exhibet pro sui exoneratione, & ad suum debitum extenuandum. Quia cum appareat confectus de recenti, & in eo ferè omnia sint in confuso inordinatè, & in genere descripta, sine expressione causæ, & diei, itaut non possit dici veritas, & depræhendi iustificatio partitarum in eo descriptarum, non probat ad eius fauorem, nec deseruire potest pro redditione rationis, quia ad huiusmodi effectum li-
9 ber tutelaris debet distinctè, & singulariter continere, quid in singulos annos, menses, & dies perceptum fuerit, quibus, & qua de causa datum, & impensum, à quo fundo fructus recollecti, exactamque, & integram continere descriptionem omnium datorum, & receptorum, ac introitus, & exitus totius temporis, quo continuauit administratio *Bart. in l. comperimus, C. de nauicul. lib. 10. & cons. 150. nu. 9. in fin. par. 1. Rip. in l. admonendi num. 116. ff. de iur. iur. Escobar de ratioc. admin. c. 10. n. 42. & 43. & n. 47. cū seqq. Roland. à Valle cons. 49. n. 5. & seqq. lib. 1. Gratian. disc. for. cap. 563. n. 32. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 208. n. 18. et seqq. et sæpius Rota tenuit, et signanter in rec. dec. 590. num. 5. par. 1. et dec. 111. n. 5. par. 7.* & fuit dictum *in dicta Ariminen. coram Reuerendissimo D. meo Merlino*, & alijs multis relatis *in Romana redditionis rationis 14. Decembris 1636. coram bon. memor. Coccino, et in dicta Tiburtina coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Idque multo magis procedit, cum in multis par-
10 titis dictus liber detectus sit erroneus, nempè in septima, octaua, & nona, in quibus Veronica creatur debitrix scut. 1512. 20. pro expensis in alendo boues, vaccas, & cætera animalia, eorum custodes, quæ tamen non erant ponendæ ad sui debitum, tùm quia huiusmodi expensæ spectant ad socium minorem iuxtà morem consuetum omnium locorum, & vsum specialem illarum partium, de quo dantur attestationes *Summ. nu. 23.* Tum quia compensantur cum fructibus eorumdem animalium; quarum Tutor mentionem non fecit, prout debebat, cum Tu-
11 tor administrans gregem, & armenta, non solum tenetur restituere animalia, sed etiam fructus, & fætus *l. sed, et si 25. §. fin. cum duobus seqq. ff. de petit. hæred. latè Ladercb. cons. 99. num. 9. et 10.* Item creatur debitrix in quinque partitis constituentibus scuta 2411. 34. pro alimentis præstitis Donato, Veronicæ, & Hortensiæ de Piscibus, felicique eorum matri, Antinæ, & alijs personis spatio quatuor annorum, hoc est ab anno 1624. vsque & per totum 1628. ad rationem scut. sex pro singulis quolibet mense, & tamen ex testibus datis *in Summ. num. 21. & 22.* probatur Autinam nihil habuisse pro victu. Donato verò, Veronicæ, cæterisque personis subministrata fuisse solum scuta tria, vel tria cum dimidio pro omnibus insimul, multæque aliæ partitæ

fuerunt appositæ ad debitum Veronicæ nullatenus
apponendæ, & aliæ plures repertæ sunt excessiuæ,
quas sigillatim denumerant informantes pro Ve-
ronica, & propterea dicto libro ad eius fauorem
minimè est standum, nisi omnes partitæ aliundè
12 plene iustificentur, quia sicut in supradictis inter-
uenit error, ita etiam in cæteris potuit errari,
Gabr.cons.148.num.9.lib.1.Farinac. cons.100. nu.14. lib 2. Rot.diuers.decis.743.num.1.& per tot.par.4.& coram san.mem.Greg.XV.dec.79.& ibi Adden.nu.6. & in recent.d.decis.111.num.9. par. 7. & fuit dictum in Papien. bonorum primo Iuny 1605. coram Oetembergo, & bis in Romana Tutelæ de Ferratinis nempè 13.Marty 1595.& 19. Iuny 1600. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, quæ tres decis.habentur impressa apud Marches.de commis.par.1.fol.898.correcto tamen errore fol. & latè in dicto Romana redditionis rationis 15.Decembris 1636. coram bon.mem.Coccino.

13 Quo verò ad animalia, pro illis, quæ descripta
sunt in inuentario nulla adest difficultas, cum in-
uentarium plenè probet contra Tutorem scriben-
tem *l.fin.C.arbitr.tut. Bart.in l. tutor qui repertorium num.12.ff.administr. tut. Paris.cons.26.num.55 lib.2. Rot.diuers.decis.7.num.3.par.1.& in recent. dec. 762. numer.1.par.2. & in dicta Ariminen. administrationis tutelæ 24.Nouembris 1625.coram Reuerendissimo D. meo Decano*. Pro alijs verò quę in societatem retinebat ipse Dionisius, dictus numerus 113. animalium iustificatur ex duobus Testibus datis *in Summ. num.18.* quibus non obstat, quod sint in quantitate discordes, ex quo alter deponat de 150. alter de 113. quia in hoc minori numero, in quo conueniunt dicuntur contestes, & probant *l.diem proferri, §. si plures, ff.de arbitr.DD. in l. penult. ff. de in litem iuran. & in l.1.§.si stipulanti, ff.de verb.oblig. Rot. coram Greg.dec.558.num. 2.vbi adden.sub littera A.& coram Buratto dec.865. num.2.*

Et ita vna tantum &c.

CIVITATIS VETVLÆ.

Veneris 4. Iuly 1642.

ARGVMENTVM.

Compulsoriæ speciales sunt concedendæ petenti probata existentia, & releuantia, & ex quibus existentia probetur?

SVMMARIVM.

1 *Compulsoria specialis conceditur concurrente existentia Instrumenti, & releuantia.*

2 *Existentia instrumenti probatur ex eo quod fuerit alias parte citata productum in actis.*

3 *Credita extinguuntur, & confunduntur actiones stante aditione hæreditatis absque inuentario.*

DECISIO LXXVII.

Visum fuit Dominis concedendas esse Dominico
compulsorias speciales, cum concurrant solita
requisita nempè existentia instrumenti compulsan-
1 di, & releuantia quibus concurrentibus semper
conceditur *Vestr.in praxi lib.6. cap. 1.sub num.12. Rot.coram bon.mem.Buratto decis.555. num.1.*

Existentia non reuocatur, nec riuocari potest in-
dubium, quia dictum Instrumentum fuit alias pro-
2 ductum in actis parte citata. Releuantia verò ex eo
patet, quia Dominicus intendit probare cum dicto Instrumento quod Veronica agens tamquam creditrix Marini de Matheis adiuit hæreditatem eiusdem Matthæi, & in ea reperijt magnam quantitatē frumenti, illamque vendidit, ac distraxit, quę probatio erit releuans, quia probata aditione hæreditatis, ac frumenti hæreditarij distractione, cessabit quodcumque creditum Veronicæ, cum per aditionem hæredis sine Inuentario confundantur actiones, & credita extinguantur *l.debitori C.de pact. Ruin.cons.67.num.13.lib.2.Surd.decis.224.num.7.Rot. coram Card.Seraph.dec.504.num.3.*

Et in hanc resolutionem eo facilius descenderunt Domini, quia sumus in tertia Instantia, & intrant feriæ generales, quibus pendentibus cum non possit ad vlteriora in causa procedi, dilatio danda pro compulsoria, nullum, aut modicum est allatura præiudicium alteri parti.

Et ita fuit decisum vtraque.

MACERATEN. BONORVM.

Ven. 4. Iuly 1642.

ARGVMENTVM.

Possessio capta per alium, vt mandanti suffragetur debet constare de eius speciali mandato, & quid si talis actus fuerit ratificatus post quam alius iam cęperit possessionem medio tempore? In possessione capienda potissimum attenditur animus capientis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur anteriori possessori.*

Possessio sufficit, quod sit anterior per horam, vt ea veniat manutenenda n. 1.

2 *Possessio capta per alium non suffragatur, quando est capta sine speciali mandato.*

3 *Ratificatio superueniens re non integra non iuuat.*

Ratificatio non iuuat si fuerit facta postquam ius alteri fuit quæsitum, cum tunc nihil ponat in esse num.3.

4 *Retrotractio non fit vsque ab initio in præiudicium tertij.*

5 *Possessio capta nomine proprio, & alieno donec ille non ratificet, possessio tota remanet penes eum num.6.*

7 *Possessio dum non est vacans si capiatur non citato possessore nulla est, & vitiosa.*

8 *Possessionem quando quis dicatur accepisse nomine suo tantum? & num.10.& seqq.*

9 *Possessionis acquisitio pendet ab animo, & ab eo regulatur.*

Possessio acquiri non potest deficiente animo acquirendi num.9.

11 *Plures eamdem rem insolidum eodem tempore possidere non possunt.*

12 *Verba vbi sunt dubia, interpretantur contra eum, qui potuisset se melius declarare.*

13 *Possessio ad effectum manutentionis sufficit, quod fuerit capta cum tali quali animo, licet imperfecto.*

14 *Et animus sufficit quod concurrat aliqualiter, licet imperfectè, & non eo modo quo debet. nu.15.*

16 *Animus, & voluntas alicuius probatur potius ex declaratione, quā ex simplici alterius assertione.*

17 *Iudex, quod dedit in mandatis obseruandum est, & non potest exequutor aliquid contra mandatum exequi.*

18 *Exequtor dum exequendo se remittit ad mandatum non censetur illius fines velle transgredi.*

19 *Immissionem petens fatetur se non possidere numer.19.*

Possessionem petens ex hoc ammittit possessionem ciuilem num.19.

20 *Mandatum ex productione iurium non præsumitur quando verisimiliter quis aliundè potuerit habere, quam à principali.*

21 *Iurium productio facta à domestico non inducit præsumptionem mandati.*

DECISIO LXXVIII.

DOmini dixerunt Ven. Monasterio Sanctæ Cla-
ræ dandam essemanutentionem in possessione
Palatij ac Prædiorum Montanellæ, & Cæresolæ,
quia ex datis in eius *Summ. num.8. cum seqq.* constat
sub die 31. Maij 1638. Ignatium Angelinum Pro-
curatorio nomine Monialium, & vigore mandati
de Immittinen. obtenti à Vicario Episcopi Mace-
raten. cæpisse possessionem Palatij de quo agitur, &
Angelum q. Dominici earum Monialium factorem
cæpisse possessionem prædictorum Montanelli, &
Ceresolæ, eademque die Abbatissam, & Monia-
les possessionem earum nomine captam solemni-
ter ratificasse, vt ex Instrumento, quod datur *In*
1 *Summ. n.10.* Vndè sibi tamquam anterioribus de-
betur manutentio *vulg. § retinendæ Inst. de interdict. l.1. §. Interdictum autem ff. vti possid.*

Nec obstare possessionem eadem die per horam
2 ante captam à Camillo nomine Pompei Fratris,
quia cum capta fuerit finè speciali mandato, non
potuit suffragari Pompeio *l. 1. §. 1. procuratorem l.
possessio §. & si possessio, ff. de acquir. poss. Corn. cons. 46
n.11. Vers. Nec reperitur ista specialitas lib.3. Aym.*
3 *cons.5. n.16. Rot. coram s. me. Greg dec.50. n. 3.* Nihil
obstante, quod postea fuerit à Pompeo ratificata,
quia cum ratificatio non superuenerit re integra,
sed post captam possessionem à Monialibus, non
4 potuit in earum præiudicium quibus medio tem-
pore fuerat ius quæsitum retrotrahi ad diem captę
possessionis *per text. in l. bonorum ff. rem rat. haber. &
in l. aliena res in princ. ff. de pignorat. act. Rot. coram
Reuerendissimo Vrgellen dec.265. n.42. cum pluribus
in hac eadem causa cumulatis in decisione emanata co-
ram Reuerendiss. D. Episcopo Patanino vers. vltimo.*

Minusque dictum fuit releuare possessionem
5 fuisse captam à Camillo, non solum nomine fra-
tris, sed etiam pro omni suo Iure, & interesse ibi
*ad instantiam D. Cap. Camilli Compagnoni, vti fra-
tris germani, & coniunctæ personæ D. Pompei pro quo
de rato &c. ac etiam per omni suo Iure, & interesse
Summ. de Compagnonis n.1.* ex quo inferebant infor-
6 mantes interim, Pompeo non ratificante, pos-
sessionem remansisse penès Camillum, vt disponi-
tur *in l. si absentis vbi scribentes C. si cert. petat. Bald.
in l. multum interest n.13. vers. sed quid si pro parte C.
si quis alter. vel sib. Alex. cons.22. n.2 lib.5. Grat. dis-
cept. forens. cap.704. n.44. & 53. Rot. diuers. dec. 641.
n.1. par.1. & in recent. dec.761. num.2. vers. Etante
ratificationem par.2. & dec.557 n.3. par.3. coram Bu-
ratt. dec.67. num. 9. & prius in Bonon. hæreditatis de
Gargantibus 16. Nouembris 1631. coram bo. me. Mel-
lino* Proindeque ratificationem Pompei super venis-
se re integra, non obstante possessione Monia-
7 lium medio tempore capta, cum hæc tamquam
capta de tempore, quo possessio non erat vacans,
non citato Camillo possessore nulla fuerit, & vi-
tiosa *cap. licet causam vbi DD. dc probat.*

Pro remotione enim huius obiecti, in quo totam
suam vim faciebant informantes pro Compagno-
nis, fuit animaduersum Camillum satis declarasse
animum suum capiendi possessionem tantummo-
8 dò nomine fratris, dum petijt a Iudice mandatum
de immittendo solius fratris nomine. Vndè quid
quid sit si habuisset animum capiendi nomine pro-
prio, hoc casu propter defectum voluntatis posses-
sio non iustificatur, quia tota hæc materia acqui-
9 sitionis possessionis pendet ab animo, ab eoque
ita regulatur, vt eo deficiente acquiri non possit *l.
1. §. per procuratorem, & l. 3. §. in amittenda, & l.
quemadmodum ff. de acquir. poss. l. licet C. eod. Rot. co-
ram s. me. Greg. dec.252. n.4. & in recent. dec.35. n.2.
par.5.*

Ideoque verba illa pro omni suo iure, & interes-
10 se, interpretanda videntur, quatenus sua interesset
possessionem capere nomine fratris, nec referenda
sunt ad possessionem nomine proprio, cum simul
11 stare non possint, vt quis acquirat nomine proprio
dum declarat acquirere alieno, cum eodem tem-
pore duo simul, & insolidum eamdem rem possi-
dere non possint *vulg. l. possidere §. ex contrario ff. de
acquir. poss. l. si vt certo loco §. si duo vehiculum ff.
commodat*; & satis est verba esse turbida, & æqui-
uoca, vt veniant interpretanda contra Camillum,
12 qui si habuisset animum capiendi possessionem
nomine proprio, potuisset clariùs suam volunta-
tem exprimere, petendo mandatum de immitten-
do etiam nomine proprio ad tradita *in l. veteribus
C. de Pact. l. quicquid adstringendæ ff. de verb. oblig.
Surd. de alim. tit.6. qu.1. num.26. Cyriac. controu. for.
cap.378. n.42.*

Et licet exequutor postmodum in actu immis-
sionis enunciauerit immissum Camillum vtroque
nomine, proprio scilicet, & pompei Fratris, ibi,
ibiq; perueniens d. Alexander exequutor supradictus cum
13 *assistentia &c. inactualem, realem, & Corpora-
lem possessionem supradicta &c. immisit præfatum* D.
*Camillum tam suo nomine proprio, quam nomine, &
vice supradicti Pompei* quod sufficere videtur in iu-
14 dicio manutentionis, vbi sufficit possessionem ef-
fectualiter fuisse captam cum tali, quali animo li-
cet imperfecto, vt aduertit *Aret. in l. is qui putat
num.5. vers. expone tamen ibiq; Roman. n. 3. ff. de ac-
quir. poss. Surd. cons.93. n.* 12. reddens rationem, quia
in acquirente possessionem non requiritur tanta
certitudo, ideoque sufficit, vt factum perfectè in-
terueniat scilicet ingressus, & animus concurrat
15 aliqualiter licet imperfectè, & non eo modo, quo
debet, idem repetit *Rota in Vigeuen. Beneficij 14.
Februarij 1605. coram bo. me: Ortembergho.*

Super hac tamen enunciatiua dictum fuit nullum
fieri posse fundamentum, tum quia cum agatur de
probando animo, & voluntate Camilli, potiùs
attendi debet expressa ipsius declaratio capiendi
16 possessionem nomine fratris, quam simpliciter
assertio exequutoris, qui voluntatem Camilli de-
clarare non potuit ad tradita *per Rot. in recent. de-
cis.225. n.5 par.6.* Tùm quia Exequutor expresse se
retulit ad mandatum obtentum à Iudice, eiusque
vigore Camillum immisit. Vndè cum Iudex de-
17 derit solùm facultatem ingrediendi possessionem
nomine Pompei non potuit exequutor contra for-
mam mandati immittere Camillum nomine pro-
prio, nec minus id voluisse præsumitur propter
18 expressam relationem ad mandatum *Bart. in l. si
quis seruum §. fin. ff. de leg.2. Paris. cons.18. n.31. & 32.
lib.2. & in proximis terminis Rot. in Racanaten. bono-
rum Iunij 1642. coram me.*

Idque apertius declarauit idem Camillus, dum
consensit ratificationi factæ per Pompeum, nullo
sibi Iure reseruato, & vna cum alijs vsufructuarijs
petijt immitti in possessionem bonorum ratione
vsusfructus iuxt. formam Codicillorum; dum enim
19 approbauit ratificationem fratris absque vlla præ-
seruatiua, satis declarauit ad se solum spectare pos-
sessionem, dum verò petijt Immissionem fassus
fuit se non possedisse *Rot. coram Mantic. dec. 20. n.
1. & dec.174. n.5. par.4. diuers. & dec.7. n.14. par 6. re-
cent. & in Ferrarien. manutentionis 28. Ianuarij 1641
coram bon. mem. Pironano.* Imò vbi etiam possedis-
set ex hac sola petitione possessionem Ciuilem
ami-

amisisset *Rot. coram Card. Canal. dec. 534. n. 6. & coram s.m. Greg. dec. 46. n 4. & 5.*

Quæ dicebantur de mandato præsumpto ex productione Iurium, cum impensa non applicantur.
10 Quia impensę non probantur, & sola productio non sufficit, quando Iura producta potuerunt alia via haberi, quam ab ipso principali, vt distinguendo tradunt *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsump. 33. n. 6. Caputaq. dec. 185. n. 1. par. 2. quos refert, & sequitur Add. ad Greg. dec. 44. n. 10.* Vbi proindè firmat ad nostrum propositum hanc præsumptionem non esse
11 efficacem in domestico.

Et ita vtraque parte Informante fuit resolutum coram bo: me: Merlino Decano in cuius locum sub togatus ego extendidi Decisionem, quia ille morte Præuentus extendere non potuit.

ARIANEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Veneris 4. Iuly 1642.

Argumento non indiget.

1 *Manutentio in summarissimo possessorio datur absque exhibitione tituli, et num. 2.*

3 *Ampla procedere etiam in beneficialibus.*

4 *Mandatum generale quando suffragetur ad capiendam possessionem?*

DECISIO LXXIX.

Vincentio Corso Informante Domini dixerunt daudum esse mandatum de manutenendo in possessione Archipresbyteratus de quo agitur, quia ex publico Instrumento constat de eius possessione capitulariter capta nemine contradicente, quinimò Canonicis, & dignitatibus eum in Archipresbyterum recipientibus, illum de osculando, stallum in Choro ei assignando, & sedere faciendo, aliaque faciendo, denotantia, vram, & realem d. Archipresbyteratus possessionem, ac proindè dandum est ei mandatum de manutenen. quod in hoc
1 Iudicio semper conceditur docto de possessione,
2 etiamsi titulus non exhibeatur, & simus in bene-
3 ficialibus, vt sæpius *Rota respondit, & signanter inter diuers. dec. 595. n. 8. par. 1. in recent. dec. 287. num. 8. par. 2. coram s. me. Greg. XV, dec. 323. nu. 2. & ibi late add. & penes Post. de manuten. dec. 328. nu. 8. & alius cumulat idem Posth. in d. tract. obseru. 42. num. 24. & seqq.*

Non obstat, quod Vincentius non apprehenderit possessionem per se ipsum, sed per Procuratorem generaliter constitutum ad Capien. possessio-
4 nem quarumcumque dignitatum, & Beneficiorum non expresso in specie Archipresbyterato de quo agitur, quia huiusmodi mandatum visum fuit sufficiens, cum sub illa generalitate comprehendatur etiam species, vt alias tenuit *Rot. in Imolen. Praeceptoria 30. May. 1607. coram bo: me: Manzanedo, quæ est dec. 10. n. 3. & 4. penes Posth. de manut.*

Et ita fuit decisum &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BOATTERIIS.

Veneris 12. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

In fideicommissis agnatitijs, & perpetuis fauore familiæ, si testator vsus est verbis denotantibus masculos, & fœminas, qualiter præsumatur facta talis vocatio fœminarum, cum perpetuatio familiæ non possit fieri per fœminas, sed bene per masculos?

SVMMARIVM.

1 *Sub verbis fily, nepotes descendentes, linea, & familia, veniunt tam masculi, quam fœmina.*

2 *Fideicommissum, quando fuit factum, pro conseruatione familia, & agnationis, tunc sub nomine filiorum, nepotum descendentium non veniunt fœmina. declara vt n. 5. & 6.*

3 *Femina non possunt conseruare agnationem, & familiam.*

4 *Agnationis conseruatio in testatore excluditur, si vocauerit fœminas ad fideicommissum.*

5 *Testator in fideicommissa agnatitio vocando fœminas etiam id intelligitur in subsidium, & vbi masculi amplius non extant, & n. 6.*

7 *In fideicommissis perpetuis, & absolutis ordinatis fauore agnationis, si testator proclinior appareat erga masculos, & vocauit etiam fœminas tunc fœmine non possunt concurrere cum masculis, sed bis deficientibus admittuntur & n. 9.*

8 *Fœmina non possunt nisi temporaliter conseruare agnationem.*

10 *In fideicommisso relicta pro conseruatione familia testatoris, non repugnat, quod in subsidium succedant fœmina, quanda ipse vsus est verbis denotantibus tam masculos, quam fœminas, & numer. 11.*

12 *Fœmina iura sanguinis retinent, & agnationem conseruant eo modo, quo possunt, quamuis in alienam familiam nupta.*

13 *Testator dum vocauit familiam expresso propriu cognomine videtur voluisse admittere solos masculos ad fideicommissum, non autem fœminas.*

14 *Familia perpetuatio non potest fieri, nisi per masculos, & non per feminas ibidem.*

15 *Fœmina propriè continentur sub verbis* familiæ, *& agnationis.*

16 *Testator præsumitur voluisse se conformare cum dispositione statuti.*

17 *Statutum excludens fœminas propter masculas intelligitur extantibus masculis, alias illis non extantibus censentur fœmina ad successionem reintegrata.*

18 *Voluntas, qua deducitur ex actis non extenditur vltra quam de necessitate ex ipso actu infertur.*

19 *Voluntas testatoris ita debet interpretari, vt sit conformis statutaria dispositioni.*

20 *Testator vbi discretiuè locutus est de masculis, & fœminis, censetur diuersimodè voluisse de eis disponere.*

21 *Fœmina in fideicommisso non possunt succedere, si testator eas perpetuo exclusit, & num. 22. & 23.*

24 *Verba communia comprehendunt tam masculos, quã fœminas, & n. 28.*

25 *Fœmina licet a testatore dotata, & exclusa succedunt masculis non existentibus, vbi dispositio est apta illas comprehendere.*

26 *Verba* dicti, & supradicti *de sui natura repetunt omnes qualitates supra expressas, & n. 27.*

29 *Testator non censetur voluisse excludere fœminas à fideicommissa, dum vsus fuit verbis denotantibus masculos, & fœminas.*

30 *Testator ex quibus manifestè conuincantur, quod non excluserit fœminas à fideicommisso?*

31 *In fideicommissis agnatitijs semper desumitur interpretatio, vt fœmina post masculos censeantur admissa, quando in aliqua parte testamenti vocantur.*

32 *Testator quando post masculos vocauit fœminas, & illarum filios, ex hoc conuincitur, quod ipse non sumpsit nomen familia in rigido, & stricto sensu.*

33 Fe-

33 *Femina admittuntur saltem post masculos vbi agi-
tur de fideicommisso instituto fauore filiorum,
nepotum, descendentium, familia, & simi-
lium.*

DECISIO LXXX.

SEntentiam Rotalem confirmandam esse dixerunt
Domini, quia illius validitas non controuertitur,
& iustitia clara redditur ex luculenter deductis in
duabus decisionibus coram bon.mem. Merlino, al-
tera sub *die 13. Maij 1642. altera sub die 17. Februa-
rij anni præteriti*, in quibus optimè probatur con-
stare de fideicommisso ad fauorem Franciscæ Au-
ctricis, & ascendentis illorum de Lucatellis firma-
tis, ac plenè discussis tribus conclusionibus. Pri-
ma, quod filij nepotes, & descendentes Annibalis
Boatterij Testatoris sunt positi in conditione. Se-
cunda, quod omnes positi in conditione sunt vo-
cati. Tertia, & vltima, quod inter ipsos positos
in conditione, & vocatos compræhenditur Francis-
ca, ad cuius fauorem fideicommissum est apertum
quarum conclusionum subsistunt, nedùm primæ
duæ, vt latè deducitur in eisdem decisionibus, & vi-
dentur admittere informantes pro Dominis de
Vrsis, dum illas non impugnant, sed etiam tertia,
ad quam hodie vnicè se restringunt.

Ex lectura enim Testamenti apparet, quod fue-
runt positi in conditione filij nepotes, descenden-
tes, linea, & familia, sub quibus nominibus, &
1 vno quoque eorum Franciscam compræhendi,
quamuis fœminam, non est dubium, cum sint
nomina Communia, quæ ad vtrumque sexum re-
feruntur, & tam masculis, quam fœminis con-
ueniunt *l. pronunciatio ff. de ci. verb. & rer. significatio-
ne l. voluntas C. de fid. vbi vtrobiq; communiter* DD.
& latissimè de singulis his nominibus firmatur in
prima ex d. decis.

Nec resistit obiectum sæpius repetitum, & in
secunda decisione latè confutatum, quod licèt di-
cta verba ex sui natura ad vtrumque sexum refe-
2 rantur, secus autem fit quando, vt in hoc casu,
fideicommissum fuit factum pro conseruatione fa-
miliæ, & agnationis, quia tunc ad solos mascu-
los restringuntur; nec fœminæ admittuntur, cum
3 ipsæ non possint conseruare agnationem. ad quod
potissimum Testator respexit, vt tenent commu-
niter DD. quorum magnum numerum cumulat.
Fusar. de substit. qu. 352. num. 10. & *Rot. sæpius respon-
dit*, & *signanter dec. 44. n. 4. par. 1. dec. 203 n. 8. & dec.
217. n. 1. & 4. par. 2. & dec. 126. par. 7. rec.* & *in Bonon.
transactionis 30. Aprilis 1638. coram Eminentissimo
D. meo Cardinali Verospio*, & *in alijs*.

Quia vltraquod stante vocatione fœminarum
4 & illarũ descendentia excluditur consideratio agna-
tionis, vt firmatur in dd. duabus decisionibus; fuit res-
ponsum conseruationem agnationis contemplatam
5 à Testatore operari quidem, vt dicta verba restrin-
gantur ad masculos, sed temporaliter, quamdiù
ipsi extant, ità vt extantibus masculis cuiuscum-
que gradus per quos agnatio, & familia propriè
conseruatur, non pateat locus fœminis, sed vbi
masculi amplius non extant, fœmina de familia,
6 & agnatione admittitur, quasi per posterius voca-
ta, & posita in sequenti gradu successionis, cum ip-
sa etiam sub proprietate dictorum verborum con-
tineatur, & quousque viuit agnationem conseruet
*Ruin. cons. 130. num. 12. & cons. 144. num. 4. lib. 2. Soc-
cin. sen. cons. 227. num. 6. lib. 2. et Inn. cons. 94. num. 10.
lib. 1. Cephal. cons. 252. n. 23. et benè Peregr. cons. 42.
num. 10. vers. At vbi masculus non extat, et cons. 58.
per tot, et cons. 149. num. 24. in fin. & cons. 159. nu-
14. vers. Tertius casus lib. 5.* Quibus in locis Peregr
7 inquit, quod licet in his dispositiuis fideicommis-
sis perpetuis, & absolutis ordinatis fauore descen-
dentium, & agnationis mens Testatoris appareat
magis propensa, & procliuior erga masculos, quia
8 isti per se, & descendentes suos masculos possunt
perpetuare familiam, & agnationem, fœminæ ve-
rò non possunt, nisi temporaliter earum vita du-
rante. Attamen, quia proprietas verborum à qua
in totum recedi non debet, fœminis etiam conue-
nit, sumitur media quædam, & æqua interpre-
tatio, quo hæc procliuior Testatoris affectio in
hoc tuetur masculos, vt ipsi in concursu præferan-
9 tur fœminis, quamdiù extant, sed masculis defi-
cientibus, fœminæ admittantur, quasi per poste-
rius vocatæ, & masculis vulgariter substitutæ, &
pluribus relatis per *Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8.
tit. 12. n. 7. Fusar. de substit. d. quæst. 352. nu. 12. Surd.
dec. 84. n. 9.* & *Rota hanc opinionem perpetuò tenuit
nempè coram bo:me: Buratt. dec. 107. num. 1. ad fin. et
coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 126. nu. 39. & in
duabus Ferrarien. de Rasurijs allegatis in 2. dec. alte-
ra 24. Maij 1621. coram bo:mem. Cardinali Verospio,
altera 25. Februarij 1622. coram bon. mem. Merlino,
& in Bonon. fideicommissi de Pancaldis 15. Februarij
1640. coram Reuerendissimo D. meo Panzirolo Pa-
triarcha Constantinopolitano, et in eadem 10. Iunij
1642. coram me §. minùs facit.*

Nec menti Testatoris, & optatæ ab eo conser-
uationi agnationis repugnat, quod fideicommis-
10 sum relictum in sua familia agnatitia, cessantibus
masculis continuet in fœminas, nàm imò ita ma-
gis conseruatur, & longè progreditur, quousque
scilicet durat vita fœminæ admissæ, qui sanè effe-
11 ctus non est contrarius, sed propitius menti Te-
statoris, quia fideicommissum, quod deficienti-
bus masculis statim expiraret, & extingueretur,
vlterius extenditur, & magis durat, quamdiù sci-
licet viuit fœmina, quæ intra sanguinis retinet, &
12 agnationem conseruat saltem eo modo, quo po-
test, quamuis in aliena familia sit nupta, & ita
magis perpetuatur agnatio iuxt. votum Testatoris
vt ponderat *Peregr. d. cons. 42. n. 10. vers. at vbi mas-
culus in fin. & cons. 58. n. 9. vers. ad quartum in fin. lib.
5. Gionagn. cons. 39. n. 9. 10. & 11. lib. 1. Fusar. d. q. 352.
n. 31. Cyriac. contron. 281. n. 89. Rot. in recent. dec. 587
n. 8. par. 1 Add. ad s. mem. Greg. XV. dec. 293. n. 23. &
latè in rec. dec. 282. n. 2. par. 2. & dec. 349. num. 30. par-
te 6.*

13 Et hinc etiam educitur responsio ad illud quod
Testator non vocauerit familiam simpliciter, sed
familiam de Boatterijs, expresso proprio Cogno-
mine, ex quo inferebatur illum accepisse nomen
familiæ, & agnationis in potiori, & potentiori si-
gnificatu de solis masculis, cum talis expressio o-
stendat enixam voluntatem ipsius Testatoris per-
petuandi suam familiam de Boatterijs, quæ per-
14 petuatio cum fieri non possit nisi à masculis, ad
illorum fauorem solum censetur instituisse fidei-
commissum, & fœminas exclusisse *ex Grat. cons.
68. n. 17. lib. 2. Curt. iun. cons. 154. num. 10. benè Ruin.
cons. 24. n. 5. 6. & 7. cum alijs allegatis per Fusar. vbi
15 supra quæst. 252. n. 9.* Quia potior, & potentior signi-
ficatus in hoc prodest masculis, vt in concursu cum
fœminis præferantur, illis autem sublatis, fœmi-
næ admittantur, cum verba, & nomina familiæ,
& agnationis illas propriè contineant, *Gabr. cons.
132. n. 54. lib. 1. Peregr. in d. cons. 42. n. 10. vers. At vbi
masculus, & cons. 58. n. 2. & 3. per tot. & cons. 119. n. 24.
in fin. lib. 5. Pedroc. cons. 12. n. 34. & seq. n. 345. Molin.*

de

de primog. Hispan. lib. 3. cap. 4. n. 10. cum alijs per Fusar. in d. quæst. 352. n. 12. & ità distinguendo respondit Rot. alijs pluribus relatis in allegata *Bonon. fideicommissi de Pancaldis 10. Iunij 1642. coram me.*

Et hæc eadem responsio tollit obiectum excitatum ex statuto Bononiensi exclusiuo fœminarum,
16 cum quo dicebatur præsumendum esse Testatorem voluisse se conformare, & sic fœminas excludere, quam coniecturam pro exclusione fœminarum magni faciunt DD. vt apparet ex multis, quos congerunt *Peregr. de fideicomm. art. 25. n. 50. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. art. 12. n. 7. & 10. Intrigliol de substit. cent. 3. qu. 83. n. 3. Fusar. de substit. d. qu. 352. numer. 18.* cui opinioni sæpiùs etiam adhæsit Rot. & signanter *coram Card. Caual. dec. 125. n. 4. & 5. & dec. 296. n. 4. & in rec. dec. 255. n. 3. par. 1. & dec. 318. nu. 3. par. 2. & coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 126. n. 25.*
Quia dicta coniectura habet locum quando extant
17 masculi, sed masculis non extantibus (vt hic) fœminæ censeantur eo casu post eos vocatæ, ad successionem reintegratæ *Ruin. cons. 117. n. 6. & 15. & cons. 140. n. 4. & cons. 154. n. 4. & 5. lib. 2. Soccin. sen. cons. 227. n. 5. & 6. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. n. 7. & 10. Peregr. de fideic. art. 25. n. 52. & ar. 27. n. 22. latè alios adducens Fusar. de substit. q. 311. n. 45. & 46. dicta qu. 352. n. 17, Rot. in recent. dec. 475. n. 2. par. 2. & coram Buratt. dec. 852. n. 7.* & sępiùs in alijs, et hæc responsio optima ratione fulcitur, quia voluntas, quæ deducitur ex actu, non extenditur vltra quam de necessitate ex ipso actu inferatur *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itiner. actuq. priuat Surd. cons. 52. n. 73.* Quemadmodum ergo statutum ex quo deducitur coniectura voluntatis in Testato-
19 re excludendi fęminas, istas non excludit, nisi quandiù extant masculi, ita etiam interpretari debet Testatoris dispositio, vt sit statuto conformis, vt in proposito arguit *Surd. dec. 84. n. 9. in fin. & Fusar. d. qu. 311. n. 46.*

Minus obstat, quod Testator dicatur discretiuè inter masculos, & fœminas disposuisse, masculos scilicet instituendo cum substitutione ad fauorem superuiuentium, & eorum filiorum, & fœminis re-
20 linquendo quædam Legata pro toto eo, quod prętendere possent ex qua discretiua dispositione inferebatur Testatorem intellexisse fideicommissum in masculis coarctare, & fœminas perpetuo excludere, vt tradunt *DD. adducti per Menoch. præsumpt. 84. n. 9. lib. 4. & Rot. in illis Carpentoracten. fideicom. impress. in rec. in ordine dec. 203. num. 2. & 10. & decis. 207. num. 2. et 3. & dec. 432. sub n. 3. par. 2. & in illa Bonon. de Glauarinis, quæ pariter impressa est in rec. dec. 126. n. 3. par. 7.*

Fuit enim responsum supradictas doctrinas, & decisiones non applicari, nec aduersari casui no-
21 stro, in dictis enim decisionibus perpetua exclusio fœminarum ex eo coniecturata fuit, quia institutio fuerat concepta cum expressione qualitatis masculinæ, & ipsam lineam masculinam posuerat Testator in conditione, eidemque lineæ masculinę in subsequentibus substitutionibus totam eius reseruauerat hæreditatem, filiabus verò certum quid ea vniuersa hæreditate detractum destinauerat; Vnde cum Testator discretiuè filias in certa quantitate instituerit, filios verò masculos, & eorum descendentes pariter masculos ad vniuersam suam hæreditatem vocauerit expressa in institutione, ac repetita in substitutionibus qualitate masculinitatis aliud dici non poterat, nisi quod Testator acceperit nomina filiorum familiæ, & agnationis in
22 potiori, ac potentiori significatu, & in illa rigida, & stricta significatione, quæ solos masculos includit, sicque voluisse sub dictis nominibus solos masculos compræhendi, non autem fœminas, quibus qualitas masculinitatis sæpius repetita conuenire non poterat, prout Rot. ex coniecturata mente Testatoris declarauit in supradictis decisionibus Carpentoracten. sicq; doctrinæ in contrarium allegatæ loquuntur vt ostendit *Peregr. in sæpius citato cons. 58. n. 8. & per tot. lib. 5.*

Sed hæc cessant in casu nostro, quia hic Testator nunquam expressit qualitatem masculinitatis, neq; in institutione, neque in substitutionibus, ac demum in nulla parte Testamenti, sed vbique, & semper vsus fuit verbis communibus scilicet filijs, linea, familia, agnatione, & similibus, nunquam expressa, ac nullibi adiuncta qualitate masculina;
24 Vndè cum dicta verba sic simpliciter prolata propriè fœminis etiam conueniant, ipsæ quoque admitti debent postquam defecerunt masculi, cum proprietas berborum illas contineat nihil refragante, quod Testator illas in principio dotauerit, & excluserit, quia dum non fuit facta expressio qualitatis masculinę, dotatio, & exclusio intelligitur facta ad Commodum masculorum, ad hoc vt ipsi præferantur fœminis quousque extant sicque mas-
25 culi per prius fœminæ, per posterius vocatæ censeantur, quasi masculis substitutæ, & in sequenti gradu positæ, vt in puncto respondent *Soccin. sen. cons. 227. n. 7. vers. non obstat quarta ratio lib. 2. Ruin. cons. 117. n. 24. & cons. 154. n. 7. lib. 2. Paris. cons. 35. num. 24. lib. 3. Ias. cons. 142. n. . . & n. . lib. 2. Peregr. cons. 42. n. 10. vers. quod autem Testator, & cons. 58. sub n. 2. & n. 3. vers. nec obstare, & num. 10. lib. 5.*

Et hinc pariter non aduersari, quod Testator in substitutionibus vsus fuerit illis dictionibus, *dictis*
26 & *supradictis*, quæ de sui natura repetunt omnes qualitates supra expressas, ex quo inferebatur, quod cum supra in institutione vocauerit filios masculos
27 ijdem etiam ex vi repetitiua dictarum dictionum debeant censeri vocati in sequentibus substitutionibus, vt dixit *Rot. coram bon. mem. Buratto dec. 27. n. 6. & dec. 454. n. 4.* Quia Domini aduerterunt, quod in institutione filij non fuerunt nominati cum adiuncto masculinitatis, vt in obiecto supponitur,
28 sed simpliciter, & cum verbis communibus absq; vlla expressione qualitatis masculinæ Testator illos instituit per nomen proprium quemq; vocando, vt patet ex lectura ibi *P. Prædictus D. Testator Iulium, Marcum Antonium, & Herculem fratris filios ex dicta D. Taddea eius vxore prædicta legitimos,*
29 *& naturales instituit &c.* sicque dum qualitatem masculinam nunquam expressit, sed vbique vsus fuit verbis collectiuis, & vtrique sexui, scilicet masculis, & fœminis communibus, fœminæ non possunt censeri exclusæ, cum ipsæ etiam ex proprietate dictorum verborum contineantur, *vt per Soccin. Ruin. Iason. Curt. Cephal. & alios DD. supra allegatos.*

Sed inconuincibile argumentum, quod Testator non reiecerit absolutè fœminas, nec voluerit Franciscam à fideicommisso excludere, indè deduce-
30 bant DD. quod ipse ad idem fideicommissum capacem fœminam vocauit. Hinc enim manifestè conuincitur ipsum non habuisse absolutam rationem agnationis, & fœminas in totum non abhorruisse, sed solum in concursu masculorum, quos præferri voluit, ac fœminis pręualere quamdiu extarent, cum in huiusmodi fideicommissis agnati-
31 tijs talis semper desumatur interpretatio, vt fœminæ post masculos censeantur admissæ, quando
in

in aliqua parte Testamenti vocantur *Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6 tit. 15. n. 9. Rot. in recen. dec. 386. n. 4. par. 5. & dec. 538 num. 3. ac 556. n. 10. par. 2. & coram Card. Canal. decis. 125. n. 10. & admisit etiam in decisionibus in contrarium allegatis nempè in vna ex illis Carpentoraten. videlicet in dec. 217. n. 4. par. 2. rec. & coram bon. mem. Buratt. dec. 272. sub num. 15. vers. quia ista declaratio.*

Idq; efficacius suadetur in hoc casu, quia Testator post masculos vocauit ne dum Ferrapacem Ferrinam de sua agnatione, sed etiam illius filios, qui
32 non erant de agnatione Testatoris, sed de aliena familia, quod manifestè conuincit ipsum, non accepisse verbum familiæ, & agnationis in rigido, & stricto significatu pro solis masculis, sed in minori, & legali fœminas etiam admittendo.

33 Et ita cum his responsionibus, et distinctionibus omnia contraria resoluuntur, quia ex doctrinis, et decisionibus in contrarium allegatis multæ præcisè loquuntur quando masculus concurrit cum fœmina; Aliæ vbi Testator discretiuè disposuit inter fœminas, et masculos, expressa, et repetita qualitate masculinitatis, nec fœminas in aliqua parte testamenti vocauit, quæ omnia cū deessent in hoc casu, non est recedendum à propria significatione verborum, quæ operantur, vt in fideicommisso instituto fauore filiorum nepotum descendentium, familię, et similium, fœminæ etiam admittantur saltem post masculos cum proprietas verborum illas contineat, vt in præ allegatis locis.

Cætera in decisionibus bon. mem. Merlini tolluntur.

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 12. Decembr. 1642.

ARGVMENTVM.

Citatio personalis ad sententiam, quando non requiritur an sufficiat domi dimissa copia, idque probetur ex attestatione cursoris, mandatum siue ratificatio ex quibus inducatur?

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad sententiam non requiritur personalis, quoties monitorium fuit exequutum personalitèr, & sufficit si fiat domi dimissa copia.*
2 *Cursor quando à tergo citationis attestatus fuit, se domi aliquem citasse, ei credendum est.*
3 *Attestatio simplex, & extraiudicialis non releuat.*
4 *Fides priuata Cursoris, seu Nuncij non attenditur in concursu publicæ relationis eiusdem.*
5 *Cursori, seu Nuncio attestanti de actu præterito non creditur.*
6 *Ex scientia Citationis ad sententiam conualidatur citatio, & substinetur sententia.*
7 *Mandatum tanquam quid facti non præsumitur, & ideo probandum venit.*
8 *Quod maximè procedit si agitur de inducenda obligatione ibidem.*
9 *Procurator quidquid fecit absque mandato, & commissione principalis sibi imputet.*
Obligari quis non potest ex facto alieno, nu. 9.
10 *Mandatum si non sit perfectum ex eo non iuuat, & nulla oriri potest actio, vel obligatio, & nu. 11. & seqq.*
14 *Mandatum non potest dari ad illud, quod iam est factum.*
15 *Mandati natura est, vt conferatur super futuro, & non super præterito.*
16 *Ratificatio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*
17 *Ratificatio non inducitur ex verbis imperfectis, & indeterminatis.*
18 *Ratificatio non inducitur ex verbis, quæ nullum habent affirmare, vel negare.*
19 *Declaratio voluntatis non potest desumi, si quis eam non expresserit, nec factis nec verbis.*
20 *Voluntatis declaratio requiritur, vt quis dicatur se ratificasse, quod aliquid de eius voluntate fuerit factum.*
21 *Armorum appositio in aliqua Cappella arguit mentem imponentis fuisse sibi ædificare, & acquirere, & num. 23.*
22 *Ratificatio non inducitur de eo, quod est gestum nomine alieno, sed solum quod est gestum nomine proprio.*
24 *Ratificatio non inducitur per verba, quæ proferuntur per modum admirationis, & contradictionis & num. 25.*
26 *Verba quando sunt clara non admittitur quæstio voluntatis.*
27 *Actus facti lite pendente, & contra protestationem non iuuant.*

DECISIO LXXXI.

SVb die 7. Aprilis præteriti informante tantum Reuerendissimo Episcopo Pacten. resolutū fuit R. D. Abbatem de Angelis teneri restituere eidē Episcopo scu. mill. quæ ipse tanquam eius procurator exegit, & sic sententiam A. C. illum condemnantem ad dictā restitutionem esse confirmandam, cui resolutioni nō acquiescente Abbate, iterum proposui Causam super eisdem: & Domini articulo semel, & iterum discusso, steterunt indecisis, cum visæ sint non obstare exceptiones, quæ allegatæ fuerunt contra validitatem, ac iustitiam sententiæ.

1 Nullitas enim deducta ex eo, quod citatio ad sētentiam non fuerit exequuta personaliter, prout requiritur, sed domi dimissa copia; non releuat, quia cum ab initio contra Abbatem fuisset personaliter executum monitorium, sufficit dicta citatio exequuta ad domū postquam Abbas semel fuit personalitèr apprehensus, *Rot. dec. 8. de dol. & contum. in antiq. et dec. 1. eod. tit. in nou. et apud Cas. de Grassis dec. 7. n. 1. de sent. & re iudic. Caputaq. dec. 117. nu. 1. par. 1.*

2 Nec resistit quod citatio dicatur exequuta in domo alterius, & non Abbatis, vt Cursor, qui citationem fecit, attestatus est, & ille, in cuius domo prætenditur executa protestatus fuit. Quia cum à tergo citationis, sub qua sententia fuit lata, Cursor publica eius relatione dixerit se citasse Abbatem domi, quæ relatio plenè probat *Minsig. obseru. 51. n. 51. cent. 5. Rot. in rec. dec. 561. n. 14. p. 1. & cor. s. me: Greg. XV. dec. 426. num. 6.* Hæc probatio non elidi-
3 tur neque ex protestatione illius, qui asseruit Abbatem fuisse citatum in eius Domo, cum sit simplex & extraiudicialis assertio vnius, quæ non releuat, *cap. 2. in fin. & cap. nuper de testibus Rot. coram bo: me: Buratt. dec. 1035. nu. 14.* Neque ex priuata fide Cur-
4 soris facta in manibus partis, quia presumitur extorta in fraudem, neque attenditur in concursu publicæ relationis, vt dixit *Rot. coram Greg. dec. 131. n. 2.* Eoque magis cum emanauerit tribus mensibus post latam sententiam, quæ propterea tanto minus suf-
5 fragari post cum sit fides de actu præterito, de quo non creditur Nuncio. *Innoc. in cap. 1. num. 6. vers. si enim aliud, de fid. Instrum. Alex. cons. 241. sub nu. 6. lib. 6. Aym. cons. 171. num. 5. Put. dec. 61. num. 1. lib. 1. in correct. & Rot. coram bo: me: Buratt. dec. 270. n. 3.*

Et indè etiam cessat omnis difficultas, cum probetur Abbatem ante prolationem sententiæ habuisse notitiam dictæ citationis, & adhunc effectum si-

mul eum Procuratore comparuisse in Officio: ex
6 hac enim scientia quoquommodo probata conuali-
datur citatio, & sententia sustinetur, vt est textus
apertus in *l.1.§.sed si Prator, & ibi Alex. num.3. ff.
de Per. Sarnen.in compendio vtriusque signat; quod est
post reg. de non iudican.qu. 16.num.68. Vant.de nullit.
ex defectu process.§.qualiter sentent.& processus, qui
dicuntur nulli, defendi, seu reparari &c.num.122. &
123. Gail.obseru.48.num.4.lib.1.* vbi quod ita sæpius
vidit obseruari in Cam.Imperiali & *misinger:obseru.
18.num.2.vers.hoc tamen vsque ad fin. centur.2* Vbi
quod sic fuit conclusum, & iudicatum in Consilio
*Boer.dec.281.num.17.in fin.& Rot. sæpius ita respon-
dit, vt diuers.dec.422.num.5. par.1.& dec.151. nu.6.
par.2.& in rec.dec 409.num.1.par.1.& dec.412. n.2.
par.2.& decis.485.nu.4.in fin.par.3.& bene dec.124.
nu.54.par.6.*& sæpius in alijs.

Minus tollitur Iustitia sententię eo pretextu, quod
pecunię, ad quarum restitutionem Abbas condem-
natur fuerint ab eo erogatæ de mandato Epispopi
in Constructione Cappellæ S.Rosaliæ ædificatæ in
Ecclesia B. Mariæ Constantinopolis Nationis Si-
culorum. Quia non probatur quod Cappella fue-
rit constructa nomine Episcopi, nec quod ipse dede-
rit mandatum ad Construendum, prout esset ple-
7 ne probandum, quia mandatum, tamquam quid
facti non præsumitur; *latè Cagnol.in l.velle nu.12.
& 13.ff.de reg.Iur.Bald.cons.383.num.5. libr.5. Ce-
phal.qui plures allegat cons.65 num.16.Mantic.de ta-
cit.lib.7.tit.4.num.1.& seqq.* Præsertim quando, vt
8 hic agitur de obligatione inducenda, cum permit-
tendum non sit, vt tertius possit alium obligare eo
inscio, & inuito, vt benè *Gratian.discept.Forens.cap.
948.num. 16.* Et propterea quicquid Abbas suo ar-
bitrio absque mandato,& commissione Episcopi fe-
9 cit, & impendit, sibi imputare debet, ne aliàs Epis-
copus ex facto alieno obligetur, vt in his terminis
respondent *Dec.cons.437.num.1.& num.seq.& Paris.
cons.47.sub num.98.lib.1.*

Nec vlla vis fieri potest in duabus litteris trans-
missis ab Episcopo Abbati: Altera sub die 2. Maij
1631 Altera sub die 20. Iunij eiusdem anni. Quia
10 Episcopus in dictis litteris non mandat Abbati
quod constituat Cappellam eius nomine, & impen-
sis: sed solum, & simpliciter dat intentionem fa-
ciendi aliquam eleæmosynam pro fabrica: quod est
quid diuersum, vt patet ad sensum, Nec istam
elemosynam perfecte, & firmiter promisit sed de
illa disponere,& deliberare reseruauit vsq; ad alium
eius ordinem, vt patet tam in prima Epistola, *Hò
ricenuto la lettera di V.S. insieme con quella de con-
ti, & hò inteso quanto mi dice per l'elemosina della
Cappella della gloriosa S. Rosalia: e molto volontieri
darò alcuna somma per questo effetto.* Per tanto V. S.
*potrà trattenersi questo denaro in mano sino ad altro or-
dine mio.* Quam in secunda ibi: Hò *inteso come V.
S.haueua ricuperato il denaro del Sig.Canonico, e me
ne sono rallegrato, quale V.S. terrà in mano insieme
con gl'altri sino ad altro ordine mio, che io assegnarò à
V.S.la partita per l'elemosina della Cappella della glo-
11 riosa S. Rosolia* Ex quibus verbis manifeste conuin-
citur Episcopum non solum non dedisse mandatum
ad construendum Cappellam eius nomine, & im-
pensis, vt dictum est, sed nec etiam ad elargiendum
eleemosynam, in dictis litteris enunciatam; Quia
dum perfectè de illa, & de eius quantitate non dis-
posuit, sed suam dispositionem suspendit vsque ad
alium eius ordinem, à quo voluit illam recipere de-
terminationem, & perfectionem, nulla hinc potuit
12 oriri actio, & obligatio, cum opus sit quod res,
quæ sunt tractatæ à partibus habeantur prò absolu-
tis, perfectis, & firmatis, adhoc, vt oriatur obliga-
tio, & ius partibus tribuatur, vt per optimum *text.
in l.sciendam §.dictam,* ibi, *ea autem sola, ff. de ædilit.
edict.respondit Bald.in l.*cum allegas *nu.8.C.de vsur.
& rursus in l.multum num.16. C.si quis alteri, vel si-
bi, & bene Alex.cons.28.num.4. lib.1.* Gail. *obseruat.
lib.2.obseruat.140.num.10.& duob seqq.*

Minus suffragatur, quod Episcopus, dum erat
Romæ de anno 1640. interrogatus ab Abbate in
faciem dictæ Cappellæ: *Che li paresse di quella sua
Cappella* dicatur respondisse. *Perche non ci hauete
messe le mie armi?* Quia ommisso quod testes indu-
13 cti ad probandum Episcopum talia verba dixisse,
illa perfectè, & concludentèr non probant, Res-
ponsum fuit ex his verbis nihil deduci, aut inferri
posse, quod releuet. Quia aût Abbas prætendit ex
illis deducere quod Episcopus tunc dederit sibi mã-
datum ad construendum Cappellam eius nomine,&
14 impensis: Et hoc dici non potest, quia cum Cap-
pella esset iàm constructa mandatum dari non pote-
rat ad illud, quod erat factum, cum hoc repugnet
15 naturæ mandati, quæ est vt conferatur super futuro
& detur super eo, quod est faciendum, non autem
super eo, quod est factum, *text.in l.si vero non re-
munerandi, §.si post creditum,* & ibi notat *Bart.& alij
ff.mandati Alex.cons.146.sub n.14.lib.5.*
16 Aût verò prætenditur ex dictis verbis inducta
ratificatio, quæ trahitur retro, & mandato æquipa-
ratur. Et multò minus dici potest; Tùm quia di-
cta verba non sunt de per se apta inducere ratifica-
17 tionem, seù mandatum cum sint imperfecta. & in-
determinata, nec consensum, seù dissensum per ne-
cesse inferant, veluti quæ non continent vllum af-
firmare, vel negare. Tùm quia deficit primum re-
18 quisitum ratificationis, quod scilicet Cappella fue-
rit constructa nomine Episcopi. Hoc enim Abbas
non declarauit: Nec verbis, quibus numquam ex-
19 plicauit se construere nomine Episcopi, nec factis,
quia in Cappella tunc temporis non apposuerat in-
signia Episcopi, vt patet ex dictis verbis, nec aliud
signum, seù factum expresserat, quo talem fuisse
20 intentionem declararetur, prout omninò declararè
debebat vt posset prætẽdere,& asserere construxisse
nomine Episcopi *Osasch.decis.Pedemont. dec.138. nu.
18.* sed sua, & suæ familiæ insignia insculpi, & de-
pingi fecerat, vt probatur tàm ex attestatione con-
fraternitatis, & eius decretis, quam ex depositione
vnius ex testibus ipsius Abbatis, & ex attestatione
21 aliorum, *vt in Summ. nu.* 8. Quæ appositio Armo-
rum Abbatis, & eius familiæ indicat ipsum sibi, &
suis voluisse edificare, & acquirere, non autem E-
piscopo *l.1.vt nem.liceat sin. Iud.auctor.sign. reb.im-
poss.l. Basilicam C.de oper.public.Boer.cons.6.sub n.13.*
benè,& in terminis *Cassan.Catalog.glor. mund.par.1.
concl.55.fol.mihi 22.Rot.coram Card.Seraph.dec.652.
num.2.& dec.1141. num.7.* & fuit dictum in *Lucana
Iurisp.post tract.Viuiani dec.56.num.15.& 16.& la-
tè, ac diserte in Florentina Porticus 23.Martij 1624.
coram Queppio.* Et propterea cum Cappella non
22 fuerit constructa nomine Episcopi, sed Abbatis,
non solum excluditur quæcumque prætensa ratifi-
catio, cum hæc non inducatur de eo quod gestum
est nomine alieno, sed solum de eo quod gestum est
nomine ratificantis, *cap.ratum,vbi Dyn.& alij de re-
gul. iur. in 6.* Vbi quod quis ratum habere non po-
test quod ipsius nomine non est gestum *Bart. in l.si
Pupilli §.si ego num.3.ff.de negot. gest. & in l.1. §.sed
cum quis ff.de vi, & vi armat. Feder.de sen. cons.15.
num.1.vers.secundo probo Surd.decis.33. num.15.* vbi

quod

quod ratum habere non possum, quod nomine meo non est gestum, & *Roe. in recent dec. 149. num. 3. circa med. par. 1.* Sed etiam manifestè apparet, quàm malè hodie Abbas alleget, & excipiat se erogasse pecunias Episcopi de ipsius mandato in ædificio huius
23 Cappellæ, cum ex prædictis clare conuincatur ipsum pro se, & suis construxisse, non autem pro Episcopo, vt fuit probatum.

Et cessat omnis difficultas, quia alter ex duobus Testibus quos Abbas induxit ad probandum dicta verba Episcopi, in repetitione facta de ordine Rotę declarauit Episcopū huiusmodi verba hoc modo nō
24 dixisse nec per modū ratificationis, & approbationis loquutum esse, sed per modū admirationis, & contradictionis. Deponit enim Episcopum ad illam interrogationem Abbatis dicentis, *Che li parcsse di quella sua Cappella*, non respondisse simplicitèr *Perche non ci hauete messe le mie arme?* Sed admirantem, & contradicentem dixisse: *Come volete dire d'hauer fatta la Cappella per me, & à mie spese, se ci hauete messa la vostra arma, e non la mia?* vt ex declaratione data in *Summ. num. 4.* Quæ verba non so-
25 lum ratificationem excludunt, sed expressam contradictionem Episcopi ostendunt: Et sic dum sumus
26 in claris, non est opus diuinare de mente, & voluntate: quia vbi verba sunt clara voluntatis quæstio non cadit, *l. ille vt ille, ff. de leg. 3.*

Denique nihil facit quod hodie dicantur adesse arma Episcopi. Quia hoc nihil releuat, cum pro-
27 betur illa apposita fuisse pendente lite, & contra protestationem Episcopi, qui antea expressè protestatus fuerat, quod non apponerentur, *vt in rubr. vt lit. pend. & in specie est text. in l. 1. & ibi DD. C. vt nemini liceat sin. Iud auctor. sign. reb. imposs.* & fuit dictum in *Mediolanen. S. Ambrosij 24. Ianuarij 1613. coram bo: me: Vbaldo.*

Et ita vtraque, &c.

PERVSINA TESTAMENTI.

Luna 15. Decembr. 1642.

ARGVMENTVM.

Testamentum nuncupatiuum per relationem ad certam scripturam, qualitèr probetur fuisse conditum, & dum non reperitur in Protocollo Notarij rogati an censeatur subtractum, & occultatum ab habentibus interesse, si postea metu excommunicationis, seu pro exoneranda conscientia d. testamentū exhibeatur, & quidem in vltimo folio, in quo regularitèr adsunt sigillum, testes, rogitus Notarij, an probet?

SVMMARIVM.

1 *Testamenti nuncupatiui solemnitas, & validitas in quo consistat?*

2 *Testamentum fuisse conditum satis probatur per duos testes.*

3 *In testamento fuisse adhibitas solemnitates necessarias probari potest per duos testes.*

4 *Testamentum nuncupatiuum per relationem ad certam scripturam ad eius probationem non requirit quod testes deponant de eius tenore, sed satis est, quod se referant ad scripturam, & nu. 5.*

6 *Testatoris, assertio quod ipse de suis bonis disposuerat, probata per testes de auditu ab eo probat eundem fecisse testamentum.*

7 *Liber priuatus in quo adnotantur memoriæ plurium rerum probat in qualibet materia.*

8 *Parocho attestanti sibi fuisse dictum ab infirmo quod iam confecerat testamentum, est deferendum, nisi probetur mutatio voluntatis, quæ non præsumitur, & num. 9.*

10 *Voluntatis mutatio non præsumitur, & hoc maximè quando intercessit paruum tempus inter testamentum, & mortem.*

11 *Testamentum ad effectum consequendi legatum sufficit vt probetur leuioribus probationibus, secus ad effectum substinendi hæredis institutionem et n. 12.*

Legatum non requirit tantam solemnitatem, quantū hæredis institutio, num. 12.

13 *In testamento nuncupatiuè facto per relationem ad certam scripturam, debet certò, & indubitanter constare de identitate scripturæ ad quam testator se retulit.*

14 *Alias tale testamentum nullius est roboris.*

15 *De Testamenti identitate conditi per relationem ad certam scripturam, quando non possit dubitari? & num. 16.*

17 *Testamentorum pluralitas non præsumitur.*

18 *Identitas testamenti nuncupatiui per relationem ad schedulam probatur demonstrationibus? & coniecturis.*

19 *Testamenti identitas ex quibus coniecturis, probetur? nu. 20. 22. & 23.*

20 *Testamentum quando est scriptum manu testatoris tunc de eius identitate non est amplius dubitandum.*

21 *Testamentum præsumitur perfectum quando reperitur subscriptum à testatore.*

24 *Legatum quando præsumitur relictum animo compensandi cum debito?*

25 *Pluralitas testamenti præsumitur ex difformitate, & varietate dispositionis.*

26 *Identitas probatur ex conformitate scripturæ.*

27 *Testamentum si fuerit repertum metu censurarum, excommunicationis, seu pro exoneratione conscientię, tunc illud præsumitur de quo queritur, & num. 28.*

29 *Testes non probant manum alicuius, si non viderunt eum scribere; limita si agatur de scriptura non solita fieri in præsentia testium, num. 30.*

31 *Testes de stylo probant manum alicuius si deponant illam esse manum eius, asserendo eam sibi notam esse.*

32 *Rogitus Notarij, subscriptio testium, & sigillorum appositio in testamento nuncupatiuo fieri solent in folio exteriori, & num. 33.*

34 *Testamentum nuncupatiuum non vitiatur ex eo quod fuerit amotum folium exterius, vbi aderant rogitus, testes, & sigilla, vbi aliter constat de identitate.*

35 *Testamentum dum inter instrumenta Notarij rogati non reperitur præsumitur subtractum, & occultatum ab interesse habente.*

36 *Scriptura vbi præsumitur occultata ab interesse habente, censetur etiam in odium occultantis continere omnia, quæ ad illius validitatem requiruntur.*

37 *Testamenti aperitio, eiusque dissigillatio importat voluntatem decedendi ab intestato.*

38 *Limita si non sit facta ab ipso testatore, vel de eius mandato, sed vel casu, vel ab alio data opera.*

39 *Testamentum repertum alibi, quam in domo testatoris non præsumitur apertum, & dissigillatum à testatore nec de eius mandato.*

40 *Aperitio, & publicatio requiritur in testamento clauso, & sigillato.*

41 *Aperitio, & publicatio testamenti vbi fieri non potest propter culpam alicuius adhuc testamentum probat fauore eorum, qui non sunt in culpa.*

42 *Testamenti publicatio non requiritur quoad legata & fideicommissa.*

43 *Processus vt valeat, debet citari is, de cuius inte-*

teſſe principaliter agitur.

44 *Poſſeſſor omnium bonorum, & qui pro hærede ſe ge-
rit ſolus citari, & conueniri poteſt, & proceſſus
eſt validus.*

DECISIO LXXXII.

HOratius, & Fratres de Perinellis prætendentes
Ludouicum Moniemellinum in ſuo Teſtamenro
reliquiſſe ſibi Iure legati quamplura bona mobilia
æquantia valorem bonorum Ludouici Senioris, ad-
quæ reintegrari debebant ex diſpoſitione ſtatuti Pe-
ruſini propter obitum Ludouici Iunioris ſinè filijs
maſculis, iudicium in partibus introduxerunt con-
tra Taddeum Notarium ſuper exhibitione Teſta-
menti, & ſententiam fauorabilem reportarunt con-
tra d. Taddeum, cuius hæres à prædictam ſententia
appellauit, cauſamque appellationis in Rota com-
mitti obtinuit, ſed quia interim hoc medio tempo-
re ad inſtantiam dictorum de Perinellis fuerāt pu-
blicatæ, & fulminatæ excommunicationes contra
occultantes d. Teſtamentum, comparuit in actis Cu-
riæ Epiſcopalis Fr. Iacobus de Meuania Prior Con-
uentus S. Dominici de Pæruſia, ibique exhibuit te-
ſtamentum manu d. Ludouici ſcriptum, & ſubſcri-
ptum, aſſerens ſibi traditum fuiſſe ſub ſigillo con-
feſſionis ad effectum illud exhibendi. Vndè Peri-
nelli, eo prius in partibus exhibito, obtinuerunt
pariter in Rota committi cauſam contra Iacob àm,
bona omnia hæreditaria Ludouici abinteſtato occu-
pantem, & dato dubio, An conſtet de tali Teſtamen-
ro, quod ſuffragetur, Domini affirmatiuè reſpon-
derunt.

Teſtamentum enim fuiſſe conditum, illudque
conſignatum Notario clauſum, & de conſignatio-
1 ne Notarium fuiſſe rogatum, in quibus conſiſtit ſo-
lemnitas, & validitas teſtamenti clauſi, *adnot. per
Bart. & DD. in l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit.*, *& de-
monſtr.* ſufficienter probari dictum fuit ex tribus te-
ſtibus teſtamentarijs datis in *Summ. de Perinellis nu.*
2. Quorum tantum duo ſufficerent ad probandum
2 teſtamentum fuiſſe conditum *gloſſ. in l. 2. verbo docē-
ti C. de bon. poſſ. ſecundum Tabul. Caſtr. in l. hæres pa-
lam in princ. num. 8. ff. de teſtam. Soccin. Sen. conſ. 92. nu.
9. lib. 3. & Soccin. Iun. conſ. 189. num. 3. lib. 2.* Odd. conſ.
64. num. 40. *Mantic. de coniecturis vlt. vol. lib. 12. tit.
17. nu. 14. & 15.* Et fuiſſe adhibitas ſolemnitates in
illius celebratione neceſſarias, *Bald. in d. l. 2. num. 3.
in fin. vbi Iaſ. nu. 13. C de bon. poſſ. ſecundum Tabul.* &
in l. hac conſultiſſima nu. 3. C. de teſtam. Surd. conſ. 378.
num. 32. Alciat. conſ. 126. num. 8. lib. 9. Mantic. de Co-
niect. vbi ſup. ad nu. 14.

4 Nec obſtat, quod non deponant de tenore Teſta-
menti, quia cum agatur de teſtamento nuncupati-
uo facto per relationem ad certam ſcripturam, ad
cuius probationem non requiritur, quod Teſtes le-
5 gerint, viderint, aut alias certiores facti fuerint de
contentis in dicta ſcriptura, ſatis eſt quod ſe referant
ad ſcripturam, vt tradit *Corn. in l. publicati nu 10. C.
de teſtam. Roland. conſ. 36. nu. 16. in fin. lib. 1. Alex. conſ.
176. num. 6. lib. 5. Decian. conſ. 74. num. 14. verſ. ſecun-
do præſuppoſito lib. 5. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1.
tit. 7. num. 7. Gutier. pract. quæſt. lib. 2. qu. 41. nu. 4. cum
pluribus in Rom. Legati libraria apud Fenzon. poſt ſtat.
Vrbis in ordine deciſ. 36. verſ. quia fuit reſponſum cum
duobus ſeqq. & in Rom. Teſtamenti 9. Decembris 1620
coram bo: me. Coccino, & pluries per Add. ad Butatt. de-
ciſ. 475. num. 22. vbi in numeris auctoritatibus id com-
probat, & ampliat.*

6 Præſertim quia dictis teſtium conſonat etiam aſ-
ſertio Ludouici Teſtatoris probata per Teſtes de
auditu ab eo, quod ipſe diſpoſuerat de ſuis bonis,
quæ probat etiam eumdem feciſſe Teſtamentum,
*Pariſ. conſ. 33. num. 42. lib. 2. Aymon. conſ. 65. n. 7. verſ.
quarto probatur, Gratian. diſcept. for. cap. 93. num. 10.*
Iuncta etiam confeſſione Taddei Notarij de Te-
ſtamento rogato, & adnotatione particulari in li-
7 bro domeſtico memoriarum ipſius Ludouici, qui li-
ber priuatus, & memorialis plurimum probat in
qualibet materia, *l. Inſtrum. domeſtica, vbi gloſ. in ver-
bo Inſtrumenta, & ibi Salicet num. 4. C. de probat. &
faciunt tradita per Ripam in l. admonendi num. 117. ff.
de iur. iur. Rot. Iannen. dec. 1. nu. 19. & dec. 96. num. 6.
Rot. in rec. dec. 127. nu. 9. par. 7.*

Accedit etiam depoſitio Parochi data *in Summ.
numer. 3.* atteſtantis poſt confeſſionem Sacramenta-
lem Ludouicum ſibi dixiſſe, quod de rebus ſuis diſ-
8 poſuerat vſque ad minimum quadrantem, & cun-
cta benè ceſſura, quoad Deum, & Mundum, huiuſ-
modi enim aſſertioni æmanatæ paulo antè mortem
plurimum eſt deferendum ad probandum, quod
idem teſtatus deceſſerit *argum. l. ſi ventri ff. de priuil.
credit. Pariſ. conſ. 33, num. 43. lib. 2.* Niſi probetur mu-
9 tatio voluntatis, quæ aliàs non præſumitur *l. non ad
ea ff. de legat. 1. l. cum qui mutatam ff. de probat. l. cum
hic ſtatutus ff. de donat. inter vir. & vxor.* Præſertim
quando prout hic intercesſit ad eo paruum tempo-
10 ris ſpatium inter prædictam aſſertionem, & obi-
tum, *Honded. conſ. 69. num. 12. lib. 1. Alba conſ. 123.
num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 165. nu. 1.
2. 3. & 4.*

11. Et hanc ſententiam facilius amplexi fuerunt Do-
mini, quia quicquid eſſet ſi ageretur de probando
Teſtamento pro ſubſtinenda hæredis Inſtitutione
ceſsat difficultas, cum agatur prò conſequutione
12 legati, ad quem effectum leuiores ſufficiunt proba-
tiones, quia legatum non requirit tantam ſolemni-
tatem, quantam requirit hęredis Inſtitutio *l. nutu ff.
de legat. 3. l. cum proponebatur ff. de legat. 2. l. & in Epi-
ſtola ff de fideicomm. gloſ. in l. iubemus verbo ex voce C.
de teſtam. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 1. nu. 1
& 2. Clar. in §. Teſtam. qu. 36. num. 2. Ruin. conſ. 193.
num. 9. & 10. lib. 2. Guidop dec. 459. num. 1. & ſeq. Rot.
in d. Rom. Legati Librarię apud Fenzon. dec. 36. in fin.
verſ. Poſtremo placebat.*

Nec aduerſatur quod vbi agatur de probando te-
ſtamento nuncupatiuo facto per relationem ad cedu
13 lam debeat certò, & indubitanter conſtare de iden-
titate ſcripturæ, ſeu quod ſcriptura, quæ exhibetur ſit
14 ea, ad quam Teſtator ſe retulit, vel quam Teſtator
demonſtrauit, itaut aliàs talis depoſitio nullius ſit
momenti, vt aduertit *Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero circa
med. & ibi comm. ſcribentes, & optimè Pariſ. conſ.
19. num. 26. lib. 3. Menoch. conſ. 313. ſub num. 47. Clar.
in §. Teſtamentum qu. 36. in fin. Menoch. vbi ſup. libr. 1.
d. tit. 7. num. 7. ad med. Gutier. eadem qu. 41. num. 4. ad
fin. & Rot. in ſupracitata Rom. Teſtamenti.*

Quia in caſu noſtro viſum fuit controuerti non
poſſe Teſtamentum exhibitum à Priore Conuentus
15 D. Dominici eſſe illud idemmet, quod clauſum, &
ſigillatum fuit à Ludouico traditum Bonſio Notario
eo ipſo, quod ex Teſtibus datis *in Summ. nu. 1.* & ex
16 confeſſione Notarij, & ipſius Teſtatoris conſtat Te-
ſtamentum fuiſſe conditum, & ſcriptura exhibita,
ſcripta eſt manu Teſtatoris: hæc enim præſumitur
eſſe illa eadem, quæ clauſa fuit conſignata Nota-
rio, cum pluralitas Teſtamentorum non præſuma-
17 tur *l. omnium C. de teſtam. & notant Canoniſtæ commu-
niter in cap. Ioannes Eremita de fid. Inſtrum. Iaſ. in l. 2.
num. 7. de bon. poſſ. ſecund. Tabul. Alex. in his terminis
conſ. 4. num. 12. lib. 7. Ruin. conſ. 49. nu. 11. lib. 4. Natt.
conſ. 166. nu. 5. Neurzan. conſ. 24. nu. 14. Surd. conſ. 173.
nu. 43.*

num.43. Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.2. tit.2.n.
1.Borgnin.dec.14.nu.37.par.1.
Concurrentibus maximè pluribus demonstratio-
18 bus, & coniecturis, ex quibus identitatem proba-
ri monuerunt in his terminis *Decian.d.cons.74.n.16.*
lib.5.Rot.dec.96.num.2.& 10.vers.vlterius par.5.rec.
Quarum prima desumitur ex eo, quod testamentum
19 in actis productum non solum continet dispositio-
nem perfectam cum Institutione hæredis, & legatis,
ibi, *Et hoc est, & esse volo vltimum meum nuncupa-*
tiuum Testamentum,& vltimam voluntatem ac bono-
rum meorum, & iurium vltimam dispositionem, quam
valere volo iure Testamenti nuncupatiui,& si hoc Iu-
re non valeret, valere volo iure Codicillorum, & cu-
iuscumque alterius voluntatis vltimæ omni meliori mo
20 *do &c.* Sed etiam habet diem, & annum, & quod
plus est apparet scriptum, & subscriptum manu Lu-
douici Testatoris,vt deponunt Testes super recogni-
tione dati *in d.Summ.num.1. & seqq.* Vndè non ui-
21 detur amplius dubitandum, An hæc fuerit scri-
ptura præparata ad tradita in *l. hac consultissima in*
princ.vbi gloss.in verb.conscriptam,& ibi notant Bart.
Bald.& cæteri scribentes C.de testam.l.cum antiquitus
§.fin.C.eodem.
Secunda, deducitur ex conformitate, & conue-
nientia dispositionis,quæ legitur in Testamento pro-
22 ducto, cum illa de qua deponunt Testes exauditu
ab ipso Testatore, & scriptura quæ continebatur in
libro memorialis ipsius, concordant enim primò in
tempore, quia Testes examinati de mense Nouem-
bris 1622. deponunt illud fuisse conditum, seù con-
signatum Notario *da quattr'anni fà in circa*, & cor-
23 respondent tempori adiecto in Testamento produ-
cto habente datam de mense Octobris 1618. *Summ.*
num.4. secundo conueniunt in dispositione facta ad
fauorem Lauræ Vxoris, & legato relicto Perinellis,
ac Mariotto famulo, quæ omnia correspondent cum
eadem dispositione, quam Idem Ludouicus post
conditum Testamentum, illiusque consignationem
declarauit fecisse ad fauorem prædictorum *Summ.*
num.2.& 6. secundo conuincitur etiam in qualitate
legati, quia Testes deponunt de legato relicto Peri-
nellis pro reintegratione sibi debita ex statuto Pe-
rusino, & ad tollendum ansam litigandi cum here-
de, quod prorsus adaptatur legato, quod contine-
tur in testamento exhibito relicto, vt legitur Peri-
nellis sub prohibitione aliud non petendi,& sic ani-
24 mo compensandi cum eo, quod ipsis debebatur vi-
gore statuti ad tradita *in l.si compensandi 6.C.de he-*
red.instit.l.si vxor tua C.de bon.auct.Iud.possiden.Cra
uett.cons.13.in fin.& cons.149. num. 3. cum pluribus
adductis *per Menoch.lib.4. præsumpt. 10.num.31. &*
25 *33.* Vndè sicuti ex difformitate, & varietate dis-
positionis præsumitur pluralitas, seù diuersitas Te-
stamenti *Alex.in l.2.nu.5.vers.substinenda Ruin.cons.*
10.num.10.lib.3.Paris.cons.19.num.24. lib.3. sic etiã
26 ex conformitate probatur identas scripturæ *Aym.*
cons.198.nu.1.in fin.vers.actis etiam.
Idemque comprobat modus ipse quo testamen-
tum prodijt in lucem, metu nempè Censurarum, &
27 excommunicationis, seù prò exoneratione Con-
scientiæ, si enim fuisset scriptura diuersa, non erat,
cur illam exhibens excommunicationem formidaret
28 vel conscientiæ stimulis grauaretur; quia Censuræ
afficiebant solum occultantes testamentum condi-
tum à Ludouico de anno 1618. & Notario consi-
gnatum.
29 Minus releuat quod Testes inducti super recogni-
tione non fuerint præsentes, nec viderint Testato-
rem scribere; quia cum non agatur de scriptura
30 fieri solita in præsentia Testium, sed de Testamen-
to sigillato, & clauso facto absque Interuentu Te-
31 stium, tàm de Iure, quam de stylo sufficiunt Testes
habentes notam manum, vt aduertit *Soccin.sen.in d.*
l.si ita scripsero num.3.post med.ff.de condit.& demon-
strat.Rot.dec.500.num.2.par.1.diuers.& dec.772.n.9.
par.2.rec.& coram Card.Seraph.dec.150.numer.2. &
decis.700.nu.2.in fin.& coram bo:mem: Buratto decis.
474.num.5. & decis.658. num.1. vbi testatur de stylo
Tribunalium Add.ad eumdem dec.143.nu.4.& distin-
guendo dictum fuit in Perusina Dotis 17. Martij 1630.
coram Illustriss. D.meo Decano.
32 Demùm non obstat testamentum, de quo depo-
nunt Testes fuisse solemnitèr factum cum interuen-
tu septem Testium, & Notarij, qui Inactu consigna-
tionis fuit rogatus, hoc autem in actis productum
carere sigillo, & Testibus, quia Testes non dicunt
rogitum Notarij, & sigilla fuisse apposita in ipsa
carta testamenti; Vnde cum potuerit apponi in fo-
33 lio exteriori, in quo apponitur sigillum secundum
formam traditam *à Fulgos. cons.56.* quam probaui
Rot.in Romana Hæreditatis de Arigonijs 28. Iunij
1627.coram bo:me: Card.Virili impress.in rec.Inordi-
34 *ne dec.96. num.9. part.5.* si posteà sigilla fuissent a-
mota, ex huiusmodi defectu non tollitur probatio
identitatis,nec vitiatur ipsum testamentum *l.non id-*
circò C.de Testam.& ibi gloss.in verb.substractum,&
notant ibi Bald,& Salicet.cæterique scribentes commu-
niter l.1.§.sufficit ff.de bon.possess.secund. Tabul.
Immò, eo ipso, quod adhibitis diligentijs intèr
Instrumenta Notarij rogati, nec illud, nec aliud fuit
repertum testamentum Ludouici, nec aliqua quie-
35 tantia de illius restitutione, vtique præsumendum
est illud fuisse subtractum,& occultatum ab interes-
se habentibus *Barthol.in l.fin. num.5.ff.de quæst. Rot.*
dec.368. num.2.in fin.post.2. vol.cons. Farinac. & in
odium occultantis præsumitur rogitum, subscri-
36 ptionem, cæteræque solemnitates, quæ deficiunt
contineri in folio exteriori, quod fuit laceratum
vt inquit *Boer.dec.15.in fin.Rot.in rec.dec.621. nu.4.*
par.1.& dec.604.nu.2.par.2.
37 Et licet quandoque aperitio testamenti, & illius
dissigillatio, importet illius renunciationem, & vo-
luntatem decedendi ab intestato, conclusio tamen
38 intelligitur quando aperitio facta est ab ipso Testato
re,vel in eius Vita ab altero de eius mandato, secus
quando facta est casu, vel ab alio data opera, tunc
enim non inducit reuocationem *l.1.§.sed consultò in*
fin.ff.de his quæ in testam.del.l.nostram, verb.non vale-
re, & vers. Indices C. de testam. Prout in casu de
quo agitur non fuisse apertum, nec dissigillatum
à Testatore, vel ab alio de eius mandato, conuin-
citur manifestè nedum ex modo restitutionis factæ,
vt dictum est in manibus Religiosi sub sigillo Con-
fessionis pro exoneratione Conscientiæ,& dilucida-
tione veritatis, qua cauthela non fuisset opus si Te-
stamentum ab eodem Testatore fuisset apertum
sed fortius ex assertione eiusdem paulò antè mor-
tem, quod Testatus decedebat etiam cum dispositio
ne rerum suarum, vt supra dictum est, & ex eo quod
39 non fuit repertum in domo Testatoris, sed aliundè
exhibitum, quod sufficit adhoc, vt præsumatur a-
pertum, & sigilla amota ab alio, quam à Testatore,
bene *Bald.in l.1.in fin.ff.de his quæ in testam. delect.&*
ibi Castr.num.6. Imol.in l.proximè nu.10.ff.eodem Ias.
in l.si vnus num.9.C.de testam.Ioann.de Anan.cons.28
in princ. vers.vnde talis Menoch. de præsumpt. libr.4.
præsumpt.165.num.25. Mantic.de coniect.lib.12.tit.1.
numer.30.
Ad nullitates autem, quæ opponebantur facile
fuit

40 fuit Dominis respondere. Prima enim ex defectu
apetitionis, & publicationis, quæ requiritur in Te-
stamento clauso, & sigillato, cessat ex eo solo quod
Testamentum tempore mortis Testatoris fuit sub-
tractum, & deinde sola illius scriptura fuit Confes-
sario tradita sine folio exteriore complicante, &
continente rogitum Notarij, sigilla, & nomina
41 Testium; omissio enim publicationis, quæ propter
casum fortuitum, siue ex alieno delicto adhiberi nõ
potuit, non debet nocere Legatarijs, sed solum ei,
qui fuit in culpa, ne publicaretur, contra quem
proindè Testamentum etiam non publicatũ probat,
Rot.dec.5. num.,5. par. 1. diuers. Vltra quod quoad
legata, & fideicommissa non est necessaria publica-
42 tio, quando constat de veritate testamenti, *Rimin.
sen.cons.329.n.30.lib.2.*

Secunda veró contra validitatem examinis Te-
stium propter defectum citationis trium monialiũ
sororum Iacobæ pariter facilè tollitur, quia cum
moniales non essent in causa, pro validitate pro-
43 cessus satis fuit citare Iacobum, cum quo lis ageba-
tur, & de cuius interesse principaliter agebatur, vt
ex doctrina *Castr.in l.publicati sub nu.3.C.de testam.*
dixit *Rot. in d. Romana legati librariæ apud Fenson.
dec.36.vers.Nec obstare videbatur, il secondo.* Præ-
sertim cum ipsa sola esset in possessione omnium
44 bonorum hæreditariorum, & gereret se pro hære-
de vniuersali, quæ proinde sola, & insolidum con-
ueniri potuit, & debuit *ex doctr.Bald.in l.3. § Hæres
ff.commod.* quem adhunc effectum ponderauit *Rot.
in Bononien.de Ramazzottis 23. Ianuarij 1593.coram
bon.mem.Cardinali Pamphilio*, & in his terminis pro
consequutione legati, *Rot.in Asculana Dotis 21.Fe-
bruarij 1622.coram bon.mem.Nauarro.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE PANCALDIS.

Veneris 23.Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Filius quidquid habet multo magis à Patre prouenisse
præsumitur, quando bona sunt in eo loco, quo à
Patre possidebantur, nisi doceatur de eius noua ac-
quisitione. Plura adducuntur circa probationem
identitatis, & maximè in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Filius quidquid habet à Patre prouenisse præsumi-
tur.*

2 *Bona possessa à filio in loco, vbi pater eius possede-
bat præsumuntur esse illa eadem, quæ à Patre
possidebantur.*

3 *Intellige dum non exhibetur alius titulus, nec appa-
ret de acquisitionibus filij, amplia num. 4.*

5 *Ad bonorum identitatem probandam sufficiunt duæ
demonstrationes, maxime iunctis præsumptionibus
& duobus seqq.*

8 *Identitas in materia antiqua iustificatur solis conie-
cturis, & præsumtionibus.*

9 *Identitatis probatio iustificata respectu vnius perso-
næ afficit omnes successores ab ea quomodolibet
causam habentes, & num.10.11.& 12.*

13 *Testes non probant inter diuersas personas.*

14 *Testium depositiones afficiunt hinc inde successores
tam particulares, quam vniuersales.*

15 *Tertius admissus ad causam in statu, & terminis
in quibus causa reperitur, omnia acta facit sua.*

16 *Tertius admissus ad causam, in statu, & terminis
in quibus reperitur, dicitur ratificasse omnia ge-
sta in lite, & num. 17.*

18 *Ius idem est de parte, quam de toto.*

19 *Summa minor inest in maiori.*

DECISIO LXXXIII.

SVpposita existentia fideicommissi ad fauorē Tho-
masiæ de Pancaldia in omnibus alijs decisionibus
huius causæ latè deductis, & precipuè 18. *Iunij
1642.coram me*, prò obtinenda Immissione super
prædio Tornaturarum triginta de quo agitur con-
tra fratres B. Mariæ Caritatis Bononiæ illius pos-
sessores, Domini etiam hodie steterunt in decisis
quo ad identitatem prædicti prædij, super qua fuit
solum ordinatum, vt strictè informantes insisterent.

Nam quod prædium de quo agitur fuerit posses-
sum à Berto Testatore de tempore obitus, ex eo be-
nè deducitur, quod idem Testator possedit, in Cõ-
muni Longariæ multas petias Terræ aratiuas, arbo-
ratas, et vitatas iuxtà bona illorum ab oleo, & alios
confines, vt apparet ex eius Testamento, & post
eius obitum Io: Baptista eius filius, in eodem loco,
& vocabulo possedit terras, de quibus hodie agitur
ab eo peruentas ad fratres Charitatis, mediante
Alberto Barzano, vt infrà probabitur, habentes easdem qualitates, & eosdem confines; vndè præsu-
muntur illæ eædem met, quas Bertus Testator in
1 dicto loco possedit, non solum hoc suadente illa
generali præsumptione, quod quicquid habet filius
à patre prouenisse præsumitur *l.2. C. de patr. potest.
Menoch.cons.207.num.17.Marzar. in epitom. de fidei-
com.quæst.58. vers. et pro fideicommisso Petr. de fidere.
quæst.12.num.1368.Rot. in Montis Falisci fideicom-
missi 10.Aprilis 1628.coram Eminentissimo Cardin.
2 Vbaldo*. Sed etiam ex alia magis stricta, & vrgen-
ti præsumptione, quod bona possessa à filio in loco,
in quo eius Pater possedit, præsumuntur illa eadē-
met, quæ ibidem pater possidebat, dum non exhi-
3 betur alius titulus, nec apparet de acquisitionibus
filij iuxta vulgatum *cons.Fulgos.145.sub nu.2.* quod
sequitur *Peregr.de fideicomm.art.44. num.22. Cyriac.
contr.forens.contron.204.num.15. Rot.coram san. mem.
Greg. XV.dec.575.num.9.& 11.et decis.131. num.5.
par.2.et decis.42.num.4. et dec.129. num. 2. par. 5. et
passim in alijs.*

4 Quod efficacius procedit in casu nostro, cum
hic non habeamus solummodo præsumptiones, sed
5 vlterius concurrant qualitates, & demonstrationes
concludentes identitatis probationem, nempe qua-
litas Prædij aratini, arborati, & vitati, ac etiam
6 conuenientia confinium cum identificentur confinia
viæ publicæ, stradelli, & bonorum illorum ab oleo,
cum tamen sufficiant duæ *iuxt. doct. Bart. in l.de-
monstratio falsa ff.de condit.et demonstrat.* quæ quali-
tates, & demonstrationes iunctis cum supradictis
7 præsumptionibus, non est dubium quod plenè pro-
bant identitatem accedentibus presertim depositio-
nibus Testium examinatorum in hac causa de anno
1579.deponentium, quod bona hæreditaria Berti
Testatoris peruenerunt ad Ioannem Baptistam eius
filium, vt patet ex datis in *Summ. vltima positionis
num. 19.* maximè cum versemur in materia adeò
8 antiqua vltra 100.annos, quo casu identitas proba-
tur etiam solis coniecturis, & præsumptionibus,
*iuxt.cap.cum causam de probat. Soccin. sen. cons.166.
num.2.lib.1.Rimin.iun.cons.254.nu.11.Rot.in recent.
dec.81.nu.20.et 360.num.10.par.5.et dec. 58. nu.14.
et 164.nu.38.par.6.cum alijs in decis.allegatis.*

Quod autem Io.Baptista possederit terras, de qui-
bus hodie agitur, & quod ex eo deuenerint ad fra-
tres Charitatis, prout probandum est ad effectum,
9 vt probationes identitatis percutientes personam
Ioannis Baptistæ afficiant, etiam dictos fratres,
tanquam illius successores, & ab eo causam haben-
tes

tes clarissimè patet. Nam mortuo dicto Ioanne Baptista, Albertus Balzanus eius ex Francisca filia nepos adiuit eius hæreditatem, & cæpit possessionem omnium eius bonorum, & signantes terrarum
10 quas ille possidebat in communi Longariæ, habentes easdem qualitates, & eosdem connnes quantitatis tornaturarum 120. vt apparet ex petitione eiusdem Alberti iudicialiter facta necnon ex mandato de immittendo ad eius fauorem expedito, & demum ex Instrumento possessionis illius vigore adeptę, vt in eodem *Summ. n.19.* ex quibus tertis postea fratres Charitatis acquisiuerunt illas tornaturas 30. quæ hodie controuertuntur mediante mandato de associando, quod ipsi obtinuerunt contra Albertum
11 pro quodam eorum credito, cuius vigore in possessionem dictarum tornaturarum 30. immitti obtinuerunt, vt in dicto *Summ. nu.* 21. Ex quo transitu bonorum Testatoris de illo in Ioannem Baptistam eius filium, & successiuè de isto in Albertum, & de Alberto in fratres certissima resultat identitatis probatio, non solum respectu ipsius Ioannis Bapti-
12 stæ filij Testatoris, sed etiam respectu dictorum fratrum, & aliorum quorumcumque illius successorum, & alias causam ab eo tam mediate, quam immediate habentium tam titulo, & nomine vniuersali, quam particulari *Castr. cons.94. in fin. libr.2. Barbat. latissimè cons. 37. per tot. lib.3. Granott. cons. 29. nu.1. Marzar. in epitom. fideicom. quæst.60. Peregr. de fideic. art.44. nu.22. Fusar. de substis. q. 628. nu.50. Rot. in recent. dec.706. num.2. par.2. et dec.160. nu.1. part.5.*

Nec obstant ea, quæ ad infringendam identitatis probationem in contrarium excitata fuerunt.
13 Et primò quod testes deponant super successione Ioannis Baptistæ in bonis paternis fuerint de anno 1579. inter alios examinati, quia vltra quod uis probationis, non desumitur ex solis Testibus, vt patet ex iam dictis, respondetur quod dicti testes fuerunt fer. fer. examinati ad instantiam Petri Aui Thomasiæ, & aliorum de Pancaldis, qui tunc agebant cō-
14 tra tertios possessores pro istis, & alijs bonis vindicandis ab auctoribus fratrum, & ab alijs, ac proinde probant pro, & contra hinc indè successores, tàm particulares, quam vniuersales *Aretin. cons.36. nu.3. vers. secundo dico, Soccin. sen. cons 82. nu.4. lib.3. Peregr. de fideic. art.47. nu.27. in fin. Rot. coram Greg. dec 535. num.1. cum alijs in decis. coram me allegatis vers. qua verò obijciebantur.*

Eoque magis, quia Thomasia post mortem parentum obtinuit admitti ad prosequutionem causæ
15 per eius auctores motæ in statu, & terminis, in quibus ea reperiebatur, & ad eamdem fratres quoque postea vocati venerunt, quo casu ipsi collitigā-
16 tes dicuntur fecisse omnia acta sua, & ratificasse omnia antea gesta, *Innoc. in cap. cum super n.6. vers. si autem hæc tertia persona, et ibi Butr. nu.18. Felin. nu.17. de re iudic. Put. dec.32 nu.2. lib.3. Rot. in Casarauzustana distributionum 4. Decembris 1634. coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Panzirolo.*

Minus obstat secundo, quod prædium adiudicatum fratribus sit tornaturarum 30. & prædium quod Albertus habuit ab hęreditate Io. Baptistæ
17 esset tornaturarum 120. quia dum ex pręcedentibus constat, quod fratres non acquisiuerunt totum prædium, sed solummodo ex eo tornaturas 30. hinc nulla potest prætendi diuersitas, nec offuscari identitatis probatio, sed immò magis elucescit, quia dum non controuertitur, nec controuerti potest, quod totum integrum prædium fuerit possessum à
18 testatore, ita etiam dicendum est de his triginta tornaturis ab eo detractis, cum idem ius sit de parte, quod de toto, *l. quæ de tota ff de rei vindic. l. cuius effectus ff. de regulis iuris, et vtrobique DD.* & regulariter minor summa inest in maiori, vt in his terminis pro saluanda identitate respondit *Rot. dec. 87. nu.8. par.5. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

ROMANA VINEÆ AD AQVAM SANCTAM.

Lunæ 28. Ianuarij 1643.

A R G V M E N T V M.

Associatio Domino directo agenti ad Canones decursos, quibus concurrentibus non possit denegari?

S V M M A R I V M.

1 *Dominus directus, si concesserit emphiteusim sibi reseruata facultate in casu non solutionis Canonis, ingrediendi possessionem, propria auctoritate debet associari ad bona in casu non solutionis, & num.2.*

3 *Facultas ingrediendi possessionem propria auctoritate restringitur ad casum immediatè præcedentem.*

4 *Clausula inter duos casus posita, vtrique casui famulatur, & num.5.*

6 *Clausula repetitiua, repetit omnes qualitates præcedentes.*

7 *Copula* & *equaliter copulat, vt idem sit de vno, quam de alio ex copulatis.*

8 *Dictiones*, tam, & quam *stant augmentatiuè.*

9 *Dictiones* tam, & quam *pariformiter qualificant copulata.*

10 *Dictio* oltre che *omnes qualitates adiectas in prima dispositione repetit in secunda.*

11 *Domino directo ob non solutionem Canonum multo magis est concedenda associatio, si habeat facultatem arrestandi fructus non citatis emphiteutis.*

12 *Citatio partis in petenda associatione vigore pacti capiendi possessionem propria authoritate non requiritur licet imploretur officium Iudicis.*

13 *Intellige dummodo officium Iudicis non imploretur pro obtinenda licentia ingrediendi, sed pro obtinenda familia, vt associet.*

14 *Reseruatio dominij, & specialis hypotheca super fructibus rei data in emphyteusim importat ius petendi associationem, & n.15.*

16 *Nouatio de iure nouissimo non præsumitur nisi probetur, & n.17.*

18 *Fides extraiudiciales simplices regulariter fidem non faciunt, præsertim si fuerint factæ lite pendente.*

19 *Testes deponentes de simplici tractatu non tamen ritè, & sufficienter concluso non releuant ad effectum, vt partibus aliquod ius tribuatur, & num.20.*

21 *Attestationibus virorum nobilium, & fidei probatissimæ in concursu magis standum est.*

22 *Testibus deponentibus verisimiliora magis est credendum.*

23 *Voluntas à potestate metienda est, & numer. seq.*

25 *Traditio rei æstimatæ perinde facit, ac si soluta fuisset ipsa pecunia.*

27 *Protestatio licet ex post facto emanata deseruit ad declarationem actus præcedentis.*

28 *Voluntas contrahentium nedum à priori, sed etiam à posteriori, scilicet, ex post facto gestis declaratur.*

29 *Immissio in Saluiano quibus concurrentibus non possit denegari? & num.30.*

31 *Dominus directus, qui in concessione reseruauit sibi Dominium, & specialem hypothecam super fructibus*

ctibus pro satisfactiane Canonum praeferri debet
creditoribus emphiteotę etiam anterioribus, &
priuilegiatis.
33 *Iactationis, & iactationum causam committens, id est*
iudicium ordinarium.
34 *Commissio si habeat in ventre clausulam* quam,
& quas, *tunc censetur data omnis iurisdictio*
Iudici circa omne ius, & iudicium tam in pe-
titorio, quam in possessorio, & num. 35.
36 *Clausula* quam, & quas *si quis habeat in commis-*
sione non censetur se restrinxisse ad certum caput,
nec elegisse certam viam.

DECISIO LXXXIV.

DAto dubio, an societati Sanctissimi Saluatoris
ad Sancta Sanctorum danda esset associatio, vel
potius immissio super vinea, & canneto ad aquam
sanctam olim concessis in emphiteusim q. Iulio
Grappolino, Laura eius vxor, & eiusdem Vineæ,
& canneti detentrix multas opposuit exceptiones
pro excludendis dictis remedijs, & signanter tres.
Primum quod ex libris societatis apparet ipsam,
& Iulium eius virum soluisse societati multiplicem,
quantitatem vini, arundinum, & pecuniarum, cum
quibus eius debitum remansit extinctum, & ad ef-
fectum probandi dictas solutiones petijt eosdem li-
bros exhiberi. Secundum quod Iulius eius maritus
inseruiuit societati in eius officio Secretariatus, &
Notariatus, pro quibus seruitijs erat ei debita mer-
ces, & salarium, & quod propterea ipso iure indu-
cta fuit compensatio huius crediti cum debito Ca-
nonum. Tertium denique quod quantitas Canonum,
quæ hodiè soluitur, est maior solito, & excessiua, &
per consequens reducenda. Ad quas exceptiones
restricta disputatione, Domini per binas decisiones,
alteram sub die 1. Iulij 1641. alteram sub die 30.
Martij. 1642. coram me, responderunt illas non
suffragari.

Firmata dictarum exceptionum irreleuantia,
hodie ad instantiã societatis assumpta disputatione
super dubio principali, an eidẽ societati danda esset
associatio, vel potius immissio, & DD. etiam in
hoc responderunt pro societate ei scilicet compete-
re associationem, & quatenus opus sit immissio-
nem.

Quo enim ad associationem, cum in Instrumen-
to concessionis factæ Grappolino marito, & autho-
ri Lauræ societas sibi reseruauerit facultatem ca-
1 piendi possessionem de facto, propria authoritate,
absque licentia Iudicis, & vitio spolij, casu, quo
2 Grappolinus eiusque successores cessarent per trien-
nium in solutione Canonum, & iste casus hodiè e-
uenerit, merito eidem competit associatio *l. Credito-*
res, ibique Bart. num. 18. C. de pignor. Imol. in cap. po-
suit num. 32. extra locat. Afflict, dec. 326. num. 1. Ma-
gon. decis. Lucen. 82. num. 5. & coram Reuerendissimo
Vrgellen. dec. 105. num. 2 & in Romana Census coram
bo. me. Merlino impress. post Cenc. de Censib. in ordine
dec. 542. num. 3. secundum modernam impress.
3 Nec subsistit, quod facultas prædicta restricta sit
ad casum immediatè præcedentem quando ob non
solutos canones ageretur ad deuolutionem vineæ,
proindeque applicari non possit ad casum nostrum.
in quo citra deuolutionem, solum, & simpliciter
agitur pro consecutione canonum super fructibus,
quia vltra quod ad effectũ, vt cẽseatur vtriq; casui a-
4 diecta, & vtrumq; qualificare satis est, quod sit posita
inter vtrũq, nã tanquã in medio censetur vtriq; casui
famulari *l. & si pepercerit 3. §. filius ff. de lib. & Posth.*
l. quisquis 93. ff. de leg. 3. Bart. in l. 1. n. 4. C. de liber. præ-
terit. difficultas remouetur ex lectura Instrumenti,
5 in quo post reseruatam facultatem manus iniectio-
nis in casu deuolutionis expressè fuit addita clausu-
la extensiua eiusdem facultatis, tàm in casibus supra
expressis, quam in postea exprimendis, ibi, *E tanto*
nelli casi sopra espressi, quanto nell'altri da esprimersi
qui sotta nel presente Instrumento. Ac proindè cum
tam supra, quam infra fiat mentio de casu non solu-
tionis canonum, negari nequit, quin etiam ad effe-
ctum illos consequendi, liceat capere possessionem
6 propria auctoritate, quia ista clausula repetit om-
nes qualitates præcedentes, & operatur, vt censean-
tur in esse subsequentibus cum omnimoda paritate,
7 non solum ex vi illius copulæ, & quæ æqualiter co-
pulat, at idem sit de vno, quod de alio *l. si mihi, &*
Titio ff. de verb. oblig. l. vos, §. cum in tab. ff. de duobus
reis Menoch. cons. 56. num. 35. Rot. coram san. me Greg.
XV. dec. 308. num. 3. sed etiam ex vi, & efficacia
8 illarum dictionum *tam, & quam*, quæ stant augu-
mentatiuè *Aym. cons. 227. num. 9. Menoch. cons. 195.*
num. 7. cum alijs allegatis *in Albanen. hæreditatis sub*
die 23. Iunij 1642. coram me. Et pariformiter quali-
9 ficant copulata *l. sancimus C. de testam. Surd. cons. 317.*
num. 16. & cons. 401. num. 13. & alij per Barbos. dict.
399. nu. 1. & 2.

Idque efficacius probatur ex verbis immediatè
post reseruatam prædictam facultatem sequentibus,
Oltre, che il detto Signor Giulio, & altri possessori pro
tempore di detta vigna, e canneto possino sempre esser
sforzati per vigore del presente contratto al pagamen-
to de Canoni decorsi, e non pagati, e li frutti di detta
vigna si possino arrestare, e far apporre, e destinare il
Custode etiam non citati li detti enfiteoti, etiam che
contradicessero. Ex his enim verbis apertè conuinci-
tur præcedens pactum capendi possessionem pro-
pria auctoritate fuisse appositum etiam pro conse-
quutione Canonum, ponderando non solum illam
10 clausulam. *Oltre che,* quæ omnes qualitates adiectas
in prima dispositione facta circa deuolutionem re-
petit in secunda respiciente exactionem Canonum,
Dec. in l. lecta num. 24. ff. si cert. pet. & cons. 189. nu. 7.
Surd. dec. 185. num. 10. & seqq. Sed etiam ponderan-
11 do facultatem arrestandi fructus, non citatis em-
phiteotis, qui modus procedendi, non citato debi-
tore, congruit facultati capiendi possessionem pro-
pria auctoritate ex *remed. d. l. creditores*, pro cuius
12 executione non est necessaria citatio, licet implore-
tur officium Iudicis, dummodò, prout hic, non im-
ploretur pro impetranda licentia ingrediendi, sed
pro obtinenda familia, vt associet, vt aduertunt,
Salicet. in eadem l. Creditores num. 29. vers. alio modo
C. de pignor. Ias. in l. 2. num. 113. C. de iur. emphit. Me-
noch. de adipisc. remed. 5. num. 150. Mantic. de tacit. lib.
11. tit. 5. num. 5. Afflict. dec. 326. num. 1. & 2. præser-
tim stante reseruatione dominij, & specialis hypo-
14 thecæ super omnibus, & singulis fructibus vineæ
cum pacto, quod inde amoueri nequeant, nisi so-
cietate integraliter satisfacta de omnibus Canoni-
15 nibus sibi debitis, quæ reseruatio tribuit indubitan-
ter reseruatario ius petendi associationem, vt fuit
dictum *in Romana Saluiani 7. Iunij 1635. coram R.*
P. D. meo Ghisilerio, & in Romana Vinea 4. Iunij
1635. & 14. Maij 1636. coram bon. mem. Pironano.

Minus obstat altera principalis exceptio, quam
16 opponebant informantes pro Laura, quod scilicet
fuerit facta nouatio circa modum soluendi Cano-
nes, itaut qui prius soluendi erant in pecunia, modo
soluerentur in tot cadis musti, quia asserta nouatio
17 nullibi probatur, cum tamen debeat concludenter
verificari, ex quo de iure nouissimo nouatio non
præsumitur, nisi fiat expressè *l. fin. C. de nouat. Man-*
tic.

tic.de tacit.lib.17.tit.3. nu. 3.& seqq.Rot.coram Card.
Seraph.decis.1172.num.2.& in recent. dec.523. nu.2.
par.4. Attestationes quæ exhibitæ fuerunt ad pro-
bandam assertam nouationem, vltra quod sunt sim-
plices fides extraiudiciales, quæ regulariter fidem
non faciunt ex vulgat. Præsertim cum sint factæ li-
te pendente *Rot.coram bon.mem. Buratto decis. 479.*
nu. 12. non firmant quod asserta nouatio fuerit per-
fectè firmata, & absolutè conclusa, sed solum atte-
stantur de modo, & simplici tractatu oretenus ha-
bito, non tamen ritè, & sufficienter concluso, sicq;
nihil releuant, quia oportet, quod res, quæ sunt
tractatæ à partibus, habeantur pro perfectis, firma-
tis, & absolutis ad effectum vt ius partibus tribua-
20 tur, multa enim tractantur, quæ non perficiuntur,
nec concluduntur *l.sciendum §.dictam ibi, ea autem*
sola ff.de edilit edict.Bald.in l.multum num.5.C.si quis
alteri, vel sibi benè Alex.cons.28. num.3. libr.1. Dec.
cons.488.n.16.Gail.obsu.140.num. 10. & duob.seqq.
lib.1.Rot.diuers.dec.104.num.6.par.2.& in recentior.
dec.677.num.3.in fin.par.2. cum alijs allegatis *in Ro-*
mana pecuniaria 12.Decembris 1642.coram me.

Eoque minus in eis vis fieri potest,cum elidantur
ex contrarijs fidibus Custodum Societatis illius tē-
poris, attestantium nullam nouationem fuisse con-
clusam, quorum attestationes in concursu præpon-
21 derant, & præualent, tum quia sunt viri nobiles, &
probatissimæ fidei, quibus propterea magis est de-
ferendum tanquam dignioribus, & nobilioribus,
l.3.in princ.& l.ob carmen in fin. & ibi glos. in verb.
imponi ff.de test.c.in nostra, extra eodem tit. Farinac.
multos cumulans tract. de testib. quæst. 165. num.14.
Mantic.dec.317.num.12. Tum quia deponunt verisi-
22 miliora; nam, & primo non constat, quod fuerit
23 seruata forma præscripta à statutis Societatis, vn-
dè metiendo voluntatem à potestate, non est cre-
24 dendum, quod Custodes absque solemnitatibus
requisitis fecerint nouationem, quam facere non
poterant. *Honded.cons.69.num.60.lib.2.cum alijs per*
Rot.dec.186.num.8. par. 5. recent. Secundò quia vi-
num fuit consignatum æstimatum,redacto illius va-
25 lore ad quantitatem, quę æstimatio facit, vt perindè
sit, ac si soluta fuisset ipsa pecunia *l.si pro mutua, C.*
si cert.pet.l.si pretij caus.vbi Bald.in princ.C.de rescin.
vendit.Rot.in recent.dec.52.num.8.par.6. & dec.114.
nu. 15.par.7. & tamen si mediante nouatione vinum
26 fuisset subrogatum loco pecuniæ dicta æstimatio nō
fuisset necessaria. Tertiò denique quia in secunda
partita in actu consignationis vini fuit facta prote-
27 statio quod accipiebatur sine præiudicio deuolu-
tionis, & citra nouationem aliquam, quæ prote-
statio, licet ex post facto deseruit tamen notabiliter
ad declarationem præcedentis tractatus, cum ne-
dum à priori, sed etiam à posteriori, scilicet ex post
28 facto gestis declaretur quid partes ab initio egerint,
& intellexerint *Mantic.dec.313.num.3.*

Quatenus autem opus sit, immissionem etiam
competere, dictum fuit, quia creditum cum hypo-
theca probatur ex Instrumento concessionis, posses-
29 sio Iulij de tempore hypothecæ, vel postea non
controuertitur, detentatio verò Lauræ probatur ex
Instrumento captæ possessionis, & sustentatione litis
30 quibus concurrentibus datur immissio in Saluiano
iuxt.opinionem, quam passim Rota seruat.

31 Nec Lauræ suffragari potest eius creditum dota-
le, quia præter quam quod in actis non constat, cum
societas in concessione vineę reseruauit sibi Domi-
nium, & specialem hypothecam, super fructibus
pro satisfactione Canonum, præferri debet in con-
32 cursu quibuslibet Creditoribus,etiam anterioribus,
& priuilegiatis *iuxt.doctrinam Bart. in l. licet C. qui*
potior.in pign.hab.Scacc.de Camb. à §.1.quæst. 7. p.2.
ampliat.8.num.165. Grat.discept.foren.cap.527.n.13.
& 14.& cap.730.num.1.& cap.900.nu.15. Franch.
decis.506.n.6.

Defectus autem iurisdictionis deductus ex eo quod
societas ab initio obtinuerit committi causam iacta-
33 tionis,& iactationū ex remed.*l. diffamari C.de ingen.*
& manumis. quod est iudicium ordinarium, vnde
videbatur deficere iurisdictio respectu associationis,
& immissionis, nullatenus probatur. Quia cum
commissio habeat in ventre clausulam *quam,& quas*
34 absque vlla taxatiua, & restrictiua, censetur data
iurisdictio, nedum respectu iudicij ex dicto reme-
dio *l.diffamamari*, sed etiam associationis & immis-
sionis ex vi, & natura latissima dictę clausulæ om-
nem causam, omneque iudicium, ac iustam in pe-
35 titorio, quàm in possessorio quomodolibet dedu-
ctum, & deducen.cōprehendentis *Rot. diuers. decis.*
684.num.2.vers.alij dicebant par.3. lib.3. & decis.16.
num.2.par.4.& in recent. dec.210.num.6.in fin. & de-
cis.789.num.4.par.3.& dec.57.num.33.par.7. & ea
36 stante quis non censetur se restrinxisse ad certum
caput, neque elegisse certam viam *Rot. coram san.*
memor.Gregor.decis.270. num.4. cum alijs ibidem per
add.

Ea quæ iterum in hac disputatione repetebantur
de compensatione rogituum factorum à Grappolino
cum debito Canonum, de Notarij destinatione ad
effectum perquirendi dictos rogitus, & demum de
excessu Canonis, præter quod sunt extra dubium,
fuerunt abundè sublata in dictis duabus decisioni-
bus coram me.

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

LEODIEN. CANONICATVS.

Lunæ 23. Februarij 1643.

ARGVMENTO. Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Gratia vbi est iustificata debet executioni deman-dari.*

2 *Valor in Canonicatibus Ecclesiæ Leodien. cum soleat exprimi per non excessum in ducatis 24. non indiget alia iustificatione.*

3 *Exceptio respiciens merita causæ non admittitur ad retardandam immissionem prouiso Apostolico.*

DECISIO LXXXV.

DOmini dixerunt standum in decisis 27. Iunij
1642. coram me scilicet Ioanni Busthman dan-
dam esse immissionem in canonicatu de quo agitur
cum iustificauerit omnia narrata in eius gratia,
nempè obitum Gabrielis in possessione beneficij
de quo agitur ex cuius persona incidit prima vaca-
tio, resignationem Dunualdt, qui per obitum Ga-
brielis fuerat prouisus,& denique suum Clericatum,
quæ sufficiunt, vt illi danda sit immissio, non ob-
2 stante quod valor dicti Canonicatus non fuerit iu-
stificatus, quia non indiget alia verificatione ex quo
fructus Canonicatuum illarum partium solent ex-
primi per non excessum in ducatis 24. vt de consue-
tudine totius Germaniæ attestatur, *Rot. in plurib.*
decis.in ista quæ reuidetur relatis.

Non obstat quod Iacobus Sclessin fuerit de eodē
Canonicatu prouisus à Magistris facultatum Vni-
uersitatis Louanien. prætendentibus collationem
dicti Canonicatus, tanquam positi in Diœcesi Leo-
dien. ad eos spectare vigore nonnullorum indulto-
rum, quæ eidem Vniuersitati Summi Pontifices
concesserunt, quia irreleuantia huius exceptionis
3 respicientis merita causæ fuit latè discussa in deci-

sione emanata coram bon. mem. Merlino à die 14. Martij 1642. & ostensum dictum Canonicatum sub dictis indultis non esse comprehensum cōtra quam decisionem, cum altera pars vnquam opposuerit, licet spatio plurium mensium fuerit expectata, & sæpius citationibus lacessita Domini hac parte tantum informante ita resoluerunt.

CIVITATIS VETVLÆ DOTIS.

Veneris 27. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Restitutioni dotis, quando est factus locus, tunc quod fuerit soluta debet plenè, et concludenter probari, et non sufficit id probare præsumptiue, nisi tamen præsumptiones essent plures, & concludentes, Administrator in dubio præsumitur sibi satisfecisse de suo credito. Legatum factum à marito vxori non censetur relictum animo compensandi cum dote.

SVMMARIVM.

1 *Dos tradita primo viro, censetur etiam consignata secundo.*

2 *Restitutioni dotis, vt sit locus est probanda vera solutio.*

3 *Instrumentum publicum receptionis dotis facit probationem probatam.*

4 *Dos præsumitur exacta stante cursu temporis cum præstatione alimentorum.*

5 *Et hoc præsertim cum maior eius pars soluta iam appareat.*

6 *Viri negligentia in non exigendo dotem non debet nocere vxori.*

Vxor stante negligentia viri potest agere ad restitutionem dotis ab extraneo promissa n.6.

7 *Administrator præsumitur sibi satisfecisse de bonis administratis, circa suum creditum, quod habebat cum eo, cuius bona administrabat.*

8 *Administrator quilibet, qui administrabat bona sui debitoris præsumitur de illis satisfactus.*

9 *Probationes præsumptiuæ non releuant, quando quis tenetur aliquid concludenter probare.*

10 *Sed ista conclusio procedit, quando vna tantum esset coniectura, vel plures, sed imperfectæ an.11.*

12 *Ex præsumptionibus pluribus simul iunctis oritur plenissima probatio.*

13 *Ex præsumptionibus pluribus simul iunctis Rota multoties condemnauit hæredes mariti ad restitutionem dotis.*

14 *Administrator emens bona pro se de pecunijs eius, cuius bona administrat efficitur debitor eiusdem pretij &c. & n.15.*

16 *Debitum an sit voluntarium, vel necessarium inspici debet eius origo.*

17 *Ad dotis restitutionem, quando quis dicatur voluntariè se obligasse?*

18 *Legatum nunquam censetur factum animo compensandi cum debito voluntario.*

19 *Maritus nunquam censetur legare vxori animo compensandi cum dote nisi expressè dicat.*

20 *Legata quando sunt facta cum onere fideicommissi, in eis cessat Animus testatoris compensandi, & num. 21.*

22 *Legatum quando fuit factum personæ valdè dilectæ, non censetur relictum animo compensandi, & 23.*

24 *Testator instituendo hæredem suum debitorem, censetur voluisse, quod eius creditum cum eo compensaretur.*

25 *Institutio in legato non inducit compensationem cum debito, & n.27. & 28.*

26 *Legatarius si fuerit institutus hæres in suo legato, id operatur, vt ipso possit legatum capere propria auctoritate, & n.43.*

29 *Compensatio inducitur contra legatarium vbi testator ordinauit fideicommissum, quod alias in totum euerteretur.*

30 *Intellige si fuerit firmatus status, & valor hæreditatis, vnde dignosci posset, quod reiecta compensatione fideicommissum vere subuerteretur, alias secus, & num. seq.*

31 *Hæreditas semper præsumitur opulenta, & apta ad ferendum onera legatorum.*

32 *Testatoris voluntas non est defraudanda, dum eius hæreditas est ampla ad soluenda legata, & nu. 33 & 34.*

35 *Coniecturæ leniores vincuntur à fortioribus.*

36 *Vxori maritus non censetur legare animo compensandi, & in dubio ab ista regula non est recedendum.*

37 *Præsumptio, quod Administrator sibi satisfecerit de suo credito cedit veritati.*

38 *Administrator soluens debitum relictum à testatore non potest dici, quod sibi satisfecerit de suo credito.*

39 *Hæres soluendo debitum defuncti dicitur ex hoc adire hæreditatem.*

Hæredis actiones cum illis defuncti confunduntur, per aditionem hæreditatis n.39.

40 *Hæres institutus in certa re censetur tanquam legatarius, & hæres particularis.*

41 *Actionum confusio, quæ inducitur per aditionem hæreditatis, procedit solum in hærede vniuersali, non autem in particulari, & legatario.*

42 *Hæres tantum vniuersalis repræsentat personam defuncti in omnibus iuribus, actiuis, & passiuis.*

43 *Hæres particularis non repræsentat personam defuncti nec in eum transeunt iura passiua, nec confunduntur actiones, & n.44. & 45.*

46 *Hæreditatis aditio non inducitur per illos actus, qui citra nomen hæredis fieri possunt.*

47 *Actus dubij, & facti cum protestatione non operantur, vt quis dicatur adiuisse hæreditatem, num.48.*

DECISIO LXXXVI.

Responsum fuit pro confirmatione sententiæ Rotalis, quia ex reuolutione actorum apparet valida, & de Iustitia dubitari non potest; Nàm quo ad scuta 300 quæ sententia dicit esse soluenda Veronicæ prò totali restitutione suæ dotis, eius creditum est certissimum, Quia cum ipsa in primo matrimonio dederit Ioanni Philippo Zaccarello dotem scut. 1200. nempè scuta 900. in tot bonis stabilibus margaritis, & mobilibus, & dicta scuta 300, de quorum restitutione agitur in pecunia numerata vt benè firmatur in decisione huius causæ emanata *sub die 17. Martij 1642. coram Reuerendissimo D. meo*
1 *Dunozetto Decano* eadem dos censetur tradita Marino Mattheo secundo Viro *l. dotem 31. & l. diuus 41. ff. de iur. dot.* & consequenter ipse tenetur dictam Dotem restituere *l. 2. ff. solut. matrim. & l. fin. C. eodem.*

Nec obstat, quod restitutioni non sit locus, nisi
2 vbi probatur vera dotis solutio *l. Mania 50. ff. solut. Matrim glos. in d. l. fin. in verbo vel promissa C. eod. & Rot. in rec. dec. 306. n. 39. & 40. par. 7.* Quia hæc scuta 300. probantur soluta Ioanni Philippo. Nam res-
3 pectu scutorum 150 redditur certissima ex Instrumento quietantiæ ab eo factæ, quod facit probationem probatam *Bald. in l. inter est n. 9. C. de solut. S. mem. Greg. XV. dec. 180. n. 1.* Respectu verò aliorum scutorum 150. cum fuerint promissa Veronicæ

in instrumento dotali, tàm à fratre, quàm ab Auia
4 vel præsumuntur exacta stante cursu temporis cum
præstatione alimentorum, Soccin.sen.cons.82. nu.3.
lib.3.Surd.cons.489 nu 10.& seqq.Rot.in rec.dec.24.
5 n.11.par.7. Præsertim dum constat de solutione
maioris partis dotis Greg.dec.62.n.7.Reu. Vrgellen.
dec.409.n.21.& 22.vel in omnem casum quatenus
6 exacta non fuissent, hoc non præiudicaret Veronicæ,
quia negligentia Viri in exigendo non nocet
vxori, quo minus possit agere ad restitutionem
Dotis ab extraneo promissæ l. si extraneus 33.cum
ibi notatis ff.de Iur.dotium, & l.ob æs ibi, & si non
petierit Maritus ff.de pact. dot. Fontanell. de pact.
nupt.claus.6.glos.1.par.2.n.77.Cyriac. controu. 110.
num.5.Rot.in rec.dec.114.n.16.par.6. & in Romana
restitutionis dotis 9.Aprilis 1612.coram Eminentissimo
Cardinali Pamphilio cum alijs late adductis in
decisione huius causæ.

Solutio verò facta Marino à quo, hodie d. scuta
trecenta repetuntur, ex eo fit manifesta, quia constat
Veronicæ obuenisse multa bona extradotalia
7 ex hæreditate primi Viri, & Marinum ista administrasse,
& fructus percepisse. Vndè intrat præsumptio,
quod ex eisdem bonis de dicto Credito se
satisfecerit Neuizan.cons.57.sub n.11.Afflict.dec.13.
n.13.vers.Adducit 4.& n.16.Rot.coram Reuerendissimo
Vrgellen.d.dec.409.sub n.19.& dec.428.sub numer.3.
cum alijs relatis in Recanaten. manutentionis
27.Iunij 1642.coram me. Et generale est in quoli-
8 bet administratore qui administrat bona sui debitoris,
quod præsumatur ex illis satisfactus l.peculium
la 2.ff.propterea ff.de pecul. Angel. in l. sed si d.
damnum §.peculium n.3.ff.eod.Rot.coram bo: me: Buratto
dec 420.n.2.& post statil.de Saluian. interd. decis.87.n.2.

Nec refert, quod istæ dicantur probationes præ-
9 sumptiuæ, quæ non sufficiunt, vbi mulier, prout
hic grauatur onere concludentis probationis ex adductis
per Add.Greg.dec.53.n.5. quia coclusio pro-
10 cedit vbi adest vnica tamen coniectura, vel plures
11 sed debiles, & imperfectæ secùs quando prout hic
plures concurrunt efficaces, & perfectæ, vt distinguendo
dixit Rot.in recent.dec.336.n.4.in fin.par.2.
ex cumulatis enim præsumptionibus simul iunctis
12 oritur plenissima probatio Bald.cons.3.nu. 4.lib. 3.
Soccin.Iun.cons 32.n.24.& cons.39.n.14. lib. 2. Cyriac.contrau.
291.n.21.Rot.coram bo: me: Coccino inter
eius impressas dec.297.n. 2.& in Romana diuisionis
15.Iunij 1640.coram R.P.D.meo Bichio,& Rot.
13 ex probatione resultante ex huiusmodi præsumptionibus
sæpe condemnauit hæredes viri ad restitutionem
Dotis, vt in Romana Dotis secunda Martij
1635.coram Reuerendissimo D.meo Dunozetto Decano
& in Camerinen.Saluiani 20.Iulij 1636.coram
bo: me. Merlino.

Quo verò ad scuta mille, ad quorum restitutionem
sententia condemnat hæreditatem Marini pro
bonis extra dotalibus ab eo distractis, iustitia pariter
est indubitata, quia in confesso est Veronicam
acquisiuisse ex hæreditate primi viri multa animalia,
& Marinum illa vendidisse Terentio Collemodio
per pretio scutorum 1000.vt patet ex publico
instrumento, & deindè cum dicto prætio emisse
loca 17.montium, vt deponunt Testes. Vndè ef-
14 fectus fuit debitor eiusdem pretij, illudque restituere
tenetur, cum stante inuestimento de eo facto in
dictis locis montium, extare dicatur ad effectum,
15 vt vxori sit restituendum, vt in his terminis
Bald.in l.vbi adhuc n.56.& 57.C.de Iur.dot.& bene
Soccin.sen.cons.82.n.24.vers.2.concludo lib. 4. Surd.
cons 290.n.7.& seqq.fab.de ann.cons.119.n.14.& 15.
lib.2.Giurb.dec.59.n.28.cum alijs in decisione huius
causæ allegatis.

Nec restitutio euitari potest sub prætextu compensationis
quàm hęredes Marini prætendunt esse
faciendam cum legatis ab eo factis Veronicæ, quia
16 cum eius creditum tàm pro rata, quæ debetur ex
causa dotis, quàm pro reliquo debito pro dictis bonis
extradotalibus per Marinum distractis, tanquam
descendens ex contractu, vel quasi dicatur voluntarium,
inspecta origine, quia Marinus ab initio
17 nulla Iuris seù legis subsistente necessitate cogebatur
se obligare ad restitutionem dotis, sed propria
voluntate, & facto in d.debitum incidit, vt benè
Surd.cons.112.n: 44. & 64. nulla potest prætendi
Compensatio, cum legatum nunquam censeatur
18 factum animo compensandi cum debito voluntario,
nisi id suadeant vehementes, & vrgentissimæ
coniecturæ l.Creditorem, & ibi scribentes ff.de leg.2.
19 Quod potissimum procedit in marito, qui nunquam
censetur legare vxori animo compensandi
cum dote, nisi expressè dicat, vt est textus clarissimus
in l.vnic.§. primum itaque C de rei vxor.act, &
per d.textum ita communiter tradunt DD. & signantèr
Alex.cons.7.n.16.lib. 6. Castr. cons. 229. in
princ.lib.2.Capr.cons.72 n.18.post med. Signorol. cons.
176.n.4.& 9.post mod: Eugen.cons.79.n.6.lib.2. Bertazzol.cons.Ciuil.59
n.4.& seqq.Surd.cons.112. numer.44
& 64.qui latè alios allegat Add. ad Afflict.
dec.44.in princ.Facchin. controu. lib. 5. cap. 33. sub
vers.quid igitur dicemus, & cap.36.per tot. Thomat.
dec. Maceraten.56.n.195.& Rot. nostra sæpius firmauit
nempè in rec.dec.649.n.2. par. 1. & coram Card.
Canal.dec.318.n.2.& seqq.& coram Buratt.dec.291.
numer. 4.& in Romana quarti Dotalis 21. Aprilis
1617.coram Andrea, & sæpius in alijs.

Hic autem non solum nullæ adfuerunt coniecturæ,
quæ releuent, sed è contra multæ adducun-
20 tur validæ, & efficaces, quæ omnem animum
compensandi prorsus excludunt, & omissis alijs
duæ potissimum visæ sunt vrgere. Prima, & illa
maxima est, quod legata sunt prò maiori parte cum
21 onere fideicommissi ad fauorem quorumdam nepotum,
qui propterea censeri nō potest voluisse compensare,
dùm relicta grauauit onere restitutionis,
vt præter allegatos in decisione benè Capra cons.
143.n.5.in fin.& n.6.Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.lib.
4.præs.110.n.27.Mantic. de coiect.vlt.vol.
lib.10.tit.2.n.11.Rot.diuers.dec.456.n.2.par.4.

Secunda coniectura resultat ex eo quod legatum
22 est factum personæ multum dilectæ ob magnum
amorem, & ingentem beneuolentiam vt dixit idem
Testator ibi; Item iure legati, & insignum Beneuolentiæ,
& amoris eximij, quo prosequitur d. Veronicam
eius vxorem dilectissimam reliquit &c. Hoc
23 enim casu Testator non censetur legasse animo
compensandi, sed vt liberalis erga personam dilectam
existeret, vt elegantèr Corn.cons.288. in fin.
vers.nec est verisimile lib.1.Soccin.Iun.cons. 79. numer.83.&
n.112.lib.2.Bero.cons.46.n.7. lib. 2. Menoch.cons.56.n.5.&
cons.162.n.25.quos idem refert,
& sequitur in tract.de præsumpt.lib.4.præsumpt.110
num.12.

Nec aduersantur coniecturæ in contrarium pon-
24 deratæ. Prima enim, quod Testator instituendo
Veronicam hæredem censeatur, voluisse, quod
eius debitum compensaretur, vt dixit Rot. in rec.
25 dec.19.n.16.par.5.nullius est momenti; Quia institutio
in legato non inducit compensationem cum
26 debito, sed solum operatur, vt legatarius possit

capere legatum propria auctoritate, quod alias
seclusa institutione capere debuisset de mame hæ-
redis *Alex. in l. quoties sub n. 4. C. de hæred. institut.*
27 *Franch. dec. 393. n. 4.* Nec contrarium firmat per
allegata *dec. 19. par. 5. rec.* quia loquitur in hærede
vniuersali; vnde applicari non potest ad casum,
28 quando vxor est solummodo legataria, & hæres
particularis, vt in hoc casu.

Secunda verò, quod Marinus bona omnia subie-
cerit fideicommisso, quod euerteretur, nisi indu-
29 ceretur compensatio, vt *Rot. dixit in Aueniouen. fi-
deicommissi coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha
Constantinopolitano, quæ est dec. 312. n. 6. et seqq.
par. 7. rec.* cessat, quia hæredes Marini non pro-
30 bant statum, & valorem hæreditatis, prout esset
opus, vt dignosci posset an reiectione compensa-
tionis fideicommissum subuerteretur; Vndè cum
hæreditas semper præsumatur opulenta, & apta
31 ad ferendum onera legatorum *Couar. in cap. si hæ-
redes sub num. 9. vers. etsi minime de Testam. Rot. in
rec. dec. 696. n. 2. par. 1. cum alijs per Add. ad Buratt.
dec. 589. n. 23.* Non debent hoc pretextu legata re-
32 tineri, & defraudari voluntas defuncti, qui ita
legando, videtur habuisse suam hæreditatem prò
sufficienti ad supportanda dicta legata, vt in pro-
posito *Rot. coram Card. Seraph. dec. 1394. sub num. 5.
et in Mutinen. dotis 16. Ianuarij 1641. coram eodem
Reuerendissimo meo Patriarcha §. nec releuat vltima
in fin.*

Et cessat difficultas, quia ex adductis prò Vero-
nica apparet in hæreditate relicta fuisse, nedum sta-
bilia ingentis valoris, sed quamplura mobilia pre-
33 tiosa, & alia non modicæ æstimationis, & fructus,
ex quibus facilè legata solui possunt sine euersione,
& considerabili diminutione fideicommissi, quod
34 sufficit, quia contraria conclusio, eatenus intrat,
quatenus hæreditas remaneret damnosa, et notabi-
liter exhausta, si reijceretur compensatio; secus au-
tem vbi non patitur magnum detrimentum, et pa-
tet ex *Menoch. in contrarium alleg. præsumpt. 110. nu-
mer. 49. ibi, vel esset valdè exausta Afflict. dec. 44. nu-
mer. 12. 16. & 25. & in his terminis loquitur d. decis.
312. n. 6. & seqq. par. 7. rec.*

Et in omnem casum cum istæ coniecturæ eli-
35 dantur, & conquassentur ex alijs fortioribus pro
parte Veronicæ allegatis in dubio non est receden-
dum à regula, quæ stat pro Veronica, quod mari-
36 tus nòn censetur legare vxori animo compensandi
vt benè *Surd. d. cons. 312. n. 101. ante vlt. vers.*

Denique non refragatur, quod Veronica dicatur
distraxisse frumentum existens in Ciuitate Vetulæ,
37 quia quatenus indè infertur ipsam se satisfecisse ex
pretio, cessat difficultas ex facto, quia constat ip-
sam cum interuentu Petri Franciscini executoris
Testamentarij illud soluisse Danesio Danesij prò
complemento scutorum 800. quę Testator eidem
38 debere asseruit in Testamento, vt patet ex quie-
tantia *Summ. num. Vndecimo.*

Quatenus verò ex huius debiti solutione deduci-
39 tur, quod adiuerit hæreditatem Marini, inferen-
do per aditionem eius actiones remansisse confusas
ex text. in l. Debitoris C. de pact. obiectum corruit,
quia Veronica non fuit hæres vniuersalis, sed alius,
& ipsa fuit instituta dumtaxat in certis rebus, nem-
40 pè in rebus existentibus in Ciuitate Vetula. Vndè
cum censeri non possit, nisi legataria *l. quoties C.
de hæred. instit. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 18.* & hæ-
res particularis *Alex. in d. l. quoties n. 4. & seq. C. de
hæred. Inst. & cons. 175. n. 1. lib. 6.* Cessat ōnis confu-
41 sio actionum, nec habet locum illa Imaginaria
solutio, quæ ex aditione inducitur, quia procedit
solum in hærede vniuersali, qui representat perso-
nam defuncti in omnibus Iuribus actiuis, & passiuis
42 secus in particulari, quia is non representat de-
functum, nec in eum transeunt Iura passiua
*Bald. in l. cum à Matre n. 5. C. de rei vend. Roland. de
Iuuent. par. 3. § quid si pater n. 9.* Vndè nec etiam
43 confunduntur, vt benè distinguit *Fontanell. de
pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 7. n. 53. et duobus seqq. et
sensit Rot. in Sabinen. hæreditatis 7. Iunij 1630. coram
bo: me: Pirouano.*

Et excluditur quæcumque dubitatio, quia fru-
mentum existebat in Ciuitate Vetula cum alijs
rebus, quas Testator legauit Veronicæ cum onere
44 soluendi nonnulla debita ipsius *vt in Summ. num. 7.*
Vndè cum ipsa tanquam legataria à die mortis Te-
statoris effecta fuisset Domina frumenti sibi lega-
ti, dum illud vendidit, vt oneribus sibi iniunctis
satisfaceret, hinc inferri non potest, ipsam adiuisse
45 hæreditatem, quia non potuisset, dum non fuit in-
stituta hæres *l. si quis §. interdum ff. de acquir. hær.*
Nec voluisse præsumi debet, dùm isti actus potue-
46 runt fieri alio Iure quàm hæreditario *l. pro hærede
ff. de acquir. hæredit. Rot. diu. dec. 474. n. 5. par. 1. et co-
ram Greg. dec. 460. n. 6. et coram Buratt. dec. 589. nu-
mer. 12.*

Et ex huius facti inconuincibilem veritatem
ostendit protestatio eiusdem Veronicæ, dum in actu
47 solutionis declarauit soluere *senza pregiuditio delle
sue ragioni, che le competono contra gli heredi, et
hereditâ del q. Marino etc.* Ex his enim verbis mani-
festè deducitur eam non intellexisse gerere se pro
48 hærede; dum eius personam à personis hæredum
distinxit, & separauit *Rot. coram Buratt. dec. 207.
n. 12. in fin. et n. seq. etc.*

Et ita Vtraque &c.

NEPESINA TVTELÆ.

Lunæ 2. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Tutori legitimo non est locus, sed alius debet à Iu-
dice subrogari, quando primus tutor datiuus post
acceptatam tutelam, se ab illa eximit ministerio
Iudicis. & quando deficiente tutela datiua sit locus
legitimæ, & ex quibus appareat de suspecto tu-
tore?

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus a Iudice, si se excusauerit à tutela, non admittitur legitimus, sed est à Iudice alter subrogandus in locum excusati.*

2 *Tutor testamentarius si deficit, fit locus tutori legitimo, qui datiuum excludit.*

3 *Declara hoc procedere, si testamentarius deficiat non petito alio tutore, et tutela ipso iure deferatur.*

4 *Secus si per testamentarium alius tutor à Iudice petatur pupillo, et tutela deferatur ministerio Iudicis.*

5 *Tutela datiua deficiente est locus legitimæ si tutela datiua deficiat absque ministerio Iudicis puta morte naturali, vel ciuili.*

6 *Secus quando datiua deficit ministerio Iudicis puta quia tutor datus se excusauit, a tutela.*

7 *Subrogatus capit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

8 *Vicegubernator, absente vel defuncto gubernatore non fungitur auctoritate delegata, sed ordinaria.*

9 *Vicegubernator tutorem dare potest absente, vel defuncto Gubernatore.*

10 *Iu-*

10 *Iudex in datione tutelæ potest quodcumque tempus & quemcumque locum eligere.*

11 *Tutor ille debet excludi, qui propter absentiam præesse non potest rebus pupilli.*

12 *Tutela non est æquum, vt decernatur tutori absenti excluso præsente.*

13 *Tutores ex vicinis Ciuitatibus solum inquiruntur, quando deficit persona idonea ad exercitium tutelę in loco originis pupilli.*

14 *Tutor peti debet in loco, vnde pupillus originem trahit suasque habet facultates.*

15 *Iudex in decernendo tutore pupillo debet respicere maiorem vtilitatem, & capere consilium, quo consulatur melius personę, & patrimonio pupilli, & maiores expensę euitentur.*

16 *Tutor si tutelam affectat pro illa obtinenda lites introducendo ex hac sola causa potest remoueri.*

DECISIO LXXXVII.

LVcretia Cotsaria Mater & Tutrix Benedicti filij, cupiens transire ad secundas nuptias, præuia tutelæ renunciatione, petijt à Iudice Campagnani alium Tutorem, qui tutelam acceptauit, sed eodem postea recusante, idem Iudex ad instantiam Dlambræ Amitæ Dosium subrogauit, qui pariter se immiscuit tutelæ.

Interim Franciscus Saulus prætendens tanquam proximior huiusmodi munus, Iudicium introduxit coram d. Iudice Campagnani, qui partibus auditis cum voto Consultoris eumdem dosium confirmauit, appellauit Saulus, & ex rescripto signaturæ fuit commissum A C. vt deputaret, quem de Iure, cui placuit Saulum deputare. Qua propter in gradu etiam appellationis dubitaui, ad quem spectet tutella, & ad Dosium spectare dictum fuit.

Quicquid enim sit de proximioritate Francisci, quæ non probatur, vbi adhùc probaretur, DD. dixerunt non releuare, quia cum mater antè transitum ad secunda Vota vocauerit in Tutorem Marcilianum isque acceptata Tutela postea ministerio Iudicis ab ea se exemerit, allegando plures causas excusationis, non erat ampliùs locus Tutori legitimo, sed in locum excusati alius erat per Iudicem
1 subrogandus *per text. in l. si quis sub conditione ff. de testam. tutel.* ibi, *Et si semel ad Testamentarium deuoluta sit tutela deinde excusatus sit Tutor Testamentarius adhuc dicimus in locum excusati alium dandum non ad legitimum Tutorem redire Tutelam.* Licèt enim deficiente Tutore Testamentario per transi-
2 tum Matris ad secunda vota fiat locus Tutori legitimo *§. 1. vbi gloss. vers. Tutor instit. de act. lit. Tutor:* qui datiuum excludit *l. si sororis C. qui Tutor vel Curator dat. poss. l. si Tutor Reipublicę §. 1. ff. de Tutel.* Id tamen intelligitur quando Mater transiuit ad secunda vota non petito Tutore filijs, hoc enim
3 casu, cum Tutela ipso Iure deferatur absque facto, & Ministerio Iudicis, spectat ad legitimos, in quibus terminis loquuntur *Alex. cons. 161. nu. 2. lib. 5. Curt. Iun. cons. 94. n. 4. cum alijs per Borguin. de Tutor cap. 1. n. 2.* Secus quando Mater suscepta Tutela adiuit Iudicem, & exposita causa nouarum nuptiarum, petijt alium in Tutorem deputari, tunc
4 enim non est amplius locus Tutelæ legitimæ, sed datiuæ, cum eo casu non deferatur ipso Iure, sed facto, & ministerio Iudicis, qui aditur ad hunc effectum, vt det alium Tutorem, vt originaliter distinxit *Bart. in d. l. si quis sub conditione num. 27. & in auth. sacramentum num. 2. C. quan. Mulier offic. tutel. fun. poss. Bald. ibidem n. 1. Salicet. n. 2. Angel. in auth. Matri, & Auię n. 1. C. eodem Dec. in cap. ex parte il 2. n. 3 de. appell. Ias. cons. 189. in 3. fundam. lib. 2. Curt. Iun. cons. 94 n. 5. Rum. cons. 125. n. 7. lib. 1. Gabr. cons. 27. n. 2. lib. 1. Egregiè Fabius de Anna cons. 50. per tot & præcipuè a n. 8. vsque in fin.* vbi pluribus conclusionem exornat *Bero qu. 66. num. 5. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 9. n. 21.* & *firmauit Rot. in Romana tutelę 5. Maij 1632. coram bon. mem. Pirouano, quę est dec. 123. n. 1. & 2. cum seqq. par. 6. rec. confirmata coram eodem sub die 28. Iunij eiusdem anni, & articulo plenè discusso in alia Romana tutelę 15. Martij 1641. coram Eminentissimo D. Card. Hieronymo Verospio.*

Nec facit, quod cum Tutela datiua semel habuerit effectum in persona Marciliani, ea cessante debeat redire ad legitimam obiectum enim procedit
5 quando datiua deficit, & expirat absque ministerio Iudicis, puta morte naturali, vel ciuili, secus quando prout hic, deficit ex ministerio Iudicis, ex quo
6 Marcilianus excusans se ab hoc onere indiguit ministerio Iudicis, qui cognosceret de causis excusationis, & super illa interloqueretur. tunc enim non redditur ad legitimam, sed adhuc remanet datiua, quia Iudex isto casu duo agit, excusatum scilicet eximit, & de alio Tutore prouidit, vt apertè declarat *text.* ibi, *Et si simul ad Testamentarium &c. Nam, & hic idcircò non vt alius detur; Quod si Tutor Testamento datus decesserit ad legitimum tutela redit,* & ex mente legis ita distinguendo tradit *Angel. in §. Quod autē n. 2. & 3. instit. de legit. agnat. tutel. & antè eum Bart. in d. l. si quis sub conditione n. 3. Bald. n. ff. de Testam. tutel.* quos sequuta fuit *Rot. in d. dec. 123, n. 8. & seqq. par. 6. rec.* Subdens nullam adhunc effectum esse constituen. differentiam intèr
7 mulierem recusantem, & ipsum subrogatum pariter recusantem, dum subrogatus assumpsit naturam eius, in cuius locum fuit subrogatus, *& in d. Romana tutelę coram Eminentissimo D. Card. Hieronymo Verospio supra citato.*

Nec subsistunt nullitates oppositæ contra deputationem Dosij. Prima enim, quod deputatio facta fuerit à Vice Gubernatore Campagnani, cui tamen ius dandi Tutorem delegari non potest *iuxt gloss. ordinariam in l. 2. C. de offic. eius, qui Vices Alterius Iud. ibi cum alijs allegatis per Bellon. Inn. d. manda Iurisdict. cap. 8. qu. 3. num. 84. cum seqq.* cessat ex facto, quia quicquid sit de hac quæstione, quam in apicibus iuris, de antiquis Prouinciarum Præsidibus, ac locorum municipalium Magistratibus disputant DD. Vice Gubernator non decreuit tutelam auctoritate delegata, sed ordinaria, qua simi-
8 les auctoritates vtuntur absente, vel defuncto Gubernatore, quo casu Tutorem quoque dari pos-
9 sunt, vt in his terminis est *text. in l. 1. & ibi glos. in verbo Commissa ff. de Tutor. et Curator dat. ab his, et ibidem tradunt Bart. et Bald. n. 1. Bellon. sen. suppnt. lib. 1. cap. 12. Bero cons. 102. n. 5. l. b. 3.*

Secunda, quod Acta deputationis Tutelæ fuerint conscripta à Notario extraneo, non Actuario quodque facta fuerint non in loco Iudicij, sed in domo priuata, nihil releuat, quia Iudex in da-
10 tione Tutelæ potest quodcumque tempus, & quemcumque locum eligere per textos apertos *in l. 3. §. pen. ibique glos. in verbo quolibet tempore ff. de tutel. et in l. 2. ff. de ferijs, et in l. nec mandanti §. dare Tutor ff. de Tutor, et Curat. dat. ab his Bart. in l. Tutor. n. 5. in fin. ff. eodem.*

Vlterius prò ōnimoda exclusione Sauli duo ponderabant DD. Alterum, quod ipse degit Romæ assiduè vacans negotijs, & litibus, vndè licet eius fides, & integritas alioquin non sit improbanda, non videtur præferendus Dosio degenti in Terra

Cam-

Campagnani, vbi pupillus domicilium habet, &
bona satis ampla in agris, & pecudibus consisten-
11 tia, cum enim propter absentiam preesse non possit
rebus Pupilli *l. impuberibus §. sin. ff de suspic. Tutor. Rot. in recent. dec. 668. n. 1. in fin. par. 1. rec:* æquum
12 non videtur vt excluso Dosio sibi decernatur Tu-
tela *l. Diuus Marcus ff. de Tutor. et Curat. dat. ab his*
Vbi quod tunc solum inquiruntur Tutores ex vi-
13 cinis Ciuitatibus, quando deficit in loco originis
pupilli persona idonea ad exercitium Tutelæ, *et l. unic. C. vbi pet. Tut.* Vbi quod Tutor peti debet in
14 loco, vbi pupillus originem trahit, habetque suas
facultates idemque dixit *Rot. in d. dec. 668. n. 1. vers.*
15 *Tum quia par. 1. recent.* Et regulare est vt Iudex in
decernenda persona ad Tutelam, & educationem
pupilli debeat respicere maiorem vtilitatem pupil-
li, & capere consilium, quo melius consulatur
personæ, & patrimonio illius, & maiores expensæ
euitentur, vt ratiocinatur *Iacob. de Guidon. inter cons. vlt. volum. lib. 1. cons. 159. n. 56.* & aduertit in
simili *Rot. in Romana, seu Tudertina educationis 3. Iunij 1639. coram bon. mem. Merlino vers. Nec obstat integritas.*

Alterum, quod ipse nimium Tutelam affecta-
16 uit, plures lites ad illam obtinen. inducendo in
Tribunalibus Bracchiani, Campagnani, Curiæ
Nepesinæ, coram A.C. & in Rot. ex qua nimia an-
sietate ita redditur suspectus, vt ex hac sola ratio-
ne remoueri debeat *Corn. cons. 288. n. 8. lib. 3. Io. de Imol. cons. 78. in princ. Gozzadin. cons. 54. nu. 9. Gabr. cons. 27. n. 14. lib. 3. cum alijs per Montan. de Tutor. cap. 26. n. 46.*

Et ita vtraque &c.

ALBANEN. HÆREDITATIS.

Lunæ 2. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Transactio licet sit nulla, cum contineat pactum fu-
turæ successionis, quod omni iure est prohibi-
tum, attamen si non appareat de omnibus bonis,
sed de quota bonorum, tunc cum cessent rationes
propter quas pactum dicitur prohibitum, substine-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio tanquam nulla non substinetur, si contineat pactum futuræ successionis.*
2 *Pactum futuræ successionis est omni iure prohibitum.*
3 *Pactum futuræ successionis non dicitur prohibitum, quando est restrictum ad certa bona.*
4 *Cum tunc nec adimat facultatem testandi, nec votum captandæ mortis inducat.*
5 *Dictiones* tam, & quam, *non restringunt vniuersalitatem dispositionis, sed censentur appositæ gratia maioris dispositionis.*
6 *Qualitas posterius adiecta restringit genus, & speciem superius expressam, & nu. 7.*
8 *Qualitas adiecta signo vniuersali, siue per adiectionem, siue per substantiuum illud restringuat.*
9 *Sed hoc procedit, vbi qualitas adiecta adijcitur, cum alia taxatiua, vel saltem simpliciter.*
10 *Secus autem si apponitur cum dictionibus ampliatiuis, & augmentatiuis, quia tunc non restringit.*
11 *Transactionis prohemium denotat causam finalem.*
12 *Verba quantumuis generalia semper restringuntur ad causam in dispositione expressam.*
13 *Transactio semper est restringenda ad controuersias, & contentiones ortas, & nu. 14.*
15 *Transactio non restringitur a causa expressa, quando apparet de voluntate in contrarium ex amplitudine dispositiuæ.*
16 *Transactio non restringitur ad terminos litis præcedentis quando verba sunt ampla, & generalia, itaque quod respectu deductorum in litem valet, vt transactio, & respectu aliorum in vim pacti, & conuentionis.*
17 *Species vbi præcedit, & postea sequitur genus, istud restringitur ad speciem expressam, & nu. 18.*
19 *Qualitas in vna parte orationis posita non censetur repetita in alijs partibus distinctis, & separatis, nec ad illas refertur.*

DECISIO LXXXVIII.

NOn acquirentibus Faustina, & Sororibus de Gal-
lis resolutionibus factis diebus 24. *Maij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio, & 23. Iunij 1642. coram me,* iterum tertia vice posita
causa super eisdem, Domini steterunt indecisis, exi-
1 stimantes transactionem, ad quam fuerat restricta
difficultas, non sustineri, tanquam continentem
2 pactum futuræ successionis omni Iure, reprobatum
l. pactum quod Dotalis 15. l. licet 19. & leg. fin. Cod. de pact.
3 Quibus non obstat, quod aliàs dicebatur, pactum
loqui solum de bonis Paternis, & Maternis, ideoq;
vti restrictum ad certa bona, non cadere sub prohi-
bitione dd. legum, cum nec adimat facultatem te-
4 standi, nec votum captandæ mortis inducat placuit
Dominis responsio data in *decisione diei 23. Iunij coram me,* pactum fuisse conceptum verbis generali-
bus ibi, *In quanto all'amministratione di tutti i loro beni,* dinumerationem verò Paternorum, & Mater-
5 norum factam fuisse per dictiones augumentatiuas,
tàm, & quàm, quæ non restringunt vniuersalitatem
dispositionis, sed censentur appositæ gratia maioris
declarationis *iuxt. Theoric. Bart. in l. quæsitum §. fin. ff. de fund. Instruct.* communiter receptam, vt pluri-
bus firmatum fuit *in d. dec. vers. nec dici potest,* qui-
bus addi possunt *Burs. cons. 19. num. 4. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 233. num. 19. propè finem.*
6 Ex his habetur responsio ad id, quod replicatur
nos propriè non esse in dinumeratione specierum
post genus, sed in qualitate adiecta generi, & spe-
ciebus, cum primò loco fuerint expressa bona in
genere, secundo dinumeratæ species bonorum mo-
7 bilium, scilicet immobilium, tertiò verò loco adie-
cta qualitas his speciebus, Paternorum, & Mater-
norum per quam adiectionem, & genus, & species
restringuntur, vt admonet *Bart. in l. doli verbum ff. de seru. corrupt. Dec. in cap. sedis num. 108. de rescriptis cons. 92. nu. 1. in fin. vers. Sed tamen cum seqq. Surd. cons. 131. num. 23. in fin.*
8 Vbi quod regulare est qualitatem adiectam signo
vniuersali siuè per adiectionem, siuè per substan-
tiuum, illud restringere, & *cons. 321. num. 14. in fin. & 16. & cons. 389. nu. 23. & 24. Vsill. ad Afflict. dec. 106.*
9 *num. 6.* Obiectum enim procedit vbi qualitas adijci-
tur cum aliqua taxatiua, vel saltem simpliciter in
quibus terminis loquuntur omnes supra citati; secùs
autem; vbi ponitur cum dictionibus ampliatiuis, &
augumentatiuis, tunc enim non restringit, sed cen-
setur solum apposita prò maiori declaratione, vel
10 ad exprimendum casum magis dubitabilem, vt
probant omnes *in superiori vers. & in alia dec. add.*
11 Nec releuat deuentum fuisse ad transactionem
propter controuersias ortas super bonis Paternis, vt
apparet ex prohemio, quod causam finalem
ostendit *Bart. in l. fin. num. 3. ff. de hered. instit.* & men-
tem contrahentium detegit *l. 1. vbi scribentes ff. ad macedon. ibi, Essendo, che questi giorni passati, sia ve-*

ta

ta discordia trà Pietro del q. Andrea Galla, e Francesco suo Fratello carnale sopra il maneggio de beni Paterni, che in Communione hanno sin'al presente giorno goduto, & godono, ex quo inferri videbatur, tran-
12 sactionem licet generalitèr conceptam, dici non posse vniuersalem, cum verba quantumuis generalia semper restringantur ad causam in transactione expressam *l. si de certa C. de transact. Roman. cons. 284 num 2. Ruin. cons. 210 nu. 3 in princ. lib. 1. Bellon. cons. 56. num. 14. Natt. cons. 546. num. 10. & seqq. & praec.- pue num. 12. & 17. Rot. coram Mantic. dec. 245. nu. 13. & in rec. dec. 29 num. 14. par. 1.* & consequenter ad ea
13 super quibus erant ortae contentiones, & controuersiae *l. Emptor §. huius ff. de pact. Corn. cons. 267. sub num. 5 Paris. cons. 20. num. 77. lib. 1. Honded. cons. 6. nu. 65. lib. 1. Greg. dec. 158. ibiq. Add. num. 6.*
14 Quia fuit animaduersum Indispositiua verbis claris habitam fuisse mentionem bonorum Maternorum, caeterorumque mobilium, & Immobilium, praesentium, & futurorum, de quibus tamen nullum verbum factum fuerat in prohaemio, Vndè videbantur manifestè apparere transigentes noluisse se restringere ad bona controuersa, ideoque intret,
15 limitatio ad Conclusionem supra firmatam, vt scilicet transactio non restringatur à causa expressa, quando apparet de voluntate in contrarium ex am-
16 plitudine dispositiuae, sed respectu deductorum in litem, & controuersiam valet, vt transactio, respectu verò aliorum in vim pacti, & Conuentionis *Salic. in d. l. si de certa num. 2. C. de transact. Alex. cons. 11. num. 3. lib. 3 Honded. cons. 49. num. 34. vers. insuper dico lib. 1. Greg dec. 286. num. 7. Adden. ad eandem dicta dec. 158. num. 7. relati in Rom Fideicomm. de Cealis 14. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Carillo vers. & quamuis in lite.*
17 Quod autem dicebatur in transactione prius factam esse mentionem de bonis Paternis, ideoque dici non posse speciem subsequi genus, sed potius illud praecedere ac proindè potius intrare contrariam dispositionem de qua *Bart. in d. l. quaesitam §. si quis fundamentum num. 5. de Fund. Instruct.* firmans, vbi praecedit species, & postea sequitur genus illud re-
18 stringit ad speciem expressam, quod idem tradit *Felin. in c. nonnulli 38. sub num. 6. vers. sed debito de rescript. Paris. cons. 26. nu. 83. vers.* Nec *potest dici lib. 2* facilè tollitur, cum mentio bonorum Paternorum facta fuerit in separata paenitus, & distincta parte orationis; quo casu cessat ratio supra posita, quia
19 qualitas in vna parte orationis posita, non censetur repetita in alijs partibus distinctis, & separatis, nec ad illas refertur *Grattan. discept. forens. cap 769. num. 54. Rot. dec. 242. num. 14. par. 2. diuers. & dec. 206. num. 3. par. 3. rec.*

Et ita vtraque.

FERRARIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 6. Maij 1643.

A R G V M E N T V M.

Remissoria non conceditur stante irreleuantia articulorum, & qui dicantur irreleuantes, & quando ex releuantia vnius articuli concedatur remissoria?

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria super articulis irreleuantibus non est concedenda.*
2 *Beneficiorum prouisiones, & collationes non probantur per testes, sed per bullas, & litteras Collatorum.*
3 *Testes deponentes de obseruantia debent deponere de actibus in indiuiduo in quibus ita fuit obseruatum.*
4 *Remissoria non datur ad probandum per Testes id, quod probari potest per scripturas.*
5 *Probatio per scripturas est magis certa, & expedita, quam probatio per testes, qui obliuione, vel alio defectu labi possunt, & ad istam est recurrendum.*
6 *Interpretatio priuilegiorum spectat ad solum pontificem, & ad eius tribunalia non autem ad inferiores.*
7 *Interpretari priuilegium à Bonifacio Ferrariae concessum Ferrariensibus non licuit.*
8 *Residentia siue sit necessaria, & praecisa, siue solum causatiua ad effectum lucrandi distributiones, semper facit beneficium residentiale.*
9 *Amplia etiam ad effectum, vt titularis acquirat ciuilitatem saltem donec residet.*
10 *Ciuiltas acquiritur per beneficium residentiale.*
11 *Siue residentia sit coactiua, & praecisa, siue solum causatiua.*
12 *Residentia causatiua operatur, vt quis dicatur cogi, licet non inferatur necessitas praecisa.*
13 *Abbates, & Monaci non habent necessariam residentiam, sed transire possunt ad alia Monasteria, si velint.*
14 *Clerici non solum originarij, sed alienigeni habentur pro Ciuibus, si habitent in loco beneficij dum moram trahunt.*
15 *Monaci, & Caeteri Religiosi non desinunt esse Ciues suae Patriae per assumptionem habitus.*
16 *Amplia vt etiam sint Ciues illius Ciuitatis, in qua situm est Monasterium, quod ingrediuntur.*
17 *Remissoria ex releuantia vnius articuli, tunc solum conceditur, quando ille sufficit ad victoriam causae.*

D E C I S I O LXXXIX.

CVm sub die 4. Iulij praeteriti resolutum fuisset, gratiam Nicolai non esse iustificatam, tàm ex eo quod Alexander Puteolus prouisus de Parochiali controuersa effectus erat Ciuis Ferrariensis propter decennalem habitationem, & Cappellaniam perpetuam residentialem, quam prius in Cathedrali dictae Ecclesiae fuerat assecutus: Quam etiam quia Indultum Gregorij XIII. concessum Ciuibus Ferrariensibus non compraehendit beneficia reseruata, idem Nicolaus ad euertenda huiusmodi fundamenta produxit nouos articulos, & tam super istis, quam super alijs productis ante decisionem, petijt remissoriam, quàm tamen hodie Domini dixerunt esse denegandam.

Quinq; enim articuli producti ante emanatã decisionem sunt prorsus irreleuantes, quia primus continet vacationem huius parochialis contigisse per obitum Lauallorij, quod non negatur, secundus autem, & tertius continent dictum Lauallorium fuisse familiarem prius Cardinalis Beuilacquae, postea Cardinalis Clesellij, quod nedum non obstat resolutioni factae, sed immò magis confirmat reseruationem Sedis Apostolicae, sic paritèr nihil releuat, quod Nicolaus sit Sacerdos, & originalis Terrae Ficaroli Ferratien. Diaecesis, vt quarto loco articulatur, nec minus quod quinto loco dicitur de valore fructuum, quia ab altera parte iste non negatur,
1 & ideo super illis tanquã irreleuantibus Remissoria non est concedenda *l. ad probat. C. de probat. Cassad. dec. 2. de dilat.* conteritur enim tempus, & litigantes vexantur tedio, & expensis, dum ad inanes probationes conuertuntur vt dixit, *Rot. in Gerunden. Scribania 27. Nouembris 1637. coram bo: me: Merlino.*

Multoq; magis super alijs articulis de nono productis, quia in primo, & secundo articulatur indultum praedictum fuisse semper obseruatum, vt beneficia collata non fuerint, nisi Ciuibus Originarijs,

etiam

etiam in casibus , in quibus prouisio spectabat ad
Ponrificem , si aliquando collatio facta fuit extero,
illum fuisse reiectum super quibus dictum fuit non
esse concedendam Remissoriam , quia quoad asser-
tas collationes , & prouisiones beneficiorum illæ
2 non probantur per Testes, sed per Bullas, & litteras
Collatorum, vt aduertit *Rot. apud Cassad. dec. 20. n. 2.*
in princ. de prabend. Add. ad Sanc me: Greg. XV. decis.
471. num. 12. Quo verò ad obseruantiam , cum Te-
3 stes debeant deponere in indiuiduo de actibus , in
quibus itá fuit obseruatum , super quibus actibus
conficiuntur acta, & feruntur sententiæ, non est dan-
da Remissoria ad hæc probanda per Testes, cum
4 possint probari per scripturas , vt in his terminis
Egid. dec. 9. num. 1. de rescript. Rot. in rec. dec. 196. n. 8.
par. 1. & coram Reuerendiss. Vrgell. dec. 127. nu. 4. Pro-
batio enim super assertis contradictionibus factis
prouisis exteris , cum hæc pasites probari possit ,
5 & debeat per acta Secretarij , & per scripturas *Ros.*
in rec. dec. 314. nu. 3. par. 1.

Tertiò articulatur appellatione Ciuium in Statu-
tis , & Priuilegijs , etiam à Sede Apostolica con-
cessis , comprahendi solum Ciues Originarios, ex-
clusis quibuscumque alijs , qui vel ex habitatione,
vel quocumque alio modo Ciuiliratem acquisiue-
rint , & Ciues solum primi generis fuisse admissos
ad participationem huiusmodi Priuilegiorum , cæ-
teros verò fuisse reiectos , & huiusmodi reiectioni
acquieuisse, itá semper fuisse obseruatum absque vl-
la contradictione, & minus super hoc visum fuit es-
se concedendam Remissoriam . Quia vltra quod
reiectio Exterorum , & obseruantia articulata potest
probari per scripturas per ea quæ superius dicta
fuerunt: respondetur quod interptetatio priuilegio-
6 rum non spectat ad inferiores , sed ad solum Ponti-
ficem , & sua Tribunalia *Peregr. cons. 9. num. 6. & 7.*
lib. 4. firmans non licuisse Ferrariensibus interpræ-
7 tari Priuilegium sibi à Bonifacio concessum , quam
sequuta fuit *Rot. in Rauennaten. Census dec. 94. num.*
13. in fin. post Merlin. de legitima.

Denique in quarto, & quinto articulatur Cappel-
lanias Ecclesiæ Cathedralis Ferrariæ non habere re-
sidentiam necessariam sed solum causatiuam , ad ef-
fectum participandi distributiones quotidianas , &
de hac simili residentia loqui Constitutiones Syno-
dales , quæ pariter non releuare dictum fuit , quia
8 residentia siue sit necessaria , & præcisa , siuè solum
causatiua ad effectum lucrandi distributiones sem-
per facit beneficium residentiale ad effectum vt titu-
9 laris acquirat Ciuilitatem, saltem donec residet, *iuxt.*
Doctrinam Bart. communiter receptam in l. 1. num. 13.
ff. ad municipalem cum alijs in dec. Cumulatis.

Nec contrarium probat *Bald. in l. Senatus in fin. ff.*
de senat. & Butr. in cap. postulasti 14. num. 5. & 6. post
med. de for. compet. Feliu. ibidem num. 1. vers. Intellige,
& in cap. dilectus il 2. num. 2. de rescript., quia illi fir-
10 mant solum prò Ciuilitate acquirenda requiri be-
neficium residentiale, sed non excludunt residentiam
11 Causatiuam , cum beneficium non minus efficiatur
residentiale per residentiam coactiuam, & præcisam
quam per solam causatiuam , vbi scilicet beneficia-
tus absque residentia lucrari non potest distributio-
12 nes quotidianas talis enim necessitas causatiua ope
ratur, vt quis dicatur cogi, licet non inferatur neces-
sitas præcisa *Bald. in l. siquis Institutus §. sed si bono-*
rum num. 2. ff. de hered. Instit. Rot. in rec. dec. 253. nu. 8.
par. 7. Hinc *Butr. in d. l. 1.* extendit conclusionē pro-
cedere etiam in Abbate, & Monacis , & similibus ,
13 quos tamen certum est necessariam residentiam
non habere , sed transire posse ad alia Monasteria
si velint , quod idem tradit *Feliu. in d. cap. dilectus n.*
1. vers. nisi ibi , & consuluit *Surd. cons. 301. nu. 7. vers.*
id quod locum, vbi quod non solum Clerici Origina-
14 rij sed etiam alienigeni , si habitent , & morentur
in loco beneficij, habentur per Ciuibus , dùm mo-
ram trahunt *Carol. de Grass. de effect. Cleric. in præm.*
numer. 372. in fin. vers. Et quod dictum est , vbi dicit
15 quod Monaci , & cæteri Religiosi per assumptionē
habitus non desinunt esse Ciues suæ patriæ , & nihi-
16 lominus sunt etiam Ciues illius Ciuitatis, in quo si-
tum est Monasterium , quod ingrediuntur.

Sed cessat omnis difficultas , quia vbi etiam iste ,
alius articulus releuaret contra primum fundamē-
tum decisionis firmantis , non requiri veram ciuili-
tatem originis , & Natiuitatis ; adhùc tamen non
cessaret aliud fundamentum, quod scilicet indultum
non compræhendit beneficia reseruata , vt late in
eadem decisione deductum , & proindè Remissoria
non est concedenda, quia ita demum ex releuantia
17 vnius articuli conceditur, quando ille sufficit ad vi-
ctoriam Causæ *Mnutic. dec. 313. num. 1. & in Bonon.*
dismembrationis 11. Decembris 1634. coram R.P.D.
meo Ghisilesio.

Et ita vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Veneris 13. Martii 1643.

ARGVMENTVM.

Remissoria data articulorum irreleuantia non concè-
ditur prout neque si articuli possunt per scripturas
probari , & quoties adest suspicio Calumniæ , &
quando ex hac sola suspicione non sit locus denega-
tioni remissoriæ ?

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non est concedenda ad probandum id , de cuius veritate facile constare potest per scripturas .*

2 *Probatio facta per scripturas est certior , quam sit probatio per testes , & ad istam est recurrendum .*

3 *Articulus superfluus est reyciendus .*

4 *Remissoria est deneganda ex capite irreleuantia .*

5 *Scripturis in concursu, magis quam testibus est deferendum .*

6 *Probatio per testes solet à Rota admitti etiam in materijs , quæ continentur in scripturis .*

7 *Declara si probatio tendit ad coadiuuandum probationes factas per scripturas ; secus si tendit ad illas euertendas, & destruendas .*

8 *Remissoria non datur ad probandum contrarium illius , quod continetur in scripturis .*

9 *Remissoriam concedendi non præbet causam sufficientem expensa compulsationis , etiam maxima, dum irreleuantia , & verisimilis calumniæ suspicio, & alia eius concessionem dissuadent .*

10 *Remissoria requirit maiores expensas , quam compulsoria .*

11 *Remissoria ex suspicione calumniæ solet indistinctè à Rota negari .*

12 *Testes non admittuntur in ijs, quæ non sunt facti, sed Iuris .*

13 *Testes debent deponere , non iudicare .*

14 *Remissoria concessa in prima instantia, iterum in eadem causa non conceditur .*

15 *Amplia etiam si noui Articuli producerentur .*

16 *Remissoria propter inuerisimilitudinem est deneganda .*

17 *Suspicio calumniæ oritur eo ipso , quod toto tempore litis non fuit articulata materia super qua in præsens petitur remissoria .*

18 *Articuli potius præsumuntur imaginarij , quam veri*

ex

ex illorum variatione, & contrarietate.

19 *Occultatio librorum facit præsumere, quod faciant contra occultantem.*

20 *Diminutio debet probari talis, ut quantitas conventa distribui non possit.*

21 *Remissoria non denegatur ex sola suspicione calumniæ, quando articuli sunt releuantes.*

22 *Præsumptio calumniæ ad obtinendas compulsoriales cessat data releuantia articulorum.*

23 *Intellige quando cum releuantia datur fumus, quod res ita se habeat.*

DECISIO XC.

CVm post factas probationes in prima Instantia tàm per Testes, quàm per scripturas fuisset denegata coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Constantinopolitano noua Remissoria Capitulo, Agentes illius in hac tertia Instantia asserentes probationes anteà factas non excedere annum 1626. produxerunt tribus distinctis vicibus alios duodecim articulos, quatuor scilicet de mense Iulij, quatuor de mense Octobris, & quatuor de mense Nouembris proximè præteriti, qui tamen ferè omnes in substantia sunt illi ipsi iàm à Rota reiecti. & prò illis quatuor vltima vice productis iterum prætendebant Remissoriam, sed disputato dubio per quatuor vices Domini denegandam esse dixerunt ex ijsdem rationibus.

Primus enim articulus continens redditus tàm antiquæ bursæ, quàm nouæ esse diminutos, & expensas prò illis exigendis auctas obdiuersa accidentia, variasque causas per Testes informatos exprimendas, probari potest per compulsationes librorum, exitus, & introitus, ex quibus apparebit, vel de prætensa diminutione, vel de sufficiẽtia redditum, ac proindè non est concedenda Remissoria ad pro-
1 bandum id de cuius veritate facilè constare potest per scripturas. *Felin in cap. 1. num. 4. vers. & ad probat. de appell. Rot. dec. 10. nu. 6. de Offic. deleg. in nou.* cum
2 alijs relatis *in decisionibus huius causæ*, probatio enim per scripturas est fincerior, & expeditior, & sic non est recurrendum ad Testes, quorum probatio est minus certa, & minus tuta cum obliuione vel alio defectu labi possunt *Bellamer. dec. 9. num. 1. Rot. in rec. dec. 252. nu. 2. & 3. par. 7. cum alijs in Ferarien. Parochialis 6. Martij 1640. cor. me.*

Quæ conclusio in nostro casu procedit sine difficultate, aut enim Testes sunt depositurì idem quod in scripturis cõtinetur, & Articulus vti superfluus est
3 reijciendus. *Roman. cons. 226. n. 3. Cassador. dec. 2. de dilat. cum alijs allegatis in decis. emanata sub die 10. Februarij 1640. coram D. meo Patriarcha.* Aut deponent contrarium, & demissoria est deneganda
4 ex capite irreleuantiæ, quia in concursu scripturis
5 magis, quam Testibus deferendum est *Roman. cons. 319. n. 1. Cassar. cons. 16. num. 1. Rot. coram Cardin. Seraph. dec. 339. n. 7. cum mille Concordantibus.*

Secundus verò continens, expensas, pariter probari potest per scripturas, ex quo Capitulum ipsum fatetur expensas adnotari in libris capitularibus, vltrà quod detegitur irreleuans ex relatione petitorum, qui computatis his omnibus expensis retulerunt introitus Capituli superare exitus in scutis 2579. 11. 2 vt habetur *in dec. 115. nu. 8. vers. nam vltra responsiones part. 6. rec.* Vndè ex capite irreleuantiæ non est concedenda remissoria *vulg. l. ad probationem C. de probat.*

Nec obstat, quod Rot. soleat probationem per
6 Testes admittere, etiam in materijs, quæ continentur in scriptis, vt coram *Cæsar de Graff. dec. 1. nu. 8. & seqq. de dilat. & cor. Card Caual. decis. 271. in fin. & in rec. dec. 196. n. 6. p. 6. & in alijs*, quia vltra quod in casu decisionis Cæsaris de Graffis remissoria petebatur ad probandas nonnullas prætensiones adno-
7 tatas in libris, qui supponebantur lacerari, *vt ibidem num. 7.* & ideò opus erat recurrere ad Testes vt benè aduertit *decis. emanata sub die 15. Iunij 1640. coram Domino Meo Patriarcha*, & decisio Cauaterij loquitur in Casu quo aderant aliqui articuli, qui solum per Testes probari poterant, vt *ibidem num. 5.* & omnes loquuntur quando probatio per testes tendit ad corroborandum, & ad coadiuuandum probationes factas per scripturas, secus quando tendit ad illas euertendas, & destruendas, vt hoc casu: tunc enim remissoria non datur
8 ad probandum contrarium illius, quod continetur *in scripturis Rot. coram Card. Seraph. decis. 1460. num. 3. & coram Domino Vrgellen. dec. 196. nu. 3. & in rec. decis. 589. n. 1. in fin. par. 2. & dec. 235. n. 11. par. 5. & dec. 217. n. 1. par. 7.*

Minus releuat, quod huiusmodi compulsatio sit futura ingentis voluminis, & proindè intollerabiles paritura expensas, quia cum istorum librorum compulsatio facta ab anno 1605. vsque ad annum 1626. consisterit in solis folijs 262. clarum remanet, quod pro tempore ab indè citra fieri poterit minori foliorum quantitate, cum pauciores affluxerint anni, nec sola expensa compulsationis, etiam ma-
9 xima præbet sufficientem causam concedendi Remissoriam, dum irreleuantia, inuerisimilitudo, suspicio calumniæ, aliaque dissuadent illius concessionem, quinimò aduertebant DD. quod hinc non euitarentur expensæ, sed potius augerentur, quia etiam pro Remissoria requiruntur expensæ, & ab-
10 sque dubio maiores, quàm pro compulsorijs, vt aduertit. *Rot. coram Egid. decis. 9. in princ. & rec. dec. 142. num. 7. par. 6. & dec. 763. n. 14. par. 7.* Vndè eo magis censuerunt esse denegandam, cum ex his rationibus potius apparentibus, quam veris maxima insurgat suspicio, quod studiosè, & ex artificio petatur, causa protestandi litem, & differendi causæ
11 expeditionem ex quo capite Rot. illam indistinctè denegare solet *Cassador. dec. 3. de dilat. Rot. dec. 146. num. 10. par. 5. & dec. 31. n. 9. par. 7.*

Irreleuans pariter visus fuit tertius articulus, in quo deducitur ius legitime faciendi expensas extraordinarias cum scientia, & acquiescentia Potionariorum, quoniam cum hoc casu nulla possit considerari præscriptio, super qua Testes debeant deponere, ex quo ab anno 1604. factæ secularizationis vsque ad annum 1611. quo fuit cæpta ista lis, elapsi sunt septem tantummodo anni, non sufficientes ad præscribendum, non est idcirco opus ministerio Testium, cum Ius faciendi huiusmodi expensas non sit facti, sed iuris, cuius discus-
12 sio pertinet ad Iudicium Rotæ non Testium *Bursat. cons. 366. num. 14. & 33. lib. 4. Alex. cons. 114. n. 17. lib. 4. Dec. cons. 256. n. 5. Gabr. cons. 178. n. 10. lib. 1. Afflict. dec. 381. num. 7. & fuit dictum in sæpius citata dec. D. M. Patriarcha.* Testes enim debent deponere, non
13 iudicare *Alex. cons. 75. n. 6. lib. 1. Paris. cons. 56. n. 14. lib. 2. & cons. 152. n. 15. lib. 4. Gabr. cons. 168. nu. 9. lib. 2. Rot. in recent. dec. 539. in fin. par. 2.*

Quartus denique tendens ad probandum, aliqua onera descripta in listis A. & B. ponenda esse ad exitum, non ad introitum Capituli reiectus, iam dudum fuit à Rot. optimis rationibus deductis in d. decisione D. M. Patriarchæ cum quibus hodie DD. Transierunt.

Eoque magis, quia præter irreleuantiam plura alia concurrunt ad illam denegandam.

Primò, quia fuit concessa in prima instantia, &
14 illius vigore plures testes examinati, vnde in eadem
causa iterum concedi non debet. *Farinac. de testib. q 77. n. 50. Rot. coram Greg. dec. 367. n. 2. & in recent. 235. n. 1. par. 5. & dec. 306. num. 6. & seqq. par. 6.*
15 etiamsi darentur noui articuli *Rot. dec. 16. de testib. in nou. & in Corduben. decimarum 4. Iunij 1610. coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio apud Marches. de com. part. 1. fol. 287. Add. ad Gregor. dict. decis. 367. n. 4.* credendum namque est, Capitulum fecisse meliorem probationem, quamuis posset *Crauett. cons. 154. sub nu. 5. Greg. dec. 414. n. 1. Rot. dec. 406. n. 2. par. 2. rec.*

Secundò, quia materia articulata est inuerisimilis; cum enim redditus Bursæ veteris ex relatione peritorum *Summar. portionariorum num. 8.* saepius excedat annuatim scuta 20000. introitus autem Bursæ nouæ annuatim scuta 18. milia, & pro soluendis huiusmodi distributionibus trium, & sex regalium, ad quod vtraque Bursa primario est destinata, sufficiant quot annis scuta circiter 14. millia, non est verisimile, quod diminutio si quæ contigit, possit esse talis, & tanta, vt absorbeat quantitatem pro illis distributionibus necessariam, ac proindè pro-
16 pter inuerisimilitudinem Remissoria non est concedenda *capit. quia verisimile de præsumpt. Rota decis. 23. de testib. in antiqu. & dec 99. n. 1. par. 4. diuers. & in rec. dec. 325. n. 23. par. 5. & dec. 276. n. 9. par. 6. & coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 131. n. 12.*

Tertiò, denique quia corruit vehemens suspicio calumniæ, satis euidenter deducta, tùm ex eo quod toto tempore quo lis hæc durauit, eiusque materia plenè fuit discussa ab anno 1611. vsque in præsens, nunquam hæ materiæ fuerunt articulatæ,
17 quod magnam ingerit suspicionem, quod hodie articulentur ad impediendam causæ expeditionem, vt ponderauit *Rot. coram Canal. decis. 37. num. 2. & coram Gregor. decis. 211. nu 4. ibique ad 1. lit. B.* Tum quia Capitulum pluries, ac diuersis vicibus exhibuit articulos, illosque semper varios, & diuersos prout magis expedire visum fuit, & ad tollendas exceptiones proportionariorum, & euertenda decisio-
18 num fundamenta, ex qua variatione, & contrarietate præsumitur articulos potius esse imaginarios, quam certos, vt aduertit *Rot. coram D. Vrgellen. d. decis. 131. nu. 8.* Tùm quia Capitulum ad probandum huiusmodi diminutionem vigore Compulsorialis expeditæ de anno 1640. compulsauit libros capitulares, in quibus dietim omnes redditus, & expensæ adnotantur, & licet huiusmodi processus ad eius instantiam fuerit consignatus portiori vsque de mense Augusti 1641. adhuc tamen noluit illum exhibere in Rota, ex hac autem occultatione præsumitur, quod faciant contra Ca-
19 pitulum, quodque ex eis potius augmentum quam diminutio redditum probetur, alias illas exhibuisset, *argum. l. 2. §. Diuus ff. de Iur. fisc. Parif. cons. 67. num. 27. & 28. lib. 3.* & in terminis Capituli non exhibentis libros capitulares *Crauett. cons. 134. n. 17. & fuit dictum in Toletana Canonicatus Pænitentiaria 19. Iunij 1643. coram me vers. Et hanc sententiam;*

Nec obstant Bellici tumultus in loco Manzoni, quia non docto, quod ibi extent redditus Ecclesiæ quinimò dum ex eisdem libris compulsatis constat de contrario, nihil releuat, vltra quod non sufficeret docere de qualibet diminutione, nisi probetur
20 talis, vt quantitas in statuto contenta distribui non possit *Iasi in l. si constante n. 145. vers. sicut etiam ff sol. matr. Rot. dec. 45. n. 3. & 4. par. 2. diuers. & in his terminis decis. 413. num. 4. par. 6. rec.*

Demum non obstat, quod ex sola præsumptione
21 calumniæ non denegetur remissoria, quando articuli sunt releuantes *iuxt. decis. 306. nu. 1. post. 2. vol.*
22 *cons. Farinac.* quia præter quod data releuantia, quæ hic non adest, cessat præsumptio calumniæ, vt aduertit eademmet *dec. in princ.* & *fuerat dictum in Toletana mercedis 3. Iulij 1590. ibidem relata.* Conclusio non procedit simpliciter, & indistinctè, sed
23 quando cum releuantia datur fumus, quod res ita se habeat, vt declarando d. decisionem respondit, *Rot. in rec. d. dec. 41. n. 39. & seqq. par. 7.*

Ex quibus, & alijs deductis in decis. huius causæ DD. vtraque parte acerrimè informante, denegarunt Remissoriam, vt aliquando huic tricennariæ litiri finis imponatur.

GERVNDEN. BENEFICII.

Lunæ 16. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Exequtio facta pendente termino ad appellandum tanquam attentata venit reuocanda, & licet sententia fecerit transitum in iudicatum reuocatur de stylo Rotæ saltem per viam nullitatis, quod tamen procedit si exequutio fuit obliqua, secus si directa, & quæ sit ad hunc effectum differentia inter directam, & obliquam exequtionem?

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta intra decem dies datos ad appellandum est attentata, & per consequens est reuocanda.*
2 *Attentata non sunt reuocanda post desertam appellationem, & rem iudicatam.*
3 *Attentata saltem per viam nullitatis de stylo Rotæ reuocantur etiam post desertam appellationem, & rem iudicatam.*
4 *Declara vbi agitur de exequtione obliqua, & indirecta puta captione pignoris.*
5 *Secus autem vbi agitur de exequtione directa, puta de possessione controuersa.*
6 *Exequtio directa licet attentata non reuocatur, neque per viam nullitatis, quando sententia transiuit in iudicatum propter desertionem appellationis.*
7 *Appellatione sublata tollitur suspensio iudicata per eam inducta.*
8 *Exequtio quamuis malefacta non reuocatur ad euitandum circuitum, quando de nouo fieri deberet.*
9 *Sententia firmata firmatur, & exequtio.*
10 *Exequtio directa, quæ fit per traditionem possessionis, vel solutionem iudicati, est magis propinqua iudicatu, quam exequtio obliqua.*
11 *Executio directa si tanquam nulla reuocaretur esset necessariò reiteranda.*
12 *Secus autem exequtio obliqua, & indirecta.*
13 *Executio directa firma sententia conualescit, non autem obliqua, & indirecta.*
14 *Sententia in iudicatum transacta præsumitur de iure valida, & iusta.*
15 *Conclusio in causa habet vim citationis ex stylo Hyspanarum.*

DECISIO XCI.

ORta controuersia coram Ordinario Gerunden. siuè illius Vicario. An Beneficium de quo agitur esset conferendum Francisco Faxat, vel potius Aciscio Misiacula, Iudex tulit sententiam ad fauorem Francisci, qui illius possessionem accepit intra decendium. Appellauit Aciscius, & post lapsum nedum bienuij, sed etiam quadriennij, volens

pro

pro sequi appellationem iam interpositam, insteric cotam me, vt disputarem dubium, An constaret de Attentatis, quod Domini absque difficultate negatiuè resoluerunt.

Licet enim vera sit conclusio millies firmata à Rota, quod Possessio capta intra decem dies datos
1 ad appellandum est attentata, & per consequens reuocanda iuxt. cap. non solum de appell. in 6. Nihilominus eum scientia Vicarij transierit in iudicatum ob non prosequutam appellationem, nedum intra biennium, sed nec etiam intra quadriennium scilicet à die 1. Decembris 1638. qua fuit lata sententia, non potest hodie post desertam appellatio-
2 nem, & tem iudicatam agi de illotum reuocatione, vt limitando suptadictam conclusionem dixit *Lancellot. de attent. appell. pend. cap. 12. ampl. 1. num. 1. 9. & 20. Rot. dec. 76. de appel. in antiq. & dec. 1. à num. 1. vsque ad tertium eod. tit. in nou.*
3 Et licet de stylo Tribunalis etiam post desertam appellationem, & tem iudicatam reuocentur attentata saltem per viam nullitatis, Teste *Cas. de Graff. dec. 2. sub n. 4. de appell.* quam sequuta fuit *Rot. in Aurien. Parochialis coram Penia impress. penès Marches. de Comm. par. 2. fol. 471. n. 4. & in Placentina Beneficij coram bo. me. Buratt. inter eius impress. in ordine dec. 72. n. 3. repetita in rec. dec. 556. n. 3. par. 2.* fuit tamen responsum præfata procedere solum vbi agi-
4 tur de executione obliqua, & indirecta, puta de captione pignoris prò debito pecuniario, vel de excommunicatione lata ad hoc, vt quis pareat iudi-
5 cato, secus autem vbi agitur de executione directa, qualis est actualis possessio Beneficij controuersi capta vigore sententiæ, hæc enim non reuocatur,
6 nec minus per viam nullitatis quando sententia transiuit in iudicatum proptet desertationem appellationis, vt distinguendo tradunt *DD. in cap. licet de sent. excommunicat. in 6. & signanter Io. Monach. sub n. 1. vers. sed quare non sic, & n. 2. Io. Andr. n. pariter 2. vers. in glos. antè penultima, & num. seq. Franch. sub num. 4. vers. quid autem, & sequitur Lancell. de attent. cap. 12. ampl. 1. n 4. cum duob. seqq.* & tecedendo à d. Placentina Beneficij *Rot. in eadem causa coram eodem Buratt. dec. 77. n. 3. & 4.* vbi etiam *n 6.* firmatur eo casu non applicari *dec. Cas. de Graff. & in recent. dec. 592. par. 2.* sublata enim appellatione tolli-
7 tur suspensio iudicati per eam inducta, & exequutio firma remanet, & quamuis malè facta non re-
8 uocatur ad euitandum circuitum, cum de nouo fieri deberet, & firmato principali videlicet senten-
9 tia, firmatur accessorium scilicet exequutio, vt ad propositum post *Io. Monach. Io. Andr. Franc. aliosque supra citatos*, ratiocinatur *Rot. d. dec. 592. num. 2. vers. sublata enim*, & per eadem ferè verba repetit. *Sperell. in suis dec. fori Ecclesiast. dec. 85. n. 4. & pluribus seqq.*

Ratio autem differentiæ inter exequutionem directam, & obliquam esse potest, quia exequutio di-
10 recta, quæ fit per traditionem possessionis, vel solutionem eius, super quo iudicatum fuit, est magis
11 propinqua iudicato, essetque necessarium iteranda, si tanquam nulla reuocetur, cum aliter sententiæ satisfieri non possit, quam capiendo possessionem, vel soluendo debitum; ideoque bene intrat ratio vitandi circuitus, aliaque supra ponderata.
12 Obliqua autem, & indirecta, puta captio pignoris, vel excommunicatio non esset de necessitate iteranda; quia posset condemnatus, parere sententiæ, aut iudicatum soluere, absque eo, quod compellatur excommunicatione, vel pignorum captione, ideoque cessat in eo ratio vitandi circuitus, nec est adeo propinqua, cum non versetur immediatè circa iudicatum, sed fiat solum, vt ad iudicati exequutionem deueniatur, ideoque non mirum si firma
13 sententia conualescit exequutio directa ratione maioris propinquitatis, non autem indirecta, & obliqua, quæ est remotior, vt distinguendo monuit *Io. Andr. vbi supra num. 3. vers. Io. Monac. qui monit.*

Quod autem sententia transire non potuerit in rem iudicatam ob nullitatem, & iniustitiam, dictum fuit non pertinere ad præsentem quæstionem, sed reijciendam esse ad discussionem dubij principalis, & interim sufficere Francisco sententiam in iudica-
14 tum transactam de iure præsumi validam, & iustam *cap. cum inter, & cap. ficut de re iudic.* licet ex abundanti dici possit nihil contra iustitiã opponi posse, quod reuelet, & defectum citationis oppositum eontra validitatem non subsistere propter conclusiane in causa *Summ. nouo Francisci num. 2.* quæ de stylo
15 notorio illarum partium succedit loco citationis, vt fuit dictum *in Burgen. iuris ædificandi 21. Aprilis 1586. coram Orano cum pluribus adductis per fan. me. Greg. XV. dec. 140. num. 1. ibique Add. num. 11.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 17. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum, quibus concurrentibus intret? Bona quantumuis sint prohibita strictè alienari, & hypothecari &c. nihilominus immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus, donec, & quousque creditor de suo redito sibi satisfiat.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca, probandum venit in iudicio Saluiani.*
2 *Stipulatio releuationis indemnitatis dicitur commissa eo ipso, quod creditor obtinuit immissionem.*
3 *Possessio de tempore obligationis probanda venit, vt obtineatur in iudicio Saluiani.*
4 *Possessio collitigantis de tempore motæ litis, probatur ex ipsa litis sublentatione.*
6 *Domus si sit prohibita quoquo modo vendi, aut alienari irrequisito proprietario sub pœna caducitatis, tunc super ea non potest constitui hypotheca.*
6 *Alienatio latissimè sumpto vocabulo hypothecam, etiam comprehendit.*
7 *Bona per hypothecam simpliciter non alienantur, sed remanent in bonis hypothecantis, & num. 8.*
9 *Immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus.*
10 *Commoditas percipiendi fructus venit in generali obligatione, & semper remanet hypothecabilis quamuis omnis hypotheca prohibita fuerit.*
11 *Quod procedat etiam in materia feudali.*
12 *Fructus percipiendi, qui habet facultatem, & commoditatem, alienare non dicitur obligando illos.*
13 *Saluianum etiam intrat, ratione commoditatis percipiendi fructus, cadentis sub obligatione generali.*
14 *Immissio conceditur creditori in possessionem rei prohibita alienari, vt tandiu fructibus fruatur, donec sibi de suo credito satisfiat.*
15 *Immissio quando conceditur super commoditate percipiendi fructus non tangitur substantia rei, aut vtile dominium.*
16 *Domino directo nullum præiudicium infertur, si alius habet vtile dominium, & iste alteri fructus consignet, vt sibi satisfaciat de suo credito.*

17 *Fructus percipiendi facultas non est perpetua, nec ad hæredes extraneos transitoria, sed restringitur ad vitam obligantis.*

18 *Emphiteusis quando est hæreditaria, tunc primus acquirens potest illius fructus, nedum eius vita durante, sed perpetuo etiam hypothecare in præiudicium emphiteutæ, & quorumcumque hæredum, & Successorum, & num. 19.*

20 *Primus acquirens titulo oneroso potest præiudicare vocatis in emphiteusi, & omnibus ab eis causam habentibus, & num. 21.*

DECISIO XCII.

ANno 1580 Vincentius de Vetera super vna eius domo dotali imposuit annuum perpetuum censum scut. 35. sortis principalis scut. 500. ad fauorem filiorum, & hæredum bon. me. Hieronymi Verospij sub fideiussione q. Lutij Lilij, quē dictus Vincentius impositor releuare, & indemnē seruare promisit sub obligatione Camerali *Summ. illorum de Vetera n. 1.*

Decessit postmodum dictus Lutius fideiussor, instituto sibi hærede vniuersali Torquato de Vetera eius Nepote, cuiquandocumque decedenti, substituit primum filium masculum Valerij, si vocabitur Lutius Lilius, sin minus secundum, seù illum, qui huiusmodi nomen, & cognomen habuerit cum facultate illud assumendi *eodem Summ. num. 3.* Vndè cum per obitum Torquati factus fuerit locus substitutioni præfatæ in fauorem Lutij Vincentij Lilij secundi geniti dicti Valerij, & ab Ersilia Zimenes cessionaria creditrice census fuisset euicta vna domus hæredifaria dicti Lutij Lilij fideiussoris, fuit pro releuatione indemnitatis introductum iudiciū Saluiani à Lutio Vincentio Lilio substituto contra Petrum Paulum Rosciolum detentorem vnius domus olim spectañ ad q. Vincentium principalem debitorem dicti Census, & sententiam fouorabilem immissionis super commoditate fructuum à Iudice ab A.C. deputato obtinuit, à qua commissa tantum in deuolutiuo causa appellationis in Rota, dubitaui an immissio sit reuocanda, vel confirmanda, & Domini confirmandam esse dixerunt.

Quia cum de validitate dubitari non possit, & legitimatio personarum iustificetur in actis ex fide obitus Torquati primi hæredis institui, & ex Testibus deponentibus Lutium Vincentium Lilium esse filium secundogenitum Valerij eiusque cognomen assumpsisse statim, ac notitiam habuit de obito Torquati, primogenitum verò dicti Valerii ante obitum dicti Torquati ingressum fuisse Religionem Canonicorum Lateranen. ibique professionem emittendo amisisse nomen, & cognomen Testatoris, quod habebat. Iustitia patet ex concursu trium extremorum ad obtinendum in hoc iudicio. Credi-
1 tum enim cum hypoteca probatur ex Instrumento census, in quo Vincentius sub obligatione Camerali promisit releuare indemnem Lutium fideiussorem
2 iuncto alio Instrumento immissionis obtentæ ab Ersilia pro fructibus dicti Census super domo hæreditaria Lutij, per quam fuit commissa stipulatio releuationis. *Rot. in recentior. decis. 456. numer. 2.*
3 *par. 2.* Possessio verò domus de qua agitur de tempore obligationis probatur ex Instrumento acquisitionis factæ per Vincentium ab illis de Naris, à quibus fuit inuestitus de dicto Terreno, super quo domum postèa fabricauit *d. Summ. num. 6.* Iunior
4 autem possessio Roscioli satis probatur ex litis substentatione *Capuaq. decis. 369. par. 2. Cæsar de Grass. dec. 4. de restit. spoliat.*

Non obstat defectus hypothecæ ex eo quod domus hæc sit emphiteotica prohibita quoquomodo
5 vendi, aut alienari irrequisito proprietario sub pœna caducitatis. Quia præter quod non fuit expres-
6 sè prohibita hypotheca, nec alienatio sumpto latissimè vocabulo, quæ hypothecam etiam compræhenderet, *glos. in l. fin. verbo, vel hypothecam, C. de reb. alien. non alien. Socin. cons. 75. num. 2. lib. 1.* Sed
7 solum venditio, & alienatio, per quam scilicet ius illud emphiteoticarium, in alterum transferatur, quæ nullo modo capit simplicem hypotecam, per quam bona non alienantur, sed remanet in bonis
8 hypotecantis *l. pignus C. de pignor. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28. num. 51. cum duobus seqq. Rota diuers. decis. 426. num. 6. & 7. par. 1.* Immissio fuit so-
9 lum concessa super commoditate percipiendi fructus, quæ venit in generali obligatione, & semper
10 remanet hypotecabilis quantumuis omnis hypotheca prohibita fuerit, vt post *Bart. in l. si is qui §. vsus fructus num. 2. ff. de pignor. Tradit. Negus. eo tit. 2. memb. 5. par. num. 9. ante med. vers. tamen hoc non obstante Aym. cons. 213. num. 2. Menoch. cons. 1022. n. 6. vers. tertia est dubitatio, & num. 7. & 8. cum pluribus Gratus cons. 54. num. 14. & seqq. lib. 1. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap. 1. glos. 2. par. 1. nu. 110. Gratian. discept. forens. cap. 43. nu. 11. cum seqq. Rot. coram Put. decis. 111. lib. 3. in correctis.* Quod idem in materia
11 feudi tradunt *Ioann. Faber. in §. item Seruiana n. 26. vers. sed fructus inst. de actio. Isernia in cap Imperialem num. 3. ibique Aluarott. & cæteri communiter de probib. feud. alien. per Federic. Alex. cons. 18. num. 4. ante med. vers. sed hanc obligationem lib. 5. Clarus attestans de communi, §. feudum quæst. 31. numer. 9. Rosental. de feud. cap. 9. conclus. 10. num. 4. vers hoc omnibus placet, Scrader. eodem tract. par. 8. num. 25. cap. 1. ad fin. vers. licet feudum, Coler. de process. exequut. par. 2. cap. 3. nu. 289. cum pluribus seqq. & præcipue num. 295. Rapper. decis. German. 39. num. 12. cum seqq* qui enim
12 habet facultatem, & commoditatem percipiendi fructus alienare non dicitur illos obligando, *Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 20. num. 10. cum seqq.*

Et ratione huius commoditatis cadentis sub o-
13 bligatione generali intrat saluianum, & conceditur immissio creditori in possessionem rei prohi-
14 bitæ alienari, ad effectum, vt immissus tamdiù fructibus, & commoditatibus fruatur, donec sibi de suo credito satisfiat *Specul. de pignor. §. 1. numer. 30. in fin. vers. creditor. tamen, Coler. d. par. 2. cap 3. n. 29. cum sequen. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. nu. 49. cum sequentib. et dixit Rota in Romana Saluiani 15. Aprilis 1622. coram bon. mem. Merlino, impress. apud Cenc. de Censib. in ordine 403. num. 7. et 9.* Non enim
15 modo immissio datur in ipsa re, vt tangatur eius substantia, aut vtile Dominium ad hoc, vt Domino directo inuito alter introducatur, sed ad effectum
16 dumtaxat percipiendi commoditates, ex quarum perceptione nullum Domino directo præiudicium infertur, *Coler. vbi supra cap. 3. numer. 297. Ropper. d. dec. 39. n. 11.*

17 Minus obstat quod huiusmodi facultas percipiendi fructus non sit perpetua, nec ad extraneos transitoria, sed restringatur ad vitam obligantis, & tandiu duret, quandiu durat ius obligantis: obiectum
18 enim procedit in emphyteusi ex pacto & prouidentia; secus in mere hæreditaria, prout hæc acquisita a laicis pro se, & hæredibus: in hac enim primus acquirens potest illius fructus nedum eius vita du-
19 rante, perpetuò obligare, & hypothecare in præiudicium emphiteutæ, & quorumcumque hæredum, successorum, & ab eis causam habentium, vt distinguendo tradunt, *Bald. cons. 176. num. 13. et 14. lib. 1. Alex. cons. 173. num. 3. et 4. lib. 2. Roland. cons. 55. n. 39.*

cum

*eum seqq.lib.3. Caldas de Emphyt. extinct.lib.4.cap.5. num.75.Seapuccia.de Saluian. lib.2. quaest.10.numer.3. Gratian.discept.for.cap.43.num.15. Rota in Cesenaten. emphyteusis 14. Decembris 1635.coram bon.mem.Merlino.*Praesertim quia acquisitio fuit facta titulo oneroso,dum Vincentius non solùm promisit pro situ infructifero annuum canonem soluere, sed domum suo proprio aere fabricare, quo casu reputatur sicut reliquum patrimonium,& primus acquirens potest absque difficultate haeredibus successoribus, & ab eis causam habentibus praeiudicare,*Marescottus var. resol.lib.1. cap.74. num.3. & 4. Rota in Perusina de Alphan. 4. Decembris 1624. & 2. May 1625. coram bon. mem. Coccino.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE IVVENALIBVS.

Luna 20. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius non potest petere immissionem vigore *l.fin.C.de edict. diu.Adr.toll.*quando non constat de possessione testatoris de tempore obitus, simulatio perperam dicitur probari, si deficiat causa ipsa simulationis, etiamsi adsint coniecturae, ex quibus solet probari, & induci praesumptio simulationis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum conceditur aduersus rem iudicatam, quando ex nouiter deductis constat de bono iure.*

2 *Restitutio in integrum aduersus sententiam conceditur etiamsi iniustitia non sit notoria, cum ad hunc effectum sufficiat qualibet iniustitia.*

3 *Et hoc eo magis quando agitur de vnica sententia.*

4 *Fideicommissarius non potest obtinere immissionem vigore* l.fin.Cod.de edict.diu.Adr.toll.*deficiente possessione testatoris de tempore obitus.*

5 *Possidens cum titulo dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem vig.* l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollend.

6 *Cessio simulata, & effectum non sortita non inuat.*

7 *Coniecturae non releuant ad probandam simulationem, quando non fuit doctum de praecedenti causa simulationis.*

8 *Simulatio in cessione arguitur, quando cedens remansit in possessione rei cessae.*

9 *Clausula* Constituti *elidit praesumptionem simulationis resultantem, ex eo quod cedens continuauerit in possessione rei cessae.*

10 *Cedens si continuet in possessionem rei cessae non ex hoc praesumitur simulatio, si talis continuatio sit iure familiaritatis inter affines.*

11 *Declaratio facta super re, quae ab animo declarantis pendet, est attendenda.*

12 *Possidens cum alio iure familiaritatis, omnes actus possessorij ab eodem facti praesumuntur eodem iure familiaritatis.*

13 *Pater interueniens non priuato nomine, sed publico, puta ex dispositione statuti pro actus validitate in Instrumento filij, non enim ex tali interuentu, & consensu ibidem praestito, sibi praeiudicat, & num.14.*

15 *Consensum praestans non simpliciter, sed cum clausula praeseruatiua* sine praeiudicio &c. *ius suum illesum reddit.*

16 *Consensus praestitus cum clausula praeseruatiua est conditionalis,itaut stante praeiudicio, non dicitur consensus praestitus.*

17 *Clausula* non alias, aliter, nec alio modo *remouet consensum ab actu perinde,ac si non esset actus gestus.*

18 *Enunciatiua emanata incidenter ad alium finem, & effectum non probat, dum principaliter agitur de veritate enunciati.*

19 *Coniecturae praeponderantes elidunt alias coniecturas, & destruunt.*

20 *Bonorum indebita descriptio in inuentario non praeiudicat vero Domino.*

21 *Mandatum de manutenendo non conceditur nisi possessori.*

22 *Locutionem faciens nomine alterius illum dicitur agnoscere in verum dominum, & possessorem.*

23 *Cessio satis superque dicitur effectuata, si cessionarius eius vigore possessionem acquisiuit.*

DECISIO XCIII.

DOmini dixerunt constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Isabellae Menichellae, & sic recedendum esse à decisis coram me sub die 24. Ianuarij 1642. Quia sententia de qua agitur
1 iniusta detegitur ex instrumento hodie pro ducto, quod sufficit, vt restitutio sit concedenda, *Soccin. Iun. cons. 128. num.158. lib.1. ibi de magis eo mmuni Cephal. consil.180. num.12.à vers.sed his, non obstantibus lib.2. Rot. coram Caputaq. dec.94.par.3.coram Reuerendiss.Vrgellen.dec.137.num.7.* etiamsi iniustitia
2 non esset notoria, cum ad hunc effectum sufficiat quaelibet iniustitia *Rot. in rec.dec.635.numer.4. in fin. par.2. dec.343. num.1.par.6.& dec.50.nu.2.par.7.& coram Card.Caual.dec.164.num.1. vers. & quod Iniustitia, & coram bo. me. Burattu decis. 452. num.6.* Et
3 eo facilius cum hic agatur de vnica sententia *Fontanell. dec.271.nu.22.*

Iniustitia autem deducitur, quia conceditur Immissio Confraternitatibus Sanctorum Apostolorũ, SS. Trinitatis, & Sanctae Mariae Consolationis, ac Monasterijs pauperum Puellarum dispensarum, & Sanctae Catharinae de Funarijs super medietate Domus magnae positae in Platea S. Mariae de Monticellis, ac super alijs domunculis illi contiguis cum supposito, quod sint subiectae fideicommisso q.Caesaris Iuuenalis ad fauorem dictorum locorum Piorum purificaro, quod tamen in facto non subsistit, quia licet dictae Domus ab initio possidentur à Caesare, fideicommittente communiter,& pro indiuiso cum Alexandro eius Fratre, tanquam Bona Paterna, & Materna, vt apparet in Inuentario bonorum Paternorum, & Maternorum confecto à Mario filio Alexandri, & primo haerede Caesaris producto à dictis locis Pijs; Attamen ex Instrumento nouiter reperto constat,quod Caesar cessit Alexandro Fratri omnia Iura sibi competentia super bonis Maternis,& Paternis pro solutione debitorum scutorum 4000. auri, quae ipse debebat Alexandro dro debitis haereditarijs ab isto solutis de proprio, & prò alijs, quae Caesar restituere debebat occasione administrationis bonorum communium, *vt in Summar. Isabella numer. 1.* vigore cuius cessionis portio spectans ad Caesarem fuit acquisita ab Alexandro, qui in totum euasit Dominus, & possessor dd. domorum, & prò consequens cum praedictae Domus exierint de Dominio, & possessione Caesaris fideicommittentis, antequam ille moreretur, & transierint ad Alexandrum authorem Isa-
4 bellae, non poterant dicti loci Pij tanquam fideicõmissarij Caesaris obtinere Immissionem super illis ex remedio *l.fin.C.de edict.Diu.Adr.toll.* deficiente primo extremo huius Iudicij, scilicet possessionem de tempore obitus *Castrens.cons.455. num. 1.lib.1. Burratt. cons.372. num. 1. lib.1. Decian.respons.76. num.1. lib.3.*

lib.3. Rota dec.599. nu. 1. par.3.rec. & fuit dictum in
Ariminen. Fideicomm.28. Iunij 1641. coram me §. In-
institia pariter vbi in specie agebatur ad effectum
restitutionis in integrum, præsertim contra Isabel-
5 lani, quæ cum tanquam hæredes Alexandri iusto ti-
tulo supradictæ cessionis possideret, erat legitima
contradictrix ad impediendum immissionem, *Rot.in*
Bonon. de Floranianis 18. Iunij 1601. coram Lancel-
lotto, & in Romana Palatij 5. Iunij 1602. coram Sa-
grato, & in Rom. Fideicomm. de Zuccaris coram Reue-
rendiss. D. meo Dunozett. Decano.
7 Nec obstat quod ista cessio dicatur simulata, &
effectum non sortita. Quia coniecturæ ad hunc ef-
fectum adductæ non docto de præcedenti causa
simulandi nihil operantur, vt est inconcussa Docto-
7 rum sententia, quorum magnum numerum refert
Farinacc. de falsit. & de simulat. qu. 162. numer.136.
& perpetuo tenuit Rot. & signanter post 2. vol. consil.
eiusdem Farinacc. decis.247.num.4. & in rec.dec.307.
in fin. par.1. & dec, 344.nu 3.part.4.& coram Buratt.
dec.99. num.1. & decis.365. nu. 3. & vtrobique Add.
sub litt. A.
8 Præsertim cum omnes sint leues, & Equiuocæ.
Prima enim, & Principalis, quod Cæsar, non ob-
stante cessione facta Alexandro, continuauerit in
possessione dictarum domorum vsque ad obitum
non releuat ex duobus, primo quia in Instrumento
9 cessionis adest clausula *Constituti* ad fauorem Ale-
xandri per quam clausulam excluditur præsumptio
simulationis oriens ex continuatione possessionis,
Menoch. de arbitr. Iud. cas.39.num.6. Tiraquell. de Iur.
Constit. limit.9. num.4. & seqq. Mantic. de tacit lib.10.
tit.31. num.56. cum aliis per *Farinac. de simulat di-*
cta qu.162. nu.233. & Rot. coram Card. Caual. dec.13.
num.4. & post statil. Pacific. de Saluian. dec 40. num.5.
Secundo quia stante præcedenti acquisitione Ale-
xandri continuatio possessionis Cæsaris eius Fratris
10 simul cum eo conuiuentis, & cohabitantis præsu-
mitur Iure familiaritatis ex qua propterea nulla
potest elici coniectura simulationis, vt in puncto,
Soccin. Sen. cons. 60 num.4. lib.1. Marius Antonin var.
resolut. lib.1. resolut.88. numer.14. vers. præsumptio 4.
Gratian. decis March.90. num.16. & 17. Rot. cor. bon,
mem. Greg. dec.401. num.16. & in Feretrana Prædij 1.
Iulij 1641. coram R.P.D. meo Bichio.
Et huius facti veritatem aperuit Alexander, qui
in mandato procuræ facto in personam Horatij de
Fabijs ad petendum manutentionem dictarum Do-
morum asseruit, & declarauit; quod ipse motus pie-
tate, ac iteratis precibus Cæsaris Fratris consensit,
quod iste posset simul cum eo cohabitare, vt suble-
11 uaretur ab expensa alterius habitationis, quæ de-
claratio tanquam facta super re dependente ab ani-
mo Alexandri est attendenda *Menoch. de arbitr. Iud.*
cas.86. num.6. Et actum dictæ habitationis quatenus
esset dubius declarat, *Buratt. dec.379. n.17.*
Et hinc educitur etiam responsio ad secundam
coniecturam desumptam ex locationibus dictarum
Domorum, & exactionibus pensionum factis à Cæ-
12 sare post cessionem, quia dum ex prædictis con-
uincitur, quod Alexander erat Dominus, & verus
possessor, & Cæsar possidebat solum Iure familia-
ritatis, locationes, & exactiones prædictæ præsu-
muntur factæ à Cæsare eodem Iure familiaritatis, vt
in proposito respondit *Neuizan. cons.8. num.53. vers.*
Potest etiam, & seqq. Ruin. cons.34. num. 13. lib.1. be-
nè Curt. Iun. cons.108. num.26. Menoch. vbi supra ind.
cas.160. num.13.
Minus obstat tertia deducta ex eo, quod Marius
filius Alexandri, eo præsente, & non reclamante
descripserit in Inuentario bonorum hæreditariorũ
Cæsaris medietatem dictarum Domorum, tanquam
13 spectantium ad hæreditatem Cæsaris, quia vltra
quod ex Inuentario non apparet, quod Alexander
interfuerit illius confectioni, sed solùm eius consi-
gnationi, placuit responsio, quod ipse interfuit tan-
quam pater præstando consensum iuxtà dispositio-
nem *Statuti Vrbis lib.1. cap.152.* ad effectum, vt Ma-
rius eius filius cum eius cõsensu posset validè adire
hæreditatem Cæsaris, & ideò cum non consenserit
14 nomine priuato sed ratione officij obtenti à Iure
municipali, & Statutario sibi commissi, ex huius-
modi consensu sibi non præiudicauit *iuxt. text. in l.*
cum quadam C. de administr. tut. pro quem text. ità in
specie respondit Bald. cons. 102. num.2. lib.2. quem se-
quitur Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloss.9. n.141.
Præsertim cum Alexander consensum simpliciter
15 non præstiterit sed cum clausula præseruatiua *si-*
nè præiudicio omnium, & quorumcumque Iurium suo-
rum, quæ præseruat illæsa omnia Iura *Rota dec.785.*
num.4. par.1. diuers. & reddit actum conditionalem
16 adeò vt si inferatur præiudicium habeatur pro nõ
facto *Paris cons.23. num.142. lib.1. Put. dec.34. sub n.*
3. lib.2. in correct. & in rec. dec.340. num.12. par.5. &
in aliis per Rub singular. par.4. claus.754. num.6. fol.
17 459. addita etiam scilicet. *Et non alias aliter, nec*
alio modo, quæ remouet consensum ab actu, perin-
dè, ac si non esset gestus *Grat. cons.118 num.13. lib.*
1. Caputaq. decis.82. num.4. par.3. Rot. in rec. dec.115.
num.6. circa med. par.1. & dec.104. num.34. par.6.
Denique non releuat quarta in eo fundata, quod
Alexander ratificauerit Impositionem Census factã
super vna ex prædictis domibus à Mario cum enũ-
ciatiua, quod illa esset eiusdem Marij, quia talis
18 enunciatiua emanauit incidentèr ad alium finem,
& effectum, & Ideò hodie non probat, dum prin-
cipaliter agitur de veritate enunciati *Rot. coram Bu-*
ratt. dec.394. num 4. & in rec. dec.279. nu.5. par.5.
Et eo faciliùs Domini inclinarunt in hanc sentẽ-
tiam, cum Isabella non nitatur solum dicto instru-
19 mento cessionis, sed vlterius per ea concurrant a-
ctus positiui, & coniecturæ præponderantes, quæ con-
trarias elidunt, & destruunt constat enim quod
Alexander eius author statim habita notitia, quod
Marius eius filius descripserat in inuent. d. domus,
tanquam hæreditarias Cæsaris, constituit procura-
torem ad petendam eius nomine manutentionem
20 super illis, ad effectum. vt ex illa descriptione non
posset vllo vnquam tempore sibi inferri præiudi-
cium vt *in Summ. n.4. Summ. secunda positionis num.*
paritèr 4. Hinc enim apparet quod Alexander non
consensit dictæ descriptioni dùm illam impugna-
21 uit, sed quod ea non obstante suam possessionem
continuauit, dùm obtinuit mandatum de manu-
tenendo, quod non conceditur nisi possessori *Rota*
coram Card. Caual. dec.217. num.2. & dec.501. num.
1. cum pluribus allegatis per *Buratt. dec.221. n.2.*
Et quod plus est, Marius post hæc locauit vnam
ex prædictis domibus nomine, & tanquam procura-
tor Alexandri, ex quo manifestè conuincitur, quod
22 ipse agnouit Alexandrum prò Domino, & posses-
sore, dùm eius nomine, & tamquam eius Procurator
locationem fecit, *vt in Romana successionis 28. Iunij*
1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano.
Et hinc patet non subsistere, quod dicebatur de
ineffectuatione d. Cessionis, quia dum ex prædictis
apparet, quod Alexander eius vigore acquisiuit pos-
23 sessionem, & eam semper continuauit nulla maior
potest haberi effectuatio.
Et itaque,

RE-

RECANATEN. MANVTENTIONIS.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Hæres tenetur capere possessionem bonorum defuncti, cum eius possessio in eo non continuetur Vsus fructus statim mortuo vsufructuario ministerio legis, transit in proprietarium, etiam ignorantem. Vsufructuarius licet dicatur habere mandatum in re sua, & agere possit sine mandato proprietarij, tamen id intelligitur quoad vsumfructum, non quoad proprietatem. Vsufructuarius æquiparatur hæredi grauato, quoad alienationem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio defuncti non continuatur in hæredem absque noua apprehensione.*

2 *Ex possessionis defectu, non potest fieri consolidatio bonorum defuncti in hæredem.*

3 *Possessionis naturalis consolidatio cum ciuili per obitum vsufructuarij non exposcit factum hominis, sed fit ex ministerio legis etiã contra ignorantẽ n. 4.*

5 *Et tunc id potius fit per viam consolidationis quam transmissionis.*

6 *Clausula* Constituti *eueniente casu restitutionis operatur retrotranslationem possessionis, nedum naturalis, sed etiam ciuilis, & num. 7.*

8 *Manutentio nunquam datur constituenti, vel ab eo causam habenti, etiamsi actualiter possederit aduersus constitutarium, cuius nomine ab initio se possidere constituit, & num. 9.*

10 *Vsumfructum ad hæredem non potest vsufructuarius transmittere, cum eiusdem morte extinguatur.*

11 *Vsumfructum alicuius rei retinens videtur se constituere possidere nomine proprietarij, vndè illius hæres etiam stante clausula* Constituti, *non potest prætendere manutentionem.*

12 *Vsufructuario mortuo, competit manutentio non hæredi eius, sed proprietario.*

13 *Vsufructuario, quando competit aliqua retentio, per mortem vsusfructus cum proprietate non soldatur.*

Vnde proprietario non est danda manutentio sed hæredibus vsufructuarij n. 13.

14 *Ad hæredis manus, quando constat ingentem pecuniarum summam peruenisse, præsumitur sibi satisfecisse de suis creditis.*

15 *Prælegata facta a marito vxori cedere non debent in satisfactionem suæ dotis n. 16.*

17 *Vsufructuarius an possit retrouendere census hæreditarios.*

18 *Vsufructuarius non potest propria auctoritate veteres Census hæreditorios extinguere, & nouos creare, saltem sine consensu proprietarij.*

19 *Vsufructuarius licet dicatur procurator in re sua, & agere possit absque mandato proprietarij.*

Tamen intelligitur in his quæ respiciunt vsumfructũ, cum in alijs quæ respiciunt proprietatem, non habet aliquod mandatum.

20 *Hæres grauatus post Censum hæreditarium extinguere, intellige quando retrouenditio est necessaria, & coacta n. 21.*

22 *Vsufructuarius æquiparatur hæredi grauato, saltem in concernentibus facultatem alienandi.*

23 *Vxor defuncti sufficit, quod habuerit aliquam summã pecuniarum, pro satisfactione suæ dotis, vt non competat retentio.*

Retentio competere non potest pro credito turbido, & illiquido.

24 *Possessio per venditionem, & assignationem transfertur in emptorem, & assignatarium, & n. 25.*

26 *Manutentionem petere non potest qui facto proprio cedidit possessione.*

DECISIO XCIV.

ITerum responsum fuit manutentionem super Corporibus hæreditarijs Marmilij concedendam esse Tobiæ Monaldo, Io: Baptistæ Costantino, alijsque hæredibus substitutis à Marmilio, exceptis tamen duobus Censibus scut. 370. in sorte principali, qui fuerunt consignati Cinthiæ in satisfactionem sui crediti ab hæredibus substitutis *Summ. Moria nu. 10.* & exceptis alijs qui fuerunt assignati Benedicto Melchiorio primo Viro Mariæ Alemennæ in satisfactionem legati scutorum bis mille sibi à Marmilio relicti, & postea ab eodem Melchiorio venditi eidem Cinthiæ *d. Sum. n. 11. & 12.*

Moti fuerunt Domini ex eisdem fundamentis primæ decisionis, quia scilicet mortuo vsufructuario, possessio naturalis existens apud vsufructuarium, consolidatur cum Ciuili existente penes proprietarium, & eius ratione proprietarijs, eorumque hæredibus competit manutentio; vt latè dictum fuit *sub die 23. Iunij 1642.*

Non obstant tria de nouo excitata ad impediendam huiusmodi consolidationem.

Primum enim, quod tempore obitus Cinthiæ, non viueret Antonius proprietarius, nec Iulius Monaldus substitutus, sed solum hæredes substitutorum quos non docetur hæreditatem adiuisse, minusuè nouam possessionem apprehendisse, adeout cum
1 in hæredem non trasferatur, nec continuetur possessio defuncti sine noua apprehensione *l. cum hæredes, & l. qui vniuersas §. quod per Colonum ff. de acquir. hæred. Honded. cons. 18. numero 41 lib. 2. Surd. cons. 117. sub numero 7. Marescholt. var resol. lib. 2. capit. 116. nu. 1. & seqq. Cyriac. controu. for. cap. 247. num. 15. Rota diuers. decis. 27. num. 13. par. 1. & in rec. par. 2. decis. 392. num. 2. & 3. & in Anconitana bonorum coram Litta, penes Marches. par. 1. fol. 989 num. 1.* Ex defectu possessionis non potuerit fieri consolidatio, quæ tota
2 pendet ab attractione, quam possessio Ciuilis facit de naturali, vt subtiliter more suo docuit. *Bald. in l. 1. num. 38. ff de rer. diuers. Menoch. cons. 139. num. 16. Aldonin. cons. 76. nu. 24.* cum alijs adductis per *Gratian. discept. Forens. cap. 779. nu. 6. Thomat. decis. March. 118. num. 9.* Cessat ex facto, & ex Iure tum quia ex Iuribus datis pro hac parte in actis constat, Antonium primum hæredem proprietarium cæpisse actualem possessionem bonorum hæreditariorum, eiusque substitutos pariter actualiter possedisse, & demum hæredes substitutorum fuisse semper vti pos-
3 sessores approbatos à Cinthia, tum quia consolidatio possessionis naturalis cum Ciuili per obitum vsufructuarij non exposcit factum hominis, nec tra-
4 ditionem, aut transmissionem sed fit ex solo Ministerio legis, contra etiam Ignorantem *Castill. foto maior. de vsufruct. lib. 1. c. 61. num. 7. & 8. Funtanell. de pact. nupt. claus. 4 gloss. 22. nu. 35. Grat. discept. for. capit. 779. sub n. 5. in fin. Thomat. d. dec. March. 118. numer. 9. Card. Mantic. dec. 167. sub. num. 7. vers. quia absq; traditione Rota in Anconitana bonorum 3. Iunij 1625. coram*
5 *bo. me. Merlino,* potius per viam consolidationis, quã trasmissionis, *Rot. in Tudertina Pradij cor. bon. mem. Orembergo Impress. per Possb. post tract. de manut. decis. 119. sub num. 5.*
6 Secundum quod in Constitutione Dotis fauore Cinthiæ fuerit apposita clausula *Constituti,* quæ eueniente casu restitutionis operatur retrotraslationem
7 possessionis vsque à die promissionis, nedum naturalis, sed etiam Ciuilis ex *l. quadam Mulier, & ibi gloss. verb. possess. ff. de rei vindic dixit Rot. in Mediolanen. donationis de Porris coram bo. me. Card. Pamphilio seu, & in Ciuitatis Castelli honor. cor. bo. me. Merlino*

manne

mauno pands Posth. in ordin. dec. 85. num. 6. & dec. 27. nu.
2. Adeour proindè non potuerit fauore proprieta-
rij fieri consolidatio, cum vtraque possessio etiam
viuente Marmilio constituente extiterit penes Cin-
thiam Constitutariam; multoque minus prætendi
8 manutentio ab hæredibus d. Marmilij, cum hæc nū-
quam deeue constituenti, vel ab eo causam habenti,
etiamsi actualiter possederit aduersus constitutariā
9 cuius nomine ab initio se possidere constituit, vt ad-
uertit Grat. disc. Forens. c. 113. n. 3. Rot. diu. dec. 878 n. 3.
& 4. & in Bonon. de Gozzad 4. Iulij 1618. cor. Rembol-
do impresso apud Posth. in ordin. dec. 145. n. 2. Facilè
tollitur, quia licet Cinthia vigore constituti possi-
deret bona Marmillii, acceptando vsumfructum sibi
Marmilio relictum, per huiusmodi actū renunciauit
10 possessioni, quam habebat, siue potius declarauit
se possidere ex iure vsusfructus, quod ad hæredes nō
est transitorium, sed extinguitur per mortem vsufru-
ctuarij, Tiraquell. tract. le mort. saisit par. 3. declar. 1. nu.
2. & 3. benè ad propositum Gratian. discept. Forens. c.
779. num. 21. & 22. Capic. latr. decis. 108. num. 36. itaue
11 perconsequens hæredes Cinthiæ nullam possessio-
nem ex huiusmodi clausula consequi potuerint, vt
benè arguunt Menoch. cons. 139. num. 2. Gratian. d. di-
scept. 779. n. 21. & 22.

Tertium quod Cinthia esset creditrix pro restitu-
tione suæ Dotis scutor. 3200. necnon pro alijs scutis
500. vt prætenditur solutis de proprio q. Antonio
12 Massutio perlegato sibi relicto, Ideoque consolida-
tio fieri non potuerit, minusuè concedi manuten-
tio proprietarijs, vt in his punctualibus terminis tra-
didit Posthius suo tract. de manut. obseru. 16 num. 42. vbi
quod quando vsufructuario competit aliqua reten-
tio per mortem ipsius possessio naturalis non con-
13 solidatur cum Ciuili apud proprietarium, nec mi-
nus eius hæredi datur manutentio, sed potius hære-
dibus vsufructuarijs quod idem docuerunt Gratian.
discept. Forens. cap. 899. num. 6. & 7. Fontanell. de pact.
nupt. claus. 4 gloss. 22. num. 46. & seqq. vbi testatur sic
quoque iudicasse Senatum, Franc. Mart. dec. 367. nu.
3. par. 1. Non applicatur in facto, quia ex datis in
calculo DD. de Monaldis apparet ad manus Cin-
thiæ peruenisse ingentem quantitatem pecuniarum
creditum Dotis longè excedentem, eamque extin-
14 xisse, & retrouendidisse quamplures Census hæredi
tarios ex quor. prętio prędumitur integraliter de suis
creditis satisfacta, vndè cessat pretēsio retētionis.

Nec releuat, aurum, argentum, & Margaritas
repertas in hæreditate fuisse eidem Marmilio prǽle-
15 gatas, vt dictum fuit In alia dec. vers. Et huic intel-
lectui quasi quod propterea cedere non habeant in
satisfactionem Dotis per text. in l. vnico, §. primum.
Itaque C. de rei vxor. act. Paris cons. 95. num. 37. vers. &
propterè ac numer. 38. par. 2. Thomat. dec. 50. numer. 195.
Rot. coram Buratt. dec. 291. num. 4. & in Ciuitatis Ve-
tula Dotis 27. Februarij præteriti coram me. Et vlte-
rius pecunias redactas ex venditione Censuum,
fuisse in magna quantitate erogatas in Emptione
aliorum Censuum ad fauorem hæreditatis. Quia
16 quoad prætensum aurum, & argentum prælegatū
eo etiam secluso, Cinthia consequuta fuit integram
Dotis satisfactionem, vt ex calculo dato in Summario
DD. de Monaldis. Quo verò ad alia Inuestimenta,
præterquam de eis non docetur, nisi in modica
quantitate non excedente scuta 750. non sunt atten-
17 denda ad præseruandum eius creditum, quia licèt
aliqui teneant vsufructuarium posse retrouendere
Census hæreditarios, quam opinionem defendunt
Roderic. de ann. redd. lib. 2. qu. 15. num. 89 Ludou. Auen-
dan. de cens. Hyspan. cap. 108. num. 7. ff. dec. Aragonen.
63. num. 3. cum seqq. Giurb. dec. 79. num. 39. verior ta-
18 men est opinio, quod vsufructuarius nō potest pro-
pria auctoritate veteres Census hæreditorios ex-
tinquere, & nouos creare saltem, sine consensu pro-
prietarij, vt latè Felician. de Censib. lib. 4. cap. 1. nu. 7.
& plures relati per Giurb. d. decis. 79. numero 14. seqq.
Gratian. discept. for. cap. 585. num. 28. subdens, quod
19 licet vsufructuarius dicatur procurator in rem suā
& agere possit absque mandato proprietarij, id ta-
men intelligitur in his, quæ respiciunt vsumfructum
cum in alijs respicientibus proprietatem non ha-
beat aliquod mandatum. Contraria verò opinio
20 intelligenda est de retrouenditione necessaria, &
coacta quæ scilicet fit à debitore Census, hæc enim
sicuti recipi potest ab hærede grauato vt distinguē-
21 do inter retrouenditionem voluntariam, & necessa-
riam tradunt Roderic. d. qu. 15. num. 85. cum seqq. lib. 2.
Cenc. de Cens. qu. 104. num. 58. & 59. secundum nouam
impressionem, latè Giurb. plures referens dicta decis.
79. num. 18. & 19. Rot. in Auenionen. Census 26. Iunij
1620. coram bo. me. Remboldo. & in Romana liberationis
à fideiussione 30. Nouembris 1619. coram eodem impres-
sa apud Cenc. in ordin. decis. 351. numer. 4. & 363. num. 1.
22 cum seqq. Ita etiam fieri potest ab ipso vsufructuario,
cui hæres grauatus assimilatur saltem in concer-
nentibus facultatem alienandi, vt per text. in l. Fœ-
mina § illud C. de secund. nupt. tradit Molin. de primoge-
nit. Hyspan. lib. 1. cap. 15. sub numero 14. §. ex his tamen,
vers. si autem ad ius alienand. Suar. alleg. quæst. per tot.
Guttier. pract. qu. lib. 2. qu. 17. nu. 2. Monach. dec. Aragon.
17. num. 11. Et sufficit Monaldis, & Consortibus,
23 Cinthiam quamplures pecunias habuisse ad Com-
putum Dotis ad hoc, vt pro eius credito Dotali, e-
tiam non docto de integrali satisfactione, retentio
interim competere non posse, tamquam pro credi-
to turbido, & illiquido, vt sæpius dixit Rot. coram
Reuerendiss. Vrgellen. dec. 116. sub. num. 7. cum alijs
adductis in alia dec. vers. vltimo. & in pluribus rela-
tis in Rom. retentionis Domorum 27. Maij 1642. coram
Reuerendissimo D. meo Ghisilerio.

In alijs verò Censibus, de quibus supradictum
est manutentio dari non potest Monaldo, & Con-
sortibus. Quia cum partim empti fuerint, à Cin-
thia, ex proprijs pecunijs, partim assignati in satis-
24 factionem dicti legati, cessat quoad hos, funda-
mentum decisionis, & consolidationis; dicti enim
Census spectabant ad Cinthiam, nedum quoad sim-
plicem vsumfructum, sed etiam quoad plenum
dominium, & proprietatem, nec per obitum Cin-
thiæ erant reuersuri ad proprietarium, sed ad Cin-
thiæ hæredem imò nec minus possidebantur am-
plius ciuiliter à proprietarijs, cum per venditionē,
& assignationem omnis possessio, quæ erat apud
25 hæredes translata fuerit in Cinthiam assignatariā,
vt docuit Bart. in l. si constante n. 47. vers. modo istud
verbum, & 98. vers. contrarium dico ff. solut. matr. Rot.
coram bo. me. Buratt. decis. 952. num. 3. Ideoque nec
26 consolidatio fieri potuit, nec proprietarijs conce-
di manutentio, cum ex proprio contractu cecide-
rint à possessione Soccin. in l. res quæ nobis num. 8. ff. de
acquir. poss. Ruin. cons. 49. num. 4. vers. quarto non com-
petit. lib. 4. Menoch. de recup. remed. 15. num. 95. Rot. dec.
2. de rat. permut. in nou. & in Rom. officius 27. Ianuarij
1627. & in Firmana Domus 27. Maij 1632. coram bon.
mem. Pirouano impressi apud Posth. in ordine dec. 217. n.
27 & dec. 314. n. 4.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit
standum esse in decisis, & concedendam manuten-
tionem Monaldo, & litis consortibus super bonis
hæreditarijs Marmilij, exceptis tamen ijs de quibus
supra, &c.

AN·

ANCONITANA DOTIS.

Veneris 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Exequutio quando dicatur cæpta, vt ea non possit impediri? Exequutio, vt possit impediri exceptione fideicommissi, quid requiratur, & talis exceptio non attenditur quando sumus in terminis *Auth. resq. C. comm. de legat.* priuilegia dotis non transeunt in extraneum, & singularem successorem, sed in filios tantum.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio dicitur capta quando mandatum fuit relaxatum.*

2 *Exequutio quando fuit capta procedendum est adulteriora, vt finis tandem litibus imponatur.*

3 *Executiuè contra tertios possessores non potest agi præsertim post allegatam cautelam* Angel. in l. Diuo Pio §. si super n. 1. ff. de re iudic. *&* n. 4.

5 *Fideicommissi exceptio turbida, & illiquida non potest impedire executionem.*

6 *In hæredes transeunt omnia iura actiuè, & passiuè.*

7 *Via executiua, qua agi poterat contra defunctum, eadem etiam agi potest contra eius hæredem.*

8 *Bona supposita fideicommisso ascendentis, non extantibus liberis distrahi possunt pro dotis restitutione in vim* Auth. resq. C. comm. de legat. & 9. & 10. 12, & 13.

11 *Cauthela Angeli in l. à Diuo Pio à possessore allegata tunc valet retardare executionem, quando bona ab eo possidentur alio titulo, quam hæreditario, & nullam habet causam à debitore, alias secùs.*

13 *Fideicommissarij, quando non dicantur legitimi contradictores ad impediendam executionem mandati vigore dotis relaxati?*

14 *Fideicommissi exceptio vt impediat executionem debet incontinenti doceri de eo quod sit clarum, indubitatum, & releuans.*

15 *Et ita quotidie practicatur in omnibus Tribunalibus.*

16 *Fideicommissi exceptio, quando sit efficax ad impediendam executionem?*

17 *Executiuè potest agi contra tertium, quando in actu quolibet fuit citatus iuxta Cauthelam Castr.*

18 *Dotis priuilegium circa prælationem competit ad fauorem extranei, & singularis successoris.*

19 *Dotis prælationis priuilegium competit solum mulieribus, & filijs.*

20 *Mulieri priuilegium concessum, vt in sua dotis hypotheca præferatur omnibus mortua muliere ad solos filios transit.*

21 *Dotis hypotheca, & actio petenda dotis vigore* auth. resq. C. com. de leg. *competit etiam hæredi extraneo mulieris.*

22 *Quod maximè procedit, quando viuente muliere fuit inchoatum iudicium restitutionis.*

DECISIO XCV.

POstquam ad Instantiam Franciscæ Lanfranconæ
obtentum fuerat mandatum executiuum contra
bona hæreditaria q. Hieronymi Fanelli sui Viri prò
restitutione Dotis, & præuijs pluribus decisionibus
coram me firmatum Franciscam teneri ad restitutio-
nem mobilium, quæ prætendebantur ab hæredibus
d. Hieronymi, vt in decisione diei 4. Iulij 1640. con-
firmata sub diebus 19. Aprilis 1641. & 7. Februarij
1642. obijt Francisca relicta sibi hærede Diana Mas-
seria Matre, quæ d. Creditum cessit Demetrio Pæ-
tirio in satisfactionem tot debitorum Franciscæ, vn-
dè Demetrius prò consecutione sui crediti produ-
cta in actis cessione istetit disputari dubium, An
1 esset procedendum adulteriora? DD. affirmatiuè
responderunt, quia cum per relaxationem mandati
executiui fuerit iamdiù cæpta exequutio *Rot. in Bur-
gen. decimarum de Scalante 28. Octobris 1586. & in
Cartaginen. Decanatus 18. Decembris 1587. cor. Bu-
balo* cum alijs relatis in *Cornetana Pecuniaria 1601.
coram bo. me Card. Hieronymo Pamphilio, quæ est de-
cisio 823. sub num. 1. vers. in casu vero de quo agitur p.
2 4. diuers.* consequens est adulteriora procedi, vt finis
tandem litibus imponatur *l. quidem existimatur in fin.
ff. si cert. pet.*

Nec obstat obiectum hodie excitatum, quod bo-
3 na reperta in hæreditate Hieronymi sint obiecta
Auito fideicommisso Galeatij, & vti talia possidean-
tur ab Equite, & fratribus de Fanellis, adeoque pro-
indè contra ipsos tanquam tertios non possit exe-
cutiuè procedi iuxta Theoricam *Alexan. in l. à Diuo
Pio §. si super rebus num 28. vers. & bene facit ff de re
Iudic.* cum præsertim sequendo cautelam *Angeli in
d §. super rebus num.* 1. protestati fuerint ne super his
4 bonis vlla fieret executio vt post *Bart. in l. ob merita-
rum num. 5. vers. Quæro non quid pendente d. protesta-
tione, l. ne vxor pro marito dixit Rota in S. Seuerina
Laudi 23. Ianuarij 1638. coram Reuerendissimo D. meo
Decano.*

Cessat enim difficultas, quia cum non iustificetur
nec doceatur omnia, & singula corpora reperta
in hæreditate Hieronymi absorberi ab huiusmodi
fideicommissis, minusque fuit discussum, quæ bo-
na sint subiecta fideicommisso Francisci Senioris,
nec demùm an ex persona Hieronymi possint su-
5 per illi fieri detractiones, exceptio fideicommissi
tanquam turbida, & illiquida non impedit vlterio-
rem executionem, & vt firmauit *Rota coram Cardin.
Seraph dec. 1200. num. 5. & 6. & in Rom. Legatorum
de Columna 27. Ianuarij 1601. coram Sacrato impress.
post parisit. post tract. de Saluian interdict. decis. 83. nu. x.
cum seq. & alibi sæpè* Præsertim quia ex d. ius in *Sum-
mar.* Pietitij apparet Fanellos esse hæredes Hierony-
mi, & cæpisse possessionem bonorum ab eo relicto-
rum cum mandatis de immittendo obtentis, tàm
hæreditario nomine ipsius Hieronymi, quàm etiam
6 fideicommissario Galeatij, & semper in hoc Iudi-
cio vti tales comparuisse, vndè cum in hæredes tran-
seant omnia Iura actiua, passiua *l. pro hæreditarijs C.
7 de hæred. act.* Eadem via executiua, quia agi pote-
rat contra Hieronymum potuit etiam agi contra il-
lius hæredes *Gallesi. de oblig. Camer. qu. 4. num. 1. et 12.
Rot. in rec. dec. 630. num. 1. par. 1. et decis. 97. num. 12.
part. 2.*

Et quatenus etiam hæc omnia iustificarentur non
8 releuarent, quia cum simus in fideicommisso ascen-
dentis, & sit inconfesso inter partes nulla alia ades-
se bona libera, vtique eo non obstante distrahi po-
9 rant huiusmodi bona prò dotis restitutione *Auth. res
quæ C. commun. de legat. Bart. ibidem num. 4. Ias. num. 12.
Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 10. vers. propter il-
lud Rot. diuers. decis. 37. num. 2. part. 1. & in recent. dec.
314. nu. 2. par. 6.* vbi in specie loquitur de bonis Aui,
vndè sicut ipsi fratres de Fanellis vti successores Ga-
10 leatij tenerentur ad huiusmodi restitutionem, itá
multò minus per exceptionem huiusmodi fideicom-
missi possunt impedire vlteriorem executionem in
istis corporibus, eo quod ipsemet vocarunt hæredita-
ria Hieronymi, & fideicommissaria Galeatij.

Contraria verò procedunt quando bona possi-
dentur alio titulo, quam hæreditario, vel quando
possessor non habet causam à debitore, in quibus
11 casibus locum habet Angeli cautela, & loquun-
tur omnes allegati in dicta S. Seuerini laudi, vel
vbi nõ agitur de restituenda dote ex fideicommisso

ascendentis, vel saltem vbi adhùc probatum non
est alia bona non extare; tunc enim pendente pro-
batione supersedetur in executione, vbi verò, prout
12 hic agitur per rehabenda dote aduersus fideicom-
missa ascendentis, & ex propria confessione hære-
dum probatur non existentia aliorum bonorum
exceptio fideicommissi, tanquam incontinenti dete-
cta irrelenans, non impedit processum ad vlteriora
13 nec facit fideicommissarios legitimo contradi-
ctores, cum imò ad huuc effectum sufficiat, quod in
14 continenti non doceatur de fideicommisso claro,
indubitato, & releuante, vt dixit *Rota coram Card.
Seraph. dec 757. nu. 1. & 2. & decis. 83. nu. 11. post Paci-
fic. de salu. interd. cum alijs relatis in decis. 185. nu. 5. & 6.
cum seqq. par. 9. recent.* & ita quotidie seruatur in pra-
15 xi in omnibus Tribunalibus, & in hoc præcipue
relaxantur mandata executiua contra bona hæredi-
taria debitorum ne mandata relaxata exequantur
contra bona, quæ ipse possidere allegat iure fidei-
commissi dotis donationis, & similium, nisi docea-
16 tur de fideicommisso dote, vel donatione, quæ sit
efficax ad impediendam executionem, & quæ nullam
patiatur difficultatem mandatur ad vlteriora proce-
di dict. exceptione, protestatione, & inhibitione
non obstantibus, vt dictum fuit *Senogallien. pradij
10. Iunij 1619. coram R.P.D. meo Pironano, & in alijs
pluribus relatis in Romana, seu Æsina donationis 23. Mar-
tij 1640. coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Idq; Domini facilius amplexi fuerunt, quia dicti
de Fanellis in toto hoc iudicio restitutionis dotis sē-
17 per, & in quolibet actu fuerunt citati, vnde licet
essent tertij ex hoc solo posset contra illos executiuè
procedi iuxt. celebrem Theoricam *Castr. in l. cum fil.
fam. sub num. 3. vers. ex quibus scilicet ff de verb. oblig.*
Quam probarunt *Dec. cons. 69. num. 32. lib. 2. Ruin. cons.
34. in fin. vol. 5. Surd. cons. 334. num. 12. Rot. plures refe-
rens in Narnien. successionis 18. Iunij 1631. coram E-
minentissimo Verospin, quæ est impress. post Posth. in ordi-
ne 325. & in Ciuitatis Castelli Spolij 7. Maij 1638. &
10. Maij coram R.P.D. meo Ghislerio.*

Nec facit, quod hodie, restitutio non petatur à
18 muliere, vel filio, sed à Diana Masseria, seù De-
metrio Pietitio illius cessionario, quia licet in hæ-
19 redem extraneum, & singularem successorem non
transeat priuilegium prælationis solis mulieribus,
& filijs competens ex dispositione *l. assiduis vers. exce-
ptiones C. qui pot. in pign. hab. vt aduertit Alex. consil.
58. num. 4. lib. 7.* vbi quod priuilegium concessum
20 mulieribus, vt in suæ dotis hypotheca præferatur
non transit mortua muliere nisi ad filios, quem se-
quitur *Facchin. contron. iur. lib. 10. cap. 30. §. priuile-
gium circa med. vers. ad haredes*, nihilominus tran-
21 sit hypotheca, & actio petendi dotem competens
vigore *d. Auth. res qua Gozzad. cons. 97. nu. 10. Add. ad
Alex. d. cons. 58. n. 4. lib. 7.* & distinguendo dixit *Rot.
coram Card. Seraph. decis. 678. nu. 10. & seqq. & in Ro-
mana Saluiani de Casalibus coram me 24. Iunij 1641. §.
& in omnem casum vers. & ea absolutè est vera confirma-
ta sub 11. Martij prateriti coram R.P.D. Peutingerio,* ma-
22 ximè quando, prout hic iudicium restitutionis ab
ipsa muliere viuente fuit incoatum, vt eleganter præ
cæteris consuluit *Menoch. cons. 33. num. 8. & 42. cum
seqq. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. par. 10. nu.
48. cum seqq. Card. Seraph. decis. 618. num. 11. & plenius
in Romana Dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendis-
simo D. meo Decano.*

Et ita vtraque &c. resolutum fuit proceden. esse
ad vlteriora non obstante fideicommisso Galeatij Se-
nioris Aui &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 27. Aprilis 1643.

ARGVMEMTVM.

In primogenituris appellatione primogeniti veniunt etiam fœminæ nisi adsint coniecturæ, quæ fœminarum exclusionem conuincant, & nisi euacuata linea descendentium ex primogenitis non sit locus successioni alterius lineæ secundo, & tertio genitorum.

SVMMARIVM.

1 *Primogeniti appellatione veniant, ne dum masculi, sed etiam fœminæ.*

2 *Amplia siue sit dictum filij primogeniti, siue simpliciter primogeniti.*

3 *Verba* de progenie in progeniem *etiam feminas comprehendunt.*

4 *Masculus ex linea secundo genitorum non excludit in primogenitura fœminam ex linea primogenitorum, vbi non adsunt coniectura, qua fœminarum exclusionem conuincant.*

5 *Masculinitatis mentio facta cum dictionibus perpetuitatem importantibus non inducit perpetuam exclusionem fœminarum, quando illa verba non stant de perse principaliter prolata, sed accessori ad aliquem casum.*

6 *Masculinitatis qualitas expressa in vno casu non censetur repetita in alio, dum non apparet Testatorem habuisse rationem conseruanda agnationis.*

7 *Testamenti vna pars aliam declarat.*

8 *Verba*, secondo si è detto di sopra *ostendunt omnimodam similitudinem vtriusque dispositionis, & operantur, vt successio eodem modo deferatur.*

9 *Testator vbi vocauit fœminas secundo genita minus dilecta, multo magis censendum est voluisse vocare fœminas descendentes ex primogenita harede instituta, & magis dilecta.*

10 *Descendentes ab eodem stipite, non dicuntur diuersa linea, sed vnius linea diuersi palmites, & rami.*

11 *Fœmina, vbi etiam possent succedere in primogenituris, adhuc non censeatur vocata, nisi defectis omnibus masculis eiusdem linea.*

12 *Linea ad effectum succedendi in primogenituris, & maioratibus non consideratur in habitu respectu ad primum acquirentem, sed ad vltimum possessorem.*

13 *Linea descendentium diuiditur in lineam primogenitorum, secundo genitorum, tertium genitorum sic de alijs.*

14 *Descendens ex linea primogeniti, siue masculus, siue fœmina praferatur alijs ex linea secundo, & tertio genitorum, qua ad hunc effectum diuersa censetur.*

15 *Neptis ex primogenito, qua ius primogenitura acquisiuit, excludit Patruum à successione, quamuis natu maiorem.*

Linea vltimi possessoris in primogenituris debet prius euacuari, antequam fiat transitus ad alias lineas num. 15.

16 *Masculinitatis qualitas expressa in conditione negatiua censeri debet repetita in dispositione.*

17 *A dispositione conditionali non infertur ad dispositionem puram.*

18 *In substitutionibus dispositio, prout iacet attenditur.*

19 *Inter conditionem, & substitutionem diuersa ratio consideratur, nec vna ex alia potest interpretari.*

20 *Primogenitura instituta cum conditione, si sine masculis*

cuius decesserit, incapta per masculum superstitem, & sic defecta conditione continuatur in fœminas eiusdem lineæ primogenitorum, ubi etiam adsunt masculi ex secundo genitis.

21 *Limita nisi aliter sit expressum, vel fœminæ reperiantur perpetuò exclusæ, vel habita sit ratio conseruandæ agnationis.*

22 *Fœminæ ex secundo genitis si sint vocatæ ad primogenituram ante masculos ex tertio genitis, multo magis censentur vocatæ fœminæ ex primogenitis Testatoris magis dilectæ.*

23 *Testator si post mentionem masculorum in conditione, in dispositione expressè vocauit fœminas non potest tota dispositio intelligi de solis masculis.*

DECISIO XCVI.

Decisionem coram me emissam sub die 1. Iulij 1641. informante tantum Comitissa Iulia hodie vtraque parte informante DD. comprobaruut, iterum respondendo pro confirmatione sententiæ.

Vt enim dictum fuit in alijs quinque decisionibus huius causæ, dum Ioannes Testator institutis primo loco hæredibus eius filijs masculis, & ijs non extantibus Isabellam filiam post illius obitum primogenitam instituit inter filios illius, & aliarum ipsius Testatoris filiarum, expressè declarans suæ intentionis esse, quod eo casu facultates ipsius deferantur ad primogenitum suæ familiæ, & sic de progenie in progeniem ad primogenitos filiorum nepotum, & pronepotum in infinitum dictæ filiæ, filiam verò secundo genitam, eiusque descendentes vocauit tantummodò, casu, quo Isabella filia primo loco vocata sine filijs decesserit, & cum hodiè ex dicta Isabella superstit adhuc Comitissa Iulia, vtiq; ad eam spectare debent bona primogenituræ subiecta, tanquam descendentem ex primogenitis dictæ Isabellæ, non autem ad Marchionem Guidum descendentem ex Taddeo tertiogenito eiusdem Isabellæ, licet isti sint masculi, & illa fœmina, cum appellatione primogeniti, ne dum veniant masculi sed etiam fœminæ ex latè deductis in dictis decisio-
1 nibus, & benè comprobat *Ludouic. Bell. cons. 1. numer. 137.* inquiens hoc indistinctè procedere, siue di-
2 ctum fit, filijs primogeniti, siue simpliciter primogeniti, & verba *de progenie in progeniem* etiam
3 fœminas comprehendant, vt optimè *Cast. Iam. cons. 49. n. 5. Crass. in §. fideicommissum q. 15. n. 5. Rom. cons. 388. cum alijs latè alleg. in dec.* Dum enim
4 adhuc superest persona capax ex linea primogenitorum d. Isabellæ, non potest fieri transitus ad aliam lineam secundo, vel tertio geniti, quantumuis isti sint masculi, dum hoc Testator non dixit, nec adsunt coniecturæ, quæ fœminarum exclusionem conuincant, vt de magis vera, & communi testantur *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 5. n. 5. vers. rursus septimo principaliter, & practic. quæst. cap. 38. nu. 8. Melchior. Paleaz. de maiorat. par. 2 qu. 6. n. 9. & 10. Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. n. 3. & per tot. & capit. 5. n. 50. & 71. cum alijs per fusar. de substit. q. 385. num. 13.*

Ideò nihil refert, quod Testator mentionem fecerit de masculis cum dictionibus denotantibus perpetuitatem ibi: *E mancando lei senza figli intendendo sempre de maschi*, adeout proinde videatur perpetuò, & omni tempore fœminas exclusisse, quia vt semper fuit responsum, cum dicta verba non fue-
5 rint de per se principaliter prolata ad regulandum totam dispositionem, sed adiectiuè tantum, & accessiuè ad casum, quo Isabella sine masculis decesserit ibi. *E mancando lei senza figli intendendo sempre de maschi*, Et casus hic non venerit, cum Isabella, reliquerit Cæsarem primogenitum masculum, & iste Ioannem Paulum, ex quo nata est Comitissa Iulia trahi non possunt ad casum omninò diuersum à Testatore non prouisum, nec cogitatum, quo scilicet Isabella masculos suscepisset, & primogenitus masculus vnicam tantum filiam fœminam reliquisset, ex regula passim recepta in simili materia,
6 quod qualitas masculinitatis expressa in vno casu non censetur in alio repetita, dum prout hic non apparet Testatorem habuisse rationem conseruandi agnationem, vt probant omnes adducti in alijs decisionibus, quibus addi possunt *sess. Dec. Aragon. 402. n. 41. & Rota in Bonon. fideicommissi de Turri 18. Ianu 1635. coram Eminentissimo D. Card. Verospio, quæ est in rec. dec. 581. n. 2. & 3. & per tot. par. 5. tom. 2.*

Quod fortius videlicet admittendũ hoc casu, dum idem Testator in linea secundogenitæ, deficientibus masculis, expressè vocauit fœminas, vt succedere debeerent antequam fieret transitus, & hæreditas deueniret ad masculos lineæ tertiogenitæ ibi *voglio che succeda la secondogenita, se ve ne sarà, e suoi figli descendenti, & non ce ne essendo succedino le femine intendendo sempre delli primogeniti, e primogenite secondo si è detto di sopra nella Signora Isabella, e mancando la secondogenita, succeda la terzogenita.* Cum enim ex hac fœminarum vocatione clare liqueat Testatorem voluisse primogenituram in secundogenita extendi, etiam ad fœminas descendentes ex masculis, & quousque illæ extarent, non esse admittendos masculos alterius lineæ; idem quoque censendum est voluisse in linea Isabellæ; nedum ex ge-
7 nerali regula, quod vna pars Testamenti aliam declarat *l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. l. qui filiabus de leg. 2.* sed etiam specialiter quia successionem in linea secundogenitæ voluit pariformiter eodem modo fieri, quo facienda erat in linea Isabellæ, vt
8 indicat dictio illa *secondo*, ibi: *secondo si è detto di sopra, nella Signora Isabella*, quæ ostendit omnimodam similitudinem vtriusque dispositionis, & operatur, vt successio eodem modo deferatur, vt optimè consuluit *Socin. cons. 75. n. 25. lib. 3. Decian. cons. 84. n. 15. lib. 3. Surd. cons. 448. n. 16. & 17. fusar. cons. 100. n. 26.* vt quæ Testator declarasse dicatur supra in dicta Isabella, eodem modo fœminas comprehendisse, *Natt. cons. 4. n. 6. Decian. resp. 59. n. 61. lib. 2. Grat. dec. f. March. 103. n. 15.* Et sanè dum Testa-
9 tor admisit, & vocauit fœminas secundogenitæ minus dilectæ, multò magis censendũ est voluisse vocare, & ad successionem admittere fœminas descendentes à primogenita hærede instituta, & magis dilecta, vt in simili arguit *Rot. diuers. dec. 495. n. 2. vers. Quarta fit coniectura par. 4.*

Nec releuat primum obiectum ab informantibus pro masculis hodie excitatum, quod hic non agatur de transitu primogenituræ ex vna linea ad aliam, cum tam Comitissa Iulia, quam Marchio Guidus descendant ex filijs Isabellæ, itaut propterea non
10 dicantur diuersæ lineæ, sed vnius, & eiusdem lineæ diuersi palmites, & rami ex *Surd. cons. 37. n. 11. cum alijs per Escobar. de nobilit. qu. 4. §. 1. n. 18. cum seqq.* & ita cum in dicta linea adsit masculus admitti non possit Comitissa Iulia, exquo vbi etiam fœmi-
11 næ succedere posset in primogenituris, adhuc tamen non dicuntur vocatæ, nisi deficientibus masculis eiusdem lineæ, vt aduertit *Molin. vbi supra lib. 3. capit. 5. n. 71.*

Fuit enim responsum lineam ad effectum succe-
12 dendi in primogenituris, & maioratibus non con-

sideratí habito respectu ad primum acquirentem, quo casu omnes possunt dici de eadem linea, sed considerati, habito respectu ad vltimum possessorem, qui ex ipsius persona constituit lineam diuersam, & distinctam a lineis aliorum *Palear. vbi supra par. 2. quæst. 7. numer. 29. vers. vbi Paulus addit* linea enim descendentium diuiditur in plures descendentium species, nempè in lineam descendentium pri-
13 mogenitorum in lineam descendentium, secundogenitorum, & in lineam descendentium tertiogenitorum, & sic de alijs, vt optimè aduertit *Cels. vgo consf. 120. sub n. 12.* Et proinde dum superest aliquis descens ex linea primogeniti, siue masculus, siue
14 fęmina, præfertur alijs ex linea secundo, & tertio genitorum, quæ diuersę censentur, vt benè post alios explicat *Ludouic. Bell. d. cons. 1. num. 122. & consil. 2. num. 55. & cons. 3. num. 45. & 46. Guttier. cons. 13. nu. 11. 12. & 14. Thesaur. inn. qu. for. lib. 2. qu. 12. nu. 18. & n. 58. ante fin. vers. non obstat Grammat. dec. 354. sub*
15 *n. 6.* Et hinc est, quod neptis ex primogenito masculo, qui ius primogenituræ acquisiuit, & excludit patruum, quamuis natu maiorem, hac sola ratione qui linea vltimi possessoris debet prius euacuari antequam fiat saltus, & transitus ad alias lineas *Bell. d. cons. 2. n. 15. & 37. Grammatic. dec. 1. n. 38. per tot.*
16 Pront etiam minus releuat, quod expressio masculinitatis facta fuerit in conditione negatiua, sub qua cum omnes descendentes censeantur vocati, stantibus coniecturis ab informantibus pro masculi ponderatis, & attenta consuetudine Status Veneti, de qua Testantur *Card. Mantic. dec. coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 2. n. 18. Peregr. de fideicomm. art. 28. n. 2. Aldouin. consf. 117. n. 16.* Per consequens eadem qualitas censeri debeat repetita in dispositione, nè alias adesset repugnantia inter vnam, & alteram vocationem ex *Aldobrand. consf. 3. n. 72. vers. confirmatur lib. 1. & Peregr. de fideic. art. 25. num. 32. cum alijs ad materiam allegatis.*

Quia, præter quod coniecturæ ponderatæ non sunt efficaces, vt requiritur adhunc effectum, cum multæ ex illis tangant præcedens fideicommissum factum expresse pro conseruatione agnationis, & sic referri non possint ad primogenituram subsequeter institutam, non pro conseruanda agnatione, sed vt hæreditas conseruaretur penes vnicum hæredem ex suo corpore descendentē, cessat difficultas, quia vbi etiam descendentes masculi comprehenderentur in conditione si sine filijs, non ideo masculi tan-
17 tum essent vocati in dispositione affirmatina, cum à dispositione conditionali, non possit inferri ad dispositionem puram, ex quo in conditionalibus affectio naturalis inspicitur, & agitur tantùm de quadam prælatione, & comparatione personarum,
18 quæ non cadit in substitutionibus, in quibus dispositio prout iacet attenditur *Bald. consf. 13. nu. 2. & 3. lib. 3. Simon de Præd. consf. 90. n. 24. & de interpret. vlt. vol. lib. 2. interpret. 3. dub. 1. solut. 3. n. 85. Honded. consf. 57. n. 36. lib. 1.* Vbi quod inter conditionem, & sub-
19 stitutionem diuersa ratio consideratur, & sic ex vna alia non potest interpretari, ve in decisione huius causæ sub die 30. Iun. 1640. vers. minus facere dictum fuit coram R.P.D. Royas, vel saltem operatur vt qualitas masculinitatis necessaria sit in filio; vel nepote Isabellæ, itant primogenitura non possit in-
20 cipere in eius linea, nisi à masculo, sed non facit, quod defecta conditione, & cępta primogenitura in masculo, debeat continuari in masculos alterius lineæ etiamsi fęminæ supersint in linea, quam primogenitura fuit ingressa, hoc enim non subintelli-
21 gitur nisi fuerit expressum, dùm fęminæ non repe-

riuntur perpetuò exclusæ, nec habita fuit ratio agnationis, vt aduertunt *Roman d. cons. vlt. num. 39. & 394 Valenzuel, consf. 97. n. 49. Bell. Molin. & aly supra citati, & fuit consideratum in dec. bon. mem. Pironani sub die 27. Nouembris 1637. §. quoniam vltra quod, & in alia D. mei Royas 27. Iuny 1639. vers. ex prædictis satis extat.*

Sic autem non adest repugnantia, stant enim simul, quod fœmina ab initio non faciat conditionem, sed vbi ea deficit per masculum, intret successiuè fęminarum, comprehensio, quod ex necessitate dici debet in nostro casu, dum Testator in vocatione dispositiua secundogenitæ, vocauit expresse fęminas, easque præferri voluit masculis tertiogenitæ; stante enim clara vocatione, cessat præsumpta, ducta ex mentione masculinitatis in conditione, & intrat validior, præsumptio, quod dùm voluit ad-
22 mittere fęminas, ex secundogenita minus dilecta, easque præferri masculis tertiogenitæ, multò magis, censetur voluisse admittere fęminas primogenitæ sibi magis dilectæ, quo genere argumenti vtitur *Rot. d. dec. 495. n. 2. vers quarta fit coniectura par. te 4. diu.* & ideo non applicatur tradita *per Aldobrand. & Peregr.* quia loquuntur, vbi eedem personę, quæ sunt positæ in conditione vocantur in dispositione, & vbi eadem ratio militat in conditione, ac indispositione, nec apparet de contraria voluntate testatoris; secus vbi prout hic, post mentionem masculorum in conditione Testator in dispositione vocauit expressè fęminas, tunc enim non potest sola dispositio intelligi de solis masculis, & cessat pręsumpta repetitio de conditione ad dispositionem, quæ pendet, vt plurimum à Testatoris voluntate, vt admittit *in d. Peregr. d. art. 25. sub n. 32. vers. vbi autem dissuaderet ratio.*

Vt ita vtraque fuit resolutum cum omnia, quæ in contrarium deducuntur fuerint non solùm bis, sed ter, & quater sublata, & reiecta in omnibus decisionibus.

PISTORIEN. PAROCHIALIS,

Mercurij 29. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Transactio non substinetur si fuit facta ex aliquo certo supposito, quod postea non verificatur, secus autem si ad eam fuit simpliciter deuentum ob recessum à lite iam mota, vel in futurum mouenda, quo in casu sufficit etiam solus timor futuræ litis, & ad sustinendam transactionem, quæ requirantur?

SVMMARIVM.

1 *Transactionis suppositum si corruat, corruit, & ipsa transactio.*
2 *Repudiatio hæreditatis reuocari potest intra triennium re integra.*
3 *Repudiatio hæreditatis censetur reuocata, si repudiantes disposuerint ex post de rebus repudiatis de quibus non alio, quam hæreditario nomine disponere poterant.*
4 *Protestans, quod non intelligit gerere se pro hærede, si faciat actum protestationi contrarium censetur à protestatione recedere.*
5 *Hæreditatis aditio inducitur ex donatione rei hæreditariæ.*
Amplia, vt n. 6.
7 *Repudiationis reuocatio inducitur ex dispositione rei hæreditariæ facta intra triennium.*
8 *Repudiationis reuocatio fieri potest non solum expressè, sed etiam tacitè.*
9 *Approbatio semel facta amplius ab approbante, vel eius Auctore impugnari non potest.*

10 Ios-

10 *Iuspatronatus si erat hæreditarium non potuit valide donari, nisi ab habente qualitatem hæreditariam.*

11 *Iuspatronatus contra alium compatronum præscribitur per præsentationes factas spatio 46. Annorum.*

12 *Amplia etiam contra ignorantem, & quamuis adesset mala fides præsumpta.*

13 *Præscriptio non interrumpitur per oppositiones per modum exceptionis factas.*

14 *Præscriptio non dicitur interrupta, quando interrumpens in lite succubuit, & vlterius non appellauit.*

15 *Transactio, vt sustineatur sufficit tantummodo timor futuræ litis.*

16 *Transactio facta ex aliquo certo supposito ipso corruente corruit, & ipsa.*

17 *Transactio inita ad tollendas lites iam motas, vel futuras, satis est, vt sustineatur, vel quod lites actu pendeant, vel quod de facili suboriri possint, vel quoad litigantes illas existimauerint aliquo modo dubias.*

18 *Transactio tunc nulla redditur, quando suppositum, quod erroneum reperitur dedit causam transactioni, fuitque illius causa finalis.*

19 *Transactio sustineri debet, si vera sit causa finalis transactionis.*

20 *Transactio, vt sit valida, sufficit, vt sit recessus à lite.*

21 *Transactio vt sustineatur, sufficit modica occasio dubitandi. imò etiam vexationes iniustæ, & de facto.*

22 *Transactio, vt sustineatur satis est, quod non constet de dolo, & calumnia.*

23 *Distributio vocum fit vocatis per nomina propria in capita, & non stirpes.*

24 *Limita si non sint primo vocati, sed habentes causam ab ipsis, & ex eorum persona succedant.*

25 *Transactio priores titulos innouat, & eos perimit.*

26 *Limita tamen in illis, qui non sunt transactioni contrarij.*

27 *Transactio non primit titulos validos, qui cum ipsa compatiuntur.*

28 *Nouatio censetur inter actus inducta, qui se ad inuicem non compatiuntur.*

29 *Titulus posterior præcedentem non innouat, quando vnus non pugnat cum altero.*

30 *Transactio, quæ fuit obseruata per nonaginta ferè Annos præsumitur in omnibus valida, & facta cum suis solemnitatibus.*

31 *Transactio si diu fuerit obseruata non sufficit si allegetur erronea, nisi doceatur de errore cum dolo, & falsa causa.*

32 *Sententia iniusta nunquam valet transire in iudicatum, nec desertio causæ potest opponi*

33 *Res iudicata non solet in Tribunali Rotæ attendi, si de iniustitia constiterit*

34 *Amplia etiam si iniustitia non sit notoria.*

DECISIO XCVII.

IN alia huius causæ instantia plures emanarunt decisiones, quæ licet fuerint conformes circa qualitatem patronatus de quo agitur, ac si sit hæreditarium, circa pertinentiam tamen, fuerint valdè difformes, & discrepantes sub die 19. Febr. 1632. dictum fuit Iuspatronatus non spectare ad hæredes Baccij postmodum verò sub die 14. Ianuarij 1639. exhibitis nouis scripturis, DD. recedendo à decisis censuerunt insuper spectare ad Baccium, eiusque hæredes, & tandem sub die 1. Februarij 1641. exhibito instrumento transactionis initæ inter compatronos auctores modernorum litigantium vsque, & de anno 1550. cum subsequuta confirmatione Iulij Papæ Tertij, DD. causa maturè discussa, & examinata responderunt Iuspatronatus prò vna medietate spectare ad Cancellarios, pro altera verò ad Cellios Baccij hæredes, & iuxta hanc resolutionem fuit lata sententia, à qua interposita appellatione cum vtraque pars prætenderet sententiam esse infirmandam in parte sibi præiudiciali Cancellarij enim prætendebant ad se pertinere integrum Iuspatronatus, exclusis Cellijs Baccij hæredibus; Cellij verò prætendebant nullam portionem spectare ad Cancellarios, sed integrum Iuspatronatus fuisse ad eorum fauorem consolidatum, proposito dubio DD. responderunt sententiam Rotalem esse confirman. & Iuspatronatus pro mediatate spectare ad Cancellarios, & prò alia medietate ad hæredes Baccij.

Fundamentum resolutionis totum fuit positum in transactione inita, vt dictum est de anno 1550. inter Patronos tunc collitigantes, nempè Domitium, q. Iacobi. Ricciardum. Lazzarum. Vincentium, & Iacobum fratres, & filios respectiuè Iacobi Senioris de Cancellarijs, Iosephum Fräcisci filium, tam suo proprio nomine, quam vice, & nomine Io: Baptistæ sui Germani fratris, & Petrum q. Hieronymi stipulante pro eo Ricciardo, in qua conuentum fuit, quod dimidia Iuspatronatus, & sic vnciæ duæ spectarent ad Domitium, alterius vero medietatis tertia pars, & sic vnciæ duæ pertinerent ad DD. Iosephum, & Io: Baptistam filios Francisci altera tertia pars, & sic aliæ duæ vnciæ spectarent ad Ricciardum, Lazzarum, Vincentium, & Iacobum filios Iacobi Ricciardi de Cancelleriis, alia demùm tertia pars, & sic reliquæ vnciæ duæ ad Petrum q. Hieronymi, cum hoc, quod eueniente casu Vacationis datio, Nominatio, & præsentatio fieri deberet alternatiuè, videlicet vna vice per dictum Domitium, & successiuè per eius filios hæredes, & successores, perindè ac si ipse, seù ipsi pro ea vice essent Patroni in totum d. Ecclesiæ, pro altera verò vice, Electio, Nominatio, & præsentatio fieri deberet per omnes alios supranominatos, & successiuè per eorum filios hæredes, & successores, perindè, ac si illi essent patroni d. Ecclesiæ insolidum pro ea vice *Summ. de Cancellarys n. 2.*

Cum itaque per mortem Domitij Iurelegati tres ex dictis sex vncijs deuenerint ad descendentes Francisci, & reliquæ tres ad descendentes Iacobi, qui ex transactione duas alias vncias habebant; Per mortem Petri vna ex duabus vncijs ad eum in transactione delatis, accreuerit Iosepho, & Ioanni Baptistæ fratribus, & respectiuè filijs Francisci, altera verò vncia accreuerit descendentibus Iacobi, vt firmatum fuit in dec. emissa *sub die 15. Ianuary 1621. coram bon. mem. Pirouano impress post Vivian. de Iurepatroatus in ordine decis. 78.* & latius in alia *sub die 1. February 1641. coram bon. mem. Merlino, vers. & propterea*, consequens est, vt stante dicta transactione medietas patronatus hodie spectet ad Cancellarios descendentes à Francisco, & altera ad Cellios habentes causam à Baccio descendente à d. Iacobo, prout in sententia pronunciatum fuit.

Neque obstat, vt dicitur, quod transactio emanauerit ex falsa causa, & ex supposito, quod sex ex his vocibus spectarent ad Domitium, reliquæ verò ad cæteros in transactione nominatos, quod tamen subsistere non potest ex quo Paulus pater dd. de Cancellarijs, & Ricciardus fratres de anno 1574. quo obijt: Io: Baptista hæreditatem paternam ex-

presse

presè repudiarunt, quæ repudiatio (cum Iuspatro-
natus sit hæreditarium, etiam ex tenore transactio-
nis, & competat etiam alijs compatronis. nempè
auctoribus Baccij) operatur vt portio repudiata re-
maneat, & accrescat alijs compatronis, ab eisque
causam habentibus, vt latè dicitur *in decis. huius cau-*
sa 9. Februarij 1632 quæ est 96. num. 7. par. 6. rec. Ideo-
que stante hac repudiatione, quæ transigentibus fuit
1 ignota corruit suppositum transactionis, & per con-
sequens ipsa transactio, vt consuluit *Surd. consil. 37.*
num. 11. cum alijs relatis per Gratian. discept. for. c. 788.
n. 4. & 5. dupliciter enim respondetur.

Primò, quia ijdem Paulus, & Ricciardus intra
triennium intra quod reuocari potest hæreditatis
2 repudiatio *l. si quis suus ff. de Iur. deliber. l. final. vbi*
DD. C. de repud. hered. Surd. cons. 457. nu. 35. Magon.
dec. Florent. 10. nu. 16. & sic re adhùc integra, dispo-
suerunt de hoc Iurepatronatus, donando Ius præsen-
tandi pro vna vita Iacobo fratri ac Lazzaro de Can-
cellerijs, cum enim huiusmodi donatio alio Iure
fieri non potuerit, quam hæreditario, eo ipso, quod
donarunt, & de bonis repudiatis disposuerunt, cen-
3 sentur à repudiatione recessisse, & hæreditatem ad
fuisse *ad text. in l. pro herede §. Papinianus ff. de ac-*
quir. hered. & ibi Bart. num. 6. Vbi quod si quis fecit
4 protestationem, quod non intelligebat gerere se
per hærede, si faciat actum protestationi contra-
rium censetur ab ea recedere *Alberic in l. fin. num 2.*
C. de repudiat. hered. Et in specie quod ex donatio-
5 ne rei hæreditariæ inducatur aditio, cum sit actus,
qui fieri non potest absque acceptatione hæredita-
tis, probat *Corn. cons. 79. nu. 9. vers præterea, & nu. 10.*
& cons. 110. nu. 3. lib. 4. Surd. cons 523. n. 7. Menoch. de
præsumpt. lib 4. præsumpt. 101. num. 15. latè Carn. consil.
236. nu. 10. lib. 2. vbi quod hoc procedit, etiamsi do-
6 nans in Instrumento Donationis apposuerit clausu-
lam, quod prædictis omnibus, & alijs Iuribus sibi
competentibus renunciauit, & in proximioribus
terminis, quod ex dispositione rei hæreditaria intra
7 triennium inducatur reuocatio repudiationis antea
factæ latè comprobat *Alex. cons. 126. nu. 3. & 4. lib. 7.*
8 vbi quod dicta reuocatio fieri potest, non solùm
expressè, sed etiam tacitè, quod idem monuit *Alex.*
in l. 1. nu. 1. in fin. C. de Iur. deliber. reprobans glos. &
sequaces contrarium tenentes, & inquiens hoc esse
de mente *DD. in l. Iulianus §. fin. ff de acquir hered.*

Et hanc veritatem agnouerunt etiam auctores il-
lorum de Cancellerijs, dum non solum verbis, sed
etiam facto declararunt medietatem huius patro-
natus spectare ad præfatos Paulum, & Ricciardum
admittendo eos, etiam iteratis vicibus ad præsen-
tandum pro æquali portione, quod vtiq; non fecis-
sent nisi credidissent, eos adiuisse paternam hære-
ditatem, & repudiationem factam, re adhùc inte-
gra, reuocasse: Vnde non possunt hodie Collij, &
ab eis causam habentes impugnare, quod Cancella-
rij sint compatroni ad tradita *l. cum à Matre C. de rei*
vendic. cum concordantibus.

Nec dicatur huiusmodi donationem fieri potuis-
se citrà Ius, & nomen hæredis, quia cum Iuspatro-
natus sit hæreditarium, non potuit validè donari, ni-
10 si ab habente qualitatem hæreditariam, vt probat
Lambert. de Iurepatronatus lib. 1. p. 2. q. 2. art. 14.

Et in omnem casum dicta repudiatio fuisset præ-
scripta spatio 40. & amplius annorum ex præsenta-
tionibus per eos, eorumq; successores factis pro æqua-
11 li portione, quod sufficit ad præscriben. Iuspatro-
natus contra alium compatronum *Lambert. vbi su-*
prà lib. 1. par. 2. qu. 11. art. 5. Rot. diuers. decis. 229. &
dec. 407. vtrobique n. 1. par. 1. & dec. 191. num. 13. par. 5.
rec. etiam contra ignorantem *l. fin. C. de præscript.*
12 *long. tempor. l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. anno-*
rum Rot. dec. 229. n. 6. par. 1 diuers. quamuis etiam ad-
esset mala fides præsumpta, vt post multos probat
Menoch. de recuper. possess. remed. 15. n. 418. cum seqq.

Nec interrupta prætendi potest ex oppositione
Procuratoris Baccii. Tum quia opposita per mo-
13 dum exceptionis non interrumpunt præscriptio-
nes, vt notat *Innoc. in cap. 2. nu. 10. de ordin. cognition.*
Abb. in cap illud sub nu. 13. vers. per exceptionem verò,
& ibi Felin. nu. 12. de præscript. Rot. dec. 726. n. 6. in fin.
par. 2. rec. Tum quia Baccius in lite succubuit, & vl-
14 terius non appellauit, vndè eo minus potuit inter-
rumpi præscriptio *Felin. in d. cap. illud nu. 17. vers. de-*
cimaquarta conclusio de præscript. quem Rot. passim se-
quitur, vt in decis. 534. n. 6. par. 1. diuers. coram Card. Se-
raph. dec. 1027 nu. 14. coram S. me Greg. dec. 467. n. 1. &
coram bo. me. Buratt dec. 172. n. 16.

Quod autem in transactione fuerit narratum,
quod tunc temporis vertebat lis inter Domitium ex
vna, & Petrum, ac alios ex altera, & tamen Petrus
non erat in lite, DD. non habuerunt in consideratio-
ne, quia ad substinen. transactionem, satis est respe-
15 ctu Petri ad fuisse timorem tantummodo futuræ
litis *per text. clarum in l. 1. ibi, & si nulla fuisset quæstio*
hæreditatis tamen proprio timore litis transactione interpo-
sito, ibique glos & Bart. C. de transact. & l. 1. ibi, & li-
te incerta ff. eod cum Roman. cons. 244. num. 2. Ang. Aret.
cons. 38. num. 16. Cranett. cons. 717. num. 27. Rot. apud
S. me Greg. dec. 149. n. 2. & dec. 113. num. 6. par. 5. &
dec. 161. n 5. par. 7. rec.

16 Secundo principaliter responsum fuit, non fuisse
deuentum ad transactionem ex aliquo certo suppo-
sito, quod non fuisset facta repudiatio, vel quod
Iuspatronatus asse gentilitium, vel quod vna por-
tio magis, quam altera spectaret alicui transigentiũ
sed tantummodo ad tollendas lites motas. Aliud
autem est, quod transactio fiat ex aliquo certo sup-
posito, quod postea reperiatur erroneum, quo casu
corruente supposito, corruit, & ipsa transactio, in
quibus terminis loquuntur *Surd. d. cons. 37. num 10.*
cum alijs. Aliud quod nihil certi supponatur, sed
transactio fiat tantummodo super prætensionibus
vtriusque partis ad lites iam motas dirimendas, vel
futuras, quæ excitari possunt impediendas; hoc
enim casu non disputatur amplius de veritate præ-
tentionum, nec admittitur probatio erroris, cum
17 satis sit, vel quod lites actu pendeant. vel quod de
facili suboriri possint, & quod litigantes illas existi-
mauerint aliquo modo dubias. vt bene distinguen-
do docuit *Bart. in l. vnic. & ibidem Bald nu. 7. C. de er-*
ror. calcul. Ruin con 134. n. 12. lib 1. Rot. in decis huius
causa sub 1. Februarij 1641. vers. quoniam vltra quod
Error enim, & falsitas causæ, tunc reddunt nullam
18 transactionem quando suppositum illud, quod er-
roneum reperitur, dedit causam transactioni, fuit
illius causa finalis, vt notat *Bart. in l. demonstratio fal-*
sa §. quod autem nu. 16. ff. de condict. & demonstrat. Soc-
cin. sen. cons. 149. nu. 22. lib. 2 & declarauit Rot. diuersor.
dec. 160. n. 1. par. 1. coram Card. Seraph decis. 976. nu. 3.
coram S. me Greg decis. 149. n. 1. & in Melevitana here-
ditatis 1. Iulij 1633. coram R. P. D. meo Ghisilerio. Hic
autem causa transactionis fuit tantummodo recces-
sus à lite expensis, & iurgijs inter coniunctos, vndè
cum hæc causa vera sit, & subsistens, transactio sub-
19 stineri debet *Becc. cons 190. nu. 11. lib. 2. Rot. decis. 715.*
num. 14. & dec. 348. num. 1. cum seqq. par. 4 rec. Alias
transactio ferè nunquam primeret lites, si eius va-
liditas semper esset merienda ex Iure transigentium
20 sufficit itaque recessus à lite pro illius validitate

Bald.

Bald. in l. fin. §. Sed si quis C. comm. de legat. Roland. cons. 28. *numero* 24. *lib.* 4. *Surd. cons.*48. *num.*48. *& seqq.* vbi probat sufficere modicam occasionem dubitandi quamuis prætensio non esset satis iuridica, quod idem dixit *Rot. in rec decis.* 281. *num.*6. *par.*6. Imò ad hunc effectum sufficere etiam vexationes iniustas, & de facto dixit *Rot. in Romana Nullitatis Transactionis* 29. *Nouembris* 1616. *coram bon. mem. Vbaldo*, *& in Meleuitana Beneficiorum* 8. *Martij* 1641. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, satis enim luctatur, qui se à litibus eximit, *Surd. cons.*451. *num.* 27. *cum seqq.*

Idque tanto facilius, quia de tempore transactionis, non erat adeò certa, & indubitata qualitas istius Patronatus, vt super ea non posset iniri transactio, super ea enim de facto lis pendebat in hoc Sac. Rot. Auditorio coram Iacobo Pureo, & vlterius poterant adesse tituli, vel ante repudiationem, vel posteriores post repudiationem, ex quibus vel iustificaretur, vel probabile redderetur Ius illorum, quibus præsentatio pro certis vncijs assignabatur satis autem est quod non constet de dolo, & calumnia ad

22 hoc vt sustineri debeat, quando præsertim, prout hic, fuit à Santissimo confirmata cum insertione totius tenoris, & cum clausulis *sublata*, ac decreto irritanti, vt per eadem ferè verba dictum fuit *in dec. huius causa* 1. *Febr*, 1642. *sæpius citata*.

Prout etiam non obstat, quod in transactione medietas huius patronatus non legatur expresse assignata Cancellerijs in stirpes, sed potius simpliciter septem personis in ea nominatim descriptis ibi, *Ad Ricciardum Vincentium, Iacobum, & Lazzarum Iacobi ad Iosephum, & Iosonem Baptistam Francisci, & ad Petrum Hieronymi*, quo casu cum transactio habeat vim nouæ concessionis, distributio vocum fieri debeat pro virili, & in capita, non autem in stirpes *iuxta. te-*

23 *xt. in l. nonnunquam vbi glos. & dd. verbo Nominibus ff. ad Trebell.* §. *si plures instit. de hered. qualit. & differ. Sur. cons.*159. *numero* 34. *cum seqq. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.*4. *tit.*11. *sub numero* 2. *vers. Et si plures Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.*10. *numero* 2. *Rota decis.*138. *numero* 1. *cum seqq. parte* 7. *rec.* & in materia Iurispatronatus per *Alex. de nouo cons.* 63. *sub numero* 2. *Peregr. cons.*32. *num.*13. *lib.*1. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.*11. *num.* 128. *cum seqq. Rot. coram bon. memor. Buratt. decis.*481. *num.*1. *vbi Add. litt.* A. *& in Piscien. Beneficij* 29. *Ianuarij* 1635. *quæ est decis.*2. *num.* 1. *parte* 7. *recentior.*

Placuit enim responsio quod transactio non fuit inita per Cancellarios, vti primo vocatos, sed vti habentes causam à suis maioribus, & propterea diuisio inter eos non censetur facta in capita, sed in

24 stirpes, prout regulariter fit, quando non ex propria, sed ex mera eorum persona in patronatu succeditur *Clem. per plures vbi glos. & Doctores communiter de iurep. Rocch de Curte eodem tit. in verb. ipsi velit, à quo numero* 5. *Lambert eodem tract parte* 2. *libro primo quæst.*1. *art.*25. *num.*7. *& seqq. & num.*16. Et licet tran-

25 sactio priores titulos innouet, & illos perimat, *Bald. in rubr. de transact. num.*1. *verbo Item quia Dec. cons.*400 *sub numero* 9. *ad fin. vers. & per transactionem Bero. cons.* 32. *numero* 38. inde tamen non sequitur, quod nominati in dicta transactione inita super pertinentia iurispatronatus capiant vti primo vocati, & primi acquisitores iurispatronatus, quoniam transactio innouat quidem, & perimit priores titulos, eos tamen, qui sunt transactionis contrarij, & cum ea incompatibiles, itaut illi aduersus transactionem

26 exindè amplius opponi non possint, in quibus terminis loquuntur *Bald. Dec. & Bero. supra adducti*,

27 sed non perimit, nec tollit titulos validos, & qui cum ipsa transactione compatiuntur; isti enim poterunt quandocumque allegari, cum per transactionem potius comprobari, quam innouati dicantur;

28 nouatio siquidem inducitur inter actus, qui se ad inuicem non compatiuntur, vt in terminis transactionis benè declarat. *Dec. d. cons.* 400. *num.*9. *vers. & bis stantibus*, *& cons.*564. *num.*13. *in fin. cum seqq.* Secus verò quando vnus non pugnat cum altero, sed singuli compatiuntur; tunc enim remanet prior titulus, & posterior præcedentem non innouat, vt plenè no-

29 tat *Menoch. cons.* 381. *num.* 32. *& 33. & de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*134. *num.*39. *cum seqq. Mantich. vbi supra lib.*17. *tit.*3. *num.*13.

Sed hodiè ob lapsum tanti temporis non debet amplius impugnari huiusmodi transactio, tum quia lapsis triginta annis, non potest amplius inter priuatos agi de validitate, vt in his terminis consulit, *Cauett. cons.*276. *sub numero* 50. *vers. Aut. vult. vu inter. sitas*, *& melius cons.* 435. *numero* 60. Tum quia cum fuerit obseruata per nonaginta ferè annos, præsumi-

30 tur in omnibus valida, & facta cum omnibus solemnitatibus de iure requisita *Rot. decis.* 159. *num.* 5. *par.*1. *& dec.*3. *num.* 2. *par.*4. *rec. add. ad san. memor. Greg. decis.*152. *num.*4. & dictum fuit *in Elboren. Iuris conferendi* 1. *Ianuarij* 1640. *coram R. p. d. meo Carillo*, adeout hodie non sufficiat allegari, quod fuerit erronea, nisi concludenter doceatur de errore cum dolo, ac falsa causa, *Rota coram Cardin. Seraph. decis.* 275. *numero* 2. *& decis.*976. *pariter numero* 3. *& coram Card. Caual. decis.* 643. *num.*6. firmata iustitia sententiæ Rotalis nullitates adductæ non releuant; quod enim non

31 fuerint legitimatæ personæ dd. de Cancellerijs tollitur ex confessione hæredum Baccii, qui hodiè sunt in causa, & semper cognouerunt, & approbarunt Cancellarios vti tales.

32 Quod autem lata fuerit perempta instantia, & fatalibus non prorogatis, vltra quod hoc obiectum tantummodo procederet respectu causæ, quæ vertebat inter Bartholomæum, & Ricciardum Cancellerium, non autem respectu causæ, quæ hodie vertitur inter Lelinm Baccij hæredem, & Cancellerios, & in qua bon. mem. Merlinus pronunciauit, prout in prima satis est, quod ex hactenus dictis appareat sententiam de partibus declarantem integrum iuspatronatus spectare ad Baccium, & illius successores esse notoriè iniustam, ad hoc vt defertio opponi non possit, & nunquam transire valeat in iudicatum, vt in his terminis dixit *Rota dec.*564. *num.*2. *par.*2. *& dec.* 102 *num.*5. *par.*4. *recentiorum* Præsertim in hoc supremo Tribunali, quod non solet attendere res iudica-

33 tas, si de earum iniustitia constiterit, *Rot. dec.* 134. *n.* 2. *par.*1. *recent.* Etiam si iniustitia non esset notoria *Cæsar de Graffis dec.*10. *num.*12. *& 13. de re iudic. Rot. d. decis.*134. *num.*3.

Et ita vtraque, &c.

CIVITATIS VETVLÆ DOTIS.

Mercurij 29. *Aprilis* 1643.

ARGVMENTVM.

Dos constituta primo viro licet etiam censeatur constituta quoque secundo viro, itaut si vir secundus administrauerit bona extradotalia præsumatur de sua dote sibi satisfecisse, tamen id non procedit, quando dictus secundus vir ignorauit quantitatem dotis datam primo viro, quæ tamen ignorantia non præsumitur in viro sagaci, & industrioso, & præsertim cum in hoc soleant esse solliciti, mariti

ad

adſcientiam quantitatem dotis. Hæres quendo dicatur particularis.

S V M M A R I V M.

1 *Dos conſtituta primo viro cenſetur duta quoque ſecundo, limita num. 3.*

2 *Maritus ſi adminiſtrauerit bona extrudutalia vxoris præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de ſua dote.*

4 *Maritus quando eſt ſagax, & induſtroſus non eſt veriſimile, quod per longum tempus non inueſtigaueri quantitatem dotis ſibi promiſſa.*

5 *Maritus quilbet ſolet eſſe valde ſollicitus in inueſtigandu quantitate dotis, eoque magis dum adminiſtrat bonu extradotalia vxoris, in quibus nullum habet intereſſe.*

6 *Maritus dum eſt informatus de bonis extradotalibu vxoris multo magis cenſetur informutus de bonis dotalibus, quorum fructus ad eum ſpectunt.*

7 *Igneruntia dum eſt iuſtu, & prububilis exenſat, ſecus vero ſi ſit craſſu, & ſupina.*

8 *Fructus bonorum extru dotalium, quandu ſpectant ad maritum, tunc ceſſat præſumptio, quod maritus ſibi ſatisfacerit de ſua dote.*

9 *Fructus bonorum extradotalium, quando de voluntate vxoris pereipiuntur à marito, & fuerunt conſumpti in eius vtilitutem, vel communem vſum, tunc ceſſat præſumptio ſatisfactionis dotis.*

10 *Secus vero, ſi ad huc extent, & maritus ſuctus fuit locupletior.*

11 *Fructus Bonorum extradotalium maritus non lucratur, ſed omninò reſtituendi ſunt vxori, vel hæredibus eius.*

12 *Debitor ſi ſit inſtitutus hæres vniuerſalis à creditore tunc actiones remanent confuſa, & extincta.*

13 *Limitu ſi fuerit tantum hæres particularis, & legatarius.*

14 *Inſtitutio generalis quandu reſtringitur ad certa bonu particularia, non ideo dicitur hæres generalis, ſed particularis.*

15 *Inſtitutio ſemper reputatur particularis, ſi non ſit de integru hæreditate, vel quota.*

16 *Inſtitutus in re certa bene colligitur, quod ſit hæres particularis, ſi poſtea alius hæres vniuerſalis ſuerit nominatus.*

17 *Hæres vniuerſalis, quando eſt inſtitutus procul dubio inſtitutus in re certa remanet particularis, & legatarius.*

18 *Inſtitutus in re certa particulari, tunc habetur pro hærede, quando alius hæres vniuerſalis non fuit datus, vel datus deficit.*

19 *Inſtitutum in re certa particulari non dato alio hærede vniuerſali tota hæreditas deſertur per ius accreſcendi, ne hæreditas ſtet in ſuſpenſo.*

20 *Teſtator non poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere.*

21 *Inſtitutus in re certa particulari, ſemper remanet hæres particularis dato vniuerſali hærede.*

DECISIO XCVIII.

1 ITerum placuit DD. responeere pro confirmatione
ſententiæ Rotalis ex iiſdem fundamentis, cum
enim negari non poſſit Io: Philippo peimo viro;
dotis nomine, vltra ſcuta 900. in mobilibus, ſtabilibus,
& lapidibus pretioſis, ſoluta fuiſſe per Veronicam
ſcuta 300. conſtituentia in totum ſcuta 1200.
eademque ex præſumptione *l. dotem 31. & l. Dinus
41. ff. de iur. dot.* fuiſſe tradita Marino ſecundo viro;
vtique hæredes illius tenetur ad reſtitutionem cum
2 ex adminiſtratione bonorum extradotalium, ipſe
præſumatur ſibi de ſua Dote ſatisfeciſſe, vt latiſſimè
firmatum fuit in deciſione huius cauſæ emanata
*17. Martij 1642. coram Reuerendiſſimo Domino meo Dunozetto Decano verſ. quod autem, & in alia 27. Februarij
præteriti coram me verſ. ſolutio vero.*

Et licet hæc concluſio limitetur, quando ſecun-
3 dus vir ignorat quantitatem dotis primo viro traditam,
iuxa diſtinctionem *Ruini* communiter receptam
in rubr. ff. ſol. matr. num. 207. quem refert, &
ſequitur *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. nu. 43.*
huiuſmodi tamen ignorantia non poteſt allegari à
Marito, cum matrimonium inter ipſum, & Veronicam
durauerit per quindecim annos, & vltra, ipſeque
eſſet Phyſicus, vir ſagax, & induſtrioſus, vt deponunt
Teſtes; veriſimile enim non eſt, eum fuiſſe
adeo ſupinum, & negligentem, vt tanto tempore,
4 quo habuit vxorem, & ſubſtinuit onera matrimonij,
nunquam inueſtigauerit dotem primo viro traditam
ſibique debitam, de quo quilibet ſolet eſſe
5 valde ſollicitus, eoque magis dum adminiſtrauit
bona extradotalia Veronicæ, vndè ſicut ex eorum
adminiſtratione notas habuit facultates extradotales
mulieris, in quibus nullum habebat intereſſe,
*Honded. conſ. 66. num. 88. lib. 1. Rot. in Bonon. denegationis
audientiæ 24. Nouembris 1636. coram Reuerendiſſimo
Domino meo Decano*, multo magis præſumi debet in-
6 formatus de bonis dotalibus, quorum fructus ad
ipſum ſpectabant *l. dotis fructum ff. de iur. dot. l. pro oneribus
Cod. eodem*, & in quibus agebatur de proprio intereſſe
ad tradita *in l. quamquam ff. ad Vellian.* limitatio
autem ſuperius adducta recipitur ſolum, quando
ignorantia eſt probabilis, ac iuſta, ſecus vbi craſſa
eſt, & ſupina: tunc enim non excuſat *Romana conſ.
340. in fine Aretina conſ. 15. pariter in fine Ruland. conſ.
59 num. 21. lib. 4. Rot. coram bon. mem. Burutto deciſione
134. num. 7.*

Non obſtat fructus bonorum extradotalium ſpectare
ad maritum, ideoque non ceſſiſſe in dotis ſa-
8 tisfactionem; hoc enim procedit, vbi fructus de voluntate
vxoris à marito percepti, fuerunt conſum-
9 pti in eius vtilitatem, vel in comunes vſus ad honorem
matrimonij, & communium liberorum, ſecus
quando, prout hic, adhuc extant, exeiſque maritus
fuit effectus locupletior, emendo decemſeptem loca
10 montium aliaque ad ſui fauorem, vt apparet ex datis
in Summario Veronicæ numero 7. Hos enim maritus
11 non lucratur, ſed omninò reſtituendi ſunt vxori,
vel eius hæredibus, vt deſtinguendo tradunt *Bart. in
l. penult. in princ. ff. ad l. falcidiu, Bald. conſ. 276. in fin. lib.
3. Socin. ſen. conſ. 82. ſub num. 8. poſt med. verſ. circa primum
caſum lib. 4. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.
9. num. 6. lat. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 7. n.
18. Theſaur. deciſione 187. numero 3 Vrſell. ad afflict. dec.
44. num. 7.*

Minuſque iuſtificatur alterum ſuppoſitum, in quo
hodie valdè inſiſtebant informantes pro altera parte
Veronicam ſcilicet fuiſſe inſtitutam hæredem vni-
12 uerſalem, indeque actiones fuiſſe confuſas, &
extinctas *per text. in l. debitori C. de pact.* quia vt aduertebatur
in alia *deciſ. coram me verſ. quatenus verò*
Veronica fuit ſolum inſtituta hæres in certis bonis
ſitis in Ciuitate Vetula; vndè dici non poteſt
hæres vniuerſalis, ſed particularis, ſeù legataria ex
adductis *per DD. in l quoties C. de hæred. Inſtit.* cuius
actiones non confunduntur, nec extinguuntur, vt
probat *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 7. numero
53. cum alijs in d. deciſ. adductis verſ. quatenus
verò.*

Nec contrarium ſuadent verba vniuerſalia, quibus
inſtitutio concipitur ibi, *& in his omnibus, &
alijs bonis in Ciuitate Vetula ad ipſum ſpectan. hæredem
inſtituit vniuerſalem*; cum enim hæc vniuerſalis
inſtitutio fuerit reſtricta ad bona certi loci, ne-

pè

14 tè Ciuitatis Vetulæ, non ideo desijt esse particularis, vt probat *text. in l. vbi autem §. illud ibi si qui vinum, aut oleum, vel triticum, quod in Horreo est stipulatur certum stipulari intelligitur ff. de verb. oblig.*
15 sufficit enim institutionem non esse de integra, aut de quota hæreditatis, vt semper reputetur particularis, & de re certa, *DD. omnes in d. l. quoties C. de hæred. instit. Bald. in l. cum à matre num. 5. vers. aduerte C. de rei vindic. Alex. cons. 175. in princ. & nu. 1. lib. 6. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 8. num. 13. vers. vt autem cum seqq.*

16 Idque sine difficultate, cum subsequuta fuerit hæredis vniuersalis institutio ad fauorem alterius, ibi, *in omnibus autem suis bonis mobilibus, stabilibus, se mouentibus, iuribus, actionibus, vbicumque vndecumque, & qualitercumque ad ipsum Testatorem spectan. exceptis bonis Ciuitatis Vetula relictis supradicta Veronica hæredes suas vniuersales instituit, & ore proprio nominauit Dominicum Stephani, & Catherinum*
17 *Augustini*, quando enim alter est institutus vniuersalis hæres proculdubio institutus in re certa remanet particularis, & Legatarius, vt distinguendo tradunt *Alex. in d. l. quoties sub num. 5. vers. quod videtur intelligendum ibique Alberic. num. 3. vers. si vero instituit Molin. de primog. Hispan. d. lib. 1. cap. 14 num. 8. vers. aut institutus fuit Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 18. sub num. 5. §. 11. in vers. moda alius Menoch. de adipisc. rem. 4. quæst. 19. & 20. Crass. in § hæreditas quæst. 7. num. 7. Franc. dec. 285. num 3. & 4. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 224. n. 18.*

18 Et proindè non aduersantur, *Bertrand. cons. 808. lib. 8. nec Bellon. de Iur. accrescen. cap. 7. qu. 10. num. 2. cum seqq.* probantes institutum in re certa reputari hæredem vniuersalem, loquuntur enim quando nullus alius datus est hæres vniuersalis, vel datus deficit, quo casu ne hæreditas remaneat in suspenso, vel
19 defunctus partim remaneat Testatus, partim intestatus, tota hæreditas per Ius accrescendi defertur ad institutum in re certa, vt claris verbis docet *Bellon. vbi sup. in princ.* secùs verò, alio dato vniuersali
20 hærede, nunc hæreditas non est in suspenso, nec defunctus remanet pro parte intestatus, cum integra hæreditas deueniat ad hæredem vniuersalem, ideoque non recedendum a communi conclusione supra
21 firmata; sed sic institutus semper remanet hæres particularis, vt probant omnes supra Adducti, & optimè explicat *Surd. cons. 439. num. 18. cum seqq.*

Quæ repetebantur ad inducendam compensationem cum legato DD. non habuerunt in consideratione, cum abundè fuerint sublata in alijs decisionibus huius causæ adeòut superuacaneum sit illis denuò respondere.

Et ita vtraque &c.

PERVSINA OBLATIONVM.

Luna 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Ecclesia quæ non vult stare locationi, tenetur ad restitutionem omnium perceptorum ex illo contractu, probata versione in eius vtilitatem, & quæ probatio sufficiat ad hunc effectum?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia si nolit stare locationi debet omnia percepta restituere, ne locupletetur cum aliena iactura.*
2. *Ecclesia præcæteris Iustitiam colit, & pietatem profitetur.*
3 *Solutio, & consignatio facta particularibus Monacis non præiudicat Monasterio, vel Ecclesiæ.*
4 *Mandatum sufficiens ad exigendum præsumitur in ministro, qui publicè, & palam patiente Domino exegit.*
5 *Ministri Monacorum dum continuarunt per plures Annos in exactione sub oculis superiorum, præsumitur eos habuisse sufficiens mandatum, & facultatem.*
6 *Versio in vtilitatem Monasterij satis probata dicitur dum probatur res in illud fuisse introductas.*
7 *Frumentum comparatum à seruo ad familiam alendam satis dicitur in vtilitatem Domini conuersum, si in orreum fuit inductum.*
8 *Versio in vtilitatem recipientis non probatur ex sola perceptione, nisi specialiter constet in quam causam versa fuerit.*
9 *Limita hoc tantum procedere in contractu gesto cum minore.*
10 *Ecclesia non præsumitur perperam iactare recepta, cum regatur à viris timoratæ conscientiæ, & prudentiæ, sed in vsus necessarios conuertere.*
11 *Probatio præsumptiua non suffragatur ad iustificandam versionem.*
12 *Limita nisi coniecturæ essent vehementes, & efficaces.*
13 *Pecunia recepta ex contractu inito cum Monacis, & Capitulo, præsumitur versa in vtilitatem Ecclesiæ.*
14 *Coniectura sufficiunt ad probandam versionem in vtilitatem Ecclesiæ.*
15 *Contrahens non tenetur esse sollicitus de versione in vtilitatem Ecclesiæ, vbi sumus in contractu non ex necessitate, sed necessariè gesto.*
16 *Limita nisi contractus fuerit ab initio nullus, siue voluntarius, siue necessarius fuerit.*
17 *Qua limitatio procedit tantummodo si cum minore fuerit contractum.*
18 *Secus autem cum Ecclesia voluntariè contrahit.*
19 *Contrahens cum minore grauatur onere probandi concludentissimè versionem in eius vtilitatem.*
20 *Ecclesia tenetur ad restitutionem perceptorum ex contractu voluntariè gesto etiam versione in eius vtilitatem concludenter non probata, & seq.*
21 *Probatio desumpta ex solito plurium Annorum dicitur sufficiens ad iustificationem quantitatis.*
23 *Conuentio facta in contractu iusta præsumitur, donec contrarium probetur.*
24 *Contractus locationis præsumitur esse vtilis, cum à communiter accidentibus conductores multum lucrari soleant.*
25 *Contrahentes non solent esse fatui in conducendo bona, vt perdant.*

DECISIO XCIX.

NOn acquiescentibus Monacis Oliuetanis resolutioni factæ *coram bo. me. Merlino Decano sub die 10. Februarij 1642.* à me in eius locum suffecto extensæ in ea parte in qua dictum fuit ipsos teneri restituere Thimoteo oblationes perceptas ad annuam rationem scut. quinquaginta; proposita iterum causa, DD. decisionem confirmarunt.

1 Adhuc enim visum fuit satis probari Monacos percepisse ea, quæ fuerunt oblata iuxta solitum à Christi Fidelibus in die festo S. Antonij, ac proinde omnem Iustitiam, & æquitatem exposcere, vt dum ipsi ratam habere nolunt locationem in eis factam à Thimoteo, restituant omnia percepta, nè cum aliena iactura locupletentur, quod si generaliter, & indistinctè omnibus vetitum est, *vt l. iure naturæ ff. de reg. iuris & cap. locupletari extra eodem tit.* multò
2 magis obtinet locum in Ecclesia, quæ præcæteris Iustitiam colit, & pietatem profitetur, *cap. vnic. §. sed diuersum de alien. feudi gloss. in l iubemus la. 2. § sanè vers. acquirantur C. de Sacros. Eccl. cum alijs in dec. allegatis.*

Neque obstat contra hoc fundamentum, quod
oblationes fuerint perceptæ à particularibus Mona-
cis, & famulis, non autem à persona legitima, ita-
ut talis perceptio Monasterio præiudicare non pos-
3 sit, cum solutio, & consignatio facta particulari-
bus Monacis, non officiat Monasterio vel Ecclesiæ
*cap. 1. de depos. Bald. in auth. hoc ius porrectum n. 9.
C. de Sacros. Eccles. Crost. dec. 2. de loc. & conduct. Rot.
in Tiburt locationis 5. Decembr. 1597. cor. bo. me. Mer-
lino impress. apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 10.*

Quia præter quamquod de eorum deputatione
deponunt Testes dati in *Summ. præterita positionis*
4 *nu. 1.* sufficiens mandatum præsumitur, tàm ex præ-
cedenti Instrumento conductionis, quàm ex succes-
siua perceptione in executionem d. Instrumenti fa-
cta publicè, & palam a Ministris, videntibus Ab-
bate Celerario, & Monaci, vt pariter deponunt Te-
stes *l. qui patitur ff. mandati Purpur. cons. 140. num. 3.
lib. 1. Natt. cons. 262. circa med.*

5 Iuncta verisimilitudine, quia aliter ministri Mo-
nacorum non continuassent per tot annos in rece-
ptione huiusmodi oblationum sub oculis superiorũ,
nisi habuissent sufficiens mandatum, & facultatem,
vt in his terminis *Dec. cons. 36. num. 8. per tot. & præ-
sertim vers. & talis videtur casus, & facit etiam Gazad.
cons. 11. num. 14. & Grat. discept. 505. per tot.*

Subsistit pariter alterum decisionis fundamentũ,
quod scilicet huiusmodi oblationes versæ fuerint
in vtilitatem Monasterij, dum probatur in illud fuis-
6 se introductas *ad text. in l. 3. §. in rem vers. vnde re-
ctè ff. de in rem vers.* vbi quod frumentum compara-
7 tum à seruo ad familiam alendam, satis dicitur in
vtilitatem Domini versum, si in horreum fuit in-
ductum *gloss. in auth. hoc ius porrectum vers. probat C.
de Sacros. Ecclesijs Ant. Manac. decis. Bonon. 51. num. 4.
& seq. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 256. nu. 6.*

8 Nec dicatur quod versio in vtilitatem recipien-
tis non probetur ex sola receptione, nisi specialiter
constet in quam causam versæ fuerint, ex authori-
tatibus allegatis.

Placuit enim responsio, huiusmodi conclusio-
nem recipiendam esse in contractu gesto cum mi-
9 nore, qui propter imbecillitatem Iudicij, & intel-
lectus præsumitur recepta malè expendere, ac per-
peram iactare, secus autem in contractu inito cum
10 Ecclesia, quæ cum regatur à Viris probis, ti-
moratæ conscientiæ, & prudentiæ, non præsumi-
tur perperam iactare recepta, sed in vsus necessa-
rios, ac vtiles erogare, saltem donec contrarium
probetur, vt post *Gemin.* & alios Canonistas fir-
mant *Menoch cas. 412. nu 36. Grat. cep. 632. num. 28.
& 18. Surd. cons. 181. num. 42. vers. vltimo non admo-
dum, & num. 46. D. Vrgellen. d. dec. 256. nu. 6.*

11 Et licet posset replicari, hanc esse probationem
præsumptiuam, quæ non suffragatur ad probatio-
nem versionis ex *Signorola cons. 213. num. 2.* quia ta-
12 men coniecturæ sunt admodum vehementes, &
efficaces, agiturque de contractu maturè, ac deli-
beratiuè inito, ac de actibus palam, & publicè ge-
stis, dictum fuit sufficere ad concludentem versio-
nis probationem, vt in hac specie tradit idem *Si-
13 gnorol. dicto numer. 2. vers. his tamen,* vbi quòd inito
contractu cum Monacis, & Capitulo, pecunia indè
recepta præsumitur versa in vtilitatem Ecclesiæ, &
melius *Surd. cons. 181. num 43. vers. sufficit*, vbi quod
14 coniecturæ sufficiunt ad probandam versionem in
vtilitatem Ecclesiæ, idemque tradit *Mant. de tacit.
lib. 8. tit. 14. num. 4. vers. sed diuersa sententiam verior
videtur.*

15 Tertio loco subsistit alterum fundamentum quod
cum simus in contractu voluntariè gesto, & non ex
necessitate, contrahens non tenetur esse sollicitus
de versione, nec adstringitur onere huius probatio-
nis vt firmatur in *dec. vers. nàm quod Manaci.*

16 Licet enim huiusmodi distinctio recipiatur, vbi
contractus ab initio fuit validus; secus verò vbi fuit
ab initio nullus, quasi quod eo casu recedens à con-
tractu, siue fuerit voluntarius, siue necessarius non
teneatur ad restitutionem perceptorum nisi proba-
ta concludenter versione in eius vtilitatem.

Huiusmodi tamen limitationem DD. dixerunt
17 esse amplectendam, vbi fuit actum cum minore,
qui si nulliter contrahit ex causa voluntaria, non
tenetur accepta restituere, ex quo vt superius dictum
est, præsumitur perperam iactasse, & malè perdi-
disse pecuniam ex contractu nullo, quantumuis vo-
luntariè celebrato, receptam.

18 Secus autem in contractu voluntariè gesto cum
Ecclesia cuius ministri ob maturitatem Iudicij, &
ætatis non præsumuntur male versari circa res Ec-
clesiæ, Nec pecunias ab ea receptas in malos vsus
conuertere, idèoque cessat motiuum malæ consum-
ptionis propter quod contrahens cum minore gra-
19 uatur onere probandi concludentissimè versionem
& intrat contraria ratio, vt scilicet non liceat Ec-
clesiam locupletari cum aliena iactura, ex quibus
rationibus Rota sequuta fuit hanc distinctionem, &
20 firmauit Ecclesiam teneri ad restitutionem perce-
ptorum ex causa voluntaria, etiam versione conclu-
denter non probata, vt *in Rom. Censuum de Romu-
lis apud Cenc. dec. 287. & dec. 29. & in Rom. Census
vitalitij apud eundem dec. 463. num. 2.* quod etiam di-
xit *Rot. coram Buratt. dec. 714. numer. 2. vbi allegatur
alia decis. in Treueren. Spolij coram D. Nauarro, aliasq.
que citant, & sequuntur Gratian. cap. 45. num. 34. &
seq. & cap. 576. num. 27. Ant. de Amat. resol. 3. num. 55.
& Surd. dec. 156. num. vlt. vers. vltra quod,* vbi dicit
21 hanc esse veriorem, & magis communem DD. sen-
tentiam.

Quo verò ad quantitatem, ea satis videtur proba-
ta nedum, ex solito tot annorum, vt deponunt Te-
22 stes, quæ est probatio releuans, & sufficiens, vt
tenuit *Rot. coram bo. me. Buratto dec. 173. num. 5. & 6.*
vbi dicitur Rotã sequi passim *dec. Achill. 22. de restit.
23 spoliat.* sed etiam ex conuentione facta in contra-
ctu, pro cuius Iustitia interim præsumitur donec
contrarium probetur, maximè cum sit maturè ce-
lebratus per Abbates, & Monachos, qui præsum-
24 ptione Iuris censetur, & solet esse vtilis, cum à cõ-
muniter accidentibus conductores in huiusmodi cõ-
tractibus multùm lucrentur, vt bene aduertit *Rot.
apud Reuerendiss. Vrgell. dec. 250. nu. 3.* vbi quod ho-
25 mines non solent esse fatui conducendo bona, vt
perdant.

Et ità vtraque parte Informante resolutum fuit.

ROMANA GRANI.

Lunæ 11. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Emptor non præstat pretium rei emptæ immo ei de-
bentur damna, & interesse aduersus venditorem
constitutum in mora tradendi, stantibus interpella-
tionibus, & quando venditor, qui tenetur ex con-
uentione ad traditionem rei in aliquo certo oppido
dicatur obligationem impleuisse per traditionem
in territorio illius Oppidi?

SVMMARIVM.

1 *Venditor morosus in traditione rei conuincitur stante
protestatione ipsius, quod non tenetur ad consigna-
tionem in certo loco destinato.*

2 *Venditor morosus in traditione rei vendita debitis loco, & tempore non est audiendus in petitione pretij.*

3 *Immo est condemnandus ad omnia damna, & interesse passa ab Emptore ob non factam consignationem in tempore.*

4 *Ciuitatis appellatione venit etiam illius comitatus, & territorium.*

5 *Qualitates, qua sub vnica verborum structura continentur, & ab eodem verbo reguntur debent impleri vnico actu, & sunt verificanda de tempore verbi.*

6 *Verbum vnum plura determinas debet aqualiter omnia determinare.*

7 *Ciuitatis, vel loci nomen, quando fuit expressum in genitiuo, vel alio casu absque dictione in comprahendit etiam comitatum, & territorium.*

8 *Legatum frumenti existentis Papia Florentia &c. comprahendit etiam frumentum existentem in earum territorijs, & suburbijs.*

9 *Ciuitatis, vel loci nomen quando fuit expressum in ablatiuo cum prapositione, in, coarctas amplitudinem illius nominis, & dispositionem restringit ad locum expressum, nec comprahendit territorium.*

10 *Ciuitatis mentio vbi est facta cum prapositione, in, excluduntur ea, qua sita sunt in suburbijs.*

11 *Opus factum in ripa Fluminis non dicitur factum in flumine.*

12 *Fluminis appellatione comprahenditur etiam Ripa.*

13 *Insultans in Pertica domus non incurrit panas comminatas insultanti in domo.*

14 *Probibitio. ne ostium, vel fenestra fiat in muro non extenditur ad fenestram, qua fieret in tecto supra murum.*

15 *Promissio duorum, qua eodem tempore expleri non possunt, maximè vbi agitur de euitanda contrarietate, relatio ad vtrunque fieri non debet.*

16 *Oratio, licet sub vnico verborum contextu concepta non censetur vna sed duplex, neque vnica, sed plures, & diuersa dispositiones reputantur.*

17 *Nouatio obligationis prius facta de consignanda re vendita in certo loco non censetur inducta per ordinem Venditoris ab emptore acceptatum, in quo pracisus locus non adijcitur, quando ille emanauit in executionem Apocha & promissorum in ea.*

18 *Obseruantia seu consuetudo non suffragatur nisi ostendatur ita fuisse obseruatum in casu, in quo concurrebant aedem circumstantia ad vnguem*

19 *Obseruantia tollitur ex eoquod aliquando fuerit praticatum contrarium, etiam per vnicum actum.*

DECISIO C.

PEr sententiam A. C. fuerat condemnatus Petrus
Nerlius ad solutionem scutorum 597 1. pro resi-
duo pretij Rubrorum bis mille frumenti sibi ven-
diti à fratre Carolo Aldobraudino, tunc temporis
prælactæ Religionis Hierosolymitanæ ad S. D. N.
oratore, vna eum Cambijs ad rationem octo pro
Centenario; sed quia ex pluribus interpellationibus
tam Romæ contra d. oratorem, qui frumentũ vẽ-
diderat, quam in partibus contra Falsacappam, qui
habebat ordinem ad consignandum, & ex sepius
declarata prætentione quod, frumentum non erat
1 consignandum in Oppido Montisalati, sed inhor-
reis, & conditorijs, in quibus recondebatur. con-
stitit venditorem fuisse morosum in traditione rei
venditæ, & implemento promissorum Rot. in gra-
du appellationis censuit sententiam A.C. esse infir-
2 mandam, quia venditor morosus in traditione rei
venditæ loco, & tempore nedum non est audiendus
in petitione prætij, *l. Iulianus 14. § offerri, & l. exempto ff. de action. Empt. Surd. cons. 36. num. 9. Osasch. dec. Pedemon. 50. num. 90. Rot. in rec. dec. 33. per tot. 1. & dec. 19. num. 2. part. 3.*, sed insuper est condemnandus ad
3 omnia damna, & interesse passa ab Emptore, ob
non factam consignationem in tempore, *per text. clarum in l. Datio §. si per venditorem ff. de action. empt.* cum pluribus adductis in alia decisione *diei 13. Nouembris 1641. coram me*, quam hodie ex ijsdem fundamentis Domini confirmarunt.

Licet enim hodiè scribentes pro Domino Oratore valdè institerint super defectu interpellationũ, prætensio tamen nullo nititur fundamento, quia ex datis *in Summ. Nerlij* clarè apparet nedum semel, aut bis, sed quinquies, & sexies iudicialiter fuisse interpellatum venditorem, eiusque mandatarium ad tradendum, & consignandum. Primò enim Scarlattus Nerlij mandatarius, non reperto Falsacappa in loco Motisalati, ad quem directus erat ordo venditoris, adiuit eum commorantẽ Corneti. & sub die 20. Martij eum interpellauit ad consignandum frumentum, Falsacappa autem respondit se illud consignaturum in foueis, & puteis, in quibus recondebantur prout in notula, quam exhibuit Secundò, sub die 24. eiusdem mensis, Nerlius monitus à Scarlatto de huiusmodi prætentione Falsacappæ, iudicialiter hic in Vrbe protestatis fuit de renitentia venditoris, & declarauit frumentum non aliter esse consignandum ex forma conuentionis, quam in Oppido Montisalati. Tertiò sub die 30 sequen. commorante adhuc Scarlatto in dicto Oppido, iterum Nerlius hic in Vrbe protestatus fuit contra venditorem de omni damno, & interesse obuenturis ex mora consignandi, quam protestationẽ monitus adhuc de contumacia Falsacappæ, iterum quarta vice repetijt sub die 31. eiusdem. Quintò sub die 2. Aprilis, cum Falsacappa Montaltum adiuisset, Scarlattus eum iudicialiter requisiuit ad tradendum ibi frumentum non autem in horreis descriptis in notula. Sextò, demum sub die 3. eiusdem Scarlattus iterum requisiuit Falsacappam, ipse autem perseuerauit in sua prætensione consignandi frumentum sparsum in conditorijs aliorum locorũ, vndè de sufficientia interpellationum ex parte emptoris, & de renitentia ex parte venditoris, non est amplius hæsitandum.

Non releuat Primò, quod promissio cantet de
consignatione facienda *in Montalto*, ibi *per consegnarle in Montalto*, non expresso nomine terræ, vel Oppi-
di, cuius appellatione venit etiam comitatus, &
4 territorium iuxta Theoricam *Barts. in l. 1. §. cum verbis n. 1. ff. de offic. Præfecti Vrb. & in l. 2. nu. 2. & 3. ff. de verb. significat. cum plu. per Rot. in Romana Legati 24. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Royas*, adeovt propterea ex intentione partium promissio non videatur restringenda ad consignationem faciendam in Oppido, sed extendenda etiam extra Oppidum ad loca sita intra comitatum, & territorium, illiusque oras maritimas, cum præsertim consignandum esset frumentum bonæ qualitatis liberum ab omni, dario, & expeditum ad Velam, ibi, *buono, e mercantile, franco di tratta, espedito alla vela*, quæ tamen expeditio ad velam non erat exequibilis intra Oppidum, ad quod Naues appellare non possunt; Vndè cum respectu huius qualitatis implementum non esset passibile intra Oppidum, eo facilius argui licet, contrahentes intelexisse de consignatione facienda in littore maris, vbi consignatio cum omnibus hisce qualitatibus vnico actu poterat expediri, omnia enim hæc concernuntur sub vnica oratione, &

ſtructurâ verborum,& reguntur ab eodem verbo *con-*
ſegnarete,ideoque ſcindi non poſſunt, & ſeparari in
diuerſas partes, itaut conſignatio prius ſit facienda
in oppidio, poſtmodum vero expeditio ad velam
5 in littore maris, ſed omnia impleri debent vnico
actu, & eodem tempore conſignationis, quia
omnes qualitates verificandæ ſunt de tempore verbi
l.2.& 3.ff.de aur. & argent. Legato l. in delictis, §. ſi ex
tranens, ff.de noxal. act. l. litias ff. de militar. Teſtam. &
6 vnum verbum plura determinans debet æqualiter
omnia determinare, ad tradita *in l.fin. vbi Bart. C. de*
ſent.& interlocutor. omni. Iudic.)

Fuit enim reſponſum, Theoricam Bartholi procedere,quando nomen Ciuitatis, & loci fuit expreſ-
7 ſum in genitiuo, vel alio caſu, abſque dictione in
quibus terminis loquitur deciſio, & cæteri in ea
cumulati, exemplificantes in legato frumenti exi-
ſtentis Papiæ, Florentiæ, vel Perusiæ;tunc enim diſ-
poſitio non reſtringitur ad locum præciſum Ciui-
tatis,ſed capit etiam frumentum exiſtens in ſubur-
bis,& territorio;ſecus vbi de Ciuitate, vel alio loco
9 facta fuit mentio in ablatiuo cum præpoſitione *in*
hæc enim vbi adijcitur nomini ſignificanti locum *in*
ablatiuo,coarctat amplitudinem illius nominis, ad
eoqua reſtringit diſpoſitionem ad locum expreſſum,
vt non comprehendat extrinſecum, nec capiat actus
explendos in conniciuis propè, vel extra vt diſtin-
guendo tradunt *Bart. in l.Gallus, §. ille caſus numero*
2.verſ.ſecundo caſu,ibique Alex.num.15.verſ.Addo Iaſ.
num.21.cum.ſeq.ff.de liber, & poſthum. Menoch. de præ-
ſumpt.lib.4.præſumpt.126.num.5. vbi quod quando
10 de Ciuitate facta eſt mentio cum præpoſitione *in*
excluduntur ea, quæ ſita ſunt in ſuburbijs, & ideò
Vlpianus in *l 1. §. in publico flamine ff. de flumin.* de-
creuit factum in Ripa fluminis, non dici factum in
11 flumine, licet alias appellatione fluminis compre-
12 hendatur etiam Ripa, idemque tradit *Bald. in ru-*
*bric.ff.ſolut.matrim.n.3.*vbi quod inſultans in porti-
cu domus non incurrit pœnas comminatas inſul-
13 tanti in Domo, idemque tradunt *Alexander conſ.*
22.n.8.lib.4 Soccin.ſen.conſ.211. num.4.Rot. Bononien.
diuerſ.dec.97. n.3. & 4.cum ſeq. vbi quod prohibitio
14 nè oſtium,vel feneſtra fiat in muro proprio, non
extenditur ad feneſtram, quæ fieret in tecto ſupra
murum,cum iuribus, quos refert, & ſequitur *Gra-*
tian.diſcept.foreuſ.cap 400 n.60.cum ſeq.

Ideo nihil eſt curandum, quod ſub eadem oratione, & ſtructura verborum fuerit promiſſum frumentum expeditum ad Velam, quia cum ex hactenus dictis conſignatio fuerit decreta in oppido Môtiſalti, verba illa, *ſpedito alla vela*, non ſunt referenda ad tempus, & actum conſignationis, nè incontinenti inducatur correctio, & mutatio loci iam ſtabiliti, & deſtinati, contra regulam *l. non ad ea ff. de condit.& demonſtr.*ſed referenda ſunt ad remotionem impedimentorum quæ ſequuta, & perfecta conſignatione,etiam oriri potuiſſent ante actualem, onerationem in Nauibus, vbi autem ſunt promiſſa,
15 duo,quæ eodem tempore expleri non poſſunt, &
quod plus eſt, vbi agitur de euitanda contrarietate,
& inducenda diſpoſitione contraria volutati, con-
trahentis,relatio fieri non debet ad tradita *per Bart.*
& alios in l.talis ſcriptura degat. 1. Menoch. conſ. 115.
n.14.& præſumpt.181.n.2.lib.4.Surd. conſ.421. an.65.
& 66.in fin Rot. in rec.dec.44.n.7. par.7. & ſolus con-
16 textus verborum non ſufficit, quia ex diuerſitate
promiſſorum oratio non cenſetur vna, ſed duplex,
nec vnica, ſed plures, & diuerſæ diſpoſitiones re-
putantur, vt eleganter, & ſubtiliter diſtingendo,
tradit *Bart. in l.3,§.filias n.3. ff. de liber. & poſth. Rot.*
in recentior. deciſ. num. 23. & 24. parte quinta.

Minus ſecundò releuat ordinem directum falſacappæ à Nerlio acceptatum, & à Scalatto eius miniſtro falſacappæ exhibitum loqui ſimpliciter de conſignatione rubrorum bis mille, nullo adiecto præciſo loco loci, proinde videtur ſatisfactum ex oblatione conſignandi frumentum in littore maris, quia cum ordo emanauerit in executionem præcedentis obligationis, & implementũ promiſſorum in Apoca,nec fuit in ea expreſſus contrarius locus,non cenſetur receſſum à primæua obligatione conſi-
17 gnandi intra oppidum,nec inducta nouatio, vt ad-
monuit *Bart. in l. ſingularia num. 10. verſ. quandoque*
procedit ff.ſi certo per.Capb.conſ.351. num. 23.cum ſeq.
quos refert, & ſequitur Surd.conſ.375.n.151

Super allatis fidibus mercatorum Domini noluerunt inſiſtere, quia præterquam quod conquaſſantur à fidibus contrarijs exhibitis pro parte Nerlij ex ijs non videtur probata prætenſa obſeruantia. Tùm quia non deponunt ita fuiſſe obſeruatum cum his circumſtantijs, quando ſcilicet non fuit oblatum totale intereſſe expenſarum, itineris, & periculi,obſeruantia autem, ſeù conſuetudo non ſuffra-
gatur, niſi oſtendatur in caſu, in quo concurre-
18 bant eædem circumſtantiæ ad vnguem *Menoch.conſ.*
684 num.28.verſ.Et præterea Surd.dec.131.an.8. Card.
Mantic.dec.284.n.7.Card.Caual.dec.172. an.5. & latè
in Peruſina ſucceſſionis de Alphanis coram Reuerendiſſi-
ſimo D.meo Decano, quæ eſt dec. 264. n. 28. & 29.par.
6.rec. Tum quia ex Teſtibus probatur quoſdam
mercatores lucenſes noluiſſe ex ſimili conuentione
recipere frumentum in foueis; ſed in loco Montiſ-
alti; Probatio verò obſeruantiæ tollitur ex eo,
19 quod aliquando fuerit practicatum contrarium,
etiam per vnicum actum *iuxta Doctrinam Bart. in l.*
ſemper in ſtipulantibus in fin.de regul.iur.quam probauit
Rot.coram Gregor.deciſ.162.num.9.vbi Add.num.15.

Quæ repetuntur de oblatione vehendi frumentum ad oppidum Montiſalti ſumptibus emptoris, fuerunt abundè ſublata in alia *deciſione in §.Minus viſum fuit cum duobus ſeqq.*vbi pluribus auctoritatibus firmatum fuit, ad hunc effectum non ſufficere oblationem expenſarum pro vecturis, ſed debuiſſe offerri totale intereſſe periculi, & lucri ceſſantis.

Et ita vtraque,&c.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Luna 11.Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Mandatum ad aliquid vendendum, quando quis ſuſcepit,& probata fuerit venditio per eum facta, & pretio habito empta fuerunt tot loca montium, tunc ille tenetur reddere dicta loca, cum fructibus inde præceptis, & quatenus non inueſtiuerit dictum pretium, tenetur domino ad intereſſe, & ſic ad id, quod percipi potuiſſet Teſtes quatenus recognoſcant ſcripturam manu alicuius fuiſſe conſcriptam?

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad aliquid faciendum bene probatur ex inſtrumento procura.*
2 *Venditio equi probatur ex partita extracta libri gabellariorum.*
3 *Epiſtola plenè probat contra ſcribentem.*
4 *Epiſtola,vt probet contra ſcribentem debet recognoſci.*
5 *Procurator, qui ex pecunijs cxactis emit rem fructiferam tenetur illam vna cum fructibus domino reſtituere.*

6 *Pro-*

6 *Procurator, qui ex pecunijs domini asseruit se emisse rem fructiferam, licet non emerit, tenetur ad restitutionem pretij, & interesse fructuum, qui percepti fuissent, si illam emisset.*
7 *Recognitio scripturæ, quod scilicet illa fuerit manu alicuius conscripta fieri debet per testes, qui fuerint præsentes.*
8 *Hoc tamen non exigitur in recognitione literæ missiuæ cum satis sit testes deponere se habere notam manum scribentis.*
9 *Referens continens perfectam orationem, & certam confessionem eius de quo quæritur probat etiam sine relato, & n. 10.*
11 *Numerus pluralis duo saltem concludit.*

DECISIO CI.

ANno 1630. D. Episcopus Pacten. discessurus ab
Vrbe, constituit suum Procuratorem Abbatem
Paulum de Angelis ad exigendum quamcumque
pecuniarum summam, & de exactis quietandum, &
in specie ad vendendum currum, & Equos, quos Romæ
relinquebat *Summ. Episcopi num. 1.* in quorum
exequutionem, absente iam Episcopo, Idem Abbas
qui onus mandati susceperat per literas missiuas
certiorauit Episcopum de venditione equorum, &
currus cum subsequutoinuestimento pretij in locis
Montium, sed renuente postmodum Abbate restituere
Episcopo tàm literas patentes locorum montium,
quam illorum fructus, fuit datum dubium,
An Domino Episcopo sint restituenda per Abbatem
loca montium cum fructibus? Et affirmatiuè
resolutum.

Extrema enim necessaria ad huiusmodi restitutionem,
seu condemnationem sufficientèr probau-
1 tur, quia præcedens mandatum cum facultate vendendi
equos, & currum, probatur ex instrumento
procuræ rogato per Notarium publicum dato *in
Summ. Episcopi nu. 1.* subsequens verò venditio cum
2 inuestimento pecuniarum in locis montium probatur
nedum ex partita libri Gabellariorum, ex qua
venditio probatur adnotata *in authentica ad hæc, C.
de fid. Instrum. Bart. in l. quadam, §. nummularios numer. 3. in fin. ff. de eden. cum pluribus per Rotam in Romana,
seù Ianuen locorum montium 1. Martij 1641.
coram R. P. D. meo Royas confirmata sub die 26. Februarij
1643. coram R. P. D. meo Meltio*, sed Clarius
3 ex confessione Abbatis in Epistola ad Episcopum
transmissa, ibi, *D'intorno poi à luoghi de monti compri
della vendita di Carrozza, e Caualli ne hò scritto
4 più à longo per la mia vltima*; quæ cum sit sufficienter
recognita, plenè probat contra scribentem, *l. publica
§. fin. vbi Bart. ff. de posit. Ias. in l. admonendi in
repetit. n. 139. & seqq. ibique Rip. nu. 133. ff. de iur. iur.
Menoch. de arbitr. Iudic. cons. 94. num. 9. Rot. coram
5 Card. Seraph. dec. 996. num. 1.* Vnde aut vera sunt quæ
in Epistola enunciantur, & procul dubio Abbas tenetur
ad restitutionem locorum cum fructibus in-
6 de perceptis, aut loca montium, empta non fuerunt,
& tenetur pariter ad pretium, & ad interesse
fructuum, qui percepti fuissent, si loca montium,
prout asseruit, æmisset *l. idemque §. procurator, & ibi
DD. ff. mandat. Honded. cons. 82. n. 19. cum tribus seqq.
lib. 2. Rot. in Romana de Ceulis 25. Iunij 1601. & 26.
pariter Iunij 1602. coram Penia, & in Romana pecuniaria
16. Iunij 1624. & 2. Februarij 1625. coram bon.
mem. Remboldo.*

Nec obstat primo defectus sufficientis recogni-
7 tionis manus, ex eo, quod testes non deponant se
fuisse presentes, dum Abbas scripsit Epistolam,
8 Quia cum simus in literis missiuis, in quibus non
solent adhiberi testes, vtique de stylo Curiæ sufficit
recognitio per testes habentes notam manum, vt
testatur *Tiber. in sua praxi lib. 1. cap. 34. nu. 10.* & distinguendo
tradunt *Ruin. cons. 70. num. 4. lib. 4. Rot.
dec. 343. n. 4. par. 1. diuers. & coram bo. me. Buratto decis.
143. num. 28. ibique Add. num. 41. & ex pluribus
relatis in Perusina Dotis 12. Martij 1630. coram Reuerendissimo
D. meo Decano, & in Romana successionis
bonarum 26. Iunij pariter 1630. coram bon. mem. Coccino.*

Secundo non obstat, quod Epistola sit relatiue ad
aliam ibi, *Ne hò scritto più à longo per la mia vltima*
9 Quia cum satis in ea exprimatur equos, & currum
fuisse venditos, & pretium inuestitum in locis montium,
parum releuat, quod enunciet, se alias latius
de hoc scripsisse. Cum enim referens continet
certam, & perfectam orationem, & determinatam
10 confessionem eius, de quo quæritur, probat etiam
sine relato, vt latè contra *Decium tradit Cagnol. in
auth. si quis in aliquo num. 74. C. de eden.* & eleganter
consuluit *Surd. cons. 540. num. 5. Rot. coram Card. Seraph.
decis. 1083. num. 3. & in recent. decis. 24. num. 10.
par. 7.*

Tertiò demum nihil refert, quod Epistola non
exprimat quantitatem pecuniarum, nec locorum
11 numerum. Quia cum loquatur in plurali de locis
montium, duo saltem loca montium empta fuisse
concludit *ad l. vbi numerus, ff. de Testibus Dec. cons.
562. num. 3. Rot. in recent. decis. 709. n. 6. par. 1. & in
Bonon. fideicommissi 14. Decembris 1636. coram bo. me.
Montmanno.*

Et ita reiectis ijs, quæ obijciebantur contra personas,
& dicta Testium, tanquam nullius ponderis,
resolutum fuit, vtraque parte informante. Abbatem
teneri ad restitutionem duorum locorum montium
vna cum fructibus.

LAVDEN. IVRISPATRONATVS.

veneris 21. May 1943.

ARGVMENTVM.

Beneficium Iurispatronatus, quando sumus in dubio, an sit gentilitium, mixtum, vel hæreditarium, tunc præsumendum venit esse hæreditarium, cum hoc sit conforme Iuri communi, & naturæ iurispatronatus, & maximè, quando super hoc concurrunt præsentationes tanquam de hæreditario factæ.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus in dubio semper censetur hæreditarium, & transitorium ad quoscumque hæredes.*
2 *Iuspatronatus præsumitur hæreditarium, nisi contrarium doceatur ex tenore fundationis.*
3 *Iuspatronatus, cuius qualitatis sit ex effectuatis præsentationibus, scilicet à quibus personis, & de quibus fuerint facta inspiciendum venit.*
4 *Iuspatronatus idem respectu vnius non potest censeri hæreditarium, & respectu alterius gentilitium.*
5 *Qualitates gentilitia, & hæreditaria in eodem iurepatronatu non possunt concurrere, cum vna destruat aliam.*
6 *Ad iuspatronatus, quoties admittuntur descendentes ex fœminis, vel extranei cessat qualitas gentilitia, vel mixta.*
7 *Iuspatronatus gentilitium, vel mixtum extraneos non admittit.*
Iuspatronatus mixtum vtramque qualitatem admittit, scilicet sanguinis, & hæredis num. 7.
8 *Iuspatronatus pernecesse dicendum est hæreditarium quando extranei fuerunt admissi ad præsentandum.*
9 *In iurepatronatus qualitas hæreditaria est magis consen-*

sentanea iuri communi, & natura iurispatronatus.
10 *Filij quantumuis præsentauerint ad iuspatronatus non ex hoc tollitur qualitas hæreditaria iurispatronatus dum etiam se ennunciant hæredes, & numer. 11.*
12 *Qualitas filiationis censetur apposita demonstratiue. non autem taxatiue in præsentationibus.*
13 *Iuspatronatus esse hæreditarium in dubio dicendum est, & omnis alia interpretatio dicitur violenta, & num. 14.*
15 *Probationes dubię, & æquiuocæ non sufficiunt ad iustificandam contrariam obseruantiam in iure præsentandi.*
16 *Reo, & possessori sufficit actiones esse affuscatas, & turbidas, & vincere per non ius actoris.*
17 *Vocem vnam habens non potest concurrere cum habente duas, & n. 18.*
19 *In votorum paritate in præsentatis ad iuspatronatus ille est præferendus, qui habet gratificationem à Papa obtentam.*

DECISIO CII.

Decisionem emissam *coram bon. mem. Merlino sub die 14. Iunij 1641.* hodie coram me in illius lo-
1 cum suffecto DD. confirmarunt; Qualitas enim
hæreditaria patronatus, de quo agitur, in quo decisionis totum sistit fundamentum, benè probatur
ex natura Iurispatronatus, quod semper censetur
hæreditarium, & transitorium ad quoscumque etiã
2 extraneos nisi de contrario doceatur ex tenore fundationis, vt disponitur *ex Clem. plures de iurepatr.*
iunctis tribus effectuatis præsentationibus factis ab
habentibus qualitatem hæreditariam, quæ arguunt
3 Iuspatronatus esse hæreditarium, vt dixit *Rot. in recent. dec. 707. num. 6. par. 1. cum alijs cumulatis in decisione, quæ reuidetur vers. postrema præsentatio.*

Obseruantia vero contraria, super qua insistebant informantes pro Alexandro non iustificatur,
licet enim in vacatione anni 1504. præsentauerint
aliqui sub expressionis filiationis, nulla facta mentione qualitatis hæreditariæ, tunc tamen præsentarunt pro portionibus hæreditarijs Albertus Maria,
& Ardisius à Canibus fratres de Bisuate hæredes
Catherinæ de Curte hæredis Io. Erasmi ex Capitaneis de Curte, in quibus deficiebat qualitas gentilitia, cum essent prorsus extranei. Vnde cum vnum
4 & idem Iuspatronatus non possit diuersimodè
censeri nec respectu vnius præsentantis esse merè
hæreditarium respectu vero alterius gentilitium,
aut mixtum, cum æqualitates inuicem pugnent,
& vna aliam destruat, præualere debet qualitas
hæreditaria, propter præsentationem factam ab ex-
5 traneis habentibus solam qualitatem hæreditariam,
Roch. de iurep. verbo competens alicui numero 2. Rot. in
6 *recent. d. dec. 707. num. 6. par. 1. & 336. numero pariter 6. par. 5.* Eo enim ipso quod admittuntur descendentes ex fœminis, seu extranei, excluditur qualitas gentilitia, vel mixta, cum hæc extraneos non
7 admittat, sed vtramque qualitatem requirat sanguinis scilicet, & hæredis *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. n. 41. & 42. Rot. post Viuian. de Iurepatr. in ordine 41. num. 21. & in Aquilana Cappella 17. Februarij 1634. coram bon. mem. Piramana.*

Vnde non est curandum, quod eodem anno 1504.
præsentauerint etiam filij, quia cum, vt dictum est
8 eædem præsentationes factæ etiam fuerint ab extraneis, qui in iurepatronatus gentilitio vel mixto non
admittuntur, interpretatio potius sumenda est pro
hæreditario, quæ per necesse resultat ex admissione
9 extraneorum, quàm pro mixto, quæ præsentationem
filiorum non excludit, dummodo sint hæredes, cum
præsertim qualitas hæreditaria sit magis expressa,
& præcisa, ac conformior Iuris communis dispositioni, & naturæ Iuris ptò vt ratiocinatur *Rot. in rec. d. dec. 336. nu. 5. & 6. part. 5. cum alijs in decis. quæ reuiditur vers. non obstat.*

10 Similiter non obstat, quod illi qui præsentarunt
anno 1600. enunciauerint se filios, quia etiam dixerunt se hæredes, & expressio filiationis nõ sufficit
ad probandum contrariam qualitatem; nisi simul
11 doceatur ad fuisse alios hæredes extraneos, ijsq; exclusis solos filios fuisse admissos, vt arguit *Calder. cons. 12. & 15. in fin. de Iurepatr.* quod Rota semper
probauit *in dec. 288. num. 6. par. 5. & in Pistorien. Iurispatr. 9. Febr. 1624. etiam 31. Maij 1628. coram bon. me. Merlino* vbi quod huiusmodi expressio non ap-
12 ponitur taxatiuè, sed demonstratiuè ad ostendendum eos, qui hodie sunt in quasi possessione præsentandi, & coram *Reuerendiss. Vrgellen. decis. 173 num. 2. 3. & 4.*

Prout minus releuat sententia lata de anno 1593.
ab Ordinario Laudensi per duas Rotales coram bo.
me. Decano, & Gypsio in iudicatum transactas, cõfirmata. in qua declaratum fuit Iuspatronatus de
quo agitur spectare dumtaxat ad Luciam Ioannem
Baptistam, & Ioannem Angelum, vtramque qualitatem habentes familiæ scilicet, & hæreditatis cæteros verò illas non habentes, fuisse exclusos: Quia
cum sententia non exprimat exclusionem prætermissorum ex defectu qualitatis, nullaque cogat ne-
13 cessitas ad huiusmodi interpretationem, non est
recedendum a natura Iurispatronatus, cum æquè
bene dici possit fuisse ad fauorem illorum trium
pronunciatum, ex quo erant hæredes, & habebant
14 causam ab illis qui alias præsentauerant, cæteros
verò fuisse exclusos ex quo nec vnquam præsentauerant, nec à præsentantibus causam habebant, &
omnis alia interpretatio est violenta contra naturam scilicet Iurispatronatus, & assistentiam Iuris,
vt supra dictum est.

Præter quod sufficit huiusmodi probationes per
15 necesse non concludere, sed esse æquiuocas, ad hoc
vt ex eis prætensa contraria obseruantia desumi nõ
possit *Aret. cons. 115. num. 3. Rot. dec. 294. num. 6. par. 2. diuers.* & in aliis terminis *coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 173. num. 5. & dec. 336. num. 5. par. 5. rec. sæpius citata*, præsertim contra Oliuerium reum, & possessorem, cui sufficit probationes Actoris esse offu-
16 scatas, & turbidas, & vincere pro non ius illius
ad *trad. in l. fin. C. de rei vindic. Cassad. dec. 2. de except. & alibi passim.*

Firmata autem qualitate hæreditaria, consequẽs
est, vt excluso Alexandro instituatur Oliuerius, tùm
17 quia ille non probat eos à quibus fuit præsentatus
esse hæredes eorum ad quorum fauorem lata fuit
sententia de anno 1593. Tùm quia probata etiam
hac qualitate haberet vnam tantum vocem. Ideòq;
non posset concurrere cum Oliuerio, habente duas
18 voces, alteram Ioannis Baptistæ, mediante præsentatione Christophori Tini filij, & hæredis Camillæ, hæredis vniuersalis dicti Io: Baptistæ, alteram
Luciæ mediante præsentatione Marchionis Vistarini dictæ Luciæ donatarij, vt pluribus firmatur in
vlt. dec. bo. me. Merlini vers. hoc autem isto, Necnon
19 Pauli Mariæ Perretti eiusdem Luciæ filij, & hæredis. Et quatenus vterque vnam tantum vocem haberet adhuc in paritate votorum esset præferendus
Oliuerius propter gratificationem obtentam à Sanctiss. vt præter allegatos in decis. tradunt *Gloss. in c. Ecclesia vestra verba non consenserit post med. versic. in casu isto, & in cap. Venerabilem 34. verb. fauore de elect.*

elect. Fr. Sigismundus à Banonia d. tit. de elect. dub. 42. n.9. vers. vel idem sequitur adductis in Toletana Canonicatus Penitentiariæ 22. Aprilis 1941. cor. me vers. & cessare visa fuit.

Et itá vtraque &c.

PAMPHILONEN. VICARIÆ DE STELLA.

Mercurij 3. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur vbi materia articulata est immaginaria inuerisimilis, & improbabilis, Absque iurepatronatus non possunt laici acquirere in Ecclesia ius nominandi Rectorem, & nominationes factæ alio iure eos non constituunt in quasi possessione nominandi, Immemorabilis quomodo dicatur probata?

SVMMARIVM.

1 *Ius nominandi Rectorem in Ecclesiis vnitis spectat ad eos, quorum Ecclesiis facta est vnio.*

2 *Nominandi Parochum quasi possessio non probatur ex Testibus, & Instrumentis dum non concludunt de aliquo actu coactiuo, & obligatorio.*

3 *Decretum irritans, & clausula sublata, tollunt, & inficiunt omnem possessionem, & quamcumque obseruantiam in contrariam.*

4 *Causa super iure nominandi ad effectum remissoria iudicatur profana, vbi sufficit quod materia sit releuans.*

5 *Immemorabili, vt dicatur derogatum, debet de ea fieri specialis mentio.*

6 *Immemorabilis, si sit immaginaria inuerisimilis, & penitus improbabilis tunc denegatur remissoria ad eam probandam.*

7 *Probatio illa non est expectanda, quæ verisimiliter haberi nequit cum alias partes grauentur tedio, & expensis.*

8 *Ius nominandi laicis non potest competere in Ecclesia sine iurepatronatus.*

9 *Immemorabilis, quando constat de certo initio, impossibile est, quod possit probari.*

10 *Immemorabilis requirit quod initij memoria non extet.*

11 *Nominationes factæ per viam petitionis, & ad preces admissæ non constituunt in quasi possessione nominandi.*

12 *Lis de quo tempore fuerit introducta, id probatur ex tempore datæ commissionis.*

13 *Testes deponentes de immemorabili debent esse ætatis annorum 54. completarum ante motam litem.*

14 *Homines centum annorum, hac nostra ætate, vt experientia demonstrat non reperiuntur.*

15 *Remissoriam Rota non solet concedere attenta inuerisimilitudine, & impossibilitate probationis.*

16 *Commissionis verba attendi debent ad effectum dignoscendi an causa sit eadem, vel diuersa.*

17 *Verbum* Præsentandi *significat etiam nominationem,*

18 *Ratificatio æquiparatur mandato.*

DECISIO CIII.

DEfuncto Ioanne de Munariz Vicario Parochialis Ecclesiæ S. Io: Ciuitatis de Stella, contendere cæperunt super nominatione noui Vicarij Economi & Parochiani eiusdem Ecclesiæ ex vna, & Abbas Monasterij Beatæ Mariæ de Yrace ex altera, prætendentes hinc indè ius nominandi Vicarium ad se pertinere super quo introducta causa corã Ordinario Pamphilonensi, & exinde ad Rotam deuoluta, fuit disputatum cui ex his partibus esset concedendũ mandatum de manutenendo, sed quia multa hinc inde deducebantur respicientia petitorium, fuit ordinatum quod videretur de bono Iure, superquo proposito dubio coram bo: me: Merlino sub die 16. Iunij 1642. Rota, Abbate tantum informante, respondit constare de eius bono Iure; Quia Ecclesia S. Ioannis reperitur vnita Monasterio B. Mariæ de Yrace, & in Ecclesijs vnitis clara est dispositio Constitutionis S. me. Pij V. 47. in Bullario nouo, quod ius nominandi Vicarium spectet ad eos, quorum Ecclesijs facta est vnio, quam Constitutionem sæpiùs canonizauerunt Rota, & Sacra Congregatio Concilij vt patet ex decisionibus, & resolutionibus eiusdem Congregationis adductis in decisione dicta die à me extensa.

Nec obstat quasi possessio nominandi, quam Parochiani allegarunt tùm quia Testes, & Instrumenta ex quibus ea deducebatur, non concludebant de aliquo Iure coactiuo, & obligatorio, prout requiritur text. *dec. Card Cauall. 419. sub nu. 3.* Tùm quia in omnem casum in Constitutione Pij V. adest clausula *Sublata*, & decretum irritans, quæ tollunt, & inficiunt omnem possessionem, & quamcumque obseruantiam contrariam, vt latè in eadem decisione firmatur.

Emanata hac resolutione Parochiani prò euertendis illius fundamentis àrticularunt se esse in ista quasi possessione nominandi à tempore immemorabili, & petierunt remissoriam prò examinandis Testibus, sed contradicente Abbate proposui de more dub. An remissoria esset danda, & non esse dandam in hac quarta propositione DD. responderunt.

4 Quia licèt causa vertens super Iure nominandi, ad effectum remissoriæ indicetur profana *Achill. decis. 11. de Iurepatr. Cæsar de Grassis dec. 1. nu. 14. de dilat.* unum alijs per *Add. ad Sanct. me. Greg. dec. 164. sub n. 7.* Et in causa prophana secundum ordinarias regulas Iuris pro concessione remissoriæ sufficiat materiam esse releuantem absque aliquo fumo, & talis videatur articulata immemorabilis, quia ea probata

5 cessabit Constitutio Pij V. per quam non potest censeri sublata immemorabilis cum de ea non fiat mentio in dicta Constitutione prout est opus ad effectum, vt immemorabili censeatur derogatum *Marescott. var. resol. lib. 2. resol. 101. num. 4. & seqq. Gratian discept. forens. cap. 492. num. 5. & cap. 578. nu. 10. & seq. Gonzal. sup. reg. 8. gloss. 33. nu. 6 Rota in rec. decis. 614. num. 1. par. 2.* & in his terminis *Sanchez supra decalog. lib. 7. disp. 29. num. 191. vers. 3. fallit.* & alij, quos allegant ipse, *Barbos. de offic. & potestate Episcopi par. 3. alleg. 72. nu. 190.*

6 Attamen contrarium in hoc casu censuerunt Domini, cum allegata immemorabilis, visa sit Imaginaria inuerisimilis, & prorsus improbabilis, quo casu remissoria semper denegari consueuit, ne con-

7 teratur tempus, & partes defatigentur tædio, & expensis expectando probationem, quæ verisimiliter fieri non potest *Rota diuers. dec. 99. num. 1. par. 4. & in rec. dec. 146. nu. 13. par. 5. & dec. 315. nu. 4. par. 9. & dec. 128. n. 1. par. 7.* & dictum fuit *in Ferrarien. Parochialis 6. Martij 1642. coram me.*

Talem autem esse hanc, quam Parochiani prætendunt posse probare, ex eo liquet, quia ipsi articularunt se esse in quasi possessione Iuris nominandi, tamquam Patroni laici à tempore immemorabili, & tamen in facto apertissimè constat, quod ipsi non habent, nec vnquam habuerunt iuspatronatus dictæ Ecclesiæ, cum illud ab initio fuerit acquisitũ à Sancto Rege Nauarræ ex fundatione, & dotatione, & ex eo transferit ad Monasterium B. Mariæ de Yrace, cui fuit concessum à dicto Rege in donationem dictæ Ecclesiæ, quam fecit dicto Monasterio liberè absque vllo onere, & sine subiectione alicuius per-

sonæ

personæ secularis, vel Clericalis, vt apparet ex Instrumento donationis, & ex illius confirmatione facta ab Ordinario Pamphilonensi *in Summ. secunda*
8 *positionis num.1.* Vndè non solùm est inuerisimile, quod ipsi possint probare ius nominandi, cum certum sit, quod illud Parochianis non competit sine Iurepatronatus, vt post *Innoc. Io. Andr. & alios tenet Abb. in cap. quæretam numer. 2. antè fin. de elect. & Gonzal. super. regul. 8 gloss. 18. num. 90. vers. Parochiani namque.* Sed prorsus impossibile, quod eius respectu
9 possit probari immemorabilis, quia dum constat de fundatione, & sic de certo initio dictæ Ecclesię cessat, & excluditur immemorabilis, cum hęc requi-
10 rat, quod initij memoria non extet *Rot. cor. san. me. Greg. XV. dec. 407. num. 6. & in rec. dec. 285. n. 4. par. 2. & dec. 56. num. 18. & dec. 137. n. 6. par. 7. & cor. bo. me. Buratt. dec. 831. nu. 6.*

Nec refragantur multæ nominationes factę à Parochianis in quibus ipsi potissimum se fundabant, quia cum non sit factæ, nec fieri potuerint ratione iurispatronatus, quod alijs competebat, sed apparrant factæ per viam petitionis, & admissę ab Abbatibus ad preces, & supplicationem Parochianorum non probatur ex illis aliqua eorum possessio, sed solum quædam honorantia, & prærogatiua nominandi Vicarium gratum, & beneuolum, quæ non constituit in aliqua possessione, nec attribuit aliquod ius coactiuum, & obligatorium *Gemin. cons. 45. num. 4. Dec. cons. 134. num. 3. vers. postremo Ferrett. cons 33. num. 4. & cons. 212. num. pariter 4. Rocch. de Iurepatr. in verbo competens nu. 60. Gonzal. super. reg. 8. dicta gloss. 18. num. 90.*

Sed cessat difficultas ex alio irrefragabili fundamento, propter quod Domini potissimum denegarunt Remissoriam, quia videbatur inuerisima, quod
12 reperiantur Testes tantæ ætatis, qui possint probare hanc Immemorabilem, cum enim demendum sit tempus huius litis, quæ fuit introducta *cor. Card. Seraph. vsq; de anno 1508.* vt patet ex commissione causæ *in Summ. Tertia positionis litt. H.* & alijs actibus datis *in eodem Summ. litt. I.* & eo dempto, Testes ad hunc effectum debeant habere ad minus 54 annos completos. *Paris cons. 27. num. 97. lib. 1. Gabr. de præscript. concl. 1. num. 33. Cuputaqu. decis. 290. par. 3. Greg decis. 298 num. 1. & ibi Add. nu. 12. cum alijs per Add. ad Burett. dec. 673. num. 12.* inuerisimile reputatur, quinimmo impossibile, quod possint reperiri homines tàm annosi, & decrepiti, qui possint deponere de allegata immemorabili, quia deberent
14 attingere centesimum annum, cuius ætatis non reperiri hominum his nostris temporibus, quotidiane experientia docet, qua inuerisimilitudine, &
15 impossibilitate attenta *Rot.* semper denegat Remissoriam, vt coram *Card. Seraph. dec. 1450. & 1460. vtrobique n. 2. & in rec. dec. 235. n. 13. & 14. par. 5. & dec. 206. n. 16. & seqq. p. 6. & passim in alijs.*

Nec facit replicatio data, quod causa, quæ hodie pendet sit diuersa ab illa introducta coram Cardinali Seraphino, quæ dicebatur esse inter Abbatem, & Episcopum super Iure visitand Ecclesiam S. Ioannis, non autem super Iure nominandi Vica-
16 rium, quia hoc tollitur ex verbis commissionis impetratæ ad instantiam ipsorum Parochianorum ex quibus clarè apparet quod causa erat non solum super Iure visitandi, sed etiam super iure nominandi vt patet ex illis verbis, ibi, *vertent super Iure visitandi d. Ecclesiam necnon super Iure præsentandi, seù instituendi, & ponendi Vicarium* illud enim verbum
17 *Præsentandi*, significat etiam nominationem, vt per *Lotter. de re benef. par. 2. qu. 15. num. 10. & seqq.*

Præsertim cum subsequantur illa verba, & apponendi Vicarium, quæ ostendunt, quod verè agebatur de nominatione Vicarij. Et hoc efficacius probatur ex articulis ab eisdem Parochianis datis coram Penia super iure nominandi, ex quibus declarantur verba dictæ commissionis.

Nec obstat, quod ista commissio dicatur impetrata à Procuratore, de cuius mandato non constat, quia cum in actis appareat, quod Parochiani vigore eiusdem commissionis impetrauerunt compulsoriales generales, easq; præsentauerunt Iudici de partibus, coram quo fecerunt plures actus, & in illius executionem causam prosecuti sint, tàm coram Cardinali Seraphino, vt patet eius *dec. 1304.* quàm coram Coccino vt in eius *dec. 81. & 122.* ex hoc vsu commissionis satis probatur mandatum, vel saltem
18 ratificatio, quæ mandato æquiparatur, vt in terminis gestorum à Procuratore *Greg. dec. 176. nu. 9. & fuit dictum in Firmana compromissi 2. Iunij 1625. coram bo. me. Pirouano.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 3. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Sententia est nulla ex defectu citationis, si illa fuit exequuta in domo, quam Citatus non habitabat, nec huiusmodi nullitas sanari potest per superuenientem notitiam partis, dum non probatur superuenisse in tempore habili ad dicendum contra, sed post latam sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Citatio quæ non fuit exequuta in domo habitata per citatum causat nullitatem insanabilem.*

2 *Citatio non exequuta in domo per citatum habitata perinde habetur, ac si facta non fuisset.*

3 *Citationis defectus non potest suppleri per superuenientem notitiam citati post publicatam sententiam.*

4 *Sententia ad hoc vt suppleatur defectui citationis requiritur tempore habili ad deducendum iura, & re adhuc integra, & quod præsente citato, & contradicente sententia feratur,*

5 *Citationis defectus opponi non potest quando pars reperitur præsens.*

6 *Citatio nulla conualidatur, si citatus sponte compareat in iudicio.*

7 *Testes numero plures, & de facto proprio deponentes in concursu sunt præferendi.*

8 *Scientia, & notitia superueniens re non integra, & post latam sententiam non suffragatur ad effectum conualidandi citationem nullam.*

DECISIO CIV.

BIS fuit coram me resolutum Abbatem de Angelis teneri ad restitutionem scutorũ mille D. Episcopo Pactensi, & sic sententiam A. C. illum condemnantem ad huiusmodi restitutionem esse confirmãdam tamquam validam, & iustam, sed hodie tertia vice proposita causa, licet DD de iustitia nõ dubitauerint, & in hac parte confirmauerint alias decisiones, quoad aliam tamen partem validatis recesserunt à decisis.

1 Defectus enim citationis ex quo procedit nullitas insanabilis, est euidens, quia non fuit exquuta in domo inhabitata per Abbatem, vt requiritur *l. 4. §. Prætor ait, ibi, Domum in qua degit denunciari ff. de damn. infect, & l. 1. §. domum ibi hospitium si in Ciuitate maneat ff de liber. agnoscen. Clemen. causam versic. quod si forsan ibi, in domo, quam ipse appellatus habitare consueuit de elect. Rot. apud Cuputaqu. decis. 117. nu. 1.*

nu.1. par.3.& dec.1191.num.5. vers.propterea part.3.
Sed in alia Domo Francisci Meoccij, vt probatur ne-
dum ex priuatis, & extraiudicialibus fidibus prout
fuit suppositum in alia decisiono, sed ex depositio-
nibus Cursoris, & dicti Francisci Meoccij, qui aliã
domum, vbi citatio fuit exequuta inhabitabat
formitèr, & parte citata receptis cum responsione
ad interrogatoria deponentium citationem fuisse
exequutam sub die 8. Augusti 1641. in quadam do-
mo posita in facie muri lateralis, & Ianuæ paruæ
S. Siluestri de Capite, quæ tunc temporis non inha-
bitabatur per Abbatem, sed à dicto Meoccio, id-
que accidisse per errorem Cursoris, qui vnam do-
mum cum alia contigua equiuocauit. Vndè citatio
2 huiusmodi haberi debet perindè ac si facta non fuis-
set, vt dixit *Rot. in Rom. nullitatis obligationis 2. De-
cembris 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in
Bononien. Fideicommissi de Dulphis 9. Ianuarij præteri-
ti coram R.P.D. meo Ghislerio.*

Nec refragatur responsio decisionis, quod huius-
modi defectus fuerit conualidatus ex notitia extra-
iudicali, quam d. Abbas habuit de huiusmodi ci-
tatione, dum simul cum Procuratore comparuit in
officio, quia ex depositione quatuor Testium hodie
formiter examinatorum prò parte Abbatis constat
eum non habuisse notitiam citationis, nisi post pro-
latam sententiam; omnes enim concordant, quod
Abbas visa citatione sibi à Meoccio transmissa sub
die 9. sequentis, statim post prandium contulit se
ad Domum Procuratoris, & secum domo exijt, vt
simul Iudicem adirent, sed dùm ad illius domum
appropinquarent, obuiam sibi factum Notarium vi-
dit, è domo Iudicis exeuntem, qui interrogatus ab
Abbate respondit, *Non sete più à tempo, perche Mon-
signore questa mattina all' Informatione hà spedito la
causa*, quibus firmiter eredendum est, cum sint con-
testes de loco, tempore, & verbis, omnesque simul
interfuerint eis, quæ deponunt; Vndè scientia ista
3 seù notitia tanquam superuenta post subscriptam
cedulam, & publicatam sententiam, non potest
suffragari ad supplendum defectum citationis, cum
ad hunc effectum requiratur scientia tempore habili
4 ad deducendum Iura sua coram Iudice, re adhuc in-
tegra, quodque citatus compareat, & sententia
feratur eo præsente, & contradicente, vt apertè di-
cit *text. in l. 1. §. sed si prætor* ibi *siquidem sententiam
dixerit præsentibus illis, & spontè litigantibus senten-
tia valebit, sin verò cum abesse perseuerauerint, sen-
tentiam protulerint etiam illis absentibus consequens
erit dicere sententiam nullius esse momenti ff. de ferijs
& dilat. Marant. in sua praxi par. 6. tit. de cit. num. 12.*
5 vbi defectum citationis ait opponi non posse, quan-
do pars reperitur præsens, quia lex ad hunc effectum
solum ponderat præsentiam partis *Gaill. plures refe-
rent lib. 1. obseruat. 48. num. 4.* vbi tradit citationem
6 nullam conualidari si citatus spontè comparet in
Iudicio.

Nec aduersantur alij duo Testes inducti per Epi-
scopum deponentes Abbatem iuisse ad officium de
mane ante prandium simul cum Procuratore, præ-
ter quod conuincuntur de mendacio ex alijs qua-
tuor prò parte Abbatis probantibus, id totum ac-
7 cidisse post prandium, qui tanquam numero plures,
& de facto proprio deponentes in concursu essent
præferendi *cap. licet causam vers. ex præmissis de pro-
bat. Alex. cons. 64. num. 2. lib. 2. Greg. decis. 322. num. 6.*
sufficit quod omnes conueniant in substantia, scili-
cet de tempore comparitionis sententiã latam fuis-
se, ad hoc vt illorum fides non adimatur, vt declarat
*Caccialup. in l. admonendi num. 9. ff. de reg. iur. glos. &
DD. in l. ob carmen § si Testes ff. de Testib. cum pluribus
relatis in Rom. Hæreditatis de Virilis 3. Decemb. 1640.
coram bo: me: Coccino, & in Anconitana Dotis 19. Apri-
lis 1641. vers. primum enim coram me*, & ad hoc, vt
8 tollant vires scientiæ, & notitiæ, quæ superuenta
re non integra, & post latam sententiam non refra-
gatur ex intibus superius adductis.

Quò vero ad iustitiam DD. persliterunt in decisis
ex fundamentis vltimæ decisionis, quia scilicet non
probatur Capellam fuisse constructam ab Abbate
nomine Episcopi minusque Episcopum dedisse mã-
datum ad construendum, cuius probationis onus in-
cumbit Abbati, vt pluribus firmatum fuit in po-
strema decisione, vbi distinctè fuit ostensum huius-
modi probationem non erui ex Epistolis ab Episco-
po ad Abbatem transmissis, cum ex ijs non probe-
tur animus perfectus, & deliberatus construendi
Cappellam, sed potius suspẽsio vsque ad alium eius
ordinem, à quo explicanda melius esset ipsius inten-
tio, minusque ex verbis Episcopi Romæ emissis in
faciem Capellę continentibus querimoniam super
eo quod Abbas non curauerit in dicta Capella ap-
poni Episcopi insignia, quia ex eis nec mandatum
induci potest, cum actus iam esset expletus, minus-
que ratificatio, cum à principio non doceatur actum
gestum fuisse nomine Episcopi, quia præsertim v-
nus ex dictis Testibus inductis per Abbatem depo-
nat Episcopum huiusmodi verba protulisse per mo-
dum admirationis, & contradictionis, quasi quod
Abbati interroganti quid sibi videretur de illa sua
Capella, de contrario vellet illum redarguere, res-
pondendo, *Come volete dire d'hauer fatta la Cappel-
la per me, e à mie spese, se ci hauete messa la vostr'ar-
me, e non la mia?* vt latius in d. decisione minus
suffragatur vsque ad fin.

Et ideò vtraque parte informante recedendo in
hac parte à decisis resolutum fuit sententiam esse
nullam, sed tamen iustam.

ROMANA DOTIS.

Luna 15. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Hæres de restituendo grauatus, si sibi hæredem insti-
tuat eamdem personam, cui restituere tenebatur,
an dicatur liberalitatem exercere, vel potius testa-
toris adimplere præceptum, eo in casu, quo sibi di-
sponendi facultas fuerat concessa, & multa pro in-
telligentia *text. in l. 1. §. vnum ex familia ff. de legat. 2.
& in l. si sponsus §. si quis rogatus ff. de donat. inter vi-
rum, & vxorem.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones omnes, quæ obstabant defuncto, eius ob-
stant hæredi.*
2 *Substitutus dicitur succedere testatori non hæredi gra-
uato, & num. seqq.*
3 *Substitutio facta sub conditione euanescit ob defectum
illius.*
4 *Substitutus dicitur succedere hæredi grauato non testa-
tori, quoties ille habebat facultatem relinquendi
bona cui vellet, & n. 7.*
5 *Hæres grauatus relinquendo substituto non dicitur de-
disse de suo, quod de alieno restituit, & nu 6.*
8 *Hæres de restituendo grauatus etiam quod haberet li-
berum disponendi facultatem, tamen si substituto re-
liquit, præsumitur testatoris fidem exoluere voluis-
se, & num. seqq.*
9 *Defunctum sæpe aliquid voluisse credimus, quod ta-
men non rogauit.*
10 *Filij in conditione positi ex statuto Vrbis vocati di-
cuntur.*

11 *Hæres de restituendo grauatus nō potest apponere onus fideicommissi, aut aliud grauamen adiungere.*

DEDISIO CV.

Anna Crescentia tanquam hæres Lauræ Crescentiæ creditricis Maximiliani Caffarelli vsque, & de anno 1590. occasione suæ Dotis iudicium prò illius recuperatione instituit contra nonnullos creditores posteriores, qui pretium Casalis Tuffelli per eum venditi bon.mem. Cardinali Burghesio in locum eiusdem Casalis à san.mem. PauloQuinto subrogatum receperant cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & inter alios conuenit, fratres de Euangelistis, qui sex loca Montium ex dicto pretio, & sub dictis vinculis empta detinebant contra quos commissa causa in Rota Reuerendissimo D. meo Decano, & disputato dubio An Instrumentum dotale esset exequendum DD. sub die 14. Februarij 1640. affirmatiuè responderunt.

Emanata hac resolutione, Co: Io: Franciscus Albanus creditor etiam Maximiliani, qui ex dicto pretio fuerat satisfactus, illudque in tot locis montium fidei sub eisdem vinculis inuestiuerat, necnon Leuizarij, & Berlendi, ad quos ex Comite hæc loca deuenerant, audito, quod Anna etiam contra eos supradicto nomine hæreditario Lauræ experiri satagebat eam præuenientes obtinuerunt mihi committi causam iactationis, & iactationum ex remed. *l. diffamari C. de ingen. & manumiss.* quapropter proposui idem simile Dubium An Instrumentum dotale sit exequendum, & non esse exequendum responsum fuit.

Quia Anna agit tanquam hęres Lauræ, & decisio Reuerendissimi D. mei Decani ad eius fauorem emanauit cum hoc supposito, & tamen hodie constat illam non esse talem, sed esse hæredem particularem Crescentij, qui ei reliquit omnia bona mobilia, quæ tempore sui obitus reperirentur in Vrbe extra Palatium, seù domum habitatam per eius hęredes, ac etiam bona omnia iura, & actiones quæcumque per ipsum Testatorem reperta in hæreditate Lauræ suæ germanæ sororis, & proinde sicut Crescentius propter obligationem insolidum cum Maximiliano fauore Comitis repelleretur exceptio-
1 ne *l. vindicantem ff. de euict.* Ita etiam repelli debet Anna eius hęres, cui obstant omnes exceptiones, quę obstarent Crescentio eius auctori *l. cum à Matre C. de rei vindic. l. venditrici C. de reb. alienan. non alienan. l. seyam ff de euict. Roman. cons. 140. in fin. Rota in rec. dec. 430. n. 4. par. 3. & dec. 48. n. 4. par. 7.*

Quod autem Anna non sit hæres Lauræ, sed Crescentij, qui est effectus præsentis disputationis, deducebant DD. quia licet ipsa in Testamento Lauræ
2 fuerit substituta Crescentio, & substitutus dicatur succedere Testatori, non autem hæredi grauato *l. coharedi §. cum filia ff. de Vulgar. & pupill.* fuit animaduersum eius substitutionem non habuisse effectum, quia fuit facta sub conditione, si Crescentius institutus de illis non disposuerit, iuxta facultatem amplissimam sibi à Laura tributam, quæ conditio deficit per dispositionem à Crescentio factam, & per consequens Anna non dicitur succedere Lauræ
3 in vim substitutionis, quæ euanuit ob defectum conditionis sub qua facta fuit *l. 2. C. de instit. & subst. Dec. cons. 465. nu. 16. vers. vnde viden. est Hondcd. cons. 78. num. 32. & seq. lib. 1. Simon. de Præt. de interpret. vltim. vol. fol. 316. nu. 16. cum alijs per Fusar. de*
4 *substit. qu. 444. nu. 1.* sed successit Crescentio, ex cuius dispositione, & liberalitate habuit ista bona, quę ipse relinquere poterat cui vellet *l. 1. §. sciendum ff. de leg. 3. Surd. cons. 29. nu. 18. Fusar. cons. 63. num. 14. & d. tract. qu. 511. num. 2. Pereg. decis. Patauin. 106. n. 3. cum seqq.*

Nec aduersatur textus *in l. vnum ex familia §. si de*
5 *falcid. ff. de leg. 2.* disponens, quod si hæres grauatus restituere hæreditatem Sempronio post mortem instituat hæredem Sempronium, adhuc Sempronius bona huiusmodi restitutioni subiecta habere dicetur à grauante, non à grauato, quasi qnod hæ-
6 res granatus, telinquendo substituto non dicatur dedisse de suo, quod de alieno restituit, vt latè illum textum explicant *Paris. cons. 75. num. 15. & seqq. lib. 2. Crauett. cons. 144. n. 1. vers. & pro fundamento, & num. seq. Surd. d. cons. 29. nu. 3. vers. similiter si hæres, Menoch. cons. 1107. nu. 1. cum alijs per Fusar. vt supra dicta qu. 511, num. 5. cum seqq.*

Quia præfatus textus, & DD. supra citati loquuntur de hærede grauato, qui iussu Testatoris cogitur omninò restituere hæreditatem, & solum habet facultatem eligendi vnum ex pluribus vocatis, quo casu verissimum est taliter electum non capere ab eligente, sed à primo Testatore cui successit mediante persona eligentis; facultas enim necessariæ electionis propriè liberalitatis beneficium non est, & nihil de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit, omninò reddere debuit, vt sunt verba textus secus quando, prout hic, hæres nulla adstringitur necessitate restituendi, sed habet liberam, & absolutam facultatem disponendi, & relinquendi, cui maluerit; tunc enim si hæres habens huiusmodi absolutam facultatem instituit aliquem, taliter institu-
7 tus dicitur succedere ipsi hæredi disponenti, & ab eius liberalitate capere hæreditatem, de qua erat in eius potestate disponere, & non disponere, cuique vellet suo arbitrio relinquere, vt distinguendo tradunt *Surd d. cons. 29. num. 18. Fusar. & Peregr. loc. supra citato.*

Prout etiam non intrat replicatio, quod supradicta procederent, quando Crescētius habens liberam facultatem disponendi, disposuisset fauore alterius quam substituti, secus dum substituto reliquit, quasi quod relinquendo substituto præsumatur, potius voluisse fidem Lauræ Testatricis exsoluere, quam de
8 suo dare, vt scilicet plenius defunctæ voluntatem impleret, vt apertè decidit *text. in l. si sponsus § si quis rogatus ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Quia licet hoc motiuum, in quo totam vim suam faciebant informantes pro Anna, præseferret magnam difficultatem, & apud DD. esset magni pondetis propter verba clara text. quæ videntur hunc casum decidere, ibi, *si quis rogatus percepta certa quantitate Vxori sua hæreditatem restituere, & is sine deductione restituerit Celsus scripsit magis pleniori officio præstandæ fidei. functum maritum, quam donasse videri,* & rectam rationem adiecit, quod plerique magis fidem exsoluunt hoc casu, quam donant, nec de suo putant proficisci, quod de alieno plenius restituunt voluntatem defuncti sequuti, nec immeritò:
9 sæpè enim credimus aliquid defunctum voluisse, & tamen non rogasse, quem textum expendunt in his terminis *Fachin. contr. iur. lib 5. cap. 7. vers. sed contraria sententia Caldas de iur. emphiteot par. 3. cap. 4. nu. 4. cum seqq. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. num. 23.*

Adhùc tamen visum fuit posse euitari, non solum aduertendo differentiam inter casum d. legis, & nostrum, ex quo in casu legis hæres tenebatur præcisè & purè restituere hæreditatem substituto, & solum poterat deducere certam portionem, quam non deduxit, in casu autem nostro Crescentius nihil cogebatur

batur restituere Annæ, sed poterat de omnibus bonis plenè, & absolutè disponere, prout cum effectu disposuit, vndè dici non debet restituisse substituto, dum ipse disponendo cessare facit, & deficere substitutionem, quæ effectum sortiri debebat solum, casu, quo Crescentius non disposuisset, sed etiam, & hæc responsio magis placuit, quia Crescentius non disposuit solum, & simpliciter ad fauorem Annæ,
10 sed etiam fauore filiorum, quos posuit in conditione, & sic vocasse censetur iuxt. dispositionem *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 142.* Neque hic suam dispositionem conclusit, sed vlterius progrediens mandauit, vt decedente Anna finè filijs, bona distribuerentur pauperibus per Co: Franciscum Crescentium *Summ. numer. 2.* Ex his enim apertè conuincitur ipsum non intellexisse purè, & simpliciter restituere Annæ, sed voluisse potius vti facultate disponendi sibi concessa & de dictis bonis tanquam suis plenè, & in totum disposuisse alias enim si intellexisset simpliciter hæ-
11 reditatem restituere non potuisset apponere onus fideicommissi ad fauorem filiorum, nec adiungere aliud grauamen distribuendi pauperibus in casu, quo Anna substituta finè filijs decederet *ad not in d. l. vnum ex familia, §. sed si fundum vbi DD. ff. de leg. 2. Molin de primog. Hispan. lib. 2. cap. 4. n. 10. cum alijs per Fusar. de substit. d. q. 511 n. 5. per totam.*

Nec contrarium deducitur ex præcepto Crescentij de soluendis certis debitis, postquam Dos Lauræ fuerit restituta, ex quo videtur inferri Crescentium agnouisse, quod bona Lauræ non erant effecta proprium patrimonium, cum alias si fuissent effecta propria, non potuisset eligere certos creditores exclusis alijs. Quia cum Crescentius instituerit Annam filiam hæredem tantummodo particularem in mobilibus, & iuribus, vt supra; hæredes autem vniuersales fecerit Franciscum, & Antonium de Serlupis, specificatio creditorum facta non fuit ad exclusionem cæterorum quibus etiam volens Crescentius præiudicare non potuisset, sed solum potius ad exonerationem hæredum vniuersalium. & ad declarandum, quod intentio Testatoris erat, vt debita specificata soluerentur ab Anna ex bonis Lauræ sibi cum hoc onere relictis, vt ex verbis Testamenti, ibi. *Reliquit D. Annæ Crescentiæ &c. omnia bona iura &c. per ipsum Testatorem reperta in hæreditate Lauræ, &c. cum onere soluendi debitum &c.* hinc autem non eruitur animus excludendi creditores non nominatos, sed solum voluntas minus grauandi hæredes vniuersales, eosque exonerandi ab ijs solutionibus quas specialiter Annæ iniunxit.

Demum non officit, quod propter obligationem insolidum Crescentij ad fauorem creditorum maximiliani, Anna illius hæres agere non potuisset prò recuperatione Dotis Lauræ, quam Crescentius in primis, & ante omnia restitui mandauit, quia vendito Casale Tuffelli pretio scutorum 37. mil. portio scutorum 3500. fuit inuestita in locis Montium multiplican. vsque ad summam 28. mil primariò pro securitate emptoris, & secundariò prò fideicommisso, & vocatis ad illud, alia portio scutorum 25. mil. fuit soluta illis Maximiliani creditoribus, qui habebant obligatos Crescentios præstita fideiussione restituendi prioribus, & potioribus creditoribus Maximiliani, qui haberent obligatos dd. de Crescentijs. Residuum verò scutorum 8500. fuit inuestitum in locis Montium, vt ex eorum fructibus satisfieret reliquis creditoribus Maximiliani, non habentibus fideiussionem Crescentij. Vndè licèt Anna propter exceptionem *l. Venditantem* non potuisset auocare pecunias solutas Maximiliani creditoribus, potuisset tamen recuperare dotem Lauræ super multiplico scu. 8550. quod specialiter fuit ordinatum prò satisfactione creditorū non habentium obligatum Crescentium, quale est debitum dotis de quo agitur cum super illo translatæ fuerint omnes hypothecæ, quibus erat obnoxium Casale Tuffelli. Vndè ex ordinatione restituendæ Dotis Lauræ, non arguitur Crescentium instituisse Annam, potius animo restituendi dotem Lauræ, quam de proprio disponendi, & satis esse debet, Crescentium in hæreditate Lauræ apposuisse noua onera etiam fauore filiorum à Laura non vocatorum ad hoc, vt arguatur voluntas disponendi tanquam de re propria si enim fidem Lauræ exsoluere intellexisset, eiusque voluntatem pinguius implere hæreditatemque simpliciter restituere, nec noua pacta apponere, nec alias personas comprehendere potuisset ex traditis in supra citata *l. vnum ex familia* cùm cæteris superiùs allegatis.

Et ita vtraque &c.

TOLETANA CANONICATVS POENITENTIARIÆ.

Die 19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Electionis materia in decisione declaratur ad quæstionem de duobos electis in paritate votorum; An ij tantum, vel omnes ad nouam electionem admitti debeant? Hinc quando eligendi facultas per primam electionem remaneat consumpta? pluraque alia ad eamdem electionis materiam pertinentia declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando est in paritate votorum tunc est in arbitrio Episcopi eligere quem velit ex coelectis.*
2 *Comparatiuum supponit positiuum.*
3 *Electio nihil aliud est, quam vocatio personæ idoneæ ad dignitatem, vel prebendam.*
4 *Prærogatiua magis qualificati in duobus electis supponit in necessarium antecedens prælationem respectu minus qualificati.*
5 *Prælatio non datur nisi inter personas habentes ius in eo, in quo illa prætenditur.*
6 *Sortes emissæ inter habentes paria vota includunt implicitum consensum eligentium in eum, in quo sors ceciderit.*
7 *Possessio beneficij non traditur nisi procedente electione.*
8 *Decretum Capituli, quod alicui tradatur beneficij possessio habet vim electionis, seu collationis.*
9 *Electio Canonicatus nullam habet formam specialem.*
10 *Consensus Capituli in electione Canonicatus sufficit quoquomodo probetur num. 9. & seqq. ac etiam num. 13.*
11 *Eligentium consensus vbi non seruatur forma cap. quia propter de election. non minus probatur verbis quam factis.*
12 *Electio, quæ fieri debet pro maiori parte votorum tenet habito respectu ad minorem, licet non sit maior respectu totius Capituli.*
14 *Electio à principio nulla non conualidatur per consensum postea præstitum.*
15 *Electio noniter facta post electionem in paritate votorum valet ex nunc, quamuis secunda electio non fuerit formalis, vbi forma non requiritur, & numer. 16. & seqq.*
17 *Nullitas si prouenit non ex defectu formæ, sed consensus sanatur eo ipso, quod quomodolibet superueniat consensus.*

18 *Electio conditionalis, & incerto est nulla.*

19 *Qualitas maioris idoneitatis, vel nobilitatis apposita in electione, non dicitur conditio, nec actum suspendit, aut substantiam illius.*

Amplia conclusionem ò pori procedere in qualitate idoneitatis requisita in forma dignum ibid.

Qualitas expressa, quæ non pendet à futuro euentu, sed quæ inest de præsenti, vel de præterito non importat conditionem, & actum non suspendit n.19.

20 *Qualitas necessaria, & quæ non potest non esse non facit actum conditionalem, neque illum suspendit.*

21 *Qualitas, quæ inest actui de iure etiam adiecta per modum conditionis non suspendit electionem.*

22 *Qualitas eligendi magis qualificatum inter coelectos inest actui de iure communi.*

23 *Qualitas maioris nobilitatis inter coelectos inhæres actualiter, & de certo, licet ignoretur in quonam sit.*

Ignorantia qualitatis nobilitatis apposita in electione non tollit certitudinem electionis, sed solum retrahit effectū illius donec examen notificetur n.23.

24 *Electio generosè facta de aliqua dignitate non expresso nomine valida est, licet persona ignaretur.*

Qualitas personæ ita habet determinare illam sicut expressio nominis n.24. & 25.

25 *Nominatim etiam exprimi dicitur, quod omisso proprio nomine, nomine officij, aut alio determinatiase vocatur.*

26 *Voluntas non dicitur ferri in incognitum, quoties fertur ad personam aliqua qualitate designatam.*

27 *Eligendi facultas alicui competens per electionem consumitur.*

28 *Electio facta pendente lite, & post inhibitionem superioris est manifestè nulla, & attentata.*

29 *Electio vbi fieri debet de magis idoneo, & qualificato, ac cum interessentia contradictorum requirit iudicialiter processum.*

30 *Actus quantumuis extraiudicialis in iudicialem transit, si adest cōtradictor, & requiritur causa cognitio.*

31 *Causa semel iudicialis facta, non potest amplius fieri extraiudicialis.*

32 *Appellatio etiam suspensiua datur in electione, in qua requiritur causæ cognitio, & determinatio super habilitate, & inhabilitate.*

33 *Electio facta pendente termino ad appellandum dicitur attentata, vbi admittitur appellatio.*

34 *Appellatio extraiudicialis licet non soleat suspendere, si tamen offeratur probatio, eoque fortius si illa iustificetur, efficit, vt omnia iustificari debeant tanquam attentata.*

35 *Electio vbi est valida, vel saltem non euidenter iniusta præstat impedimentum secundæ.*

Electio quoties irritari debet venit iudicialiter cassanda num. 35.

36 *Eligendi facultas non consumitur per electionem nullam, sed iterum ad nouam electionem deueniri potest.*

37 *Facultas siue à lege, siue ab homine data, eatenus consumitur, quatenus actus validè, & vtiliter geratur.*

38 *Conditio, cum nupserit, non impletur per nuptias inutiliter contractas.*

39 *Electione legata de centum amphoris vini si eligere debens eligat acetum, facultatem eligendi non amittit, sed potest deinde vinum eligere.*

40 *Paria sunt non facere, vel non iure facere.*

41 *Potestas prorogandi arbitrium, non consumitur per actum prorogationis, qui non habuit effectum.*

42 *Electores pendente lite, possunt accedere ad alterum ex coelectis, & variare eligendo, quem maluerint.*

43 *Intellige conclusionem procedere eo tantum casu, quo lis vertitur inter electores, secus autem quando est inter ipsos, & electos n.44.*

45 *Eligentium consensus præsumitur sufficienter præstitus quoties eligentes actus electionis exhibere recusant.*

45 *Eligentes, si vnum de duobus eligere decreuerunt puta digniorem, tunc ad illos tantum arctatur scrutinium.*

47 *Ludentium ad taxillos, ille vincit, qui plura puncta proijcit.*

Ludentium ad taxillos, si duo eadem puncta proiecerunt, illi tantum, & non alij experiri debent n.47.

48 *Currentium ad Brauium, si duo æqualiter metam attingant, illi tantum, & non alij iterum currere debent.*

Quod tamen intellige vbi præmium est indiuisibile, quia si diuidi potest pro medietate vnicuique eorum tribuitur ibidem.

49 *Capitulum non potest se retrahere sine legitima causa ob electione magis qualificati ex duobus in paritate votorum electis cum discussione meritorum magis idonei.*

50 *Electio de duobus in paritate votorum electis. Altero vita functo, fieri debet de superstite.*

51 *Collatione iniustè denegata à magno magistro à Rota Auditore debet concedi.*

52 *Auditor Rotæ immittendo aliquem in possessionem vig. Clem. Auditor de rescript. videtur per prius beneficium contulisse saltem virtualiter.*

53 *Electus in paritate votorum dicitur habere ius considerabile, quoties, verificauit qualitates necessarias.*

DECISIO CVI.

SVb die 22. Aprilis 1641. me proponente, Rota respondit sententiam Rotalem adiudicantem Canonicatum, de quo agitur Doctori Michaeli Ferrer esse confirmandam ex eo potissimum capite, quod electio esset valida, non obstante quod facta
1 fuisset in paritate votorum, ad quod allegabatur *text. in cap. si fortè 63. dist.* præcipiens Metropolitani iudicio præferendum illum, qui maioribus iuuatur studijs ac meritis, vbi vota eligentiū in duas se diuiserint partes, cum alijs concordantibus, sed iterùm proposita Causa super eisdem, cum Agentes pro Capitulo acriter impugnarent, fundamenta decisionis nullo modo posse subsistere, tam de Iure communi, quam ex opinione, quam alias tenuit Rota igitur in hac noua propositione, dum causa pluries fuisset dilata, tandem DD. illa reiecerunt amplectentes alia fundamenta, ex quibus hodie iterum dictum fuit constare de valida electione Michaelis. Moti sunt quia ex datis *in Summ. d. Michaelis* apparet Capitulum, sequuta electione Ferrer, & Bezerrę in paritate vocum decreuisse, & declarasse ex his duobus assumen. magis qualificatum, & denuo præstitisse nouum consensum in illū ex coelectis, qui dignioribus polleret qualitatibus, & alterum in nobilitate antecelleret, sicque fecisse nouam electionem.

Primò enim opposita exceptione defectus ætatis Michaelis impediente discussionem aliarum qualitatum, Capitulum deputauit Commissarium ad capiendam Informationem super ętate dicti Michaelis *Sum. n. 2.* & mandauit per coelectos dumtaxat deponi scuta 800. pro salario Commissarij, & Notarij *Summ. n. 3.* prout cum effectu deposita fuerunt.

Secundo in executionem mandati Capitularis, Commissarius super dicta ætate examinauit plurimos Testes, & fabricauit Processum fol. 350. &

quia

quia prætendebatur Capitulum, à quo Commissarius fuerat deputatus carere Iurisdictione contentiosa, Ordinarius deputauit alium Comissarium, qui plures alios Testes examinauit, aliumque confecit processum fol. 3000.

Tertio in facto concordato inter Partes coram Notario, & Testibus de mandato Iudicis, post narratam paritatem vocum inter Ferrer, & Bezerram, fit expressa confessio, quod Capitulum vt procederet ad verificationem qualitatum Nobilitatis, & traderet possessionem cui melius illam probasset, voluit primò examinare defectum oppositum ætatis, tanquam præiudicialem *Summ. num. 6.*

Quartò Capitulum allegauit in electione huius Canonicatus esse obseruandum idem, quod fuit obseruatum in alijs electionibus Canonicatus Magistralis, factis in paritate, signanter in electione Gabrielis de Cardenas, & Barrio, & alia Doctoris Barreiro, in quibus electus fuit magis nobilis de consensu Capituli, vt de electione d. Gabrielis refert *Rota penes Garz. par. 5. cap. 4. num. 166.*

Quintò in commissione Causæ Capitulum fatetur post electionem in paritate vocum fuisse deuentum ad discussionem qualitatum, & propter defectum ætatis Michaelis Bezerram fuisse iudicatum digniorem, eique traditam possessionem *Summ. nu. 7.* Quæ commissio impetrata per Procuratorem in Curia, fuit in partibus ab ipso Capitulo acceptata, & Iudici, cui erat directa, præsentata, & illius vigore obtenta inhibitio *Summ. num. 7. & 8.*

Sexto, idem Bezerta pariter fassus fuit post electionem in paritate suffragiorum deueniendum esse ad discussionem qualitatum ad hoc, vt magis qualificatus asumi posset *Summ. num* 10.

Septimò idem Capitulum dixit se deuenisse ad electionem Bezerræ, quia in eo concurrebant qualitates necessariæ, quæ non aderant in Ferrer ob defectum ætatis *Summ. num.* 11.

Octauò, Ordinarius tulit sententiam, in qua præuia declaratione, quod constabat de legitima ætate Michaelis remisit ad Capitulum discussionem qualitatum iuxta ipsius consuetudinem *Summ. num.* 1.

Nono, dictus Michael medio censurarum, & declaratoriæ pluries institit, vt Capitulum exhiberet acta electionis, in quibus expresse continebatur eius decretum, & consensus in electione magis qualificati, & Capitulum semper renuit, vt habetur etiam *in dec. bo. mem. Corr. §. & cessat.*

Et his autem omnibus euidenter arguitur Capitulum post illam electionem in paritate vocum deuenisse ad nouam electionem de eo, qui discussis meritis reperiretur magis Idoneus, & qualificatus, alias enim frustratorium fuisset eligere Commissarium pro iustificanda ætate Ferrer, deponere sc. 800. pro salario Iudicis, expensis vtriusque Coelecti, examinare tot Testes, fabricare ingentes processus, silere durante confectione Processus, & in electione post quinque menses facta de Bezerra exprimere causam defectus ætatis dicti Eerrer, illumque vti inhabilem, excludere, & præferre Bezerram, tanquam qualificatum, litemque adeò tenaciter spatio 11. annorum defendere, nisi Capitulum post electionem in paritate deuenisset ad nouam electionem de eo, qui discussis qualitatibus detegeretur magis Idoneus, & frustratoria pariter fuisset sententia Ordinarij, qui præuia declaratione legitimæ ætatis dicti Ferrer, remisit ad Capitulum discussionem aliarum qualitatum Coelectorũ, debuisset enim potius deuenire ex integro ad nouam electionem, nulla habita ratione de electis in paritate,

neque de omnibus supradictis ad quæ deuentum
1 fuit, dùm absque eis extante electione in paritate
erat in eius arbitrio eligere, quem vellet; Vnde
dum nihilominus Capitulum mandauit discuti qualitates
illorum, hæc omnia fuerunt gesta cum supposito,
quod magis qualificatus censeretur electus,
2 quia discussio qualitatum, & comparatio meritorũ
supponit vocationem *§. præferuntur instit. ad Tertull.*
l. cum filius §. Pater, vbi Bald. ff. de leg. 2. Io. Andr. in cap
cum dilecti verbo digniores de elect. Surd. dec. 65. nu. 8.
3 Electio autem nihil aliud est quam vocatio personæ
Idoneæ ad Dignitatem, vel Præbendam, vt per
Hostien. & Io. Andr. initio tituli de elect. in 6. Et præ-
4 rogatiua magis qualificati supponit in necessarium
antecedens prælationem respectu minus qualificati
§. cæterum vers. Ideò nos Instit. de legit. agnat. succes. §.
si verò neque Fratres auth. defuncto 2. ad Tertull. Bell.
Iun. cons. 72. num. 3. Rota in Romana de Pacificis 5. Iu-
nij 1632. coram bo. me. Coce. vbi quod Prælatio non
5 datur, nisi inter personas habentes Ius in eo, in quo
prælatio datur *tot tit. ff. qui potior. in pignor. habeantur*
6 Exemplo emissionis sortium inter habentes paria
vota casibus à iure permissis, quæ implicitè includit
consensum eligentium in eum, in quem sors ceciderit,
eiusque validam electionem inducit.

Quod facilius procedit, dum Capitulum voluit
ei, qui ex Coelectis melius probasset suas qualitates,
tribui possessionem, vt in *d. Summ. n. 6.* sub hoc
enim Decreto est vniuersaliter inclusa electio, cum
7 alias ad traditionem possessionis deueniri non
possit, nisi precessisset electio *Rom. cons. 337. numer. 5.*
Gonzal. super regul. glos. 5. n. 54. Garz. de benef. par. 5.
cap. 4. n. 47. Rot. dec. 16. n. 2. de conces. præb. in nouis, ha-
8 bet enim tale decretum vim nouæ electionis, & collationis,
vt loquendo de Capitulo Toletano dicit
Put. dec. 119. lib. 3. in correctis Achill. dec. 4 num. 3. & 4.
de præb.

Huiusmodi verò electio de Iure fuit valida, quia,
9 cum non agatur de electione Prælati, per quem Ecclesia
vidnatur, sed de electione Canonicatus, in
qua de iure nulla requiritur forma Specialis, sufficit
consensus Capitularis quoquo modo præstitus, *Ho-*
stien. in cap. in Genesi num. 14 Card. ibidem n. 3. sub fin.
n. 4. opposit. vers. & dic. Abb. in cap. quia propter num. 9.
& in cap Ecclesia vestra nu. 3. Bald. in cap. auditis n. 37.
vers. Item nouus, & in text. ibi conualescere de elect.
gloss. in cap. si tui, verb. præter, & verbo Concilium de
elect. in 6. Franc. Marc. dec. 924 num. 1. part. 1. speculator
in tit. de elect. §. de via inspirationis num. 10. lib. 4 p.
1. Bellamer. in cap publicato num. 22. de elect. Rot. dec.
289, numer. 20. & 38. par. 6. recent. vbi quod in ele-
10 ctionibus Canoniæ, & alijs inferioribus non requiritur
forma aliqua specialis, sed sufficit quilibet
eligentium consensus absque solemnitatibus, *cap.*
quia propter, siuè manifestetur per verba, siue per
facta, quia vbi non sumus in forma *d. cap. quia pro-*
pter, in qua verba sunt de substantia, non refert
11 quoquomodo declaratur voluntas eligentium, ad
cuius expressionem non minus valet factum, quam
verba. *Arehid. in cap. vt quis duas in gloss. quis inter duos*
de elect. in 6. Innoc. in cap. cum Bertold. in gloss. mirum
videtur de re iudic. Abb. in d. cap Eccl. sia vestra il 1.
num. 3. de de elect. Rot. in Toletana Canonicatus scriptu-
ræ, penès Garz. par. 5. cap. 4. num. 166. vbi post vocum
paritatem fuit electio canonizata ex solo consensu
Capituli postea præstito in eo, qui erat nobilior,
12 Quod idem videmus in electione facta in discordia,
quæ de Iure inualida est, si enim eligentes faciant
dispositionem, vt habeatur pro electio, qui
habuerit maiorem partem votorum respectu mi-

noris

noris, licet non respectu totius Capituli tenet electio non obstante quod de iure debebat esse maioris partis respectu totius, ea ratione, quod postea omnes consentire videntur vigore illius dispositionis, *Abb. in d. cap. Ecclesia vestra num. 4. de elect. Franc. Marc. d. dec. 924. num. 6. par. 1.* Vndè facilius debet admitti in casu nostro, in quo adest consensus, non solum maioris partis respectu minoris, sed totius Capituli circa electionem dignioris, nec electio habet iuris resistentiam sicut illa.

Quod magis est admittendum, attenta *Constit. Gregor. XV.* in qua non datur certa forma eligendi ad Canonicatum, de quo agitur, sed totum relinquitur verbo Capituli, & Ordinarij circa electionem dignioris, imò nec requiritur propria electio, sed sufficit qualibet assumptio, seu modus assumẽdi magis qualificatum, seu dignum, vt demonstrant verba Constitutionis ibi, *Qui Iudicio Ordinarij, & Capituli magis habiles, & idonei præ cæteris iudicati fuerint, assumi seu eligi*, illa disiunctiua seu dupliciter repetita indicat sufficere quemcumque modum adiudicandi Canonicatum arbitrio Capituli, cum in illius potestate sit, nedum eligere, sed assumere magis idoneum, & qualificatum, ad quem

13 effectum sufficit consensus Capituli quomodocũque præstitus, vt in puncto tradit *Bellamer. in d. cap. quia propter §. statuimus num. 15. de elect. Suarez. tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 5. num. 7.*

14 Nec obstat primo electionem ab initio nullam non conualidari per consensum postea præstitum ex dispositione *cap. auditis de elect.* & ideo cum electio in paritate vocum fuerit ab initio nulla, conualidari minime potuerit, placuit enim responsio, quod Ferrer non prætendit ex consensu postea præstito fuisse conualidatam electionem illam factam in paritate sed Capitulum post dictam electionem in paritate fecisse ex integro nouam electionem de magis qualificato, ex illis duobus decernendo discussionem qualitatum ipsorum, & adiudicando Canoni-

15 tum magis qualificato, quæ noua electio non fuit in paritate, sed cum consensu totius Capituli, vt supra dictum fuit, sic valet prout ex nunc secundũ *Baldum in d. cap. auditis sæpius citato num. 37. verbo conualescere, Hostien. in cap. in genesi num. 14. vers. non tamen, & vers. etiam prædictorum est de elect.*

Licet etiam dici posset, quod, vbi in electione requiritur certa forma, vel solemnitas, prout *in cap. quia propter*, tunc si electio ab initio est nulla, non conualidatur per consensum posteà præstitum, sed requiritur, vt cum consensu interueniat eadem forma, quando vero, prout in casu nostro non est data certa forma, tunc licet per consensum singulorũ electio non conualidetur, conualidatur tamen per consensum collegialiter præstitum, & sic valet pro-

16 ut ex nunc, quia adest consensus, & solemnitas, pro qua requiritur solum, vt consensus prestetur collegialiter *Abb. in c. quia propter n. 9. & in c. in genesi nu. 4. Hostien. nu. 14. Card. nu. 3. de elect. Franc. Marc. dec. 202. n. 3. & dec. 926. n. 2. pa. 1. Garz. de benef. par. 1.*

17 *cap. 6. num. 20.* Et regulare est, quod, vbi nullitas prouenit non ex defectu formæ, sed consensus, eo quomodolibet superueniente, conualidatur actus. *Dec. cons. 367. n. 4. lib. 2. Rot. in rec. dec. 65. n. 3. par. 2.*

18 Minus obstat secundo, quod electio ista tanquam conditionalis, & incerta sit nulla per *text in cap. 2.*

19 *de elect. in 6.* conditionalis, enim dici non potest, cum qualitas maioris Idoneitatis, seu nobilitatis, non sit conditio, nec per modum conditionis apposita, sed pura, ac certa in rerum natura, licet ab examinatoribus ignorata antequam fieret discussio meritorum imò cum non sit qualitas pendens à futuro euentu, sed quæ inest de præterito, vel de præsenti, non suspendit actum, nec substantiam electionis, vt in simili de Idoneitate requisita in forma dignum dixit *Rot. in Burgen. Canonicatus cor. bonmem. Card. Pamphilio apud Marches. de Commiss. par. 1. fol. 142. & in Abulen. Beneficij cor. Lutta, apud Garz. par. 6. cap. 2. n. 55.* Et in terminis electionis *Corass. de elect. p. 4. cap. 3. n. 24. Bellamer. in c. significasti n. 2. de elect. Cuc. eb. Instit. moral. lib. 4. tit. 1. num. 216. benè Decian. Cons. 8. n. 69. cũ seqq. vbi n. 75.* quod electio facta per viam modi non facit conditionem, neque suspendit actũ, sed obligat tantum ad id faciendum, quia qualitas probanda non tollit deliberationem con. ensus in certa persona, nec inducit cõditionẽ, quæ annullet actũ cũ respiciat qualitatẽ præsentem, non futuram.

Et multo minus quando dicta qualitas non est contingens, nec dubia, sed omninò necessaria, prout est maior qualitas inter duos; tunc enim cum non exprimitur dubitatiuè, aut suspensiuè, & de præsenti

20 tanquam necessaria, & quæ non potest non esse, non suspendit *§. conditiones instit de verbo obligat. Sanch. de matrim. lib. 5. disp. 2. num. 3.*

21 Quæ conclusio est indubitata, dum qualitas inest actui de iure, nam, etiamsi adijceretur per modum conditionis, non suspendit electionem *Vinian. in rationali §. 1. pag. 155. Bellam. in d. cap. significasti num. 2. Abb. num. 6. Dec. num. 32. & 37. Innoc. num. 1. de elect. Compostell. in cap. 2. de elect. in 6. Fr. Sigismun. à Bonon. de elect. dub. 27. seu alias 28. num. 5.* qualitas autem maior inter duos Coelectos, supposita ordinatione Capituli eligendi magis qualificatum, inest actui,

22 tam de iure communi, *Letter. de re benef. lib. 2. quæst. 31. à num. 135.* quàm etiam ex Constitutione Gregorij statuente electionem magis digni iudicio Ordinarij, & Capituli.

Prout etiam dici nequit incerta persona electa, nedum quia electio fuit inter duos tantum, sed etiã quia qualitas maioris actualiter, & de certo inhæ-

23 ret, & iam est certa in rerum natura, vti iam contracta per generationem, vndè, licèt ignoretur, in quo nam sit, ista tamen ignorantia non tollit certitudinem, sed solum retrahit effectum electionis, donec tollatur per examen, vt dictum fuit in dictis *Burgen. Canonicatus, & Abulen. Beneficij Decian. d. cons. 8. num. 89. & 214. ad 217.* Quod idem contingit, quã do electio fit genericè alicuius dignitatis non expresso nomine, quæ valida est, licet persona igno-

24 retur, solumque retardatur effectus, quousque ad notitiam veniat, ea ratione, quia illa persona genericè electa, licet nobis ignota, in se tamen est certa, & per illam qualitatem determinatur, sicuti si per nomen exprimeretur, *l. nominatim de condit. & demonstr.* vbi quod non solum per nomen, sed etiam per alias qualitates habetur determinatio, & certitudo, *Oldr. cons. 61. num. 3. Card. Canal. decis. 212. num. 5. Rot. in rec. dec. 219. num. 7. par. 7. rec.* Nomina-

25 tim enim dicitur exprimi, nedum quod proprio nomine vocatur, sed etiam quod nomine Officij, vel alia demominatione, seu qualitatis appositione demonstratur, per quam ad certitudinem deueniri possit *l. 1. & 2. ff. de liber. & posth.* Nec voluntas fer-

26 tur in incognitum, quia tendit in personam, designatam illa qualitate, cuius existentia est nota, & certa, & per eam indiuiduatur persona *D. Tho. in 4. senten. disp. 3. artic. 2. in respons. ad 5. Nauarr. in summa cap. 22. num. 26. cum alijs per Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 18. n. 27. cum pluribus seqq.*

Tertio demum non obstat Capitulũ post electionem in paritate, reiecto Michaele, elegisse *Bezerram*,

27 tam, vti magis qualificatum sicque facultatem eligendi fuisse consumptam per *regul. text. in l. Banes §. hoc Sermone ff. de verbor. signific.* quia huiusmodi ele-
28 ctiò lite pendente facta, & post Ordinarij inhibitionem *Summ. num. 13.* fuit manifestè nulla, & attentata *l. 1. & tot. tit. vt lit. pend.*

Nec quidquam releuat Ordinarium moderatum fuisse suam inhibitionem, quia cum moderatio fuerit limitata, quoad extraiudicialia *Summ. n. 14.* suffragari non potuit pro hac electione, quæ, eum facienda esset ex decreto Capituli de magis Idoneo, & qualificato, proindeque requireret discussionem meritorum cæterarumque qualitatum, cum interes-
29 sentia contradictorum, erat omninò iudicialis processus, vt dicit *textus in cap. si fortè 11. de elect. in 6.*
30 vbi enim adest contradictor, & requiritur causæ cognitio, actus etiam extraiudiciales transeunt in Iudiciales, vt probat *Lambert. de Iurepatr. par. 2. lib. 1. quæst. 9. art. 12. num. 2. post Felin. in cap. fin. num. 27. de præsumpt. Garzia in puncto d. par. 5. cap. 4. num. 214.* Et
31 regula est, quod causa semel effecta Iudicialis non potest amplius effici extraiudicialis *Bart. in l. Societatem §. Arbitrorum, ff. de Arbitrium Felin. in capit. ex officij numer. 23. de præscription.* Imò cùm require-
32 retur causæ cognitio, & determinatio Capituli super inhabilitate Michaelis, à qua datur appellatio, etiam suspensiua *Gonzal. in annot. contra nullit. & attent. num. 187. cum seqq. Rota in Melenitana Marescial-latus 26. Maij 1642. coram Reuerendissimo Dom. meo*
33 *Decano*, eo magis fuit attentatata, tanquam facta pendente termino ad appellandum, *cap. non solum de appell. in 6.*

Quibus addi potest, quod Michael ad impediendum electionem Bezertæ obtulit probationem suæ habilitatis *Summ. num. 13.* & concludenter probauit se esse in ætate legitima, vt resolutum fuit in decisionibus in causa factis; constat ex sententijs Ordinarij, & bo: me: Coccini; & ideò licèt appellatio extraiudicialis non soleat suspendere, si tamen offeratur probatio, & multò magis si postea iustifice-
34 tur causa ipsius appellationis, omnia gesta post dictam appellationem extraiudicialem reuocantur vti attentata *cap. consideranimus, ibique glos. in verb. appellationem de elect. Lancellott. de attent. appellat. pend. par. 1. limit. 3. d. num. 17. cum seqq. Achill. dec. 24. de appellat. in nouis, & coram bon. mem. Buratt. dec. 771. numer. 4. & 5.*

Et quatenus electio facta non fuisset priùs a Capitulo de magis qualificato, in cuius præiudicium non potuit de iure fieri secunda electio, enim illa prima fuerit valida, vt firmatum est, & electio quã-
35 do est valida, vel saltem non est euidenter nulla, etiamsi veniat irritanda, & propterea debet priùs iudicialiter cassari, præstet impedimentum secundæ *text. in d. cap. consideranimus, & ibi Bellam. num. 8. & in cap. cum terra num. 6. Compost. in cap. quod sicut de elect. Mandag. cap. 31. & 32. de elect. Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 17. num. 110. & 124. cum. seq.* adhuc tamen per eiusmodi electionem Bezertæ nullam, &
36 inualidam, facultas eligendi residens penès Capitulum consumpta non fuit, sed iterum ad nouam electionem deuenire potuisset, vt apertè disponitur. *in cap. si electio de elect. in 6.* vbi si prima viee electus electioni consentire noluerit, vel renunciauerit, aut morte præuentus electio effectum sortiri non po-
37 tuerit eligentes denuo possunt eligere; quælibet enim facultas siuè à lege data, siue ab homine, tunc consumpta dicitur, cum actus validè, & vtiliter geritur, & ita effectum sortitur, vt menti concedentis plenè sit satisfactum, alias secus *l. hac conditio filia mea in princ. ff. de condit. & demonstrat.* vbi conditio
38 cum nupserit non impletur, contractis inutilibus nuptijs *l. si maritus §. fin. ad l. Iuliam de adulter. l. 2. §. 1.*
39 *de opt. leg.* vbi si is cui electio centum amphoratarum Vini legata sit, acetum elegerit, actus optionis non dicitur consumptus, sed potuit de nouo vi-
40 num eligere, vbi *gloss.* ait nihil referre, an aliquid non fiat, vel non iure fiat *Bald. in cap. olim ex litteris*
41 *de rescript.* vbi quod potestas prorogandi arbitrium non consumitur per actum prorogationis, qui non habuit effectum.

Prout etiam non releuat lite pendente Electores posse accedere ad alterum ex coelectis, & variare, eligendo quem maluerint iuxtà opinionem *Inno-*
42 *centij in cap. auditis de election.* quam etiam probauit *Bald. in cap. publicato, ibidem*, eorum enim opinio
43 procedere potest, quando lis est inter Electores, ve se ipsum declarat *Innocen. in d. cap. auditis num. 2. & 3.*
44 Secus verò, quando, prout hic, lis est inter Electos & Electores, tunc enim lite pendente est prohibitus accessus, & variatio, vt tradit idem *Innoc. in d. cap. auditis num. 2. versic. Sed tamen credunt isti, & in cap. cum venissent nu. 7. de in integr. restitut. Lancellott. de attent. lite pen. par. 2. cap. 4. limit. 22. num. 10. & 11. Ferrett. consf. 292. num. 15. Latter. de re benef. lib. 3. quæst. 17. num. 123. & 124. cum seqq.*

Et horum etiam doctrina procedit stando in mera paritate vocum, nos autem sumus in electione facta à toto Capitulo post paritatem vocum de magis qualificato, & sic non possunt Electores variare in huiusmodi electione ab eo, in quem concurrunt maiores qualitates.

Et hanc sententiam DD. faciliùs fuerunt amplexi propter tenitentiam, & repugnantiam Capituli in
45 exiben. actis electionis, in odium enim recusantis, præsumitur constare de sufficienti cõsensu adnotata *per Felin. in cap. quoniam frequenter num. 7. vt lite non contestata Gonzal. ad regul. 8. §. 8. proem. nu. 36. cum seqq. Rota coràm Gregor. dec. 127. num. 11. & dec. 341. nu. 2. & coram bon. mem. Buratt. dec. 426. num. 7.* & firmatur *in d. decis. Coccini.*

Et demum, quia vbi etiam ex tot actibus positiuis electionem necessario inferentibus, & renuentia Capituli in exhibendis actis, non constaret de sufficiente electione formali, certum est, quod dum Capitulum commisit discussionem qualitatũ vnius cuiusque ex coelectis, ad hoc vt digniori traderetur possessio, illosque granauit in expensis, fuit illi ius quæsitum priuatiuè quoad omnes alios, & Capitu-
46 lum adeò se arctauit ad electionem vnius ex duobus, vt de illis amplius exire non possit, sed Canonicatus de necessitate alterutri ex duobus sit conferendus, vt expressè fatetur Capitulum *Summ nu. 9.* dum dicit esse necessarium, quod prosequatur Capitulum suam electionem declarando alterum ex duobus, tanquam verum alectum, & est *text. in cap. constitutis 46. ibi & iuxta conscientiam suam vnum eligerent de duabus, in quos partes videbantur oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis vtilem, & idoneum reputarent de appellat. Io: Andr. ibidem nu. 5.* vbi quod iam ex voluntate eligẽtium ad illos duos arctatur seruitiuum *Præposit. ibidem num. 11. Alexan. de Neuo num. 19. Butr. num. 3. Franc. num. 2. Imol. numer. 2. & 3. Innoc. num. 1. Bald. num. 12. Anan. num. 3. & 4. glos. in cap. duobus verbo teneantur de rescript. in 6. magistraliter idem Bald. in proœm. ff. §. itaque vers. sed nunquid currentij duo, & in prohem. decret. §. Rex pacificus nu. 35. Fr. Sigismundus de elect. dub. 50. volu. 52. secundum aliam impressionem num. 5. versic. quod sanè verissimum est Rota penès Garz. par. 9. cap. 2. num. 150. cum alijs cumu-*

cumulatis in præterita vers. maximè quia, exemplo
47 ludentium ad taxillos in quibus vincit plura puncta
proijciens, si enim duo eadem puncta proiecerint,
ij solum duo experiri debent, & non alij, & duorum
48 pariter currentium, & æqualiter metam tāgentium,
si enim præmium est diuisibile, inter eos æqualiter
diuiden. est, si autem indiuisibile inter ipsos dumtaxat
exclusis reliquis, est iterum cursus peragendus,
ratione maioris laboris, & meriti ex parte sua
interuenientis, *arg. l. semper §. negotiatores ff. de iure
immun. cum alijs adductis in decis. dict. vers. maximè
quia.*

Et ratio est euidens, quia, vbi, prout hic, ex decreto
Capituli, & Constitutione Gregorij sancitum
est, illum dumtaxat ex concurrentibus assumēdum,
seù eligendum esse, qui iudicio ordinarij, & Capituli
magis habilis, & idoneus repertus fuerit, & pro
verificatione qualitatum deuentum fuit ad discus-
49 sionem inter duos, Capitulum non potest absque
iusta, & legitima causa retrahere se ab electione
magis qualificati ex duobus, voluit *Rot. coram bon.
mem. Coccin. dec. 215. numer. 13. & 14.* sed ex debito
iustitiæ commutatiuæ, & distributiuæ, qui dignior
repertus fuerit, præferendus est cæteris, & eligendus
*Marc. Anton. Gen. in praxi cap. 65. num. 8. Garz. de
benef. part. 7. cap. 16. à num. 37. vsque ad 54. Molin. de
Iust. & iur. tract. 2. disp. 714. num. 9. Rebell. de obligat.
iust. par. 1. lib. 1. q. 3. num. 18. & lib. 3. q. 8*

Vndè cum in altero ex duobus esset necessaria
electio vigore consensus Capitularis antecedentis, &
subsequentis electionem in paritate, & per obitum
Bezerræ cessauerit omnis oppositio, & concursus, e-
50 lectio de necessitate est facienda in personam Michaelis,
quatenus hucusque facta non fuerit. *Dec. in
cap. 1. num. 15. de elect. Abb. consil. 25. n. 2. & 3. par. 2.
Menoch. cons. 1280. num. 1. Garz. de benef. par. 9. cap. 2.
num. 221.* & fuit dictum *in Aquitanien. Prioratus 21.
Februarij 1625. coram bon. mem. Selencien.* vbi etiam
subiungitur, quod oppositor, cui iniustè denegata
51 fuit collatio à Magno Magistro, illam obtinere
debet à Rotæ Auditore iuxta *Clemen. Auditor. de rescript.*
quod etiam dixit *in Calaguritana Beneficij de
Arnedo 22. Iunij 1622. coram bon. mem. Merlino, & in
Pistorien. Parochialis 6. Februarij 1623. coram eodem
impressa apud Vitianum de iurepatr. decis. 81. num. 11.*
vbi quod Auditor Rotæ immittendo in possessionē
52 vigore *d. Clemen.* videtur prius saltem virtualiter beneficium
contulisse cum cæteris ibidem allegatis.

Quod multo magis procedit, dum Michael verificauit
qualitates necessarias, & per Capitulum de-
53 uentum est ad hujusmodi actus, nam ex hoc habet
ius considerabile, *Put. dec. 252. num. 3. lib. 3. in correctis
Seraphin. dec. 1091. num. 2. vers. Ideout dicatur Escobar.
de purit. par. 1. q. 7. num. 106. & 150.*

Et ita vtraque parte acerrimè sæpius informante,
resolutum fuit constare de valida electione Michaelis,
& sic sententiam Rotalem esse confirmandam
omissis nullitatibus contra eam oppositis, cum abundè
sublata fuerint in alia decisione, & latius hodiè
ab informantibus pro Michaele.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI
DE PANCALDIS.
Veneris 19. Iunij 1643.

A R G V M E N T V M.

Immissio in vim *l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen.* est concedenda probanti omnia requisita ad id necessaria, nempè existentiam, & purificationem fideicommissi ad eius fauorem, possessionem testatoris de tempore obitus, & possessionem de præsenti Aduersariorum, & identitatem bonorum, etiam contra vsufructuarium dum ille citatus ad iudicium comparere neglexit.

S V M M A R I V M.

1 *Testes cum sint informati, & deponant de visu, & certa scientia, & de actibus possessorijs continuatis probant possessionem.*
2 *Possessio ex substentatione litis cum adminiculis regulariter probatur.*
3 *Possessio illius probatur contra quem fuit tanquam possessorem executum mandatum.*
4 *Identitas bonorum probatur sufficienter ex duabus demonstrationibus.*
5 *Identitas bonorum in antiquis, & vltra centum annos probatur ex præsumptionibus, & coniecturis.*

D E C I S I O CVII.

THomasia de Pancaldis tanquam vocata ad fideicommissum Berti de Pancaldis egit contra Palmerios, & contra Fratres Beatæ Mariæ Charitatis Bononiæ pro obtinen. immissione super nonnullis bonis eidem fideicommisso subiectis, quæ Palmerij in loco Padulæ, & Fratres Charitatis in loco Longariæ possidebant, & disputato prius dubio contra Palmerios, an constaret de purificatione fideicommissi ad eius fauorem Rota sub die 16. Februarij 1640. proponente Reuerendissimo D. meo Patriarcha Panzirolo affirmatiuè respondit, & successiuè sub die vndecima Maij 1641. coram eodem dixit, Thomasiæ esse dandam immissionem. Deindè prosequendo iudicium contra Fratres Charitatis, obtinuit coram me in locum D. Patriarchæ absentis subrogato disputari Dubium, an sibi esset danda immissio. & Domini sub die 10. Iunij 1642. pariter affirmatiuè responderunt, vt in decisionibus.

In hoc causæ statu se opposuit Eques Sauignanus vsufructuarius protestans nihil fieri nisi eo citato, & audito; quapropter hodie proposito dubium, an esset recedendum à decisis sub dictis diebus coram D. Patriarcha Panzirolo, & Domini non esse recedendum responderunt informante solum Thomasia, quia Eques Sauignanus, licet pluries citatus, & intimatus, informare neglexit.

In dictis enim decisionibus firmatum fuit Thomasiæ esse dandam immissionem in terris positis in loco Padulæ, ex quo concurrunt, & iustificantur omnia requisita ad illam obtinen. necessaria, nempè existentia, & purificatio fideicommissi ad eius fauorem, possessio Berti Testatoris de tempore obitus, & illorum de Palmerijs de præsenti, ac demum identitas bonorum, quæ omnia iterum visa sunt subsistere.

Nam quod attinet ad existentiam, & purificationem fideicommissi, hæc duo requisita latè probantur in prima decisione D. Panziroli, & in alia emanata coram me sub die decima Iunij 1642. contra Fratres Charitatis, in quibus omnibus rationibus omnia firmantur, & contraria remouentur, adeout non sit opus amplius super his insistere, præsertim hodiè, dum altera pars nihil opponit.

Quod Bertus Testator possederit de tempore obitus apparet ex Testibus ser. ser. examinatis deponentibus, quod ille possedit in loco Padulæ terras prætinas de quibus agitur, illas locando, & dislocando, aliosque actus possessorios facien. & vnus ex illis dicit, quod Bertus continuauit possidere vsque ad mortem, & alter addit, quod post eius obitum dictæ Terræ deuenerunt ad Ioannem Baptistam eius
1 filium, qui Testes cum sint informati, & deponant
de visu, & certa scientia, & de actibus possessorijs

con-

continuatis vsque ad mortem, satis adhunc effectum probant possessionem *iuxt. Text. in l. Titia ff. de solut. Cæsar. de Graffis decis. 10. de cauf. possess. & propr. & fuit dictum in Ariminen. fideicommissi. 4. Martij 1642. coram me cum aliis in secunda decis. D. Panziroli allegatis.*

2 Possessio verò illorum de Palmeriis de præsenti probatur, nedum ex substentatione litis, quæ regulariter sufficit cum adminiculis, vt pluties Rota respondit, & signanter *coram bon. memor. Buratto decis. 693. num. 5. cum aliis allegatis ibi per add.* sed etiam ex mandato contra eos, tanquam contra possessores

3 relaxato, & ex subsequuta illius executione cum relatione exequutoris, quod illi possident, quæ satis probant possessionem illius, contra quem mandatum fuit exequutum *Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 921. fan. mem. Gregor. XV. decis. 105. num. 1. & decis. 402. num. 1. & Rot. post Posth. de manut. decis. 319. num. 5.*

Denique probatur identitas, quæ vltra generalem demonstrationem loci, concurrit qualitas, quod terræ sunt pratiuæ, & conueniunt aliqua confinia, vt patet ex deductis in secunda decisione, quæ satis,

4 superque sunt ad identitatis probationem, ad quem effectum sufficiunt duæ demonstrationes *iuxt. Theoricam Bart. in l. demonstratio falsa ff. de condit. & demonstrat.* Præsertim cum simus in antiquis vltra centum annos, quo casu requiritur minor probatio, & sufficiunt solæ præsumptiones, & coniecturæ *iuxta cap. causam de probat. Soccin. sen. conf. 166. num. 2. lib. 1. Riminald. iun. conf. 254. nu. 11. Rot. in recentior. decis. 81. num. 20. & decis. 360. num. 10. par. 5. & decis. 58. num. 14. & dec. 164. num. 38. par. 6. cum aliis allegatis in decis.*

Et itaque, &c.

ROMANA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Filia fœmina etiam dotata, hæres, & agnata testatoris, excludit alteram filiam, & sororem respectiuè pariter dotatam à Patre à supplemento legitimæ, quando ex statuto prohibente huiusmodi supplementum peti posse ab hæredibus agnatis patris, vel aliunde non habetur certitudo, quod statuentes intellexerint de hærede agnato masculo, etiamsi agnationis ratio, fuerit habita.

SVMMARIVM.

1 *Filia, & hæres Testatoris, cum sit de illius agnatione licet fœmina, excludit sororem, & filiam respectiuè dotatam à supplemento legitimæ ex Statuto Vrbis disponente supplementum peti non posse ab hæredibus agnatis Patris, & nu. 5.*

Fœmina dicitur de agnatione, licèt nupta in aliena familia, num. 1.

2 *Statutum prohibens filiam petire supplementum legitimæ ab hæredibus agnatis, intelligendum est de hæredibus masculis, in quorum favorem emanasse præsumitur.*

3 *Filia dotata incongruum est vt possit excludere à supplemento legitimæ alteram filiam dotatam.*

4 *Statutum prohibens filiam fœminam dotatam non succedere, illam non excludit in concursu aliæ fœminæ pariter dotatæ.*

5 *In statuto non est recedendum à proprietate, & certa significatione verborum quæ vtrique sexui sunt communia, & tàm masculis, quàm fœminis conueniunt.*

6 *Verba in interpretatione statuti sunt accipienda in propria eorum significatione.*

7 *Amplia, etiam si dispositio videatur dura.*

8 *Limita, dummodo ex ipso statuto, aut aliunde clarè non constet de contraria mente statuentium.*

9 *Statuentes si voluissent fœminas comprahendi, expressissent qualitatem masculinitatis.*

10 *Agnationis ratio considerata à statuentibus, si masculi deficiunt, & fœmina agnata succedat, sortitur magis effectum suum, & vlterius extendatur.*

11 *Agnatio, quæ deficientibus masculis finiretur, si fœmina agnata succedat, magis durat.*

12 *Fœmina agnata, iura sanguinis retinet, & agnationem conseruat, saltem eo modo, quo potest, licèt in aliena familia nupserit.*

13 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos habet locum, etiam fauore masculi religiosi incapacis conseruandi agnationem.*

14 *Agnationis qualitas conseruatur in Monacho, dum viuit.*

15 *Fœmina licet sit finis agnationis, sufficit, quod habeat qualitatem agnationis à statuentibus requisitam.*

16 *Agnatio conseruatur per fœminam agnatam deficientibus masculis.*

17 *Agnatio cum finitur, nihil interest, an magis in masculo, quam in fœmina conseruetur.*

DECISIO CVIII.

Propositio dubio, an Alexandro Cherubino debeatur supplementum legitimæ, quod ipse petebat in bonis Ricciardi Rotigni, tanquam hæres Mariæ eius vxoris, & filiæ, Ricciardi, Anna altera filia, & hæres pro excludendo Alexandro, tres principales exceptiones opposuit. Primam quod petitio supplementi fuit prohibita à patre in eius testamento per Mariam acceptato, & quod propterea non poterat Alexander ex eius persona agere ad supplementum prohibitum in dicto testamento, & à Maria eius auctrice acceptato. Secundam, quod cum Anna esset hæres agnata patris excludebat à petitione huius supplementi Mariam sororem iam dotatam, vt disponitur in *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 141.* præcipiente, vt filiæ dotatæ à patre petere non possint supplementum legitimæ ab eius hæredibus agnatis. Tertiam denique, quod in casum, in quem vtraque filia Ricciardi decederet sine filiis, fuit pro medietate substituta causa pia, & pro alia medietate lo. Maria Nepos Ricciardi ex fratre, & sic masculus de agnatione, à quo idem statutum prohibet peti supplementum, non obstante, quod non esset directè institutus, sed substitutus, quia substitutio, dicebatur pro repellenda filia à petitione supplementi, super quibus exceptionibus partibus pluries auditis, tandem DD. sub die 18. Maij 1640. resoluerunt non obstare, quin Alexandro debeatur supplementum, vt in decisione dicta die emanata coram me, in qua omnia fuerunt latè discussa.

Sed huic resolutioni non acquiescens Anna causam ad disputationis trutinam reuocari obtinuit, in cuius discussione, omissis prima, ac tertia exceptione, ad secundam dumtaxat se restreinxit fundatam in dispositione statuti, ex quo tantum capite placuit hodiè DD. recedere à decisis.

Fundamentum fuit, quia cum statutum claris verbis præcipiat, vt filia, cui pater in vita dedit, vel testamento reliquit dotem, non possit petere aliquod supplementum legitimæ ab hæredibus agnatis eiusdem patris, videbatur suffragari Annæ, quæ est filia, & hæres Ricciardi, & quidem de illius agnatione, licet sit fœmina, *iuxt. text. in l. pronunciatio ff. de verb. significat. §. item, vetustas, instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. §. Cæterum instit. de legit. agnat. success.*

Socrin. iun. conſ. 194. *num.* 10. *lib.* 1. *Theſaur. deciſ.* 37. *num.*4. *cum alijs per Rotam dec.*282. *num.*2. *&* 4. *par.*2. *recent*. Et in aliena familia nupta, *Rot. in rec. deciſ.* 587. *num.*8. *par.*1. *& deciſ.*151. *num.* 3. *par.*5. *& in Bonon. fideicommiſſi de Boatterijs* 17. *Februarij* 1642. *coram bon. mem. Merlino confirmata coram me* 12. *Decembris eiuſdem anni*.

2 Et licet dictum ſtatutum prohibens filiam petere ſupplementum legitimæ ab hæredibus agnatis intelligendum ſit de hæredibus maſculis, per quos conſeruatur agnatio, & in quorum fauorem ſtatutum emanaſſe præſumitur, vt conſuluit *Gabr. conſ.* 10. *num.* 8. *verſ. in hoc, & num.* 10. *verſ. & conſequenter lib.* 2. *Rot. deciſ.*425. *num.*1. *cum ſeqq. par.* 4. *diuerſ. cum alijs adductis in* 1. *deciſ. verſ. nam prima tollitur*. Quæ authoritates valdè vrgebant, cum loquantur in punctualibus terminis huius ſtatuti, eo magis, quia Anna altera filia, & ſoror reſpectiuè ipſa quo-
3 que fuit dotata, vndè incongruum videbatur, vt filia dotata excludi poſſit ab altera filia pariter dotata, vt ponderat *Surd. conſ.*185. *num.*13. *cum ſeqq.* vbi
4 quod ſtante ſtatuto quod filia fœmina dotata non ſuccedat, non eſt locus excluſioni, ſi concurrant aliæ fœminæ pariter dotatæ.

Placuit tamen DD. ſequi contrariam ſententiam, eo quia in ſtatuto nulla mentio ſit maſculinitatis,
5 neque agnationis conſeruandæ, nec aliundè habetur certitudo, quod ſtatuentes intellexerint de hærede agnato maſculo, vndè non videtur receden. à proprietate, & certa ſignificatione verborum, quæ ſunt vtrique ſexui communia, & tàm maſculis, quàm fœminis conueniunt, vt in ſimili dictum fuit in allegata *Bonon. fideicommiſſi de Boatterijs coram bon. mem. Merlino, & coram me*. Præſertim cum agatur
6 de interpretatione ſtatuti, cuius verba accipienda
7 ſunt in propria eorum ſignificatione, etiamſi diſpoſitio videatur dura, dummodo ex ipſo ſtatuto,
8 aut aliundè clarè non conſtet de contraria mente ſtatuentium, *Lap. alleg.*101. *num.*19. *& Natt. ad ſtatut. quod ſtantibus maſculis* 4. *quæſt. princ. numer.* 135.
9 Si enim ſtatuentes noluiſſent fœminas comprehendi expreſſiſſent qualitatem maſculinitatis, ad tradita per *Socin. iun. conſ.*10. *num.* 15. *verſ. & quando ſtatuentes lib.*2. *Dec. conſ.*511. *num.*6. *ante med. Rot. deciſ.*282. *num.*4. *part.* 2. *recent*.

Et in omnem caſum, quatenùs dici poſſet ſtatuentes reſpexiſſe conſeruationem agnationis, hinc non excluditur, quin huiuſmodi ſtatuti diſpoſitio locum
10 ſibi vendicet in hærede fœmina agnata, quando deficientibus maſculis, ipſa ſola ſupereſt de agnatione, vt in caſu noſtro, quia ex illius admiſſione, non ſolum non ceſſat ratio conſeruandi agnationem conſiderata à ſtatuentibus, ſed imò magis ſortitur
11 effectum ſuum, cum agnatio, quæ deficientibus maſculis finiretur, ità magis duret, & vlterius extenditur, quatenus ſcilicet viuit fœmina agnata, quæ iu-
12 ra ſanguinis retinet, & agnationem conſeruat ſaltem eo modo quo poteſt, licet in aliena familia nupſerit, vt firmatur in præallegatis *Bonon. fideicommiſſi de Boatterijs*.

Et hic intellectus corroboratur ex ſimili, quod alias reſoluit *Rot. in Bonon. ſucceſſionis* 9. *Decembris* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo*, vbi quod ſtatutum
13 excluſiuum fœminarum propter maſculos, habet locum etiam fauore maſculi Religioſi incapacis conſeruandi agnationem hac ſola ratione, quia ſtatutum reſpexit dumtaxat qualitatem agnationis,
14 quæ in Monacho, dum viuit, conſeruatur *ex Pariſ. conſ.*48. *num.*62. *lib.*3. *Cephal. conſ.*53. *num.*98. *& alijs adductis in d. deciſ. Vbaldi*, §. *neque obſtat*.

Ex quibus parum obſtat, quod fœmina ſit finis agnationis, quia ſufficit quod habeat hanc quali-
15 tatem expetitam à ſtatuentibus, & quod deficientibus maſculis agnationem conſeruet iuxta votum ſtatuentium, qui hoc ſolum cogitaſſe præſumuntur, vt agnatio, quantum fieri poſſit, duraret, & perpetuaretur cum alias vbi finitur agnatio nihil interſit, an magis in maſculo, quàm in fœmina conſeruetur.

Et ità deciſum vtraque &c.

ANCONITANA DOTIS.

Mercurij 1. *Iulij* 1643.

ARGVMENTVM.

Hæres mariti obligati ad dotis reſtitutionem non tenetur ſoluere mulieri aliqua interuſuria ſtante depoſito ipſius dotis facto de ordine Iudicis, quod eo magis procedit, ſi & ipſa mulier, quæ dotis erat creditrix, etiam erat debitrix de aliquibus bonis viri ad ipſam peruentis, quæ per illam ante dotis reſtitutionem eiſdem hæredibus conſignari debebant, hinc de depoſito, & oblatione dicuntur plura.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes mariti durante anno luctus non tenentur reſtituere vxori dotem in pecunia conſiſtentem, ſed tantum illi præſtare alimenta.*
2 *Alimenta vxori debita durante anno luctus debentur in quantitate taxata à ſtatuto.*
3 *Interuſuria dotalia non debentur vxori ob retardatam illi dotis ſolutionem, ſi non concurrit mora hæredum.*
4 *Oblatio iudicialis cum ſubſequuto depoſito habet vim ſolutionis, & liberat deponentem.*
5 *Oblatio verbalis ſufficit ſtante recuſatione partis.*
6 *Oblatio verbalis vt debitorem liberet ſtante recuſatione partis, non requiritur expreſſa, & ſpecifica recuſatio, ſed etiam tacita ſufficit.*
7 *Taciturnitas creditoris poſt oblationem illi factam habetur pro recuſatione.*
Litis ſubſtentatio à creditore facta poſt oblationem inducit recuſationem, num. 7.
8 *Dare, & recipere, vbi quis vna ſimul tenetur, tenetur prius dare, vel offerre quod debet, ſi vult alium conſtituere in mora, & num. ſeq.*
9 *Vidua ſi ex vna parte eſt creditrix dotis, ex alia vero debitrix aliquorum bonorum mariti, tenetur prius bona reſtituere, & poſtea dotem ſibi debitam petere, necnon interuſuria.*
10 *Verba prolata per ablatiuum abſolutum inducunt conditionem.*
11 *Conditionis ea eſt natura, vt illa adimpleatur, antequam diſpoſitio ſuum ſortiatur effectum.*
12 *Depoſitum vbi non eſt integrum non ſuffragatur.*
13 *Creditori vt dicatur licuiſſe diſtrahere pignora ſui debitoris, requiritur quod ille ſit creditor in maiori quantitate, quam important pignora.*
4 *Depoſitum dicitur integrum etiam quod non fuerit factum de tota ſumma, ſi integra rata liquida fuit depoſitata.*
15 *Debitor excuſare ſe non poteſt à mora, & culpa ſui facto cauſata.*
17 *Petitio plus debito facit, quod debitor non dicatur in mora, etiam ad effectum, vt illi non currat intereſſe.*
17 *Depoſitum iudiciale non vitiatur ex conditione intrinſeca per Iudicem appoſita.*

DECISIO CIX.

FVit reſponſum non deberi interuſuria Dotalia hæredibus qu. Franciſcæ Lanfranconæ, quia aut petuntur pro anno luctus, & cum dos conſiſteret in pecunia, & mobilibus, nulla debentur interuſuria, quia hæ-

hæredes viri durante dicto anno non tenentur resti-
tuere dotem in pecunia, & mobilibus consistentem,
1 sed solum præstare alimenta, & interim faciunt
fructus suos iuxtà opinionem, quam originaliter
tenuit *glos. in l. vnic. §. exactio C. de rei Vxor. act.* &
communiter sequuntur D.D. vt ibi notat alia *gl. ad-
dit.* & patet ex relatis per *Honded. cons. 36. n. 1. lib. 2.*
& latius per *Surd. de alim. tit. 1. q. 44. num. 11. 29. &*
30. & approbauit *Rot. coram sanct. mem. Greg. XV. de-
cis. 462. num. 2.* alimenta autem præstita fuerunt, &
2 quidem in quantitate sufficienti, quia illa taxantur
a statuto Anconitano in solis scutis 60. quæ taxatio
de iure licita est, & debet attendi *Abb. in cap. salu-
briter num. 6. Surd. d. quæst. 44. num. 33.* & tamen Fran-
cisca habuit quantitatem longe maiorem retractam
ex fructibus censuum, pensionibus Domorum, ven-
ditione certorum mobilium, & ex alijs multis, de
quibus *in Summ. illorum de Fanellis num. 16.*

Aùt verò petuntur interusuria pro tempore post
annum luctus, & ab indè citrà decursa, & ista pa-
riter non debentur, cum nulla possit considerari
3 mora in hæredibus Hieronymi mariti Franciscæ
sine qua huiusmodi interusuria nõ debentur *Alciat.
cons. 59. & cons. 113. num. 5. lib. 5. Surd. cons. 211. num. 9.
& Rot. in recent. dec. 132. num. 17. par. 6.*

Cum enim dd. hæredes statim ac dies solutionis
aduenit, fecerint in iudicio plures reales oblatio-
nes, & actuale depositum quantitatis debitæ, vt eo-
rum *Summ. num. 4. 6. 10. & 13.* cessat quæcumque
mora, cum similes oblationes factæ in iudicio, &
4 depositum habeant vim solutionis, & inducant
liberationem, *Surd. cons. 86. num. 28. & 29. & cons.
142. num. 3. & cons. 331. num. 39. & seqq. & dec. 262.
nu. 2. & 3. Gratian. discept. for. cap. 38. num. 32. & ca-
pit. 786. num. 2.* vbi quod quando versamur in obla-
tione iudiciali, quod tali casu indubitanter habet
vim solutionis *Natt. cons. 631. num. 6. post med. Ro-
land. cons. 7. num. 29. lib. 3. Cephal. cons. 207. nu. 44. &
pluribus seqq.* Qui tres consuluerunt in eodem casu,
& alios allegat *Cyriac. controu. 228. num. 19. & 35. &
sequitur Rot. in rec. dec. 219. num. 13. par. 5.* & de depo-
sito *Rot. dec. 291. num. 13. post Cenc. de censib. secundum
nouam impressionem.*

Quæ multo magis procedunt in casu nostro, cum
5 Francisca semper recusauerit recipere, quo casu non
solùm sufficit oblatio realis, sed imò etiam sola
verbalis, vt per *Surd. d. cons. 86. num. 29. & d. cons.
331. num. 39. & alij per Cenc. de censib. qu. 3. num. 30.
vers. nisi creditor expresè recuset, & Rot. coram Re-
uerendissimo Vrgellen. dec. 108. num. 4. & coram bon.
mem. Buratt. dec. 517. num. 3. & 4.* & *coram Greg. dec.
214. num. 1. in rec. dec. 137. num. 1. par. 2.*

6 Nec ad iustum effectũ requiritur expressa, & spe-
cifica recusatio, sed sufficit; quod constet credito-
rem recepturum non esse *Bart. in l. prætor. ait §. si quis
paratus in fin. ff. de nou. oper. nunc Ber. cons. 196. num. 3.
lib. 1. Cephal. cons. 207. num. 54. & seq:* vbi optimè di-
stinguit, & *Surd. d. cons. 86. num. 30. & cons. 142. sub
num. 8. & cons. 331. num. 39. ante finem.* Qui ampliant
7 id procedere, etiam si creditor audita oblatione ta-
ceat, & non acceptet, quia secundum eos talis ta-
citurnitas habetur pro non acceptatione, & sufficit
sola litis substentatio, *Natt. d. cons. 631. sub num. 4.
Rot. coram Duran. dec. 108. n. 5.*

Quibus etiam accedit, quod dicta Francisca, tàm
ex forma mandati A. C. quàm ex forma mandati
Rotalis tenebatur restituere dictis hæredibus in actu
solutionis mobilia ad eos spectantia, quæ ipsa apud
se retinebat, & tamen ipsa non solum mobilia non
restituit, sed nec etiam obtulit, quamuis fuerit sæ-
pius interpellata, vndè tantò minus potest imputari
mora dictis hæredibus, qui non tenebantur soluere,
nisi facta eis priùs oblatione, & successiuè restitu-
tione suorum mobilium, sed potiùs Francisca fuit
in mora, dum ipsa non obtulit mobilia, prout te-
8 nebatur ex lege vtriusque mandati, cum semper vbi
quis debet dare, & recipere, prius debeat dare, vel
offerre id, quod tenetur si vult recipere id, quod ei
debetur iuxt. celebrem *glos. in l. ædiles in fin. in verbo
præstet, ff. de ædilit. edict.* quam sequuntur *Dec. cons.
422. num. 10. & Roman. cons. 244. num. 4.* Qui præcisè
in nostris terminis consuluit de quadam Vidua, quæ
recusabat restituere certa bona, quæ ad eam perue-
nerant de bonis mariti, quod illius hæredes non
9 tenebantur ei soluere dotem per suprascriptam ra-
tionem, quod illa debebat priùs dare, vel offerre,
si volebat recipere, & *sub num. 5.* subiungit, quod
cum hæredes mariti obtulerint velle soluere cum
hoc, quod illa Vidua faceret ea, ad quæ tenebatur,
quod interim non poterat dici in mora, & *Add. ibi
citat.* alios concordantes.

Præsertim cum onus restituendi mobilia fuerit
iniunctum Franciscæ per viam conditionis, vt ap-
paret ex illis verbis, *Restitutis omnibus mobilibus
in inuentario descriptis*, quæ verba tanquam prolata
10 per ablatiuum absolutum conditionem inducunt,
*l. ab empt. & ibi, Bart. n. 1. Castren. n. 13. & alij, ff. de
pact. Rot. coram Buratt. dec. 696. num. 2.* Vndè tantò
magis debebat præcedere restitutio, vel saltem obla-
11 tio mobilium, cum proprium conditionis sit, vt
priùs impellatur, antequam dispositio sortiatur effe-
ctum, & exequutionem *Bart. in l. quibus diebus 40.
§. Termilius num. 1. in fin. vers. hoc dico ad doctrinam
conditionis, ff. de condit. & demonstrat. Bald. cons. 219.
sub numer. 5. lib. 2. Cranet. cons. 59. numer. 1. Corn.
cons. 102. numer. 19. lib. 2. Cephal. cons. 207. num. 52.
Menoch. cons. 131. num. 1. Honded. cons. 58. num. . . . lib.
2. Rot. in rec. dec. 268. num. 1. par. 1.*

Nec obstant ea, quæ in contrarium obijciuntur, &
primò, quod non fuerint depositata, nisi scut. 850.
12 & tamen creditum dotis esset scutorum 3052. & sic
depositum, tanquam non integrum, non suffraga-
ri, vt responsum fuit in hac causa *sub die 7. Februarij
1642. coram me*, quia in dicta decisione hoc dictum
fuit ad effectum excusandi delictum Franciscæ ven-
dentis pignora, & sic agebatur de damno vitando,
ad quem effectum sufficiebat, quod Francisca esset
creditrix in maiori quantitate, ad hoc vt sibi liceret
13 distrahere pignora in satisfactionem sui crediti *§. 1.
instit quibus liceat. alim. vel non l. si conuenerit, ff. de
pignorat. act.* sed hodie cum de hoc principaliter aga-
tur prò captando lucro ex mora debitoris non sol-
uentis, ad hunc effectum dixerunt DD. satis esse;
quod eo tempore dos non esset liquida in maiori
quantitate, adhoc vt mora non dicatur incursa, li-
cet enim integra dos esset scutorum 3052. baioc. 54.
de tempore tamen oblationis erat solùm liquida in
scutis 2240. pro quibus Signatura rescripserat *sine
præiuditio*; Vndè cum ex his Francisca iam fuisset
consequuta scut. 1400. redacta ex tot Censibus hæ-
reditarijs, subhastatis, remanebant solũ liquida scu-
ta 850. oblata, & depositata. Reliqua verò secuta
802. 54. erant illiquida, cum Signatura quoad ea re-
scripsisset cum clausula *Si quid exequen.* Adeo de-
positum scutorum 850. licet non integræ summæ,
fuit validum, & sufficiens, cum pro ea solum rata
14 dos esset liquida, nec aliqua potuit incurri mora
respectu residui non depositati, quia cum esset illi-
quidum opus erat expectare illius liquidationem,
& postea deponere prout dicti hæredes fecerunt *Ri-*

pa in l. quod te num. 67. in fin. ff. si cert. pet. Bald. cons. 461. n. 3. lib. 2. Rimin. sen. cons. 361. num. 6. & 10. lib. 2. Soccin. sen. cons. 107. n. 2. lib. 1. Anchar. cons. 135. num. 2. Cranett. cons. 88. num. 5. Surd. dicto cons. 331. num. 42. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1 glos. 19. n. 1. Rot. coram Cardin. Seraph. dec. 473. nu. 2. & in rec. dec. 331. num. 6. in fin. par. 1.

Nec resistit, quod hæc posterior summa dicatur remansisse illiquida, culpa, & facto dictorum hæ-
15 redum, qui diu litem sustinuerunt, & varijs prætextibus, & diffugijs solutionem distulerunt, ex quo infertur ipsos non posse excusari à mora eorum culpa, & facto causata ex adduct. per *Tiraquell. de vtroque retractu §. 6. gl. 3. num. 1. & 2.*

Quia placuit responsio, quod imò hæc summa remansit illiquida culpa, & facto ipsius Franciscæ quæ dedit ansam liti, & illius continuationi, petendo, plus debito, nempè scuta 4000. cum tamen verè non essent debita, nisi scuta 3052. & b. 54. vt comperijt Rota, quæ absoluit dictos hęredes à scutis 947. & b. 46. quæ plus debito petebantur cum condemnatione Franciscæ in expensis, *vt in Summ. num. 9.* & sic non potest dici dictos hæredes hoc respectu fuisse in mora, quia dum ab eis plus debito
16 petebatur, habuerunt iustam causam litigandi, quæ excusat à mora, etiam ad istum effectum, ne possit peti interesse *Rip. in d. l. quod te num. 5. ff. 51. cert. petat Aretin. cons. 149. num. 9. Soccin. sen. d. cons. 107. sub num. 2. lib. 1. Roman. cons. 244. num. 5. vbi Add. alios citat.* & in his terminis quando plus debitum fuerat petitum *Surd. cons. 142. num. 6. & 7. Tiraquell. de retract. lignag. §. 6. glos. 2. n. 1.*

Denique non obstat, quod depositum non fuerit liberum, sed cum vinculis, & conditionibus, quia alia non adfuit conditio, nisi quod restituuntur
17 mobilia, quæ conditio cum fuisset apposita à Iudice in decreto, tanquam intrinseca non vitiat depositum *Scacc. de Camb. §. 2. glos. 5. nu. 5. vers. contingit, Ceuc. de cens. qu. 3. num. 29. in fin. Add. ad Greg. dec. 105. num. 12. & idem Greg. dec. 347. num. 12. Rot. diuers. decis. 813. num. 1. par. 4. & coram Durano dec. 421. num. 8. & Add. ad Buratt. dec. 429. num. 7. & coram Coccino dec. 15. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

FANEN. DOTIS.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum contra bona hęreditaria non est exequendum in bonis fideicommissarijs, & leuiores probationes admittuntur ad effectum impediendi executionem in bonis à tertio possessis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum contra bona hereditaria non comprehendit bona fideicōmisso subiecta.*
2 *Via executiua non potest agi, sed ordinaria contra tertiū possidentē alio titulo, quam hereditario.*
3 *Probatio, qua contra aliquē probat, probat etiam contra habentem causam ab eo.*
Identitas probatur ex combinatione qualitatum, & conuenientia demonstrationum.
4 *Clausula* constituti *transfert omnem possessionem in constituentem.*
5 *Possessio probatur ex instrumēto adeptionis illius non docto de possessione alterius tunc temporis.*
6 *Probationes leuiores sufficiunt ad effectum impediendi executionem in bonis à tertio possessis.*

DECISIO CX.

IN altera decisione huius causæ emissa sub die 8. Martij 1642. dictum fuit mandatum relaxatum ab A.C. ad fauorem Victoriæ Castracanæ esse exequendum contra bona hæreditaria Raynerij tantum reiecta exceptione fideicommissi, tanquam non iustificati, cui resolutioni licèt in hac parte Hieronymus acquiesceret, quia tamen Agentes pro Victoria prætendebant exequi mandatum, etiam super bonis per Hieronymum possessis titulo fideicommissi q. Hieronymi Nulphi Senioris, iterum proposita causa, responsum fuit mandatum esse exequendum contra bona hæreditaria Raynerij tantum.

Quātum enim ad huiusmodi bona res transit sine difficultate, & vt dictum est, resolutio non impugnatur: Quantum verò ad bona subiecta fideicommisso Hieronymi Senioris exequutio fieri non de-
1 bet, quia mandatum relaxatum contra bona hæreditaria non comprehendit bona fideicommisso subiecta *Rota in Romana pecuniaria 1. Iulij 1626. coram bon. mem. Merlino, & dec. 101. num. 1. coram Reuerendissimo Vrgellen.* Nec contra tertium possidentem alio titulo, quàm hæreditario agi potest via exequutiua, sed ordinaria *iuxt. Theoric. Alex. in l. à D. Pio §. si super rebus n. 28. vers. & pro hoc bene facit, ff. de re iudic.* passim à Rota probatum, *vt in Anconitana Dotis 4. Aprilis præteriti coram me.*

Nec refert, vt in alia decisione dicebatur, fideicommissum huiusmodi non esse sufficienter iustificatum, quia ex Testamento hodie in actis exhibito constat q. Hieronymum Nulphum Seniorem constituisse perpetuum fideicommissum ad fauorem proximioris ex masculis de sua familia, qualis est Hieronymus Iunior; Identitas verò probatur ex combinatione qualitatum, & conuenientia demonstrationum expressarum in ipso Testamento, quæ descriptio probat, nedùm contra Raynerium primum institutum, sed etiam contra Victoriam creditricem, & ab eo causa habentem *Bald. cons. 29. num. 3. lib. 1. Caphal. cons. 386. n. 29. Peregr. de fideicomm. art. 44. n. 2. vers. item assertio.*

Huiusmodi autem bona hodie possideri à Hieronymo Iuniore, eumque vocatum esse ad fideicommissum conuincitur ex eo, quod post longam litem fuerunt tanquam fideicommisso subiecta restituta d. Hieronymo, vti proximiori, & ad fideicommissum Vocato per Lauram Marcolinam hæredem Raynerij vltimi morientis ex linea Masculina ipsius fideicommittentis, prout in concordia, & transactione cum clausula *constituti*, & facultate capiendi possessionem propria authoritate, & absque alicuius Iudicis licentia, & mandato *Summ. Hieronymi nu. 2.* per quam omnis possessio fuit translata in Hieronymum constituentem *vulg. l. quod meo, vbi DD. ff. de acq. poss.* iuncta vlterius possessione effectualiter eius vigore apprehensa, vt ex Instrumento adeptionis *eodem Summ. num. 3.* quod non docto de possessione alterius, benè probat *l. prædia, & ibi glos. in verbo declarauit, & Bart. sub num. 1. ff. de acquir. possess. Rot. coram bon. mem. Buratto dec. 67. num. 2.*

Ideoque quicquid sit de iustificatione fideicommissi, super qua DD. noluerunt insistere, cum hodie non agatur ad illius canonizationem, ad effectum impediendi exequutionem super bonis à tertio possessis, probationes visæ sunt sufficientes, cum ad hunc effectum concludentes non requirantur, sed sufficiant leuiores, *Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo summariè n. 31. & in l. 1. C. quorum bonorum cum alijs per Rotam dec. 568. num. 1. & seqq. par. 5. tom. 2. rec.*

Et ita vtraque parte Informante &c.

ROMANA LEGATI.

Mercurij 1. Iulij 1643.

AR-

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi annuum Legatum est concedenda petenti attentis solutionibus continuatis, etiam si solutiones fuerint factæ sine præiudicio iurium suorum, quoties ista clausula fuit apposita à parte sponte soluente, non autem à Iudice, præsertim quando quasi possessio exigendi est nixa Testamento.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi probatur ex continuatis solutionibus.*

2 *Quasi possessio exigendi probatur ex confessione partis, dum petit, committi causam super repetitione pecuniarum indebitè solutarum.*

3 *Mandatum de manutenendo conceditur probanti quasi possessionem exigendi.*

4 *Quasi possessio exigendi annuum Legatum eo facilius est manutenenda, si est nixa testamento.*

5 *Clausula præseruatiua iurium si fuit apposita à parte sponte soluente non impedit acquisitionem possessionis in recipiente.*

6 *Clausula perseruatiua iurium præseruat solum iura soluentis in petitorio.*

7 *Secus si ista clausula fuisset per Iudicem apposita.*

8 *Manutentio debet cessare extincto debito, & sic cessante causa in futurum obligatoria.*

9 *Datio in solutum est de sui natura perpetua, & translatiua domi[illegible].*

10 *Verba in perpetuum, apposita in datione in solutum operantur, vt transferatum censeatur dominium perpetuò, & irreuocabiliter.*

11 *Clausula ad habendum, & ponens transferunt dominium.*

12 *Manutentionis iudicium non admittit exceptiones, quæ respiciunt meritæ causæ, sed eas reijcit ad petitorium.*

DECISIO CXI.

Iacobus Briosus, instituta sibi hærede vniuersali Ecclesia de anima legauit in perpetuum annua scuta 80. monetæ infirmariæ, & sachristiæ Conuentus Beatæ Mariæ de Araceli: hoc legatum fratres d. Conuentus præuio beneplacito Apostolico, cesserunt Ioannino de Frantis Lanioni pro satisfactione debiti scutorum 1150. quæ Conuentus ei debebat, & iste illud exegit vsque, & per totum annum 1619. Deinde eo defuncto exactum fuit ab Administratoribus eius hereditatis vsque ad annum 1626. ab inde citra vsque, & per totum mensem Martii anni 1636. ab Archihospitali S. Spiritus, quod in vniuersum Ius, & hæreditatem d. Ioannini successit prout de dictis solutionibus constat ex datis *in summario Archihospitalis.*

De anno 1639. cum Archihospitale esset creditor trium annorum conuenit prouisorem Ecclesiæ de Anima ad soluendum terminos dicti Legati decursos, & non solutos, sed ipse denegata solutione, prætendens Ecclesiam non teneri ad d. Legatum, adiuit Signaturam Sanctissimi, & obtinuit rescribi R. P. D. Vicario Præceptori S. Spiritus, vt causam cognosceret de voto Rotæ appellatione Remota: quare cum ego fuissem deputatus, proposui hodie dubium inter partes concordatum, an Archihospitali dandum esset mandatum de manutenendo, & DD. affirmatiuè responderunt.

Quia probatur eius quasi possessio exigendi, non
1 solum ex tot continuatis solutionibus supra relatis, quæ plenè probant quasi possessionem exigendi *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 53. de caus. poss. & propr. Gratian. discep. for. cap. 552. num. 2. & seqq. Rota post modern. de manut. dec. 141. nu. 4. & dec. 142. et post Cene. de cens. dec. 144. nu. 2.* sed etiam ex confessione partis, dum petijt committi causam super
2 repetitione pecuniarum indebite solutarum *Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 365. num. 1. et in rec. dec. 140. num. 1. par. 1. et post Cenc. de cens. dec. 212. n. 1.*
3 Vnde Archiospitale debet in sua possessione manuteneri *Bont. de interdict. vti posid. cap. 7. num. 8. Rugin. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 684. Rot. coram eodem San. mem. Greg. dec. 438. nu. 1.*

Præsertim quia ex eodem Testamento Iacobi, cui hæres extitit Ecclesia B. Mariæ de Anima, apparet de onere soluendi hoc Legatum infirmariæ, & sacristiæ Conuentus B. Mariæ de Araceli, in cuius locum successit Ioanninus, & ex eius persona Archihospitale S. Spiritus, vnde eius possessio tanquam nixa
4 Testamento eo faciliùs est manutenenda *Put. dec. 75. lib. 3. Rot. dec. 105. n. 5. par. 2. diuers. Add. ad S. me. Greg. dec. 327. n. 9. et 6. cum seqq.*

Nec releuat solutiones fuisse factas ab Ecclesia de Anima sine præiuditio Iurium dictæ Ecclesiæ, quia cum dicta clausula non fuerit apposita à Iudi-
5 ce, sed à Parte spontè soluente, non impediuit acquisitionem possessionis in recipiente, quæ hodie non fit manutenibilis; sed solum præseruauit iura
6 soluentis in petitorio *Mantic. dec. 332. num. 2. et 3. Seraph. dec. 756. num. 2. cum alijs per modern. Bonon. de legitim. contradict. qu. 12. num. 9.* Quicquid secus di-
7 cendum esset, si per Iudicem fuisset apposita, vt conciliando opiniones, quæ inter se videbantur pugnantes, dixit *add. ad S. mem. Greg. dec. 532. num. 6. vers. verum concordari possunt Rota post d. Modern. Perus. de manut. dec. 151. et dec. 161. n. 6.*

Minus obstat, quod creditum Ioannini Authoris Archihospitalis, pro quo habuit concessionem dicti Legati à Couuentu de Araceli, dicatur extinctum cum solutionibus factis ab Ecclesia de Anima longè excedentibus d. creditum, & ideò cessante causa in
8 futurum obligatoria, debeat cessare manutentio, ex trad. *per Grat. disc. forens. cap. 113. num 60.* quia Domini aduerterunt, quod cessio dicti Legati non fuit temporalis, donec ex eius paghis extingueretur creditum Ioannini sed fuit perpetua, & insolutum in pagamentum eiusdem crediti, vt patet ex verbis cessionis, ibi, *cesserunt, et insolutum, ac pro soluto pagamento dederunt d. Ioannino Legatum scutorum 80. etc. in perpetuum, etc.* Quæ datio insolutum est de sui
9 natura perpetua, & translatiua dominij *Soccin. sen. cons. 69. num. 15. lib. 4. Cephal. cons. 351. n. 13. Rot. in rec. dec. 52. n. 10. par. 6. et dec. 261. num. 19. par. 7.* Maximè stantibus illis verbis *in perpetuum*, quæ ap-
10 posita insolutum operantur, ut transferatur dominium perpetuò, & ineuocabiliter *Roland. cons. 86. num. 12. et 13. lib. 4. Menoch. cons. 1209. num. 9. lib. 13. et tenuit Rota in Interamnen. Dotis 2. Februarij 1589. coram Platto, et in Bononien. Pecuniaria 17. Februarij 1615. coram Eminentissimo Pamphilio, et Ciuitates Castilli, seu Perusiana dotis 18. Aprilis 1614. coram bon. mem. Remboldo*, quas refert, & sequitur *Rota decis. 52. nu. 11. par. 6. rec.*

Et absque vlla prorsus difficultate cum dicta cessio, & datio insolutum fuerit facta cum clausula ad *habendum*, & cum clausula *ponentes*, quæ duæ
11 clausulæ transferunt dominium, vt in puncto *Menoch. cons. 361. num. 38. et Rot. in Romana Dattonis in solutum 15. Iunij 1587. coram Comitulo, quæ est dec. 46. post primum volum. cons. Farinac.*

Subreptio asserti beneplaciti Apostolici, asserta nullitas Sententiæ Iudicis excqutoris, & prætensa inualiditas relictorum Ecclesiæ B. Mariæ de Araceli non veniunt examinanda in hoc summarissimo Iudi-

12 Iudicio manutentionis, cum respiciant merita causæ, sed reicien. ad petitorium iuxta stylum &c.

Et ita utraque &c.

BARCHIONEN. LEGATI PII.

Mercurii 1. Iulii 1643.

ARGVMENTVM.

Arbitrium in executione Breuis Apostolici licet reguletur à iure, secundum cuius dispositionem Breue Apostolicum est exequendum, si tamen breue emanauerit cum clausula dummodo, & si credatur conditionale, sufficit, si adsit solus fumus, & probabilis dubitatio non adimpletæ conditionis ad effectum retardandi illius executionem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Breue Apostolicum de iure est exequendum.*
3 *Conditio si non fuerit iustificata non est locus executioni gratiæ.*
4 *Clausula arbitrio, operatur ut ex sola probabili dubitatione sit supersedendum in executione.*
5 *Enunciatiua unica, & testes singulares non sufficiunt ad probandam descendentiam.*
6 *Testis unicus est insufficiens ad probationem.*
7 *Arbitriũ, ut intret pro retardatione executionis sufficit probabilis dubitatio, immo solus fumus.*
8 *Filij legitimi, & naturales præferuntur naturalibus tantum.*
9 *Clausula (dummodo) in breui apposita, præseruat ius alteri quæsitum.*
10 *Monasterium, quod monialem recepit sub spe futura dotis, & monialis, quæ habitum suscepit decipi non debet, & dote promissa carere.*
11 *Priuilegium Principis æquipollet naturæ.*
12 *Filius naturalis dispensatus, & habilitatus à Principe ad certum effectum, non dicitur per hoc legitimatus.*
13 *Dispensatio Principis ad certum effectum personam Filij naturalis legitimare non dicitur.*
14 *Filius naturalis quando non est legitimatus, sed tantum dispensatus ad certum effectum non potest concurrere cum legitimis, & multo minus eos excludere.*
15 *Naturales existentibus legitimis in eorum præiudicium non censentur legitimati.*
16 *Limita nisi Princeps utatur plenitudine potestatis, & procedat ex certa scientia.*
17 *Opponens se pro omni suo Iure, & interesse debet citari.*
18 *Clausula* dummodo *facit executorem mixtum, & requirit partis citationem.*
19 *Executio suspenditur data nullitate sententiæ.*

DECISIO CXII.

ANna de Requisins Montonquans in eius Testamento disposuit, quod deficientibus omnibus hæredibus ab ea institutis, & substitutis, eius bona, & hæreditas distribuerentur in collocandis filiabus consanguineorum suorum pauperum, inter quas tamen eas præferri voluit, quæ Religionem ingredi vellent, eumque multæ pecuniæ in hanc causam distribuendæ reperirentur iam depositatæ penes tabulam, seù banchum Ciuitatis Barchinonæ, Ludouicus de Tormo narrauit Sanctissimo D. N. se esse vnum ex proximioribus d. Annæ Testatricis ortum ex nobili genere, & grauatum una filia naturali, adeò tamen pauperem, vt se substentari iuxta eius qualitatem non posset, & dictæ filiæ, quæ in Monasterio educationis causa morabatur, & Religionem ingredi intendebat, dotalem eleæmosinam ad id sufficientem suppeditari non valeret: Ideo supplicauit humiliter, ut prò monacanda d. eius filia sibi concederentur scuta 1200. ex pecuniis vt supra depositatis, cuius supplicationibus inclinatus Sanctissimus per Breue commisit Episcopo Barchinonen. siue eius Vicario, ut tantam summam ei assignaret, cum qua eius filia Religionem profiteri posset, cum clausula, dummodo tamen hæc scuta 1200. pro dotali Eleemosina sint necessaria, nec adsint aliæ puellæ magis, vel equè qualificatæ add. legatum adspirantes.

Præsentato Breui Vicario Episcopi Barchinonen. & coram eo agitata causa inter d. filiam Ludouici nuncupatam Mariam de Tormo ex vna, & Administratores præfati Legati, nec non alias septem puellas de genere Testatricis ad d. Legatum adspirantes partibus ex altera, lata fuit à dicto Vicario Sententia condemnans Administratores ad soluendum dicta scuta 1200. non obstan. deductis, & allegatis pro parte ipsorum, & Puellarum *vt in Summ. Maria nu. 3.*

Appellarunt Administratores, & puellæ causaq; mihi commissa cum clausula *Parito Breui arbitrio Rotæ*, dubitaui, An intret arbitrium, & Domini affirmatiuè responderunt, licet enim arbitrium regu-
1 letur à Iure, & de Iure Breue sit exequen. *cap. si ca-*
2 *pitulo, & cap. si soli de concess. probend.* & in terminis
similis Breuis *Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 98. nu. 1. & 2. & in rec. dec. 558. sub n. 1. & 2. p. 1.*
Quia tamen Breue emanauit cum clausula *dummodo non ad sint aliæ puellæ eque, vel magis qualificatæ, quæ ad prædictum Legatum adspirent*, & hoc nullatenus
3 fuit iustificatum; sicuti de Iure conditione non iustificata, non erat locus exequutioni gratiæ *Rot. dec. 71. n. 2. par. 6. rec.* Ità multo minus stante clausula *arbitrio* quæ multum relaxat de rigore Iuris, & ope-
4 ratur, ut ex sola probabili dubitatione sit superseden. in exequutione *Cresc. dec. 4. num. 3. de Testibus Ros. in rec. dec. 228. num. 2. & dec. 235. sub n. 1. par. 1. & dec. 174. num. 3. par. 7. & fuit dictum in Astoricen. Prioratus 9. Decembris 1596. coram Litta, & Tarraconen. Parochialis 4 Februarij 1604. coram eodem apud Marches. par. 1. fol. 448. num. 1. & fol. 461. nu. par. 1. & in Aquilana Beneficij. 14. Decembris 1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Quod autem clausula non fuerit iustificata, manifeste apparet, quia ad præfatum legatum adspirãt Margarita Capons, & Catherina de Requesins Puellæ de genere Testatricis æque pauperes, Maria verò non probauit se magis qualificatam, & proxi-
5 mam; enunciatiuæ enim, & testes adhunc effectum adducti non sufficiunt, quia illæ sunt vnicæ, & singulares *Rot. in rec. dec. 160. num. 6. & dec. 169. num. 2. par. 1. & dec. 71. num. 5. & dec. 170. num. 3. par. 2.* cum pluribus *apud S. me. Greg. dec. 407. num. 2. ibique adden. num. 6. & bo: me: Buratt. dec. 737. num. 3.* Testes verò sunt duo solum, quorum vnus deponit de reputatione propria, & alter qui deponit de fama re-
6 manet Vnicus, & sic insufficiens *cap. licet, & cap. veniens il 1. de Testib. l. Iuris iurandi C. eod.* Vndè licèt prò parte Margaritæ, & Catharinæ non detur aperta probatio proximioritatis, ad effectum tamen
7 vt intret arbitrium pro retardatione, satis est probabilis dubitatio, imò solus fumus, *Rot. coram S. me: Greg. d. dec. 58. num. 2.* cum alijs in *d. Aquilana Beneficij coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Eoque minus quia dd. Margarita, & Catharina, probant se legitimas, & ex legitimo Matrimonio natas, vndè cæteris paribus videntur præferendæ Ma-
8 riæ, quæ est tantum naturalis *auth. licet, C. de natural. liber l. si qua Illustris C. ad S. C. Orsitzian. Alex.*

in

in l. ex facto, §. si quis rogatus num. 26. & ibi DD. com-
mun. ff. ad S.C. Tubell. latè Menoch. cons. 285. num. 34.
cum seqq. Peregr. de fideicomm. art. 22. nu. 80. & art. 28.
num. 50. Grat. discept. for. cap. 218. num. 25. cum seqq. Rot.
in rec. dec. 155. sub num. 3. p. 1. & in Iannen. Iurispatr. 12.
Febr. 1607. coram Card. Lancellotto.

Insuper aduertebant DD. alteram ex his, nempè
Catherinam iam assumpsisse habitum Monialis
quamuis nondum professionem emiserit, vt probant
Testes in Curia examinati *Summ. num. 6.* & ad ipsius
fauorem antè motam hanc litem fuisse expeditum
mandatum de consignando pecunias depositatas, vt
profiteri posset *Summ. num. 7.* & sic vndequaque fuisse
9 ei quæsitum Ius, quod per clausulam *dummodò* in
Breui appositam fuit à Sanctissimo præseruatum,
Rot. coram Card. Seraph. decis. 1234. num. 4. & coram bo.
me. Buratto dec. 65. nu. 1. vbi Add. plures cumulat: Equi-
tas autem non paritur, vt Catharina, quæ iam ha-
10 bitum suscepit, & Monasterium, quod eam rece-
pit sub spe futuræ consignationis, decipiantur, &
dote promissa careant, vt aduertit *Surd. cons. 143.*
nu. 33. vers. sexto aduerten. est Reuerendiss. Vrgell. dec. 98.
num. 13.

Nec releuat Mariam narrasse Sanctiss. se esse na-
turalem, & hoc non obstante fuisse habilitatam ad
d. legatum, adeoùt hodie defectus Natalium sibi ob-
stare non possit, quo minus concurrere valeat cum
legitimis, attento, quod Breue maculam naturali-
tatis ità aspersit, vt perindè habeei debeat, ac si om-
11 ni tempore fuisset legitima, cum Priuilegium
Principis æquipolleat naturæ, iuxtà *text. in l. 2. &*
vltim. ff. de nat. restit. & in l. Imperialis C. de Nupt. &
latè tradit Tiraquell. de Iur. Primogen. q. 34. n. 24.

Quia vltrà quod non cessant aliæ qualitates pro-
ximioritatis, & Iuris quæsiti ob susceptum habitum
quæ solæ sufficerent, vt in concursu istæ Puellæ di-
ci possint magis qualificatæ, & excludere Mariam
12 *vulg. §. Affinitatis Instit. de Nupt.* Responsum fuit di-
ctam dispensationem operari quidem, vt Maria
efficiatue habilis ad consequendum legatum, ad
quem effectum Pontifex eam dispensauit, vt notat
Felin. in cap. si quando nu. 6. vers. dic 1. de rescrit, cum alijs
per *Mandos. de signat. Gratiæ in verb. dispensatio, vers. dis-*
pensationum, sed non efficere, vt eius persoua efficia-
tur legitima per eam; enim defectus Natalium,
& illegitimitatis non remansit abolitus, cum aliud
13 sit dispensare ad certum effectum, aliud verò per-
sonam simpliciter legitimare *Corn. cons. 9. num. 6. &*
7. lib. 4. Castill. de coniect. vltim. volunt. cap. 22. num. 148.
quem refert, & sequitur *Add. S. me. Gregor. decis. 201.*
num. 11. vers. contraria verò opinio: Ideoque dùm
14 non est legitimata, sed solum dispensata, non potest
concurrere cum legitimis, multoque minus eas
excludere *Cornel. d. cons. 9. numer. 6. & 7. lib. 4. Gozad.*
cons. 6. num. 74. & 75. Dec. cons. 52. numer. 2. vers. 2. ista
conclusio Syluan. cons. 45. num. 22. cum seqq. cum aliis
adductis per *Molin. de Hispan. Primog. lib. 3. cap. 3. n. 35.*
Quimmò etiamsi dictum Breue importaret legiti-
mationem, non autem simpliciter dispensationem,
& habilitationem, adhùc nihil releuaret, quia quan-
do Princeps non vtitur plenitudine potestatis, nec
16 procedit ex certa scientia, Naturales, existentibus
legitimis in eorum præiudicium non censentur le-
gitimati, *Auth. quib. mod. natural. effec. sui §. generali-*
tèr in illis verbis, ibi, *Omninò enim legitimis existen.*
deinde naturalibus prouenientibus nequaquam ius legiti-
morum adijcimus, & tradit ibidem *glos. in verb. in*
quibus, vers. Vel verius dic Ias. in l. Gallus §. & quid si
tantum num. 94. cum seqq. ff. de liber. & posthum. Alex.
cons. 187. num. 3. et 4. lib. 5. Molin. de Primog. Hispan.
lib. 3. cap. 2. num. 2. cum seqq. Grat. discept. forens. cap. 218.
num. 26. 27. & 40. & fuit dictum in *citata Iannen. Iu-*
rispatr. 12. Febr. 1607. coram Card. Lancellotto, §. Et hinc
regulariter.

Eoque faciliùs dixerunt DD. intrare Arbitrium
pro retardatione exequutionis, quia Iudex non so-
lum iniustè processit, dùm postposuit puellas magis
qualificatas, sed etiam nulliter ex defectu citationis,
17 cum enim istæ puellæ se opposuissent pro eorum
interesse, saltem erant citandæ, stante clausula
18 *Dummodò*, quæ facit Exequutorem mixtum, & re-
quirit partis citationem *Rot. coram Buratt. decis. 650.*
19 *num. 3.* Data etiam nullitate suspenditur exequutio
Rot. coram S. me. Greg. decis. 53. in princ. & coram bo. me.
Cocc. decis. 177. num. 2. & per tot. & in Tarraconen. Par-
rochialis supra citat.

Et ita Vtraque, &c.

BARCHINONEN. BENEFICII.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Possessio siuè vacans, siuè attentata debet sequestrari
de stylo Rotæ. Appellatio datur ab institutione,
quando fuit iudicialiter processum, & quando dica-
tur iudicialitèr processum?

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum apponi debet vacante possessione, ne interim fructus dilapidentur.*

2 *Possessio capta pendente termino ad appellandum tanquam attentata debet sequestrari iuxta stylum Rotæ.*

3 *Lis censetur inducta inter partes, & contestata absque alia citatione, si in collatione beneficij facienda, oppositores comparuerint, et sese hinc inde opposuerint.*

4 *Collatio beneficij facta in contradictorio iudicio habet vim definitiuæ, à qua datur appellatio.*

5 *Commissio appellationis ad vtrumque effectum, operatur, vt omnia interim gesta nulla, et attentata remaneant.*

DECISIO CXIII.

IN mense Nouembris 1641. vacauit beneficium per-
sonale, de quo agitur sub inuocatione Sanctæ Agne-
tis in Ciuitate Barchinone, & orta controuersia in
partibus inter Iacobum Alamannum præsentatum
à legitimis personis ex vna, & Iacobum Galter, &
Garbeller ex altera, qui se opposuit, vti de genere
Fundatoris, Vicarius Episcopi dictæ Ciuitatis sen-
tentiam fauorabilem tulit ad fauorem Galter appel-
lauit intra decem dies Alamannus, & non obstante
commissione in Rota, idem Galter adeptus fuit pos-
sessionem Beneficij controuersi, vnde dato dubio an
constet de attentatis, vel potiùs sit apponendum se-
questrum, pro Alamanno informante responsum
fuit esse opponendum sequestrum.

Quia aut possessio est vacans, & apponi debet se-
questrum, ne interim possessione vacante fructus be-
neficij dilapidentur pec *text. in cap. olim. de rescript.*
vbi Felin. num. 1. Abb. in cap. 2. num. 14. de sequestr. poss.
& fruct. Archidiac. in cap. quia res num. 9. vers. quod si
duo 11. qu. 1. Rot. coram Card. Seraph. dec. 1403. num. 1.
& in Calaguritana Beneficij 15. Febr. 1010. cor. Or-
tembergo, & in Burgen. dimidij beneficij 5. Decembris
1639. coram R. P. D. meo Roias cum alijs congestis in
Calaguritana beneficij de Victoria 6. Martij præteriti co-
ram R. P. D. meo Verospio.

Aut est plena, & cum capta fuerit pendente ter-
mino ad appellandum tanquam attentata debet pa-
ritèr sequestrari iuxt. stylum Rotæ Teste *Cassador.*
decis. 3. n. 6. de restit. spoliat. coram San. me. Greg. dec. 29.
& de-

& decis.92. & decis.252. vbique num.1. cum alijs pariter relatis *in dicta Calaguritana beneficii de Victoria, & in alia Calaguritana Beneficij de Iecora resoluta hac eadem die cor. R.P. D. meo Verospio.*

Nec dubitari potest quin, sententia lata esset appellabilis, quia cùm super Institutione facienda apposita fuerint edicta, & Oppositores in eiusdem edicti termino comparuerint, fuitque facta probatio, & discussio qualitatum omnium oppositorum quorum alteri alter se opposuit, & Vicarius pronunciauerit beneficium esse conferendum Galter, nullumque super eo Ius competere Alemanno, fuit
3 inter omnes inducta lis formalis, & contestata, etiam sinè alia partis citatione, vt pluries in similibus casibus firmauit *Rot. in Calaguritana beneficii de olinar. 28. Ianuarij 1640. coram Penia, & in d. Calaguritana Beneficij de Torres coram Ortembergo in rec. decis. 613. nu. 1. in fin. part. 4. & Calaguritana Beneficii de Cornago 9. Nouembris 1638. & 19. Ianuarij coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in Calaguritana Beneficij de la Beza 17. Maij 1641. coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Calaguritana Beneficij Cornago 24. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Carillo, & in Salernitana Iurisp. 4. Iulij 1642. coram R. P. D. Roias* cum pluribus *in dd. Calaguritana Beneficij de Iecora coram R. P. D. Verospio*, Ideoque licitum erat appellare, quia ea collatio tanquam facta in contradictorio iudicio vim habuit diffinitiuæ, vt post *Gemin. & glos. in cap. fin. & cap. auaritia de elect. in 6.* fuit dictum in omnibus causis supra relatis.

5 Licèt ad hunc effectum sufficeret Signaturam commisisse causam appellationis in Rot. ad vtrumque effectum, vt omnia interim gesta nulla, & attentata remaneant, perindè enim est ac si fuisset ab initio declaratum per appellationem fuisse inductum effectum suspensiuum *Rot. coram Reuerendiss. Vrgeli. decis. 240. num. 3. & in dd. Calaguritana de Braza de Cornago, & Salernit. Iurisp.*

Et ita resolutum Alemanno solum informãte, &c.

BARCHINONEN. IVRISPATRONATVS.

Merc. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Beneficium de iurepatronatus resignatum ad effectum permutationis contradicente patrono fit vacans nec prouisus ab Ordinario eiusdem collationem obtinet, sed subsequentèr præsentatus à Patrono, & quando huiusmodi resignatio habeat in se implicitum statum validitatis, & quando sit nulla ipso iure, & quando Patronus per lapsum termini ad præsentandum dicatur cecidisse à iure præsentandi.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus fit vacans facta permutatione ipsius per resignationem coram Ordinario patronis contradicentibus.*

2 *Iuspatronatus fit vacans propter defectum potestatis Ordinarij conferendi beneficia de iurepatronatu Laicorum.*

3 *Resignatio facta spreto Patrono, non est ipso iure nulla, sed habet implicitum statum validitatis, donec patronus post resignationem infra tempus datum ad consensum præstandum contradicat, & alium præsentet num. 4.*

5 *Limita requisito, & contradicente patrono, quia tunc resignatio est ipso iure nulla.*

6 *Tempus præfixum patronis ad præsentandum incipit currere die habita notitia, & scientia vacationis.*

7 *Patronus per lapsum temporis ad præsentandum non cecidit à iure præsentandi, nisi docto, quod notitiam habuerit vacationis.*

8 *Scientia certa, & indubitata vacationis requiritur ad effectum, vt Patronus per lapsum temporis ad præsentandũ dicatur cecidisse à iure præsentãdi.*

9 *Amplia, vt non sufficiat scientia præsumptiua, & interpretatiua.*

10 *Vacationis notorietas ad effectum, vt patronus ceciderit à iure præsentandi debet esse talis, vt inde appareat negligentia Patroni in præsentando.*

11 *Patronus non censetur negligens in præsentando, si ignorauit vacationem tametsi notam in Ecclesia.*

12 *Patronus non tenetur inuestigare an beneficium sit vacans.*

13 *Ordinarius ex munere sui officij tenetur inuestigare vacationem beneficij.*

14 *Terminus ad præsentandum præfixus Patronis potest ab Ordinario prorogari.*

DECISIO CXIV.

VOlens Mattheus Anell Canonicus Barchinonen. permutare Beneficium simplex, quod ipse possidebat in Ecclesia Parrochiali S. Stephani Oppidi Granullariorum sub inuocatione S. Saluatoris de Iurepatronatus ex fundatione, & dotatione illorum de Roccaberti cum Matthia Tort, sub die 25. Febr. 1641. requisiuit Mariam de Roccaberto tunc Patronam dicti Beneficij ad præstandum consensum huiusmodi resignationis ex causa permutationis *Summar. Iosephi num. 1.* Eaque recusante consensum præstare, vt ex actu recusationis *eod. Summ. num. 1.* Idem Matthias resignauit beneficium in manibus Ordinarij Barchinonen., & Resignatio fuit admissa cum subsequuta collatione præfati beneficij ex causa permutationis ad fauorem Matthiæ Tort, vt ex litteris collationis sub datum Barchinonen. 27. Febr. 1641. *Summ. num. 2.*

Verum Maria Patrona, habita notitia supradictæ resignationis ipsa contradicente factæ, præsentauit ad dictum Beneficium, tanquam vacans, Iosephum Valmater Præsbiterum Barchinon., quæ præsentatio à Vicario Generali Barchinonen. fuit admissa *Summar. num. 3.* Vndè introducta lite inter istos coram eodem Ordinario, per eius sententiam fuit declaratum nullum Ius competere Matthiæ, sed beneficium esse adiudicandum Iosepho legitimè à Patrona præsentato *Summ. num. 4.* Ideoque hodie in gradu appellationis dubitaui, cui sit adiudicandum beneficium, & DD. responderunt esse adiudicandum Iosepho.

Existentia enim Iurispatronatus pertinentia Mariæ, præsentatio, & admissio Iosephi, ac illius idoneitas à parte non controuertuntur, Vacatio verò probatur, quia Matthias Anell, resignans sciuit beneficium permutandum, esse de Iurepatronatus Mariæ Tutricis, & Curatricis Mariæ Iunioris filiæ Michaelis Patroni, dùm illam prius requisiuit ad præstandum consensum, vndè dum nihilominus ea recusante, & contradicente, beneficium ad effectum permutationis resignauit in manibus Ordinarii, ab eoque fuit admissa permutatio per resignationem cum scientia Iurispatronatus, successit vacatio ad notata *per Lambert. de Iurep. part. 1. lib. 2. quæst. 6. art. 6. num. 4. vers. Alias illis Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 23.*
Conar. pratic. quæst. cap. 36. num. 9. 5. bis denique vers. 1
Idem pratici Calderin. cons. 2. num. 1. & 2. vers. Tàm si electores de rer. permut., & articulo maturè discusso firmauit *Rot. in rec. decis. 152. num. 5. cum seqq. & 190. num. 11. vers. verum in casu cum seqq. part. 5.* Et propter defectum potestatis Ordinarij conferendi beneficia de Iurepatronatus laycorum *cap. decernimus 16. qu. 7. Calderin. cons. 2. in fin. rer. permut.* fuit apertus locus Patrono ad præsentandum alterum

vt

vt pluribus relatis firmatum fuit *in dd.dec.152. nu.5. & 6. et 190.num.1.et 2.d.par.5.rec.*

3 Nec prò excludenda vacatione releuat, quod re-
signatio facta spreto Patrono non sit ipso Iure nul-
la, sed habeat implicitum statum validitatis, donec
Patronus post resignationem infrà tempus datum
ad præsentandum contradicat, & alium præsentet,
itaut aliàs Resignatio firma maneat, vt post *Garz.
de benefic.par.5.cap.9.num.232. 240. et 242. cum seqq.
dixit Rot.in rec.dec.186. num.6. par.6.* obiectum enim
4 procedit, quando resignatio facta fuit spreto, hoc
est non requisito patrono, hoc enim casu, cum Pa-
tronus possit non contradicere, sed acquiescere per-
mutationi, & collationem approbare, interim resi-
5 gnatio habet implicitum statum validitatis: Vbi ve-
rò, proùt hic, Patronus fuit ab Initio requisitus ad
consentiendum, ipse verò nedùm dissensit, sed præ-
ueniendo collationem contradixit, Ideoque nedùm
interuenit simplex spretus ante Ignorantiam Patro-
ni, sed manifesta contradictio, resignatio nunquam
fuit in statu implicito validitatis, sed ab initio nulla
fuit, & irrita, vt optimè distinguendo tradunt *Lam-
bert. de Iurepatronatus par.1.lib.2.qu.6. art.6. num.40.
Garz.de benef.par.11. cap.3.num.23.latè Lotter.de re be-
nef.lib.2.qu.14. num.75.*, & respondendo huic obiecto
dixit *Rot.d.dec.152.n.7.cum seqq.*

Proùt minus releuat, quod ex forma, & tenore
fundationis Patronus habeat mensem ad præsentã-
dum, præsentatio verò facta fuerit post duos menses,
& vltra: Quia cum huiusmodi tempus incipiat so-
6 lum currere à die habitæ notitiæ, & scientiæ *Rot.
dec.7. de præbend.in antiquior.sub num.3. Domini tenent
Caputaq.dec.248.num.1.par.3.Rot.diuers.dec.241.nu.1.
par.1.* cum pluribus relatis per *Garz. de benef. par.10.
7 cap.2.num.34. in princ.* Nec doceatur Mariam Patro-
nam habuisse priùs notitiam huiusmodi vacationis,
per lapsum temporis non cecidit à Iure præsentandi
ex Iuribus superiùs adductis.

Nec dicatur scientiam in Maria probari, tàm ex
præcedenti requisitione ad consentiendum, quàm
ab eo, quod talis resignatio patens erat omnibus,
& facilis ad perquirendum, adeoùt propterea faci-
le fuisset Resignationis, & vacationis notitiam ha-
8 bere. Quia adhunc effectum requiritur scientia cer-
9 ta, & indubitata, præsumptiua autem, & interpræ-
tatiua non sufficit, *Mandos. ad lap.allegat.78. quæst.4.
num.12. litt.T. Tiraquell.de retract. lignag.§.25. num.7.
Caldas.de reuocat.Emph.quæst.6.num.23. cum seqq.* cum
pluribus relatis à *Garz.d.cap.10. sub num.34. vers. sed
à die notitiæ*, talis autem non eruitur ex præcedenti
requisitione ad consentiendum, quia propter subse-
quutam cõtradictionem Maria potuit credere Mat-
thiam abstinuisse ab vlteriori resignatione, minusq;
ex eo quod resignatio esset nota in Curia Barchino-
10 næ, quia notorietas debet esse talis, vt indè appa-
reat negligentia Patroni *cap. quia diuersitatem in fin.
de conceß. præbend. Rocch. de Curte de Iurepatronatus in
verb. honorificum quæst.27.* Patronus autem non potest
censeri negligens, si ignorauit vacationem, tametsi
12 notam in Ecclesia, vel loco beneficij, quia id inuesti-
gare non tenetur, vt in his terminis respondendo
huic obiecto consuluit *Gabr. cons.185. num. 9. cum
seqq. lib.2, quem refert, & sequitur Garz. vbi sup. d.
num.34.vers.& cum lapso suprà,* contrarium firmantes
in Ordinario, qui ex munere sui officij tenetur in-
uestigare.

Prættereà dictum fuit satis esse, quod Maria fue-
rit admissa ab Ordinario ad præsentandum etiã la-
14 pso termino, cum hic ab Ordinario prorogari possit,
vt tradit *Lambert. de Iurepatronatus qu.1. lib.2. part.2.
art.27.num.4.& q.6.art.22.nu.3. Cresc.decis.11. & 12.
de dilat.& probat.* cum alijs relatis *in Calaguritana Be-
neficij 13. Iunij 1639. coram Eminentiss.D.Card. Hiero-
nymo Verospio.*

Et ita vtraque, &c.

BVRGEN. DECIMARVM.

Veneris 13. Nouembr.1643.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas est concedendum probanti possessionem immemorabilem, etiam non exhibito titulo contra Parochum, & qualitèr immemorabilis probata dicatur? & an titulus sit necessarius ad hunc effectum manutentionis, si agatur contra Beneficiatos, & contra Parochum, & quando cum Parocho debeat titulus adhiberi?

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis probatur per Testes de visu à sexaginta annis, & vltra cum requisitis* à glos. in c.1.verb.memor.de præscript.in 6.

2 *Manutẽtio in quasi possessione percipiendi decimas conceditur probanti possessionem immemorabilẽ*

3 *Decimæ de iure debentur Parocho.*

4 *Manutentio in quasi possessione exigendi non conceditur probanti suam possessionem contra Parochum non docto etiam de titulo.*

5 *Limita nisi quasi possessio esset immemorabilis.*

6 *Quasi possessio longeua, & immemorabilis facit cessare quamcumque vehementem præsumptionem in contrarium.*

7 *Quasi possessio immemorabilis habetur pro titulo sufficienti ad obtinendã manutentionẽ contra Parochum in quasi possessione percipiendi decimas.*

8 *Quasi possessio immemorabilis præbet meliorem titulum de Mundo.*

9 *Possessio immemorabilis habetur pro titulo etiã in ijs, quæ Principi sunt reseruata, licet contra præscribentem obstaret præsumptio iuris communis.*

10 *Possessio immemorabilis sufficit, si allegetur absque titulo.*

11 *Titulus requiritur, quando quis vult præscribere decimas contra Parochum.*

12 *Secus quando præscribitur contra beneficiatos, qui Parochi non probantur.*

13 *Amplia, licet ipse præscribens certam Parochiam non habeat.*

14 *Præsumptio iuris licet faciat contra præscribentem decimas, quia Parochus non est, non tamen facit pro beneficiatis contra quos præscribitur, qui Parochi non probantur.*

15 *Beneficiati, quamuis etiam haberent exercitium curæ Animarum, non tamen possent prætendere vltra congruam.*

16 *Limita nisi decimæ fuissent ijs assignatæ pro cõgrua.*

17 *Scientia, & patientia in præscribendis decimis, est omnino necessaria, & inseruit pro titulo fauore præscribentis.*

18 *Priuilegium fel.me. Vrbani Papæ II. concedit Regibus Hispaniarum, & eorum successoribus omnes decimas percipiendas è terris, quas à Saracenorum manibus recuperassent.*

19 *Ius percipiendi decimas potest per Papam concedi alicui Principi, vel alteri ex causa.*

20 *Decimæ, si fuerunt auctæ, censentur spectare ad eum, qui illas auxit.*

21 *Transactio super re certa non patitur extensionem de re ad rem, siue de casu ad casum.*

DECISIO CXV.

LAta sententia in partibus de anno 1635. supra pertinentia decimarum, quæ colliguntur intrà fi-

nes Ecclesiæ Parrochialis Oppidi de Argonos, in
qua declaratum fuit decimas maiores, minores, &
minutas spectare ad Abbatem, & Monachos Conventus B. Mariæ de Nagera, exceptis decimis decem
Parrochialium, & proprijs beneficiatorum, quas vna
cum præmissis oblationibus, & alijs ad ingressum
Ecclesiæ spectantibus declaratur etiam spectare ad
Beneficiatos pro congrua portione Abbatis, fuit appellatum à partibus præiudicialibus, & causa commissa Reuerendissimo Domino Cornelio Episcopo
Patauino, tunc Rotæ Auditore dubitatum fuit sub
die 26. Maij 1642. an dicto Abbati concedenda esset
manutentio in possessione, seù quasi percipiendi dd.
decimas, & DD. ipsi tantum informatione negatiuè responderunt, verùm hodiè reproposita huiusmodi causa coram me, qui in locum dicti Reuerendissimi Petauini fui subrogatus, ex nouiter deductis
censuerunt receden. esse à decisis.

Fundamentum resolutionis in hoc potissimum
consistit, quia cum Abbas probauit se fuisse in pacifica possessione, seu quasi percipiendi dictas decimas, dimissa tantummodo quarta parte in causam
fabricæ, & congruæ substentationis Beneficiatorum,
non solum à quadraginta annis citrà, cum fama priuilegij *Summar. dicti Abbatis num. 6.* verum etiam ab
1 immemorabili per testes deponentes de visu à sexaginta, & vltra annis, de auditu à maioribus, qui
similiter idem audiuisse asserebant, & quod nihil audiuerunt in contrarium per verbum fuit, & est dicto
Summar. num. 10. & sic cum requisitis *glos. in cap. 1. verb. memoria de præscript. in 6.* Existimarunt DD.
2 ipsum deberi manuteneri in sua quasi possessione
illas percipiendi juxtà *§. retinend. in tit. de interd. l. 1. §. huius interdicti ff. vti possidet Couarru. pract. quæst. cap. 17. num. 6. vers. secundo oportet, Rot. diuers. dec. 595. num. 4. par. 1. & decis. 341. num. 1. par. 1. recent.* cum alijs
allegatis *in Ilerden. Decimarum de Albelda 26. Maij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Nec releuat, quod cum locus de Argonos sit in
aliena Parrochia, & sic ius commune resistat Abbati,
3 cum de iure decimæ debeantur Parocho, *cap. fin. de Paroch. cap. cum sint, & cap. cum contingat de decim.*
4 *Rot. decis. 304. num. 7. par. 7. recent.* teneatur dictus Abbas omninò docere de titulo ex allegatis in alia decisione in huiusmodi causa emanata, tum quia hæc
5 conclusio non procedit, quando adest immemorabilis, eo enim casu titulus non est necessarius pro obtinenda manutentione, etiamsi ius commune resisteret, vt probat *tex. in cap. cum venissent de institut.*
& in specie tradunt *Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit. pendent. Franch. in d. cap. 1. nu. 3. de præscript. in 6. latè Capic. decis. 189. per tot. Couarr. pract. quæst. d. numer. 6. vers. undecima est animaduerten. Rot. decis. 534. sub nu. 7. vers. vltra quod, & d. decis. 595. num. 1. & 4. part. 1. diuers.* vbi etiam *num. 7.* quod hæc longeua possessio
6 cessare facit quamcumque vehementem præsumptionem in contrarium *in Oueten. Iurisdictionis 22. Martij 1627. coram Eminentissimo D. Cardinali Vbaldo Greg. XV. decis. 370. num. 2. vbi Add. sub num. 10. in recen. decis. 85. num. 7. par. 5. & decis. 49. num. 9. part. 7.* &
in his terminis iuris decimandi consuluit *Cardinal. Zabarell. cons. 88. num. 2. & sub num. 7. vers. item omnibus prædictis, & tradit Felin. qui latè comprobat in cap. si diligenti num. 11. de prescr. Rot. dec. 685. sub num. 3. par. 1. recent.*

7 Ipsa enim immemorabilis habetur pro titulo
sufficienti ad eam obtinendam, *Abb. in cap. cum venissent num. 8. de Constitution. Menoch. de retinend. remed. 3. sub num. 593. vers. hoc intelligitur Rot. dec. 4. n. 7. & 8. par. 2. diuers. & in recentior. decis. 397. numer. 4. part. 2.* quia præbet meliorem titulum de mun-
8 do *cap. super quibusdam, & ibi gloss. de verb. signific. Buratt. decis. 673. num. 5.* Itaut per illam acquirantur
9 etiam ea, quæ Principi sunt reseruata, licet contrà
præscribentem obstaret præsumptio iuris communis
l. hoc iure §. ductus aq. ff. de aqu. quot. & æstiu. Abb. in c. cum nobis olim num. 2. 3. & 11. vers. quandam sunt de præscript. Franc. Aret. cons. 30. num. 5. & seq. Dec. cons. 85. num. .. vers. his tamen non obstantibus, Rot. decis. 11. num. 2. par. 2. recent. & proindè sufficit eam allegare
10 absque titulo *glos. in d. cap. super quibusdam verb. non extet memoria de verb. significat. plenè Alex. cons. 6. n. 1. lib. 1. Rot. dec. 10. num. 2. de reb. Eccles. non alienan. in antiq. & d. dec. 11. n. 2.*

11 Tum etiam quia fuit animaduersum, quod ille
quidem requireretur, quando Abbas præscribere
12 vellet dicimas contra Parochum, in quibus terminis procedunt iura allegata in dicta decisione, quæ
reuidetur, non autem quando præscribit contra huiusmodi beneficiatos, aut alios, qui Parochi non probantur, licèt ipse præscribens certam Parochiam
13 non habeat, vt reprobata contraria sententia docuit
Rebuff. d. quæst. 13. num. 63. quem sequitur *Monet. d. quæst. 4. num. 107. in fin. & num. 108.* & ratio est, quia
isto casu licèt ius commune faceret contra Abbatem
14 præscribentem, quia Parochus non est, non tamen
facit pro beneficiatis, contra quos præscribitur, vt
in puncto declarat *glos. in d. cap. 1. verb. titulum circa fin. vers. & secundum hoc de præscript. in 6.* cum qua
omnes ibi transeunt, vt dicit ibidem *Franch. num. 7. Anchar. cons. 162. num. 3. vers. super quo est diligenter aduertendum,* & alij, quos refert, & sequitur, *Rot. in Valentina Decimarum de Gandia coram Card. Seraph. impress. apud Marches. de commis. par. 1. fol. 674. sub n. 2.*
15 *vers. neque obstat.* Quoniam isti quamuis etiam haberent exercitium Curæ Animarum, nihil tamen
vltrà prædictam congruam possent prætendere *Abb. in cap. extirpanda §. quia verò in repetitione num. 15. de Prabend. Rota apud Mohed. dec. 5. de Decimis, Crescent. decis. 2. num. 3. eod. tit.* vbi declaratur contraria procedere, quando decimæ pro congrua ijs fuissent assignatæ, *Caputaq. decis. 339. par. 3. Greg. XV. decis. 174. num. 3. cum ibi adductis per Add. sub num. 8. in Aquilegien. Congrua 23. Ianuarij 1603. coram Cardin. Sacrato decis. 30. num. 6. & seq. par. 6. & decis. 192. num. 11. par. 7. rec.*

Eoque magis quia nec probatur Beneficiatos vllo
17 vnquam tempore possedisse has decimas, quo casu
scientia, & patientia patientis præscribi, inseruit
pro titulo *Monet. d. cap. 5. qu. 4. sub num. 152. vers. item ad hoc,* vt in puncto præscriptionis Decimarum Ecclesiæ contra Ecclesiam *Rot. apud Coccin. d. decis. 485. num. 8.*

Vltra quod cum titulus Abbatis optimè iustificetur per Testes *d. Summ. num. 6.* deponentes quadragenariam ipsius possessionem percipiendi istas Decimas titulo donationis Regum Hispaniarum, de
cuius validitate non est dubitandum, quia cum per
18 priuilegium fel. mem. Vrbani Papæ Secundi datum
in Summ. num. 7. Regibus huiusmodi, & ipsorum successoribus concessæ fuerint omnes Decimæ percipiendæ è terris, quas à Saracenorum manibus recuperassent, quod facere potuisse dictum Pontificem
19 est indubitatum ex tradd. per *Rebuff. d. quæst. 13. num. 110. Monet. d. cap. 5. quæst. 4. num. 83.* & in specie huius
priuilegij *Card. Seraph. decis. 1304. num. 1. Card. Caual. decis. 229. pariter num. 1.* illas proindè potuerunt dd.
Reges donare Abbati *Innoc. in cap. dudum de decim.* quem ibi sequuntur, *Hostien. sub num. 7. post med. vers. sed obijcies Butr. nu. 15. Io. Andr. sub num. 8. vers. respon-*

spondeo hic simpliciter Panorm. n. 11. Rot. dec. 31. num. 6. par. 2. diuers. & coram Caual. d. dec. 229. num. 25.

Nec immemorabilem excludit concordia inter Abbatē, & Beneficiatos inita de anno 1585. quandoquidem ea nō emanauit super iure, aut quasi possessione percipiendi Decimas, sed solum super sufficientia congruæ assignatæ Beneficiatis, quam auxit Abbas assignando alios duos Decimatores, quod quidē optimè retorquetur contra Beneficiatos, quia ostendit Abbatem ante concordiam fuisse Dominum, & Decimatorem vniuersalem dicti loci de Argonos, ex quo certè illas augere non potuisset
20 Abbas, quando Decimæ ipsarumque dispositio ad eum non spectassent, vt benè ad propositum ratiocinatur, *Rot. d. dec. 192. sub nu. 11. vers. quod si ponderatur, & num. 12. par. 7. rec.* neque transactio facta
25 super congrua extendi debet ad possessionem, seu ius percipiendi Decimas; quod non patitur extensionem de re ad rem, siuè de casu ad casum *l. si de certa, C. de transact. l. cum Aquiliana, & l. qui cum Tutoribus, §. fin. ff. eod. l. iubemus, ff. ad Velleian. l. si cum dies, §. plenum, ff. de arbitr.* & in terminis Decimarum *Rot. dec. 30. num. 3. par. 7. rec.*

Et ita pro Abbate tantum informante ex nouiter deductis DD. recesserunt à decisis.

NEPESINA TVTELÆ.

Veneris 13. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Iudicium tutelæ de sui natura celeritatem desiderat ob indemnitatem pupilli, & ne iudicium reddatur inane, illud protrahendo vsq. ad tempus pubertatis.

SVMMARIVM.

1. *Pupillo interest causam tutelæ expediri, ne dum dubitatur, apud quem debeat esse tutela interim eius bona depereant.*
2. *Tutelæ iudicium celeritatem desiderat, ne adulto pupillo exitus iustitiæ raddatur inutilis.*

DECISIO CXVI.

EManata decisione sub die 2. Martij in qua dictum fuit Tutelam spectare ad Dosium, Sacchus aduersus eam petijt nouam audientiam, quæ illi benignè concessa fuit, sed postea numquam curauit informare, quamuis diù expectatus fuerit, quare hodiè proposita causa super eisdem, Domini dixerunt esse standum in decisis. Quia cum bonum ius Dosij ex dicta decisione reddatur indubitatum, non est vlterius protrahenda resolutio huius causæ, quæ de sui natura desiderat celeritatem, tum vt prouideatur indemnitati pupilli, cuius interest causam expe-
1 dire, ne, dum dubitatur apud quem debeat esse tula, interim eius bona depereant, vt sunt verba *text. in l. cum quidam post med. C. de verb. & rer. signif.* Tùm vt Dosio consuletur, qui amitteret causam tempore, quam de iure vincere debet. Dum enim disputationes iterantur, & dilationes multiplicantur, labitur tempus tutelæ, & pupillus peruenit ad pubertatem, & ita Saulus, qui in tutela persistit, obtineret ex arte, quod de iustitia consequi non potest, vndè maximè æquitati congruit, quod causa tandem expediatur, ne iudicium reddatur inane, & exitus iustitiæ longis, apertisque frustrationibus remoretur *iuxt. text. in l. Auth. iubemus, C. de iudic.*

Et ita altera tantum, &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 16. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Immissio non est concedenda vocatis ad fideicommissum in possessionem domus alienatæ per Administratorem hæreditatis à fideicommittente deputatum ex causa extinctionis debitorum testatoris cum subsequenti derogatione fideicommissi, & qualiter probetur adfuisse huiusmodi debita testatoris, & ex pretio extracto fuisse pariter extincta, & quando emptor bonorum fideicommissariorum ex causa necessaria alienatorum teneatur esse sollicitus de versione pretij in dictam causam, ad effectum, vt venditio eidem vendenti noceat, & successiuè ad fideicommissum vocatis?

SVMMARIVM.

1 *Emptor, qui emit ab Administratore hæreditatis deputato à testatore perinde est, ac si possessionem, & titulum à testatore obtinuisset.*
2 *Fideicommissum expirat per alienationē ex causa necessariā factam ab Administratoribus hæreditatis, habita eiusdem derogatione.*
3 *Æs alienum testatoris probatur ex assertione Administratoris in instrumento venditionis rei hæreditariæ, quod eam alienauit pro soluendis debitis illius.*
4 *Maximè concurrentibus adminiculis.*
5 *Fides administratoris approbata in testamento à testatore probat æs alienum hæreditatis.*
6 *Derogatio fideicommissi non solet concedi, nisi cum magna maturitate, & iustificato ære alieno.*
7 *Sententia Iudicis emanata super executionē derogationis fideicommissi, citato tutore, vel Curatore vocati, facit præsumere veritatem narratorum in precibus.*
8 *Hæres ad fideicommissum vocatus, citatus ad derogationem fideicommissi verisimiliter reclamasset si narrata in precibus vera non fuissent.*
9 *Hæres ad fideicommissum vocatus tacens per triginta, & vltra annos facit præsumere veritatem narratorum in precibus pro obtinenda derogatione fideicommissi.*
10 *Testatoris assertio iubentis in testamento sua debita exsolui probat illorū existentiam contra ab eo causam habentem.*
11 *Creditores defuncti ab Administratoribus censentur satisfacti de pretio redacto ex alienatione rei hæreditariæ.*
12 *Creditores per lapsum triginta annorum tacitè præsumuntur satisfacti de suis creditis.*
13 *Alienatio quādo fit ex causa necessaria pro soluendo ære alieno de bonis alienari prohibitis, emptor tenetur esse sollicitus de versione.*
14 *Præsertim ad effectum, vt alienatio nedū alienāti noceat, sed ceteris ad fideicommissum vocatis.*
15 *Limita, nisi Pontifex in derogatione fideicommissi releuauerit emptorem ab onere probandi versionem in extinctionem debitorum.*
16 *Emptor rei fideicommissariæ, quem Pontifex in derogatione fideicommissi releuauit ab onere probandi versionem, est tutus etiam si versio pecuniarum in causam expressam non probetur.*
17 *Hæres ad fideicommissum vocatus potest agere contra alienantem rem fideicommissariam non probata versione in causam expressam in derogatione, non autem contra emptorem, quem Pontifex voluit esse securum, etiam non sequuta versione.*
18 *Clausula in primis, & ante omnia importat conditionem.*
19 *Clausula non debet esse superflua, sed aliquid operari.*
20 *Licentia debet præcedere, & non sequi venditionē ad hoc vt alienatio alias prohibita sustineatur.*
21 *Expeditio literarū non requiritur in licentia alienan-*

nandi; sed sola signatura sufficit.
22 *Alienatio facta cōtemplatione derogationis in futurum obtinendæ, comprehenditur in derogatione postea secuta, & ab ea robur assumit.*
23 *Secus autem si fuit facta simpliciter.*

DECISIO CXVII.

DEnegandam esse immissionem Domino Francisco Serlupio in domo, de qua agitur, licèt probauerit purificationem fideicommissi ad eius fauorem sub die 23. Maij 1642. coram me DD. responderunt, hodie iterum proposita causa super ijsdem, steterunt in decisis, eo potissimum fundamento, quia cum Iulius illam emerit ad vitam à Romulo Cerino Administratore hæreditatis Salustiæ fideicommittentis, est legitimus contradictor ad im-
1 pedin. immissionem, ex quo perindè est, ac si à Testatrice possessionem, & titulum obtinuisset, *Bart. in l. vnum ex familia §. 1. num. 2. ff. de legat. 2. Abb. in c. causis num. 6. de elect.* vltra alios in decisione allegatos;

Non enim obstat fideicommissum super ea impositum à Salustia, quia cum vendita fuerit ab Administratore per eumdem fideicommittentem deputato, habita à san. mem. Paulo V. opportuna dero-
2 gatione fideicommissi pro soluendis debitis ipsius Testatricis fideicommissum expirauit, *l. filiusfamilias 117. §. Diui, ff. de legat. 1. l. Pater filium, ff. de legat. 3. l. cum fidei hæredis, ff. de fideic. libert. Natt. cons. 110. num. 13. Surd. dec. 62. num. 21. Rot. coram Buratt. dec. 920. num. 3. & in Romana fideicommissi de Zuccaris 14. Nouembris 1639. coram Reuerendissimo D. meo Decano,* & est receptissima omnium sententia, vt per *Fusar. de substit. q. 541. n. 1.*

Existentia autem dicti æris alieni controuerti non
3 potest, quia constat ex assertione prædicti Administratoris in Instrumento venditionis dictæ domus, quod eam alienauit pro soluendis debitis Testatri-
4 cis, cui creditur concurrentibus adminiculis; vt in puncto dixit *Rota in Romana Vineæ 15. Ianuar. 1600. num. 8. coram bon. mem. Cardinali Mellino apud Marches. par. 1. fol. 1031.* & in simili latè comprobant; *Alex. cons. 18. sub num. 2. vers. tamen in præmissis lib. 3. Dec. in l. si donatione num. 31. C. de collat. & cons. 96. num. 3. vers. nec obstat; Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus n. 100. C. de reuoc. donat.*

Prò adminiculis autem, & quidem vrgentibus ponderata fuerunt, & primo fides dicti administra-
5 toris approbata à Testatrice in eius Testamento, vbi postquam deputauit illum in administratorem suæ hæreditatis, & tribuit omnimodam facultatem exigendi, quietandi, & faciendi omnia alia; quæ expedire putauerit, subiungit, *E che non se le possa veder conto alcuno, perche la conosco huomo di buona conscienza; libero, e sincero, e fidandomi della sua bontà in tutto, e per tutto mi rimetto alla sua conscienza,* & in his terminis considerat *Rot. in d. Romana Vinea sub num. 8. vers. tum quia fides exequutoris est approbata.*

Secundo, Instrumentum accollationis debitorum factæ per dictam Salustiam ad fauorem illorum de Crescentijs de anno 1605. & sic per sex annos ante dictam alienationem.
6 Tertio, Impetratio derogationis fideicommissi, quæ non solet concedi, nisi cum magna maturitate, & iustificato ære alieno.
7 Sententia Iudicis super exequutione dictæ derogationis, citata etiam Liuia Tutrice, & Curatrice dicti Francisci, ex qua præsumitur veritas narratorum *Gabr. conclus. 5. per tot. lib. 2. de sent. Rot. coram Card. Seraphino dec. 737. num. 6.* cum præsertim ipsa
8 verisimiliter reclamasset, si narrata non fuissent vera.
9 Et demum taciturnitas eiusdem Francisci per triginta, & vltra annos, vt in simili perpendit, *Rot. coram Card. Mantic. dec. 370. n. 3.*

His accedit, quod fideicommittens in eodem Testamento iussit sua debita exolui, hæc autem assertio, etiam in genere, probat illorum existentiam,
10 vt in specie dictum fuit *in dicta Romana Vinea sub num. 8.* maximè contra Franciscum ab ea causam haben. *Aym. cons. 29. sub num. 1. Rot. apud Coccin. dec. 120. num. 2. in fin. dec. 131. num. 4. & dec. 261. num. 7. part. 7. recent.*

Nec dubitari potest de versione pretij in extinctione dicti æris alieni Testatricis, quia cum dictus administrator, & Crescentius eius Procurator locatores huius domus, qui pretium receperunt, soluerint plures pecuniarum summas Depositariis Montis Crescentij, & alijs creditoribus accollatis à dicto fideicommittente dictæ solutiones factæ præsu-
11 muntur de pretio redacto ex alienatione huius domus, argumento *tex. in l. fin. C. de pignor.* vbi quod militia præsumitur empta de pecunia sibi antea mutuata, & in specie tradunt *Bart. in l. fin. §. & si præfatam in fin. C. de iur. deliber. Castr. in d. l. fin. §. in computatione num. 4. C. eodem Roman. cons. 276. num. 7. Peregr. de fideicom. art. 35. num. 34. Surd. dec. 15. num. 16.*
12 concurrente præsertim lapsu triginta annorum cum taciturnitate tantæ molis creditorum. Vndè illi præsumuntur satisfacti, *Cephal. cons. 24. num. 9. & 10. lib. 2.*
13 Vltra quod, nec Iulius emptor tenebatur esse sollicitus de illa, quia licèt quando alienatio fit ex causa necessaria pro soluendo ære alieno de bonis alienari prohibitis, emptor teneatur esse sollicitus de versione iuxta doctrinam *Bald. in auth. hoc Ius porrectum num. 22. & 23. C. de Sacr. Eccles. add. ad Gregor. decis. 513. num. 33. Rot. in Leodien. Census 11. Decembris 1569. & in Romanà Censuum de Romalis 18. Ianuarij 1599. impress. post Cenc. de censib. in ordine dec. 8. num. 10. & 11. & dec. 287. num. 3. & 4. cum seqq.* Præ-
14 sertim ad effectum, vt alienatio per Iudicem nedū alienanti, sed cæteris ad fideicommissum vocatis noceat, vt monuit *Bart. in l. doli num. 7. ff. de Nouat. Manett. dec. 31. num. 27. Giurb. dec. 79. n. 7.* & reprobatis *Surd. Molin.* & alijs contrarium sentien. dixit, *Rot. in Bonon. fideicommissi de Rubeis 4. Maij 1641. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo, & prius in Bononien. fideicommissi de Ramundinis inter recen. dec. 131. num. 6. par. 7.* vbi quod huiusmodi defectus annullat venditionem, & gratiam sub hac lege con-
15 cessam: quando tamen, prout hic, Pontifex in derogatione fideicommissi releuauit emptorem ab onere probandi versionem in executionem debitorum ibi, *nec emptores præfatos, eorumque hæredes, ac successores &c. ad proban. seu verificandam, quod pretium antecedentem in narratas, seu alias causas conuersum fuerit vllo vnquam tempore teneri &c.* Non procedit conclusio supra firmata, sed substinetur
16 alienatio, & emptor tutus est, & si versio pecuniarum in causam expressam non probetur, & tunc
17 competit quidem actio vocatis ad fideicommissum contra alienantem, sed non contra emptorem, quem Pontifex voluit esse securum, etiam non facta versione *Vinc. de Franch. dec. 355. nu. 6.* & in his terminis *Rot. in rec. dec. 301. num. 9. par. 1. & in Romana Vinea 23. Junij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et hinc non releuat onus multiplici adiectum in
18 Breue derogationis cum clausula *volumus autem in primis, & ante omnia,* quæ conditionem importat,

Rot.

Rot. dec. 131. num. 5. par. 7. recent. quia clausula huiusmodi est restricta ad venditores, ut patet ex sequentibus, ibi, *Volumus autem quod Romulus, & Marius, et eorum quilibet in primis, et ante omnia*, nec se extendit ad Iulium Emptorem, qui cum expressis verbis, ab hoc onere eximatur, tutus esse debet, etsi pecuniæ in aliam causam erogatæ fuerint, ex superius adductis. Eo magis quia Iulius emptor fuit in Breui liberatus à probatione versionis pretij, nedum in extinctionem æris alieni Testatricis, de quo in Testamento, sed etiam in alias omnes, ibi, *quod pretium antedictum in narratas, seu alias causas conuersum fuerit*, quæ clausula certè denotat liberationẽ ab onere multiplici, ne alias rema-
19 neat superflua, & absque operatione contra *text. in l. si quando, et ibi Bart. ff. de leg. 1. Roland. cons. 61. n. 14. et seq lib. 3. Surd. dec. 272. nu. 36.*

Nec obstat quod derogatio san. mem. Pauli Papæ Quinti obtenta fuerit post factam venditionem, ideoque non suffragetur, cum licentia præcedere
20 debeat, & non sequi venditionem, ad hoc ut alienatio alias prohibita substineatur, vt latè fuit ostensum *in Bonon. fideicommissi de Rubeis 2. Martii 1643. coram R. P. D. meo Pentingero*, nam omisso, quod non potest absolutè dici venditionem in nostro casu præcessisse huiusmodi derogationem, licet litteræ Apostolicæ post aliquot menses fuerint expeditæ, cum
21 in licentia alienandi non requiratur expeditio litterarum, sed sola signatura sufficiat, *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 55. et 56.* ubi testatur de communi *Paris. cons. 5. num. 60. lib. 4.* & in terminis derogationis fideicommissi dictum fuit *in Bonon. de Borianis 5. Martij 1618. coram Andrea, et in Romana Palatii 14. Nouembris 1622. coram bon. mem. Coccino,*
22 adhuc placuit responsio in decisione firmata, quod cum huiusmodi locatio facta fuerit contemplatione derogationis in futurum obtinendæ comprehendatur in derogatione postea facta, & ab ea robur assumat, quidquid secus dicendum esset, si locatio simpliciter facta fuisset, vt præter *Surd. cons. 351. nu. 49. Grat. discept. 514. sub nu. 17. vers. Immo, et alios ibi allegatos tenuit etiam Castr. in l. si quis §. Iurium sub numer. 4. vers. quia ex quo consensisti ff. de ininst. rupt. et irrit.*

Et ita resolutum vtraque &c.

VITERBIEN. PECVNIARIA.

Luna 14. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Via executiua potest contra tertium procedi, quando alienatio fuit facta de omnibus bonis debitoris lite pendente, & vtraque pars habuit notitiam litis, & qualiter notitia litis probetur? Societas inita cum Patre quomodo possit continuare in filium hæredem pupillum? Pecunia licet proueniat ex capitali fundaci; dum non probatur illam fuisse inuestitam, nec tantum lucrum inde percipi solitum, sed mediante transactione fuerit translata in purum creditum ex illa nulli fructus debentur.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non competit contra tertium.*
2 *Limita ni si alienatio in tertium fuerit facta de omnibus bonis debitoris, lite pendente, & vtraque pars notitiam litis habuerit.*
3 *Inopia executati probatur per relationem executoris testificantis nihil, aut parum inuenisse in eius bonis super quibus fieri posset exequtio.*
4 *Creditum nullius est releuantia, dum illud apparet extinctum per transactionem.*
5 *Transactio etiam super tutela licite fieri potest.*
6 *Transactio retractari non potest nisi appareat de dolo, errore, vel falsa causa.*
7 *Confessio debitoris non probat fauore alterius creditoris in praiudicium alterius creditoris non vocati, nec citati.*
8 *Tutor qui dedit administratorem pupillo, tenetur de malegestis per eumdem administratorem.*
9 *Hypotheca super omnibus bonis tutoris fuit specialiter ex dispositione legis inducta eadem die suscepta tutela fauore pupilli.*
10 *Creditum, quod cum tutore habebant eius hæredes remansit obligatum pupillo, tanquam res propria tutoris.*
11 *Producens scripturam pro qua commodum reportauit, non potest amplius illam impugnare.*
12 *Pupillus licet non possit societatem contrahere, potest tamen iam contractam à Patre cum authoritate tutoris renouare.*
13 *Ampli a nedum expresse, sed etiam tacitè continuando negotium cum socijs patris, cum patientia tutoris.*
14 *Fructus à partibus conuenti non habētur in consideratione, vbi alias non debentur.*
15 *Pecunia quæ mediante transactione fuit translata in purum creditum licet proueniat ex capitali fundaci, dum non probatur eam fuisse inuestitam, nec tantum lucrum inde percipi solitum, ex ea nulli fructus debentur.*

DECISIO CXVIII.

IN transactione inita anno 1634. inter Franciscum Zuccarum, & Flaminiam filiam; & hæredem qu. Io. Baptistæ Stuanzæ declaratum fuit eumdem Frãciscum remanere debitorẽ dictæ Flaminiæ in scutis 7000. ex causa administationis mercium fundacalium ab eo exercitæ, vsque ad dictum annũ, ad quorum computum soluit in pecunia numerata scuta mille, reliqua vero sex mille soluere promisit in termino septem annorum, & interim teneri voluit ad fructus recompensatiuos ad rationem scut. sex pro quolibet Centenario, & anno *Sum. num. 1.*

Egit Flaminia prius pro fructibus decursis, postea verò lapso septennio pro residuo Capitalis, & ab A. C. obtinuit relaxari mandatum contra bona Francisci debitoris, sed quia, eo defuncto, & hac lite pendente, omnia fere illius bona fuerunt à suis hæredibus alienata in Bonellos fratres consobrinos, ut ex alia transactione inita de anno 1642. inter Nicolaum Bonellum Procuratorem, & legitimum Administratorem filiorum Portiæ, & Christophorum Zazzaram Tutorem, & Curatorem filiorum, & hæredum dicti Francisci Zazzaræ *Summ. n. 5.* Præuia istorum citatione obtinuit mandari exequi mãdata super bonis in transactione comprehensis *Sum. n. 6. et 8.* A quo decreto cum Bonelli appellassent, & Signatura rescripserit cum clausula *Si quid exequen.* Dubitaui hodie, an mandata prædicta sint exequenda & pro Flaminia tantũ informante responsum fuit esse exequenda pro residuo Capitalis tantum, licet enim contra tertium executiuè procedi non possit,
1 vt disponitur *in l. à Diu. Pio §. si super rebus ff. de re iudic.* Quando tamen vtraque pars habuit notitiam litis, & alienatio facta est de omnibus bonis debitoris, receptum est executionem directè fieri posse
2 contra Tertium, in quem lite pendente facta fuit alienatio, tanquam his duobus concurrentibus præsumatur facta in fraudem paratæ executionis, vt distinguendo tradunt, *Couarr. pract. quæst. cap. 15. n. 7. vers. erit igitur Surd. cons. 405. n. 10. ad med. vers. tamen caret difficultate*, & articulo maturè dicusso firmauit *Rot. coram Reuerendissimo Vigellen. decis. 364. nu. 24.*

num. 24. 26. et 32. ubi pluribus hanc conclusionem exornat, & distinguendo plures casus, conciliat decisiones Rotales, quæ inter se pugnare videbantur, & coram *Card. Caual. dec. 131. nu. 2. & coram Buratt. dec. 166. n. 1. cum seqq. & in Meliton. hæreditatis 6. Februarij 1640. coram Eminentissimo D. Card. Hieronymo Verospio*.

Scientia autem litis sufficienter probatur ex eo, quod Flaminia sub die 11. Februarij 1642. Intermino citationis ad dicendum contra per protestationem deduxit ad notitiam dd. de Bonellis suum Creditum, protestans nihil innouari, nisi ipsa citata *Summ. n. 9.* sicut etiam ex relatione exequutoris da-
3 ta *n. 10.* testificantis nihil, aut parum remansisse in bonis Francisci super quibus fieri possit exequutio, ex qua probatur eius inopia, ut notat *Angel. Aretin. in §. Item si quis in fraudem n. 13. Ias. num. 86. instit. de act. Rot. dec. 14. sub n. 2. vers. vltra quod par. 2. rec.*

Nec obstat, quod Bonelli sint creditores anteriores Francisci ex causa Tutelæ Portiæ eorum matris, quia creditum huiusmodi redditur valdè sus-
4 pectum dessimulatione, & fraude, dùm ex quietantia Tutelari data *in Summ. n. 15.* apparet extinctum
5 per transactionē, quæ etiam super Tutela licitè fieri potuit *per text. in l. 1. C. de transact.* allegare autem quod transactio sit erronea, nullum habet funda-
6 mentum, dum non apparet de dolo, errore, vel falsa causa, quibus cessantibus, transactio retractari non potest *l. 1. ad fin. ibi, finitauè sunt rata maneant ff. ad Tertul. Card. Seraph. dec. 976. nu. 3.*

Proùt etiam non releuat, quod in Instrumento alienationis factæ pendente lite hæc transactio fuerit declarata læsiua, quia hæc confessio non probat
7 in præiudicium Flaminiæ non vocatæ, nec citatæ, ut in specie tradit *Surd. dec. 256. num. 5. cum seqq. Capic. dec. 91. n. 1.* Alias esset in facultate debitoris fraudare alios creditores, & ideo similes confessiones non attenduntur *Soccin. sen. cons. 78. n. 2. lib. 8. Tiraq. de re tract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 78. cum seqq.*

Præterea cum Franciscus fuerit in Administratorem assumptus à Pacifico, qui fuerat Flaminiæ relictus Tutor, non solum d. Flaminia est creditrix Francisci, sed etiam Pacifici, cum hic teneatur de
8 male gestis per Franciscum *l. si Procurator §. si Tutores ff. mandati l. decreto ff. de Administr. Tut. l. ita etiam §. gessisse eodem tit. Rot. in recent. dec. 355. n. 5. & dec. 410. n. 15. par. 1.* Ideoque Bonelli nequeunt dici Anteriores, quia Flaminia metitur suam hypothecam à die susceptæ Tutelæ per Pacificum, ea enim
9 die omnia eius bona ex legis dispositione fuerunt sibi specialiter hypothecata *l. pro officio vbi DD. C. de Administr. Tut. Soccin. sen. cons. 62. num. 1. lib. 1. Negus. de pignor. in 4. membr. 2. par. num. 6. & 12. Rot. dec. 83. num. 1. & 2. par. 4. diuers.* Imò si quod credi-
10 tum habebant Bonelli hæredes Pacifici remansit obligatum Flaminiæ tanquam res propria *Bart. in l. Quintus §. argento ff. de aur. & arg. legat. Paris. cons. num. 12. lib. 2. & cons. 107. num. 65. & 66. lib. 3.*

Ulterius cum dicta alia transactio super administratione fundaci contineat quietantiam, & liberationem, etiam ad fauorem hæredum Pacifici, & ipsi illam producendo Commodum reportauerint ob-
11 tinen. eius vigore reuocationem mandati prò certo credito ad fauorem Flaminiæ relaxati *Summ. nu. 12.* Eo minus illum impugnare possunt *Becc. cons. 3. nu. 38. & seqq. Rot. dec. 157. n. 4. par. 3. rec.*

Demum non obstat, quod societas dissoluta remanserit per obitum Io: Baptistæ, quia cum inter Tutores Flaminiæ actum fuerit de continuando negotio fundacali, ut patet ex actu Tutelari, ibi, *Circa il negocio della Bottegha per mantener la riputatione di tutt'il negotio si stabilisce, e si termina da tutti vnitamente &c. solo attendere à vendere quelle che si trouano in Botthega, e quelle che si trouano commesse sotto nome di Lazzera, & Stuanza che poßano venire liberamente, e mettersi nel negocio communemente come era per il paßato Summ. num. 14.* Renouata proindè remansit; cum certum sit, quod licet pupillus non
12 possit Societatem contrahere, potest tamen iam contractam à Procuratore cum auctoritate Tutoris renouare, nedùm expressè, sed etiam tacitè, conti-
13 nuando negotium cum sociis Patris, sicut prius, etiam cum patientia Tutoris, vt egregiè tradunt *Bald. in l. mandatum num. 5. vers. alij dicunt C. mandati Soccin. sen. cons. 160. n. 14. lib. 2. Barbat. cons. 31. n. 2. ad med. vers. ad hoc respondeo lib. 1. Dec. cons. 441. n. 5. cum seqq. Corn. cons. 1. n. 7. ad fin. & 8. lib. 1. cum alijs per Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 26. in fin.*

Quo verò ad fructus inter partes Conuentos ad rationem sex pro centenario DD. censuerunt mandata esse suspendenda, donec eorum taxatio aliundè iustificetur, quam ex partium Conuentione, quæ
14 non fuit habita in consideratione iuxt. opin. *Rot. in dec. 325. 331. & 372. n. 9. post 2. vol. cons. Farin. & latè in Auentonan. Pecuniaria 10. Februarij 1640. coram R. P. D. meo Bichio;* licèt enim pecuniæ prouenirent ex Capitali fundaci, tamen cum non probetur eas fuisse inuestitas, nec tamen lucrum, indè percipi solitum, sed mediante transactione fuerint translatæ in purum creditum, ex eis nulli fructus debeutur vt in terminis firmauit *Rot. in Romana Domorum, seù fructuum 3. Iunij. 1585. coram Cotta, quæ est dec. 7. per tot. in impreß. post 2. vol. cons. Farin.*

Ex quibus resolutum fuit mandata relaxata, ab A.C. pro residuo Capitalis tantùm forè exequenda.

ROMANA DE MELLINIS

Veneris 15. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi ex statuto Vrbis censentur solummodo vocati ad portionem patris non autem patrui, nisi vehementes pro vocatione ad portionem patrui concurrant coniecturæ, & quænam coniecturæ in casu decisionis reputentur insufficientes, & irreleuantes?

SVMMARIVM.

1 *Actio familiæ herciscundæ, vt competat, quænam requirantur?*

2 *Filij in conditione positi ex statuto Vrbis censentur dispositiue vocati ad portionem patris non patrui, & num. 3. fallit concurrentibus coniecturis pro vocatione etiam ad portionem patrui num. 4.*

5 *Ratio conseruandi bona in agnatione excluditur ex vocatione fœminarum.*

6 *Representatio cum detur in fideicommissis ascendentium efficit, vt nepos possit ad portionem patrui præmortui succedere limita n. 7. & 8.*

9 Glos in l. cum ita §. in fideicommisso de l. 2. *in quibus terminis loquitur & num. 10.*

11 *Transmissio locum non habet in fideicommisso conditionali, etiam ad fauorem filiorum, quando pater pendente conditione decessit.*

13 Gloss. opinio in l. is cui verbo creditorem ff. de actione, & oblig. *reprobatur à DD. etiam in terminis statuti Vrbis n. 13. & 14.*

15 *Legitimatio in amplissima forma suffragatur etiam ad effectum excludendi substitutum.*

16 *Præsertim quando legitimatio non fuit facta cum clausula præseruatiua* sine præiuditio venientium ab intestato, *nec vocatio filiorum continet qualitatem*

litatem; quod sint ex legitimo matrimonio nati num. 17. limitanum. 18. Declara num. 19.

Legitimatus quando est restitutus ad dignitatem, honorem, & nobilitatem habetur, ac si esset de legitimo matrimonio natus idem n. 19.

20 *Bulla Pij IV. prohibens legitimationes fieri in praeiudicium vocatorum comprehendit solum legitimos volentes succedere contra voluntatem Testatoris, non secundum illius voluntatem, & num. 21. vbi declarantur auctoritates, quae in contrarium allegantur.*

21 *Praescriptio 30. annorum operatur effectum suum, post quam est completa, & non antea.*

23 *Restitutio in integrum aduersus praescriptionem datur haeredi ex capite probabilis ignorantiae, in quo regulariter praesumitur.*

24 *Ignorantia praesumitur in haerede absente spatio plurium annorum ad excludendam praescriptionem, & in quibus terminis procedant decisiones de hac praescriptione loquentes? num. 25.*

26 *Impensa funeris detrahitur per haeredem, ex quo aes alienum reputatur, & ad quam summam, sit taxanda, num. 27.*

28 *Legata à fideicommittente relicta, & ab haerede soluta veniant detrahenda.*

29 *Legata annua in restitutione fideicommissi detrahenda non sunt sed dietim soluenda veniunt.*

30 *Legitima filiorum detrahitur ex bonis fideicōmissi*

31 *Trebellianica detractio competit etiam non confecto inuentario iuxta veriorem opinionem à DD. receptam, & num. 32.*

33 *Haeres grauatus quo casu non praesumatur de credita Trebellianica competen. satisfactus?*

34 *Mulier praeter dotē nihil aliud habere praesumitur.*

35 *Detractiones consumptae praesumuntur mediantibus alienationibus per haeredem grauatum factis, & num. 36.*

37 *Haeres grauatus alienando bona fideicommissaria censetur illa elegisse pro suis detractionibus.*

38 *Mulier consentiens alienationi bonorum viri, remittit hypothecam super bonis alienatis sibi competen. quod declara num. 39.*

DECISIO CXIX.

Hieronymus Mellinus dum viuebat, prouocauit ad diuisionem DD. Vrbanum, & fratres de Mellinis haereditatis maternae, Auitae, caeterorumque fratrum, & coram R. P. D. meo Bichio pluries proposita causa, praeuijs duabus decisionibus, lata fuit sententia, in qua fratres de Mellinis fuerunt absoluti ab impetitis, & declaratum non esse locum diuisioni petitae per Hieronymum, causa postea in gradu appellationis ad me deuoluta, sub die 10. Iunij 1541. fuit resolutum Sententiam Rotalem esse confirmandam: Ex eo potissimum fundamento, quia Hieronymus nullo vnquam tempore bona
1 controuersa possederat, cum tamen actio familiae hereiscundae, non competat, nisi probatis dominio, & communione, vt apertè probat *text. in l. 1. vers. sed si is, qui possidet, & ibi gloss. in verb. exceptionem ff. famil. hersic. cum alijs adductis in decisione coram me emanata.*

Verùm cum moto Iudicio obierit Hieronymus, & Benedictus filius, & haeres agnoscens remedium diuisionis sibi non competere, mutato consilio, petierit immissionem ex remedio *legis fin. C. de edict. D. Adr. tol.* & respectiuè *Quorum bonorum* Domini dilata resolutione sub die 5. Decembris 1642. ordinarunt, vt videretur, An Benedicto esset danda immissio, & super quibus bonis. Quo dubio proposito per binas vices, & non resoluto, sub die 22. Maij 1643. fuit dictum, vt informaretur strictè super detractionibus, & delata causa ad trutinam sub die 1. Iulij eiusdem anni, nec capta resolutione, hodie tandem fuit resolutum Benedicto dandam esse immissionem super domo Marij Mellini Senioris nuncupata *Torre Mellina* prò residuo dotis Ersiliae, quae fuit in totum scutorum 2745. monetae. Prò residuo verò dotis Hortensiae, quae fuit scutorum 6249.98. monetae, dandam pariter esse immissionem in bonis Marij iunioris eius viri, hypothecatis pro dicta restitutione dotis nimirum *in Casaletto* ad Montem Marium, & in Canonibus scutorum 260. circitèr: Et vltrà dotem praedictam super domuncula ab eadem empta pro scutis 494. 49. monetae; Et super altera medietate domus ab eadem pariter empta pro scutis 850. monetae, factis tamen detractionibus, vt infrà.

Fundamentum resolutionis fuit: quia cum tàm Hersilia, quam Hortensia in Testamentis, sub quibus decesserunt, haeredes vniuersales pro aequali portione instituerint Petrum, Septimium, Io: Garziam, olim huius Sacri Tribunalis Auditorem, & posteà S. R. E. Cardinalem, Paulum Hieronymum, & Antonium Equitem Hierosolymitanum, eosque inuicem substituerit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum quandocumque sine filiis legitimis, & naturalibus decesserint; postea verò sine prole decesserint ab intestato primo loco Petrus, indè Eques Antonius, & successiuè Paulus, relictis dd. Vrbano, & fratribus ex Portia Vxore susceptis, & postmodum pariter defecerint sinè filijs Cardinalis, & Septimius, superstite solo Hieronymo, sicut in ipsius personam purificatae fuerunt omnes reciprocae substitutiones vtriusque fideicommissi, ita consequens est, vt Benedicto eius filio, & haeredi debeatur immissiò vigore d. legis finalis.

Nec obstat, quod dum dicti fratres in vtroque
2 Testamento fuerint in conditione positi, censeantur proindè vocati, nedùm ad portionem Pauli Patris, sed etiam ad portiones patruorum, qui sine filijs decesserunt. Quia licèt *ex statuto Vrbis lib. 1*
3 *cap. 142.* filij in conditione positi, censeantur dispositiuè vocati; Eorum tamen vocatio restringitur ad portiones patris, cui sunt in conditione positi, sed non extenditur ad portiones patruorum, vt notant *Doctores in l. haeredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Rip. in l. Centurio num. 166. in fin. ff. de vulg. & pupill. & in l. 1. vers. vltimò declaranda, C. de pactis Castr. cons. 355. ad fin. lib. 2. cum pluribus latè congestis à Fusar. de subst. qu. 440. num. 1. & seqq.* & vti veriorem sequuta fuit *Rot. coram Card. Seraph. decis. 1281. num. 3. & in recent. decis. 100. num. 3. par. 1. & dec. 667. num. 8. par. 2. & in alijs.*

Contraria verò opinio tunc solum recipitur, quā-
4 do pro altera parte concurrunt vehementes coniecturae, scilicet votum conseruandi agnationem, & bona in familia, cum similibus, de quibus *in decis. 266. num. 15. & 16. & dec. 320 num. 17. cum seqq par. 1. rec. & coram Greg. decis. 337. num. 6. & 7. vers. Rursus; vbi Add.* Quae tamen in casu nostro prorsus deficiunt cum Hortensia, institutis, inuicemque substitutis filijs, ad vlteriores substitutionum gradus non processerit: Hersilia verò nedum extraneos vocauerit, sed etiam foeminas, quarum vocatio repugnat de
5 directo voto conseruandae agnationis, vt aduertit *Crauett. cons. 306. num. 3. & 4. Rot. coram Card. Seraph. decis. 1014. num. 5. ad fin. vers. Nec coniecturae Card. Caual. dec. 125. n. 10. & in rec. dec. 538. sub nu. 3. & dec. 667. sub n. 10. par. 2. & dec. 118. n. 3. par. 3.*

Proùt minus obstat, quod in fideicommissis ascendentium

dentium, detur representatio, ratione cuius illi de
Mellinis ex persona patris adspirare possint ad por-
tiones patruorum præmortuorum, vt notauit glos.
communiter recepta in l. cum ita §. in fideicommisso, ff.
de legat. 2. Odd. cons. 39. nu. 27. & 36. Quoniam cùm
7 ambæ Testatrices hæredibus nominatim institutis
sine filijs quandocumque decedentibus substituerint
superstitem, cessat repræsentatio, vt per text. in l. qui
plures ff. de vulg. tradunt in his terminis Curt. Iun.
cons. 57. n. 9. Paris. cons. 57. nu. 54. & 70. lib. 2. Mantic. de
coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. nu. 5. egregiè Card. Se-
raph. decis. 1281. n. 1. Eoque magis, quia Hieronymus
8 vocatus fuit nomine proprio, nepotes verò fuerunt
in conditione positi sub nomine appellatiuo: quod
pro exclusione representationis valdè ponderant
Doctores in d. l. cum ita, §. in fideicommisso ff. de leg. 2.
l. hæredes mei, §. vlt. ff. ad Trebell. Cur. Iun. d. cons. 57. n. 1.
& cons. 161. num. 7. vers. ex præmissis, vbi quod glos. in
d. §. in fideicommisso, intelligitur secundum terminos
9 textus, quando, scilicet omnes vocantur nomine
collectiuo, ex quo dignosci non potest, Testatrices
vnum magis, quàm alterum dilexisse; Et ita con-
suluit Ruin. cons. 25. num. 24. lib. 1. & cons. 134. num. 23.
& 24. lib. 2. Rot. diuers. decis. 482. num. 3. par. 4. & coram
Card. Seraph. decis. 1281. num. 1. in fin. & decis. 1479. sub
n. 2. Vers. Verum hæc regula.
10 Et hinc est, quod cum dicti fratres non possint suc-
cedere iure propriæ vocationis, nec representatio-
nis ex prædictis, ita multo minùs succedere possint
iure transmissionis, cum simus in fideicommisso con-
11 ditionali, quod nec ad filios transmittitur, quando,
prout hic, pater pendente conditione decessit glos.
communiter approbata in l. 1. verb. de relictis, C. de his
qui aut. apert. tabul. Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita n. 2.
ff. ad Trebell. Bursatt. cons. 1. num. 4. Rot. coram Card. Se-
raphin. d. dec. 1479 num. 5. & in rec. dicta dec. 100. num. 2.
12 part. 1. Et reprobata opinione gloss. in l. 15. cui verb.
creditorem esse ff. de act. & oblig. tradunt Bart. in l. 1. n. 9.
ff. de legat. 1. Bal. d. cons. 115. & cons. 146. num. 1. lib. 5.
Ruin. cons. 83. nu. 3. lib. 3. Gabr. conclus. 2. num. 10. de hæ-
red. instit. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 1. Pere-
gr. de fideicommiss. art. 31. num. 6. Et in terminis statuti
Vrbis Gabr. cons. 91. num. 6. & 7. lib. 2. dicens leuem esse
coniecturam prò inducenda transmissione, quæ su-
13 mitur ex eo, quod vocati sint à statuto ad portionem
patris, quia intelliguntur quidem prædilecti omni-
bus in portione patri relicta; sed non in portione
14 patruorum ad tradit. in l. cum Auus, & l. cum
acutissimi C. de fideicommissis Card. Seraphin. dicta decis.
1014. num. 1.

Et hæc eo fortiùs procederent, si, vt aliqui ex
dominis aduertebant, opponi non posset Benedicto
defectus legitimatis propter legitimationem in am-
15 plissima forma, quæ videbatur illi suffragari etiam
ad effectum excludendi substitutum §. quoniam, &
§. reliquum autem quibus mod. natur. effic. sui, & notat
Bal. in l. cum acutissimi num. 12. C. de fideicomm. Rustic.
in l. cum Auus lib. 2. cap. 5. n. 82. cum seqq. ff. de condit. &
demonstr. Peregr. de fideicomm. art. 23. n. 41. in fin. Meno-
ch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 79. n. 103. & pluribus re-
latis Rot. coram Card. Seraph. dec. 880. n. 5. & in rec. decis.
100. num. 4. & 6. Præsertim, quia legitimatio non
fuit facta cum clausula præseruatiua sinè præiudi-
cio venientium ab intestato, nec Testatrices voca-
uerunt filios legitimos, & naturales cum qualitate,
quod essent ex legitimo matrimonio nati, nec aliter
constat de contraria voluntate testatricum. His enim
cessantibus, legitimatio facilius suffragatur; vt di-
stinguendo tradunt Eugen. cons. 52. n. 66. cum seqq. La-
derch. cons. 23. n. 23. Rot. in rec. dec. 388. n. 1. & 2. par. 1.

Et licet fideicommittentes essent Mulieres hone-
18 stissimæ, & nobilissimæ, quæ præsumuntur magis
abhorrere ab illegitimis: & proindè non censentur
de illis sensisse, vt notant DD. in l. ex facto §. si quis ro-
gatus ff. ad Trebell. Huiusmodi tamen limitatio non
videbatur recipienda, quando, prout hic, legitima-
tus specialiter est restitutus ad dignitatem, honorem
& nobilitatem, ita quod efficiatur, & sit Nobilis
de Domo, familia, & Prosapia de Mellinis, & ha-
19 beatur, perindè ac si legitimus esset, ac de legitimo
matrimonio natus, vt respondendo huic limitationi
consuluit Alex. cons. 2. nu. 19. vers. denique per legitima-
tionem lib. 1. Ruin. cons. 76. nu. 13. vers. quod ex alio lib. 3.
Menoch. cons. 459. num. 13. vers. respondendo secundo, di-
cens hanc esse receptam sententiam, & præsumpt. 79.
num. 11. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11.
tit. 10. num. 37. & 41. Fusar. de substit. plures referens
q. 408. n. 46. Giouagn. cons. 21. n. 30. lib. 1. qui n. 38. subdit
Bullam Pij Quarti prohibentis fieri legitimationes
20 in præiudicium vocatorum, comprehendere solùm
legitimos volentes succedere contra Voluntatem Te-
statoris, non autem secundum illius voluntatem;
Quod idem alijs relatis firmauit Rot. in rec. d. decis.
388. n. 1. cum seqq. par. 1. & dec. 100. nu. 55. & 56. par. 5.
Auctoritates vero, quæ in contrarium allegari pos-
sent, vel sunt intelligendæ in casu, quo Testator vo-
casset tantummodo filios legitimos, & ex legitimo
matrimonio natos: vel quando legitimatus succe-
21 dere vellet contra voluntatem Testatoris, vt dictum
est: Vel demum quando legitimatio facta esset
cum clausula sine præiudicio venientium ab inte-
stato, vt declarando decisionem Card. Seraph. 880. n. 5.
dixit Rot. in rec. dec. 667. n. 5. in fin. par. 1.

Obiectum præscriptionis cessat, quia cum in
vtroque Testamento fuerit dispositum, quod vlti-
mus ex vocatis superuiuens succedat in tota hære-
ditate, & huiusmodi conditio in persona Hieronymi
purificata non fuerit, nisi post obitum Septimij se-
quutum de anno 1637. à quo tempore citrà fuit illi
22 aperta successio ad totam hæreditatem; Vtique ex
defectu temporis sufficientis præscriptio opponi non
potest, cum illius effectus reseruetur in fine triginta
annorum, & non antea Bart. in l. ab Hostibus §. sed qui
simpliciter sub nu. 8. ad fin. vers. quædam sunt præscriptio-
nes ff. Ex quibus causis maior in integr. rest. Ias. in l. 1. qui
putat n. 12. & 13. ff. de acquir. hæred.

Et in omnem casum succurrendum illi esset ope
restitutionis in integrum, ex capite probabilis igno-
23 rantiæ, quæ semper in hærede præsumitur Alex.
cons. 71. à nu. 3 vsque ad 8. lib. 1. Pdd. de restit. in integr.
qu. 90. art. 5. Afflict. dec. 33. num. 1. & 2. vbi de communi
Rot. dec. 257. n. 3. & seq. & dec. 258. n. 2. & 3. & dec. 259.
num. 6. & 7. post Pacific. de Saluian. interd. & coram Bu-
ratt. dec. 457. num. 2. & in Bononien. fideicommissi 22. Iunij
1639. coram R. P. D. meo Bichio Attenta præsertim eius
absentia ab Vrbe spatio continuato annorum trigin-
ta nouem, propter quam in eo faciliùs præsumitur
ignorantia, vt notat Bal. in l. Titius §. lucius ff. de lib. &
posthum. Dec. cons. 460. nu. 27. cum alijs per Gabr. de præ-
sumpt. conclus. 6. num. 3. Decisiones autem huius causæ
in quibus allegatur præscriptio, loquuntur de bonis
25 donatis, non autem reseruatis, super quibus hodie
cadit disputatio.

Quo verò ad detractiones competentes Mellinis
26 contra Benedictum: Dixerunt Domini primo lo-
co detrahendam esse impensam funeris Hersiliæ, &
Hortensiæ, quæ dicitur æs alienum l. in restituenda
C. de petit. hæred. l. impensa ff. de religios. & sumpt. fu-
ner. l. Papinianus §. Quarta, ff. de inoffic. testam. Gabr.
cons. 95. num. 4. lib. 2. Greg. dec. 421. num. 1. cuius quan-
tas

titatem cum prò parte illorum de Mellinis non iu-
stificetur, Hersilia obierit de anno 1572. Horten-
27 sia verò de anno 1584. Domini arbitrati sunt in
scutis centum prò vna quaque earum, inspecto tem-
pore solutionis, prout fieri debet, non autem restitu-
tionis fideicommissi *Surd. cons. 291. num. 12. circa fin.
& dec. 92. num. 40. Menoch. cons. 183. nu. 35. cum seqq.
Rot. dec. 267. n. 2. par. 3. rec.*

28 Secundò dixerunt detrahenda esse legata à fidei-
committentibus relicta, & ab hæredibus soluta *l. 2.
& l. vlt. C. ad Trebell. l. irritum, & l. in imponendo, C.
ad l. falcid. Fusar. de substit. qu. 667. nu. 7. cum seqq. Rot.
dec. 399. num. 38.* Quæ ex relictis ab Hersilia ascen-
dunt ad scuta 257. 50. & ex Testamento Hortensiæ
ad alia scuta 150. monetæ.

Legatū verò eiusdem Hortensiæ scutor. 900. prò
tot missis in singulis diebus celebrandis, non est ha-
bendum in consideratione, nec detrahendum in re-
29 stitutione fideicommissi. Quia cum non fuerit re-
lictum vna vice præstandum, sed annuatim, & die-
tim, soluendum est per hæredem cum fructibus *l.
liberto, §. 1. ff. de ann. legat. Doctores in l. deducta, §.
qui post, ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 4. n. 24.
in fin. & art. 34. n. 9. Fusar. de substit. quæst. 667. nu. 5.
& cons. 77. num. 1. Rot. in recent. dec. 432. num. 17. par. 4.
& dicta dec. 399. num. 38. par. 5.*

Tertio ex bonis Hersiliæ detrahendam esse legi-
timam Marij filij, & ex bonis Hortensiæ, legitimam
30 filiorum, dempta sexta parte prò portione spectan-
te ad Hieronymum cum rata legitimæ Antonij fra-
tris ab intestato prædefuncti, *l. scimus, §. cum autem,
l. cum antiquioribus, & l. ex tribus, C. de in offic. Te-
stam. l. si pater, vbi gloss. & DD. C. de instit. & substit.*
prout etiam Trebellianicam, *cap. Rainaldus, & cap.
Raynutius, extrà, de testam. Greg. dec. 166. n. 4.*

Quibus non obstat, quod cum hæredes non con-
fecerint Inuentarium, vel ampliùs non possint de-
trahere Trebellianicam, vel satisfacti præsumun-
tur ex iocalibus, alijsque mobilibus repertis in ea-
rum hæreditate. Quia quoad primam, verior, &
31 communior est opinio, quod ob non confectionem
Inuentarij non amittatur Trebellianica, vt de verio-
ri tradit *Bart. in auth. sed cum testator numer. 12. vbi
Add. C. ad l. falcid. & in l. Marcellus in princ. nu. 8 vbi
Angel. num. 2. Alex. n. 10. Ias. nu. 57. & 68.* vbi quod
32 ab hac opinione in consulendo, & iudicando, non
est recedendum *Alexand. cons. 67. nu. 2. lib. 4. Gabr. cons.
138. num. 34. lib. 2. Vasq. de success. creat. §. 8. num. 15.
lib. 1. Cassad. dec. 3. num. 6. de Testam. Rot. diversi dec.
519. ant. num. 1. par. 4. & coram Greg. dec. 266. num. 5.
et in rec. dec. 432. num. 3. part. 4. & d. decis. 399. num. 5.
et 6. part. 5.*

33 Secundum verò procederet, quando Benedictus
probasset dicta iocalia, & mobilia in hæreditate
ipsarum remansisse *Peregr. de fideicomm. art. 35. n. 24.
et dec. 5. num. 7. et 9. Fusar. de substit. qu. 670. num. 15.*
alias hoc non probato, cessat præsumptio satisfa-
ctionis; cum præsertim agatur de hæreditatibus
34 Mulierum, quæ præter dotem nihil aliud habere
præsumuntur *l. 3. §. sed vnum, in fin. de minor. Angel.
cons. 81. nu. 2. post med. vers. primo, quia Honded. cons.
16. num. 18. lib. 2. Greg. dec. 398. num. 5. Rot. in rec. dec.
231. num. 2. par. 6. et in Interamnen. prætensi fidei c. 2.
Decembr. 1643. coram R. P. D. meo Meltio.*

Verùm quia Benedictus per Instrumenta publica
ostendit in hæreditate Hortensiæ, vltra dotem, de
qua nunc agitur, & prædicta bona stabilia, ad fuisse
alia bona ingentis valoris, & in specie Tertiam
35 partem bonorum hæreditariorum q. Iacobi de Ia-
cobacijs, quæ per dictos hæredes grauatos fuit alie-
nata, mediante consensu præstito donationi di-
ctorum bonorum, factæ ab eorum Patre Paulo fi-
lio, & fratri respectiuè, contemplatione Matrimo-
nij, vt dictum fuit in alijs decisionibus huius causæ,
36 Detractiones videntur abundè consumptæ ex hu-
iusmodi alienationibus *Rot. dec. 2. num. 14. post Mer-
lin. de legit.* Hæres enim alienando Corpora bono-
37 rum fideicommisso subiectorum illa censetur ele-
gisse pro detractionibus sibi cōpetentibus *iuxt. text.
in l. Marcellus, §. resque vbi Bart. et cæteri scriben-
tes, ff. ad Trebell. Surd. cons. 71. num. 1. Fusar. de substit.
qu. 543. n. 19. Rot. dec. 747. n. 2. par. 1. diuers.*

Nec satisfacit responsio, quod fratres consentien-
do huic donationi, remiserint tantummodò hypo-
thecam, quam habebant super bonis de eorum con-
sensu donatis; sed non præiudicauerint sibi, quo
minus super alijs non donatis consequi possent suas
38 detractiones: vt de muliere consentiente alienatio-
ni certorum bonorum viri, probat textus *in l. iube-
mus, C. ad Senas. Consult. Velleian.* Et generalitèr
etiam extra causam dotis, probat *text. in l. si vnus,
§. antè omnia, vbi Ias. in fin. Fulgos. in l. creditor, §. fin.
ff. qui pot. in pign. hab. Barbos. in l. 1. par. 5. nu. 6. ff. solut.
matrim. Castr. cons. 70. num. 1. lib. 2. Boer. dec. 23. num. 9.
vers. quemadmodum Magon. dec. Lucen. 55. nu. 14. vers.
quod declarat.* Quia vt aliquis ex Dominis aduer-
tebat, Doctores allegati loquuntur in consentiente
alienationi rei alienæ sibi hypothecatæ, quo casu
sibi non præiudicat in cæteris non alienatis. Hic
39 autem sumus in alienatione rei propriæ, quia bona
donata Paulo intuitu matrimonij erant propria
dictorum fratrum consentientem, & ad eos deuen-
ta ex Testamento Hortensiæ ideoque non sumus in
simpliciter consentiente, sed in alienante, qui sem-
per præsumitur res alienatas in computum detra-
ctionum elegisse ex Iuribus supra deductis.

Super hoc tamen Domini nihil firmare voluerūt,
& ideò tàm de hoc, quàm etiam de quarto dotali
per fratres de Mellinis prætenso ex dote eiusdem
Hortensiæ; quod expresse Domini reseruarunt; po-
terit particularitèr videri.

Et ita resolutum vtraque, &c.

TVDERTINA IVRISPA- TRONATVS.

Veneris 19. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quod ex reseruatione Pontificis erat
acquirendum per refectionem, & restaurationem
Ecclesiæ non dicitur acquisitum per solam restau-
rationē, nisi probetur reædificatio Ecclesiæ, quæ
ita debet esse diruta, vt indigeat noua consecratio-
ne, & ad acquisitiones Iurispatronatus remanet
quid requiratur, vbi quod sublata probatione nouæ
reædificationis reseruatio Iurispatronatus remanet
ex mero priuilegio, quod reuocatur per constitu-
tionem Innocent. VIII. de qua in decisione, per
quam expressè reuocantur omnia iura patronatus
ijs concessa, qui Ecclesias reparassent, dummodo
non omnino, ac funditùs dirutas reædificassent, &
quænam Iura patronatus cadant sub dicta reuoca-
tione, & quando Iuspatronatus ex præsentationi-
bus dicatur probatum, & quomodo probari debeat
maximè à potentibus, in quibus potest esse præ-
sumptio vsurpationis?

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus si erat acquirendum ex refectione, et
restauratione Ecclesiæ non acquiritur ex sola re-
staurazione.*

2 *Iuspatronatus Ecclesiæ, vt acquiratur, opus est, vel*

quod quis præbeat fundum pro illius constructione vel quod construat à fundamentis.

3 *Iuspatronatus, vt acquiratur ex readificatione Ecclesia, ita debet esse diruta Ecclesia, vt indigeant noua consecratione.*

4 *Iuspatronatus, vt dicatur acquisitum ex readificatione Ecclesia, probari debet concludenter totalis Ecclesia destructio, & fundamẽtalis readificatio.*

5 *Verba, & narratiua partis nihil probant ad eius fauorem.*

6 *Sententia exequutoris non probat antiquum statum Ecclesia, si Pontifex illi non demandauit, vt cognosceret de primauo statu.*

7 *Ad executionem Bulla requiritur solum verificatio Clausula si, & post posita in parte dispositiua, absque alia iustificatione narratiua.*

8 *Iurapatronatus omnia ijs concessa, qui Ecclesias reparassent expresse reuocantur per constitutionem Innoc. VIII. aditam de anno 1485. inter Constitutiones dicti Pontificis in ordine la secunda Bullar. nou. tom. 1. & ex regula Adriani 6. in ordine la 3. eodem Bullar. tom. 1.*

9 *Declara dummodo non omnino, ac funditùs dirutas readificassent.*

10 *Iuspatronatus adhoc, vt cadat sub regulis reuocatorijs Innoc. VIII. & Adr. 6. satis est, quod non fuerit concessum ex causa noua readificationis, quodque Ecclesia non esset pœnitus diruta, etiamsi fuerit concessum ex causa onerosa.*

11 *Iuspatronatus non probatur ex presentationibus factis, qua non probantur effectum sortita, & n. 12.*

12 *Præsentationes, & collationes ad effectum Iurispatronatus probari debent effectum sortita ex successiua prouisione vnius per mortem alterius iuxta consil. Olarad. 229.*

13 *Quasi possessio etiam longeua præsentandi non suffragatur ad effectum Iurispatronatus, quando constat de titulo inualido, & infecto.*

14 *Sententia ordinarij canonizatoria Iurispatronatus non attenditur, si non fuit citatus Procurator Curia Episcopalis.*

15 *Iudicis assertionibus non creditur, nisi id appareat in processu, & iustificetur ex actis.*

16 *Iuspatronatus vbi sumus in personis potentibus, in quibus oritur præsumptio vsurpationis per maiores, & concludentiores probationes debet iustificari.*

17 *Constitutio Innoc. irritans, & annullans iurapatronatus ex priuilegio cõcessa loquitur de illis patronatibus, qua à 25. Annis citra fuerint concessa.*

18 *Regula reuocatoria Iurispatronatus Adriani VI. est restricta ad illas concessiones, & priuilegia, qua ab anno primo Pontificatus Innoc. VIII. circa concessa fuerint.*

19 *Iuspatronatus debet probari per Iura, qua sint in forma probanti.*

20 *Sumptum lite pendente, extractum sine compulsoria, sine decreto Iudicis, & sine citatione partis, nullam fidem meretur.*

DECISIO CXX.

RESponsum fuit non constare de Iurepatronatus, quia licèt de anno 1418. Martinus Quintus reseruauerit familiæ de Aptis Iuspatronatus de quo agitur, dummodo proprijs expensis refecerint & restaurauerint Prioratum Ecclesiæ S. Laurentij Tudertini de Vbiata, & Abbas S. Pancratij exequutor in literis deputatus asserens præfatam Ecclesiam esse restauratam anno 1421. hoc Iuspatronatus ad
1 eorum fauorem reseruauerit, quia tamen non probatur Ecclesiam fuisse de nouo constructam, & reædificatam, sed solum reparatam, & restauratam, vt clarè indicant verba indulti reparare, reficere, & restaurare non fuit acquisitum Iuspatronatus ex constructione, vel reędificatione, cũ ad hunc effectum
2 non sufficiat simplex reparatio, sed opus sit, vel quod quis præbeat fundum pro constructione Ecclesiæ, vel quod eam construat à fundamentis, vel
3 quod penitùs dirutam reædificet, & eo casu debet esse diruta, vt indigeat noua consecratione *glos. commun. approbata in cap. quoniam cum, verbo fundatores de Iurepatr. Lambert. hoc tract. art. 3. sexta qu. princ. lib. 1. num. 11. Rot. in verbo construxerit nu. 22. Gonz. ad Regul. Cancel. glos. 18. num. 53. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 127. Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 8. nu. 19. Grat. disc. for. cap. 177. nu. 27. Rot. coram Card. Seraph. dec. 555. num. 1. cum seqq. & coram Buratt. dec. 931. nu. 5. & coram bo. me. Cocc. dec. 106. num. 7. & in rec. dec. 58. num. 5. par. 1. Rocc. de Curt. vbi sup. nu. 12. qu. 8. Lambert. ibid. num. 2. & 3.*

4 Hæc autem totalis Ecclesiæ destructio, & fundamentalis, ac noua reædificatio non probatur in casu nostro concludenter ab illis de Aptis, prout opus esset *Gigas. cons. 49. numer. 24. Card. Seraph. dec. 952. nu. 1. & 2. Rot. in Comachen. seù Ferrarien. Præpositura, & Beneficij 15. Decembr. 1625. coram bo. me. Rẽboldo vers. Rursus priuilegium.* Quia verba illa Bullæ, ibi, *illisque Ecclesia destructa, ac ruina exposita,*
5 cum sint verba, & narratiua partis, vt apparet ex antecedentibus, ibi, *exhibita nobis petitio continebat,* nihil probant ad eius fauorem *Rot. in his terminis dec. 58. num. 4. in fin. par. 1. & dec. 46. num. 2. par. 2. rec.* sen-
6 tentia verò Exequutoris non probat antiquum statum Ecclesiæ, quia cum Pontifex illi non demandauerit, vt cognosceret de primæuo statu, sed solum, quod postquam Orator Ecclesiam ita reparasset, vt diuina ibidem celebrari valerent, Iuspatronatus illi reseruasset, satisfuit coram eo docere de dicta reparatione, quodque Diuina in Ecclesia celebrari poterant, absque eo quod doceretur de antiquo statu, vel noua reædificatione: Ea enim non probata adhuc ferri poterant sententia iuxt. formã Bullæ, cum ad illius exequutionem solum require-
7 retur verificatio Clausulæ, *si, & post,* positæ in parte dispositiuæ absque alia iustificatione narratiuæ, *Garz. de benef. par. 6. cap. 3. num. 25. Rot. dec. 45. nu. 1. par. 2. diuers.*

Et hinc est, quod, sublata probatione nouæ reędificationis, Iuspatronatus quæsitum ex Bulla Martini remanet ex mero priuilegio, quod tamen fuit
8 reuocatum per constitutionem *Innoc. 8. editã de Anno 1485. inter constit. d. Pontificis in ordine la 5. Bullar. nou. tom. 1. & ex Regula Reuocatoria Adriani 6. in ordine la 3. eodem Bullar. tom. 1.* in quibus expresè reuocantur omnia Iurapatronatus ijs concessa, qui Ec-
9 clesias reparassent, dummodo non omnino, ac funditùs dirutas reædificassent, vt notant *Garz. de benef. d. cap. 9. num. 127. Lotter. d. lib. 2. qu. 8. nu. 16. Rot. apud Card. Seraph. d. dec. 555. in princ. & nu. 1. & in d. Comachen. seù Ferrarien. Præpositiua supra citat. vers. 3. fuit responsum.*

Nec obstat primò, quod cum hoc priuilegium concessum fuerit ex causu onerosa, non comprehen-
10 datur sub *Conc. d. cap. 9. sess. 25. de reformat.* Quia satis est, quod concessum non fuerit ex causa nouæ reædificationis, quodque Ecclesia non esset penitùs diruta adhoc, vt cadat sub regulis reuocatorijs, *Innoc. 8. & Adrian. 6.* vt respondit *Garz. de benef. loc. supra citat. dicto cap. 9. num. 12.* referens ita fuisse tentum in vna *Valentina Beneficij de Carlettis 4. Maij 1610. cor. Card. Lancellotto.*

Prout

Proùt etiam secundò non obstánt iteratæ præsentationes datæ *in Summ. d. partis nu. 3. & seqq.* Tùm
11 quia, excepta secunda præsentatione facta de anno 1535. in persona Sforziæ, reliquæ non probantur effectum sortitæ, tùm quia non probantur conti-
12 nuatæ ordine successiuo vna post aliam, & vnius post mortem alterius, prout opus esset ad hunc effectum, iuxt. consilium *Oldradi* 229. in hoc Tribunali sæpius approbatum coram sa. me. *Greg. dec.* 215. *num.* 3. *coram Card. Seraf. dec.* 204 *num.* 1. 337. *num.* 2. 1141. *num.* 1. *& dec.* 362. *num.* 7. *par.* 2. *rec.* Tum demum, quia præcesserunt Regulam Reuocatoriam Adriani, & sic earum effectus remansit sublatus, cum
13 dicta Regula tollat omnem, & quamcumque possessionem præteritam, & futuram *Card. Seraph. d. dec.* 555. *num.* 5. *vers. Nec possessio*; Vltrà quod quatenus etiam ex his probaretur longæua quasi possessio, suf-
14 fragari non posset, cum appareat de titulo inualido, & infecto producto per illos de Aptis in hoc Iudicio, ad not. *per Couar. in Reg. Possessor. par.* 2. *§.* 3. *nn.* 7. *ad fin. vers. quo sit de reg. Iur. in* 6. *Paris. de confident. q.* 28. *n.* 240. *vers. est illud Ganz. super d. reg.* 8. *glos.* 18. *n.* 48. *cum seqq. Caputaq. dec.* 304. *par.* 3. *sa. me. Greg. dec.* 367. *num.* 6. *&* 7.

15 Super sentẽtia autem Ordinarij Tudertini Canonizatoria huius Iurispatronatus lata de anno 1601. nullum potest fieri fundamentum, quia non fuit citatus Procurator Curiæ Episcopalis, de cuius interesse agebatur *Card. Seraph. dec.* 1395. *num.* 7. *bon. me. Buratt. dec.* 178. *nu.* 18. *vers. Maximè quia*.

16 Eoque minus, quia non iustificatur ex actis, & Iudicis assertionibus non creditur, nisi de illis appareat in processu *Innoc. in cap. Quoniam contra de probat Grat. discept. for. cap.* 310. *num.* 89. *Rot. dec.* 231. *nu.*
17 4. *part.* 2. *rec.* Et tamen eum simus in personis potentibus, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, requiritur maior, & concludentior probatio, vt ad literam declarat *Concilium d. Sess.* 26. *cap.* 9. *de Reformat. & firmauit Rot. coram Seraph. dec.* 952. *n.* 6. *& in sæpè citata Comachen. seù Ferrarien. Præpositur æ coram Remboldo, & alibi sæpè*.

18 Erit tamen aduertendum, Constitutionem Innocentij VIII. irritantem, & annullantem Iurapatronatus ex priuilegio concessa, loqui de illis patronatibus, quæ à 25. annis citra fuerint concessa, vt in narratiua, ibi, *Retroactis temporibus, & præsertim* 25. *annis citra*, & in dispositiua, ibi, *omnes, et singulas concessiones, reseruationes, & assignationes Iurispatronatus etc. per Sedem, ac legatos, et Nuncios præ-*
19 *dictos à dictis* 25. *annis citra*. Et Regulam Adriani 6. pariter restrictam ad illas concessiones, & priuilegia, quæ ab anno primo Pontificatus Innocentij 8. citra concessa fuerint, ac apertè indicant verba Regulæ ibi, *omnes, et singulas Reseruationes Iurispat. ac facultates, et indulta præsentandi etc. qualitercunque etc. per Prædecessores, et Sedem Apostolicam, aut eius legatos, Nuncios, etc. ab anno* 1. *Pontificatus eiusdem Innoc. prædecessoris citra*, Ideoque non comprehendere Iuspatronatus, de quo agitur, nec indultum Martini Quinti, quod concessum non fuit, nec post primum annum Pontificatus Innoc. 8. qui sedit anno 1484. nec à 25. annis ante, sed longè priùs, scilicet de anno 1419. vt aduertebat vnus ex Dominis; ideò in noua causæ propositione erit super hoc particulatiter videndum.

Aduertebant etiam Domini non constare de Iurepatronatus, quia quicquid sit de comprehensione constitutionis Innocentij, iura ad probationem Iurispatronatus adducta, non sunt in forma probanti,
20 prout requiritur in Iurepatronatu priuatorum ex d. dispositione *Sac. Concil. Trid. sess.* 29. *cap.* 9. *de reformat.* & signantèr præfatum priuilegium Martini
21 Quinti est sumptum lite pendente extractum, sine compulsoria, sine Decreto Iudicis, & sine citatione partis, quod propterea nullam meretur fidem, vt in specie ad hoc propositum firmauit *Rot. coram Buratt. dec.* 472. *num.* 2. *& per tot. & in Regien. Iurispatr. cor. bo. me. Pirouano impress. per vin. de Iurep. dec.* 16. *num.* 7.

Et ita decisum vtraque parte informante.

CÆSARAVGVSTANA PAROCHIALIS DE MAELLA.

Mercurij 24. *Februarij* 1644.

ARGVMENTVM.

Quomodo, & quando agitari debeat processus per audientiam contradictarum contra eum, qui in principio causæ fuit personaliter citatus, vbi etiam de habente recursũ ad Iudices Laycos, vel alias se citari impedientem, quod scilicet habeatur pro legitimè citato.

SVMMARIVM.

1 *Citatus personaliter in principio causæ si est contumax potest contra illum procedi per contradictas.*
2 *Citationes per contradictas, quæ contra personaliter citatum fiunt, dicuntur potius fieri ex vrbanitate, quàm ex necessitate.*
3 *Citatio noua requiritur, vbi noua adest commissio, nec sufficiens reputatur citatio facta, vigore primæ commissionis.*
4 *Citatio, quæ fit in benefitialibus in principio causæ comprehendit omne ius, quod citanti competebat.*
5 *Commissio noua tunc diuersificat iudicium, quando est independens à prima, vel prima fuit nulla, alias secus.*
6 *Citatus personaliter in principio causæ debet venire, vel mittere Procuratorem ad curiam sufficienter instructum ad omnia, quæ contra eum possent prætendi.*
7 *Processus per contradictas faciliùs admittitur, si pars citata comparuit, & postea ab Vrbe recessit nullo dimisso Procuratore.*
8 *Citatio facta domi, & per affixionem ad valuas sufficit contra eum, qui latitat, & personaliter haberi non potest.*
9 *Notario creditur sine testibus, vbi ita de stylo seruatur.*
10 *Citatus ille dicitur quidem legitimè, si se citari impediuit.*
11 *Recurrens ad Iudices laicos, vt sic se citari impediat habetur pro citato.*

DECISIO CXXI.

VAcante mense Maij 1638. Ecclesia Parochiali Oppidi de Maella Cæsaraugustanæ Diœcesis, Marchio, & Marchionissa de Torres Domini temporales d. loci prætendentes se Patronos, præsentarunt Augustinum Pedrò, qui successiuè mediantibus recursibus habitis ad Consilia Regia per dd. DD. temporales, institutionem extorsit ab Ordinario, & possessionem apprehendidit, quam adhùc retinet.

Sed quia vacatio contigerat in mense Maij, qui est perpetuò reseruatus Sedi Apostolicæ, fuit de eadem Parochiali prouisus Fr. Hyacintus de Alos Ordinis S. Io. Hierosolymitani, qui ad partes expediuit subrogationem gratiosam ad ius, & possessionem Dominici fortes vltimi possessoris, & coram bo. me. Coccino, tunc Rotæ Decano Exequutore specialitèr deputato in literis Apostolicis petijt Immissionem, citatis Augustino, & Marchionissa, vt ex citatione data *in Summ. nn.* 1. qua in actis reproducta, & lon-

go tempore vtroq. istorum expectato, ob contumaciam fuit contra vtrumque decretus processus per audientiam contradictarum, & Fr. Hyacintus obtinuit sententiam diffinitiuam super exequutione literarum gratiosæ subrogationis, & subindè mandatum de immittendo.

Appellauit Augustinus, & signatura Iustitiæ rescripsit in Rota Eminentiss. D. Cardinali Panzirolo, tunc Auditore cum clausula non retardata exequutione literarum Apostolicarum arbitrio, & disputato dubio An intraret Arbitrium, Rot. sub die 3. Iunij 1641. negatiuè respondit, & crescente Augustini contumacia, fuit successiuè deuentum contra ipsum ad inuocationem Brachij sæcularis, vndè Augustinus recessit à Curia, nullo dimisso Procuratore, & adhùc insordescens in Censuris per annum, & vltra sacramenta, & cœtera ad curam Animarum pertinentia per Vicarium administrat.

Ideò ad occurrendum his malis, fuit pro parte Fratris Hyacinti adita signatura Gratię, & à SS. impetratum rescriptum, vt procederetur appellatione remota, & istius vigore contra vtrumque expedita citatio cum inhibitione, quæ contra iutrusum fuit bene exequuta, nempe per affixionem ad valuas Ecclesię Parochialis, & dimissa copia Domini Rectoris; contra verò Marchionissam non potuit exequi, quia ipsa sciens se fore citandam, pro impedienda huiusmodi citationis exequutione adiuit consilium Regium, & per istius Ministros curauit subtrahi à Notario commissionem Originalem, vt patet ex attestatione Officialis Maioris Consilij facta sub die 22. Augusti 1643. *Summ. nu. 3.* & cum iterum pro parte Hyacinti instaretur ab alio Notario personaliter præsentari copiam authenticam eiusdem commissionis, secundò adiuit præfatum Regium Consiliũ, & curauit hanc quoq. copiam subtrahi, vt in relatione Notarij, & Ministri Regij *num.* 4. ex quibus licèt citatio sufficeret sic exequuta ad effectũ decernendi contra vtrumque processum per audientiam contradictarum, placuit tamèn Dominis propter grauitatem causæ, de hoc specialiter dubitare, & me proponente, vti subrogato in locum Eminentissimi D. Cardinalis Panziroli, fuit affirmatiuè responsum, quia cum tàm Marchionissa, quàm Augustinus in

1 principio causæ fuerint personalitèr citati, potest contra illos ob contumaciam in comparendo procedi per contradictas, vt de stylo testatur *Vestr. in praxi lib. 1. cap. 5. sub num. 4. vers. si quis legitimè citatus Rot. apud Put. dec. 371. circa fin. lib. 2. in correct. Greg. dec. 430. num. 1. ibique Add. num. 5. Reuerendiss. Vegell. decis. 94. num. 3.* Immò quando citatus perso-

2 naliter non comparendo, fit contumax, reliquæ citationes per contradictas fiunt potiùs ex vrbanitate Palatij, quàm ex necessitate *Rot. coram Put. vbi supra in fin. Greg. pariter vbi supra num. 6.* vbi quod posset procedi etiam absque alia citatione.

Nec releuat, quod cum citatio fuerit exequuta in iudicio possessorio, quod agebatur vigore subrogationis gratiosæ, suffragari non possit in hoc Iudicio diuerso, quod agitur in petitorio, vigore prouisionis Apostolicæ, & in quo adest noua commis-

3 sio, quæ operatur, vt sit opus noua citatione, nec sufficiat semel facta, vigore primæ commissionis *Achill. dec. 13. de dol. & contumac. bon. mem. Coccino dec. 6. num. 1.*

Quia cum in citatione nedum fuerit insertus tenor subrogationis gratiosæ, sed etiam prouisionis Apostolicæ, & facta fuerit super omnibus in dictis literis contentis, benè suffragatur, præsertim in

4 beneficialibus, vbi per citationem omne ius censetur ab initio deductum *cap. statuimus de elect. in 6. Aegid. dec. 66.* quem sequuta fuit *Rota in Calaguritana beneficiorum de Aurel. 9. Aprilis 1613. coram bon. mem. Sacrato impress. apud Marches. de commis. tom. 2. fol. 478. coram Coccino dec. 443. num. 2. & in Maioricen. Parochialis 1. Iulij 1643. coram R. P. D. Carillo.*

5 Noua verò commissio tunc diuersificat iudicium, quando est independens à prima, vel prima fuit nulla, in quibus terminis loquuntur decisiones Achillis, & bon. mem. Coccini, ac quotquot possunt ad propositum allegari, secus verò quando à prima dependet, tunc enim iudicium remanet idem, nec opus est noua citatione, cum citatus à principio

6 debuerit venire, vel mittere Procuratorem ad Curiam sufficienter instructum ad omnia, quæ possint occurrere, vel contra eum impetrari in causa *Rot. dec. 15. de rescript. in nouis, & in Romana Vineæ de Fabris 24. Iunij 1612. coram bon. mem. Littu impress. apud Marches. tom. 2. fol. 239. num. 2.* cum alijs allegatis *in Melenitana hæreditatis 10. Ianuarij 1637. coram Eminentissimo Domino Cardinali Panzirolo*, vbi in specie agebatur de causa cæpta coram vno Auditore, & continuata coram subrogato, vt in casu nostro.

Et hoc fine difficultate dixerunt DD. procedere in hoc casu, tum quia vltra dictam citationem personaliter ab initio exequutam, Augustinus recessit à

7 Curia, nullo dimisso Procuratore, quo casu faciliùs admittitur processus per contradictas *Vest. vbi sup. sub d. num. 4. vers. si quis semel comparuerit, Rot. apud Gregor. decis. 110. vbi Add. num. 7. plures cumulat.* Tùm quia fuit citatus domi dimissa copia, & per affixionem ad ianuas Ecclesiæ Parochialis, quam occupat, ex quo factis diligentijs, nusquam fuit repertus, quod pariter sufficit contra eum, qui latitat, & personaliter haberi non potest *iuxt. text. in Clemen. causam de elect. gloss. final. in clem. vnic. vbi Card. n. 23. de renunciat. Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 26. num. 11. Rot. in recent. dec. 130. num. 29. cum sequen. par. 6. & in Ianuen. Separationis thori 16. Februarij 1632. coram. bon. mem. Coccino §. sed huic. fundam.*

Marchionissa verò semel, atque iterum per recursum habitum ad consilia, & subtractionem commissionis impediuit, ne citari posset, vt constat ex

9 attestatione Notarij, cui de stylo illarum partium creditur sine testibus, vt admisit *Rot. coram bon. me. Coccino dec. 404. num. 5. & dec. 146. nu. 3. & 4. coram bon. mem. Buratto.* Vndè in odium impedientis habetur pro legitimè citata *cap. quoniam frequenter, §.*

10 *porrò, vt lit. non contest. gloss. in cap. si capitulo, vbi Ancar. num. 2. vers. quaro post gloss. de concess. prabend. in 6. Gonzal. ad regul. 8. §. 3. proem. num. 41. Cresc. dec. 18. num. 5. de feud. & re iudic. Add. ad decis. Gregorij 584. num. 6. vers. prout regulariter Rot. in Corduben. Archidiaconatus apud Marches. fol. 89. num. 1. part. 3. & in Hispalen. legitimitatis post 2. vol. cons. Frin. in ord. dec. 348. num. 3.* & in specie recurrentis ad con-

11 silia, & sic impedientis se citari dixit *Rot. coram Card. Seraph. dec. 1094. num. 1. 2. & 3.* Ita vt si posteà legitimè non compareret, valeat processus per audientiam contradictarum.

Idque tantò magis, quia hodiè fuerit delatum ad Curiam Instrumentum authenticum citationis, & inthimationis personaliter exequutæ contra modernam Marchionissam Dominam temporalem dicti loci prætensam patronam, & sic cessat omnis difficultas.

RO-

ROMANA PENSIONIS, SEV EXPENSARVM.

Veneris 26. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Obligatus in Instrumento vigore obligationis Cameralis ad reficienda damna, interesse, & expensas, tenetur solummodo ad solutionem pro expensis iudicialibus, non autem pro alijs.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ, quæ iure actionis petuntur, & non officio Iudicis, extenduntur ad ea, quæ sunt terminato iudicio.*

2 *Expensæ, quæ tamquam promissæ petuntur iure actionis non sunt accessoriæ, sed pars debiti principalis, cum plus non habebat debitum principale, quam huiusmodi expensæ.*

3 *Expensarum promissio operatur, quod etiam debeantur, quæ alias refici non debuissent.*

4 *Expensas recipiens simpliciter absque aliqua præseruatione, & taxatiua, sibi non præiudicat, quo ad residuum.*

5 *Clausula pro vltima, & finali solutione expensarum taxatarum, restringitur ad expensas taxatas, & specificatas.*

6 *Condemnatio in expensis semper fit de stylo Rotæ.*

7 *Fides extraiudiciales regulariter fidē nō faciunt.*

8 *Pecunias fuisse versas in causam, pro qua petuntur it probare tenetur, qui allegat, cum in aliam causam vertere potuerit.*

9 *Promittens reficere damna, expensas, & interesse tenetur solummodo pro expensis iudicialibus, non autem pro alijs.*

10 *Expensæ aliæ, quam iudiciales non solent attendi, etiam in iudicijs, quæ fiunt vigore Instrumentorum cum obligatione Camerali.*

11 *Verba interpretari debent, secundum ea, quæ solita sunt obseruari, & practicari.*

12 *Verba nunquam sunt mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt.*

DECISIO CXXII.

Postquam Saracenus reportato ab A. C. mandato
fauorabili contra Petrortium pro pensionibus decursis
obtinuerat causam appellationis ab eo interpositæ
committi in Rota cum clausula non retardata
solutione arbitrio Rotæ, & cum facultate subministrandi
sumptus litis, prout de iure, prosequutum
fuit iudicium in negotio principali, eoque ad
sui fauorem terminato, & illi solutis a Pretortio, non
solum pensionibus decursis, sed etiam expensis iudicialibus,
à me vltimo Iudice taxatis in scutis octuaginta
monetæ, & alijs scutis 19. 70. similibus
pro sumptibus mandatorum, petebat hodiè expensas,
etiam extraiudiciales, tam ex quo pro illis faciendis,
æs alienum contraxisse dicebat, quam, &
fortius vigore specialis promissionis expensarum,
damnorum, & interesse contentæ in clausulis obligationis
Cameralis, sub qua Petrortius se obligauerat
1 soluere pensionem, quia cum sibi deberentur iure
actionis non officio Iudicis, nihil releuabat, quod
terminatum iam fuisset iudicium *Bald. in l. terminato
num. 9. Castr. nu. 1. in fin. & Salic. num. 2. C. de fruct.
et lit. expens. Ias. in l. 1. §. Hoc Iudicium num. 7. in fin. ff.
si quis Iud. non Obtemp. Add. ad Guidopap. decis. 57.
vers. Item fallit superior regula, et in puncto fuit dictum
in Romana expensarum 26. Maij* 1614. *coram bo.
me. Patriarcha Manzanedo*, ea ratione, quia tunc ex-
2 pensæ non sunt accessoriæ, sed pars debiti principalis,
cum plus non habeat debitum principale, quàm
huiusmodi expensæ *Fontanell. dec. 95. num. 11. et 12.*
3 & talis promissio operabatur, quod etiam deberentur
expensæ, quæ alias refici non debuissent, vt
conciliando decisiones contrarias, distinguendo
concludit *Rot. in Maceraten. hæreditatis 24 Iun. 1642.
coram R.P.D. meo Bichio*.

4 Et prædicta locum habere asserebat, quamuis
ipse receperit expensas taxatas absque aliqua præseruatione,
quia recipiendo eas simpliciter absque
taxatiua, non sibi præiudicauit quoad residuum
*l. rationes iuncta glos. in verb. quantitatem C. de probat.
Bart. in l. si cum n. 2. et 3. ff. de act. rer. amot. Castr. in l.
lucius 78. §. fin. num. 2. ff. ad Trebell. Surd. cons. 224.
sub num. 4. vers. sed in terminis Rot. in Romana Retrouenditionis
domus 9. Maij 1642. coram R.P.D. meo Ca-*
5 *rillo*, non obstante, quod eas acceptauerit pro vltima,
& finali solutione expensarum taxatarum,
quia dicta clausula restringitur ad expensas specificatas,
vt probat *text. in l. si ex pluribus 89. ff. de solut.
Bertazol. claus. 34. glos. 11 nu. 3. et 4. Io. Bapt. Castr. in
Addit. ad Mart. claus. 333. sub nu. 2. vers. limitatur secundo
par. 1.*

Nec releuare prætendebat, quod Petrortius in
tertia instantia succubuerit ex noua causa, nimirum
ob declarationem paulo ante editam à Sac. Congregatione
Concilij, ideoque debeat excusari ab ex-
6 pensis aliarum instantiarum, non obstante stylo
Rotæ semper condemnandi in expensis *Rota apud
Caputaq. dec. 340. num. 3. et 4. par. 1. et coram bon. me.
Coccino dec. 56. num. 6.* Quia cum Petrortius asseruerit
à principio medio iuramento redditus esse sufficientes,
quia de valore beneficij fuit, & erat plenissimè
informatus, nullo tempore dici potest fuisse
in bona fide, quamuis mala solmù in fine litis fuerit
detecta, ideoque absque illa temporis distinctione
in expensis condemnari debere, vt post *Mier.
Grannt. ac alios tradit Fontanell. dec. 96. n. 14.*

His tamen non obstantibus DD. contrariam amplexi
sunt sententiam, & expensas prædictas non
deberi, responderunt; nam quod Saracenus in faciendis
huiusmodi sumptibus scutorum 100. mutuo
acceperit, ultra quod non iustificatur nisi per fide
7 extraiudiciales, quæ regulariter nullam fidem faciunt
fuit etiam responsum, quod cum Petrortius
8 iam illi refecerit expensas Iudiciales, ipse probare
tenetur, quod has pecunias sibi mutuatas verterit in
causam harum expensarum extraiudicialium, quia
potuit in aliam vertere *l. 2. §. Sed si accepit ff. de in
rem vers. auth. hoc ius porrectum in fin. C. de sacr. Eccles.
Amat. resol. 3. num. 53. lib. 1. Capic. Latro. dec. 106.
nu. 48. et 49.* cui responsioni etiam addebatur, quod
Saracenus ex scutis circiter 100. sibi solutis à Petrortio
pro supradictis expensis litis, hoc prætensum
æs alienum eiusdem summæ potuit dissoluere.

Nec obstare dixerunt, quod Petrortius in obliga-
9 tione Camerali soluendi pensionem, damna, expensas,
& interesse promiserit reficere, quia hoc intelligitur
de expensis iudicialibus, non autem de alijs,
10 quorum nulla solet haberi ratio, etiam in iudicijs,
quæ fiunt vigore Instrumentorum cum obli-
11 gatione Camerali, nam huiusmodi verba interpretari
debent secundum ea, quæ solita sunt obseruari,
& practicari *Bart. cons. 54. num. 3. lib. 1. Bald. in l. illud
ff. de excus. tutor. Decian. cons. 124. num. 7. libr. 3.*
nam vt inquit *text. in l. minimè ff. de legib.* ea minimè
12 mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper
habuerunt.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DE ALEXIIS.

Lunæ 29. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Interesse ad effectum, ut quis sit admittendus ad causam

sam sufficit, quod summariè constet, immò per possibile, & apparenter. Regula filius ergò hæres procedit agendo, non autem excipiendo.

SVMMARIVM.

1 *Interesse ad effectum, vt quis sit admittendus ad causam sufficit, quod summariè constet.*
2 *Amplia etiam apparenter, & per possibile.*
3 *Actiones omnes competentes Patri, transeunt in filium hæredem.*
4 *Filius, eo ipso quod agit, præsumitur hæres.*
5 *Filius quando conuenitur, non præsumitur hæres, nisi probetur propter beneficium abstinendi.*
6 *Regula filius ergo hæres semper procedit, quando filius agit.*

DECISIO CXXIII.

DOmini dixerunt constare de interesse Eminentissimi Domini Cardinalis Panziroli ad effectum,
vt sit admittendus ad causam, quia ad hunc effe-
1 ctum sufficit, quod de interesse constet summariè,
& apparenter, quinimmò etiam per possibile iuxtà
2 doctrinam *Felin. in cap. veniet in secundo num. 13. de Testibus Rota coram Cardinali Canal. dec. 144. num. 2. & coram bon. mem. Coccino dec. 47. num. 19. & in recen. dec. 490. num. 6. par. 5. & dec. 176. num. 10. par. 7.* Hic autem habetur sufficiens probatio interesse Domini Cardinalis ex instrumento Census imposito ab Alexio de Alexijs super domibus controuersis, & venditis eius Patri cum hypotheca, & obligatione omnium bonorum, ratione cuius, cum ipse sit creditor hæreditatis Alexij, debet admitti ad causam, vt possit concurrere cum alijs creditoribus, & sua iura ex-
3 periri, quia omnes actiones competentes Patri pro dicto censu transierunt in Dominum Cardinalem eius filium, & heredem *l. cum hæredes ff. de acquir. poss. l. 1. ff. de bon. poss. Rot. coram Canal. dec. 536. num. 3. & coram Buratto dec. 621. per tot.*

Quod verò D. Cardinalis sit hæres Patris, clarum est, quia sumus in filio, qui eo ipso, quod agit, præ-
4 sumitur hæres *Imol. in l. si cum dotem §. suspendiam col. 1. ff. sol. matr. Rol. cons. 70. num. 19. lib. 1. Grat. discep. for. cap. 215. nu. 15.* quicquid enim sit, quando filius
5 conuenitur, quò casu propter beneficium abstinen. non præsumitur hæres, nisi probetur, quando tamen ipse agit semper admittitur regula filius ergo hæres *Surd. cons. 259. num. 17. Grat. vbi supra cap. 330. num. 11.*

Et ità &c.

CESENATEN. CENSVS

Veneris 11. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Excessus etiam si in minimo consistat, vitiat sententiam in totum, & nullitas proueniens ex hoc excessu influit etiam in omnes alios actus subsecutos pro executione huiusmodi sententiæ stante clausula si quid exequendum, quando possit ostendi à reo ex nouiter deductis.

SVMMARIVM.

1 *Excessus vitiat sententiam in totum.*
2 *Amplia etiam si in minimo consistat.*
3 *Nullitas sententiæ excessiuæ influit in omnes alios actus subsequutos pro illius vlteriori executione.*
4 *Nullitas, & iniustitia sententiæ potest detegi ex nouiter deductis, quando non petitur exequutio, sed agitur de illa impedienda.*
5 *Nullitas, & iniustitia potest ostendi ex nouiter deductis, etiam post sententiam, quando tamen id tendit ad corroborationem antiquarum probationum.*

DECISIO CXXIV.

AD instantiam Ludouici Manzini Cappellani Cappellæ S. Seueri in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Cesena fuerunt relaxata duo mandata contra Comites Aurelium, & Valerium de Rouerellis, vti hæredes Comitis Hippoliti, alterum de anno 1632. scutorum 776. 66. alterum de anno 1634. scutorum 225. pro fructibus Census assignati in dotem dictæ cappellæ *Summar. de Rouerellis num. 1.*, & commissa causa in Rota cum clausula *Si quid exequendum*, Reuerendissimo D. meo Decano, fuit resolutum mandata esse exequenda, prout cum effectu exequuta fuerunt super Castro subriuoli pro scutis mille, & vltrà, sed compertis postea pluribus solutionibus factis ab auctoribus dd. de Rouerellis, vt ex receputis datis in *Summ. num. 3.* ex quibus apparet executionem fuisse factam pro plus debito, fuit coram me in gradu appellationis dubitatum, an decretum Rotale esset confirmandum, vel infirmandum, & infirmandum esse responsum fuit.

Quia cum ex calculo, de quo *in Summ. d. num. 3.* appareat mandata ab A. C. relaxata esse excessiua in scutis 727. resultat nullitas ineuitabilis propter
1 excessum, qui vitiat sententiam in totum, etiamsi
2 in minimo consisteret, vt notant *Bart. Castr. Ias. & alij in l. si non sortem §. si certum ff. de condit. indebit. et Rot. coram san. mem. Greg. XV. dec. 198. num. 1. coram bon. mem. Buratto dec. 91. num. 2. et 3. et in recentior. dec. 359. num. 8. par. 1. et dec. 630. num. 3. par. 3.* & per consequens nullum etiam remanet decretum Rotale pro illorum exequutione relaxatum, cum nullitas dictorum mandatorum influat in illud, & in omnes alios actus subsecutos pro eorum vlteriori exequutione, *Gabr. cons. 49. sub num. 5. lib. 1. Rot. coram Greg. decis. 555. num. 5. coram Buratto decis. 361. sub num. 3. in recentior. dec. 689. num. 5. par. 1. & dec. 630. sub nu. 4. par. 2.*

Nec obstat, quod nullitas, & iniustitia detegan-
4 tur ex nouiter deductis, quia cum non petatur exequutio, sed agatur de illa impedienda, sufficit, quod nullitas, & iniustitia detegantur ex nouiter dedu-
5 ctis, cum id tendat ad corroborationem probationũ antiquarum, quod potest fieri, etiam post sententiam *iuxt. theoricam Bald. in cap. 1. in princ. de fid. Instrum. & in auth. si quis in aliquo sub num. 2. et seq. C. de eden.* quem sequitur *Rot. post Pacific. de Saluian. interd. d. dec. 64. num. 7. et seqq. et coram bon. memor. Coccino dec. 56. sub num. 5. cum alijs pleniùs relatis per Add. ad Buratt. dec. 630. num. 18.*

Et ità vna tantum parte informante, altera verò pars pluries citata &c.

VALENTINA PAROCHIALIS.

Veneris 8. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Discrepantia, vbi inter litteras Apostolicas, & registrum Datariæ inuenitur, semper attenditur registrum, cum Datarius, eiusque libri non possint argui de mendacio, conditio apposita in mandato ad resignandum debet adimpleri, vt resignatio valeat, quamuis fuerit concepta cum clausula *Si Sanctissimo placuerit.*

SVMMARIVM.

1 *Resignatio remanet nulla ex defectu consensus resignantis.*
2 *Registrum Dataria in concursu litterarum Apostolicarum debet attendi.*
3 *Datarius, eiusque libri non possunt argui de mendacio, num. 2.*

4 Of-

4 *Officiali Datariæ plenè creditur in spectantibus ad eius officium.*
5 *Resignatio conditionalis remanet nulla ex defectu consensus, conditionibus non adimpletis.*
6 *Clausula* non alias, aliter, nec alio modo *si non adimpletur, reddit actum ipso iure nullum.*
7 *Valor expressus intelligitur deductis oneribus.*
8 *Fines mandati ad resignandum sunt diligenter custodiendi, alioquin Procurator illos excedens nulliter resignat.*
9 *Reseruatio nouæ pensionis est nulla, non facta expressione oneris perpetui.*
10 *Conditiones impossibiles contenta in mandato ad resignandum exprimi debent in reseruatione pensionis.*
11 *Resignatio beneficij facta non adimpletis cõditionibus impossibilibus contentis in mãdato ad resignandum, vt sustineri possit requiritur, quod Procurator suas fecerit diligentias deobtinendo à Summo Pontifice illarum confirmationem.*
12 *Resignatio conditionalis cum clausula,* Si Sanctissimo placuerit *non abdicat ius à resignante, nisi conditione adimpleta.*
13 *Clausula,* & non alias, aliter, nec alio modo *est resolutiua, & operatur, perinde ac si nihil fuerit actum.*

DECISIO CXXV.

Michael Thomas Insa frater Militiæ Montesæ die 14. Nouembris 1639. cõstituit duos Procuratores insolidum ad resignandum Parochialem Ecclesiam de Moncada ad fauorem Thomę Insæ eiusdem Militiæ sui Nepotis; cum decreto tamen quod super fructibus iam grauatis alia pensione duorum Cuffiriorum Tritici, sibi reseruaretur noua pensio annua duc. 200. auri de Camera liberè, & integrè soluen. etiam litteris non expeditis, & quod Thomas Resignatarius, eiusque successores vllo vnquam tempore inualidari, aut annullari, seu ad minorem summam reduci, etiam ratione alimentorum eiusdem Thomæ, & successorum suorum, nec alia quauis causa petere, nec pretendere valeant, non obstãtibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs, quibuscumque, si ità Sanctissimo placuerit, & non alias aliter, nec alio modo, *vt in Summ. dato pro Morello nu. 1.*

Thomas etiam Resignatarius constituit Procuratores ad acceptandam dictam Resignationem cum iisdem prorsus decreto, reseruatione *ex Summar. num. 2.*

Obijt Michael Thomas resignans die 17. Septembris 1640. & ordinarius Valentinus fecit concursum huiusmodi Parochialis tamquam vacantis per obitum iuxtà Constitutionem Clementis Octaui super huiusmodi Parrochialibus, eamque contulit Io: Baptistæ Morillo eiusdem militiæ fratri, qui possessionem adeptus fuit 2. Februarij 1641.

Interim vnus ex Procuratoribus ad resignandum deputatis porrexit supplicationem, in qua nullam fecit mentionem pensionis antiquæ, neque aliorum in mandato Procuræ ad resignandum sibi præscriptorum, & Sanctissimus resignationem admisit, reseruata quidem dicta pensione 200. ducat. resignati soluenda, sed additis clausulis vigore litterarum Apostolicarum infra nouem menses proximos expediendarum. Nec alias, alioquin reseruatio nulla sit eo ipso, & dummodo centum ducati remaneant pro Rectore: & quod litteræ expedirentur, tàm super prouisione, quàm reseruatione vnico contextu, non autem separatim, alioquin tàm prouisio, quàm reseruatio nulla sit eo ipso, vt in supplicatione data per extensum *in Summ. nu. 1.*

Hinc orta controuersia inter Thomam Insam Resignatarium ex vna, & Io: Baptistam Morillum prouisum Apostolicum partibus ex altera super validitate resignationis, & proposito dubio coram Reuerendiss. D. meo Carillo: Domini dixerunt non constare de valida resignatione moti ex duplici fundamento.

Primò, quia in registro Datariæ apparet supplicationem fuisse signatam 3. nonas Ianuarij Pontificatus anno decimooctauo, qui correspondet anno à
1 Natiuitate 1641. de quo tempore cum resignans obijsset, resignatio remanet nulla ex defectu consensus resignantis *iuxt. glos. in clem. in verbo quomodolibet. de renunciat, Paris. de resignat lib. 9. quæst 24. n. 9. & seqq. & pluries dixit Rot. coram Cassadoro dec. 1. de renunciat, & in Seguntin. Canonicatus 26. Nouembris 1616. coram Manzanedo, & decis. 68. numer. 5. & seq. par. 5. rec.*

Nec obstat, quod in litteris Apostolicis expeditis ad fauorem Resignatarij legatur data sub 3. nonas Ianuarij anno 1639. à Natiuitate Pontificatus autem 17. quia in concursu potius est adhibenda fides Registro Datariæ, cum Datarius, eiusque libri de
2 mendacio redargui non possint, vt firmauit *Rot. decis. 888. num 4. & 5. coram Buratt. & coram Cardin. Caual. dec. 255. num. 8. cum seqq.*

Tantò magis quia error litterarum Aduersarij conuincitur ex fide officialis data in *Summ. num. 4.* deponentis de consuetudine adnotandi supplicationes in libris eo anno Pontificatus, quo fuit datæ, & hanc supplicationem Thomæ non reperiri sub anno 17. sed solum sub anno 18. expeditam, quæ atte-
3 statio officialis cum sit de spectantibus ad eius officium, plenam fidem facit, ut tradit *Barth. in l. 2. nu. 1. C. de pond. lib. 10. Ruin. cons. 56. num. 5. lib. 1. Gabr. de Testib. concl. 5. numer. 19. Rot. decis. 525. numer. 5. par. 5. rec.*

Secundò principaliter quia mandatum datum ad resignandum erat conditionale, scilicet cum decreto exprimendi onus duorum Coffiriorum tritici, & reseruata pensione duc. 200. aur. de Camera liberè, & integrè soluen. etiam litteris non expeditis, cum pacto expresso, quod de nullitate, aut inualiditate pensionis dari non possit, neque reductio vnquam peti ex quouis capite, etiam ex causa alimentorum Thomæ, & successorum suorum, quæ tamen non solum non fuerunt impletæ, sed immò porrecta supplicatio, & signata cum clausulis omninò repugnantibus, nempè reseruata pensione vigore litterarum Apostolicarum infrà nouem menses expediendarum, & dummodo centum ducati remaneant pro Rectore, addito etiam quod alias eo ipso, tàm prouisio, quàm reseruatio nulla fit, vt in supplicatione data per extensum *Summ. n. 3.*

4 Vnde resignatio est omninò nulla ex defectu cõsensus resignantis, qui sub illis expressis decretis, & conditionibus consensit, *Paris. de resignat. libr. 1. quæst. 2. num. 21. & seq. & lib. 9. quæst. 17. num. 3. & 22. Rot. coram Crescent. dec. 8. nu. 3. de renunciat. & dec. 293. num. 1. & seqq. par. 2. recent. & dec. 437. n. 6. & 7. dec. 512. & 830. num. 3. coram Buratto, & in Saumen. Cantoria 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio confirmata 22. Iunij anni præteriti.*

5 Cum præsertim mandatum conceptum fuerit cum clausula *non alias, nec alio modo Rot. coram Verallo dec. 82. num. 1. par. 3. & coram Burat. dec. 431. & d. dec. 437. & 512.*

Neque obstat, quod onus perpetuum duorum coffiriorum tritici sit in specie, non autem in quantitate

titate, ex quo videatur sufficere expressisse valo-
6 rem, qui intelligendus sit deductis oneribus *Mantic. dec. 220 num. 6. Greg. XV. dec. 357. num. 4.*

Quia cum hoc esset de mente, & mandato Resignantis sub huiusmodi conditione, quod exprimeretur, non erat relinquendum; cum fines mandati
7 sint diligenter custodiendi, alioquin Procurator illos excedens nulliter resignat *Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 17. num. 3.* Sed quod etiam onus perpetuum necessariò exprimi deberet in reseruatione nouæ pensionis, adeout ob non factam eius expressionem
8 reseruatio secundæ pensionis sit nulla, & firmauit, *Rot. penes Verall. dec. 314. par. 2.* & post alios probat *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 564.* cum alijs adductis *per Paris. vbi supra lib. 6. q. 2. nu. 47.*

Minus obstat, quod aliquæ conditiones vti impossibiles non deberent exprimi, quia præter quod non docetur de singularum impossibilitate, adhuc
9 erant exprimendæ, vt in terminis clausulæ *litteris non expeditis Paris. d. lib. 9. quæst. 17. nu. 54. & seqq.* vbi ità fuisse resolutum *in vna Corduben. dimidia portionis 14. Nouembris 1558. coram Chirogha*, & allegat rationem, quia licet non sit de stylo, debet attendi mandatum, non autem stylus.

Præterea aduertebant DD. non fuisse adhibitas diligentias per Procuratorem ad obtinen. à Summo
10 Pontifice confirmationem dictarum conditionum, prout tamen erat necessarium, vt benè probat *Paris. d. q. 17. n. 21. cum seqq.*

Demum non obstat, quod conditiones huiusmodi conceptæ fuerint sub reseruatione, si Sanctissimo placuerit, quia præter quod non constat, quod fuerit facta diligentia pro indaganda Pontificis voluntate ex supra deductis, hoc non facit, quod si Sanctissimo non placuisset resignatio posset fieri sine
11 illis, sed quod ita deberet fieri, si Sanctissimo placuisset, sin minus non fuisset deuenien. ad resignationem, nec ius à resignante abdicandum *Paris. d. q. 17. n. 42. & seq. vers. ad secundum respondetur.*

Maximè stante clausula *non alias, aliter*, nec alio modo apposita post verba, si Sanctissimo placuerit,
12 quæ est resolutiua, & operatur perinde ac si nihil actum fuerit *Mart. de claus. cl. 71. nu. 9.* & ex alijs supra ponderatis.

Et ità veraque parte informante fuit resolutum coram R. P. D. meo Carillo, ob cuius discessum ab Vrbe, in eius locum subrogatus in Rota mihi fuit demandatum à R. P. D. meo Ghisilerio Prodecano decisionem extendi iuxta stylum, quem præter alios casus discendente aliquo Auditore, seruat hoc Sacrum Tribunal.

ROMANA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

Veneris 15. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 14.* prohibens filiæ à Patre dotatæ supplementum legitimæ intelligendum venit, prout etiam omnia similia statuta, quandò adsunt masculi, & sic quatenus agatur de conseruandis bonis in agnatione, ideoque quatenus non adsunt masculi, & solum adessent filiæ tunc tamquam deficiente statuti fundamento, necesse est, vt corruat quoque statuti dispositio.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina quamuis nupta in aliena familia tamen dicitur agnata.*
2 *Statuta exclusiua fœminarum facta sunt pro conseruatione agnationis, illiusque fauore, & nu. seqq.*
3 *Agnatorum appellatione in statutis respicientibus conseruationem agnationis veniunt tantummodo masculi, non autem fœmina.*
4 *Statuta exclusiua fœminarum non fuerunt condita intuitu absolutæ potestatis parentum, ut scilicet bona pro eorum libito relinquere possent, sed fauore agnationis, quatenus bona masculis relinquantur.*
5 *Pater non potest fœminis minuere legitimam, vbi non adsunt masculi, quod procedit etiam stante statuto exclusiuo fœminarum.*
6 *Statutum exclusiuum fœminarum ab hæreditate patris, quod admittat fœminam extraneam, & excludat propriam filiam non est dicendum.*
7 *Statuta exclusiua fœminarum etiam à supplemento legitimæ dicuntur habere locum, quoties fœmina petit supplementum ab agnatis masculis.*
8 *Agnatorum appellatione non veniunt fœminæ, sed soli masculi, vbi in statutis viget ratio conseruandæ agnationis.*
9 *Masculinum non concipit fœmininum in statutis respicientibus agnationem num. 9.*
10 *Illatio de vno casu ad alium fieri non potest in materia exorbitanti.*
11 *Filia potest viuens sicut alia fœmina conseruare agnationem, ideo non debet ipsa excludi à successione propter aliam mulierem.*
12 *Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum, vbi propter masculorum defectum ad successionem concurrit filia dotata cum alia æqualiter dotata, quidquid dicendum sit, vbi altera dotem non habuisset.*
13 *Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos suffragatur etiam Religioso professo.*
14 *Ratio conseruandæ agnationis intelligitur in statutis exclusiuis fœminarum propter masculos, quamuis in illis non fuerit expressa.*
15 *Statutum Vrbis antiquum super exclusione fœminarum propter masculos non differt ratione à statuto nouo.*
16 *Ius petendi supplementum legitimæ, quod defuncto competebat per mortem in aliquo non minuitur, sed quale penes defunctum erat ad hæredes transmittitur.*

DECISIO CXXVI.

FVerat decisum sub die 18. Maij 1640. deberi supplementum legitimæ Alexandro Cherubino hæredi Mariæ Rotigna in bonis Ricciardi Rotigni eius Patris, sed reproposita causa super eisdem sub die 22. Iunij 1643. Rota recessit à decisis ex vnico dumtaxat fundamento *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 141.* disponentis filiam à Patre dotatam non posse petere dictum supplementum ab illis hæredibus Agnatis, quare cum in hac decisionum diuersitate, dubitauerim hodie, an sit standum in primo, vel in secundo loco decisis, Domini recedendum ab vltimo loco decisis responderunt.

Licèt enim prædictum Vrbis statutum prohibeat petitionem supplementi ab hæredibus Agnatis Pa-
1 tris, & Anna sit Agnata licèt fœmina, & nupta in aliena familia *iuxt. text. in l. pronunciatio ff. de verb. signific. cum alijs latè adductis in secunda dec.* Aduertebant tamen Domini simile statutum non esse intelligendum indistinctè de omnibus, & quibuscumque Agnatis, tàm masculis, quam fœminis, sed tantum-
2 modo de masculis, quia cum huiusmodi statuta exclusiua fœminarum facta sint prò conseruatione Agnationis eiusque fauore, vt in terminis huius statuti consuluit *Gabr. cons. 10. nu. 3. & num. 15. vers. & statutum huiusmodi lib. 1. Rot. in rec. dec. 770. nu. 4. par. 2. & dec. 518. num. 4. part. 3.* Et generalitèr de omni-
3 bus statutis exclusiuis fœminarum cum hoc affinita-

tem

tem habentibus tradit Soccin. Iun. cons. 1. nu. 43. & 44.
vers. dicens quod prædicta ratio Rom. cons. 16. nu. 5. Ruin.
cons. 22. n. 10. & seqq. & cons. 25. n. 3. lib. 3. Cranett. cons.
250. num. 2. antè fin. vers. Ideo videmus, latè Brun. ad sta-
tut. quod stantib. masculis art. 3. nu. 12. & per tot. & art.
12. n. 128. Georg. Natt. rod. tract. qu. 1. n. 23. vers. hoc con-
firmo cum tribus seqq. Mart. de success. legali par. 2. qu 4.
art 4. nu. 18. & seqq. & p. 3. qu. 1. art. 4. n. 22. cum seqq. Cy-
riac. controu. for. c. 135. nu. 15. Rot. diuers. dec. 232. num. 3.
vers. alioquin par. 1. vbi quod alioquin d. statuta essent
iniquissima, nisi substinerentur ex ratione conserua n-
di Agnationem, vtiq; necesse est, vt de solis masculis
intelligantur, non autem de fœminis, cum in statutis
4 respicientibus conseruationem Agnationis appellatione
Agnatorum veniant tantùmodò masculi, per quos illa
conseruatur, non autem fœminæ in quibus finitur Bald.
inter cons. Angeli cons. 280. col. 2. vers. nec debemus Pur-
pur. cons. 409. n. 6. lib. 2. Ruin. d. cons. 25. n. 3. vers. & quam-
uis lib. 3. Soccin. iun. d. cons. 23. sub nu. 22. lib. 1. Cranett.
cons. 180. n. 1. Abb. cons. 371. n. 1. & seq. vbi Add. dat con-
cordantes, & cons. 705. nu. 3. Rimin. iun. cons. 31. num. 11.
Surd. cons. 100. n. 2. vers. dùm verò, & n. 3. Honded. cons. 7.
n. 32. & seqq. lib. 2. Osasch. dec. 127. nu. 4. & 5. vers. neque
obstat Thesaur. dec. 37. n. 7. Rot. in rec. dec. 373. n. 3. p. 3.

Comprobatur hic intellectus, quia huiusmodi sta-
tutum non fuit conditum contemplatione liberæ,
& absolutæ potestatis Patris, vt scilicèt prò libito
5 suæ voluntatis posset auferre legitimam filiæ, &
eam cui vellet relinquere, sed fauore Agnationis,
quatenus scilicet id quod Pater adimit filiæ, relin-
quit masculis, vt tenuerunt Castr. cons. 196. num. 1.
lib. 1. Dec. cons. 295. num. 6. Brun. d. tract. art. 7. num. 23.
& magis in terminis Gabriel. d. cons. 10. num. 15. in princ.
& vers. non obstat, quod statutum, & num. 18. & 19.
in fin. Rot. diuers. dec. 265. num. 2. part. 1. quam refert, &
sequitur Gionagn. cons. 41. num. 6. lib. 1. Vndè non ali-
ter intelligi debet, quàm de ijsdem masculis, quo-
rum gratia fœminæ excluduntur, & quibus accre-
6 scere debet portio fœminarum, non autem fœminis,
cum deficientibus masculis, non sit in facultate Pa-
tris minuere legitimam filiæ, vt aduertit Cyriac. d.
controu. 400. num. 49. Ponderando præsertim quod
statutum prohibet huiusmodi petitionem etiam ab
extraneis, & transuersalibus, ibi: Etiam ab Agnatis
de Agnatione transuersali, absurdum autem esset, &
iniquum, quod filia propria esset deterioris condi-
7 tionis, quàm fœminæ extraneæ, quodque Testator
posset illi quamlibet extraneam præferre, vt post
Curt. iun. cons. 159. num. 5. firmat Gabr. d. cons. 10. num. 8.
& clariùs nu. 19. lib. 2. Rot. d. decis. 232. num. 2. vers. prò
absurdo, & n. 8. vbi quod inuerisimile est id potuisse
cadere in mentem statuentium.

Et hanc interpretationem Domini fuerunt am-
plexi, nedùm ex rationibus, sed etiam ex auctorita-
tibus doctorum, vno ore concludentium, similia sta-
8 tuta exclusiua fœminarum à legitimæ supplemento
locum habere, quando fœmina petit supplementum
ab Agnatis masculis, vt in specie dixerunt Castr. d.
cons. 196. num. 3. vers. Quidam verò lib. 1. Capra cons. 19.
num. 13. Curt. sen. cons. 37. num. 23. Manent. cons. 3. per
tot. & præcipuè sub num. 29. 38. & 39. cum alijs per
Cyriac. d. controu. 400. num. 23. 49. & per totam Gabr.
in his terminis d. cons. 10. nu. 8. vers. puto igitur, & nu. 9.
vers. & consequenter, & cons. 11. num. 4. & 9. vbi re-
fert bis ità fuisse conclusum in Rot. lib. 2. Rot. diuers. d.
decis. 232. in princ. et decis. 142. num. 3. par. 2. et dec. 425.
num. 1. par. 4. repetit. apud Moder. Forolinien. de legit.
in ord. 41. num. 2. Card. Seraph. decis. 271. num. 6. vers. et
statutum, et latè in Rom. de lante 14. Martij 1635. et
11. Ianuarij 1636. coram bo: me: Cocc. priùs Fenzon.
decis. 99. in princ. et in §. præscriptum igitur Statutum,
et in § non obstat, et dec. 100. vers. 1. quod in fin.

Nec obstant ea, quæ in secunda decisione addu-
cebantur, & primò, quod filia dicatur Agnata, li-
cèt in aliena familia nupta sit, vndè cum illi conue-
niant verba statuti, suffragari quoque debeat statu-
ti dispositio; hoc enim procedit in materia indif-
ferenti, & vbi nec verba, nec ratio suadent verbum
Agnatos esse restringendum ad masculos, tunc enim
indistinctè comprehenduntur & masculi, & fœ-
9 minæ; secus in materia differenti, & vbi statuta
facta sunt prò conseruatione Agnationis; Cum
enim per fœminas Agnatio conseruari non possit,
masculinum in hoc casu non concipit fœminum, nec
appellatione Agnatorum veniunt fœminæ, sed so-
li masculi, vt distinguendo, consuluit Ruin. cons. 24.
num. 8. lib. 2. & d. cons. 25. num. 3. vers. & quamuis lib. 3.
Soccin. Iun. cons. 1. num. 115. lib. 1. Cranett. cons. 180. n. 1.
& cons. 250. num. 3. & cons. 188. num. 9. Ceph. cons. 496.
num. 36. Menoch. cons. 807. num. 67. cum seqq. latè Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 192. Thes. d. decis. 37.
num. 8. vers. neque obstat cum seqq. Rot. coram s. me. Greg.
dec. 293. n. 15.

Proùt secundò non aduersantur decisiones in
causa Bonon. Fideicommissi de Boetterijs, in qui-
bus dictum fuit, non obstante contemplatione
Agnationis, admittendas esse fœminas, quæ Agna-
tionem conseruare, & in longius protrahere possunt
quandiù scilicet viuunt. Quantum enim ille casus
distet à nostro, facilè dignoscitur, aduertendo ibidem
agi prò admittendis fœminis ad successionem, & sic
in materia fauorabili, hìc autem agitur de earum
exclusione à legitima iure naturæ debita, & sic in
10 materia odiosa, & exorbitanti, vndè non potest de
vno casu ad alium fieri illatio vulgata leg. Papinianus
exul. ff. de minor, eo magis, quia eadem ratio mili-
tat in filia petente supplementum, quæ pariformi-
11 tèr sicuti quælibet alia fœmina potest viuens Agna-
tionem conseruare, vndè non debet esse deterioris
conditionis, vt ex hac ratione præter allegatos tra-
dunt Bald. cons. 473. nu. 4. lib. 5. Menoch. cons. 807. nu. 69.
12 Cum præsertim Anna sit æqualiter instituta, & à
Communi Parente dotata, quo casu multo minus
intrat exclusio, ad notata per Surd. cons. 185. sub n. 13.
13 vers. non obstat igitur, & sequent., quicquid dicendum
esset, si Anna dotata non fuisset, vt aduertit Idem
Surd. d. cons. 100. n. 14.

Decisio verò Bonon. success. coram bo: me: Vbaldo,
nullatenus applicatur licèt enim firmet statutum
exclusiuum fœminarum proptèr masculos suffraga-
ri etiam Religioso professo, qui Agnationem con-
seruare non potest, eo tamèn casu in Religioso ade-
rat qualitas masculinitatis nimis expresè compre-
hensa in verbis statuti, & ad quam statuentes enixè
respexerunt, & vlterius Religio, in qua professionem
emiserat, capax erat successionis, bonorum in com-
muni, vt certè firmatur in supradicta dec. vers. Prima
est an istud statutum, quod cessat in casu nostro cùm
Anna careat dicta qualitate masculina.

14 Nec quicquam facit, in statuto, de quo agitur,
non legi expressam rationem conseruandæ Agnatio-
nis nec qualitatem masculinitatis. Quia cum ista
sit ratio vnica, & finalis, subintelligitur quamuis ex-
pressa non fuerit, vt in specie respondendo huic ob-
iecto dixit Georg. Natt. in repet. cap. Quamuis num. 421.
vers. An autem hoc statutum de pactis Brun. dicto tract.
quod stantibus masculis d. art. 3. per totum, & præsertim
num. 5. latè Cyriac. dicta controu. 400. à num. 60. vsque
ad 75.

Quod verò Gabr. & decisiones superiùs allegatæ

loquantur in terminis statuti antiqui, non fuit habitum in consideratione, tùm quia *dec. in Rom. supplementi legitima coram bo:me: Card. Sacrato post Pacific. de salu. interd. dec. 560, num. 4. vers. statutum verò vrbis, & num 5. & decis. 161, num. 6.* loquuntur expressè de statuto nouo: Tùm quia statutum antiquum non
15 differt ratione ab hoc nouo, vtrumque emanauerit pro Agnationis conseruatione, licèt in nouo extensa fuerit dispositio ad hæredes transuersales de Agnatione, quos in antiquo non comprehendi Rota sæpiùs firmauerat, & propterea dum in vtroque viget eadem ratio, neutrum potest comprehendere fœminas, quæ Agnationem conseruare non possunt ex iam deductis.

Tandem non obstat, quod Cherubinus supplementum petens sit extraneus, quia cum illud fuerit ipso Iure acquisitum Mariæ in ipso mortis instante Riccardi Patris iudicare debet secundum illud tempus, quo Pater obijt, & Mariæ Viuenti ius quæsitum fuit, adeò vt non potuerit ius hoc iàm quæsitum, & radicatum alterari, aut immutari ex morte subse-
16 quuta, ideoque quale penes eam erat, fuit ad hæredes transmissum, quantumuis extraneos, qui non ex propria persona, sed ex persona D. Mariæ agunt & iudicari debent, vt post *Alex. & alios probat Mant. de coniect. lib. 7. tit. 8. sub num. 10. vers. vndè repleti, & post alios Noual. de transmissis cas. 10, num. 5. & seq.* qui ampliùs sub *num. 7,* inquit ius huiusmodi ad hæredes extraneos transmitti cum eodem Priuilegio, qui erat penès ipsam filiam *Modern. Foroliuien. de legitim. lib. 3. tit. 3. qu. 7. num. 1. vers. contraria tamen opinio* cum alijs adductis *in prima dec. in princ.*

Et ita vtraque, &c.

MELEVITANA HÆREDITATIS.

Veneris 15. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Cum non solum iuris, sed ipsius naturæ præsumptio sit quemlibet esse sanæ mentis, qui dicit testatorem non fuisse talem exactissimæ, & liquidissimæ probationis onere grauatur, & præcisè de tempore, quo suum condidit testamentum, & quomodo hoc dicatur probatum ad istum effectum?

SVMMARIVM.

1 *Nullitas in prima instantia opponi debet.*
2 *Nullitas in prima instantia non opposita ampliùs allegari non potest, si sententia fuit in iudicatum transacta, & num. seq.*
3 *Res iudicata facit Ius, & habetur pro veritate.*
4 *Mentis compos quilibet præsumitur.*
Amplia conclusionem etiam in Sene procedere n. 5.
6 *Dementiam, & furorem allegans plenè, & concludenter suam intentionem probare debet, & grauatur onere exactissimæ probationis.*
7 *Testes deponentes de Iudicio suo non probant.*
8 *Testes super dementia deponentes debent suorum dictorum rationem reddere etiam nõ interrogati.*
9 *Testatorem non fuisse in statu dementiæ, quæ illi testamenti factionem impediret, non concluditur si faciebat actus non omninò conuenientes homini sanæ mentis.*
10 *Testatorem non fuisse in statu Dementiæ satis est licèt non haberet sensum omninò perfectum.*
11 *Dispositio facta per eum, qui valdè mortis cogitatione premebatur, reputatur valida, quamuis talis cogitatio solitum sensum impedire valeat.*
12 *Semimortuus testari potest.*
13 *Viri sapientes licet faciant aliqua leuia non ex hoc dementes reputantur.*
14 *Testamentum factum ab eo, quem constat totali vsu rationis, & intellectus non caruisse iudicatur validum, quamuis in illo concurrant aliqua signa dementiæ.*
15 *Dementiæ signa, vt facultatem impediant testandi præsertim tempus conditi testamenti percutere debent.*
16 *Testamentum facere potest habens dilucida interualla.*
17 *Dementia ad effectum impediendi, seu irritandi testamentum, non remanet probata ex sola deputatione curatoris testatori facta ex capite non sanæ mentis, & num. 18.*
18 *Curatoris datio propter dementiam probat furorem tantummodo de tempore, quo ille fuit constitutus non autem ex post, & n. 20.*
21 *Testibus deponentibus Testatorem fuisse sanæ mẽtis magis creditur, quàm illis, qui de insania deponunt, quamuis isti sint numero plures, & n. seq.*
23 *Mentis sanæ nulla potest dari coniectura, quàm illa desũpta ex qualitate testamentariæ dispositionis.*
24 *Testamẽti qualitas, scilicet, quod benè fuerit ordinatũ optimè cõcludit Testatorem fuisse sanæ mẽtis, præsertim vbi probatio dementiæ, est dubia.*
25 *Transactio facta ex falso supposito non sustinetur, & ob enormissimam læsionem rescinditur.*

DECISIO CXXVII.

Sententiam ordinarij Meleuitani declarantem secundum Testamentum conditum à Federico Attardo sub die 20. Maij 1620. ad fauorem Ioannis Mariæ Attardi eius Pronepotis, & proximioris de familia præualere primo, & tertio testamentis per ipsum factis ad fauorem Catherinæ Matris Andreæ Vassalli, & aliorum, ac proindè rescindendam esse transactionem per eos dolosè extortam sub falso prætextu, quod ipsi essent veri illius Hæredes.

Rota, præuia vt moris est decisione, nè dum confirmauit per sententiam R. P. D. mei Ghislerij in iudicatum transactam, sed etiam postea per duas decisiones coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo emanatas respondit; Non constare de causis restitutionis in integrum.

Verùm cum dictus Andreas, habito iterum recursu ad signaturam, committi obtinuisset Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano causam nullitatis, & notoriæ iniustitiæ ad cuius propositionem impediendam, & causæ expeditionem longius protrahendam, exhibitis nonnullis articulis, ad effectum probandi prætensam Federici dementiam de tempore secundi Testamenti institisset pro Remissoria, quæ tàm ex capite irreleuantiæ, quàm euidentis calumniæ bis illi fuit denegata rationibus, & fundamentis in vtraque decisione d. Reuerendissimi D. mei Decani luculenter ponderatis; Qua propter ob eius discessum ab Vrbe, proposito à me in eius locum subrogato dubio, iuxt. formam Commissionis, an constaret de nullitate, & notoria iniustitia DD. absque difficultate responderunt negatiuè:

Nullitas enim ex defectu citationis ex eo, quod sententia iudicis Meleuitani lata fuerit die, pro qua
1 non cadebat citatio tollitur, quia cum de hac nullitate non fuerit specificè oppositum in prima instantia, nec super ea institum, prout opus erat, vt ex alijs *Rot. decis. declarat addens ad Greg. decis. 176. sub num. 16. vers. requiritur tamen.* Et sententia con-
2 firmatoria transierit in iudicatum, non potest amplius de hac nullitate opponi, vt per *Franc. in cap. dilecto nu. 116. de appellat. Alex. cons. 111. nu. 3. vers. tamen fallit lib. 5. Gabr. cons. 49. num. 1. & seq. lib. 1. Card. Mantic. decis. 301. nu. 2. addens ad Greg. dicta dec. 176. numer. 15.*

mer. 15 latè in recent. dec. 474. nu. 4. et 572. num. 1. cum
seqq. par. 2. et dec. 312. nu. 6. par. 5. stante enim re iudi-
cata præiuditur via dicendi de nullitate senten-
3 tiæ confirmatoriæ, cum ipsa sola faciat Ius, &
pro veritate habeatur cap. cum inter de re iudic. In-
noc. in cap. 1. nu. 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Ias. cons.
101. n. 28. lib. 4. Rot. in decisionibus supra citatis.

Multoq; minus constat de iniustitia, quia omissa
validitate tertij testamenti, super qua hodie infor-
mantes prò Vassallo amplius non insistunt, agno-
scentes fundamenta decisionum benè subsistere, o-
biectum ad quod hodie se restringebant, Federicum,
scilicet de tempore secundi testamenti non fuisse
mentis suæ compotem, sed dementem, ideoq; pri-
mum Testamentum reuocare non potuisse, nulllus
4 est momenti, cum indubitata sit Naturæ, & Iuris
præsumptio, quod quilibet censeatur mentis com-
pos l. nec codicillos vbi Bald. Alex. et cæteri C. de co-
dicill. cap. fin. de success. ab intest. Rot. dec. 233. n. 18. par.
7. rec. quamuis etiam fuerit senio confectus Bald. in
5 l. senium n. 1. vbi etiam Salic. pariter n. 1. Castr. nu. 2. in
fin. C. qui test. fac. poss. Rot. in Romana donationis 11.
Ianuarij 1619. coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien.
et coram bon. mem. Buratto dec. 256. nu. 2. qui contra-
6 rium dicit, & dementiam, ac furorem allegat, te-
netur concludentissimis rationibus probare, & gra-
uatur onere exactissimæ probationis, vt notat Bart.
in d. l. nec codicillos, quem ibi sequuntur Castr. et Salic.
n. 2. in fin. fulgos. n. 1. Menoch. cons. 683. n. 1. Rot. dec. 525.
n. 1. par. 4. et dec. 233. n. 19. et 20. par. 7. rec.

Talis autem probatio non affertur, quia testes
prò Vassallo inducti præter plures exceptiones, quas
possent pati in personis, & in dicto non concludunt,
7 cum deponant de eorum iudicio, ibi, E perciò io lo
tengo, che non era più in se, & ibi in quanto à mio giu-
ditio lo tengo hoggi peggio, che mai, & sic non pro-
bant Flam. Rub. cons. 5. nu. 108. lib. 2. Ass. ict. dec. 381.
n. 7. Rot. dec. 360. nu. 16. par. 7. rec. et coram Reueren-
dissimo Vrgellen. dec. 208. num. 13. minusque reddunt
8 concludentem sui dicti causam, quam tamen in isto
casu, etiam non interrogati reddere debuissent,
cum agatur de re, circa quam error facillimè com-
mitti potest Innoc. in cap. cum causa de Testib. Bald. in
d. l. furiosum nu. 2. et 3. C. qui test. fac. poss. Soccin. sen.
cons. 42. n. 4. lib. 1. Dec. cons. 448. num. 31. et 32. Paris.
cons. 88. n. 54. et seqq. vbi ac comm. lib. 3. Honded. cons.
77. n. 70. lib. 2. et reprobato Curt. iun. in cons. 153. n. 8.
Magon. dec. Floren. 97. nu. 15. Rot. dec. 557. nu 8. par. 1. et
dec. 107. n. 4. par. 2. diuers. et d. dec. 233. n. 28. p. 7. rec.

Præterea Testes isti non deponunt de actibus
continuatis, & qui totalem vsum rationis remo-
ueant, sed adducunt tantummodò nonnullos actus
imbecillitatem ingenij, & memoriæ denotantes,
qui propterea tollere non possunt testamenti factio-
nem, cum possint stare simul, vt Federicus stante
9 eius graui ætate ingenium haberet imbecille, aut
actus fecisset non omninò conuenientes homini
sanæ mentis, & nihilominus, quod non esset in to-
tali statu Dementiæ, quæ propterea Testamenti fa-
ctionem illi auferre potuerit, vt in fortiori aduer-
tit, & comprobat Menoch. cons. 683. nu. 14. ubi in fin.
10 dicit, quod Testator licet aliqua phrenesi laborare
consueuisset, non tamen impediebatur de rebus suis
libere disponere, cum adhunc effectum non requi-
ratur Sensus omninò perfectus, sed sufficiat, quod
non sit furiosus, vel in statu dementiæ, vt probat
text. in l. hac consultissima §. At cum humana fragilitas
11 C. qui test. fac. poss. vbi quod mortis cogitatio, quam-
uis impediat solitum sensum, dispositio nihilomi-
nus facta per existentem in tali cogitatione est va-
lida, et in l. quoniam indignum C. de Testam. vbi quod
12 semimortuus testari potest, & tamen certum est in
eo non extare integritatem mentis, & cerebri, &
tradunt Ias. in d. l. furiosum n. 2. Ferett. cons. 207. nu. 3.
Corn. cons. 261. n. 21. lib. 4. Paris. d. cons. 88. n. 41. lib. 3.
Magon. d. dec. Flor. 97. n. 17. Boer. dec. 23. nu. 79. Rot. d.
dec. 107. nu. 28. par. 2. diuers. d. dec. 384. n. 5. par. 2. et d.
decis. 233. n. 23. par. 7. rec. Buratt. d. dec. 256. n. et seq.
& ratio est, quia huiusmodi actus non excludunt vsũ
rationis, seù intellectus, nec mentis alienationem
13 inducunt, cum viri etiam sapientes, licèt quando-
que faciant aliqua leuia, non per hoc dementes re-
putentur Rot. dicta dec. 233. nu. 24. vnde infortiori,
quod Testamentum validum fuerit, in quo quamuis
14 concurrerent diuersa signa dementiæ, non tamen
Testator carebat totali vsu rationis, & intellectus
respondit Rot. in Romana hæredit. de Gracchis 5. De-
cembris 1618. coram bon. mem. Remboldo, et vt refert
dec. 298. n. 8. par. 7. rec.

Idque eo magis, quia non percutiunt tempus pre-
15 cisum conditi Testamenti, prout opus esset l. 2. ff.
de testam. Soccin. in d. l. furiosum n. 2. idem Soccin. cons.
42. nu. 9. lib. 1. Boer. d. dec. 23. n. 78. Rot. coram Cardin.
Canal. dec. 366. n. 7. et d. dec. 298. n. 7 multoque minus
excludunt Federicum habuisse lucida interualla,
quod satis esset ad substinendum Testamentum,
cum habens dilucida interualla testari possit ad no-
16 tata per tex. in d. l. furiosum C. qui test. fac. poss. §. pro-
pterea vers. furiosi, instit. quibus non est permiss. fac.
test. flam. Rub. d. cons. 5. n. 71. lib. 2.

Nec releuat deputatio Curatoris facta per Iudi-
cem Federico tribus mensibus ante conditum se-
cundum Testamentum ad instantiam consangui-
neorum; Quicquid enim sit de validitate, & affe-
ctione illius deputationis, certissimum est ex sola
constitutione Curatoris non inferri ad dementiam,
ad effectum impediendi, & irritandi Testamen-
17 tum, vt post Io: Fab. in d. §. Preterea instit. quib. non
est permissum fac. test. et alios tradit Ias. in l. furiosum
2. vers. 3. singulariter limita, vbi, quod sola Curatoris
datio non impedit Testamenti factionem, quia licèt
18 quis sit imbecillis intellectus, & ideò etiam Cura-
torem habeat, testari tamen poterit, quodque hoc
est adeò verum, ut nullum habeat contradictorem
Decian. cons. 127. n. 32. lib. 3. Paris. cons. 88. n. 40. lib. 3.
Boer. d. dec. 23. nu. 79. et in terminis Rot. dicta dec. 233.
n. 36. par. 5. rec. vltra, quod cum fuerit datus die 17.
Februarij 1620. non concludit dementiam secundi
Testamenti conditi die 20. Maij sequentis, quia da-
19 tio curatoris, etiam retenta contraria opinione pro-
bat tantummodo furorem de tempore, quo fuit cõ-
stitutus, non antè ex post Hond. d. cons. 28. n. 75. et seq.
lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. n. 41. ad
fin. vers. et prædicta.

20 Nec applicatur dec. 8. de testam. in antiqu. In qua
altera pars multum insistebat, licèt enim firmet cõ-
sanguineum, ad cuius instantiam fuerat datus cura-
tor seni, eo supposito, quod esset furiosus, non pos-
se postea ad sustinendum testamentum ad sui fauo-
rem conditum allegare illum fuisse sanæ mentis,
loquitur tamen in casu, quo ille idem, qui Curato-
rem se dari procurauerat, allegat postea sanitatem
& negat dementiam, inquiens non esse admitten-
dum ad allegandam propriam turpitudinem, & ad
probandum contrarium eius, quod ipse in Constitu-
tione, & impetratione Curatoris asseuerat, proinde-
que non procedit, nec applicatur nostro casui, vbi
Io: Maria, nec institit dari Curatorem, minus se i p-
sum deputari petijt, sed Curator datus fuit ad ali o-
rum instantiam, vt habetur in Summ. Vassalli. 1. et

2. Nec in testamento huiusmodi interuenit, aut au-
ctoritatem præstitit, hoc enim casu decisio non ha-
bet locum, prout illam explicando declarat, *Hon-
ded. d. cons. 78. n. 90. in fin. et 96. lib. 2.*

Sed ex duobus dixerunt DD, cessare difficultatē.
Primò ex alijs Testibus prò Io: Maria examinatis
deponentibus Federicum, tàm antequam in actu ce-
lebrationis Testamenti fuisse sanæ mentis, quibus
21 in concursu, licèt essent numero pauciores, cum
nitantur præsumptione Iuris, magis credendum est
quàm pluribus deponentibus de Insania vt tradunt
*Honded. d. cons. 78. n. 73. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 2.
tit. 5. n. 6. vers. adde quod etiam Rot. dec. 384. n. 9. p. 1.
rec. et firmatum fuit in hac causa, vt in decisionibus
sub die 26. Maij 1642. et 26. Ianuarij 1643. coram Re-
uerendissimo D. meo Decano*, plus enim creditur
22 duobus Testibus dé sana mente, deponentibus, quàm
mille de insania, *Ias. cons. 2. n. 10. et seqq. lib. 1. Hond.
quam d. cons. 78. n. 14. Boer. d. dec. 23. nu. 93. Rot. d. dec
394. sub n. 9. In. fin vers. quod plus creditur.*

Secundo ex qualitate Testamenti ad fauorem Ne-
potis in omnibus partibus rectè, & prudenter ordi-
natis; nulla enim maior coniectura sanæ mentis da-
23 ri potest, quàm illa, quæ desumitur ex qualitate
testamentariæ dispositionis, vt notat. *Bald in d. l. fu-
riosum n. 2. Corn. cons. 226. num. 14. ad fin. et 15. lib. 3.
Rot. dec. 525. nu. 7. p. 5. rec. et coram Reuerendissimo Vr-
gellen. dec. 178. n. 13.* quæ coniectura, licet in furioso
24 de tempore Testamenti posset esse dubia, tamen
benè procedit in isto casu, quo potest dubitari Fe-
dericum tunc temporis fuisse dementem, *Rimin. Iun.
cons. 375. n. 34. lib. 4.*

Firmato autem, quod per secundum Testamen-
tum fuerit primum reuocatum, quodque tertium
fuerit per vim, & metum extortum, vt in alijs de-
cisionibus latè dictum fuit, nullum potest fieri fun-
damentum super transactione, quia præter, quod
25 emanauit ex falso supposito, quod substineretur.
Tertium Testamentum, vt apertè dignoscitur ex il-
lius lectura, quidquid dicant informantes pro Vas-
sallo, facta fuit durante eadem causa metus, & sic
corruit, non minus ac ipsum Testamentum, præ-
sertim, quia fuit enormissimè læsiua, ex quo in
transactione Io: Maria recepit solum scuta 263. cum
tamen hæreditas ascenderet ad scuta decem mille,
vnde ob hanc enormissimam læsionem esset rescin-
dendam, vt satis fuit ostensum in dd. decisionibus.

Et ita vtraque &c.

NAVLEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 18. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Resignatio Beneficij facta ab eo, qui non habet, vndè se alat, nullam inducit vacationem ob resistentiam Conc. Trid. sess. 21. de reform, prout neque possessio, & dominium ammittitur per resignationem factam ignaro Episcopo coram solo Notario, antequam ab Episcopo fuerit acceptata. Ordinarius qui collationem non facit intra tempus à Constitutione Piana, & Sacr. Conc. Trident. præfixum, quando excusetur ab ignorantia vacationis, ad effectum, vt prouisio Benefitij non deuoluat ad Sedem Apostolicam, & quando scire teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Vacatio narrata in gratia debet euidenter iustificari.*

2 *Amplia quando sumus maximè in impetratione odiosa, puta, quia agatur de vindicando benefitio è manu viuentis, nam omnia narrata sunt ad vnguem iustificanda.*

3 *Resignatio facta à non habente, vnde se aleret nullam inducit vacationem propter resistentiam Concili Tridentini sess. 21. de reform.*

4 *Resignationes eorum, qui sunt ordinati ad titulum Benefitij, quando illis non remanet vnde viuere possint remanēt nulla ex dispositione Conc. Trid.*

5 *Priuatio præsuponit habitum.*

6 *Dictio circiter tempori adiecta de modico tantum intelligitur.*

7 *Possessio, & Dominium Benefitij non ammittitur per resignationem factam ignaro Episcopo coram suo Notario, antequam ab eo fuerit acceptata.*

8 *Resignans debet constare, quod sit senio confectus, & quod possit aliunde commode sustentari iuxta constit. 48. fa. me. Pii V. Bull. nou. tom. 2.*

9 *Resignatio facta contra constitutionem Pij V. nullam inducit vacationem.*

10 *Vacatio omni dicitur consumpta stante manutentione in possessione Benefitij obtenta, & prouisione eiusdem habita ab Ordinario.*

11 *Vacatio narrata in gratia non remanet iustificata stante, prouisione Benefitij ante impetrationem ab altero obtenta, non iustificato, quod huiusmodi prouisio fuerit nulla.*

Narratiua vacationis Benefitij, altero prouiso existente in possessione non verificatur nisi probata nullitate dictæ prouisionis.

12 *Prouisio Parochialis deuoluitur ad Sedem Apostolicam si per Ordinarium non fuerit collata intra tempus à Piana, & Sacr. Concil. Trid. præfixum.*

13 *Limita dummodo constet, quod Ordinarius habuerit certam notitiam vacationis.*

14 *Episcopus tenetur scire vacationem Parochialis ex obligatione visitandi Ecclesias suæ Diœcesis, & eius notitia præsumitur.*

15 *Limita dummodo vacatio Parochialis contingat, tam de Iure, quam de facto.*

16 *Secus quando vacatio de facto non contingit puta, quia resignans non fecit actualem relaxationem Benefitij.*

17 *Tempus ad conferendum Benefitium non currit Episcopo vacationem ignoranti.*

18 *Amplia vt etiam excusetur ab ignorantia probabili.*

19 *Resignatio facta etiam sine superioris authoritate inducit vacationem.*

20 *Resignatio sine superioris authoritate omnino annulatur.*

21 *Resignatio facta sine superioris licentia sustinetur in præiuditium, & pœnam ipsius resignantis, qui scienter nulliter renuntiauit ad hoc, vt à superiore etiam inuitus Benefitio, sic resignato priuari possit.*

22 *Secus verò in præiudicium ipsius superioris.*

23 *Clausulæ sine permisso, siue alio quouis modo appositæ in litteris Apostolicis regulantur ex subsequenti conditione dummodo.*

24 *Clausula dummodo collatio ad nos hac vice pertineat totam gratiam, & omnia in ea contenta, qualificat, & restringit.*

25 *Clausula sine permisso, siue alio quouismodo apposita in litteris prouisionis non suffragantur, quando vacatio dispositiue narrata non fuit vllo modo iustificata saltem de facto.*

DECISIO CXXVIII.

DEnegare immissionem Petro Criuello Prouiso Apostolico DD. non dubitarunt, quia narrauit Sanctissimo Parochialem Ecclesiam de qua agitur vacasse decem sabhinc annis circiter, & adhuc vacare de tempore impetrationis, & non probauit vtram-

1 vtramque hanc vacationem, prout opus erat ad iustificationem gratiæ *iux. glos. in l. 2. C. de probat. Paris. de resignat. lib.* 11. *quæst.* 14. *num.* 9. & fuit dictum *in Cæsaraugustana Parochialis de Maella* 8. *Nouembris* 1599. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, & dec.* 379. *n.* 8. *par.* 1. *& dec.* 323. *num.* 1. *ad fin. par.* 2. *recentior. & in Panormitana Archipresbyteratus* 6. *Martij* 1623. *coram bon. mem. Vbaldo, & in Conchen. Præstimonij, & Cappellaniæ* 27. *Nouembris* 1637. *coram R. P. D. meo Carillo*, præsertim cum simus in impetratione, quæ

2 est odiosa, ex quo agitur de viudicando beneficio è manu viuentis, vt in his terminis *Mandos. cons.* 20. *sub num.* 9. *vers. quæ tanto magis, Gonzal. ad regul.* 8. *glos.* 15. *sub num.* 123. *& seq. Rot. coram Buratt. decis.* 175. *num.* 5. *& per tot. et dec.* 132. *num.* 3. *par.* 1. *rec.*

Et non iustificauit vacationem à decennio circiter, quia resignatio facta de anno 1628. à Bartholomęo de Andreis, tunc istius Ecclesiæ possessore

3 tamquam facta à non habente, vndè se aleret, nullam induxit vacationem, ob resistentiam dispositionis *Concilij Trid. sess.* 21. *de reformat.* annullantis re-

4 signationem eorum, qui sunt ordinati ad titulum beneficij, quando illis non remanet, vndè viuere possint, ne resignans cum ordinis dedecore mendicare cogatur, vt tradunt *Paris. de resign. libr.* 2. *qu.* 6. *num.* 4. *&* 35. *Garz. de benef. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 195. *& pluribus seqq. et par.* 11. *cap.* 3. *num.* 56. & dixit *Rot. in Leodien. Canonicatus* 25. *Iunij* 1622. *coram bon. mem. Card. Verospio, & in alia Leodien. Canonicatus S. Dionisij* 25. *Maij* 1626. *&* 28. *Iunij* 1628. *coram bo. mem. Pirouano.* Maximè cù fuerit declarata nulla, & resignans reintegratus ad illius possessionē per sententiā Ordinarij ab ipso acceptatam *Summ. Io. Andrea n.* 4.

5 & effectuata pateat, ex quo idemmet Bartholomęus tamquam possessor dictæ Parochialis eam de anno 1631. & sic triennio post, denuò dimisit; priuatio enim præsupponit habitum *l. manumissione, ff. de iust. & iur. l. decem, vbi Barb. nu.* 1. *ff. de verb. oblig. cum vulg.*

Dimissio verò facta de anno 1631. non probat vacationem per decennium circiter ante impetrationem, prout fuit narratum in literis Apostolicis, quia non efluxerunt, nisi septem anni, & tamen

6 illa dictio *circiter* de modico tantum tempore intelligitur *cap. continebatur vers. si autem, vbi glos. in verb. proxima de desp. impub.* & benè explicat *Menoch. de arb. lib.* 2. *cas.* 57. *sub num.* 30.

Tanto magis, quia facta fuit non solum absente, & ignaro Episcopo, coram solo Notario, & Testibus, sed etiam extrà Diœcesim, & Ciuitatem Naulen. vndè ex eo minus potuit eo tempore vacationem inducere, cum non fuerit ab Episcopo acceptata, ante cuius acceptationem non ammittitur pos-

7 sessio, & dominium beneficij *iuxt. text. in cap. fin. de renunciat. DD. in cap. quod in dubijs eodem tit. Paris. vbi supra lib.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 24. *cum seqq. idem Menoch. de arbitr. cas.* 201. *n.* 47. *vers. ratio est.*

Propterea propter Episcopi absentiam, non fuit coram eo iustificata causa expressa, resignantem

8 scilicèt esse senio confectum, & aliundè posse commodè sustentari, prout expressè cauetur *in constit.* 58. *san. mem. Pij V. Bull. nou. tom.* 2. & tradunt *Paris. vbi supra lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 225. *cum seqq. March. Ant.*

9 *Gen. in praxi Cur. Archiep. Neap. cap.* 53. *n.* 1. *Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 14. *num.* 24. *& seqq.* Ideoque tanquam facta contra formam dictæ Constitutionis nullam induxit vacationem, vt pluries firmauit *Rot. coram bo. me. Coccino dec.* 358. *num.* 3. *Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 237. *vers. quia scilicèt penitus, & in alijs.*

Minus, & secundò iustificauit vacationem de tempore impetrationis, quia cum Ioannes Antonius per biennium ante impetrationem extiterit in actuali possessione huius Parochialis, in qua Rota per binas decisiones alteram *sub die* 31. *Maij* 1642. *coram bon. mem. Merlino, alteram sub die* 10. *Iunij coram R. P. D. meo Peutingerio*, dixit dandam esse sibi manutentionem, Ecclesia de facto non vacabat,

10 prout etiam non vacabat de iure, quia cum Ioannes Antonius, vsque de anno 1638. fuisset de ea prouisus ab Ordinario ob liberam dimissionem Bartholomæi, antequam Criuellus prouisionem Apostolicam obtinuisset, omnis vacatio erat consumpta *Simonett. de reseruat. q.* 55. *num.* 3. *Gomes. in reg. de trien. quæst.* 30. *num.* 2. *&* 3. *Rot. decis.* 498. *num.* 1. *& decis.* 691. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* & fuit dictum *in prædicta Conchen. Præstimonij*, ideò non probato, quod

11 prouisio Ioannis Antonij fuerit nulla, narratiua vacationis non remanet iustificata, vt in terminis dixit, *Rot. dec.* 379. *num.* 9. *par.* 1. *rec.*

Et ex prædictis prorsus etiam cessat iustificatio narratiuæ, quod prouisio istius Parochialis fuerit

12 deuoluta ad Sedem Apostolicam, eo quod per Ordinarium non fuerit collata intra tempus à dicta Constitutione Piana, & Sacro Concilio Tridentino præfixum, quia cum dicta renunciatio facta non fuerit coram habente facultatem, constare deberet,

13 quod Episcopus habuerit certam notitiam huius vacationis, *cap.* 3. *cum gl. in verbo notitia de supp. neglig. Prælat. cap. quia diuersitatem in fin. de concess. prabend. Garz. de benef. par.* 10. *cap.* 3. *num.* 15. *& seqq. Buratt. d. dec.* 18. *num.* 5. *cum alijs alleg. in Parmen. Beneficij* 31. *Ianuarij* 1642. *coram bon. mem. Merlino vers. quoniam ad effectum*, licèt enim eius notitia satis præ-

14 sumatur ex obligatione visitandi Ecclesias suæ Diœcesis, quia id scire debuit *Rot. dec.* 7. *num.* 4. *de præben. in antiq. Bisignett. & decis.* 309. *num.* 2. *ad fin. p.* 3. *recentior.* hoc tamen procedit, si dicta Parochialis

15 vacasset tàm de iure, quàm facto per actualem relaxationem dicti Bartholomæi, quia tunc eius rei ignorantia non esset in eo admittenda, at secus est, quando non constat de actuali recessu, nam donec

16 ab eo beneficium detinebatur, non præsumitur in

17 Episcopo notitia vacationis illius, & propterea illi non currit tempus ad eam conferendam, vt declarat *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 24. *sub num.* 11. *vers. in primis, & seq. sequitur Modern. Alex. in prax. habon. concurs. requis.* 7. *dub.* 2. *num.* 10. *&* 16. Maximè cum prima resignatio fuerit de anno 1629. per ipsū declarata nulla: Altera verò in loco extra Diœcesim, & à Notario extero fuerit recepta, vndè ista

18 probabilis eius ignorantia eum debet excusare, *§. sed vtilitas infsit, mandat. cum simil. Card. Mant. de cis.* 271. *num.* 2. *& dec.* 120. *num.* 4. *par.* 4. *rec.*

19 Non obstat, quod etiam ex resignatione facta sine superioris auctoritate induceatur vacatio; nam vltra quod hoc locum non habet in isto casu, quo per di-

20 ctam Constitutionem Pij ea fuit omninò annullata, *vt in §. si certum, ibi, Id totum ex nunc decernimus vires, & effectum non habere*, Fuit etiam responsum

21 hoc procedere posse in præiudicium, & pœnam ipsius resignantis, quando scienter nulliter renunciat, ad hoc, vt à Superiore etiam inuitus Beneficio

22 sic resignato priuari possit, non autem in præiudicium ipsius superioris *per text. in cap. admonet, & d. cap. quod in dubijs de renunciat. Rot. dec.* 3. *de renunc. in antiq. Bisignet. Cassad. dec.* 2. *num.* 3. *vers. quia respondetur eod. tit. cum alijs congest is per Garz. de benef. d. par.* 11. *cap.* 3 *à n.* 219. *vsq. ad n.* 224.

23 Neque releuant clausulæ appositæ in literis prouisionis Criuelli, *siuè præmisso, siuè alio quouis modo*,

do, & similes, tùm quia regulantur ex subsequenti
24 conditione, *Dummodo collatio ad nos hac vice per-
tineat* quæ totam gratiam, & omnia in ea conten-
ta qualificat, & restringit *Simonett. de reseru. qu.61.
num. 3. Rot. coram Card. Caual. dec.595. num. 4. & co-
ram Buratt. dec. 150. num. 7.* Tùm quia non suffragã-
25 tur, quando vacatio dispositiuè narrata non fuit
vllo modo iustificata, saltem de facto *Rot. in d. de-
cis. 120. n. 8. par. 4. rec.*

Et ità vtraque parte informante &c.

ÆSINA CENSVS.

Merc. 27. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

In tertium redimentem censum pro alio, an actiones transeant translatiuè, vel extinctiuè. Verba cessit, concessit, & trastulit, licèt importent veram translationem, tamen secundum subiectam materiam sunt intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Censum tertius redimens pro alio potest acquirere iura translatiuè, etiamsi inscio debitore soluat.*
2 *Sed non potest acquirere iura extinctionis.*
3 *Ad census redemptionem inuitus non potest cogi debitor ad redimendum, & num. 4.*
5 *Verba cessit, concessit, & transtulit important veram dominij translationem, & num. 13.*
6 *Clausula ponens in suum locum idem importat.*
7 *Tertius soluendo pro alio censum extinguit declara, & n. 8. & seqq.*
9 *Debitor, & creditor eiusdem census quis esse non potest.*
10 *Tertius soluendo pro alio censum, dum solum intendit liberare debitorem, censum extinguit.*
11 *Tertius soluens inscio debitore, & stipulans ad sui fauorem cessionem, hæc censetur facta translatiuè non extinctiuè.*
12 *Census de sui natura est perpetuus.*
14 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam num. 15.*
16 *Contrahentium mens potius est attendenda, quàm verborum formula.*
17 *Obseruantia subsecuta deseruit pro actus interpretatione.*
18 *Obseruantia subsecuta plurimum deseruit in materia Cessionis iurium, an sit translatiuè, vel extinctiuè, & num. seqq.*
20 *Probatio ad effectum declarandi voluntatem suffragatur, etiamsi ex interuallo facta fuerit.*
21 *Cessio reportata ab eo, qui soluit censum pro alio, verisimiliter censetur translatiua, nō extinctiua.*

DECISIO CXXIX.

ANnuum perpetuum censum scutorum 16. quem Ludouicus Bondolus anno 1616. imposuerat super quodam eius prædio Esino, & pretio scutorum 220. vendiderat Hieronymæ Ridolphinæ, eadem Hieronyma anno 1621. retrouendidit eidem Bondulo absenti, & pro eo Baldassino præsenti, cui eiusque hæredibus, & successoribus quibuscunque omnia iura, & priuilegia prioritatis, & potioritatis cessit, concessit, transtulit, & renunciauit ad haben. &c. ponens &c. constituens &c. declarans hanc retrouenditionem, & cessionem facere, eo quia manualiter habuit, & recepit à dicto Scipione præsente soluente, & soluere declarante de suis proprijs pecunijs pro habendis supradictis iuribus, & actionibus, & non alias aliter, nec alio modo scuta bis centum pro sorte principali &c. vt latius habetur ex instrumento retrouenditionis *Summ. Baldassini num. 1.*

Decessit Ludouicus Census Impositor, eique successit Isabella germana soror, cui pariter decedenti, hæres remansit Ioanna Vrsina; Scipioni verò census Redemptori successit Petrus Nicolaus Baldassinus frater, inter quos orta controuersia super extinctione dicti census, & moto Iudicio coram Iudice Æsino, fuit ab eo pronunciatum censum fuisse extinctum, eiusque sententia fuit ab A.C. in gradu appellationis confirmata; sed obtenta per Baldassinum commissione restitutionis in integrum aduersus prætensam rem iudicatam, fuit me proponente dubitatum, an constet de re iudicata, seù potius de causis restitutionis in integrum, & DD. negatiuè quoad primam, affirmatiuè verò quoad secundam partem responderunt ob euidentem iniustitiam sententiarum.

Siquidem retrouenditio facta fuit à Scipione nedum absque mandato Bonduli debitoris, sed eo inscio, & absente, & quod plus est, pecuniæ fuerunt solutæ, non ad effectum liberandi debitorem ab obligatione Census, sed ad effectum acquirendi cessionem Iurium contra eundemmet debitorem census, ibi *Soluente, & soluere declarante de suis proprijs pecunijs pro habendis supradictis iuribus, & actionibus & non alias, aliter, nec alio modo*, vndè videtur facta translatiuè, non extinctiuè, quia tertius redimens censum pro alio, potest quidem acquirere iura translatiuè, etiamsi inscio debitore soluat, vt latè probat *Rodericus de annuis redditibus lib. 2. quæst. 17. num. 1. cum sequentibus*, & plures relati per *Modern. Hispanum de indic. tom. 2. disp. 35. numer. 23. Hector. Capyc. Latro dec. 16. num. 18. & 29.* Sed non potest
2 acquirere iura extinctionis, cum debitor inuitus,
cogi non possit ad census redemptionem, & ex-
3 tinctionem, vt expressè cauetur in Bulla Piana,
& de veriori tradunt *Roderic. vbi supra quæstion. 15.
num. 7. cum seqq.* quem sequuntur, *Auend. de censibus
cap. 106. num. 6. Felician eodem tract. tom. 1. lib. 4 cap. 1.
num. 11. vers. verum cum alijs adductis à Cincio q. 105.
num. 13. & seqq.* & dixit *Rota in Romana Saluiani in-
terdicti coram bon. mem. Pironano, quæ est decis. 388.
num. 5. post med.* Alias cessio, quam Scipio tantoperè
4 desiderauit, foret inutilis, ex quo, extincto censu,
fructus amplius non deberentur, & sors principalis
à debitore inuito extorqueri non posset.

Idque manifestè deducitur ex verbis cessionis, ibi,
Cessit, concessit, & transtulit, quæ cum veram domi-
nij translationem importent, acquisitionem potius
5 translatiuam, quàm extinctiuam significant, vt ad
propositum notant, *Hector. Capyc. Latro d. decis. 16.
num. 14. 34. & 45. & Rot. in dec. 368. num. 2. post Cenc.*
6 & ex clausula *Ponens in locum suum*, quæ idem ope-
ratur *Capyc. d. decis. 16. num. 55.* nec non ex clausula
Constituti, quæ alias esset inutilis, vt aduertit. *Cinc.
quæst. 103. num. 17. vers. mentem autem.*

7 Nec aduersantur Authores, & Rotæ decisiones
firmantes, posse tertium soluentem pro alio censum
extinguere, quia vel loquuntur in soluente de con-
sensu, & mandato debitoris, vel quando solutio fit
8 ab accollatario census, in quibus terminis loquitur
d. dec. 368. & 369. post Cenc. hoc enim casu, cum Ac-
collatarius sit verus debitor, non potest ad sui fauo-
9 rem acquirere iura translatiuè, propter incom-
patibilitatem, quod idem sit debitor, & creditor
eiusdem census, vt aduertit eadem *decis. 368. nu. 2. 3.
& 4.* & clarius declaratur *in decis. 559. num. 18. 19.
& 20. penes eundem Cenc.* vel dum loquuntur,
10 quando tertius intendit solum liberare debitorem,
in quibus terminis loquitur *decisio 27. num. 2. & 3.
post eundem Cenc.* & consonant tradita per *Roderic.
lib. 2.*

lib. 2. quæst. 17. num. 1. cum seqq. vbi verò tertius sol-
11 uit inscio debitore, & stipulatur ad sui fauorem
cessionem iurium, cessio non potest censeri facta
extinctiuè, sed translatiuè: ne vel remaneat inuti-
12 lis, vel debitor inuitus cogatur ad sortis restitutio-
nem, contra naturam census de sui forma perpetua,
& contra mentem expressam Bullæ, vt superiùs di-
ctum est.

Et hinc nullum potest fieri fundamentum super
13 illis verbis *retrouendit*, *retrocessit*, quæ videntur
importare veram census retrouenditionem, & ex-
tinctionem: quia cum hæc sicut omnia alia sint in-
14 telligenda secundum subiectam materiam, possent
quidem operari extinctionem in redemptione cen-
sus facta per debitorem, vel extraneum, qui in se
censum accollasset, vel qui non fuisset sollicitus de
cessione iurium, sed non curasset solum debitoris
libertatem, sed in redemptione facta, prout hic,
15 per extraneum soluentem de proprijs pecunijs, ad
effectum in specie reportandi cessionem contra de-
bitorem non potest intelligi de extinctione, sed de
translatione, vt inseruiant menti contrahentium,
16 quæ potius attendi debet, quàm verborum for-
mula, vt ad propositum arguunt in terminis, *Cenc. quæst. 103. num. 17. vers. etiam quod Antonin. de Amat. var. resolut. 7. sub n. 34. Modern. Hispan. d. disput. 35. n. 45. tom. 2. Hector. Capic. Latro d. decis. 16. num. 33. & 34. Rot. dec. 366. n. 8. & 9. post Cenc.*

17 Comprobatur hæc interpretatio ex obseruantia
subsequuta; Isabella enim hæres Ludouici imposito-
ris, & auctrix Vrsinæ agnouit censum non fuisse
extinctum, sed translatum in Baldassinum, obligan-
18 do se ad fructuum solutionem ad ipsius fauorem,
obseruantia autem plurimum deseruit in hac mate-
ria, vt in terminis admisit *Rot. d. decis. 368. num. 4.*
19 Vbi quod hoc casu recedi potest à proprietate
verborum iuncta præsertim declaratione Hiero-
nimæ cedentis, quod intellexit Censum transferre,
non extinguere *Summ. num. 3.* quæ cum adducatur
20 tantummodo ad proban. & declaran. eius volunta-
tem, suffragatur, licet ex interuallo facta fuerit, vt
distinguendò tradit *Bart. in l. non solum §. Morte in prima specie protestationis ff. de non. oper. Nunciat.* quem sequitur *Ruin. cons. 149. num. 14. in fin. vers. Et est satis lib. 3. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 25. nu. 4. 5. & 6.* Verisimilius enim est tertium soluentem de proprijs pecunijs cum supradicta declaratione voluisse potius censum acquirere, & fructus lucrari, quàm illum extinguere, & simplicem pecuniæ solutæ creditorem effici, vt dixit *Rot. d. decis. 366. nu. 8. & 9.*

Et ita vtraque, &c.

ROMANA LEGATI.

Lunæ 2. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio in incorporalibus, quomodo dicatur probata ad effectum obtinendi manutentionem?

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio in incorporalibus acquiritur per vnicum, & simplicem actum.*
2 *Solutio facta de ordine Prouisorum alicuius Ecclesiæ eidem præiudicat in summarijssimo manutentionis, secus in possessorio plenario.*
3 *In iudicio manutentionis cum agatur de probando facto ipsum tantum factum attenditur.*
4 *In manutentione sola detentio consideratur.*
5 *Confessio prouisoris, & ministri ad effectum manutentionis præiudicat etiam Ecclesiæ præsertim, quando actus essent plures, & considerabiles, & num. seq. secus si prouisor non haberet actum neque verum, neque præsumptum, num. 8.*
7 *Solutiones factæ ab eo de cuius mandato non constat, concurrentibus adminiculis constituunt recipientem in quasi possessione exigendi.*
9 *Solutiones factæ per Economum sequestratarium, vel depositarium non constituunt exigentem in quasi possessione exigendi.*
10 *Possessio exigendi quando est ob causam temporalem, tunc ea deficiente, corruit quasi possessio.*
11 *Datio in solutum facit emptionem, & venditionem, & in recipientem transfert dominium, & seq.*
13 *Clausula in perpetuum importat totalem dominij translationem.*
14 *Verba subsequentia declarant præcedentia.*
15 *Solutiones, quando fuerunt canonizatæ per sententiam, tunc ampliùs non est dubitandum, quo titulo factæ fuerint.*
16 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
17 *Decretum irritans dum dubium est, an intret nec ne, interim possessor manutenendus est in sua possessione.*
18 *Decretum irritans, licet annullet possessionem, non tamen tollit detentionem, & insistentiam.*
Detentio sola, & insistentia satis sunt ad obtinendam manutentionem, n. 18.
19 *Hæreditas de iure præsumitur opulenta.*
20 *Hæres quousque non docet hæreditatem non esse soluendo tenetur ad præstationem legatorum, & cætera onera hæreditaria.*
21 *In possessorio summarijssimo non admittuntur, quæ respiciunt petitorium, & seq.*

DECISIO CXXX.

Confirmarunt Domini hodiè decisionem coram me
emanatam in ista causa sub die prima Iulij 1643.
in qua firmatum fuit Archihospitali Sancti Spiritus
concedendum esse mandatum de manutenendo in
possessione, seù quasi exigendi legatum annuorum
scutorum octuaginta monetæ, de quibus agitur,
cum ipsius quasi possessio clarè pateat ex tot solutio-
nibus per plures annos reiteratis, quarum tamen
1 vnica in isto casu sufficeret, cum in incorporalibus
illa acquiratur per simplicem, & vnicum actum,
Rom. cons. 311. num. 7. & seqq. Rot. cor. Seraph. decis. 1417. num. 2. inter diuers. decis. 196. num. 2. par. 1. decis. 318. n. 1. post Modern. Perus. de manut. & dec. 43. nu. 1. post Pacific. de Saluian. interd.

Nec releuant ea, quæ iterum objiciebantur per
informantes pro Ecclesia Beatæ Mariæ de Anima
ad impediendum dictum mandatum de manutenen-
do. Ad primum enim, quod solutiones istius Lega-
ti factæ de ordine prouisorum dictæ Ecclesiæ non
2 potuerint illi præiudicare, & constituere Archihos-
pitale in dicta quasi possessione exigendi, fuit respon-
sum, quod huiusmodi conclusio, licet procedere
possit ad effectum præiudicij diffinitiui, vel posses-
sorij plenarij, locum tamen non habet in iudicio
3 summarijssimo manutentionis, in quo solum
agitur de probando facto, & ideò tales confessiones
possunt dictæ Ecclesiæ præiudicium inferre, vt be-
nè distinguendo declarat *Rot. decis. 573. num. 6. par. 2. recent. cum alijs per d. Modern. obser. 19. num. 52.* quia
4 in manutentione nudum factum, & sola detentio
consideratur, *Castr. in l. Aquilius num. 5. ff. de donat. cum alijs per Rotam decis. 97. num. 10. part. 5. recentior.* Accedentibus præsertim pluralitate solutionum, & notabili quantitate pecuniarum solutarum, ex quibus robur sumit eadem confessio, & præiudicat etiam Ecclesiæ *Lotter. de re benef. quæst. 38. num. 142. & seqq. lib. 1. Gregor. decis. 275. num. 4. ibi Adden. n. 19.*

Rot.

Rot. dec. 27. num. 1. post Zacch. de soc. offic. & dec. 15. n. 16.
16. part. 6. recent. prout in fortiori, quod solutiones
7 factæ ab eo, de cuius mandato non apparet, con-
currentibus adminiculis constituant recipientem in
quasi possessione exigendi, tradit idem *Modern. de*
manut. obseru. 35. num. 71. & 73. Rot. post d. tract. dec. 318.
num. 6. & 7. & dec. 43. num. 3. & seqq. post Pacific. de salu.
interdict. nec dissentiunt allegati *per Add. ad Greg.*
d. decis. 275. num. 22. quia loquuntur in terminis solu-
8 tionum factarum per Æconomos sequestrarios, vel
Depositarios, qui nullum habent mandatum, ne-
que verum, neque præsumptum à principali, vndè
eorum dicta non procedunt in isto casu, cum pro-
uisores sint legitimi Procuratores ipsius Ecclesiæ,
& plenum habeant mandatum in negotijs ad eam
9 spectan. tàm iudicialibus, quàm extraiudicialibus,
vt ex Summ. Archihospitalis num. 4. & sequentibus, et
num. 10.

Ad secundum verò quod huiusmodi quasi pos-
sessio proueniat ex titulo, seu causa temporali, ac
resolubili, satisfactione scilicèt crediti scutorum
1200. monetæ Ioannini Auctoris dicti Archihospi-
talis, quod cum ex solutionibus annuatim factis hu-
10 ius legati prætenderetur extinctum, resoluta etiam
proinde remanserit quasi possessio, & per conse-
quens nulla danda sit manutentio, fuit responsum
prout in alia *decis. vers. minus obstat* cessionem huius
legati facti Ioannino per fratres de Obseruantia non
11 fuisse temporaneam, vsque quo de annuis fructibus
legati fuisset de prædicto eius credito satisfactus, sed
perpetuam, cum huiusmodi legatum illi fuerit assi-
gnatum in solutum, vt patet ex eodem Instrumento
cessionis ibi, *Cesserunt, & in solutum dederunt dicto*
Ioannino legatum scutorum 80. *in perpetuum*, nam da-
12 tio in solutum facit venditionem, & in recipientem
transfert dominium *l. fin. ff. quibus ex causis in possess.*
eat. l. si prædium in fin. C. de euict. Roland. cons. 86. num. 5.
lib. 4. Dec. cons. 586. num. 7. & 8. Rot. decis. 52. num. 10.
par. 6. & dec. 621. num. 19. par. 7. recentior. Concurrente
13 præsertim clausula *in perpetuum*, quæ importat to-
talem translationem dominij *Rol. dicto cons. 86. nu. 12.*
& 13. Rot. d. dec. 52. num. 11. cum alijs cumulatis in
præterita.

Quod autem dicta cessio non fuerit obseruata ex
eo, quod Ioanninus auctor Archihospitalis de anno
1919. exegerit legatum vigore ordinis prouisoris,
vt in Summar. Archihospitalis num. 5. his verbis, *e questi*
se li pagano con espresso ordine del Guardiano del detto
Conuento per esser egli come disse Creditore del detto
Conuento, itaut non exegerit tanquam cessionarius,
sed vti creditor, & tanquam talis fuerit enunciatus
in aliquibus alijs ordinibus factis à prouisoribus ibi,
Già creditore, vt in eodem Summ. num. 6. & 7. Etenim
placuit DD. responsio, quod in primo tantum ordi-
ne de anno 1619. fuit enunciatus simpliciter credi-
tor, sed in subsequentibus fuit dictum *già Creditore*,
& in alio ordine fuit enunciatus cessionarius, *vt in*
Summ. num. 7. litt. B. & quod magis est, datur senten-
tia lata super illius confirmatione, citato Prouisore,
& Administratoribus Ecclesiæ de Anima, *vt in eo-*
dem Summar. num. 4. itaut non sit amplius dubitan-
dum, quo titulo huiusmodi solutiones factæ fuerint
ad Text. in l. 2. C. de acquir. possess.

Neque obstat, quod Constitutiones Summorum
Pontificum, quæ dictos fratres de Obseruantia, vt
16 prætenditur, legati perpetui, reddunt incapaces,
munitæ sint decreto irritanti, quod inficit titulum,
& possessionem, quia cum dubitari possit, an di-
ctum decretum intret necne, interim Archihospita-
17 lis possessor manutenendus est in sua possessione, eo
non obstante, vt in his terminis, *Rot. coram Card.*
Seraph. decis. 1471. num. 5. post Modern. de manut. decis.
139. num. 12. & decis. 183. num. 5. & 6. in Hydruntina Be-
neficij 30. Octobris 1613. & Salernitana Præbendæ 10.
Nouembris 1617. coram bon. mem. Vbaldo senior. in re-
centior. decis. 341. num. 3. decis. 514. num. 4. & decis. 652.
num. 3. par. 1. dec. 48. num. 5. par. 5. & latè fuit dictum *in*
Casenaten. seu Sarsinaten. Emphyteusis 27. Iunij 1640.
vers. non obstant priuilegia coram R. P. D. meo Ghislerio,
vbi etiam redditur ratio, quia licet decretum irri-
18 tans annullet possessionem, quoad iuris effectum,
non tamen tollit detentionem, & insistentiam, quæ
solum sufficit ad manutentionem.

Demum ad secundum quod hæreditas Iacobi,
qui huiusmodi legatum instituit non sit soluendo,
19 non iustificatur, & quousqe non docetur de tali in-
sufficientia, de iure ea præsumitur opulenta, vt tra-
dunt *Conar. in cap. si hæres sub nu. 9. vers. etsi minimè de*
testam. Card. Seraph. dec. 1394. num. 4. & 5. Reuerendissi-
mus Vrgellen. dec. 1. num. 33. & in his terminis *Rot. decis.*
696. sub nu. 2. vers. nam quousque par. 1. recent. vbi quod
20 hæres quousque non docet hæreditatem non
esse soluendo, tenetur ad præstationem legatorum,
& cætera hæreditatis onera.

21 Quæ repetebantur circa subreptionem beneplaci-
ti Apostolici, incapacitatem fratrum legatariorum,
nullitatem dationis in solutum, & alia tamquam
respicientia merita causæ optimo iure fuerunt in
22 præterita reiecta ad petitorium, quia non sunt exa-
minanda in hoc iudicio summarijssimo manutentio-
nis, in quo non admittuntur exceptiones respiciente
petitorium iuxtà stylum.

Ex quibus, & alijs deductis in alia decisione pla-
cuit DD. persistere in decisis, & concedere Archi-
hospitali petitam manutentionem. Vtraque &c.

TOLETANA CANONICATVS POENITENTIARIÆ.

Mercurij 4. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Electores quando se coarctant ad duas tantum perso-
nas, tamquam digniores, cum ex hoc censeantur ex-
clusisse cæteros concurrentes, & si vnus ex eis mo-
riatur superstes dicitur electus, ita vt nullo modo
variare possint, & quare? Aetas aticulus ex quibus
dicatur probata?

SVMMARIVM.

1 *Electionem habentes ad eligendum ad beneficium*
possunt ex pluribus se restringere ad duos tantum,
& num. 20.
2 *Quod procedit, siue talis coarctatio proueniat ex*
ipsorum voluntate, siue ob defectum aliarum per-
sonarum idonearum.
3 *Eligentes dum ad duas tantum personas se restrin-*
xerunt, si vnus ex illis moriatur, superstiti debe-
tur beneficium.
4 *Electio quando est facienda vni ex duobus, mortuo*
vno, electio necessariò facienda est de superstite,
& num. 7.
5 *Auditor Rotæ deputatus, potest conferre beneficium*
absque alia commissione ad euitandos circuitus su-
perfluos, & num. 6.
8 *Beneficium, quod sit collatum alieni, vel quod ei de-*
beatur, paria sunt, ne alteri fiat collatio.
9 *Exclusio aliquorum indicat inclusionem non ex-*
pressorum, & num. seq.
11 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
12 *Vocati quando sunt aliqui ex pluribus, cæteri cen-*
sentur exclusi.
13 *Eligentes quando ad certas personas se restrinxe-*
runt,

runt, sequitur, quod extra eos, alios non possent eligere, & n. 14. 15. & 16.

17 *Dictio dumtaxat se restringit ad expressa, ita ut cetera excludat.*

18 *Dictio* dumtaxat *cum sit restrictiua ad expressa ita ut quoad reliqua non solum habeat vim tacitæ prohibitionis, verum etiam expressæ.*

19 *Verbum* teneatur *inducit formam, & importat necessitatem.*

20 *Electio restringi potest, & coarctari ad duas personas eligendas, vel ex voluntate eligentium, vel etiam ex accidenti.*

21 *Electio illa est propria, quando ex duobus vnus præficitur.*

22 *Consuetudo an valeat, quod eligentes se restringant ad certum genus personarum.*

23 *Matrimonium metu contractum nullum est, siue quis fuerit coactus contrahere cum certa muliere, siue ad contrahendum cum incerta de certis.*

24 *Electionis conditioni non repugnat, quod electio fiat inter duos.*

25 *Eligentes dum spontè se restringunt ad duos, vel tres id facere validè valent.*

26 *Secus verò si restringerentur per superiores, quia id esset contra libertatem Electionis.*

27 *Electio facta pendente lite est nulla, & attentata, quod procedit, siue lis pendeat inter electos, siue inter electos, & electores, ibidem.*

28 *Ætatis discussio inter eligendos est actus iudicialis, & præiudicialis.*

29 *Actus extraiudicialis per contradictorem efficitur iudicialis.*

30 *A decreto inhabilitatis datur appellatio.*

31 *Appellatione pendente gesta sunt attentata, & maximè si secuta fuerit appellatio.*

32 *Appellationis causa iustificata eo magis intrant attentata, quod procedit etiam si appellatio esset extraiudicialis.*

33 *Eligentes admittendo duos discussione meritorum, non possunt interim sine iusta causa alterum ex illis excludere.*

34 *Res, quando amplius non est integra, non est amplius voluntaria, & num. 36. & 37.*

36 *Ius ad rem considerabile dicitur quæsitum ab eo, qui qualitates necessarias pro ipsius electione verificauit.*

38 *Metam si duo ex pluribus insimul concurrentibus attigerint vno, & eodem tempore ipsi soli cæteris exclusis iterum currere debent.*

39 *Ætas alicuius ex quibus satis dicatur probata?*

40 *Falsitatis sola suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate.*

41 *Falsitatis suspicio tollitur ex adminiculis, & coniecturis in contrarium.*

42 *Falsi suspicio etiam in ciuilibus, non habetur pro falsitate, vbi pro veritate adsunt coniecturæ.*

43 *Coniecturæ illæ attendendæ veniunt, & præualent, quæ pugnant pro Instrumento.*

44 *Probationes si hinc inde sint pares, non debet reprobari Instrumentum, quia in dubio pro eo præsumitur.*

45 *Ætatis probatio illa est melior, & paratior, quæ fit per fidem Baptismatis.*

46 *Legalitas libri Baptismatis ex quo dicatur probata?*

47 *Falsitatis suspicio tollitur ex Testibus, maximè si sint numero plures.*

48 *Instrumentum laborans vitio visibili suppleri potest ex Testium depositionibus.*

49 *Ætas probatur per Testes informatos, & reddentes rationem sui dicti, & num. seq.*

50 *Ætas etiam probatur per testes singulares.*

51 *Ætas ad effectum, vt quis possit promoueri ad Ordines, regulariter computatur potius à tempore Baptismi, quàm Natiuitatis.*

53 *Promotus ad ordinem Subdiaconatus censetur habuisse ætatem sufficientem, quam pro forma requirit Concil. Trident. sess. 23. cap. 12. de reform.*

54 *Falsitatis suspicio cessat, quando non apparet de aliquo interesse.*

55 *Mater censetur habere notitiam ætatis filiorum, eiusque attestationi in hac materia plurimum defertur.*

Præsertim si fuit facta tempore non suspecto, & mater ignorabat, an eius assertio esset filio profutura, vel non.

56 *Quod procedit etiam si adesset præsumptio in contrarium, & n. 57.*

58 *Falsitas partita libri Baptismatum penitùs excluditur, ex quo fuit in iudicio approbata.*

59 *Sententiæ faciunt transire instrumenta in perpetuam fidem.*

60 *Probatio legalitatis, & fidei scripturæ resultat ex pluribus simul iunctis tendentibus ad eundem finem, & inuicem sibi adminiculantibus.*

61 *Actus eum de sui natura sit difficilis probationis optimè probatur per coniecturas, & indicia.*

62 *Ætas quadraginta Annorum dicitur longeua ad effectum probationis, & multò facilius probatur per coniecturas.*

DECISIO CXXXI.

POst binas decisiones æmanatas coram me sub die 22. Aprilis 1641. & 19. Iunij Agentes Capituli iterum redierunt ad defectum ætatis aliàs oppositum, & sublatũ in decisione emissa sub die 25. Iunij 1640. coram bo. me. Coccino, & coram me sub die 22. Aprilis 1641. & tàm ex hoc capite, quàm ex alio, etiam non validæ electionis dicebant substineri non posse sententiam Rotalem adiudicantem Canonicatum, de quo agitur Doctori Michaeli Ferrer, sed articulo semel, & iterum maturè discusso; DD. steterunt in decisis, & sententiam Rotalem confirmandam esse responderunt.

Nàm quod attinet ad electionem, visum fuit irrefragabile fundamentum, aliàs ponderatum coram me sub die 19. Iunij 1643. quod cum Capitulum se
1 coarctauerit ad eligendũ vnum de duobus, Michaelem scilicèt, aut Bezzerram, prout facere poterat, cum id non solum non sit de iure prohibitum *Innoc. in c. Constitutis 46. in princ. vers. tu dic cum de duob. de App.* quinimmò concessum *Host. in d. c. constitutis n. 2. vers. tu verò dicas Io. Andr. num. 5. vers. sed ipse tenet Butr. n. 11. Bellam. n. 2. ad fin. vers. sed ipse*, quemadmodum viuente Bezzerra cogi potuisset à superiore
2 ad eligendum alterum ex his duobus, siuè dicta coarctatio prouenerit ex voluntate eligentium, siuè ob defectum aliorum idoneorum, absq. eo quod læsa diceretur libertas in electione requisita, *Card. Zabar. in d. cap. constitutis num. 4. vers. Innocentius videtur dicere Præposit. n. 11. vers. tamen post fieri Butr. n. 3. & 11. ad fin. Alex. de nouo n. 18. vers. sed ipse tenet Butr. sexto nota, & num. 16. bene Imol. n. 2. & ità resoluisse S. Congr. Concilij; testatur Fr. Sigism. à Bonon. de elect. dub. 50. aliàs 25. sub num. 5. vers. quod sane verissimum est par. 2.* Ità etiam per eius obitum, redacto
3 idoneorum numero ad Michaelem tantum, sibi soli debetur Beneficium, vt in fortioribus tradit *Garz. de benef. par. 2. cap. 2. numer. 221. & sequuntur Modern. Alex. in prax. sub. concurs. requisit. 4. dub. 11.* & generaliter de electione facienda vnius ex duobus, quod
4 mortuo vno, necessaria remaneat electio de super-

stite per regulam text. in l. stichum, aut Pamphilium
95. §. Quod si promissoris, ff. de solut. notat ibi Bart.
num. 1. vers. venio ad secundum & numer. 5. vers. si an-
te, consuluit Bald. cons. 324. num. 1. vers. nam conditio
libr. 2. præter alios cumulatos in decis. diei 22. Aprilis
1641. coram me, vers. quod facilius.
Et propterea attento prædecessu Bezzerræ, ne-
dùm Capitulum cogi potest ad eligendum Michae-
5 lem superstitem, sed ipse ad euitandos circuitus hu-
iusmodi Canonicatum obtinere debet à Rota in vim
Clem. Auditor de rescript. eo quod Auditor deputa-
6 tus supplere potest consensum Capituli, & procede-
re ad ipsius Collationem absque alia Commissione,
vt disponit text. d. Clem. ibi Auditor in Roman. Curia
deputatus à Nobis de beneficio, quod pronunciabit ali-
cui forte de iure debitum, poterit sibi absque alia com-
missione, vt euitetur Circuitus, prouidere, & dixit Ro-
ta in Legionen. Canonicatus 25. Octobris 1574. co-
ram s. m. Clem. PP. 8. tunc Rotæ Auditore impress. apud
Marches. de commis. fol. 366. quia, dum mortuo Bez-
7 zerra, idoneiores ad Michaelem solum fuerunt re-
dacti, ipse propterea deb t habere huiusmodi Cano-
nicatum absque alia electione, vt in terminis Dec.
cap. 1. num. 15. vbi silu. Aldobr in Addit. lit. G. de elect.
cum alijs per Menoch. cons. 1226. num. 3. vers. Ità quo-
que, & seq. & meritò, nàm paria sunt, quod illi
8 fuerit collatus iste Canonicatus, vel quod ei debeatur
ad effectum, ne alteri fiat collatio Rot. in Burgen. Ca-
nonicatus coram bon. me. Pamphilio penes Marches. di-
cta par. 1. fol. 142. sub num. 2. vers. cum pluribus paria
sunt, quod alicui.
Capituli autem coarctatio controuerti non po-
test, nedùm quia post primum scrutinium, in quo
inter omnes concurrentes plura, & æqualia vota
habuerunt dd. Ferrer, & Bezzerra fuit inter hos duos
solos secũdum scrutinium, vndè ista cæterorum con-
9 currentium exclusio indicat coarctationem ad duos
qui in secundo scrutinio fuerunt admissi Bald. in l.
Tribunus, §. fin. nu. 2. ff. de Testam. milit. Bece. cons. 55.
num. 31. & seqq. Surd. cons. 279. num. 21. vers. & est tex-
10 tus, quoniam hos duos solos admittendo ex pluri-
bus alios reiecisse censetur, vt tradit idem Surd. cons.
467. num. 5. & seqq. ex text. in cap. nonne, cum ibi no-
11 tat de præsumpt. eo quod istorum inclusio fuit cæ-
terorum inclusio l. cum Prætor, ff. de Iudic. Surd. cons.
262. n. 14. cum similibus.
Sed etiam quia, peracto dicto secundo scrutinio,
in quo vota iterum fuerunt æqualia, Capitulũ man-
dauit sumi informationem solum de qualitatibus ip-
12 sorum ad effectum tradendi possessionem magis qua-
lificato, quam ob rem apertè declarauit, quod cæte-
ri omnes essent exclusi, & ipsi duo tantummodo vo-
cati Bart. in l. 2. §. videndum num. 2. circà med. vers. sed
ex eo, ff. ad S. C. Tertull. Natt. cons. 581. num. 28. Rot.
dec. 401. nu. 14. & 15. par. 5. rec. & in terminis electio-
nis Buratt. dec. 547. nu. 1. ad fin. vers. secundo dicitur.
Et clariùs ex decreto deputationis Commissarij
pro verificanda, ante reliquas qualitates, ætate
13 Ferrer, cuius defectus ei fuerat à Bezzerra opposi-
tus, & ordinatione, quod illi duo soli deponerent,
prout cum effectu deposuerunt scut. 400. pro quo-
libet, & cæteris ponderatis in dicta dec. diei 19. Iunij
164 . à §. primò enim, vsque ad §. ex his autem, cum
enim illi actus clare ostendant Capitulum in hos
duos solùm extendisse oculos, & voluntatem ha-
14 buisse eligendi vnum ex ipsis, sequitur, quod ad eos
ità se coarctauerit, vt non possit postea ab altero il-
lorum recedere, vt per text. in d. cap. constitutis, ibi
vnum eligerent de duobus, in quos partes videbantur
oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis vtilem, & ido-
neum iudicarent, de appell. docuerunt Anan. ibi nu. 3.
15 vbi dupliciter exemplificat hanc coarctationem
vno modo, si eligentes ad hoc se adstrinxerunt in
tractatu, vel quia in numero illorum non erant ni-
si duo Idonei Bald. num. 12. vers. & primo quæro, vl-
tra Io. Andr. & alios adductos in præterita §. & demum
quia.
Idque non solum ex dispositione iuris communis
sed & fortiùs ex præcisa necessitate Constitutionis
s. me. Greg. Papæ XV. clarissimè præcipientis, quod
16 in huiusmodi Canonicatibus electio non solum fa-
cienda sit ex concurrentibus, sed etiã ex ijs dumtaxat
quos intèr concurrentes magis habiles, & idoneos
Capitulum iudicauerit, ibi, ad Canonicatus, & præ-
bendas Pœnitentiarios huiusmodi, illi dumtaxat con-
currentes, qui peracto examine cæteris omnibus Iudi-
cio ipsorum Ordinarij, & Capituli magis habiles, & ido-
nei reperti fuerint, assumi, seu eligi teneantur, ex quo
17 nedùm dictio taxatiua dumtaxat præter repertos
magis habiles, cæteros excludit Cardin. in Clem. 1.
vers. nos igitur de summ. Trinit. & fid. Cathol. Decian.
cons. 34. num. 31. lib. 3. Barbos. dict. 97. num. 4. & quoad
18 alios habet vim, non solum tacitæ prohibitionis,
sed expressæ Roman. cons. 114. num. 5. Grat. d. dict. 47.
num. 2. Barbos. d. dict. 97. in fin. Amat. dec. March. 14. nu.
19 14. verum etiam verbum, teneantur formam, & ne-
cessitatem importat Paris. cons. 19. numer. 132. libr. 1.
Barbos. dict. 405. num. 1. Magon. dec. Florent. 7. num. 10.
& 11. Menoch. dec. Lucen. 53. num. 34. Rot. decis. 276.
num. 2. par. 1. rec.
Neque dici potest coarctationem de iure fieri
posse solum ad certum genus personarum veluti ad
eligendum ex aliquo Collegio, non autem ad duos
solos, nempè Michaelem, & Bezzerram, quia con-
20 trarium in puncto, quod imò electio restringi pos-
sit ad duas personas eligendas, vel ex voluntate
eligentium, aut ex accidenti, quando electio fieri
debet ex certo gremio, in quo non sunt, nisi duo
idonei, tradit Franc. in d. cap. Constitutis numer. . de
appell. & ratio est, quia quando duobus vnus præfi-
21 citur, ibi propriè est electio, vt ex Host. in d. capit.
Constitutis tenuerunt ibi Io. Andr. num. 5. vers. Et vt
dicebat. Host. Butr. nu 11. ad med. vers. & dicebat Host.
Bellamer. num. 3. Neque contrarium dicunt allegati
22 per informantes per Capitulũ, Nam Siluestr. in sum-
mar. in verb. elect. 1. num. 26. quærit solum, an valeat
consuetudo, quæ electionem restringit ad certum
genus personarum.
23 Couarrun. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 8. loqui
tur de matrimonio metu contracto, quod nullum
est, siuè fuerit quis coactus ad contrahendum cum
24 muliere certa, aut ad contrahendum cum incerta
de certis, imò sub n. 9. vers. nec mihi placet, expres-
sè dicit, quod intèr duos electio optimè contingit,
nec repugnat conditioni Electionis.
Rodericus autem de regul. tom. 2 qu 52. art. 11. non
25 negat eligentes ex eorum libera voluntate, vt in isto
casu posse se coarctare ad duos, vel tres, sed tantum
26 negat eos coarctari posse à superiore, vel alijs, quia
lederetur libertas electionis, quæ non leditur, quan-
do coarctatio fit à se ipsis.
Hinc nihil prorsus releuat obiectum in hac tertia
propositione causæ denuò repetitum, quod ante o-
bitum Bezzerræ Capitulum deuenerit ad illius ele-
ctionem, quia huiusmodi electio fuit manifestè at-
tentata, non solùm ex rationibus deductis in alijs
27 decisionibus huius causæ, sed etiam quia, cum lis
penderet super cognitione ætatis, vt apparet ex li-
bello, citationibus, & instantijs per Michaelem fa-
ctis, prohibita erat electio, seu variatio, siuè lis pen-
deret

deret inter electos, & electores, vt notat *Innoc. in cap. auditis num. 2. vers. sed tamen credunt isti de elect. et in cap. cum venissent num. 7. de integr. rest. Lancellot. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. limit. 22. num. 10. et 11. Ferrett. cons. 292. num. 15. Lotter. de re benef. libr. 3. qu. 17. nu. 23. et 142.*

28 Tantò magis quia discussio ætatis est de sui natura iudicialis, & præiudicialis *cap. si fortè 11. de elect. in 6. Clem. dispendiosam de iudic. Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 214.* Accedente præsertim contradictore,
29 qui actum extraiudicialem transire facit in iudicialem *Lambert. de Iure patr. par. 2. lib. 1. q. 9. art. 12. nu. 1.* Vndè eo minus, discussione pendente, poterat ad vlteriora procedi *d. cap. fortè de elect. in 6. Lambert vbi sup. d. par. 2. lib. 2. qu. 1. art. 9. nu. 12.*

His accedit electionem Bezzerræ falsam fuisse ex supposito defectu ætatis in Michaele; Capitulum enim declarauit illum inhabilem ex hac causa, &
30 posteà, eo excluso, elegit Bezzerram, ab hac autem declaratione inhabilitatis dabatur appellatio suspẽsiua *Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 824. Gonzal. in annot. contra nullit. et attent. num. 167. Rot. in Melenitana*
31 *na Maresciallatus 26. Maij 1641. cor. Reuerendiss. D. meo Decano.* Ideoque gesta pendente termino appellationis, & præsertim subsequuta, excusari non possunt à vitio attentatorũ *cap. non solum de appell. in 6.*

Et prò horum corroboratione valdè ponderabát DD. grauamen Iniuctum Michaeli, dum postea
32 per sententias Ordinarij, ac Rotæ fuit declaratus legitimæ ætatis. Iustificata enim causa appellationis, faciliùs intrant attentata, etiamsi appellatio fuerit extraiudicialis, vt relato *Lancellot et alijs Rotæ decisionibus firmatum fuit in postrema decis. huius causæ coram me, vers. Quibus addi potest.*

Sed præterea placuit alia responsio; quod cum Capitulum peracto secũdo scrutinio inter solos Michaelem, & Bezzerram cæpisset viam discussionis meritorum per admissionem eorum ad probationes faciendas, ad effectum tradendi possessionem magis nobili, vt apertissimè declarauit in decreto, ibi, *y porque para proceder à verification de calidades de nobleza, y dar la possession à quienmas bien la prouasse*
33 non erat propterea ampliùs in ipsius libertate absque iusta, & legitima causa, eligendo Bezzerram, excludere Michaelem, quamuis etiam alias non facta dicta admissione, id facere non potuisset, quia
34 scilicet res non erat amplius integra ad notata *in cap. publicato, vbi glos. in verb. variare de elect. in c. 1. et 2. vt lit. pend. in 6. et in terminis Rot. apud bo. me. Coccinum dec. 215. num. 13. et 14.* maximè, quia dũm ex dicta constitutione Gregoriana ille dumtaxat ex concurrentibus assumendus est, seù eligendus
35 qui iudicio Ordinarij, & Capituli magis habilis, & idoneus fuerit repertus, Michael ideircò verificando posteà qualitates necessarias, acquisiuerat ius ad rem considerabile, itaùt non nisi ex iusta causa repelli posset *Escobar. de purit. sang. par. 1. qu. 9. nu. 106. & 150. & qu. 13. §. 4. num. 15. Put. dec. 252. num. 2.* & *3. lib. 3. in correct.* & *bene Mandos. cons. 51. ex numer. 7. vers. secunda igitur declaratio vsque ad decimam*, vbi
36 quod acquisiuit ius considerabile etiam in re, & quod hoc etiam fatetur *Cassad. dec. 18. num. 5. de præbend.* nec dissensit *Mohed. dec. 1. eod. tit.* quia intelligitur secundum *Cassador.* quem allegat prò fundamẽto resolutionis, ac etiam loquitur tantummodo de
36 simpliciter concurrentibus, non autem de ijs, qui inter concurrentes fuerunt à Capitulo Idoneiores declarati, vt in simili, quod si duo ex pluribus simul concurrentibus metam attigerint vno, & eodem
38 tempore ipsi soli, exclusis cæteris, iterùm currere debeant, quia licèt inter se victores non extiterint, nihilominus respectu cæterorum victores exiterunt, præter *Bald. in prohem. ff. §. itaque nu. 13. post med. vers. sed numquid concurrent hi duo, & alios alleg. in præterita dec. §. Et demum quia ad fin.* latè firmat *Vasqu. controu. illustr. 82. vbi de receptiori lib 3.*

Quo verò ad secundum caput ætatis, super quo hodie specialiter fuit inita disputatio, probari visum fuit Michaelem de anno 1631. quo se opposuit
39 ad istum Canonicatum, fuisse in legitima ætate 40. annorum, tàm ex deduct. in *dec. bo. mem. Cocci. à §. Quod autem vsque ad §. iustificatis*, quam etiam coram me *sub die 22. Aprilis 1641. à § secundum quod vsque ad §. Tertio contra Iustitiam*, in quibus fuit abunde satisfactum omnibus, quæ prò Capitulo denuò repetebantur.

Nec fidem aliquarum scripturarum minui debe-
40 re ex prætenso vitio visibili, licet in Ciuilibus sola suspicio sufficiat, vt notat *Cranett. cons. 134. nu. 26.*
41 cum alijs ad propositum allegatis; quia omnis defectus abundè suppletur ex pluribus adminiculis, vt consuluit *Alex. cons. 114. nu. 14.* & *18. lib. 6. Cranett. cons. 28. n. 9. Natt. cons. 132. n. 1. in fin. & seq. Bertazol. cons. 521. nu. 6. & 7. vbi quod omnes admittunt lib. 2. Menoch. cons. 48. n. 22. Surd. cons 173. n. 56. & seqq. vbi sub n. 60. vers. 2. respondeo*, respondet ad id, quod in
42 ciuilibus suspicio falsi habetur pro falsitate, *& cons. 263. n. 6. Beltra ad Greg. dec. 546. sub num. 17. vers. nec etiam procedit regula Add. ad Buratt. dec. 611. sub numer. 15. vers. Et quia Gasp. Ant. Thesaur. qu. 47. nu. 3. in fin. lib. 1. Rot. dec. 610. n. 1. & 2. par. 1. diuers.* Et in
43 dubio coniecturæ illæ attenduntur, & prǽualent, quæ pugnant prò Instrumento *Bart. in l. 1. §. si quis neget n. 1. 2. ad med. vers. sed si essent, ff. quemadm. testam. aper.* vbi dicit, quod si probationes hinc inde sint paris potentiæ, non reprobatur Instrumentum,
44 quia in dubio pro eo præsumendum est *Neuizan. cons. 68. n. 34. in fin. Surd. d. cons. 173. n. 58. & cons. 535. num. 7. Franc. Marc. dec. 163. n. 18. Caualler. dec. 205. num. 10.*

In præsenti verò, nedum plura adsunt adminicula, sed plenę probationes, quæ circumscripta etiam fide Baptismatis, satis essent ad probationem ætatis.

Namq; vltra legalitatem libri publici ad hunc finem deputati ex dispositione *Sacr. Sanct. Concil. Tri-*
45 *dent.* quæ est melior, & paratior via, qua dicta ætas possit probari, vt latè firmat *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 49. num. 32.* Adsunt plures Testes in partibus
46 examinatis deponentes, tàm super dicti libri legalitate, & fide *Summ. Michaelis n. 2.* quàm etiam super veritate, & certitudine d. Partitæ *d. Summ. num. 3.* & præsertim Parochus, qui vidit hanc eandem partitam ante oppositionem ad hunc Canonicatum, quo tempore omnis prorsus aberat suspicio, & testatur d. librum semper in eius custodia retinuisse, & Io: de Agramonte, qui deponit vidisse d. partitam de anno 1613. occasione extractionis alterius partitæ *Summ. n. 4.* nam ex dictis testibus specificè de illa deponentibus comprobatur veritas illius, & cum sint num. plures, excluditur omnis falsitatis suspicio
47 *Cranett. cons. 65. num. 13. Menoch. præsumpt. 20. nu. 55.*
48 *lib. 5.* & in specie, quod Instrumentum laborans vitio visibili suppleri possit ex testium depositione, latè comprobat alios citans, *Surd. d. cons. 173. nu. 55. ante med. vers. & quod Instrumentum*, mutuo enim se iuuant scripturæ, & testes, vt inquit *Bald. cons. 444. n. 3. in fin. lib. 1.* accedentibus pręcipuè alijs 60. testibus, qui deponunt d. Michaelem natum, & Baptizatum fuisse in Parochia S. Saturnini de an-

no 1590. & esse maiorem natu, non solum Michaele
40 Secundo, sed etiam alijs omnibus suis fratribus,
reddentibus optimam rationem eorum dicti quia
alij inter fuerunt baptismo ipsius, & Ientaculo in
Baptismo natorum præstari solito, alij verò, qui
sunt vicini familiares, & domestici, cum viderunt
in Infantili ætate, & respectiuè cognouerunt ambos
fratres eiusdem nominis Michaelis, & quod maior
natu est Michael, nam secundus obijt vsque de an-
no 1605. & præsentes fuerunt, quando fuit sepultus
in Monasterio Sancti Francisci, ac etiam cognoue-
runt alios fratres ab infantia, & vocabant istum
50 Michaelem *il Vecchiarello*, quia licèt esset maior
natu, tamen erat minor statura, ità vt istis nulla
dari possit probatio melior, vt præter *Bart. in l. de*
ætate n. 7. vers. sed si haberi ff. de minor, & cæteros cu-
mulatos in dicta decisione Coccini, §. Et adsunt etiam
testes, & coram me die 22. Aprilis 1641. §. sciendum,
quod probant etiam *Lotter de re benef. d. lib. 2. qu. 49.*
n. 36 Vinc. de Franch. dec. 119. n. 10. Rot. dec. 737. nu. 1.
& dec. 779. n. 3. par. 3. & dec. 45. n. 13. par. 6. recent. &
51 plenè probant dictam ætatem; quamuis etiam essent
singulares *Lotter. vbi supra dicta qu. 49. n. 37. Rot. di-*
cta dec. 45. n. 11. & firmatur in d. dec. Coccini.

Plurimum etiam vrgebant vltra deducta in alijs
decis. Primò Informationes sumptæ prò assequen-
dis ordinibus minoribus de anno 1610. & promo-
tione ipsius Michaelis ad Subdiaconatum die 19.
Septembris 1615. in quibus producta fuit eadem
met fides Baptismi per Parochum, & Notarium
extracta ex libro Ecclesiæ Parochialis S. Saturnini
per Parochum cũ examinatione testium, cum enim
de eo tempore Michael ad S. Subdiaconatus ordi-
nem ex defectu ætatis promoueri non potuisset, si
attendenda esset partita S. Nicolai continens Bap-
tismum Michaelis Secundi, die 3. Octobris 1594. eo
52 quod, siue attendatur tempus Natiuitatis, siue
tempus Baptismi, quod regulariter attendi debet,
non fuisset de eo tempore completus annus 21. &
incæptus annus 22. vt prò forma requirit *d. Conci-*
lium Tridentinum sess. 23. cap. 12. de reform. adeò vt
si vna hora deficiat, incurratur suspensio, & exer-
cendo irregularitas, non est præsumendum Michae-
lem, etiam tempore non suspecto, & quo huiusmodi
53 concursus diuinari non poterat, incidere voluisse
in dd. pœnas, & officiales sui muneris oblitos vo-
luisse oscitanter promouere inhabilem, vt in his ter-
minis arguit *Rot. d. dec. 45 n. 23. & 24. par. 6. rec. &*
probauit prima decisio coram me, vers. Et ad hunc ef-
fectum.

Secundò, quod eadem partita Baptismi fuit etiam
per Michaelem producta de anno 1629. in prima
oppositione, vndè cum ex ea appareret de insuffi-
cienti ipsius ætate, nulla perinde alterationem
in ipsa adesse constat, quia si alterata fuisset, vtiq;
legitima ipsius ætas vsque de eo tempore apparuis-
set, & ideò cum de eo tempore cessaret omnis vti-
litas, indè prorsus excluditur omnis præsumptio
falsitatis *Rub. Alex. cons. 15. n. 3. & 6. Crauett. cons. 75.*
n. 13. 17. & 18. Roland. à Vall. cons. 38. nu. 38. & seqq.
lib. 1 Menoch. cons. 283. n. 15. Honded. cons. 109. num. 23.
lib. 1. Farinac. de falsit. q. 153. n. 204. et seqq.

Tertiò, Testamentum Matris conditum de Anno
1611. & sic sex annis post obitum Michaelis Secun-
di, sequutum de anno 1605. in quo licèt haberet
duos filios tunc viuentes, Antonium, & Ioannem
natos de annis 1592. & 1593. respectiuè, nihilomi-
nus huic Michaeli Maiori natu legauit quędam bo-
na stabilia, quod proindè cõcludenter ostendit eum
natum fuisse de anno 1590. nam, quod in huiusmo-
54 di materia iunctis adminiculis plurimum deferatur
matris Testimonio, ex quo præsumitur veram habe-
re notitiam ætatis filiorum probat text. *in l. etiam*
matris 16. & ibi glos. communiter approbata ff. de pro-
bat. Salic. in l. si minorem n. 6. C. de integr. restit. minor.
Bart. cons. 92. n. 5. vers. nec obstat, quod si Mater lib. 1.
Bal. cons. 19. lib. 5. Soccin. Iun. cons. 3. n. 9. lib. 2. Lotter. de
re benef quæst. 47. n. 89. et 90. lib. 2. Mascard. de probat.
concl. 668. n. 10. & 15. Rot. dec. 200. n. 3. par. 2. rec. et in
Tridentina Canonicatus coram Iusto, quæ est dec. 262.
n. 3. post lib. 2. cons. Farin. quando præsertim, vt in
isto casu, vtilitas nedùm erat incerta, sed nec etiam
55 cognita, & Mater scire non poterat, an plus vtili-
tatis, vel damni allatura fuisset huiusmodi assertio,
cùm de eo tempore casus iste præuidere non potue-
rit, & sic nulla fraudis suspicio excogitari, vt con-
ciliatas dictas opiniones inter se diffidentes di-
stinguendo concludit *Sfort. Odd. de restit. in integr.*
qu. 37. n. 57. vers. aut vtilitas est in incerto, & sensit
Rot. apud Mantic. dec. 124. n. 4.

Idque procedit quamuis etiam adesset præsum-
ptio in contrarium, eo quod Michael, quando ma-
56 triculatus fuit in studio compluten. se minorem
professus fuerit, *Curt. Iun. cons. 118. n. 8. Lotter. de re*
benef. dicta qu. 49. nu. 34. & in fortiori de eo, qui in
57 Canonicatu, etiam medio Iuramento se maiorem
asseuerauerat *Soccin. Iun. d. cons. 3. sub n. 15. vers. nec*
prædictis, et seqq. iuncto n. 9. lib. 2.

Quarto demum sententia lata ab ordinario Tole-
tano, qui visa ipsa partita baptismatis, & alijs pro-
bationibus de super factis, non obstantibus opposi-
tionibus Capituli declarauit d. Michaelem de tem-
pore oppositionis ad istum Canonicatum fuisse æta-
58 tis Legitimæ annorum 40. ex hoc enim, quod prò
veritate d. partitæ, quæ prætenditur suspecta de fal-
so, fuerit iudicatum, & ipsa approbata pro certa
in iudicio, prorsus excluditur falsitatis suspicio
Bald. cons. 402. n. 9. lib. 5. Crauett. cons. 70. nu. 4. Bertа-
zol. d. cons. 521. n. 22. vbi quod sententia facit transire
59 instrumenta in perpetuam fidem, *Farinac. de falsit.*
qu. 153. n. 227. Rot dec. 260. n. 1. par. 2. diuers.

Ex quibus omnibus simul iunctis tendentibus ad
eundem finem, & inuicem sibi adminiculantibus,
euidentissima resultat probatio legalitatis, & fi-
dei d. partitæ Baptismi Michaelis, & illius legitimæ
60 ętatis *l. licèt Imperator vbi Bart. ff. de legat. 1. Mantic.*
dec. 21. n. 11. quia ætas, quæ de sui natura est diffici-
lis probationis, optimè probatur per coniectu-
61 ras, & indicia *l. cum de ætate, vbi glos. ff. de probat.*
Socc. Iun. d. cons. 3. n. 2. Rot d. dec. 260. n. 1. vers. ætas enim
62 *par. 2. diuers.* quando maximè agitur de ætate lon-
geua 40. annorum *Bald. cons. 213. n. 4. lib. 2. Mascard.*
de probat. concl. 675. n. 3. Rot. à dec. 45. n. 9. et seqq. p. 5.
recent.

Ex quibus ita fuit conclusum vtraque &c.

VITERBIEN. FIDEICOMMISSI, SEV ATTENTATORVM

Veneris 13. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Optima est decisio ad dignoscendam diuiduitatem,
vel indiuiduitatem sententiæ pro excludenda, vel
admittenda appellatione in sententia, quæ in vna
parte sit appellabilis in alia verò nõ ad intellectum
Ægidianę Constitutionis in possessorijs reiicientis ap-
pellationem; quod scilicet si sententia comprehen-
dit bona Ecclesiastica, & laicalia, cum respectu Ec-
clesiasticorum cesset Ægidiana, illa erit ex omni par-
te appellabilis, vbi ex eadem causa, & actione, vni-
coque Decreto, & capitulo vtraque bona fuerunt
petita, & plura etiam de attentatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Causa simpliciter per signaturam commissa efficit, vt omnia medio tempore gesta sint attentata, quamuis fuerit actum remedio, l. fin. C. de edict. Diui Adriani toll.

2 Appellatio licet de Iure non esset recipienda, nihilominus, si signatura illam admisit signando commissionem simpliciter, causat attentata in eo, quod post sententiam fuit innouatum.

3 Causa per signaturam simpliciter commissa, si altera pars non institit pro reformatione commissionis, sed ea fuerit vsa, dicitur effecta appellabilis non solum ex rescripto signaturæ, sed etiam ex ipsius partis consensu.

Ægidiana etiam in casibus, in quibus locum habere solet cessat, si causa fuit ex partium consensu effecta appellabilis n. 3.

4 Ægidiana non habet locum contra Clericos, & hoc ex defectu potestatis n. 10.

5 Seminaria non possunt recipere nisi Clericos.

6 Habitans in Ciuitate præsumitur scire ea, quæ ibi publicè fiunt, & inspiciuntur.

Amplia conclusionem fortius procedere in sanguine coniunctionis n. 7.

8 Scientiam aliud est esse præsumptam, aliud verè illam oriri ex coniecturis, & præsumptionibus.

Scientia vera probatur etiam coniecturis, & præsumptionibus n. 8.

9 Attentata ad inducenda, sufficit scientia elicita ex notorietate facti, & vrgentissimis coniecturis.

11 Scientia, vel ignorantia non attenditur, vbi vis non stat in facto, seu voluntate partium. & n. seq.

13 Ignorantia in attentatis excusat quidem à pœna, non autem impedit illorum reuocationem.

14 Attentatorum vitio subiacent quæcumque fuerunt gesta ab impetrante contra prohibitionem iuris, vel superioris.

15 Attentata quoties non reuocantur per viam Priuilegij, & attentatorum saltem reuocari debent officio Iudicis, & per viam nullitatis, & n. seqq.

17 Ægidiana Constitutio intrare non potest vbi res controuersa est sub dominio Ecclesiæ quamuis agatur in possessorio, & de solo dominio vtili inter laicos.

18 Ægidiana cessat etiam super bonis merè laicalibus, vbi eadem causa, & actione fuit petita immissio super omnibus bonis eaque vnico decreto, et capitulo concessa.

Sententiæ pars appellabilis, trahit ad se partem non appellabilem, vbi eadem actione, eodemque capitulo continetur n. 18.

19 Sententia vbi corpora sunt distincta, & separata diuidi potest ratione materiæ, & sic in parte executionē habere, & in alia appellationē admittere.

Intellige conclusionem procedere, & in eo casu, quo fuerit lata per capita separata, vel petantur res ex diuersis causis, & actionibus, secus si illa sit omni ex parte indiuidua n. 20. & seqq.

22 Indiuiduitatem sententiæ operatur conceptio illius sub vnica verborum structura.

23 Sententia vnica verborum structura concepta si est in vna parte appellabilis, remanet appellabilis in totum.

24 Sententia non diudicatur indiuidua ratione materiæ sed ratione formæ.

25 Executio nulla in parte est nulla in totum.

26 Dilatione ad examinandum concessa officium Iudicis conquiescit.

27 Sententia dicitur nulla si fuit lata extra diem citationis, & sequentem.

Sententia nulla non cadit sub Ægidiana n. 27.

28 Termini substantiales, vbi fuerunt seruati, tunc omnes dilationes dicuntur reuocatæ intellige, vt num. seq.

29 Iudex non potest reuocare dilationem ad examinādum concessam, si pars petiit terminum ad conficiendum interrogatoria cum dicatur consensisse.

30 Stylum non sufficit probari in genere, sed probari debet in loco præciso, & de actu controuerso.

31 Citatio ad sententiam remanet circumducta, si post illam intimetur examen, & pars petijt terminum ad conficiendum interrogatoria.

Amplia conclusionem procedere etiam quod in petitione termini fuerit apposita clausula sine præiudicio citationis ad sententiam n. 32.

33 Attentata opponuntur etiam in tertia instantia, quamuis Iudex secunda pronuntiauerit super meritis, si pars sententia non acquieuit, sed ab illa appellauit.

DECISIO CXXXII.

PRætendentibus Ignatio, & Vincentio Fratribus de Brunis possessionem bonorum de quibus agitur captam a Francisco altero fratre, pendente termino ad appellandum, esse attentatam, proposui dubium sub die 16. Iunij anni præteriti, An constaret de attentatis, quod tunc fuit negatiue resolutum, sed hodie; reproposita causa super eisdem, ex multis nouiter deductis, fuit recessum à decisis, & prò attentatis responsum.

Quia licèt actum fuerit in remed. l. fin. C. de Edict.
Diu. Adr. toll. In quo Ægidiana prohibet appellationem, sicut in quolibet alio possessorio signatura tamen Iustitiæ commisit causam appellationis simpliciter, cuius rescriptum retrotrahitur ad diem
sententiæ, & operatur effectum suspensiuum, per-
1 inde ac si ab initio fuisset admissa appellatio, adeoque facit, vt omnia medio tempore gesta sint attentata, vt sæpius censuit Rot. in rec. dec. 136. num. 7. p. 6. coram bon. mem. Buratt. dec. 902. num. 2. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 56. n. 4. et in Leodien. Beneficij
4. Iunij 1642. et 1. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bi-
2 chio, Etiamsi alias appellatio non esset recipienda Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. Limit. 6. num. 36. cum seqq. Add. ad Buratt. d. dec. 902 nu. 6. Rot. coram D. Vrgellen. dec. 240. num. 3. et latè fuit dictum in Melenitana Marescialiatus 10. Iun. 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Quæ conclusio facilius est recipienda in hoc casu cum altera pars non solum non institerit pro reformatione commissionis, sed illi consenserit, vtendo & citando ad dicendum contra, adeo vt causa fuerit effecta appellabilis, nedum, vt dictum est ex re-
3 scripto signaturæ, sed etiam ex consensu Partis, qui operatur, vt intret appellatio, & cesset Ægidiana, etiam in casibus, in quibus illa locum haberet, & causa non esset appellabilis Lancellot. vbi suprà parte 3. cap. 24. qu. 31. num. 9. Niccll. super cond. gloss. n. 26. in fin. vers. 12. moderatur, et n. 27. inter tract. magnos. tom. 18. fol. 192. Achill. dec. 8. nu. 2. de Appellat.

Sed vlterius aduertebant DD. hoc casu verè non intrare Ægidianam, cum Vincentius, & Ignatius rei conuenti essent Clerici, quos certum est a dicta
4 Constitutione non Ligari ob defectum potestatis illius conditoris, vt perpetuò tenuit Rota, & signanter in rec. dec. 32. n. 2. par. 1. et coram Buratt. dec. 319. num. 6. et in Auximiana prætensi fideicommissi. 21. Iunij 1640. coram me.

Nec fuit habitum consideratione signaturam commisisse causam simpliciter ex quo sibi constitit de Clericatu, qui nec parti, nec Iudici exequenti

inno-

innotuerat, adeoùt proindè non possint dici atten-
tata, quæ à Parte, & Iudice de Clericatu non infor-
matis antea fuerint gesta.
Quia responsum fuit scientiam Clericatus in
in Francisco plenè probatam fuisse ex aectissimo
sanguinis vinculo, & ex cohabitatione cum fratri-
bus tàm antè, quàm post susceptum oedinem *Sum-
mar. Ignatij, & Vincentij nu. 4.* Et ex qualitate actus
non momentanei, nec clandestinè gesti, sed Cleri-
catus palam, & publicè suscepti, ac habentis tea-
ctum successiuum, & fortiùs ex eo quod erat noto-
rium in ciuitate Viterbij, & Ignatius, ac Vincen-
tius præsente, ac vidente Francisco eorum fratre
morabantur in Seminario ciuitatis, in quo non nisi
5 Clerici recipi possunt *iuxt. præscript. Sac. Concilij
Tridentini sex 23. cap. 18. de reformat.* Continuoque,
ac publicè in tonsuea, & habitu Clericali inseruie-
bant diuinis Offitijs in Ecclesia Cathedrali, & alibi,
adeoùt proindè non possit huius rei allegari igno-
6 rantia, cum omnis habitans in ciuitate præsumatur
scire ea, quæ ibi publicè fiunt, & inspiciuntur *cap.
quanto de translat. Episcop. Surd. dec. 265. nu. 59. Et in
his terminis Rot. in Romana bonorum 22. Aprilis 1641.
& in Romana Saluiani, seù Attentatorum 29. Maij
1643. coram R. P. D. meo Carillo*, quod fortiùs proce-
7 dere in sanguine coniuncto consuluit *Fab. de Anna
cons. 103. n. 16. lib. 2.* ex quibus omnibus, nedum scien-
tia præsumpta, sed vera, & concludens probatur,
cum aliud sit scientiam esse præsumptam, aliud ori-
8 ri ex coniecturis, & præsumptionibus, ex quibus
scientia vera probatue, vt aduertit *Rot. coram Card.
Seraph dec. 1459. n. 4. & 5. et fuit dictum in Romana
Saluiani de Casulibus 21. Iunij 1641. §. Nec subsistere
dictum fuit, & in Romana diuisionis eiusdem Anni
vers. Præsertim, quia coram me*, Et in his terminis,
9 quod ad inducendum attentata sufficiat scientia eli-
cita ex notorietate facti, & vegentissimis coniecturis
admisit *Rot. in dd. Romana bonorum, et Romana Sal-
uiani, seù attentatorum*.
Vlterius poterat considerari ad hunc effectum
non attendi scientiam, vel ignorantiam, quia cum
10 Ægidiana, tanquam constitutio laycalis nequeat
comprehendere Clericos ex defectu potestatis iuxt.
*vulg. cons. Honded. 20. n. 5. et n. 10. lib. 2. semper à Rota
approbatum*, exclusio non pendet ex facto, aùt vo-
luntate partium, sed ex propria incapacitate, & de-
11 fectu potestatis in Constituente, circa quem non
attenditur scientia, vel Ignorantia, sicuti nec con-
sensus, vel dissensus partium aut Iudicis, vt dixit
*Rota in Romana bonorum 10. Ianuarij 1643. coram R.
P. D. meo Ghisilerio*, vbi enim vis non stat in facto
& voluntate, partium non attenditur, quod ipse
12 sciuerit, vel ignorauerit, vt in simili dixit *Rot. in
rec. dec. 343. n. 4. 5. et 6 par. 6. rec.*
In omnem casum huiusmodi ignorantia, licet,
etiam fuisset probata, quod negatue ex supradictis,
13 excusaret tantummodo à pœna, sed non impediret
reuocationem attentatorum iuxt. opinionem *Rot. vt
in Valentina Præceptoria 10. Maij 1627. coram bon.
mem. Cardinali Virili*, gesta enim ab impetrante
14 contra prohibitionem Iuris, vel superioris subia-
cent vitio attentatorum, vt fuit dictum in *Gerun-
den. Beneficij 11. Februarij 1620. coram bon. mem. Coc-
cino, et in Vincentina Parochialis 2. Decembris 1624.
coram bon. mem. Patriarcha Manzan., et in Tarraco-
nen. Beneficij 2. Nouembris 1620. coram Eminentissi-
mo D. Cardinali Pamphilio* & reuocantur si non ex
15 Priuilegio, & per viam attentatorum, saltem offi-
cio Iudicis, & per viam nullitatis, vt optimè di-
stinguit *Lancellott. de Attent. par. 2. cap. 10. n. 51. antè
fin. vers. nisi capiatur Cæsar. de Grassis dec. 2. num. 5. de
Appell.* vbi quod Rota passim sequitur hanc distin-
16 ctionem *Card. Seraph. dec. 229. n. 3. Rot. in rec. dec. 313.
n. 18. par. 1. et coram Buratt. dec. 72. num. 3. Sanct. me.
Greg. dec. 339. num. 4. et ibi Add. nu. 6. D. Vrgellen.
dec. 177. n. 5.*
Præterea Ægidianæ locus esse non potest, cum
inter bona controuersa ad sit vinea existens sub pro-
prietate, & directo dominio Ecclesiæ S. Mariæ In-
uia lata, respectu cuius, sicuti certum est quod dicta
Constitutio vti laicalis intrare non potest quamuis
agatur in possessorio de solo dominio vtili inter
17 laycos, vt articulo discusso firmauit *Rota in illa cele-
bri Romana Domus de scappuccis coram bo. me. Coccino
impress. post Pacific. de Salu. interdict. in ord. dec. 238.*
quam Rota sequuta est in alijs pluribus decisionibus
cumulatis à *Moderno Perusino de manut. obseru. 8. n. 66.*
Ita etiam cessat etiam respectu aliorum bonorum,
& corporum in sententia comprehensorum, dum
18 enim Vinea fuit petita ex eadem causa, & actione,
eodemque decreto, & capitulo fuit super omnibus
concessa immissio, consideratur tanquam vnita cum
alijs, & sententia remanet in totum appellabilis,
quia pars appellabilis trahit partem non appellabi-
lem *Fran. in cap. si duobus num. 7. de appell. Alberic. in
l. etiam §. 1. num. 3. ff. de minor. Cuntard. in l. vnic. limit.
24. num. 10. C. si de mom. possess. cum alijs congestis per
Giurb. dec. 101. num. 1. et 2.*
Nec releuat, quod vbi corpora sunt distincta, &
19 separata sententia diuidi possit ratione materiæ de
sui natura diuiduæ, & sic excludi possit Appellatio
respectu huius Predij Ecclesiastici, & admitti respe-
ctu aliorum corporum non Ecclesiasticorum, quæ
dictæ Constitutioni subijciuntur, per text. in dicta
l. etiam §. 1. ff. de minor. Roman. cons. 281. n. 2. Quibus
auctoritatibus inhærendo Rota firmauit hanc con-
clusionem *In Bonon. de Manzolijs 16. Februarij 1629
coram bon. mem. Coccino, quæ est dec. 257. n. 1. cum duo-
bus seqq. post d. tract. de manut.*
Quia conclusio procedit, & intelligitur, vbi sen-
tentia est aliquo modo diuidua, quia scilicet lata est
per capitula separata, vel petuntur res ex diuersis
causis, & actionibus, in quibus terminis loquitur
text. in d. l. etiam in quo tamen se fundant *Rom. et
Rot. in dicta Bonon. de Manzolijs*, vt egregiè expli-
cant *gl. in d. l. etiam §. 1. in verb. Audiendus vers. dic.
ergo, & ibidem Bart. num. 1. & Alberic. n. 3. per tot. &
in his terminis loquitur etiam Rot. coram Card. Caual.
dec. 484. sub n. 2. vers. nam fuit responsum, & num. 3.
ibi, quia tot, censentur sententiæ quot sunt Capitula, &
s. mem. Greg. dec. 552. n. 1. ibi quia cum sit lata in diuer-
sis terminis, quæ diuersis ex causis prætendebantur de-
21 bita &c.* At secus est, quando sententia est omni
ex parte indiuidua, prout hæc, tàm ratione actio-
nis intentatæ, cum prò omnibus bonis fuerit inten-
tatum remedium *l. fin.* quæ vnitas reddit sententiam
indiuiduam, vt post *Bart. Ang. & Imol. benè Gabr.
cons. 56. num. 2. & seqq. lib. 1.* quàm ex voluntate par-
22 tium res omnes vnico libello petentium, & Iudicis
vnica sententia, & per vnum Capitulum, vnica
verborum structura cõceptum pronunciantis, quod
pariter operatur indiuiduitatem sententiæ *Bursatt.
cons. 176. sub num. 39. lib. 2. Afflict. dec. 218. num. 40.
Hect. Capic. latro dec. 83. num. 10. & 11. per tot. Put.
decis. 315. num. 4. & 5. lib. 1. & Rot. in rec. dec. 63. nu-
23 mer 5. par. 3.* Hoc enim casu si sententia in vna parte
est appellabilis, remanet appellabilis in totum ob sui
indiuiduitatem, & præter *Franch. & Giurb. supra al-
legatos*, ità in specie concludunt *Nicol. in d. concord.
glos. num. 384. & Turrett. cons. 45. num. 15. & seqq. lib.
2. &*

2. & *Clar. Cost. de ration. rat. qu. 137. num. 26. & 27. & in effectu idem voluit Put. in cit. dec. 315. num. 3. cum seqq.* nec vlla habetur ratio isto casu, quod materia
14 sit diuidua, quia sententiæ indiuiduitas non desumitur, neque consideratur ratione materiæ, sed ratione formæ, quæ de sui natura est indiuidua, vt distinguit *Salic. in l. 2. circa med. vers. sed contra istam glos. vsque ad fin. C. de re iudic. Rot. Bonon. diuersorum dec. 38. num. 11. & Rot. nostra dec. 221. num. 2. par. 2. & dec. 356. num. 2. vers. Præterea inter impress. post 2. vol. cons. Farin. cum alijs adductis in Romana diuisionis* 10. Iunij 1641. *coram me.*

Nullamque hic Articulus recipit dubitationem cum non agatur simpliciter de admittenda appellatione, seù committenda exequutione, sed de exequutione iam facta, quo casu Rot. sequitur *d. decis. Afflict.* 218. quod exequutio nulla in parte sit nulla
25 in totum, vt distinguendo admisit *Rot. in dicta Bonon. de Manzolis num. 5. & dec. 323. nu. 4. & dec. 334. num. 28. post d. tract. Modern. de manut. & in alijs relatis per Grat. discept. for. cap. 162. n. 20. cum seqq.*

Et in hanc sententiam facilius iuerunt DD. quia
26 sententia fuit lata, ne dum pendente dilatione concessa ad examinandum, qua durante officium Iudicis conquiescit *l. siue pars, C. de dilat. Ias. in l. qui pro Tribunali numer. 38. ff. de re iud. Rot. in rec. dec. 173. num. 5. par. 1. & dec. 521. num. 2. par. 5. & coram Card. Canal. dec. 42. num. 5.* sed etiam extra terminum citationis, quæ citatio cadebat sub die 29. Iunij 1641. & tamen ex actis colligitur, quod nec dicta die,
26 nec in sequenti fuit lata sententia, & sic tanquam nulla ex defectu citationis non cadit sub Ægidiana *Rot. in recent. decis. 18. num. 1. par. 1. & decis. 88. num. 3. part. 6.*

Nec releuant adducta pro saluandis his nullitatibus; quatenus enim pro defensione primæ dicebatur fuisse seruatos terminos substantiales, per
28 quorum seruationem de stylo Rotæ omnes dilationes censentur reuocatæ, vt fuit dictum in alia decisione, placuit responsio, id intelligi de dilationibus præteritis, & antecedentibus, non autem de futuris, præsertim, quia stylus Rotæ non potest huic casui applicari, vbi pars petijt terminum ad conficiendum interrogatoria, cum enim ex hac petitione
29 censeantur tacitè dilationi consensisse, non potest Iudex illam reuocare *Butr. in cap. significasti num. 16. vers. fallit 3. & ibidem Franch. vol. 4. vers. Limita tamen de appellat. Gabr. de dilat. concl. 1. num. 10.* Tum demum, quia causa non agebatur in Rota, sed in Tribunali A.C. coram quo non docetur seruari hunc stylum, prout opus esset ad hunc effectum,
30 cum non sufficiat probare stylum in genere, nisi probetur in loco præciso, & in specie actus controuersi, vt consuluit *Surd. cons. 74. num. 13. Cæsar. de Grass. dec. 6. n. 5. de præben. & dictum fuit in Romana grani 13. Nouembris 1641. coram me.*

Quod autem dicitur sententiam fuisse latam intrà terminum pro seruato habitum, vigore cuius retrotrahi solet ad diem citationis, nihil releuat, quia cum ante prolationem sententiæ fuisset intimatum examen pro die, & hora certis, & pars petijt terminum ad conficienda interrogatoria, & ob id Testes examinari non potuerint, citatio ad sententiam, & terminus pro seruato habitus ex his remanserunt
31 circumducti, & sententia sub illis lata fuit nulla, vt in praxi testatur *Salust. Tiber. lib. 2. cap. 42. per tot. Gratian. discept. for. cap. 156. num. 37. & seqq. Rot. decis. 292. post d. Modern. de manut. & in Romana pecuniaria, seu restitutionis in integrum post Fenzon. ad stat.*
32 *Vrb. dec. 161. vers. Nam, & si:* Et in fortioribus terminis, vbi scilicet dictum fuerat sine præiudicio termini pro seruato habiti, quod nihilominus Citatio,
33 & terminus circumducantur, & sententia remanet nulla *Grat. discept. for. cap. 348. n. 1. cum seqq. Add. ad Greg. dec. 140. n. 17. Rot. in Mediolanen. decimarum coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, quæ est apud Marches. de Commiss. par. 3. fol. 21. num. 2. cum alijs à dicto Modern. Perus. relatis obseru.* 102. *num.* 32.

Denique non releuat Iudicem secundæ instantiæ, reiectis attentatis pronunciasse super negotio principali, & ideò de illis amplius opponi non posse, quia cum isti de Brunis, qui passi sunt attentata, semper insteterint pro illorum reuocatione, nec
34 vnquam illis renunciauerint, quinimò appellauerint ab eorum reiectione, & Signatura commiserit causam in Rota cum facultate reuocandi in primis, & ante omnia attentata, reuocanda videntur, non obstante, quod Iudex secundæ instantiæ, illis ommissis, pronunciauerit super negotio principali, cum non reuocando attentata illos grauauerit, *Rot. coram san. mem. Greg. dec. 91. num. 7. & coram Buratto dec. 72. num. 4. vsque ad fin. & in recentior. dec. 79. sub num. 2. part. 2. & latè dec. 75. num. 6. cum duobus seqq. part. 6. recent.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutũ &c.

SENOGALIEN. BONORVM.

Lunæ 30. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Legatum factum fauore piæ causæ ad interrogationẽ alterius non probatum remanet, si Testator nihil aliud respondit, quàm *Padre si fate voi*, cum huiusmodi verba, vltra quod non important dispositionem perfectam censeantur potius prolata, ex quodam morientium vsu, qui omnibus interrogantibus facilimè affirmatiuè respondent ad euitandas eorum importunas interrogationes, quam ex eorundem deliberata voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à sententia contra alium lata facit omnia acta sua, perindè, ac si eo citato facta fuissent, & seqq. vsque ad n. 4.*
2 *Tertius veniens ad causam si venit iure proprio, non adhærendo iuri collitigantium, potest venire prout in prima, secus si venit per viam appellationis.*
3 *Clausula quam, & quas facit, vt in causa procedi possit prout in prima, & quando?*
5 *Successio debetur proximiori in bonis defuncti sine testamento, eique competit immissio ex interdicto quorum bonorum.*
Interdictum quorum bonorum *competit etiam pro rebus particularibus.*
6 *Verba* Padre si fate voi *non important dispositionem perfectam sed simplicem declarationem, seù præparationem faciendi actum in futurum, & num. seqq.*
7 *Legatum non censetur relictum per interrogationem moribundo factam, an velles relinquere, cui ille respondit,* Padre si fate voi.
8 *Testatorem ita voluisse non sufficit, nisi etiam insimul doceatur voluntatem transiuisse in dispositionem.*
9 *Dispositio à moriente facta ad interrogationem alterius per sola Verba* Padre si, *absque alia expressione, si de nulla constat præordinata eius voluntate reputatur imperfecta, & sic non valet.*
Intellige num. seq.
10 *Legatum factum ad interrogationem alterius, &*

solo

solo nutu substinetur fauore piacausa.

12 *Ampliaconclusionem procedere etiam si fuerit collatam in voluntatem tertij, ibid.*

13 *Intellige conclusionem ita demum procedere, quotiescumque cessat omnis suspicio insanæ mentis, & importuna suggestionis, & constat Testatorem indeterminatè voluisse, aliàs secus.*

DECISIO CXXXIII.

DEfuncto anno 1642. Petro de Albis de Corinaldo Deputati, Syndicus Communitatis prætendens iure legati fuisse sibi relictum vnum prædium situm in territorio dicti loci in contrata dicta *il Roueto, seu Monte della Penna* pro erigenda Collegiata in dicto loco, institerunt pro immissione in possessionem dicti prædij; & nemine citato obtinuerunt. Interim verò Lauinia Cina soror Vterina defuncti alibi degens, habita notitia de prædicto obitu fratris, statim se contulit ad locum Corinaldi, & adito Iudice, seruatis seruandis, obtinuit sibi tamquam proximiori, & ab intestato hæredi tradi claues domus, consignari pecunias in domo defuncti repertas, & successiuè vti talis adepta fuit possessionem bonorum hæreditariorum, ad quam pacificè conseruandam obtinuit prius ab A. C. Monitorium cum inhibitione vti vidua in vim *l. vnic. Cod. quando Imper.* quod præsentari fecit non solum deputatis, & Syndico Communitatis, sed etiam Hieronymo Manello Rectori Ecclesiæ Parochialis Sancti Petri dicti loci, cum quo nunc causa agitur, postmodum verò per aliud monitorium speciale contra solos deputatos, & Syndicum, non vocato Hieronymo, mouit iudicium coram eodem A. C. à quo petijt, & obtinuit immissionem in possessionem dicti prædij, appellarunt ab hoc decreto deputati, & Syndicus, & commissa causa an esset locus ægidianæ, fuit per Iudicem appellationis affirmatiuè responsum, & proindè exequendam esse sententiam, & mandatum de immittendo relaxatum.

Insurrexit in his terminis Hieronymus, & prætextu, quod non fuisset in causa citatus, obtinuit denuò committi causam appellationis in Rota cum clausula *sine præiudicio legitimæ executionis*, vndè dubitaui, an esset locus executioni dictæ sententiæ, & mandati etiam in præiudicium dicti Hieronymi, & DD. affirmatiuè responderunt.

1 Defectus enim citationis Hieronymi, quæ pro nullitate sententiæ allegabatur, tollitur, quia cum ipse appellauerit à sententia lata cōtra deputatos, & causam appellationis, & nullitatis committi fecerit, fecit omnia acta sua, quæ proindè illum afficiunt, ac si eo citato facta fuissent, vt monuit *Innoc. in c. cum super num. 6. vers. si attamen hæc tertia persona de re iudic. Rot. penès Put. dec. 71. lib. 3. Achill. dec. 13. de appellat. ac dec. 98. sub nu. 5. par. 5. recentior.* & in alijs relatis per *Adden. san. memor. Gregor. XV. dec. 259. num. 2.*

2 Licèt enim tertius veniens ad causam non adhærendo iuri collitigantium, sed ex proprio, & separato iure possit venire, prout in prima, committendo nouam causam, & hoc casu non faciat acta sua, nec sententia lata eum afficiat; vbi tamen, prout hic, venit per viam appellationis, licèt allèget nullitatem sententiæ, semper facit omnia acta sua, quia aliter ius appellandi, & dicendi de nullitate sibi non competeret, vt distinguendo dixit *Rot. in recentior. dec. 98. num. 5. in fin. & 6. par. 1. Add. ad Greg. d. dec. 259. num. 3.* & fuit dictum *in Montis Regalis Iurisdictionis 30. Iunij 1602. coram Cardinali Mellino impress. per Marches. par. 2. fol. 265. num. 4. cum seqq.* Et hoc casu non attenditur clausula *quam,*
3 *& quas* apposita in commissione, cuius vigore procedi potest, prout in prima, etiamsi de hac non fuerit habita expressa declaratio, vt aduerit *Rot. coram Card. Seraphino dec. 1241. num. 2.* quia præter quod dicta decisio loquitur in casu, quo reuera nulla fuerat interposita appellatio, in casu tamen nostro Rector in commissione exposuit se valdè læsum à dicta sententia, ibi, *sentiens à dicta sententia, & alijs grauaminibus, totoque processu se valdè læsum,* quod cum esse non possit, nisi cum supposito,
4 quod sententia eum afficiat, vtique appellans cum hac expressione procul dubio fecit acta sua, vt notauit, *Rot. d. dec. 98. num. 6. in fin.* & admittit *d. decis. Seraph. 1241. sub num. 3. vers. non obstat, & in dicta Montis Regalis iurisdictionis penès Marches. num. 6.* vbi quod dicta clausula, *quam, & quas* operatur solum, vt non constito de appellatione, seu etiam deserta, possit pronunciari, prout in prima, sed ex hoc non sequitur, quod non fuerit appellatum, & commissa causa appellationis, ex quibus actibus oritur approbatio sententiarum.

Iustitia verò est patens, quia dum Petrus testator decessit, nullo cōndito testamento, & Lauinia soror
5 vterina est proximior, ad eam spectat hæreditas ab intestato, & competit immissio ex interdicto quorum bonorum *l. 1. ff. & C. quorum bonorum, Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 49. & seqq. Rot. dec. 115. num. 1. & dec. 415. nu. 2. par. 5. recent.* etiamsi agatur de re particulari, vt habetur *in l. 2. C. quorum bonorum bon. me. Buratt. 386. num. 2.*

Nec obstat prætensio, quod prædiū de quo agitur fuerit legatum pro Collegiata erigenda, quia præter quod testes inducti pro Rectore ad probandum huiusmodi legatum pati videntur plures exceptiones, vt latè deducitur ab informantibus pro Lauinia, DD. visum fuit de eo non constare, quia ex attestatione Patris Iosephi de Paronis confessarij habetur ad suggestionem quorundam amicorum, & consanguineorum ibidem adstantium se interrogasse ægrotum morti proximum, an vellet relinquere legatum scutorum mille pro erigenda Collegiata in dicto loco, ægrotumq. respondisse per hæc verba *Padre si*, quo responso habito agnoscentes ijdem scuta 1000. non sufficere pro perficiendo opere, curasse, vt ipse iterum interrogaret ægrotum, an vellet pro erectione Collegiatæ relinquere Prædium situm in Territorio dicti loci, eumque respondisse *Padre si fate voi*; hæc attamen verba nullate-
6 nus important legatum, quia non continent dispositionem perfectam, vt opus esset, sed simplicem declarationem, quod erat contentus relinquere, quæ cum expectet post se complementum dispositionis, actus remanet simplex præparatio sine effectu perfectæ dispositionis, vt post *Oldrad. cons. 119. dixit Rot. coram Card. Seraphino dec. 623. num. 3. & decis. 1357. num. 71. & in Romana, seu Tudertina educationis 1. Martij 1638. coram R. P. D. meo Carillo*, erat
7 enim necessarium Testatorē actualiter, & deliberatè voluisse, & disposuisse absque eo, quod legatum distulisset in futurum ad voluntatem interrogantis ibi *Fate voi, Bald. cons. 12. num. 3. lib. 2. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. num. 11. Rot. apud Seraph. vbi supra num. 8. & in dicta Romana, seu Tudertina.* Aliàs
8 nihil prodest Testatorem ità voluisse; nisi doceatur voluntatem transiuisse in dispositionem, *Bald. in l. quidam cum filium in 30. notab. ff. de hæred. instit. Dec. cons. 287. num. 7. & cons. 513 num. 11. Gabr. cons. 111. num. 16. lib. 2. Rot. coram Seraph. dec. 1486. n. 15.* Eoque magis, quia agnoscens idem Confessarius imperfectionem huiusmodi voluntatis subdit, *Signor*

Pie-

Pietro non tocca à me il disporre della vostra robba,
quibus verbis nullum aliud responsum dedit, quàm
sapere, e zappare, quibus sæpius repetitis illinc ad
modicum reddidit animam Deo. Hinc attamen
dupliciter excluditur perfectio voluntatis. Primo
quia non solum Testator non habuit legatum pro
facto, sed interrogatus, nec minus illud perficere
voluit, dum responsum dedit omninò alienum, &
extraneum. Secundo quia morti proximus morbo
valdè grauatus, & fortè etiam mente non sanus non
ex aliqua præordinata eius voluntate, aut determi-
natione relinquendi huiusmodi prædium pro ere-
ctione Collegiatæ, sed solum ad suggestionem
Patris Confessarij sic impulsi à circustantibus, respō-
dit *Padre si*, absque alia verborum expressione, seù
clariore suæ voluntatis declaratione. Vnde dispo-
9 sitio tanquam imperfecta ratione voluntatis non
substinetur, quippeque non censetur facta ex animi
deliberatione, sed ex quodam morientium vsu, qui
omnibus interrogationibus facillimè applaudentes
affirmatiuè respondent, ad euitandas importunas
interrogationum vexationes eo tempore, quo mortis
cogitatione turbati, ac summis morbi cruciatibus
affecti liberum prorsus discursum, ac distinctam co-
gnitionem non habent, vt ad propositum ratioci-
natur, *Clar. in §. Testamentum quæst. 37. sub num. 7. vers. tertio scias*, dicens quoniam concurrunt hæc
10 duo, quod scilicet Testator sit valdè grauatus infir-
mitate, & quod non constet ipsum habuisse prius a-
nimum ità testandi, hanc opinionem esse magis cō-
munem, magis æquam, & magis tutam, & secun-
dum eam fuisse iudicatum, & latè comprobat *Dec. cons. 86. num. 22. & seqq.* & plures alij relati *per Modern. Mantuan. controu. 549. num. 65. cum seqq. 72. 73. & 80. Surd. cons. 373. num. 11.* vbi quod præsumitur
sic respondisse, vt se liberaret à molestis suggestio-
nibus.

11 Nec releuat fauore piæ causæ substineri legatum
nedum ad interrogationem alterius, & solo nutu
factum, sed etiam in alterius voluntate collatum, vt
notant communiter *Doct. in cap. cum sibi, vbi glos. fin. extra de testam. ibique Couarr. in relect.* dicens magis
communem *sub num. 11. & seqq. vers. Tertius huius Capituli intellectus, & dixit Rot. diuers. dec. 74. n. 19. & seqq. par. 2.* Id enim recipitur, quando cessat om-
12 nis suspicio insanæ mentis, ac importunæ sugge-
stionis, & constat Testatorem ità voluisse determi-
natè disponere, vt explicat *Couarr. vbi supra num. 4. vers. & tamen intelligenda, & Clar. d. quæst. 37. sub nu. 6. vers. scias*, ergò secus, vbi, prout hic, de præor-
dinata, vel determinata voluntate non constat, &
dubitari potest Testatorem non fuisse sanæ mentis,
& interrogans, nedum non redegit in scriptis, sed
intellexit interrogatum nolle disponere, subdens illi
propterea verba superius relata, quod ad eum non
spectabat disponere de illius bonis; hoc enim casu
13 ex defectu perfectæ voluntatis dispositio non susti-
netur, nec minus fauore piæ causæ, vt notat pro
indubitato, *Couar. in cap. relatum il primo, sub nu. 9. & seqq. de testib. Clar. §. Testamentum quæst. 7. sub n. 3. & 4. Grat. discept. for. cap. 895. sub num. 21. & 23. Surd. dec. 292. sub num. 15.* & firmauit *Rot. in recent. dec. 576. sub num. 3. par. 3.*

Et ità constito de validitate, & iustitia dixerunt
DD. mandatum A. C. esse exequen. vtraque &c.

TREVEREN. ARCHIDIACONATVS.

Luna 13. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Dignitatis possessio, quando dicatur benè capta? actus possessorij facti ab administratore beneficij an valeāt si prouisio fuit facta in titulū. Carceratio cōnumeratur inter causas excusādi à caducitate, & quādo secus

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica faciunt probationem probatā.*

2 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*

3 *Dignitatis possessio capi debet in propria sede.*

4 *Dignitatis possessio, dum non est de capitulo, non est necesse, vt capitulariter capiatur, & n. 5.*

6 *Possessio dicitur probata ex recognitione facta per colonos.*

7 *Beneficium, quando fuit vnitum capitulo, tunc eius possessio capi non potest, illo non citato.*

8 *Vnire aliud est, & aliud tractare de vniendo.*

9 *Actus possessorij facti ab aliquo tamquam administratore non iuuant ad effectum manutentionis.*

10 *Beneficij prouisio, quando fuit facta in titulū, tunc cessant actus omnes prouisionales, & possessorij custodis, & administratoris.*

11 *Nec sufficiunt ad obtinendam manutentionem aduersus prouisum.*

12 *Clausula amoto posita in litteris Apostolicis nihil operatur deficiente legitimo possessore.*

13 *Possessionem dicitur approbasse, qui illam apprehendenti gratulatur.*

14 *Prouisio tamquam de deuoluto, ad effectum, vt fieri possit iuxta dispositionem* text. in cap. 2. de concess. præbend. *est plenè, & concludenter probanda deuolutio.*

15 *Deuolutio satis dicitur probata, vbi constat de culpa, & negligentia collatoris.*

16 *Detentio violenta personæ connumeratur inter legitima impedimenta, ad excusandam deuolutionem. & quando cesset? & n. 18*

17 *Ius conferendi beneficia connumeratur inter actus voluntariæ iurisdictionis.*

18 *Deuolutionis iustificatio est reijcienda ad petitorium, & de ea non debet agi in iudicio summarissimo.*

19 *Concordata Germaniæ non loquuntur de beneficijs deuolutis.*

DECIS. CXXXIV.

VAcauit in Ecclesia Metropolitana Treueren. dignitas Archidiaconalis nuncupata de Cordona, & de ea tamquam vacante per obitum vltimi possessoris ex iure deuoluto fuit authoritate Apostolica prouisus Hermannus Otho Comes de Nassau Canonicus eiusdem Ecclesiæ, vt in litteris Apostolicis directis Officiali Episcopi Treueren. *Summar. Comitis num. 1.* qui visis litteris contulit Archidiaconatum dicti Comiti prouiso Apostolico, mandatumque de immittendo in possessionem ad eius fauorem relaxauit, vt in mandato *eodem Summar. n. 1.* in cuius executionem possessio fuit capta capitulariter cum assignatione stalli in Choro, cum apprehensione domus, vinearum, aliorumque corporum ad Archidiaconatum spectan. præuia etiam Colonorum resignatione *d. Summar. n. 3.*

Verum quia Decanus, & Capitulum recusabant parere mandato de immittendo, ex supposito, quod aliàs prædictus Archidiaconatus fuisset in Comendam obtentus ab Eminentissimo Domino Cardinali Ginnetto, tunc in illis partibus de Latere Legato, & interposita appellatione à dicto mandato, turbabant possessionem prouisi Apostolici, & legitimi possessoris, idem obtinuit coram dicto Officiali monitorium contra Capitulum, & Inquilinum Domus Archidiaconalis in Cordona, aliosque turbatores super paritione dicti mandati cum comminatione

excommunicationis, & reuocatione attentatorum, illudque intimari fecit Decano, & Secretario Capituli, & per affixionem ad valuas Ecclesiæ Metropolitanæ, & ad valuas domus Archidiaconalis, *Summ. num. 4.*

Appellarunt Capitulares à dicto monitorio, & pendente adhuc lite super paritione, sub die 22. Octobris 1642. mediante auxilio brachij sæcularis, & militaris occuparunt possessionem bonorum Archidiaconatus *Summar. num. 5.* & Officialis Treueren. tulit sententiam, in qua declarauit Capitularibus non licuisse, nec licere contrauenire dicto mandato de immittendo, reseruata sibi facultate relaxandi declaratorias, vt in sententia lata sub die quinta Nouembris eiusdem anni *Summ. num. 6.* A qua pariter interposita appellatione per Capitulares, & obtenta commissione in Rota cum clausula, *sine praiudicio exequutionis litterarum Apostolicarum*, fuit coram me dubitatum, cui esset dandum mandatum de manutenendo, & Comiti Othoni prouiso Apostolico dandum esse DD. responderunt.

Etenim de illius possessione capta auctoritate exe-
1 quutoris litterarum Apostolicarum constat ex publicis documentis, quæ faciunt probationem probatam *Bald. in l. quoties in fin. C. de iudic.* possessio au-
2 tem Instrumentalis alio non existente in possessione sufficit ad manutentionem *vulg. l. prædicta, ff. de acquir. poss.*

Tantò magis, quia nedum semel, sed bis etiam fuit capta, primo scilicèt sub die tertia Iunij auctoritate exequutoris in propria sede dignitatis *Summ. Comitis num. 3.* quæ benè suffragatur, cum de Iure
3 possessio dignitatis capi debeat in propria Sede *Card. Canal. dec. 198. nu. 1.* licèt capitulariter capta
4 non fuerit, ex quo dignitates non sunt de Capitulo *Rot. coram Cardin. Seraph. dec. 98. nu. 1. & in Asloricen. Scolastria 9. Nouembris 1623. coram Vbaldo post Modern. Perus. de manut. dec. 177. num. 4. & 5.* Secundo sub die nona eiusdem mensis authoritate eiusdem
5 exequutoris, & capitulariter, & Decanus, & Capitulum de huiusmodi possessione congratulati sunt, iuncta possessione bonorum Archidiaconatus cum recognitione facta per Colonos, vt ex iuribus datis *in Summar. num. 3.* ex quibus omnibus possessio re-
6 manet concludentissimè probata, vt dixit *Rota in Modiolanen. Canonicatus 6. Iunij 1607. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio, & in alia Mediolanen. optionis coram Manzanedo post d. Modern. decis. 112. num. 3.*

Nec obstat primo huiusmodi Archidiaconatum ab Eminentissimo Cardinali Legato fuisse concessum in Commendam, seu vnitum eidem Capitulo,
7 quod plures actus possessorios exercuit, adeout proinde, eo non citato non potuerit alteri tradi possessio, quia præter, quod talis vnio, seu concessio in Commendam nó probatur, & scriptura data *in Sum. num. 7.* vnionem non continet, neque concessionem
8 in Comendam, sed solum tractatum de vniendo, qui vnionem non probat, cum aliud sit vnire, aliud tractare de vniendo ad tradita per *fæl. memor. Gregor. dec. 28. num. 1. cum seqq.* Actus possessorij sunt merè prouisionales facti à Capitulo tanquam Custode, &
9 Administratore bonorum, & iurium Archidiaconatus eo vacante, vnde cum superueniente prouiso in titulum cesset omne ius Custodis, & Administratoris, actus possessorij ab eo antecedenter facti non
10 sunt amplius habendi in consideratione *iuxt. doctr. Innoc. in cap. ex parte num. 3. de arbitr. & Lap. alleg. 81. num. 8. & 9.* quam probauit *Rot. in Celsonen. Parochialis 27. Iunij, & 17. Nouembr. 1642. coram R. P. D. meo Pentingerio, & in Florentina Parochialis 10. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Bichio*, nec suffi-
11 ciunt pro manutentione contra prouisum in titulū, vt firmauit *Rot. in Nulen. Parochialis 31. Martij 1642. coram bon. mem. Merlino, & in eadem 10. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Pentingerio, & in Florentina Parochialis supra citata.*

Et hinc nihil releuat clausula *Amoto* apposita in litteris Apostolicis, quia cum ex superius dictis Capitulum in effectu non esset in possessione Archidiaconatus, & omnis possessio, si quam habebat,
12 cessauerit per superuenientiam prouisi in titulum, deficiente legitimo possessore, clausula *Amoto* nihil operatur, *Rebuff. in praxi de form. nou. prouis. in verbo Amoto vers. Nec virtute huius clausulæ Garz. de benef. par. 6. cap. 2. nu. 14.* & fuit dictum *in Vercellen. Coadiutoriæ 26. Ianuarij 1608. coram Cardinali Lancellotto, & in Pacen. puritatis sanguinis, seu Canonicatus 11. Decembris 1609. coram Manzanedo.*

13 Præsertim quia Capitulum acquieuit, & omnes Canonici gratulati fuerunt Comiti in actu adeptionis possessionis, vt supra dictum est, & sic possessionem illius approbarunt, *Rot. dec. 175. num. 2. & 3. post d. Modern. Perus.*

14 Minus, & secundo obstat prouisionem Archidiaconatus factam fuisse tanquam de deuoluto iuxtà *Consilij Lateranen. Decretum relatum in cap. 2. de concess. præben.* non probata plenè, & concludenter deuolutione, vt debebat ad ea, quæ dixit *Rota dec. 186. num. 5. part. 2. rec.*

Quia cum deuolutio intret stante culpa, vel negligentia collatoris in conferendo, & Dominus Ar-
15 chiepiscopus Treueren. neglexerit per septennium conferre huiusmodi Archidiaconatum, vt ex confessione partis admittentis vacationem à septennio deuolutio videtur sufficienter probata.

Nec pro excusanda negligentia huiusmodi releuat absentia Archiepiscopi, eiusque carceratio, seu potius detentio apud Imperatorem, quasi quod violenta detentio personæ connumeretur inter legitima impedimenta ad excusandam deuolutionem, vt per
16 *Rebuff. ad concordat. §. 1. in verb. impedimento cessante vers. item si esset in carcere de collat.*

Quia cum idem Archiepiscopus commoretur in Ciuitate Viennensi, & vt supponitur, pateat omnibus liber aditus ad eum, & absque vllo impedimen-
17 to exerceat omnes actus voluntariæ iurisdictionis, inter quos connumeratur ius conferendi, iuxtà *Calder. cons. 2. de elect.* quem refert, & sequitur *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 50. nu. 81.* Non potuit ex hoc capite dici impeditus, nec excusari à deuolutione.

Et in omnem casum dictum fuit iustificationem deuolutionis reijciendam ad petitorium, nec esse faciendam in hoc summarissimo manutentionis, ad quod sufficit sola possessio, etiamsi de titulo non doceatur, *Rot. dec. 595. num. 8. par. 1. diuers. & coram fæl. mem. Greg. dec. 325. num. 1. & 2. vbi Addeu.* plures refert *nu. 4. & in Valuen. Canonicatus 30. Maij 1644. coram R. P. D. Cecchino.*

Quæ dicuntur de concordatis Germaniæ, & Bulla Nicolai Quinti non applicantur, quia non agitur de auferendo iure conferendi competenti Ecclesijs, alijsque inferioribus collatoribus, sed solum de collatione ex iure deuoluto, de quo casu, nec Bulla nec concordata loquuntur.

Et ità vtraque &c.

FAVENTINA BENEFICII.

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Pro-

Probationes, quæ non fuerunt factæ in prima instantia
possunt fieri in altera, quia tunc non deducta pos-
sunt deduci, & non probata probari, verisimilitu-
do trahit ad concessionem remissoriæ, ita vt ea
inducat ad illam benignè indulgendam, remissoriæ
plures in eadem causa possunt concedi, si tamen
testificata non sint didicita, & quando non dican-
tur didicita.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatus à vero Patrono est instituendus.*
2 *Probationes nouæ, & nouus processus possunt fieri in gradu appellationis, & restitutionis in integrum.*
3 *In appellationis gradu non deducta possunt deduci, & non probata probari.*
4 *Probationes non sunt coangustandæ, sed ampliandæ probandi via non est præcludenda, & maximè circa ea, quæ fundant intentionem partis, n. 4.*
5 *Articulorum releuantia ex quo appareat?*
6 *Præsentatus à medietate patronorum est instituendus, si pro altera parte obtinuerit derogationem à Sanctissimo.*
7 *Nominis identitate stante præsumitur consanguinitas, quando sumus in parua terra.*
8 *Remissoria faciliùs conceditur, quando probatio est verisimilis.*
Verisimilitudo inducit, vt remissoria faciliùs concedatur, num. 8.
9 *Remissoria semel, & pluries concessa iterum concedi potest stante legitima causa.*
10 *Quod multo magis procedit cessante calumniæ præsumptione.*
11 *Probationes necessariæ inuestigari possunt.*
12 *Testium depositiones quando sunt didicita non admittitur nouum examen.*
13 *Testificata in curia nunquam dicuntur didicita, cum non publicetur processus originalis.*
14 *Testificata dicuntur didicita, quando nomina, & cognomina testium quoque publicantur.*
15 *Testium summarium, quando parti fuit communicatum, non dicitur processus publicatus.*
16 *Remissoria, vt iterum concedatur, sufficit, quod vnus articulus nouus releuans detur.*
17 *Immo sufficit, quod partim sit nouus, & partim antiquus.*
18 *Remissoria noua vt concedatur, quid sufficiat?*
19 *Testes iam examinati si non appareant informati, possunt iterum alij informati induci.*
20 *Testes qui non reddunt concludentem rationem non releuant.*
21 *Testes vt probent intentionem agentis, debent etiam excludere probationem contrariam.*
22 *Testis ignarus rei super qua deponit non habetur in consideratione.*

DECISIO CXXXV.

Licèt in alia instantia Dominus a Valle obtinue-
rit remissoriam, & illius vigore fuerint examina-
ti Testes, visum tamen fuit DD. iterum illi esse
concedendam aliam nouam remissoriam, quia cum
tunc fuisset articulatum dictum D. à Valle fuisse
præsentatum ad hoc beneficium ab eo, qui præten-
debat descendere à veris patronis, vt in decisione
emissa sub die 15. Iunij 1640. coram Eminentissimo
1 D. Cardinali Panzirolo, & probatio huiusmodi non
fuerit plenè facta in prima instantia, benè poterit
2 perfici in hac secunda, cum in gradu appellationis,
& restitutionis in integrum licitum sit nouum pro-
cessum, & nouas probationes facere, non deducta
deducere, & non probata probare *l. per hanc C. de
tempor. & repar. appell. Card. Mantic. decis. 374. num. 5.
& sæpè in alijs*. Non enim sunt coangustandæ pro-
3 bationes, sed ampliandæ, ne præcludatur via pro-
bandi ea, quæ fundant, & iustificant intentionem,
4 partis *l. quoniam multi in fin. C. de hered. & man. d. l.
per hanc C. de tempor. & repar. appellat.*

Maximè stante releuantia articulorum, quæ ap-
paret ex eorum lectura, cum tendant ad probandum
5 magis distinctè, & specificè descendentiam Ioannis
qui præsentauit Dominum à Valle à Nicolao fun-
datore huius Iurispatronatus mediante Philippo
eius Patre, Virgilio Auo, & Gaspare Proauo, qui est
communis stipes eiusdem Ioannis, & Alphonsi, qui
præsentauit Cæsarem, vt in 1. 2. & 3. *art. dato in Sum-
marij num.* 2. quo probato resultabit Dominum à
6 Valle fuisse præsentatum à medietate patronorum,
& sic illi deberi beneficium, cum pro altera medie-
tate obtinuerit derogationem à Sanctissimo, *Rot. dec.
275. num. 2. par. 7. recentior.* & fuit dictum *in Placenti-
na Cappellaniæ 10. Iunij 1622. coram bon. mem. Coccino,
& in Beneuentana Iurispatronatus 26. Iunij 1628. coram
Reuerendiss. D. meo Decano.*

Accedit etiam ad eorumdem articulorum rele-
uantiam, quod sunt iam probati aliqui gradus, vt
admisit Rota in alia decisione huius causæ emanata
pariter coram Eminentissimo Domino Cardinali
7 Panzirolo 1. Iunij 1642. vndè verisimilis redditur
probatio futura, concurrente maximè identitate
cognominis, quo stante, in parua terra, qualis est
Brisighella, præsumitur eadem consanguinitas *Cal-
can. cons. 8. num. 2. Capb. cas. 90. num. 18. lib. 1.* Vndè
8 remissoria faciliùs conceditur, quia sicut inuerisimi-
litudo retrahit ab eius concessione, ità verisimilitu-
do inducit ad eam benignè indulgendam *Reuerendiss.
Vrgellen. dec. 462. num. 6.*

Neque obstat quod fuerit aliàs concessa in prima
instantia, & examinati sex Testes, quia remissoria
9 semel, & pluries concessa, iterum concedi solet, con-
currente legitima causa, vt post *Vestr. in prax. lib. 6.
cap. vlt. num. 3. vers. finge enim,* dixit *Rota in Rauenaten.
Censuum 8. Maij 1618. coram Manzanedo, & in Pam-
pilonen. Decimarum 23. Iunij 1600. coram bon. me. Car-
dinali Pamphilio, & in Hispalen. Archidiaconatus 4. Iulij
1607 coram bon. mem. Cardinali Marcomontio, & in alia
Hispalen. præeminentiarum 26. Iunij 1615. coram bo. me.
Cardinali Sacrato,* maximè si cessat omnis calumniæ
10 suspicio, vt in hoc casu, quod Aduersarius possidet
Buratt. dec. 816. nu. 5.

11 Ponderando prætereà, quod agitur de probando
facto antico in diuersis locis, & per D. à Valle in
Curia commorantem, & non plenè informatum, a
quo ideò non sine cura, sollicitudine, & temporis
interuallo informationes, & probationes necessariæ
inuestigari possunt, vt latè firmauit *Rota in Arimi-
nen. Legati 17. Maij 1596. coram Litta vers. nec obstare
dixerunt, & in Pampilonen. Decimarum 23. Iunij
1612. vers. Neque obstat, & priùs in Burgen. Sepultu-
ra 21. Aprilis 1616. coram Ottembergo, & penès bon.
me. Buratt decis. 816. num. 5. & decis. 824. & coram bo.
me. Coccino decis. 10. num. 8. & dec. 338. sub num. 2. & 3.
& coram D. Cardinali Panzirolo in Valentina Iuris se-
dendi 15. Martij 1638. ac decis. 517. part. 3. recentior. &
alibi.*

12 Minus obstat quod post didicita testificata Testes
admitti non debeant super iisdem articulis *iuxt.
tex. in auth. qui semel C. de probat. & in cap. fraternitatis
de testibus* cum alijs adductis *per Rot. decis. 266. part. 6.
recentior.*

13 Placuit enim responsio, quod in Curia nunquam
dicuntur didicita Testificata, cum non publicetur
processus originalis, sed datur solum summarium
absque Testium nominibus ex notorio stylo, de

quo penès *Cas. de Graß. decis. 11. de testib. & d. dec. 517. num. 6. par. 4. recentior. & per Add. ad Greg. decis. 497. sub num. 8.* & aliàs Rota post examinatos 554. Testes, illosque discussos per plures decisiones, & sententias Rotales, nouam remissoriam, & super ijsdem materijs concessit, *vt in decis. 289. num. 1. & 2. coram Card. Caual.*

14 Testificata enim dicuntur didicita, quando publi-
cata fuerunt dicta Testium, eorum nomina, & co-
gnomina, secus quando fuit publicatum solum sum-
marium; nomina verò, & cognomina Testium non
fuerunt notificata, tunc enim non dicuntur didici-
ta testificata, licet summarium depositionum fuerit
15 vtrique parti communicatum, vt distinguendo di-
ctum fuit *in Romana successionis 4. Iulij 1642. coram D. meo Carillo.*

Praeterea articuli modo exhibiti in pluribus sunt
diuersi ab alijs, super quibus factum fuit aliud exa-
16 men, vndè facilius sunt admittendi, cum ad hunc
effectum sufficiat vnum articulum esse nouum, &
diuersum *Rot. in recentior. decis. 183. num. 2. par. 4. & coram bon. mem. Buratto decis. 392. num. 5.* quinimò satis
17 etiam est articulum esse partim nouum, & partim
antiquum, vt post *Butr. & Felin. in cap. Fraternitatis de Testib. Rot. coram sanct. mem. Greg. decis. 497. num. 2.*
Imò cum negari non possit, quin contineant mate-
rias magis explicitè distinctas, & specificatas, & haec
maior distinctio non consistat in solo cortice verbo-
rum, sed etiam in substantia, cum hodie articule-
18 tur descendentia per gradus distinctos, & continua-
tos, hoc solum sufficeret, vt noua remissoria foret
concedenda, vt post Abbatem, qui ita distinguit in
d. cap. fraternitatis num. 8. dixit *Rot. decis. 23. num. 2. coram bon. mem. Coccino, inter eius impressas, & in recen. decis. 266. num. 13. part. 6.* cum alijs adductis *in Camerinen. pensionis 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Eoque magis, quia non tendunt ad probandum contrarium eius, quod Testes deposuerunt, in quibus terminis loquuntur, quae in contrarium allegantur, sed ad coadiuuandas, & perficiendas probationes descendentiae Ioannis à veris Patronis, quod si Testes primo loco inducti probare ignorauerint, possunt induci alij melius informati, vt dixit *Rot. in recent. decis. 517. nu. 2. & 4. par. 4. & in Pamplonen. Decimarum 23. Iunij coram bon. mem. Cardin. Pamphilio*, quam sequuta fuit *in Hispalen. Preeminentiarum 26. Iunij 1615. coram bon. memor. Card. Sacrato.*

20 Testes verò pro alia parte examinati non reddunt
concludentem rationem, ad effectum probandi ne-
gatiuam, scilicet non existentiam Virgilij fratris Ste-
phani, & Aui Ioannis, à quo fuit praesentatus Do-
minus à Valle, & contrariam probationem non ex-
cludunt, scilicet illum extitisse, recessisse à Patria, in
21 alium locum se transtulisse, & tanquam rusticum,
ignarum fuisse huius iuris sibi competentis, & ideò
22 non fuerunt habiti in consideratione.

Et ita vtraque parte informante, &c.

PERVSINA PRAETENSAE MANVTENTIONIS,

Lunae 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Possessio posterior adepta non citato possessore anteriori tamquam clandestina, & turbatiua non est manutenibilis in concursu duarum eadem die captarum, & illa praesumitur anterior, quae habetur ex Instrumento cum expressione horae, & ex quibus possessio sit nulla, & quando per lapsum decennij ammittatur?

SVMMARIVM.

1 *Possessio adepta per Instrumentum, cum expressione horae praesumitur anterior possessione eadem die capta per alterum, quae horam non habet.*

2 *Possessio posterior praesumitur clandestina, & turbatiua, nec est manutenibilis.*

3 *Maximè dum capta fuit non citato anteriori possessore.*

4 *Colonus de iure nouo non potest interuertere possessionem veri Domini, alium recognoscendo in Dominum, vel ei tradendo possessionem.*

5 *Limita nisi de hoc Dominus notitiam habuerit.*

6 *Possessio non probatur per Colonos deponentes attulisse alicui modicam partem fructuum, quia intelliguntur attulisse de parte ad eumdem tangente non autem de tota in praeiudicium possessionis alterius.*

7 *Possessio defuncti in haeredem continuari non potest absque noua apprehensione, quando non adest statutum in loco, continuans possessionem defuncti in haeredem.*

8 *Continuatio possessionis defuncti in haeredem per statutum inducta restringitur ad limites portionis cuique tangentis.*

9 *Manutentionis ius, quod alias sibi potuisset competere, non praesumitur quis iactare voluisse.*

10 *Auia materna stante marito tutelam assumere non potest.*

11 *Maritus recurrens ad tutelam vxoris debet praeferri Auiae maternae.*

12 *Auia materna potest esse tutrix marito non contradicente.*

13 *Clausula* Constituti *per quam fuit translata possessio non operatur, quando constituens minimè possidebat.*

14 *Confessio interpretari debet in dubio ad fauorem confitentis, praesertim mulieris.*

15 *Verba indefinite prolata in materia probationis non aequipollent vniuersali confessioni.*

16 *Correctio incontinenti in eadem dispositione numquam praesumitur.*

17 *Possessio amittitur per decennalem negligentiam.*

18 *Limita quando causa iam erat iudicialiter instructa super manutentione, quia cessat acquiescentia.*

19 *Instantia de iure canonico est perpetua.*

20 *Attentata ampliùs opponi non possunt ab eo, qui passus fuit discuti super negotio principali, & de illis nihil opposuit.*

21 *Manutentionis iudicium nudum factum possessionis attendit, non autem ius illius.*

DECIS. CXXXVI.

POssidentibus pacificè Quintiliano, & fratribus de
Vaglia tres portiones haereditatis eorum Pa-
tris, praetendebat etiam Quintilianus manuten-
tionem in possessione alterius quartae partis dictae
haereditatis, quam vigore mandati de manute-
nendo à me de ordine Rotae relaxati, praeuia deci-
sione sub die 21. Maij 1641. possidet Franciscus Pe-
trogallus donatarius vniuersalis cum clausula *con-
stituti* Calidoniae nepotis ex filio praedefuncto, &
haeredis pro quarta parte Anibalis. Verum DD. de-
negandum esse responderunt, quia cum eius posses-
sio coepta diebus 24. 25. 26. & 27. Augusti sit poste-
rior, nedum in bonis die 22. dicti mensis, & sic bi-
duo antè possessis per d. Calidoniam, sed etiam in
alijs, quorum ipsa ingressa fuit possessionem die
1 24. eiusdem mensis Augusti cum expressione horae
13. in Instrumento, quae propterea praesumitur an-
terior possessione eadem die per Quintilianum ade-

pta,

pta, quæ horam non habet *glos. in cap. si à sede verb.*
non appareat de præbend. in 6. Bald. in l. Imperator la pri-
ma in prima Lectura ver. & nota quod dies ff. de stat. hom.
Socc. in l. pront num. 11. vers. 3. limita ff. solut. matrim.
Mascard. de probat. conclus. 1171. nu. 37. Caßador. dec. 20.
num. 1. & ante finem de præbend. Mohed. decis. 12. num. 2.
de restit. spoliat. Buratt. decis. 32. num. 1. vbi Add. num. 6.
& decis. 67. num. 5. Reuerendissimus Vrgellen. decis. 29.
num. 2. Rota in Maceraten. Magazzeni, seù manutentio-
nis 28. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino idcircò vti
2 clandestina, & turbatiua, non est manutenibilis.
Capit. causam de probat. Buratt. decis. 263. num. 3. Rot.
decis. 35. num. 3. par. 2. & decis. 78. num. 1. par. 6. & præ-
3 sertim dum capta fuit non citata Calidonia, quæ
in possessione iam reperiebatur *glos. in cap. licet Epis-*
copis in ver. te non voc. vers. Hinc est de præben. in 6.
Rot. decis. 169. num. 6. post modern. Perus. de manut. &
decis. 19. num. 1. par. 2. diuers. vltra alios cumulatos in
præterita.

Non obstat, quod possessio defuncti continuata
prætendatur in Quintilianum, & fratres per reco-
gnitionem Colonorum, qui deponunt, quod sequen-
ti die post mortem dicti Anibalis illis attulerunt
quid modicum vuæ, & aliorum fructuum, quia
præter quod hodie de Iure nouo Colonus non potest
4 interuertere possessionem veri Domini, alium re-
cognoscendo in Dominum, vel ei tradendo posses-
sionem, si Dominus de hoc notitiam non habuerit,
5 quidquid secus esset de Iure antiquo iuxt. receptam
opinionem, quam Rota probauit *in Colimbrien. Præ-*
stimoniorum coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ
est decis. 139. num. 18. cum plurib. seqq. par. 6. rec. Cessat
6 ex facto difficultas, quia cum Coloni non depo-
nant attulisse Quintiliano omnes fructus prædio-
rum, sed solum modicam portionem, vt dictum est
non excludunt possessionem Calidoniæ, sed intelli-
gendi sunt de parte ad eos spectan. non de tota *Alex.*
cons. 110. num. 1. vers. non obstat attestatio, & num. 2.
lib. 1. Curt. Iun. cons. 17. nu. 14. vers. Istam doctrinam Surd.
dec. 263. num. 11. & in his terminis Rot. coram bon. mem.
Buratt. dec. 566. n. 7. & 8.

Sicuti etiam non releuat, quod Quintilianus de-
functo Patre claues Apotecæ retinuerit, & do-
mum semper inhabitauerit, ex quibus inferebat
ad continuationem suæ possessionis, saltem in istis
7 bonis; Nam vltrà quod de Iure, defuncti possessio
in eum continuari non poterat absque noua appre-
hensione, cum non adsit Perusiæ statutum conti-
nuans possessionem defuncti in hæredem, vt latissi-
mè comprobatum fuit *in alia decis. vers. nec releuat.*
Adhuc certum est, quod huiusmodi continuatio re-
8 stringeretur ad limites portionis ipsi, & fratribus
tangen. vt in simili scripsit *Surd. cons. 260. num. 17. &*
seqq. aliàs enim contradixisset, quando Calidonia
cæpit possessionem alterius quartæ partis horum
bonorum, nec passus fuisset, quod ipsa pacificè, &
quietè, nemine contradicente, eam fuisset ingressa,
vt ex Instrumento possessionis *Summ. Francisci nu-*
9 *mer. 4.* Cum non præsumatur eum iactare voluisse
ius manutentionis, quod aliàs sibi potuisset compe-
tere adnotat. *in l. cum de indebito ff. de probat.*

Nec prætendi potest possessionem Calidoniæ fuis-
se nulliter captam, tanquam captam à Procuratori-
bus constitutis ab Auia Materna vti eius Tutrice,
quæ tamen stante Marito Tutelam assumere non
10 poterat, *ex Port. Imol. cons. 193.* quia Portius non
dicit, quod Auia sit inhabilis, sed tantum, quod re-
11 currente ad Tutelam Marito, iste præferatur, vt
declarat *Gabr. cons. 29. num. 7. lib. 2.* Vndè cum in casu
nostro Maritus non contradixerit, Auia potuit esse
Tutrix, vt de Iure recentiori *text. est in auth. Matri*
& Auia C. quando Mulier. Tutel. offic. fung. poß. et tra-
dunt Bald. cons. 224. num. 2. lib. 1. Guttier. de Tutel. par. 1.
cap. 8. num. 7.

Minus refragantur verba posita in donatione fa-
cta Francisco à Calidonia, ibi *Dona al Signor Fran-*
cesco Petrogallo tutte le sudette ragioni, et attioni,
che li competono contra l'hæredità, e beni del d. Signor
Anibale sub Auo Paterno, e contra li poßeßori delli be-
ni di d. hæredità Summ. Quintiliani num. 1. Vndè di-
cebatur, quod cum ipse vocando alios in possesso-
res bonorum dictæ hæreditatis, fassa fuerit se non
possidere, non propterea Franciscus manutentio-
nem prætendere potest, quia clausula *Constituti* per
13 quam in ipsum fuit translata possessio, nihil opera-
tur, quoties constituens tempore Constituti, mi-
nimè possidebat; quoniam prò responsione ad huius-
modi obiectum, in quo plurimum insistebant infor-
mantes prò Quintiliano, fuit animaduersum, quod
ipsa cum supra in Narratiua dixerit, quod posside-
bat bona d. hæreditatis sibi pertinentia, ibi, *E beni*
da lei poßeduti Verba proindè inferiùs prolata *Con-*
tro li poßeßori delli beni di d. hæredità restringenda
sunt ad tres partes bonorum per d. Quintilianum,
& fratres possessas, nedum quia huiusmodi Con-
14 fessio interpretari debet in dubio ad fauorem d.
confitentis, præsertim mulieris *l. siquis intentione ff.*
de Iudic. Rom. cons. 455. num. 4. & 6. Mohed. decis. 2. de
restit. spol. Rot. decis. 551. num. 6. par. 1. rec. Sed etiam
cum sint indefinitè prolata, in materia probationis
15 non æquipollent vniuersali, vt in terminis confes-
sionis *Corn. cons. 103. sub num. 3. vers. tamen his lib. 1.*
Rot. diuers. decis. 806. sub num. 5. vers. quoad secundum, et
num. 6. par. 1. Attento maximè, quod aliàs sequere-
16 tur correctio in continenti, quæ in eadem disposi-
tione nunquam præsumitur *vt per l. non ad ea 89. ff.*
de legib. et alios allegatos firmauit Rot. in Ariminen. Ca-
strorum 14. Februarij 1642. vers. nec proindè releuat in
fin. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Nec possessio Calidoniæ ammissa fuit per Fran-
ciscum Constitutarium, etiamsi per decennium,
& vltrà à die mortis Ciuilis d. Calidoniæ possessio-
nem naturalem à Quintiliano occupatam non ap-
prehenderit, licèt enim regulariter possessio am-
mittatur per huiusmodi decennalem negligentiam
Rot. decis. 34. num. 3. part. 6. rec. cum alijs cumulatis per
Add. ad Buratt. decis. 604. num. 18. hoc tamen limitatur
18 in nostro casu, quo causa iam erat iudicialiter in-
structa super manutentione, quia cessat acquie-
scentia, & de Iure Canonico instantia est perpetua
Rot. apud Cotcm. decis. 494. num. 8. et 9. in rec. dec. 78. nu-
mer. 18. vers. nec decennium par. 6. rec. et in Romana do-
mus 6. Februarij 1640. vers. nec etiam ex eo, vbi quod
ità seruat Romana Curia *Confirmata 14. Iunij eius-*
dem Anni coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pan-
zirolo.

Quod verò possessio Calidoniæ fuerit attentata
ex decisione in hac eadem causa coram Cardinali
Caualerio, non subsistit in facto, quia dicta decis. non
loquitur de possessione per ipsam capta ab initio
ante motam litem, quando per mortem Anibalis
bona erant vacantia, sed loquitur tantummodo de
quibusdam molestijs ab ea illatis contra Colonos
vigore mandati de manutenendo obtenti in tertia
instantia ab A.C. vt patet ex lectura, & in omnem
euentum quatenus etiam subsisteret, non releuaret;
Quia dum Quintilianus passus fuit discuti de nego-
tio principali, absque eo quod de illis opposuerit:
Hinc vel fassus est eorum purgationem, vel ità re-
nunciasse censetur, vt hodie non possit de illis am-
plius

plius

plius opponere *Cresc. dec. 7. nu. 1. de re iud. Rot. dec. 102. num. 10. par. 6. rec. & in Melenitana attentatorum 14. Martij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Prætensa verò nullitas donationis Calidoniæ, & purificatio fideicommissi Quintiliani senioris reiecta fuerunt ad petitorium iuxt. stylum. Quia in hoc
22 summarijssimo Iudicio nudum factum possessionis, non autem Ius illius attendi solet *Rot. dec. 228. num. 6. post Modern. de manut.*

Et ità ex his, alijsque deductis in alia dec. coram me, quæ DD. placuerunt, resolutum fuit denegandam esse manutentionem Quintiliano in possessione bonorum, de quibus agitur, vtraque parte informante.

CESENATEN. CENSVS,

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Sententia execssiua in parte vitiatur in totum, & omnes actus subsequuti peo illius executione remanent nulli, detecta etiam nullitate sententiæ. Ex nouiter deductis, quando agitur prò impedienda illius executione.

SVMMARIVM.

1 *Scutentia excessiua vitiatur in totum.*
2 *Decretum subsecutum pro executione sententiæ excessiua remanet nullum, prout omnes alij actus indè sequuti.*
3 *Nullitas satis est, quod detegatur ex nouiter deductis, quando agitur pro impedienda executione.*

DECISIO CXXXVII.

Domini steterunt in decisis, quia deducta pro Ludouico Manzino non tollunt fundamenta decisionis æmissæ coram me sub die 31. Martij præteriti, vnde cum firmum maneat in facto mandata relaxata ab A C. contra comites Aurelium, & Valerium de Rouerellis, alterum pro scutis 726. b. 16. alterum scut. 225. pro fructibus Census esse excessiua in scu-
1 tis 727. vt ex calculo dato *in Summario præterita decisionis*, inteat certa Iueis conclusio, quod ex hu-
2 iusmodi excessu, non solum vitietur in totum sententia, sed etiam nullum remaneat decretum Rotale pro illorum exequutione relaxatum cum omnibus indè sequutis, vt ex *Gabriel. conf. 49. sub. num. 5. lib. 1. relatis pluribus Rotæ decisionibus dictum fuit in dec. huius causæ vers. Quia cum*, vbi etiam deducitur
3 satis esse huiusmodi nullitatem detegi ex nouiter deductis, dum agitur pro impedienda executione, iuxtà Theroricam *Bald. in cap. 1. in princ. de fid. Instrum. cum alijs ibidem allegatis.*

Exceptiones verò datæ contra calculum, vt scilicet contineat plures quietantias duplicatas, & quamplures alias, quæ non veniunt apponendæ ad creditum de Rouerellis, cum gratis opponantur, & nullatenus iustificentur, non fuerunt habitæ in consideratione.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

BAREN. SEV NVLLIVS PECVNIARIA,

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Manutentio in concuesu conceditue probanti possessionem anteriorem, qui per decretum Iudicis nullum non dicitur peiuatus sua anteriori possessione, & ex quibus huiusmodi nullitas iustificetur? Clericus ligari non potest constitutionibus laicalibus, nec ad illarum formam obligari etiam sponte, Contractus ad fauorem alicuius celebeatus in carceribus dicitur factus vi, & metu, nec inde oritur obligatio, & quando ad hunc effectum dicatue in Carceribus? celebratus pro se ab illis eximendo.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo ei competit, qui de eius anteriori possessione docet.*
2 *Possessio anterior probatur tàm ex Instrumento dationis in solutum, quàm per exequutionem, ac subhastationem bonorum factam ad fauorẽ alterius.*
3 *Decretum, Iudicis nullum quemquam non priuat sua possessione, nec potest impedimento esse, quominus ille sit manutenendus.*
4 *Sententia, quæ lata fuit die, qua non cadebat citatio, & absente parte, perinde est, ac si absque citatione fuerit prolata.*
5 *Iudex, quando Reus est contumax, accusata in termino citationis contumacia, potest absque alia citatione sententiam ferre.*
6 *Intellige, dumodò die immediatè sequenti sententia feratur, & non vltra.*
7 *Marito sustinenti onera matrimonij competit via executiua pro fructibus dotalibus tamquam pro alimentis Vxoris.*
8 *Limita quando agitur ad sortem, cuius respectu cessat Priuilegium alimentorum.*
9 *Instrumenta etiam dotalia non habent de Iure executionem paratam.*
10 *Clericus non potest ex defectu potestatis statuentium ligari à Constitutionibus laicalibus.*
11 *Constitutiones laicales, contra libertatem Ecclesiasticam semper reijciuntur à Rota.*
12 *Constitutiones laicales non comprehendunt Clericos, etiam si Clericus iuxta illarum formam contrahere profiteatur.*
13 *Clericus sicuti qualibet alia Persona potest ex pacto exequutiuè conuenir!.*
14 *Id tamen locum habet, vbi simpliciter conceditur Creditori facultas agendi exequutiuè, secus vbi facultas isti Creditori non datur, sed solum contrahitur iuxta formam Constitutionum laicaliũ.*
15 *Clericus sicut ex defectu potestatis ligari non potest Constitutione laicali, ita ex se voluntariè non potest eidem se subijcere.*
16 *Subhastatio, & deliberatio facta post interpositam appellationem, & præsentatam inhibitionem tamquam attentata non habentur in consideratione.*
17 *Instrumentum dationis insolutum factùm ab aliquo in Carcere, vbi iniuste detinebatur, ad fauorem alterius, est ipso Iure nullum ratione metus, quem carcer solet inducere.*
18 *Solutio facta per iniuste carceratum dicitur facta per metum.*
19 *Maximè stante protestatione antea facta, quod erat soluturus pro se eximendo ab iniusto carcere, non autem animo soluendi.*
20 *Protestatio quæ fit ab eo, qui se obligauit, quod contractum erat facturus pro eximendo se ab iniusto Carcere, non animo se obligondi remouet consensum sine quo nulla oritur obligatio.*
21 *Amplia, quamuis huiusmodi protestatio fuerit occultè facta coram Notario, & Testibus, dum protestans ausus non fuit illam deducere ad notitiam partis ob iustum metum permanendi in Carceribus.*
22 *Instrumentum factum fauore alicuius metu Carceris nullam tradit acquirenti possessionem, etiamsi fuerit deuentum ad actualem traditionem bonorum.*
23 *Contractus, quando est nullus ratione consensus deest Animus transferendi dominium.*
24 *Instrumentum licet celebratũ extra Carceres dicitur stipulatum metu Carceris, dùm se obligans non pote-*

poterat ab eo loco ad libitum discedere, immo si
fuit remissus ad Carceres, à quibus postea per De-
cretum Iudicis fuit liberatus.
25 *Solutus vinculis ille non dicitur, qui non habet li-*
beram recedendi facultatem.

DECISIO CXXXVIII.

OBtento ad instantiam Ioannis Andreæ Merti de-
creto, relaxationis exequutorialium contra Io.
Baptistam Continisium pro solutione ducatorum
1600. pro residuo dotis, & fructibus, & interposi-
ta statim per Continisium appellatione, fuit nihilo-
minus processum ad exequutionem personalem præ-
dicti Continisij, & post obtentam ab A.C. citatio-
nem cum inhibitione in forma, eaque notificata
parti, & exequutori, ac Reuerendissimo D. Nun-
tio Neapolis, in spretum illius fuit etiam deuentum
ad exequutionem realem, & subhastationem bono-
rum, de quibus agitur, cum subsequuta venditione,
& consignatione eidem Ioanni Andreæ pro dicta
summa ducatorum 1600. *Summ. Continisij n. 7.*

Sed quia non obstante huiusmodi exequutione, &
venditione pro toto credito, adhuc Continisius de-
tinebatur in carceribus, absque vlla spe excarcera-
tionis, ad effugiendas vlteriores vexationes, coactus
fuit eadem bona dare dicto Merto pro prædicta
summa ducatorum 1600. cum obligatione insuper
soluendi alios ducatos 185. pro fructuum interesse,
præuijs tamen protestationibus triduo ante factis
coram alio Notario, & testibus, quod sic contrahe-
bat non animo se obligandi, sed tantum se liberan-
di ab iniusto carcere *d. Summ. n. 6. & 7.*

Quo circa sequuta excarceratione, & obtenta
ab Eminentissimo Cardinali Vicario Vrbis absolu-
tione à iuramentis in eodem contractu præstitis, ac
prosequuta appellatione coram A.C. proptèr noto-
riam nullitatem, & iniustitiam sententiæ, fuit ei-
dem decreta manutentio super bonis, de quibus a-
gitur, à quo decreto interposita per Ioannem An-
dream appellatione, & commissa causa in Rota cum
facultate manutenendi quem de iure, fuit, me pro-
ponente, resolutum Continisio informanti dandum
esse mandatum de manutenẽdo, ex quo de anteriori
1 possessione constat, tàm per instrumentum dationis
2 insolutum, quàm per exequutionem, ac subhastatio-
nem, & deliberationem dd. bonorum factam ad fa-
uorem eiusdem Merti *Rot. dec. 225. nu. 1. & 2. par. 7.*
3 *rec.* & decretum D. Nuntij tanquam nullum non
priuauit Continisium sua possessione, nec potest im-
pedimento esse, quo minus ipse sit manutenendus
Corn. cons. 193. num. 4. lib. 3. Rot. apud s. me. Greg. dec.
105. num. 22. & in rec. dec. 114. n. 7. par. 7.

Nullitas autem est euidens, primo quia d. decre-
tum emanauit die 6. Iulij, & nihilominus citatio
cadebat pro die prima eiusdem, vndè cum latum
4 fuerit die, qua non cadebat citatio, & absente Con-
tinisio, perindè est, ac si absque citatione fuerit pro
latum *Bart. in l. aut. qui aliter in princ. ff. quod vi, aut*
clam. Vant. tit. de nullit. ex defectu citationis nu. 73. &
in his terminis Ruin. cons. 136. nu. 1. lib. 5. Rot. dec. 340.
num. 1. par. 1. rec. in Regien. seu in Salernitana bonorum
13. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Pentingerio, & in
eadem 19. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Carillo,
præsertim cum non æmanauerit die immediatè se-
quenti post citationem, sed longè post; Quamuis
5 enim vbi Reus est contumax. In termino citatio-
nis accusata contumacia, possit Iudex absque alia
citatione sententiam ferre, vt disponitur *in c. consul-*
uit de off. deleg. & notant DD. in l. cum non, & die C.
quando prouoc. non est necess. id tamen intelligitur dum-
6 modo die immediatè sequenti feratur, & non vltra,
vt apertè probat, *text. in dicto Capitulo consuluit, &*
declarat Alex. in l. si finita, §. Iulianus num. 48. vbi de
magis communi, ff. de damn. infect. Ruin. qui etiam
huiusmodi opinionem magis communem, & verio-
rem esse profitetur *d. cons. 136. sub n. 2. vers. & quam-*
uis, & reprobatis Bald. & Castr. contrarium sentienti-
bus dicit Rot. dec. 365. num. 4. par. 1. rec. & in d. Regi-
nen. seù Salernitana bonorum coram D. meo Carillo.

Secundo principaliter, quia relaxatæ fuerunt lit-
teræ exequutoriales contra bona, & personam
Continisij, contra quem tamen exequutiuè procedi
non poterat, quamuis enim pro fructibus dotali-
7 bus, qui debentur marito substinenti onera matri-
monij tanquam alimenti vxoris, detur via exequu-
tiua, in quibus terminis loquuntur *decis. Hydrunti-*
na pecuniaria 26. Iunij 1641. coram bon. mem. Merli-
no, vbi tamen, prout hic agitur ad sortem, cuius
8 respectu cessat priuilegium alimentorum, non po-
test exequutiuè procedi, quantumuis agatur de do-
9 te, cum de iure Instrumenta, etiam dotalia non ha-
beant exequutionem paratam, vt monuit *Angel. in*
l. si eum dotem. num. 2. & ibi etiam Alex. num. 6. ff. sol.
matri. Alciat. in l. si pactu quo pœnam. C. de pact. Grat.
discept. 455. num. 17. Thes. dec. 26. num. 3. Rot. coram
D. Vrgellen. dec. 37. n. 6. iuncto n. 4. ad med.

Nec vllum fundamentum fieri potest super ritu
magnæ Curiæ, & nouella pragmatica de censibus,
quia cum Continisius sit Clericus non poterat ex
10 defectu potestatis statuentium contra illum exerce-
ri, *cap. quod Clerici de for. compet. Castr. cons. 157. sub*
num. 1. lib. 2. Hond. cons. 3. num. 11. lib. 1. & Rota sem-
11 per reiecit huiusmodi Constitutiones laicales tan-
quam contra libertatem Ecclesiasticam, vt in alia
Baren. seu Neapolitana pecuniaria 24. Maij 1641. co-
ram R. P. D. meo Royas, & in dicta Hydruntina co-
ram bon. mem. Merlino, & in dicta Reginen. in quibus
12 optimis rationibus, & fundamentis ostenditur hu-
iusmodi leges laicales non comprehendere Clericos,
etiamsi Clericus iuxtà illorũ formã contrahere pro-
13 fiteatur, nam licèt ipse, sicut quælibet etiã alia per-
sona possit ex pacto exequutiuè conueniri *l. quanti, ff.*
sol. matr. l. penult. C. de pign. id tamen locum habet, vbi
14 simpliciter conceditur creditori facultas agendi
exequutiuè; secus vbi facultas ista creditori non
datur, sed solum contrahitur iuxtà formam Consti-
tutionum laicalium, semper enim intrat ratio, quod
15 sicut Clericus ex defectu potestatis, non potest li-
gari constitutione laicali, ita ex se voluntariè non
potest eidem se subijcere, argumento *text. in d. cap.*
si quis Clericus, & cap. si diligenti vbi glos. & DD. de
for. compet. & fuit luculenter dictum *in dd. Baren. &*
Hydruntinem.
16 His accedit, quod ad exequutionem, subhasta-
tionem, & deliberationem deuentum fuit post ap-
pellationem interpositam, & præsentatam inhibitio-
nem A.C. Ideoque manifestè attentata non sunt
habenda in consideratione *cap. non solum de appell.*

Neque dici potest Continisium cecidisse à posses-
sione facto proprio ex contractu dationis in solutum
facto ad fauorem Mirti, quia cum fuerit celebratus
17 in carcere, vbi iniustè detinebatur, ob non serua-
tum iuris ordinem, fuit proindè nullus ipso iure
ratione metus, quem carcer solet inducere, *l. qui in*
carcerem ff. quod me caus. Guttier. de iur. confir. part. 1.
cap. 57. sub num. 7. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 136.
num. 4. & 5. lib. 2. Farin. de carcer. quæst. 35. nu. 28. p. 1.
Aflict. dec. 149. num. 2. Rot. dec. 286. num. 4. post. 2. vol.
cons. Farin. in rec. dec. 490. num. 1. & 2. par. 1. dec. 500.
num. 1. par. 3. & dec. 26. num. 5. & seqq. par. 6. & in dd.
Reginen. & fuit dictum *in Neapolitana Domorum 13.*
Maij

Maij 1641. *coram Eminentissimo Domino Cardinali*
Hieronymo Verospio, & in specie, quod solutio facta
per iniustè carceratum dicatur facta per metum,
18 tradunt *Bald. in l. falsus num. 36. C. de furt. Roll. à*
Vall. cons. 2. num. 51. lib. 1.
19 Eoque magis, stante protestatione per ipsum an-
tea facta, quod huiusmodi contractum erat facturus
solum pro se eximendo ab iniusto carcere, non autē
20 animo se obligandi: huiusmodi enim protestatio
remouet consensum, sine quo nulla potuit oriri ob-
ligatio *l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquir. hared. Gabr.*
cons. 149. num. 94. lib. 2. Honded. cons. 23. sub num. 21.
lib. 1. Menoch. præsumpt. 126. num. 23. lib. 3. bene expli-
cat *Surd. cons. 37. num. 20. vers. alius est casus lib. 1. Ro-*
ta d. decis. 500. sub num. 1. par. 9. recentior. Quamuis
21 huiusmodi protestatio occultè facta fuerit, quia
dum ob iustum metum permanendi in carceribus
ausus non est Continisius illam deducere ad noti-
tiam Mirti, potuit idcircò illam facere, eo absente
coram Notario, & testibus, *Abb. in cap. 1. num. 6. de*
ijs, quæ vi, metusue caus. Bart. in l. de pupillo, §. si quis
ipsi Prætori nu. 22 ff de oper. nou. nunc Natt. cons. 451.
num. 22. Crot. cons. 53. pariter num. 22. Vndè ex eo
22 nulla fuit Mirto acquisita possessio, quamuis etiam
post illius celebrationem deuentum fuisse ad actua-
lem traditionem possessionis *Bald. in l. non dubium*
num. 78. C. de legib. Alex. cons. 69. num. 14. lib. 5. & fuit
dictum *in d. Neapolitana domorum*, & ratio est, quia
23 quando contractus est nullus ratione cōsensus deest
animus transferendi dominium, ac possessionem,
Honded. cons. 23. num. 27. Put. dec. 176. num. 2. lib. 3. in
correct. Rot. 251. n. 6. p. 6. rec.
24 Demum nihil releuat, quod huiusmodi Instrumē-
tum celebratum dicatur in quodam loco nuncupa-
to extra carceres, quia dum Continisius non solum
non poterat ab eo loco ad libitum discedere; sed
imò statim fuit ad carceres remissus, à quibus non
fuit liberatus, nisi post per Decretum Iudicis, non
est curandum de loci denominatione, sed perindè
est, ac si in carcere fuerit stipulatum *Ruin. cons. 113.*
num. 3. lib. 5. Natt. d. cons. 451. num. 15. & seqq. Rot. d.
dec. 490. num. 4. par. 1. & d. dec. 500. num. 2. par. 3. rec.
25 & meritò, nam ille solutus vinculis non dicitur,
qui non habet liberam recedendi facultatem *iuxt.*
text. in l. qui neque 45. cum glos. fin. de verb. signif.

Et ità vtraque &c.

ROMANA LEGATI SCVTORVM 50. MILL.

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Excluditur in decisione tàm multiplicatio legati, quā præsumptio donationis, eo in casu, quo testator post factum legatum superuiuens emerat in fauorem legatarij officia, & loca montium conditione adiecta, quod si ipse de illis non disposuisset, spectarent ad legatarium, quæ in legatum essent imputanda, non autem fuisse donata concluditur, vbi firmatur totum id, quod quoquomodo apparet factum post aliquam causam, puta promissum, concessum, traditum, seù datum semper censetur factum iuxta præcedentem causam, & ab illa regulatur.

SVMMARIVM.

1 *Res vnius potest ad alium spectare, pertinere, seu in eum transferri ex pluribus, & diuersis titulis.*
2 *Verbum* dò, concedo, *& simile non importat donationem, vbi non apparet quo titulo quis det, seù concedat.*
3 *Verbum* dò, concedo, *& similia intelliguntur secundum subiectam materiam, & secundum suas causas, & titulos regulantur.*
4 *Officia, & loca montium empta per Testatorem ad fauorem legatarij in legatum imputantur, & nu. 22. ac per totam decisionem.*
5 *Verbum* dò, concedo, *& similia non important donationem quando alia causa præcedit.*
6 *Dans, vel dare promittens, in dubio præsumitur id facere ex causa præcedenti.*
7 *Donatio non præsumitur, vbi alia subest causa etiā si quis dixerit, tolle hanc pecuniam, vel dò tibi, & concedo hanc pecuniam.*
8 *Traditio nuda absque causa, puta venditionis, vel similis non importat translationem dominij.*
Amplia, quia nec minus importare potest donationem, num. 9.
10 *Officium emptum cum renouatione Decreti ad fauorem alicuius, non censetur illi donatum, sed contra num. 33. & seqq.*
11 *Solutionis anticipatæ commodum est in Iure valdè considerabile, pretio æstimabile, & num. seqq. vbi amplia.*
12 *Commodum anticipatæ solutionis efficit, ne inducatur noua donatio.*
13 *Legata non sola morte Testatoris, sed hæreditatis aditione confirmantur.*
Legata accipi debent de manu hæredis n. 13.
14 *Legatum per testatorem in vita traditum pro sui confirmatione non requirit aditionem.*
15 *Testator in dubio non præsumitur voluisse grauare hæredem ad fauorem legatarij duplici onere, & num. 27.*
16 *Testator superueniens potest hæredem in solutione legati præuenire siue tradendo legatum, siuè aliam rem subrogando, aut alium similem actum faciendo, & num. 18. & 60.*
17 *Legatum factum de pecunia ex certa negotiatione redigenda, si Testator superuiuens ex eadem pecunia prædium emerat, eo casu prædium dicitur subrogatum loco pecuniæ legatæ.*
19 *Promissio facta per Testatorem ad fauorem legatarij refertur ad causam præcedentis legati.*
Amplia conclusionem procedere, etiam si causa legati non sit necessaria num. 20.
22 *Res per Testatorem legatario in vita simpliciter tradita cadit in causā præcedentis legati, non autem pro nouo donationis titulo interpretatur.*
23 *Solutio qualibet à Testatore facta legatario intelligitur facta, vt legatum exoneretur.*
24 *Donationis titulus præsumi non debet, si actus potest ad aliam referri causam.*
25 *Donatio non præsumitur, vbi alia fieri potest interpretatio.*
Donationem ad excludendam qualibet coniectura, vel leuis occasio sufficit n. 25.
26 *Legatum eiusdem quantitatis factum in diuersis scripturis vtrumque debetur iuxta dispositionem text. in l. quinquaginta, aliàs quingenta, ff. de probationibus declaratur num. 26. & nu. 28. 31. & seq. ac num. 39. & 43.*
30 *Legatum duplex nunquā debetur etiam quod Testator bis legauerit, si aliqua potest in legatario considerari vtilitas, siuè ratione modi, siuè temporis aut executionis.*
32 *Hæres probare debet voluntatem testatoris, quod scilicet ex duplici legato facto ad fauorem alicuius vnum tantum solui voluerit, & supra n. 16.*
34 *Verba generalia, quæ ad vnam tantum causam refferri possunt, hebentur pro specialibus, & expressis.*
35 *Verba licet generaliter prolata nihilominus ad causam præcedentem referri debent.*

36 *Fa-*

36 *Factum posterius generale, & dubium intelligitur secundum ordinationem praecedentem.*

37 *Dominij translatio in dubio censetur facta ex causa praecedenti.*

38 *Donatio causa mortis rectè fit per verba generalia,* dò, concedo, *& similia intellige, vt num.* 40. *& 41.*

39 *Donatio causa mortis aequiparatur legato.*

42 *Verba generalia non important donationem nisi illam perneeesse inferant.*

44 *Legatum factum per maritum vxori de certa quantitate illi debetur vltra dotem.*

45 *Verbum* lego, *importat donationem expressam.*

46 *Promissio simplex sine titulo faciliùs praesumitur facta, animo compensandi, quam legatum.*

47 *Causa dua lucratiuae non concurrunt in vxore recipiente dotem, & legatum.*

Vxor recipiens dotem, recipit id quod alias ipsa soluit, num. 47.

48 *Compensatio, qua prouenit ex vltima voluntate testatoris fit etiam de specie ad quantitatem, & è contra ac, nu. 65. 66. & 67.*

49 *Emens propria pecunia nomine alterius remanet creditor pecuniae.*

50 *Coniectura multum attenduntur ad effectum excludendi duplicationem legati.*

51 *Testator, qui primogenituram ad fauorem agnationis reliquit non est verisimile, quod illam voluerit extenuare ad fauorem legatarij in notabili summa vltra legatum, praesertim sine causa, & num. 25.*

53 *Legatum factu ratione affectionis, & coniunctionis sanguinis, licet noua causa non superuenerit, nihilominus potest ex illa capi coniectura, quod fuerit auctum, & duplicatum, sed contra num. 57.*

54 *Verba impropriantur ad excludendam multiplicationem legati, vbi nulla subest causa multiplicationis illius.*

Ampliа conclusionem procedere etiam ad excludendam nouam donationem ibid.

55 *Traditio simpliciter facta censetur facta, ex causa, & titulo praeexistenti si vnicus sit, si vero sint plures refertur ad causam necessariam, & in concursu ad duriorem, & num. seq.*

57 *Affectio, & ratio sanguinis non sufficiunt ad multiplicationem legati.*

Affectio, & ratio sanguinis plurimum operantur ad interpretationem legati, vt valeat, & substineatur, num. 57.

58 *Coniectura deducta ex affectione sanguinis reputatur friuola, & inefficax, vbi agitur de summa notabili.*

59 *Voluntas hominis licèt sit ambulatoria, tamen mutatio non ita de facili praesumitur, dum causa non affertur.*

60 *Emptum ex pecunia redacta ex eo corpore haereditario, ex quo legatum erat soluendum si fuit legatario traditum, datum intelligitur ex causa praecedentis legati, non autem donatum.*

61 *Coniectura elicita ex verbis testamenti plurimum attendi debet ad interpretationem voluntatis testatoris.*

62 *Diuersitas modica duarum dispositionum non tollit concordiam, & vniformitatem in illis partibus, qua substantiam respiciunt.*

63 *Legatu non fuisse ademptum, sed illi fuisse plenius, & vtilius satisfactu sunt termini valde diuersi.*

Diuersitas summa licèt arguat diuersitatem dispositionis, hoc tamen non procedit, quando aliud suadetur ex coniectura ta mente Testatoris.

65 *In Officiis, & locis montium non consideratur titulus, qui non est in comercio, sed pretium, & astimatio.*

66 *Compensatio licet non fiat de specie ad quantitatem, admittitur tamen in vltimis voluntatibus ex coniectura ta mente Testatoris, & n. 67.*

68 *Periculum, quod dependet à voluntate partis non habetur in consideratione.*

69 *Compensatio cum legato inducitur ex quoad manus legatarij perueniт pecunia Testatoris.*

70 *Legatum non efficitur irreuocabile nisi per mortẽ.*

71 *Coniecturam ad eius fauorem, quis non potest deducere ex propria assertione.*

72 *Testator cum potuerit aliquod declarare, & non declarauit noluisse censetur.*

Coniectura, qua resultat ex eo, quod Testator poterat si volebat se declarare, non habet locum quoties illa aequiuoca redditur, cum in vtramque partem declarationem facere potuisset, n. 72.

73 *Testator, quod facere omisit coniecturis suppletur.*

DECISIO CXXXIX.

POst resolutionem in hac causa emanatam 26. Iunij 1641. ad fauorem Marchionis Andreae pro reuocatione sententiae Rotalis, noua audientia per Camillum de Maximis ex solita DD. benignitate propter grauitatem causae obtenta pluries proposui causam super eisdem, & Domini re diligenter, ac maturè discussa, hodie steterunt in decisis ex pluribus.

Et praecipuè quia Marchio Vincentius in eius Testamento Camillo eius Nepoti scut. 50. mil. tantum iure legati reliquit, & successiuè officia, & loca Montium diuersis temporibus emit cum decreto ad fauorem legatarij per huiusmodi, vel similia verba. *Et casu, quo Marchio Vincentius de illis in vita non disposuerit ad Camillum spectent, & pertineant &c.* quae quidem verba *spectent, & pertineant* sunt generalia, & neque legatum, neque expressam donationem inter viuos, vel causa mortis de necessitate important, sed potiùs in eorum generalitate remanent, cum res vnius ad alium spectare, & pertinere, seù in eum transferri possit ex pluribus, &
1 diuersis titulis, nempè legati, commodati, praecarij, mutui, & similibus, de quibus *per glos. in cap. 1. in verb. titulo de vsuris in 6. Imol. in l. si fundum num. 3. post med. ff. de certè ff. de verb. oblig. Menoch. lib. 3. praesumpt. 34. num. 21.* & quod verbum *Dò, concedo*
2 & simile etiam transferendo, dominium per se ipsum non importet donationem, quando non apparet, quo titulo quis det, seu concedat, tradit *Abb. in cap. cum venerabilis nu. 11. vers. quod puto verum de except. Felin. in cap. si cautio num. 5. post princ. vers. nisi alia coniectura de fid. Instrum. Bart. in l. 1. §. si parens num. 1. ff. si à parent. quis manum. Ias. in l. si quando §. & generaliter num. 3. vers. secundo nota limita C. de inoff. test. Alex. in l. si donatione num. 17. in fin. C. de collat. & cons. 142. num. 22. lib. 2. Corn. cons. 64. num. 8. lib. 2. Cephal. cons. 183. num. 42.* dicta enim verba semper intel-
3 liguntur secundum subiectam materiam, & secundum causas, & titulos praecedentes regulantur, vt in fortioribus terminis de verbo, *dono*, est text. expressus *in l. si vno in princ. vers. Et si verbo, & ibi glos. in verb. sed transactio ff. locat. Aret. cons. 159. num. 15. & 16.*

4 Vndè sequitur quod supradicta verba in praesenti casu non important donationem, sed potiùs ad praecedentem causam legati referri debent; itaut omninò dicen. sit istam subsequutam emptionem officiorum, & locorum montium factam fuisse in satisfactionem praecedentis legati, vt firmatum fuit in

in decisione, quæ reuidetur, & faciunt tradita
5 per Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 5. num. 2. in fin. vbi quod
huiusmodi verba, do, concedo, & similia non impor-
tant donationem, quando alia causa præcedit. Et
6 quod, quis aliquid alteri dat, vel dare promittit,
in dubio præsumatur id facere ex causa, quæ præ-
cedit, Bart. in l. triticum num. 2. ff. de verb. oblig. Alex.
in l. à Titio num. 6. vers. 2. limita ff. eod. Corn. cons. 220.
num. 4. in fin. vers. Nec obstant lib. 1. Phenuc. de lucr.
dot. glos. 8. num. 96. Cravett. cons. 686. num. 6. & 7. Surd.
cons. 14. num. 24. vers. sequens actus, & num. 10. &
cons. 119. num. 16. & vbi præcedit alia causa, dona-
7 tio non præsumitur, etiamsi quis dixerit; tolle
hanc pecuniam, vel do, seu concedo tibi hanc pe-
cuniam, vt dicit idem Bart. in l. cum quid num. 11.
vers. sed si non fuit actum ff. si cert. pet. Imol. in d. l. si
fundum 114. post princ. vers. & nota prædicta ff. de
verb. oblig. Socein. sen. cons. 93. num. 16. in fin. & num. 17.
8 lib. 1. Et facit, quod sicut nuda traditio absque cau-
sa, puta venditionis, vel similis non importat trans-
lationem dominij l. nunquam nuda ff. de acquir. rer.
domin. Ita tantò minus importare potest donationem,
9 quæ vltra dominij translationem continet etiam
causam ipsius, quæ est liberalitas, & munificentia
l. 1. ff. de donat. cum similibus. Et ità ponderat Soccin.
sen. d. cons. 93. nu. 16. in fin. vers. confirmatur etiam lib. 1.
& in terminis decreti reseruati ad fauorem alterius
10 Honded. cons. 39. num. 35. & seq. lib. 2. Rota diuers. de-
cis. 262. num. 8. par. 1. & in Romana seù Bonon. prætensi
Clericatus Cameræ coram bon. me. DD. Card. Virili, Pi-
rouano, & Merlino, & alijs in decis. quæ reuidetur in
princ. alleg.

Vlterius placuit etiam DD. quod vt in decis. post
princ. ponderatum fuit, cum legatum scut. 50. mil.
esset soluen. per plures annos post mortem Testato-
ris, vt paulatim in annua summa ex fructibus bo-
norum hæreditariorum, ac certis alijs pecunijs hæ-
11 reditarijs erigenda, solutis priùs debitis hæredita-
rijs ascenden. ad considerabilem summam scut. 100.
mil. & vltrà, vt clarè deducitur ex verbis Testamen-
ti, ibi, Da pagarseli dal mio herede, &c. quando resta-
ranno pagati, e sodisfatti tutti i miei creditori, che si tro-
ueranno nel tempo della mia morte, & applicandoui tutti
li frutti de censi, e de Monti, e d'altre entrate mie, che
di mano in mano si anderanno riscotendo, e si doueranno
depositare nel Monte della pietà nel conto sotto mio nome
num. 4. &c. Officia verò, & loca montium remanere
debent, prout remanserunt ipsi Legatario, statim
mortuo Testatore subintrat repræsentationis, seu
anticipatæ solutionis præcedentis legati commo-
dum, quod est in iure valdè considerabile, & pretio
æstimabile iuxt. l. 1. si quis creditori suo ff. ad l. falcid. l.
debitor. decem ibi medij temporis commodum, ff. de leg. 2.
§. ex contrario, §. sed si vxori instit. de legat. Nouar. cons. 25.
12 num. 2. Vbi quod commodum anticipatæ solutionis
operatur, ne inducatur noua donatio, cum alijs latè
in decis. de qua agitur adductis post princ. vers. vtilitas
autem.

Quinimò huiusmodi commodum repræsenta-
tionis placuit, posse etiam deduci ex eo, quia Ca-
millus officia, & loca montium vigore dicti decreti
consequi poterat, prout consequutus fuit propria
authoritate, & ante hæreditatis aditionem, quod fa-
cere non potuisset de simplici legato scut. 50. mil. ex
13 quo legata non sola morte Testatoris, sed hæredita-
tis aditione confirmantur, & de manu hæredis capi
debent Rip. in l. sciendum num. 18. ff. de leg. 1. cum alijs
adductis in d. decis. de qua agitur fol. 2. in princ. & quod
14 legatum à Testatore in vita traditum pro sui con-
firmatione aditionem non requirat, dicit Ias. in l.
eam, quam num. 20. vers. vltra, Bart. adde casum C. de
fideic. Surd. cons. 14. num. 5. Afflict. dec. 275. n. 5.

Prætereà pro præmissorum comprobatione, ite-
rum DD. ponderauerunt, quod si emptio officiorum,
& locorum montium cum dicto decreto interpræ-
taretur pro nouo titulo donationis, eadem bona,
seù hæreditas Testatoris grauarentur duplici onere,
summa scilicèt legati scut. 50. mil. & pretio officio-
rum, & locorum montium aliorum scutor. 36. mil.
15 quod tamen Testator in dubio voluisse non præsu-
mitur, l. Titia la prima §. qui inuita ff. de legat. 2. l.
huiusmodi §. cum Pater ff. de legat. 1. cum alijs in dicta
decis. de qua agitur adductis fol. 3. in fin. vers. præsertim
quando agitur.

Ac etiam ponderarunt non esse nouum in iure,
quod Testator superueniens, hæredem in solutione
16 legati præueniat, siue tradendo legatum, siue aliam
rem subrogando, siue alium similem actum facien-
do, vt in l. pater inter filios ff. de alim. l. vbi pater,
legauerat pecuniam ex certa negociatione redigen-
dam, & quia ipsemet superuiuens ex eadem pecu-
17 nia prædium emerat, Tex. dicit Testatorem censeri
subrogasse prædium loco pecuniæ legatæ in l. fidei-
commissa §. si rem suam ff. de leg. 3. vbi res dicitur per
18 Testatorem empta, vel pecunia depositata in satis-
factionem præcedentis legati, & de legato per Te-
statorem in vita legatario tradito loquuntur Ias.
Surd. & Afflict. in locis supracitatis cum simil. & de
19 promissione facta per Testatorem, quod illa refera-
tur ad causam præcedentis legati Corn. d. cons. 210.
num. 4. in fin. vers. Nec obstant lib. 1. Phenuc. de lucr.
dot. glos. 8. num. 96. etiam quod causa legati non sit
20 necessaria, quia ius præuentiuæ satisfactionis, quæ
fit per Testatorem, non stat in præcedenti causa
necessaria, sed in eo, quod Testator intendit dissol-
uere obligationem futuram Marescott. var. resol. lib. 1.
cap. 58. n. 25. & 26.

Ex quibus eò faciliùs consequitur, quod etiam
in præsenti casu dicatur testamentum continere
substantiam legati scut. 50. mil. & præfatum decre-
tum emptionis officiorum, & locorum montium
21 operetur eiusdem legati solutionem, vt in similibus
terminis, vltra supra allegatos, dixit Surd. d. cons. 119.
num. 18. vers. pariter non aduersat. post Alex. in d. l. hu-
iusmodi §. cum Pater num. 5. post med. vers. non obstat d. l.
libertis ff. de legat. 1. sensit Bart. in d. l. triticum num. 2. ff.
de verb. oblig. Et specialiter quod res per Testatorem
22 legatario in vita simpliciter tradita cedat in causam
præcedentis legati, non autem pro nouo donationis
titulo interpretetur, tradit Vasq. de success. creat. lib. 2.
§. 17. requis. 28. nu. 112. Couar. in rubr. de Testam. par. 2.
num. 21. in fin. vers. Et ideò irreuocabilem Rimin. sen.
cons. 230. nu. 3. in fin. lib. 2. vbi pro regula firmat, quod
omnis solutio in dubio videtur facta, vt legatum
exoneretur, Laderch. Imol. cons. 127. num. 12. Surd. d.
cons. 14. num. 10. vers. non etiam subsistit. vbi quod do-
nationis titulus præsumendus non est, quando actus
24 referri potest ad aliam causam, nempè ad legatum
Fab. de Ann. cons. 91. num. 45. circa fin. & faciunt regu-
læ generales, quod donatio nunquam præsumitur,
quando alia interpretatio fieri potest, & quod quæ-
uis coniectura, vel leuis occasio ad excludendam
donationem sufficit, & similes, de quibus in dec. de
qua agitur post princ.

Non obstat, quod vbi Testator in diuersis scri-
pturis facit duo legata eiusdem quantitatis, vtrum-
que in dubio debeatur, nisi hæres contrariam volun-
tatem testatoris probauerit iuxt. d. l. quinquaginta
26 alias quingenta ff. de probat. quia fuit responsum
terminos huius legis esse longè diuersos, tum quia
ibi

ibi duo legata sunt specialiter, & expressè facta. Tùm etiam, quia solutio vtriusque legati erat collata in idem tempus mortis, in præsenti autem casu, neque adsunt duo legata, cum verba decreti officiorum, & locorum montium sit generalia, neque specialem titulum legati, seù donationis continent, nec etiam solutio legati collata est in tempus mortis, sed longè post mortem, & cum Testator in casu isto expresse suum hæredem, seù bona hære-
27 ditaria duplici onere non grauauerit, id voluisse non præsumitur, maximè concurrentibus etiam coniecturis cum alijs pro Marchione Andrea supra, & in decisione de qua agitur ponderatis.

Et quod *d. l. quinquaginta* procedat, quando solutio vtriusque legati collata est in idem tempus mor-
28 tis, ità, & taliter, quod nisi vtrumque deberetur, alterum remaneret inane, apparet ex lectura ipsius *text. & trad. ibi Doct.* qui proindè inferunt, quod
29 vbi secunda dispositio potest aliquid operari *dicta l. quinquaginta* locum non habet, vt post alios expressè firmat *Fab. de ann. d. cons. 91. num 45. circa fin. Franch. dec. 422. num. 5. & 8. cum alijs adductis in decisione de qua agitur fol. 1. vers. Et in hanc sententiam, & fol. 3. vers. Et ex his patet.*

30 Imò sufficit quæcumque vtilitas, vel ratione modi, vel temporis, vel declarationis, vel executionis, vt sunt apertissimi *text. in l. si socer ff. de dot. præleg. l. filia legatorum C. de legat. §. si quis debitori, §. ex contrario instit. de legat. Ias. in l. huiusmodi §. cum Pater num. 7. vers. sed ego clarius ff. de legat. 1. Camill. med. cons. 125. num. 8. Ladercb. Imol. cons. 127. num. 12. vers. non obstat.*

Neque *d. l. quinquaginta* est fundata solum in
31 in eo, quod ipsæ scripturæ contineant duas expressas, & distinctas dispositiones, eodem tamen tempore executioni demandandas, vt declarat ibi; *Fulgos. num. 1. Florian. de S. Petro num. 2. vers. Item not. glos. in l. Sempronius Proculo in verbo aurei ff. de leg. 2. cum alijs in decisione alleg.*

Hinc sequitur quod in præsenti casu onus probandi contrariam voluntatem Testatoris non possit
32 dici spectare ad hæredem *ex d. l. quinquaginta*, quia illa loquitur in diuersis terminis *iuxt. l. Papinianus in princ. ff. de minor. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess.* Præsertim quia in casu isto agitur de vnico legato contento in Testamento, & de decreto facto per verba generalia absque alio speciali titulo legati donationis, seu alio, vt supra, & latius in decisione firmatur.

Nec subsistit, quod huiusmodi decretum in of-
33 ficijs, & locis montium etiam per verba generalia appositum, expressam donationem importet, ex allegatis *in Romana Scriptoriæ coram bon. mem. Lugduneu. relata per Gratian. disc. 223. num. 19.* Quia placuit responsio id esse intelligendum quoad potentiam tantum, quatenus scilicet non præcedit alius titulus, vel alia causa, nam tunc verba genera-
34 lia, quæ ad vnam tantum causam referri possunt pro specialibus, & expressis habentur, *Alex. cons. 29. num. 1. vers. & subdit quod speciale lib. 1. Ruin. cons. 68. num. 1. vers. & tanto magis, & vers. nec etiam respectu lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 6. num. 16. in fin. Rot. coram Greg. XV. dec. 90. num. 3.* Aliud autem est quando, prout in præsenti casu præcedit alius titulus
35 quia tunc verba generalia ad causam tantum præcedentem referri debent, vt dicit etiam *Bald. in d. decis. Romana scriptoriæ allegatus in l. filia numer. 1. in fin. C. famil. ercisc.* Vbi quod factum posterius generale, & dubium, secundum ordinationem præcedentem intelligitur, Et in terminis decreti *Rot. dec. 151 num. 41. apud Pacif. de Saluian. & in Romana legitimæ 22. Iunij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & manifestè apparet ex pluribus supra deductis, ex quibus remanet etiam sublatum, quod eadem verba Decreti generalia importent translationem dominij in ipsum legatarium, quia ex ea ad donationem necessariò non infertur, cum dominij translatio ex pluribus, & diuersis causis, seù
37 titulis fieri possit. Et in dubio regulariter ex causa præcedenti facta censeatur ex iam dictis, quod etiã fuit admissum in priori instantia huius causæ *in secunda dec. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Ex his visum etiam fuit cessare quod huiusmodi decretum in officijs, & locis montium appositum, importet donationem causa mortis, quæ habet minorem iuris resistentiam, quàm donatio inter viuos,
38 itaut per verba generalia *dò, concedo*, & similia donatio causa mortis rectè fiat, *vt in l. 2. vers. tertium genus ff. de donat. caus. mortis cum alijs pro legatario allegatis*; fuit enim responsum, quod cum dictum decretum in præsenti casu sit solum factum per verba generalia absque aliquo speciali, & expresso titulo donationis inter viuos, causa mortis, vel alio, ipsum decretum in præexistentem causam, ac in titulum legati factum censetur, vt dictum est, & facit quod sicut in præsenti casu non applicatur, quod dicitur de duobus legatis iuxta terminos *d. l. quinquaginta* ex supradictis, Ita etiam cessat, quod dici po-
39 test de legato, & donatione causa mortis, quæ legato æquiparatur, *l. & si debitor in fin. ff. de donat. caus. mort. cum simul.* & ad id quod verba generalia
40 *dò, concedo*, & similia importent donationem causa mortis, placuit responsio id esse intelligendum, quando quis aliquid dat expresso titulo donationis causa mortis, vt *in d. l. 2. vers. tertium genus ff. de donat. caus. mortis Soccin. cons. 93. num. 15. lib. 1. & alijs,*
41 vel vbi non adest alius titulus qui exprimi possit, nisi titulus donationis causa mortis, qui proindè pro expresso habetur. Aliud autem est, quando, prout in casu isto, præcedit alius titulus, vt supra dictum est, & benè etiam probat *Anchar. cons. 32. num. 4. ante fin. vers. ex quibus satis apertè*, & in terminis Decreti *Rot. in decis. 151. num. 4. apud Pacif. de Saluian.*
41 vbi quod verba quantumuis generalia donationem non importent, nisi illam pernecesse inferant, & *in Romana, seù Bonon. pretij Clericatus Cameræ supra allegatis.*

Et supradicti DD. non faciunt vim in eo, vt prætendunt scribentes pro Domino Camillo, quod secunda dispositio sit inter viuos, sed in eo quod habet, & habere potest effectum executiuum primæ,
43 quæ est ratio, ob quam cessat *l. quinquaginta*, vt ipsi considerant, & idem firmat *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 58. num. 25. & alij omnes supra, & in decisione, quæ reuidetur allegati.*

44 Neque etiam obstat, quod si maritus leget vxori certam quantitatem, illa vxori debeatur vltra dotem *l. vnic. §. primum itaque vers. sciendum C. de rei vxor. act. l. creditorem ff. de leg. 2.* Quia placuit responsio, quod in his, & similibus legibus agitur de
45 secunda dispositione per verbum, *lego*, quod importat donationem expressam *l. legatum ff. de legat. 2. instit. eod. tit. in princ.* in præsenti autem casu simplex decretum vti factum solum per verba generalia non continet aliquem specialem, & expressum titulum legati, donationis inter viuos, causa mortis, vel similem, ac propterea eo facilius in præcedentem causam legati cedere debet, ex iam dictis. Et hanc differentiam inter legatum, & simplicem promissionem sine speciali titulo, quod scilicet in pro-

46 missione sine titulo facilius præsumatur animus
compensandi, quàm in legato in terminis *d. l. vnic. et*
simi. tradit *Corn. cons. 210. num. 4. iuncto nu. 11. vers.*
facit etiam vsque ad num. 17. lib. 1. sequitur Phanuc. de
lucr. dot. glos. 8. num. 96. Barb. in l. 1. par. 4. sub nu. 58.
et 60. ff. solut. matr. et alter Barbos. iun. in collect. super
C. in d. l. vnic. §. primum itaque num. 18. C. de rei uxor.
act. Maximè quia in *d. l. vnic. et simil.* hæres non po-
test dici duplici onere grauatus, dum soluit, seù re-
stituit dotem, quæ erat propria ipsius vxoris lega-
tariæ, nec in ipsa vxore creditrice concurrunt duæ
47 causæ lucratiuæ, quæ concurrerent in hoc casu, cù
ipsa vxor respectu dotis recipiat id, quod alias sol-
uit, proùt similiter ita specialiter ad *text. in d. §. pri-*
mum itaque vers. sciendum respondet Bald. in eodem §.
primum itaque in princ. Ioan. Lopez. super ll. Tauri l.
16. num. 15. Natt. cons. 309. num. 9. vers. et si dicatur
Rot. coram Papa Greg. dec. 236. nu. 7.

Minus releuat, quod cum Testator legauerit quã-
titatem, postea emerit officia, & loca montium,
remaneat exclusa compensatio, quæ de specie ad
quantitatem non datur. Placuit enim responsio,
quod in casu isto non agitur de compensatione, sed
de subsequenti dispositione facta in satisfactionem,
seù executionem præcedentis ex pluribus supra de-
ductis, & facit quia compensatio, quæ prouenit
48 ex vltima voluntate Testatoris, fit etiam de specie
ad quantitatem *l. si compensandi C. de hæred. instit. cum*
alijs in dec. de qua agitur adductis vers. nec ex eo in fin.
in qua fuit etiam pro responsione ponderatum,
quod in emptione officiorum, & locorum mon-
tium, non tàm considerantur ipsa officia, & loca
49 montium, quàm pretium, quod Testator de suis pe-
cunijs soluit, & cuius propterea creditor remansisset
iuxt. l. et si de tua C. de donat. inter vir. et vxor. cum
adductis per Rot. dec. 166. num. 7. apud Cent. de cens. et
simil.

Sed visa fuit cessare omnis disputatio ex pluribus
coniecturis etiam ex verbis Testamenti desumptis,
50 quæ ad istum effectum excludendi duplicationem
dispositionum plurimum attenduntur, *Fulgos. in d. l.*
qui quaginta circa fin. vers. refert. Alberic. Alex. nu. 4.
vers. & hæc verba ff. de probat. Bald. cons. 163. num. 3.
vers. quod habita lib. 5. Abb. cons. 4. num. 8. vers. Prate-
reà par. 2.

Prima est, quia Testator expressit enixam volun-
tatem ipsius integrè conseruandi Bona, & primoge-
nituram in eius agnatione, mandando eandem pri-
mogenituram augeri ex certo annuo inuestimento
redituum hæreditatis incipien. statim, atque cre-
ditoribus hæreditarijs, & legatario de eisdem reddi-
tibus satisfactum fuerit, & postmodum. In perpe-
51 tuum continuando, ità ùt non sit verisimile, quod
idem Testator voluerit eadem bona, & hæredita-
tem extenuare in tam notabili summa scut. 36. mil.
vltrà Legatum scut. 50. mil. vt per *Afflict. dec. 44. nu.*
21. Rot. dec. 312. nu. 6. par. 7. rec.

Secunda huic succedit, quæ præcedentem fortifi-
cat. Quia à dicto tempore Testamenti, quo Mar-
chio Vincentius legauit scut. 50. mil. Camillo ad
tempus, quo incepit, & successiuè vsque ad mortem
continuauit emere officia, & loca montium, nulla
adducitur, neque apparet superuenisse noua causa
maioris affectionis in Testatore, vel maioris meriti
in Camillo, vel grauioris istius necessitatis, seù pur-
puræ fortunæ auauctiuæ status Testatoris, vel ali-
qua alia causa, ob quam verisimiliter præsumi pos-
sit ipsum fuisse inductum ad augendum legatum,
seù addendam nouam donationem tantæ summæ
scutorum 36. mil. quam si facere voluisset poterat
52 vno eodemque legato in Testamento comprehen-
dere, ac proindè ab omni verisimilitudine alienum
visum fuit, quod Testator, qui tàm anxiè, & solli-
citè suarum facultatum conseruationi, & augumen-
to incubuit pro decòre, & ampliatione eius primo-
geniture, vt apparet ex toto eius Testamenti con-
textu, voluerit absque vlla noua superuenienti cau-
sa, tàm profusam liberalitatem exercere, & noua
donatione se, suumque hæredem grauare *Rimin. iun.*
in repet. rubr. instr. de donat. num. 113. Honded. cons. 30.
num. 27. lib. 2. Phanuc. de lucr. dot. gloss. 8. num. 95. vers.
pro compensatione Cyriac. contr. 326. num. 6. vbi post
Bald. quod hoc casu argueretur stultitia, fatuitas, &
dementia.

Nec obstat, quod dicatur hoc legatum fuisse
factum ex causa affectionis, & coniunctionis san-
guinis, quæ causæ operantur, quod licet noua cau-
sa superuenisse non doceatur, nihilominus præsumi
53 possit legatum ex illis fuisse actum, & duplicatum
Rimin. iun. cons. 492. num. 4. Manent. cons. 117. num. 6.
Franch. dec. 422. num. 4. Greg. dec. 236. num. 8. & seqq.
Quia vltra responsiones datas in *altera dec. §. nec re-*
leuat, DD. dixerunt istam distinctionem non appli-
cari, quia illa intrat, quando agitur de subsequenti
legato facto expressè ob eamdem causam, ob quàm
fuit factum præcedens, quo casu cum titulus legati
nouam donationem importet, lex, quæ illam exclu-
dere intendit, inuestigat naturam causæ expressæ.
Et si talis sit, quæ non recipiat multiplicationem,
54 ità ut censeri possit per unius legati potestatem im-
pleta, & consumpta impropriat verba, & præsum-
ptionem nouæ donationis, & duplicationem legati
excludit *iuxt. text. in l. libertis ff. de alim. & cibar. leg.*
& in his terminis loquuntur adducti in contrarium
secus est quando, vt in casu nostro agitur de tradi-
tione simpliciter facta absq; titulo, & sine expressio-
ne alicuius causæ, quia tunc non attenditur, An cau-
sa, quæ præcedit, sit multiplicabilis, vel non, sed tra-
55 ditio indistinctè præsumitur facta ex illo titulo, &
illa causa præexistenti, si vnica sit. *Crauett. cons. 686.*
num. 6. & 7. Si verò essent plures, quarum vna esset
56 voluntaria, alia necessaria, traditio ad causam ne-
cessariam refertur, *iuxt. dec. Greg. 326. per tot.* Vtra-
que verò existente necessaria, seù voluntaria præsu-
mitur facta in causam duriorem.

Verùm cessat omnis difficultas, quia affectio, &
ratio sanguinis non sunt causę sufficientes, vt lega-
57 tum multiplicetur, solum enim operantur, quando
agitur de facienda fauorabili interpretatione legati
vt valeat, & sustineatur, non autem, vt duplicetur
& hæres in plus grauetur, vt not. *Alber. in l. filia le-*
gatorum n. 2. C. de legat. Ias. in l. huiusmodi §. cum pater
nu. 7. ff. de leg. 1. Decian. resp. 89. num. 11. lib. 5. Menoch.
cons. 1248. num. 6. Gabr. cons. 103. num. 10. lib. 1. quæ
efficacius procedunt, cum hic non agatur de parua
sed de magna summa, quo casu coniectura adducta
58 ex affectione, & coniunctione sanguinis friuola, &
inefficax reputatur *gloss. in l. cum quis in verbo pro*
tanto, vers. sed quid si non appareat, ff. si cert. petat.
cum alijs adductis per Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 2. n. 6.
vers. & si.

Tertia est efficax, ac valdè releuans coniectura,
quod de tempore legati vigebant eedem causæ af-
fectionis, & sanguinis, & tamen Testator noluit le-
gare nisi dicta scuta 50. mil. Quinimò expressè man-
dauit, quod Camillus non posset quidquam aliud
ab eius hæreditate prætendere, quę verba ostendunt
eius animum in futurum non relinquendi aliud, &
59 licet voluntas hominis sit ambulatoria, attamen mu-
tatio non ita de facili præsumitur, dum non constat
super-

superuenisse aliquam causam nouam, ob quam verisimiliter censeri possit facta immutatio, vt in terminis sic ratiocinatur *Menoch. d. cons. 1248. num. 7. & 8. cum alijs in dec. quæ reuidetur ex supra allegatis.*

Quarta coniectura ex eo desumitur, quia hic adest probabilis causa, ob quam Testator verisimiliter potest censeri motus ad emendum officia, & loca montium cum reseruatione decreti ad fauorem Camilli, quæ sola sufficeret ad excludendam donationem præsumptam, ad quem effectum satis est causam coniecturari posse, vt fuit dictum. Cum Testator enixè cuperet, quod legatum scut. 50. mil. ab eo factum Camillo, quem maximè diligebat, eidem promptè, & cum omni facilitate persolueretur, vt viuens eo frui posset, prout ipse hanc sui animi sollicitudinem exponit his verbis. *Et questo pagamento delli scudi 50. mil. il mio herede, ò quelli, che li succederanno in vigore di questo mio vltimo testamento lo debbano fare prontamente, & con ogni facilità, &c.* E contra verò cognosceret id iuxta eius votum succedere non posse, quia legatum erat soluẽdum paulatim ex fructibus hæreditarijs, postquã ex eisdem fuissent satisfacti omnes eius creditores ad magnam summam ascendentes, quod non nisi considerabili temporis interuallo fieri poterat, ut agnouit etiam ipse Testator, ibi, *Il che con progresso di qualche poco tempo si potrà animare.* Adeout Camillus, qui iam Senior euaserat, & alijs vitæ ærumnis confectus erat vix, sua vita durante, legatum consequi, & frui potuisset, verisimile est, quod Testator animaduertens post testamentum damnũ, quod Camillus pati poterat ex hac dilatione tẽporis ab eo præuisa, & ex alijs etiam, quæ ex diuersis casuum circumstantijs in similibus committi solent inuenerit hunc modum, quo sublata omni mora, indemnitati Camilli consuleret, & quod præueniendo hæredem, cæperit emere officia, & loca montium cum reseruatione decreti ad fauorem Camilli qua mediante commodum legati, statim mortuo ipso Testatore, consequeretur. Et quod ita officia, & loca montium quodammodo loco pecuniæ Legatæ subrogare voluerit *iuxt. text. in l. Pater inter filios 23. ff. de alim. leg.* Præsertim cum officia, & loca montium empta fuerint ex fructibus perceptis ex illo eodem Corpore hæreditatis, ex quo legatum erat
60 soluen. quo casu traditio sequens semper intelligitur facta ex causa præcedenti, non autem ex causa donationis, vt expressè post *Bart.* firmat *Castr. in l. frater à fratre num. 29. & ibidem Ias. num. 37. post med. vers. dicit tamen singularitèr Bart. vbi dicit esse mente tenendum, & bis signandum ff. de cond. indeb. & egregiè Petr. Gerard. de Petra san. Sing. 56. int. sing. doct. tom. 1. fol. mihi 294.*

Et stringit efficaciùs hæc coniectura, cum ex alijs etiam appareat vniformis intentioni, & menti Testatoris, qui hoc in animo præcipuè gerebat, quod eius debita, quantum fieri posset, soluerentur absque diminutione, & incommodo suæ hæreditatis, vt ipse expressit illis verbis *senza incommodo, e diminutione della mia heredità.* Idque semper se perstitisse, & in posterum curaturum fore declarauit, ibi, *In conformità di quanto hò sempre vsato, & professato, e che spero piacendo à Dio di continuare sino alla morte.* Quare multum verisimile est, quod hac etiam intentione emerit officia, & loca montium, vt solutio legati fieret eodem tempore cum vtilitate Camilli, & absque incommodo, & diminutione suæ hæreditatis, prout ipse etiam post factum Testamentum velle curare prædixit, quæ coniectura vti
61 elicita ex verisimili mente Testatoris, & verbis Testamenti præcipuè attendi debet prò interpretanda eius voluntate *l. in obscuris ff. de Regul. iur. l. cum in Testamento ff. de reb. dub. Rot. penes Sanct. mem. Greg. dec. 301. sub nu. 9. & 17. Mastrill. dec. 305. nu. 14. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 4. solut. 2. fol. mihi 28. cum alijs adductis per Castill. de Coniect. cap. 15. num. 20. & seqq.*

Quinta denique deprehenditur ex vniformitate istarum dispositionum, quæ habent ferè easdem conditiones, & qualitates, & in substantialibus ferè in omnibus conueniunt. Nam sicuti legatum, viuente Testatore poterat reuocari, & nonnisi, eo mortuo, firmitatem irreuocabilem obtinebat; Ità etiam officia, & loca montium adimi poterant, cum Testator reseruasset sibi in uita facultatem disponẽdi de illis, nec poterant acquiri Camillo, nisi postquam Testator, non facta de illis dispositione, obijsset. Secundò quemadmodum mortuo Testatore pecunia legata potius penes Camillum, quàm penes hæredem Vincentij esse debebat, ita officia, & loca Montium. Et denique sicuti Camillo de pecunijs legatis non disponente reuertebantur ad hæredem Testatoris, ita etiam officia, & loca montium ad eundem reuerti hoc casu debebant, vigore similis conditionis appositæ in reseruatione decreti, quæ conuenientia, & vniformitas efficaciter suadet, quod Testator hæc officia, & loca montium loco pecuniæ legatæ subrogauerit, & quod pro exequutione legati dictas acquisitiones fecerit non obstante, quod latior videatur concessa Camillo facultas disponẽdi de pecunijs legatis, quam de nonnullis ex officijs, & locis montium, plusquam in aliquibus ex istis reseruatum eius hæredi, quàm in legato, quia huiusmodi modicæ diuersitates in ijs, quæ post acquisitum Camillo emolumentum contingere poterat, nõ
62 videntur offendere concordiam, & vniformitatem dispositionis in illis partibus, quæ substantiam acquisitionum tàm pecuniarum, quàm officiorum, & locorum montium respiciunt *l. Lucius titius, & l. Titia cum testamento §. qui in vita ff. de leg. 2. l. 2. ff. de dot. prœleg. Alciat. cons. 17. sub n. 19. & seqq. tom. 3. lib. 8. Neguss. iun. cons. 12. sub num. 4. vers. exposita.*

Nec releuant coniecturæ in contrarium adductæ quia omissis, quæ adducuntur ad probandum legatum non censeri adeptum, quia non sunt termini præsentis disputationis, hæres enim non dicit legatum fuisse ademptum, sed fuisse plenius, & vtilius illi satis factum, & primam dispositionem continere substantiam legati. Emptionem verò officiorum, & locorum montium illius exequutionem, qui sunt termini valdè diuersi ab emptione *Crauett. cons. 784.*
63 *num. 1. vers. Itaque text. non obstat lib. 5.* Nec non omissis leuibus, & illis, quibus in altera decisione, & supra in resolutione obiectorum fuit responsum disputationem restringendo super alijs: Non obstat prima, quod vtraque dispositio contineat summam diuersam, quia licet ex diuersitate summę arguatur
64 diuersitas dispositionum; hoc tamen non procedit, quandò, prout hic, aliud suadetur ex coniecturata mente Testatoris, quæ locum habet in ea summa, in qua dispositiones conueniunt ad effectum, vt fiat compensatio, & imputatio pro rata *l. cum censum ff. de adim. leg. Ceph. cons. 486. num. 29. Surd. cons. 119. num. 17. & 18. Fab. de Anna cons. 91. num. 14. Negus. Iun. d. cons. 12. num. 4. & seqq. Franch. d. dec. 422. num. 6.*

Secunda verò, quod in Testamento legata fuerit quantitas: Inter viuos autem empta officia, & loca montium, quæ tanquam species censentur, & sic intret conclusio, quod de specie ad quantitatem

& è

65 & è conuerso non fit compensatio ; Tollitur, quia
præter quod in his officijs non consideratur titulus,
qui non est in Commercio, sed prætium, & æstim-a
tio *Seraph. dec. 1294. num. 6.* obiectum cessat, quia
66 conclusio ista non procedit quando compensatio,
vel imputatio fit in vltimis voluntatibus ex conie-
cturata mente Testatoris, vt explicat *Natt. cons. 109.*
num. 12. vers. sed, dici potest, affirmans hanc esse ve-
67 ram modernorum sententiam, quicquid senserint
antiquiores, & idem tenet *cons. 11. num. 8. & plures*
cumulat Surd. cons. 112. num. 38. & duobus seqq. cum
alijs latè adductis in ultera dec. §. nec ex eo.

Tertia, quod reseruatio dispositionis officiorum,
& locorum montium facta ad fauorem Camilli po-
terat euanescere, vel ob mortem illorum, sub quo-
rum nominibus fuerant empta, vel si Marchio Vin-
centius cui primũ talis facultas reseruata fuerat de
illis in eius vita disposuisset pariter cessat, quia
quoad periculum mortis illorum in quorum capita
factæ fuerant emptiones non videtur considerabile.
Nan si ante mortem Marchionis Vinçentij conti-
gisset, nihil poterat nocere Camillo, cui remanebat
Ius saluum pro consequutione Legati, si verò post
68 mortem Marchionis, poterat euitari à Camillo per
venditionem illorum, vt fecit, & sic tamquam de-
pendens ab eius voluntate, non videtur consideran.
l. si merces §. quis maior, & §. culpa ff. locat. Cravett.
cons. 372. sub num 2. vers. quod contrarium Cyriac. con-
trou. 166. sub num. 29. & in hac materia consideratur
69 id quod successit, scilicet quod ad manus legatarij
peruenerit pretium officiorum, & locorum montiũ
Hondcd. cons. 50. num. 35. lib. 2. Grat. discept. forens. cap.
274. num. 17. & bene firmauit Rot. in d. dec. Romana,
seù Bonon. pretij Cleritatus Camera 54. par. 5. recent.
& in dec. quæ reuidetur. Quo verò ad facultatem
disponendi, quam Marchio in eius vita sibi reser-
uauerat, eadem facultas competebat respectu legati
quod ipso viuente, etiam tacitè adimi, & reuocari
70 poterat, & non nisi per eius mortem efficiebatur
irreuocabile, *l. si mihi, & tibi, §. in legatis ff. de leg. 1.*
l. si quis ita §. fin. l. translatio in vltim. verb. l. nihil pro-
hibet ff. de adim. leg. cap. cum Matthiæ §. cæterum extra
de celebrat. Missar. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 4. sub n. 7.
vers. sed alia ratione.

Quarta fundata in diuersis, & particularibus o-
neribus, quę dicuntur imposita Camillo contempla-
tione reseruationis dd. Locorum montium, & Of-
ficiorum, pariter non releuat. Quia vltra responsio-
nes datas in altera *dec. §. Prout etiam*, quæ DD. pla-
cuerunt, dictum fuit non probari in facto, quod di-
cta onera fuerint hoc respectu imposita ; Camil-
lus enim hoc non affirmauit, etsi affirmasset id non
71 probaretur ex eius assertione, ad effectum deducen-
di indè coniecturam ad eius fauorem iuxtà notata
in *l. Theopompus ff. de dot. præleg. & in l. fin. C. de fi-*
deic. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 1. sub nu. 27. vers. Po-
test etiam dici &c. & Camill. Port. in cons. 31. nu. 25.
lib. 2. vlt. volunt.

Denique non releuat quinta, quod scilicet Mar-
chio Vincentius poterat vnico verbo in dictis em-
72 ptionibus declarare se fecisse reseruationem decre-
ti in satisfactionem legati, quod cum non fecerit no-
luisse censetur, vt in specie probatur ex *l. vnic. §. pri-*
mum Itaque ver. sciendum C. de rei vxor. act. Quia
æquiuoca est inductio ista, nàm, & vnico verbo po-
terat declarare, quod vltra legatum intendebat hæc
præstari Camillo, sicut etiam in singulis casibus à
Iure consultis consideratis in ll. ad rem nostram
73 conferentibus euenit. Atque ideo, quod Testator
omisit coniecturis suppletur, vt in dicta *l. cum Cen-*
tum, & alijs relatis declarat *Castill. de coniect. cap. 9.*
sub num. 78. & cap. 14. sub num. 11. & seqq. & *Negus.*
iun. de consil. 12. nu. 11.

Et ita re maturè discussa, & partibus hinc inde acritèr informantibus, resolutum fuit.

GERVNDEN. BENEFICII.

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione Beneficij competit in concursu probanti possessionem anteriorem, & ex quibus probata dicatur non obstante posteriori possessione capta ab altero pendente termino ad appellandum, etiam si postea non fuerit appellatum? & quando sententia ob appellationem non interpositam in termino fecerit transitum in iudicatum, & à quo tempore terminus ad appellandum currere incipiat contra fictum contumacem?

SVMMARIVM.

1 *Possessio de tempore motæ litis sola sufficit ad effectum manutentionis.*

2 *Possessio probatur per confessionem partis petentis immissionem.*

3 *Manutentio illi conceditur contra quem petitur immissio.*

4 *Sententia condemnatoria alicuius ad dimittendum, & relaxandum beneficium præsupponit in necessarium antecedens ipsius possessionem.*

5 *Priuatio præsupponit habitum.*

6 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est nulla, & attentata, nec est manutenibilis.*

7 *Appellatio datur à sententia lata super institutione Beneficij.*

8 *Possessio capta pendente termino ad appellandum à sententia lata super institutione Beneficij, est nulla, & attentata.*

9 *Mandatum de manutenendo illi conceditur, qui a sententia appellauit, quia non habuit se pro spoliato.*

10 *Maximè si appellans semper institit pro manutentione coram omnibus Iudicibus.*

11 *Possessio capta in termino ad appellandum, licet non dicatur attẽtata, si postea non fuerit appellatũ, remanet tamẽ nulla, neque est manutenibilis.*

12 *Terminus ad appellandum, quando fuit processum per contradictas contra non verum, sed fictum contumacem, incipit tantum currere à die habita notitia.*

13 *Amplia etiam si præcessisset citatio personalis.*

14 *Appellationem in dubio semper præsumitur fuisse intra legitimum tempus à die habita notitia interpositam.*

15 *Comissio causæ simpliciter declarare censetur appellationem fuisse ab initio admittendam, & exequutionem nullam, & reuocandam.*

16 *Manutentio non est deneganda anteriori possessori non obstante sententia, à qua ipse appellauit, cum eius virtus, & effectus remaneat per appellationem suspensus, perinde ac si lata non fuisset.*

DECISIO CXL.

FVit resolutum Francisco informanti concedendam esse manutentionem in possessione Beneficij de quo agitur, quia constat de ipsius possessione tempore motæ litis, nedum ex Instrumento adeptæ possessionis de anno 1639. in vim mandati relaxati ab Archidiacono de silua executore litterarum Apostolicarum *Sum. nu. 1.* quæ sola sufficit ad huiusmodi effectum *Greg. XV. dec. 580. num. 1. & 2. Rot. dec. 326. num. 1. par. 6. rec.* Verumetiam ex confessione ipsiusmet Andreæ aduersarij petentis immissionem

sionem qui fatetur non se, sed alterum possidere
Rot. apud Greg. decis. 200 num. 3. Buratt. dec. 160. num. 4.
& decis. 306 num. 1. & decis. 393. num. 1. & 2. & in rec.
decis. 661. num. 2. par. 1. & ratione huius confessatæ
3 possessionis, non sibi, sed alteri, contra quem petit
immitti, datur manutentio Menoch. de recuper. possess.
remed. 1. num. 215. cum seqq. Rota in Maceraten. Saluia-
ni 28. Aprilis 1626. coram bo. mem. Cocc. Reuerendiss.
Vrgellen. decis. 118. num. 1. & latè fuit dictum in Fer-
rarien. Manutentionis 28. Ianuarij 1641. coram bo. me.
Pirouano, & in Maceraten. Bonorum 4. Iulij 1642. co-
ram me.

4 Accedente præsertim sententia Rotali ad fauo-
rem Andreæ condemnatoria dicti Francisci ad di-
mittendum, & relaxandum huiusmodi Beneficium
Summ. num. 6. ibi, ab occupatione dicti Beneficij amouen.
quæ proindè in necessarium antecedens præsuppo-
nit ipsius possessionem, vt in terminis ponderauit,
Rota coram Buratt. d. dec. 160. num. 5. & dec. 491. num. 2.
ubi add. litt. B. plures refert concord. in Rom. Domor. de
Zacconibus 17. Maij 1621. vers. 2. probatur coram
Vbaldo Sen. & dec. 551. num. 2. par. 2. rec. ex regul. quod
5 priuatio præsupponit habitum præcedentem l. ma-
numissus ff. de Iust. & Iur. l. decem ff. de verb. oblig. cum
Vulgat.

Non obstat quod Andreas, vt prætenditur pos-
sessionem ceperit istius Beneficij in vim dictæ sen-
tentiæ, & mandati de immittendo in eius exequutio-
nem per Rotam relaxati, quia cum à dicta sententia
daretur appellatio, possessio capta, pendente termi-
6 no ad appellandum, fuit nulla, & attentata, & ideò
non manutenibilis cap. non solum de appell. in 6. Lancel-
lott. de attent. par. 2. cap. 12. Limit. 49. num. 3. Rot. de-
cis. 225. num. 4. par. 1. dicta decis. 326. num. 4. & dec. 330.
num. 2. par. 6. rec. in Vrbeuetana Bonorum 26. Ianuarij
1624. coram Vbaldo, & in his præcisis terminis, quod
à sententia lata super institutione Beneficij detur ap-
pellatio, & proindè possessio illius vigore capta
7 intrà terminum datum ad appellandum reputetur
8 attentata, latè firmauit Rot. in Salernitana Iurispa-
tr. 4. Iulij 1642. coram R. P. D. meo Roias, & ideò
9 manutenendus interim est Franciscus, qui non ha-
buit se prò spoliato, dùm appellauit à prædicta
sententia Gregor. decis. 46. num. 9. Seraph. decis. 1045.
num. 4. & decis. 1056. num. 1. & 2. Rot. in d. Rom. Do-
mor. de Zacconibus coram Vbaldo, & dicta Vrbeuetana
Bonorum 26. Ianuarij 1624. confirmata 27. Martij
eiusdem anni coram eodem Reuerendiss. Vrgellen. decis.
138. num. 5. præsertim quia semper institit prò ma-
nutentione coram omnibus iudicibus, Greg. XV. de-
cis. 555. num. 1. & ibi add. num. 11. Rot. dec. 330. num. 7.
par. 6. rec.

Nec releuat, quod sententia prædicta, ob non
interpositam appellationem in tempore, transi-
tum fecerit in iudicatum, & propterea possessio
inde sequuta, etiam pendente termino ad appellan-
dum dici non possit attentata, quia fuit responsum,
11 quod ista possessio, quamuis ob non interpositam
appellationem tempore congruo non esset attenta-
ta; nihilominus cum fuerit capta intrà terminum ad
appellandum concessum, remansit nulla Mohed. dec. 8.
num. 2. de præbend. Cæsar. de Graff. decis. 2. num. 4. vers.
sed placuit de appell. Seraph. decis. 229. num. 3. & 4. quæ
quidem nullitas operatur, vt non sit manutenibilis
Purpur. cons. 43. num. 14. lib. 1. Menoch. de retin. remed. 1.
num. 2. Cassad. decis. 5. in fin. de Iurepatr. Rot. decis. 41.
num. 1. part. 2. diuers. & dicta decis. 330. nu. 4. & 5. par. 6.
recent.

Neque dubitari potest quod huiusmodi possessio
capta fuerit pendente termino ad appellandum:
12 quia cum processum fuerit per contradictas, termi-
nus prædictus contra non verum, sed fictum contu-
macem currere non incepit, nisi à die habitæ notitiæ
Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 21. Scacc. de appell. qu. 12.
num. 7. & 16. vbi quod hoc procedit, quamuis præ-
13 cessisset citatio personalis Rot. dec. 2. & dec. 16. de dol.
& contum. in nou. dec. 55. num. 3. par. 1. diuers. & in dict.
Vrbeuetana Bonorum 27. Martij 1624. vers. neque obstat,
14 & in dubio semper præsumitur appellationem fuis-
se intrà legitimum tempus à die habitæ notitiæ in-
terpositam Bellamer. decis. 344. num. 1. Rota d. decis. 55.
n. 3. par. 1. diuers.

Idque faciliùs ex quo signatura Causam appel-
lationis simpliciter commisit, vnde declarasse cense-
15 tur appellationem fuisse ab initio admittendam, &
exequutionem nullam, & reuocandam, vt pluribus
relatis firmat Rot. decis. 134. num. 7. & dec. 305. num. 11.
par. 6. rec. & in his terminis, quod propterea non sit
deneganda manutentio anteriori possessori, quia
16 virtus prædictæ sententiæ, & effectus remanet
suspensus, & perindè ac si lata non fuisset Modern.
Perus. de manutenen.

Et ita conclusum vna tantum parte, &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 2. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta ad fauorem alicuius eo casu, quo hæres institutus de bonis sibi relictis non disposuerit, euanescit quoties illum disposuisse constat, nec reuiuiscit ex quo Hæres eundem instituerit, qui fuerat per Testatorem vocatus in casu non factæ dispositionis ab Hærede, cum sic institutus ab illo, non autem à Testatore hęreditatem habere dicatur, & expenduntur duo textus, scilicet in l. vnum ex familia 67. §. si falcidia ff. de leg. & in leg. si sponsus §. si quis rogatus ff. de donat. inter virum, & vxor, qui in hac facti specie obstare videbatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi eadem obstant exceptiones, quæ eius obstarent authori.*

2 *Substitutio conditionalis euanescit eo ipso, quo deficit conditio sub qua illa fuerat concepta.*

3 *Hæredem nullum fuisse institutum, & Hæredem repudiasse paria sunt.*

4 *Hærede repudiante, vel renuente hæreditatem adire intrat substitutio facta ad fauorem aliorum.*

5 *Possessio bonorum hæreditariorum inducit hæreditatis acceptionem in illo, qui alio titulo possidere nequit.*

6 *Electio facta vigore facultatis eligendi vnũ ex vocatis tribuit ius Testatori, non autem eligenti.*

7 *Hæres illius, qui habebat liberam facultatem disponendi, & relinquendi, cui maluerit, ei succedere dicitur non Testatori, qui illi liberam facultatem reliquit.*

8 *Hæres relinquens substituto videtur potius fidem primi Testatoris exsoluere, quam quidquam de proprio donare.*

Declara, vt ibidem, & n. seqq.

Testatoris vbi manifesta redditur voluntas omnis cessat disputatio.

10 *Præsumptio, seu coniectura non admittitur, si res euidenter apparet.*

11 *Dispositionis coniectura vna pars declarat aliam.*

12 *Hæres restituens hæreditatem, non potest onus in restitutione adijcere.*

DECISIO CXLI.

FVndamenta decisionis æmissæ coram me sub die 15. Iunij 1643. hodie Domini confirmarunt; Ite-

rum

rum respondendo, Instrumentum dotale non esse
exequen. quia cum Anna non sit hæres Lauræ, sed
Crescentij, qui cum Maximiliano insolidum erat
obligatus; sicuti Crescentius agens prò recupera-
tione Dotis contra creditores Maximiliani reppel-
leretur actione *l. vindicantem de evict.* Ità pariter re-
1 pelli debet Anna eius hæres, cui obstant eædem ex-
ceptiones, quæ Crescentio eius authori obstarent
vulg. l. cum à Matre C. de rei vindic.

Neque enim dici potest Annam esse hæredem
Lauræ vigore substitutionis in eius Testamento
contentæ, quia substitutio non fuit pura, & libera,
sed conditionalis, quatenùs scilicèt Crescentius hæ-
res institutus de illis non disposuisset, iuxtà facultа-
tem sibi in Testamento expresè tributam. Vndè eo
ipso quod Crescentius, vtendo facultate disposuit
2 de bonis per Lauram sibi relictis, defecit conditio,
sub qua vocata fuerat Anna, & per consequens eua-
nuit substitutio sub ea conditione concepta *ad notat.
per Dort. in l. 1. C. de Instit. & substit.* cum alijs latè ad-
ductis in alia decis. *vers. Quod autem*.

Ea verò quæ in contrarium deducuntur non re-
leuant; quod enim Anna institutionem Crescentij
3 non acceptauerit, proindeque idem sit, ac si insti-
tuta non fuerit, cum paria sint nullum esse hæredem
institutum, & institutum repudiasse *ex Ruin. cons. 46.
num. 10. lib. 2.* Nullo nititur fundamento. Quia præ-
ter quod posset dici, quod dispositio adhùc in suo
robore remaneret, cum renuente Anna hæredita-
4 tem adire, vel eam non acceptante, intraret substi-
tutio ad aliorum fauorem facta *Peregr. de fideic. art.
34. num. 19. Fusar. de substit. qu. 238. num 9.* obiectum
cessat ex facto, quia de acceptatione Annæ constat
sufficienter ex consecutione, & possessione mobilium
eiusdem Crescentij in eodem Testamento sibi reli-
5 ctorum, cum enim ea non alio titulo consequi pos-
set, quam hæreditario, consequens est, vt ex eorum
possessione resultet hæreditatis acceptatio, vt notat
Bart. in l. gerit num. 2. ff. de acquir. hæred. & cons. 129.
num. 4. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 101.
nu. 27. & fuit dictum *in Maceraten. Interusuriorum* 13.
Febr. 1608. cor. bo. me. Manzanedo.

6 Alterum fundamentum sumptum ex dispositione
l. vnum ex familia 97. §. si falcidia ff. de leg. 2. non ap-
plicatur, Textus enim, & DD. super eo scriben. lo-
quuntur in hærede grauato, qui iussu Testatoris co-
gitur omninò restituere hæreditatem, solumque
habet facultatem eligendi vnum ex vocatis, eo enim
casu electus non dicitur capere ex Testamento eli-
gentis, sed eius qui restitui iussit, cum facultas ne-
cessariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium
non sit, & nihil de suo reliquisse videatur, qui, quod
reliquit, omninò reddere debuit, vt inquit Impera-
7 tor. Hic autem versamur in hærede, qui nulla ad-
strictus necessitate restituendi, sed habens liberam
facultatem disponendi, & relinquendi cui maluerit,
disposuit ad fauorem Annæ, vndè meritò ipsa dici-
tur succedere hæredi, à cuius liberalitate capit hæ-
reditatem non autem Testatori, qui liberam hæredi
reliquit facultatem disponendi, vt optimè distin-
guendo consuluit *Surd. cons. 29. num. 28.* cum alijs in 1.
decis. alleg.

8 Neque huic responsioni aduersatur text. *in l. si
sponsus §. si quis rogatus ff. de donat. inter vir. & vxor*
vbi quod hæres relinquens substituto videtur potiùs
fidem primi Testatoris exsoluere, eiusque volutatem
pinguiùs implere, quam quicquam de proprio do-
nare. Prò explicatione enim huius textus, in quo
præcipua consistebat causæ difficultas, aduertebant
Domini textum loqui in hærede, qui præcisè coge-
batur hæreditatem restituere substituto, solumque
poterat certam portionem deducere, inferens, quod
d. portionem non deducens, voluerit pinguius de-
functi voluntatem implere, dum hæres sciebat sub-
stitutum ex voluntate defuncti totum assem, dem-
pta certa portione, consequutum, vtique dum hæres
noluit illam portionem deducere, proculdubio id
egisse videtur, vt integra hæreditas absque vlla di-
minutione deueniret ad substitutum, quem certum
erat purè, & præcisè fuisse per Testatorem ad suc-
cessionem vocatum. At in præsenti casu Laura non
vocauit Annam pure, & simpliciter, sed sub condi-
tione, quatenus Crescentius hæres institutus de bonis
relictis non disponeret; Vndè voluntas Lauræ erga
Annam non erat constans, sed totum erat positum
in facultate Crescentij, sicque deficit ratio funda-
mentalis *textus* posita in libera, & clara voluntate
Testatoris, quod substitutus deberet hæreditatem
assequi, ob quam infert *Vulpianus*, quod hæres re-
linquens substituto videatur sequi voluntatem de-
functi, eamque pinguiùs implere; Dùm enim Te-
stator commisit successionem Annæ in liberam vo-
luntatem Crescentij, videtur potiùs ipsam sequi vo-
luisse hæredis voluntatem, quamè contra, proinde-
que dum Crescentius disposuit in fauorem Annæ,
non tam videtur sequutus defunctæ voluntatem,
quam propriam aperuisse, vtendo facultate sibi tri-
buta, eamque ad successionem vocando, quam po-
tuisset prò libito suæ voluntatis priuare, Hinc au-
tem satis patet, quam distent termini illius *text.* ab
hoc casu, neque enim valet replicare, quod etiam
in casu legis potuisset hæres vnam portionem dedu-
cere; Vis enim stat in hoc, quod dum substitutus ca-
pere debebat reliquatum hæreditatis, si hæres por-
tionem, quam poterat non ademerit, id egisse vi-
detur, vt pinguiùs impleret voluntatem defuncti,
hoc autem applicari non potest, vbi, proùt hic,
substitutus non potest assequi hæreditatem, nisi de
volnntate hæredis, & quatenus ipse de bonis non
disposuerit. Cum enim Testatrix totum negocium
commiserit hæredis voluntati, dici nequit hæredem
voluisse sequi defuncti voluntatem, sed potius suam
aperire, vt dictum est.

Prætereà aduertebant Domini *text.* loqui solum
præsumptiuè, ibi, *magis pleniore Officio præstandæ fi-
dei functum maritum, quam donasse videri*, & ibi Cel-
sus adiecit, quod plerique magis fidem exoluunt in
hoc casu quam donant. Nec de suo putant profe-
cisse quod de alieno pleniùs restituunt. Vnde hæc
præsumptio admittit probationem in contrarium,
& cessat quando constat hæredem, non tam voluis-
se implere defuncti voluntatem, quam de suis bonis
disponere vt apertis verbis declarauit Crescentius in
principio Testamenti ibi *volens de suis bonis dispone-
re*, & ibi, *in omnibus autem alijs suis bonis*, & infrà de
his, in quibus à Laura fuerat institutus cum d. facul-
tate specificè disposuit si enim tàquam de bonis suis
disposuit, ergo non disposuit tanquam de bonis
Lauræ. Vbi autem clara est Testatoris declaratio
9 cessat omnis disputatio *l. ille aut ille ff. de leg. 3.* &
10 non admittitur præsumptio, nec coniectura, vbi res
apparet euidenter *l. continuus §. cum ità ff. de verb. ob-
lig. l. si certis annis C. de pact.*

Idque tanto magis, quia Crescentius, vltra bo-
na reperta in hæreditate Lauræ, reliquit etiam mo-
bilia proprijs pecunijs comparata, vndè sicut de
his, tanquam de proprijs disposuit, ità etiam de
11 alijs censetur disposuisse, cum simus in vna, eadem-
que dispositione coniunctiuè, & copulatiuè facta
cuius vna pars aliam declarat *Soccin. in l. 1. in 1. no-
tab.*

tab. ff. de reb. dub. Ruin. cons. 7. num. 10. in fin. lib. Surd. decis. 124. num. 9. Et vlterius adiecit etiam nouum
12 onus distribuendi bona in pauperes, casu quo Anna sine filijs decederet, quod adijcere non potuisset si simpliciter iuxt. mentem Lauræ hæreditatem restituere cogitasset *ad notat. per DD. in d. l. vnum ex familia, §. si fundum, ff. deleg. 2. cum alijs in alia decisione cumulatis, vers. adhuc tamen.*

Reliqua, quæ subtiliter longa serie adducebantur, visum fuit non indigere alia responsione. Et ità vtraque &c.

TOLETANA CANONICATVS POENITENTIARIÆ.

Veneris 2. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ quando censeatur reuocatum per Constitutionem alterius Procuratoris resoluitur ex coniecturis, & clausulis in Instrumentis appositis, & ex actibus subsequutis, & quando quis possit esse Procurator ex sua persona, & substitutus ex persona alterius Procuratoris, vbi quod nisi soluta mercede, & refectis expensis non admittitur reuocatio Procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum faciunt probationem probatam.*
2 *Mandatum procuræ probatur ex litteris missiuis stantibus maximè gestis procuratorio nomine.*
3 *Mandatum procuræ tacitè reuocatur per secundum mandatum factum in personam alterius.*
5 *Dummodo tamen facta fuerit simplex reuocatio, et eo animo, vt cesset offitium primo loco constituti.*
5 *Clausula in secundo mandato procuræ apposita,* Ità quod non sit melior conditio occupantis, & peior subsequentis, sed quod vnus incepit, alter possit ad finem procedere, *operatur, vt procurator primo loco constitutus remaneat cum priori facultate.*
6 *Reuocatio primi mandati præsumpta per secundum mandatum Procuræ, cessat ex contrarijs coniecturis, ex quibus possit dici primum Procuratorem non fuisse reuocatum?*
7 *Reuocatio primi mandati procuræ per secundum dignoscitur ex actibus subsequentibus.*
8 *Procurator non fuisse de lite sollicitus, nec se ingessisset, minusque fecisset expensas si habuisset suum mandatum pro reuocato per constitutionem noui Procuratoris.*
9 *Clausula* ità quod vnusquisque incepit &c. *apposita in secundo mandato procuræ, æquipollet clausulæ circa reuocationem stantibus maximè coniecturis.*
10 *Procurator cõstitutus à Domino non potest reuocari, nec impedire in executione sui mandati à Procuratore posterius constituto habente mandatũ cum facultate reuocandi Procuratores ab ipso substitutos, quia primus Procurator non est suus substitutus.*
11 *Mandata plura, quando sunt facta eidem per secundum non censetur reuocatum primum, si vnum plus alio contineat, & si vtrumque insimul se compatiatur.*
12 *Procurator quis esse potest ex sua persona, & substitutus ex persona alterius procuratoris.*
13 *Contestatione litis, quis efficitur Dominus instantiæ, non autem causæ.*
14 *Declaratio facta ex post in Instrumẽto reuocationis mandati, quod per secundum mandatum principalis Dominus intellexit reuocare mandatũ primi Procuratoris, non suffragatur stantibus coniecturis in contrarium.*
15 *Reuocatio Procuratoris non admittitur, nisi prius soluta mercede, & refectis omnibus expensis.*
16 *Reuocatio Procuratoris non admittitur non facta intimatione saltem, ad effectum, vt principalis remaneat obligatus Procuratori.*

DECISIO CXLII.

SVb die 26. Maij 1636. Franciscus Viarius fuit constitutus Procurator à Capitulo Toletano ad effectum comparendi coram Sacro hoc nostræ Rotæ, & alio quocumque Tribunali in causa vertente inter idem Capitulum, & Michaelem Ferrer super Canonicatu Pœnitentiariæ Ecclesiæ Toletanæ, cum expressione, quod hoc fieret sine limitatione, & coarctatione temporis *Summ. Viarij vltima positionis n. 1.* quod procuræ mandatum fuit etiam ab eodem Capitulo confirmatum die 15. Martij 1639. occasione obitus Ioannis Bezerræ litis consortis in eadem causa ejusdem Capituli, & signanter ad impedien. surrogationem gratiosam, aut nouam aliam gratiam, quam obtinere intenderet idem Michael Ferrer in iuribus dicti defuncti *eod. Summ. n. 5.*

Rursus die 27. Martij 1639. fuit ab eodem Capitulo constitutus Procurator Canonicus Petrus de Pesquera, vt se Romam conferret ad hanc eandem litem in genere, & in specie cum facultate substituendi, & substitutos reuocandi, absque clausula citra tamen reuocationem aliorum *d. Summ. num. 6.* qui Petrus cum incidisset in aduersam valetudinem, substituit eundem Viarium, ipseque substitutionem acceptauit *Sum. n. 9.* postquam verò conualuit eam reuocauit *Summ. Capituli n. 5.*

Petente postmodum Viario mercedem suorum laborum, fuit oppositum à Capitulo ipsum non fuisse Procuratorem, ex quo ipsius mandatum procuræ fuisset reuocatum per aliud subsequens factum in personam dicti Petri de Pesquera. Vndè causa introducta in Rota coram me, dubitaui, an Franciscus Viarius sit Procurator Capituli Toletani.

Et DD. dixerunt fuisse Procuratorem, vsque ad diem intimatæ reuocationis, quia de eius mandato procuræ constat non solum ex duobus Instrumentis, in quibus semel, atque iterum fuit constitutus
1 Procurator, quæ faciunt probationem probatam *Clem. prima de procur. c. licèt causam de probat. l. fin. & ibi glos. in verb. manifestum, C. de restit. cred. l. 1. & l. si Procurat. ff. de Procur. Rot. diuers. dec. 334. in fin. par. 4. & dec. 227. num. 1. par. 5. recent.* Sed etiam ex pluribus litteris missiuis de ordine, seu consensu eiusdem Capituli scriptis *Sum. n. 7.* ex quibus rectè
2 etiam probatur mandatum *d. l. si Procurat. ff. de Procurat. 65. l. 1. ff. mandati, l. si litteras, C. eodem,* stantibus maximè gestis ab eodem Viario, de quibus *in Summ. num. 21. Rot. dec. 536. num. 1. & seqq. part. 4. recent.*

3 Neque obstare visa fuit prætensa tacita reuocatio per secundum mandatum Pesqueræ *ad text. in l. si quis Procurat. §. Iulianus, ff. de Procurat. C. eodem eum simul,* quia dato quod procedat in simplici re-
4 uocatione facta eo animo, vt cesset officium primo loco constituti, *ex cap. si quem de Procurat. in 6.* non applicatur casui nostro ex clausula in mandato Pesqueræ apposita, *Ità quod non sit melior conditio oc-*
5 *cupantis, & peior subsequentis, sed quod vnus incæperit, possit alius ad finem perducere,* ex qua non censetur Viarius primo loco constitutus Procurator, sed remansit cum eadem, vt prius facultate, prout in specie dictæ clausulæ extat *text. in l. pluribus 32. & ibi glos. de Procurat.* alias enim non posset dari casus præocupationis *ad text. in cap. si duo de Procur. in 6.*

Gratian. discept. 201. num. 56. & seqq.
6 Et eo magis, quia cum allegata reuocatio per se-
cundum mandatum sit præsumpta, cessat ex contra-
rijs coniecturis, ex quibus optimè etiam dicitur pri-
mum Procuratorem non fuisse reuocatum per Con-
stitutionem alterius *ad text. in d. c. si quem post med. de
Proc. in 6. Paris. cons.* 88. *num. 23. in fin. & seqq. lib. 4.
Menoch. lib. 2. præsumpt. 36. sub nu. 6. Rot. dec. 38. de
Procur. in nou. & Mediolanen. rescissionis Canonicatus
17. Iunij 1602. coram Sacrato.*
Quæ coniecturæ satis apparent ex tot Epistolis
missiuis Vicario ab eodem Pesquera post dictum
mandatum sibi datum, in quibus status huius litis
exquiritur, multa super ea iniunguntur, & pluri-
mum eiusdem diligentiæ commendatur, *vt in eodem
Summ. num. 6.* quæ à dicto Pesquera, cum sit de
gremio Capituli, & ideò conscius eiusdem inten-
tionis non erat, aut petenda, aut iniungenda
Vicario, si fuisset reuocatus *Grat. d. discept. 101. n. 71.
& 72.* Animus enim non reuocandi dignoscitur ex
7 actibus subsequentibus *Socin. cons. 17. num. 12. lib. 3.
bon. mem. Coccino dec. 17. num. 9. lib. 3.* nec Viarius a-
8 liter de hac lite sollicitus fuisset, neque se ingessisset
sine mandato *Rot. dec. 440. num. 6. par. 2.* maxime fa-
ciendo plures impensas *Rot. decis. 536. num. 1. & seqq.
par. 4. recent.*
Præterea colligitur etiam ex eo, quia si Capitu-
lum intendisset reuocare Viarium per Constitutio-
nem secundi Procuratoris, interim negotium Ro-
mæ sine defensore longo tempore remansisset, ex
quo expectandus erat aduentus eiusdem Pesqueræ,
& quidem cum magno discrimine, & euidenti pe-
riculo, quod saltem Ferrer obtineret surrogationem
gratiosam in iuribus defuncti, nemine opponente,
9 contra euidentissimam Capituli mentem, de cuius
maxima sollecitudine super hoc apparet ex eodem
mandato procuræ, in quo facta mentione de primo,
eoque confirmato, ad hoc specialiter secundo fuit
deputatus idem Viarius *in Summ. nu. 5.*
Minus obstat prætensa expressa reuocatio, quia
aut intelligitur facta à Capitulo, & hæc non le-
gitur in secundo mandato Pesqueræ, in quo non
fuisset omissa, si Capitulum hoc voluisset, neque
suffragatur, quod non fuit apposita clausula *citra re-
uocationem,* quia sufficit dicta alia clausula *Ita quod
vnus inceperit &c.* quæ illi æquipollet, vt dictum est
stantibus maximè coniecturis superius deductis.
Aut intelligitur de reuocatione facta à Pesquera,
& quicquid sit, an etiam potuerit fieri sine causa,
postquam Viarius erat Dominus litis effectus, nihil
releuat, cum Pesquera non habuerit facultatem re-
uocandi, nisi Procuratores à se substitutos, vt patet
ex lectura sui mandati per extensum *Summar. nu-
mer. 6.* & Viarius habebat æqualem facultatem,
10 quæ facit, vt constitutus non possit reuocari, nec
impediri in executione sui mandati, cum non sit
suus substitutus, sed constitutus à Domino, vt be-
nè considerat *Bald. in rubr. extra de sum. Trinit. & fid.
Cath. num. 33. & in specie dixit Rot. in Hispalen. man-
dati 15. Decembris 1625. & 2. Martij 1626. coram bo.
mem. Coccino, quarum vltima est impressa apud Posth.
dec. 199. sub n. 3. & 9.*
Nec facit, quod Viarius acceptauerit dictam
substitutionem, quia dictus Pesquera videtur po-
tius Constitutus tanquam superintendens, vt assiste-
ret liti, in qua Viarius erat Procurator constitutus ab
eodem Capitulo, ibi, *Acciochè in nome di detto Ca-
pitolo vada alla Corte di Roma, & assista, e stia alla
difesa, & intelligenza della causa, che si tratta con il
Dottor Michele Ferrer sopra il Canonicato &c. Summ.
dicti Viarij dato in prima positione num. 7.* & vlterius
nedum fuerit specialiter constitutus ad hanc cau-
sam, sed generaliter ad omnes lites motas, & mo-
uen. ibi *Se ne vada alla Corte di Roma, e generalmen-
te li diamo questo mandato di procura per tutte le liti,
e cause di questo Capitolo Ciuili, e Criminali, che hà
di presente, ò che hauerà con tutte le Communità, e
persone di qualsiuoglia qualità, condizione, ò che sia
attore, ò reo Summar. dato in vltima positione num. 6.*
eius substitutio, vel tanquam ex abundanti, quoad
hanc causam factam, vel tanquam excedens facul-
tatem, quoad alias causas motas, & mouen. & con-
tra quascunque personas, prout in mandato procu-
ræ facto Pesqueræ continebatur, ibi, *Ad omnia in di-
cto mandato procuræ contenta Summ. vltimæ positionis
num. 9.* non operatur reuocationem præcedentis
mandati facti in eius personam, nam quando sunt
11 plura mandata facta eidem per secundum, non cen-
setur reuocatum primum, si vnum plus alio conti-
neat, & sic vtrumque insimul se compatiatur *Angel.
in l. si quis, §. Iulianus num. 1. post med. ff. de Procur. &
ibidem Fulgos. num. 2. Paris. d. cons. 88. num. 15. lib. 4.
Menoch. d. lib. 2. præsumpt. 36. num. ad med. Boer. dec.
347. sub n. 3.* & potest quis esse Procurator ex sua
12 persona, & substitutus ex persona alterius Procu-
ratoris *Mohed. dec. 5. de procur.*
Minus officit, quod per sententiam latam à bon.
mem. Coccino, Viarij officium expirauerit, cum
per litis contestationem, quis fiat Dominus instan-
tiæ, non autem causæ *Rot. dec. 20. in fin. de Procur.
in nou.* vbi hoc in additionibus particulariter nota-
tur, quia Viarius fuit constitutus Procurator ad
hanc litem cum facultate appellandi sine limita-
tione, & coarctatione temporis, & cum generali
administratione, vt in primo mandato, & in secun-
do, cum in eodem, & dependen. annexis, & conne-
xis, & cum libera, & generali administratione,
ideoque non applicatur decisio, ibidem enim non
fit fundamentum in eo, quod per sententiam expi-
ret mandatum procuræ, sed in eo quod lata senten-
tia idemmet principalis comparuerat, appellauerat,
13 aliosque actus fecerat, & nouos Procuratores con-
stituerat, ex quibus omnibus inducebatur præce-
dentis mandati reuocatio, vt ponderat *eadem decis.
sub num. 1. vers. & alij, & maior pars,* quæ tamen
in casu nostro non concurrunt.
Declaratio autem in Instrumento reuocationis
factæ sub die 14. Aprilis 1643. quod per secundum
mandatum Pesqueræ Capitulum intellexerit reuo-
care omnia mandata, & signanter illa Viarij, visa
fuit mendicata, & affectata post litem super hoc
motam, & ideò non suffragari, stantibus in contra-
rium coniecturis supra deductis.
14 Et hanc sententiam DD. libenter fuerunt amplex-
xi, quia Viarius non insistit pro huiusmodi sui man-
dati prosequutione, sed pro consequutione debitæ
15 satisfactionis, qua non sequuta, & non refectis ex-
pensis, non admittitur reuocato *l. qua omnia 25. §.
planè in fin. vbi glos. in verb. si retentione, ff. de procu-
rat. Gratian. discept. 56. num. 17. & 18.* nec etiam ad-
mittitur, non facta intimatione, saltem ad effectum,
16 vt principalis remaneat obligatus Procuratori *l. si
mandatum, ff. mandati ibi, tu antequam scias me ve-
tuisse emisses mandati sibi obligatus ero.*
Et ita vtraque parte informante.

TAVRINEN. REGRESSVS.

Lunæ 5. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Regressus ad beneficium resignatum ad hoc, vt com-
petat,

petat, requiritur, nedum magna proteruia, & pertinacia resignatarij pensionem non soluentis, sed vlterius constare debet de præterita possessione regressum petentis, & quare?; & quid sit pensio reseruata ei qui beneficium numquam possedit, sed vigore subrogationis in locum illius, qui beneficium possedit, & resignauit cum omnibus clausulis, & facultatibus ad eius fauorem appositis? & quomodo intelligenda sit moderna praxis constituendi pensione cum regressus ad fauorem cuiuscumque pensionarij relata per Paris. loco citato in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Regressui vt sit locus, nedum requiritur pertinacia, & magna proteruia Resignatarij pensionem non soluentis, sed vlterius, opus est, quod cumulatiuè constet de præterita possessione regressum petentis.*

2 *Regrediens ad beneficium ius suum continuare dicitur.*

3 *Regressum impetrare non valet, qui nunquam possedit,*

4 *Regressus dicitur habere causam de præterito, ita vt ea non præcedente, competere non possit.*

5 *Resignans beneficium cum reseruatione pensionis potest in defectu solutionis illius, alijsque casibus expressis sibi reseruare regressum ex stylo Datariæ illum reseruandi cuicumque resignanti, seù beneficio cedenti.*

6 *Clausulæ omnes in resignatione fauore resignantis appositæ, si ad fauorem alterius reseruatarij apponantur, intelligi debent congrua congruis referendo, de ijs scilicet, quæ ipsius personæ, & habilitati conueniunt.*

7 *Non autem de regressu, qui cessante possessione de præterito, illi tanquam incapaci competere non potest.*

8 *Amplia etiam si reseruatio concepta esset per viam subrogationis.*

9 *Subrogatus non assumit naturam eius in cuius locum subrogatur, quando in illo viget diuersa qualitas.*

10 *Obligatio Cameralis regulatur iuxta reseruationem, stante quidquid sit in litteris reseruationis in promissione esse dicatur.*

11 *Pensiones constituendi cum regressu ad fauorem cuiuscumque pensionarij est moderna praxis relata per Paris.*

12 *Declara hoc non procedere indistinctè in quibuscumque pensionibus, sed dumtaxat in ijs, quæ reseruantur gratia resignationis Beneficij, vel cessionis, in quibus cum necessario præcesserit possessio competit etiam regressus.*

13 *Secus verò quando pensio reseruatur per Sedem Apostolicam super beneficio iam pleno, quod cum pensionarius numquam possederit, super eo regressum obtinere non valet.*

DECISIO CXLIII.

IVlius bon. mem. Cardinalis Sabellus Commendatarius Monasterij Sancti Petri, & Andreæ de Riualia Taurinen. Diœcesis anno 1626. Commendam huiusmodi resignauit Claudio Amodeo Vibo, reseruata sibi annua pensione scutorum mille, & centum cum indulto regrediendi ad commendam, tam casu, quo molestaretur in illius exactione, & perceptione, quam in defectu solutionis faciendæ per resignatarium, illiusque successores *Summ. Claudij num. 1.*

Anno 1633. extincta fuit hæc pensio, & alia similis scutorum 550. reseruata Thomę Vibo per Sedem Apostolicam, ac de consensu eiusdem Resignatarij cum omnibus, & singulis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & decretis, cæterisq; vniuersis clausulis iu priore reseruatione ad fauorē Cardinalis appositis *Summ. num. 2.* qui prætendens Claudium defecisse per aliquot terminos in illius solutione introducto prius iudicio coram A.C. ibiq; impetratis duobus mandatis exequutiuis, & successiuè coram Reuerendissimo Domino meo Decano exequuatur, vna cum sequestro super omnibus bonis proprijs *Summ. Thomæ num. 6.* & 7. Instituit coram me causam regressus ad Commendam resignatam, & disputato dubio fuit per DD. hodiè negatiuè resolutum.

1 Ratio resolutionis fuit quia ad effectum, vt sit locus regressui, nedum requiritur pertinacia, & magna proteruia Resignatarij pensionem non soluentis, vt tradunt *Ant. August. in epitom. de pens. tit. de priuat. ob non solut. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 40. num. 277. Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 3. num. 13. cum alijs per Rotam in Theatina, seu nullius Abbatiæ 10. Decembris 1640. coram bon. me. Coccino, & 10. Martij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.* Sed vlterius opus
2 est quod cumulatiuè constet de præterita possessione regressum petentis, cum regrediens ad beneficium ius suum continuare dicatur, vt resoluit *Rota coram Put. dec. 260. num. 5. lib. 1. in corr. & tradit Paris. vbi supra d. lib. 5. quæst. 5. num. 41.* dum itaque Thomas nunquam possedit Commendam de qua agitur regressum impetrare non valet, vt resolutum fuit in *Troiana Pensionis 14. Maij 1529. coram Queippo impress. post Modern. de manut. decis. 316. num. 13. decis. 206. nu. 1. vers. & tanto magis par. 2.* & *dec. 287. num. 18. par. 5. recentior.* Regressus enim dicitur habere causam de præterito, *Castid. dec. 1. num. 1. & 3. de pact. Reodan. de Simon par. 2. cap. 17. & cap. 18. n. 26. Paris. d. lib. 6. quæst. 5. num. 8. Mandos. de Signat. Grat. tit. Regressus, & accessus col. 3. vers. Regressus dicitur in fin. Put. decis. 142. nu. 1. lib. 2. in correct.* Ita vt ea non præcedente, competere non possit *ad text. in l. decem ff. de verb. oblig.*

Non obstat, quod Thomæ reseruata fuerit pensio cum omnibus exemptionibus decretis, & clausulis, prout reseruata fuerat bon. mem. Card. Sabello.

5 Quia Cardinalis Sabellus Commendam possedit, illamque resignauit cum reseruatione pensionis, & consequenter bene potuit in defectu solutionis, alijsque casibus expressis, sibi reseruare regressum, iuxtà stylum Datariæ illum reseruandi cuicumque resignanti, seù beneficio cedenti, vt testatur *Mandos. loco cit. d. tit. Regressus, & accessus col. 7. vers. Regressus, et accessus ob non solutionem, etc.* Secus tamen est respectu Thomæ, qui dum nunquam possedit Commendam, de qua agitur, est penitus incapax regressus, ex iuribus supra allegatis. Re-
6 seruatio verò cum omnibus, & singulis clausulis, & decretis fauore Cardinalis appositis intelligi debet congrua congruis referendo, de ijs scilicet, quæ ipsius personæ, & habilitati conueniunt, non autem de regressu, qui cessante possessione de præterito, illi tanquam incapaci competere non potest, vt in terminis resolutum fuit *in Veronen. Pensionis 14. Ianuarij 1613 coram bon. mem. Card. Fabr. Verospio in rec. decis. 119. num. 6. part. 4.* Idque etiamsi huiusmodi reseruatio concepta esset per viam subrogationis,
9 cum subrogatus non assumat naturam eius, in cuius locum subrogatur, quando in illo viget diuersa qualitas, *Paris. cons. 49. num. 78. lib. 3. Menoch. cons. 340. sub num. 43. vers. & ad Rom. & Arbitr. lib. 1. q. 54. num. 29. vers. solitum satisfacit Gabr. de regul iur. conclus. 2. num. 66.* vt dixit *Rota in hac eadem causa Taurinen. pensionis 29. Maij 1643. coram Reuerendissimo*

D. meo Decano, nam restringuntur, nec sunt aptæ facere de non possessore possessorem, & sicut clausulæ secundæ reseruationis intelliguntur, iuxtà habilitatem reseruatarij, vt supra firmatum fuit, ità etiam intelligi debet consensus, & obligatio, cum pari passu ambulent, vt in simili, quod obligatio
10 Cameralis reguletur iuxta reseruationem, itaut quicquid sit in litteris reseruationis, in promissione esse dicatur, resoluit *Rot. coram bon. memor. Buratto dec. 915. nu. 3. et 5.*

11 Nec obstat moderna praxis constituendi pensiones cum regressu ad fauorem cuiuscumque pensionarij relata per *Paris. loco cit. d. lib. 6. d. quæst. 3. num. 3. et 6. vers. sed aduertendum.*

12 Quia non procedit indistinctè in quibuscunque pensionibus, sed dumtaxat in ijs, quæ reseruantur gratia resignationis, vel cessionis beneficio, in quibus cum necessariò præcesserit possessio, competit etiam regressus, ex deductis per eumdem *Paris. ibidem*, secus verò, quando, prout hic, pensio reseruatur per Sedem Apostolicam super beneficio iam pleno, quod cum pensionarius nunquam possederit, super eo regressum obtinere non valet, vt resoluit *Rota in d. Troiana Pensionis coram Queippo, et in recentior. dicta decis. 206. sub num. 1. par. 2. et d. decis. 193. nu. 18. par. 5.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 9. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Immissio in vim Saluiani competit creditori super bonis debitoris, licet bona sint emphiteutica prohibita quoquomodo vendi, aut alienari irrequisito proprietario sub pœna caducitatis, licet prohibita etiam esset hypotheca, & quare? & ex quanam prohibitione alienationis censeatur etiam prohibita hypotheca? In feudo, primogenitura, vel emphyteusi ex pacto, & prouidentia licet per mortem vocati, vel emphyteutæ resoluatur etiam, & extinguatur ius creditorum, secus tamen est, quando emphyteusis est merè hæreditaria acquisita à laicis pro se, & hæredibus titulo oneroso, in qua primus acquirens potest illius fructus, nedum eius vita durante, sed perpetuò obligare, & hypothecare in præiudicium emphyteutæ, & quorumcumque hæredum, & successorum ab eo causam habentium, & an hoc procedat tantum in hærede, & successore vniuersali; non autem in tertio; & successore singulari, & quando? & an per huiusmodi immissionem tangatur substantia rei, aut directum dominium, & quandiu creditor immissione fruatur sub generali obligatione bonorum, quod veniant fructus pendentes, & futuri, quando procedat, & in quibus fructibus, & quid comprehendatur sub huiusmodi generali obligatione?

SVMMARIVM.

1 *Bona emphiteutica licet prohibita quomodo vendi, & alienari irrequisito proprietario sub pœna caducitatis; attamen si non fuerit expressè prohibita hypothecatio, nec alienatio latissimè sumpto vocabulo simplex hypotheca non censetur prohibita.*

2 *Res hypothecata non dicitur alienata, sed remanet in bonis hypothecatis.*

3 *Dictio* quomodolibet alienare *æquipollet prohibitioni alienationis latè sumpto vocabulo, & capit quemlibet modum improprium, & abusiuum.*

4 *Hypotheca censetur prohibita ex prohibitione alienationis cum dictione* quomodolibet alienare.

5 *Saluianū si fuit intentatum super cōmoditate percipiendi fructus immissio substinetur etiam prohibita hypotheca latissimè sumpto vocabulo, vel per quascumque dictiones, quantumuis generales, & latius patentes.*

6 *Prohibitio alienationis non comprehendit, neque afficit commoditatem percipiendi fructus, quæ est quoddam ius distinctum, & separatum ab ipsa re semper hypothecabile, & veniens in generali obligatione bonorum tamquam non immutans dominium prohibentis.*

7 *Commoditas percipiendi fructus rei alienari prohibitæ venit in generali obligatione bonorum, tamquā ius quoddam distinctum ab ipsa re semper hypotecabile, & non immutans dominium prohibentis.*

8 *In bonis emphytheuticis non obstante amplissima prohibitione alienandi, & hypothecandi, remanet semper hypothecabile ius, & commoditas percipiendi fructus.*

9 *Hypothecatio commoditatis percipiendi fructus tamdiu durat, quamdiu durat vita hypothecātis, ita vt eo defuncto hypotheca expiret, & res transeat libera ad alios, ad quos successio defertur.*

10 *Declara hoc procedere in Feudo Primogenituræ, vel emphyteusi ex pacto, & prouidentia, secus in emphyteusi hæreditaria concessa pro se, & hæredibus titulo oneroso.*

11 *In feudo primogenitura, vel emphyteusi, ex pacto, & prouidentia non solum inest prohibitio hominis non alienandi, sed etiam legalis.*

12 *In feudo primogenitura, vel emphyteusi ex pacto, & prouidentia sicuti per mortem vocati, vel emphiteutæ omne ius resoluitur, ita etiam resoluitur ius creditorum.*

13 *Secus verò si emphiteusis sit mera hæreditaria acquisita a laicis pro se, & hæredibus titulo oneroso, potest illius fructus, etiam perpetuo hypothecare in præiudicium successorum ab eo causam habentium.*

14 *Emphiteuta primus acquirens pro se, & hæredibus titulo oneroso potest illius fructus, nedum eius vita durante, sed perpetuo obligare in præiudicium quorumcunque hæredum, & successorum, & ab eo causam habentium.*

15 *Hæres, & successor vniuersalis factum defuncti ex quasi contractu per aditionem hæreditatis cum creditoribus inito seruare tenetur.*
Secus autem tertius, & successor singularis.

16 *Hypotecatio commoditatis percipiendi fructus rei emphiteuticæ non tribuit nisi actionem personalem non autem ius aliquod in re ipsa, & per consequens exerceri non potest contra singularem successorem, sed tantum contra hæredem vniuersalem tamquam obligatum ad tradendum singulis annis fructus emphiteusis.*

17 *Hypothecatio commoditatis percipiendi fructus rei emphiteuticæ licet non constituat ius aliquod in re scilicet in ipsa emphiteusi in præiudicium Domini directi constituit tamen ius quoddam afficiens illam commoditatem percipiendi fructus distinctum ab ipsa re, quod sicuti fundus, & proprietas est hypothecabile.*

18 *Amplia, vt hoc veniat sub generali obligatione bonorum, ac etiam super eo hipotheca sit exercibilis ad effectum Saluiani, absq; eo quod contraueniatur prohibitioni alienationis.*

19 *Emphiteuta primus acquirens, si ius, & commoditatē percipiendi fructus rei emphiteuticæ obligationi, & hypothecæ fauore creditoris supposuerit,*

emptor

emptor causam habens ab eodem emphiteuta, etiā si sit successor singularis, aractatur, causatiuè ad debita sui authoris; itaut licitum sit creditori super ipso iure, & commoditate sibi prius obligata exequutionem facere, & immissionem obtinere.

40 *Res feudalis, & emphiteutica reddit libera ad dominium directum ab omni onere hypotheca, & obligatione per vassallum, vel emphiteutam contracta, quando ad illum reddit ex causa necessaria, scilicet ex natura rei, vel vigore inuestitura.*

21 *Secus tamen est quando reddit ex causa voluntaria scilicet donationis, venditionis, vel similis tunc enim ad illum reddit cum suo onere etiam in illius praiudicium.*

22 *Directum dominium, neque substātia rei tangitur per obligationem commoditatis, & iuris percipiendi fructus factam ab emphiteuta fauore tertij creditoris, & per immissionem super huiusmodi commoditate obtentam in Saluiano, neque alius sequitur effectus per quem dici potest facta alienatio rei contra voluntatem Domini directi.*

23 *Domino directo nullum infertur praiudicium ex eo quod creditor emphiteuta fuerit immissus super iure percipiendi fructus distincto, & separato ab ipsa re emphiteutica, ad effectum, vt tādiu hac commoditate fruatur, quamdiu satisfiat de suo credito, cum sequuta satisfactione, & resoluta emphiteusi res libera ad ipsum deuoluatur.*

24 *Fructus pendentes, & futuri licet veniant sub generali obligatione bonorum, id tamen habet locū quando fructus aliquo modo extant penès debitorem de tempore obligationis, vt quia sint nati, vel saltem sati, & concepti penès obligantem.*

25 *Secus autem, si nec nati, nec sati sunt penes debitorem, sed per ter^tium, quo casu, cum numquam fuerint in dominio illius non possunt venire sub hipotheca ab eo contracta.*

26 *Declara hoc tantum procedere in fructibus industrialibus, non autem ciuilibus, & naturalibus.*

27 *Fructus industriales licet percipiantur ex bonis debitoris, percipiuntur tamen mediante cultura, & speciali labore, & industria possidentis, ideoque acquiruntur possessori, & non veniunt in obligatione defuncti.*

28 *Fructus naturales, & ciuiles, cum nullam requirant culturam, vel laborem possidentis, censentur tamquam pars fundi, & sequuntur fundum ipsum vnde veniunt sub obligatione defuncti.*

29 *Obligatio generalis omnium bonorum continet non solum præsentia, sed etiam futura, & non existentia in rerum natura de tempore contracta obligatione fauore creditores.*

30 *Pensiones domorum tamquam fructus ciuiles aquiparantur naturalibus, & veniunt in generali obligationis.*

31 *Creditor potest exercere hipothecam, quam habet in omnibus bonis debitoris super fructibus rei emphiteuticæ, quæcumque prohibitione nō obstante, tamquam super re penitus distincta, & separata ab ipsā emphiteusi alienari prohibita.*

DECISIO CXLIV.

DEcisionem coram me emanatam die 17. Aprilis anni superioris hodiè DD. confirmarunt, iterum respondendo sententiam immissionis in Saluiano latam per Iudicem deputatum ab A. C. ad fauorem Lucij Vincentij Lilij super quedam domo nunc retenta à Petro Paolo Rosciolo, & olim possessa à Vincentio de Vetera eius debitore, esse confirmandam, non obstante allegato defectu hypothe-
cæ, quia licet præfata domus sit emphiteutica pro-
1 hibita quoquo modo vendi, aut alienari irrequisito
proprietario sub pœna caducitatis; attamen cum nō
fuerit expressè prohibita hypothecatio, nec alie-
natio latissimè sumpto vocabulo, simplex hypo-
2 theca, per quam bona non alienantur, sed rema-
nent in bonis hypothecantis prohibita censeri non
debet *iuxt. dispositionem text. in l. pignus C. de pignor.*

Nec obstat, quod in hodierno Summario Rosciò-
li prohibitio alienationis legatur concepta per di-
ctionem quomodolibet, ibi, *Non possint modo aliquo
vendere, nec quomodolibet alienare dictum situm, &
melioramenta &c. irrequisitis* DL. *Proprietarijs sub
pœna caducitatis &c.* Per quam dictionem cū æqui-
3 polleat prohibitioni alienationis latè sūpto vocabu-
lo, & capiat quemlibet modum improprium, & a-
busiuum *Gozad. cons. 14. num. 22. Roland. cons. 2. n. 23.
& seqq. lib. 4. Rot. dec. 364. num. 1. & dec. 505. num. 19.
par. 1. diuers. & in recentior. decis. 602. numer. 4. part. 2.*
4 Censeatur etiam prohibita hypotheca *Bursatt. cons.
151. num. 42. Cephal. cons. 296. num. 43. Odd. de fideic.
quæst. 20. art. 16. num. 226. Rot. diuers. dec. 426. num. 9.
vers. ex prædictis par. 1.*

Quia quicquid sit de veritate præfatæ opinionis,
5 dum Saluianum intentatum fuit dumtaxat super
commoditate percipiendi fructus, immissio substi-
netur, etiam prohibita hypotheca latissimè sumpto
vocabulo, vel per quascumque dictiones, quantum-
uis generales, & latius patentes, cum huiusmodi
6 prohibitio non comprehendat, neque afficiat præ-
fatam commoditatem percipiendi fructus, quæ est
quoddam ius distinctum, & separatum ab ipsa re
semper hypothecabile, & veniens in generali obli-
7 gatione bonorum, tanquam non immutans domi-
nium prohibentis, vt *Bart. in l. Codicillis §. Instituto
num. 4. ff. de legat. 2. & in l. si is qui §. vsusfructus nu.
2. ff. de pignor. firmant Aym. cons. 213. num. 2. Menoch.
cons. 777. num. 9. & cons. 1022. num. 6. vers. tertia est
dubitatio, & num. 7. et 8. Roman. cons. 176. num. 13.
lib. 1. Gratian. cons. 54. num. 14. et seqq. lib. 1. Neguf. de
Pignor. 2. memb. 5. part. nu. 9. part. med. vers. tamen hoc
non obstante Giurb. ad consuetud. Messanen. cap. 1. glos. 2.
par. 1. num. 110. Grat. discept. foren. cap. 43. numer. 11.
cum seqq. Rota coram Pat. dec. 111. lib. 3. in correct. cum
cæteris allegatis in alia decisione, et postremò dictum
fuit in Romana nullitatis deliberationis 27. Aprilis pro-
ximè præteriti coram R. P. D. meo Ghisilerio,* vbi re-
ceden. à decisione emissa sub die sexta Iunij antece-
dentis dictum fuit, quod in bonis emphiteuticis, non
8 obstante amplissima prohibitione alienandi, & hy-
potecandi, remanet semper hypothecabile ius, &
commoditas percipien. fructus.

Nec subsistit quod obligatio, & hypothecatio di-
ctæ commoditatis tamdiù duret, quamdiù durat vi-
9 ta hypotecantis, itaut eo defuncto hypotheca
expiret, & res transeat libera ad alios, ad quos
successio defertur, vt sensisse videntur DD. supra
citati, & dixit *Rot. coram bon. mem. Coccino decis. 59.
num. 9. & 10.*

Quia iterum Domini responderunt obiectum
10 procedere in fæudo, primogenitura, vel emphi-
teusi ex pacto, & prouidentia, in quibus non solum
inest prohibitio hominis, sed etiam legalis, & per
11 mortē vocati vel emphiteutæ cū onere ius resolua-
tur resoluitur etiam, & extinguitur ius creditorū per
tex. in l. lex vectigali 31. ff. de pignor. Secus verò vbi,
12 prout hic, emphiteusis est merè hereditaria, acqui-
sita à laicis pro se, & hæredibus titulo oneroso.
13 In hac enim primus acquirens potest illius fructus,
nedum eius vita durante, sed perpetuò obligare,
& hi-

& hipothecare in præiudicium emphiteutæ, &
& quorumcunque hæredum, & successorum, ac ab
eo causam habentium, vt præter allegatos in alia
decisione consuluit Ias. cons. 23. num. 3. vers. sed præ-
missis nonobstantibus, & num. 4. lib. 4. Tiraquell. de
retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 4. Menoch. de præsumpt.
lib. 4. præsumpt. 142. num. 11. bene Mantic. de tacit. lib.
4. tit. 18. num. 9. cum duob. seqq. & dixit Rot. in Perusi-
na de Alfanis 4. Decembris 1624. coram bon. memor.
Coccino post Merlin. de legit. dec. 125. num. 3.

Nec quicquam releuat replicatio, quod deducta
procedant in hærede, & successore vniuersali, qui
14 factum defuncti ex quasi contractu per aditionem
hæreditatis cum creditoribus inito seruare tenetur,
15 non autem in tertio, & successore singulari, prout
est Rosciolus, ea ratione, quia cum hipothecatio
huiusmodi commoditatis non tribuat nisi actionē
personalem, non autem ius aliquod in re ipsa con-
sequens est, vt exerceri non possit contra singula-
rem successorem, sed tantum contra ipsum obliga-
tum, qui singulis annis compelli potest ad traden.
16 fructus emphiteusis per Bart. Bald. & Cum. in l. Co-
dicillis §. instituta ff. de leg. 2. Alex. cons. 18. num. 3. lib.
5. Negus. vbi supra 2. memb. 2. par. num. 49. Redoan. de
reb. Eccles. non alienan. quæst. 17. num. 23. Cordub. de
caus. priu. abalien. Amphib. 49. per tot. Surd. de alim. tit.
4. quæst. 10. num. 29. & 31. Gratian. discept. for. cap. 43.
num. 11.

17 Placuit enim responsio, quod licet per huiusmo-
di obligationes, & hipothecam non constituatur
aliquod ius in re, scilicet in ipsa emphiteusi in
prȩiudicium Domini directi, constituitur tamen
ius quoddam afficiens illam commoditatem, & ius
percipiendi fructus distinctum, & separatum ab ipsa
re, quod, vt dictum fuit, tamquam proprietas, &
fundus, est hypothecabile, & venit sub generali o-
18 bligatione bonorum, ac super eo hipotheca est
exercibilis etiam ad effectum Saluiani absq; eo quod
contraueniatur prohibitioni alienationis, vt sequē-
do Molin. de primog. Hispan. lib. 1. c. 20. num. 11. reso-
lutum fuit in Romana Saluiani 15. Aprilis 1622. co-
ram bon. mem. Cardinali Mellino impress. post Cenc. de
Censib. dec. 403. nu. 8. & 9. & in Bonon. vsusfructus 18.
Iunij 1640. coram bon. mem. Merlino, §. tertiò est casus.
Dum itaque hæc domus deuenit ad Rosciolum
habentem causam mediatè à Vincentio emphiteu-
19 ta, qui illud ius, & commoditatem percipiendi
fructus obligationi, & hypothecæ supposuit, succes-
sor, etiam si singularis, arctatur causatiuè ad debi-
ta sui authoris, itaut licitum sit Creditoribus super
ipso iure, & commoditate sibi prius obligata exe-
quutionem facere, & immissionem obtinere, ex iu-
ribus supra allegatis, & in fortioribus, Surd. decis.
102. sub num. 14. vers. inferunt autem cum seqq. ibique
Hodiern. in addit. num. 3. ponderans, quod res feu-
20 dalis, & emphiteutica liberat Dominum ab om-
ni onere hypotheca, vel obligatione contracta per
Vassallum, aut emphiteutam, quando ad illum
redijt ex causa necessaria, scilicet ex natura rei, vel
vigore inuestituræ, secus tamen est quando redijt
21 ex causa voluntaria, scilicet donationis venditionis,
aut similis, tunc enim redijt cum suo onere, etiam
in illius præiudicium.

Et in hanc sententiam eò libentiùs DD. inclina-
22 runt, quia per huiusmodi obligationem, & im-
misionem non tangitur substantia rei, nec directum
dominium, nec alius sequitur effectus, per quem
possit dici facta alienatio rei, seu supposita seruitus
in re contra voluntatem, & vtilitatem D. directi,
pro cuius indemnitate prohibitio alienationis prin-
cipalitèr apposita fuit, sed creditor immittitur su-
23 per illo Iure percipiendi fructus distincto, & sepa-
rato ab ipsa re, ad effectum, vt tamdiù hac com-
moditate fruatur quandiù satis fiat de suo credito,
ex quo nullum infertur præiudicium Domino dire-
cto, ad quem sequuta satisfactione, & resoluta Em-
phiteusi res libera deuoluitur, ut optimè aduertit
Coler. de proces. execut. par. 2. cap. 3. num. 295. post Mar-
tin. Lauden. in cap. 1. §. 1. & §. Quid ergo num. 112. in
fin. de inuestitura de re alien. fact. Bald. in cap. 1. §. Aut
si libellario nu. 4. vers. sed commoditates tit. quib. mod.
feud. amitt. Tiraquell. vbi supra d. §. 1. d. glos. 78. n. 48.
cap. fin.

24 Quibus firmatis, non obstat quod licèt in gene-
rali obligatione veniant fructus pendentes, & futu-
ri, id tamen habeat locum, quando fructus aliquo
modo extant penes debitorem de tempore obliga-
tionis, vt quia sint nati, vel saltem sati, aut concepti
25 penes obligantem, secus autem vbi, proùt hìc, nec
nati, nec sati sunt penes debitorem sed per tertium,
quo casu cum nunquam fuerint in dominio illius,
non possint venire sub hypotheca ab eo contracta
per text. in l. Paulus §. 1. ff. de pignor. Merlin. Pignatel.
controu. for. cap. 24. num. 5. & seqq. Surd. dec. 97. nu. 12.
Rot. dec. 133. num. 10. post Pacific. de Saluiano.

Fuit enim responsum obiectum procedere in fru-
26 ctibus merè industrialibus, qui licèt percipiantur
ex bonis debitoris, percipiuntur tamen mediante
cultura, ac speciali labore, & industria possidentis,
27 ideoque acquiruntur Possessori, & non veniunt in
obligatione defuncti; secus tamen in fructibus na-
28 turalibus, alijsque ciuilibus, prout sunt fructus de
quibus agitur, hi enim, cum nullam requirant cul-
turam, vel laborem possidentis, censentur tamquam
pars fundi, & sequuntur fundum ipsum l. fructus ff.
de rei vendic. l. Iulianus §. si fructibus ff. de act. empt.
quam distinctionem amplexa fuit Rot. in rec. dec. 3. num.
49. cum seqq. par. 7. Proindeque nihil refert, quod
non fuerint in bonis debitoris de tempore obliga-
tionis, quia satis est, quod de eo tempore in eius
bonis adesset ius, commoditas illos percipiendi,
cum dictum Ius operetur, vt eodem momento, quo
dicti fructus debentur, cadant, & includantur in
hipotheca, & obligatione generali, quæ continet,
29 non solum præsentia, sed etiam futura, & non exi-
stentia in rerum natura de tempore contractæ obli-
gationis, vt probant text. in l. potior. 11. §. si de futu-
ra ff. qui pot. in pign. hab. in l. ea quæ nondum ff. de pi-
gnor. & in l. fin. ff. quæ res pign. oblig. poss. idem Merlin.
Pignat. vbi supra d. cap. 24. num. 7. & 8. Crinell. dec.
Dolan. 51. num. 9. & seq. ac per tot. iuncto num. 26. Ma-
net. dec. 24. num. 28. vsque in fin. Pensiones enim do-
morum, tanquam fructus ciuiles æquipatantur na-
30 turali &c. Bart. in l. diuortio num. 78. in fin. ff. solut.
matrim. Io: Franc. de Pont. cons. 31. nu. 3. Guttier. de Tu-
tel. par. 3. cap. 3. num. 7: Manen. d. dec. 34. num. 20. cum
alijs per Rot. d. dec. 3. num. 33. par. 7. rec. Et veniunt in
generali obligatione bonorum fauore creditoris,
31 qui super eis exercere potest hipothecam, quacum-
que prohibitione non obstante, tanquam super re
penitus distincta, & separata ab ipsa Emphiteusi
alienari prohibita ex iuribus supra, & in alia deci-
sione alleg.

Et ità vtraque parte informante resolutum
fuit, &c.

ROMANA SVBHASTATIONIS DE ALEXIIS.

Lunæ 12. Decembris 1644.

ARGVMENTVM

Contra tertium creditorem non potest ab altero credi-
tore

tore executiuè procedi ab subhastationem, & deliberationem bonorum communis debitoris etiam ad effectum illum satisfaciendi ex pretio retracto de suo credito, quando creditor est in possessione bonorum, & allegat illa possidere non iure pignoris, sed pleno iure proprietatis, & ad istum effectum sufficit, quod ipse reperiatur in possessione, & titulum alleget, absque eo quod habeat necesse illum iustificare.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè contra tertium possidentem procedi non potest.*

2 *Creditor anterior possidens bona communis debitoris impedire nequit, quominus creditor posterior deueniat ad subhastationem ad effectum, vt ex pretio illi satisfiat pro suo credito, & residuum in satisfactionem proprij crediti conuertatur.*

3 *Limita hoc non procedere, si creditor anterior non possideat bona debitoris iure pignoris, sed alleget ad se illa spectare pleno iure proprietatis.*

4 *Creditor possidens bona communis debitoris non iure pignoris, sed pleni dominij, impedit executionem ab alio faciendam.*

5 *Datio in solutum alicui creditori non operatur in preiudicium tertij creditoris, quando datio est uniuersalis omnium bonorum, secus si sit facta de particularibus bonis.*

6 *Tertius possessor ad effectũ impediendi executionem non habet opus iustificare titulum, sed ei satis est probare possessionem, & titulum allegare.*

7 *Tituli iustificatio spectat ad petitorium, & quando agitur de illius canonizatione.*

8 *Tertius possessor ad effectum impediẽdi executionem non tenetur docere de titulo suæ possessionis.*

9 *Executio potest fieri contra possidentem bona communis debitoris, quando ille possidet iure pignoris, secus si iure proprietatis, & dominij.*

10 *Bonorum assignatio, quando non apparet, an fuerit facta in pignus, vel in dationem in solutum si præcedat causa habilis ad transferendum dominium simplex, censetur facta cũ trãslatione dominij, et proprietatis, non autẽ tantummodo iure pignoris.*

11 *Rescriptum recipit interpretationem à iure.*

12 *Clausula seruato iuris ordine dat formã præcisam, & restringit facultatem ad limites iuris.*

13 *Subhastatio & deliberatio bonorum fieri non potest nisi transportatis actis, & obtentis mandatis executiuis.*

14 *Subhastatio est nulla, & irrita non seruata forma à iure præscripta.*

15 *Immissus in Saluiano, obtento rescripto, & licentia à Principe potest deuenire ad subhastationem absque alia relaxatione mandati executiui.*

16 *Declara hoc procedere, quando petens subhastationẽ vel ipse possidet, vel agit contra tertium possidentem solo iure pignoris, secus si tertius alleget bona possessa à se pertinere iure proprietatis, & dominij.*

DECISIO CXLV.

1 Alexius de Alexijs viuens plura contraxit debita fauore diuersarum personarum, & signanter die 27. Octobris 1598. imposuit censum scut. 37. quem sic impositum vendidit Io. Baptistæ Seniori de S. Petro pretio scutorum 500. aliumque similem censum scutorum 42. imposuit die 2. Iulij 1603. qui pretio aliorum scutorum 600. vendidit similiter eidem Io. Baptistæ. Deindè sub die vltima Ianuarij 1606. alium censum imposuit scutorum 130. quem pretio scutorum bis mille vendidit Præposito, & Cappellanis Cappellæ, B. Mariæ de Clementia sitæ in Ecclesia Collegiata S. Mariæ ad Transtiberim de Vrbe: Et vlterius sub die 3. Iunij anni 1611. alium censum imposuit scutorum 52. quem pretio scut. 808. Vendidit Patri Eminentissimi D. Cardinalis Panziroli.

Idem Alexius in Testamento, sub quo decessit post plura legata hæredem vniuersalem instituit Iulium Vrsinum eius ex sorore Nepotem cum onere adeundi hæreditatem, & in ea se ingerendi sine beneficio legis, & Inuentarij, vt in Testamento, quod datur *in Summ. Creditorum num. 1.*

Post eius obitum Creditores mouerunt iudicium coram A. C. contra d. Iulium hæredem super immissione, in possessionem bonorum hæreditariorum remedio vtilis Saluiani, & sub die 25. Septembris 1620. sententiam fauorabilem reportarunt cum subsequuta bonorum possessione *Summ. Creditorum num. 2. & 3.*

Verùm etiam Antonina Vrsina Creditrix supradicti Alexij, pro residuo Dotis scut. 3000. adiuit A. C. & præuia narratiua, quod ipsa erat creditrix ratione dotium, quodque fuerat immissa in possessionem bonorum Alexij, vigore sententiæ de anno 1620. latæ ad fauorem creditorum, & vlterius, quod ipsa erat cessionaria aliquorum creditorum Io. Baptistæ, & Alexij, eo quod Iulius Vrsinus d. Alexij hæres præstiterat consensum, quod ipsa pro satisfactione suarum Dotium bona præfata possideret, & haberet pleno naturali, & titulari Dominio, sub die 27. Nouembris 1622. obtinuit mandatum de immittendo in possessionem bonorum hæreditariorum Alexij cum clausula sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, cuius vigore omnia bona hæreditaria Alexij occuparet, tenor autem mandati talis est *Noueritis &c. cum Domina Antonina Vrsina Vidua de anno 1620. obtinuerit vigore vtilis Saluiani immitti in possessionem omnium bonorum foren. & Vrbanorum spectan. ad d. hæreditatem de Alexijs citato D. Iulio Vrsino hærede d. qu. Alexij, & alijs Creditoribus pro omni suo Iure, & interesse &c. Verum quia dicta bona &c. sunt ad eo tenua, vt de eorum redditibus vix partem partis fructuum dotalium satisfactionem recipiat, & propterea ad subhastationem, deliberationem, adiudicationem, & eorundem bonorum totalem distractionem intentare velles in maximum damnum, & præiudicium d. D. Iulij Vrsini hæredis, qui ad euitandum huiusmodi damnum, & vlteriores, & superfluas impensas consensit, & suum perfectum consensum dedit, & præstitit, vt iure medio d. D. Antonina pro satisfactione antedicti sui crediti dotalis d. bona habeat, possideat, fruatur, & gaudeat pleno naturali, & titulari Dominio: Vndè super hoc requisiti à d. D. Antonina, vt velimus de opposito Iuris remedio prouidere, quocirca, &c. mandamus &c. vt d. D. Antonina, siuè eius legitimos Procuratores in possessionem omnium, & singulorum bonorum Vrbanorum, & forensium &c. illorumque pensionum, fructuum, Iurium, redditum, & emolumentorum pleno plenario, & plenissimo, ac naturali, & vniuersali dominio, vigore l. fin. &c. ac alterius cuiusuis remedij possessorij sibi magis de iure proficui, & competen. immittatur &c. quam sic in possessionem eorumdem immissam impositum, & collocatam manuteneatis, & pacificè, ac perpetuò conseruetis sine tamen præiudicio possidentium, & meliora Iura habentium, si qui sunt.*

Continuãte Antonina in quieta, & pacifica possessione dd. bonorum, creditores præfati, adita Signatura Sanctissimi, obtinuerunt causam præfatã, præuia auocatione à quocumque alio Tribunali, committi A. C, qui ad vlteriora in causa, seù causis, & ser-

seruato Iuris ordine procedat, etiam ad subhastationem, & deliberationem bonorum hæreditariorum D. Alexij, vbique locorum existen. iuxtà stylum curiæ, & pretium exindè redigien. deponeretur penes Montem Pietatis, ad effectum consignandi prioribus, & potioribus creditoribus d. Alexij, & satisfaciendi eidem Antoninæ de suo credito, quatenus existat creditrix, &c. & successiuè inhærendo possessioni captæ de anno 1620. vigore mandati de immittendo ad eorum fauorem relaxati, obtinuerunt à Iudice per A.C. deputato mandatum de manutenen. in possessionem bonorum hæreditariorum Alexij, sed interposita pro parte Antoninæ appellatione, causaque alteri commissa de consensu partium, lata fuit sententia fauorabilis ad fauorem Antoninæ, à qua interiecta appellatione, causaque mihi commissa cum speciali rescripto Sanctissimi, vt in causa procederem iuxtà commissiones in actis præsentatas, dubitaui, an esset deuenien. ad subhastationem, & DD. causa ter proposita, nagatiuè responderunt, Quia cum Antonina sit tertia, & reperiatur in possessione horum bonorum ex alio ti-
1 tulo, non potest contra ipsam executiuè procedi iuxta celebrem Theoricam *Alex. in l. à Dino Pio, d. si super rebus num. 28. vers. vt benè facit, ff. de re iud. quam probauit in l. ob Maritorum num. 5. vers. quaro nunquid pendente, C. ne vxor pro marito, & sæpius firmauit Rota, & signanter in S. Seuerini Landi 23. Iannarij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Anconitana Dotis 24. Aprilis 1643. coram me.*

2 Nec obstat, quod Creditor Anterior possidens bona communis Debitoris impedire nequeat, quominùs alter creditor posterior deueniat ad subhastationem, dummodo subhastatio fiat ad effectum, vt ex pretio in primis, & ante omnia satisfiat anteriori Creditori possidenti, & postmodum de eo, quod superest posteriori, vt probat *text. in d. l. à Dino Pio, §. quod si res fuerit pignerata, ff. de re iudic. Grat. discept. for. cap. 942. num. 3. cum seqq. Negus. de pignor. par. 5. memb. 3. num. 3. & Rot. in Romana Palatij 11. Nouembris 1630. coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio, & in Romana Nullitatis Deliberationis 27. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Conclusio enim procedit, quando tertius credi-
3 tor res detinet iure pignoris, & fatetur rem quoad proprietatem spectare ad debitorem, sed allegat fuisse sibi prius hypothecatam, secus quando allegat proprietatem non spectare amplius ad debitorem, sed rem esse suam titulo plenæ proprietatis, & dominij, tunc enim non intrat dispositio *d. §. sed Cre-*
4 *ditor*, & sic possidens impedit executionē ab alio faciendam, vt optimè distinguendo inter vnum casum, & alterum declarat *Alex. in d. l. à Dino Pio, §. sed, & illud num. 40. vers. sed. 2. limit. ff. de re iud. & eo relato Rot. coram bon. mem. Buratto dec. 572. num. 7. & decis. 627. num. 4.*

Hoc autem casu Antonina non allegat se possidere bona Alexij Iure pignoris temporaliter, ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, sed pleno iure proprietatis, & dominij, mediante datione insolutum sibi facta de consensu d. Iulij hæredis Alexij, vt aperte habetur in d. mandato de immittendo vigore huius consensus obtento de anno 1622. ideoq. contra ipsam non potest ad subhastationem procedi ex iuribus supra allegatis: Decisiones autem *in Romana Palatij, & in Romana Nullitatis Deliberationis* loquuntur in primo casu, quo scilicet creditor anterior possidebat tantummodo iure pignoris, non autem pleno iure proprietatis, & dominij, ideoque nullatenus applicantur.

Neque DD. voluerunt attendere exceptiones, quæ adducebantur contra dationem insolutum, & præsertim quod ea non suffragatur, nec operatur in
5 præiudicium tertij creditoris, quia præterquod conclusio non procedit, nisi quando datio est vniuersalis omnium bonorum, non autem quando est facta de particularibus bonis ex adductis latissimè *per Reuerendissimum D. Vrgellen. dec. 364.* ponderatū
6 fuit, quod ad effectum impediendi exequutionem tertius non habet opus iustificare Titulum, sed satis est probare possessionem, & titulum allegare, vt benè monuit *Bart. in d. l. à Dino Pio, §. si super rebus n. 4. cæteriq. scribentes communiter Castr. cons. 143. sub n. 30. vers. & si quæretur lib. 1. Rot. coram S. mem. Greg. dec. 22. nu. 3. cum seqq.* Iustificatio enim tituli spectat
6 ad petitorium, seu quando agitur de illius Canonizatione, secus autem, vbi agitur tantummodo ad
8 impedien. Viam Exequutiuam, ad hunc enim effectum possessor non cogitur docere de titulo suæ possessionis *l. cogi, C. de petit. hæred. Greg. vbi supra nu. 4.* contraria verò procedunt, quando tertius allegaret
9 se tantummodo iure pignoris possidere res communis debitoris, secus autem, vt dictum est, quando allegat se possidere pleno iure proprietatis, & Dominij,

Et in omnem casum potest dici satis constare de titulo ex enunciatiua consensus in mandato de immittendo concesso ab A. C. in exequutionem eiusdem consensus, & ex productione iurium enunciatorum in dicto mandato, & in quibus Iudex se fundauit, de quorum productione constat ex fide Notarij Actuarij, ex ea enim apparet à Procuratore Antoninæ fuisse repetitum Instrumentum cessionis iuriū creditorum, necnon copiam sententiæ, vna cum mandato relaxato Instrumentum consensus Iulij, necnon omnia alia iura in actis producta de immittendo in possessionem bonorum; Quamuis N. de præsenti non reperiatur hic consensus, ideoque non possit ex eius lectura dignosci, an constet in pignus,
10 vel in dationem insolutum, quia tamen præcedit causa habilis ad transferendum dominium, simplex illa assignatio bonorum censetur facta cum translatione dominij, & proprietatis, non autem tantummodo iure pignoris, vt notat *Bart. in l. si constante n. 99. vers. imò dico, ff. sol. matrim. & tradunt communiter DD. in l. Dotis fructus, §. fin. ff. de iur. Dot. Rot. coram bon. mem. Buratt. d. dec. 574. n. 4. & d. dec. 627. num. 1.*

Eoque minus dixerunt DD. deueniri posse ad subhastationē, cū adhuc acta non sint transportata, nec mandata exequutiua relaxata, sine quibus certum est ad subhastationem deueniri non posse: Nihil enim refert, quod causa reperiatur commissa cum clausula firmo remanente Notario, & cum facultate cogendi partes ad standum indicationi instrumentorum, & iurium quorumcumque, seù simplici copiæ absque alia confectione extractus, seù Regestri, quia dicta clausula fuit apposita in commissione directa A. C. ad tollen. dubitationem, an causa ità esset effecta commissaria, vt spectaret ad Notarium Archiuij, potius quam ad Notarium A. C. hodie autem sumus in gradu appellationis, & commissio mihi directa cum insertione aliarum commissionum reperitur in actis Notarij Rotalis, apud quem fuerunt à Creditoribus producta instrumenta censuum; Vndè dicta clausula non suffragatur, & Notarius huius causæ est Rotalis, apud quem acta non sunt transportata.

Ideo nihil releuat, quod Sanctiss. rescripserit cum facultate subhastandi, & deliberandi omnia, & sin-

11 gula bonâ, &c. quia cum rescriptum recipiat interpretationem à iure *l. Rescripta C. de precib. Imper. off. Mantic. decis. 213. nu. 3.* & quod plus est in eius ventre ad sit clausula *seruato iuris ordine*, quæ dat for-
12 mam præcisam, & restringit facultatem ad limites iuris, si de iure communi deueniri non potest ad
13 subhastationem, & deliberationem nisi prius transportatis actis, & obtentis mandatis exequutiuis vt *in d. l. à Dino Pio*, vtique nec minus ad eam deueniri poterit vigore rescripti, quod seruare voluit formam, & ordinem à iure communi præscriptum,
14 alias enim hac forma non seruata, subhastatio erit nulla, & irrita *cap. cum dilecta, §. dictum insuper, ibique Felin. num. 6. vsque ad 14. de rescript. Abb. in cap. cum causam num. 10. de re iudic. Reuerendissimus Vrgellen. decis. 205. n. 3.*

15 Nec quidquam refert, quod obtento rescripto, & licentia à SS. immissus in Saluiano deuenire possit ad subhastationem, etiam absque alia relaxatione mandati exequutiui, vt probat alijs relatis *Mangil. de subhast. qu. 126. num. 14.* & pluries firmauit *Rota coram Card. Seraph. dec. 1100. nu. 2.* vbi ponderata distinctione An sententia, & mandatum de immittendo sit in hypothecaria, vel simplici Saluiano, & firmato, quod in primo tantum casu Creditor immissus procedere possit ad subhastationem, non autem secundo concludit tamen quod si impetretur à Principe licentia, etiam in secundo casu, immissus in Saluiano procedere possit ad subhastationem, etiam alio mandato non obtento, quod idem dixit *Rot. in rec. dec. 161. nu. 14. & 15. par. 6. & in Ariminen. Bonorum 4. Martij 1622. coram bo. me. Cocc. & in Romana Domus cor. Card. Sacrato impressa per Modern. Perusin. post tract. de manut. dec. 396. n. 1. & 2.*

16 Fuit enim responsum decisiones allegatas, earumque dicta procedere, quando petens subhastationem possidet, vel agitur cum tertio, qui possideat tantum Iure pignoris, ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus; secus quando tertius qui reperitur in possessione, allegat bona, quæ olim ad communem debitorem spectabant, ad se modo pertinere titulo plenæ proprietatis, & Dominij, tunc enim non potest exequutiuè procedi ad subhastationem, & deliberationem ex Iuribus supra allegatis, nec decisiones loquuntur in his terminis.

Et ita vtraque, &c.

VALENTINA PAROCHIALIS.

Veneris 13. Ianuarij 1645.

ARGVMENTVM.

Resignatio deficiente consensu Pontificis supplicationem signantis, & eiusdemmet resignantis redditur omnino nulla, & ex quibus defectus huiusmodi consensus tam in Pontifice, quam in ipsomet resignante colligatur?

SVMMARIVM.

1 *Pontifex signans supplicationem Resignantis de tempore, quo iam resignans obierat, resignatio remanet nulla ex defectu ipsius consensus.*

2 *Resignans sub certis conditionibus illis non impletis non censetur consentire, & multo minus sub conditionibus contrarijs.*

DECISIO CXLVI.

Placuerunt DD. fundamenta Decisionis à me extensæ sub die 8. Aprilis anni præteriti; quia cum supplicatio fuerit signata à fel. rec. Vrbano VIII. 3. Nonas Ianuarij Pontificatus an. 18. qui est quadragesimus primus à Natiuitate, de quo tempore Resignans
1 obierat, ex defectu ipsius consensus Resignatio remanet omninò nulla, vt sequendo *Gloss. in Clem. 1. in verbo quomodolibet de renun. tradunt. DD. in decis. alleg. vers. 1. quia.*

Præterea mandatum datum ad resignan. non fuit liberè, & indefinitè conceptum, sed sub certis pactis, & conditionibus, scilicèt, quod reseruaretur annua Pensio Ducatorum bis Censum auri de Camera liberè, & integrè soluen. etiam litteris non expeditis sub ea lege, quod de nullitate, aut inualiditate Pensionis, dari non possit, neque reductio vnquam peti ex quouis capite, etiam ex causa alimentorum, sub clausula *non alias, aliter, nec alio modo*, & tamen supplicatio fuit signata cum clausulis omninò contrarijs; quia Pensio fuit reseruata vigore litterarum Apostolicarum infrà nouem menses expediendarum, & dummodo centum Ducati remanerent prò Rectore, cum alijs, de quibus in supplicatione data *in præterito Summ. n. 3.* Vndè quia
2 Resignans sub certis conditionibus, illis non impletis, non censetur consentire, & multo minus sub conditionibus contrarijs, Resignatio hæc ex defectu consensus Resignantis sustineri non potest, & ex *Decisionibus in causa Sauonen. Cantoriæ cor. R. P. D. meo Pentingerio*, fuit probatum, & in decisione, quam placuit DD. quoad vtrumq; caput hodie confirmare, cum nihil fuerit ab altera parte oppositum.

Et ita informante tantum Murillo fuit resolutum cum Thomas Insa Resignatarius pluriès citatus, & à mè diù expectatus non compareriut.

INVEN. LEGATI.

Lunæ 16. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Mandatum excedens in parte annullatur in totum propter eius indiuiduitatem in legato, vbi est facta mentio simpliciter de scutis intelligitur de scutis monetæ librarum quatuor, tamquam exiguioribus, & multa de valore, & variatione monetæ. Statutum, quando comprehendat forenses, & quando præscriptio statutaria contra ipsos allegari possit, & quando ab illa excusentur, vel interrupta dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Legatum scutorum mille intelligitur de scutis moneta librarum quatuor tamquam exiguioribus, currentibus in Ciuitate, vbi fuit celebratus contractus.*

2 *Verba Testatoris intelligenda sunt iuxta consuetudinem loci.*

3 *Mandatum, & eius executio excessiuum in parte reuocatur in totum propter eius indiuiduitatem etiamsi excessus consistat in minimo.*

4 *Excessus non solum consideratur in executione, sed damnum, quod prouenit debitori ex nulla, & iniusta deliberatione, vel adiudicatione.*

5 *Testis deponens de sua credulitate non venit attendendus.*

6 *Testes numero plures, & meliùs informati veniunt praeferendi.*

7 *Argumentum valet de parte ad totum, & eiusdem Iuris dicitur pars, & totum.*

8 *Præscriptio etiam per interpellationem extraiudicialem interrumpitur.*

9 *Præscriptio vt tollatur sufficit qualis, qualis interruptio.*

10 *Præscriptio statutaria procedit etiam contra forenses, qui iudicium introduxerunt in Vrbe.*

11 *Statuta producentia effectum in his, quæ post contractum oriuntur propter negligentiam non petentis comprehendunt etiam forenses.*

12 *Ignorantia probabilis sufficit ad obtinendam restitutionem in integrum aduersus præscriptionem.*

13 *Præscriptio obstante mala fide nemini suffragatur.*

14 *Possessio non amittitur per executionem nulliter factam, & excessiuam.*

DECISIO CXLVII.

COmmissa in Rota Reuerendissimo D. meo Decano
causa appellationis interpositæ per Angelum
Lomellinum à Mandato executiuo scut. 848. monetæ Romanæ contra eum relaxata ab A. C. ad fauorem Hieronimæ eius sororis pro solutione legati scutorum mille, illi relicti in Codicillo Ianuæ celebrato de anno 1613. a Maria communi Matre vnà cum illius executione facta super locis decem montium ipsius Angeli succursus Auenionen, per obitum postea secutum tàm d. Hieronimæ, quam Procuratoris ab ipsa, dùm viuebat in Vrbe, Constituti, citatis eius hæredibus, primò per edictum præuio examine super non tuto accessu, & posteà per contradictas, iuxtà stylum lata fuit sententia Rotalis, quæ reuocauit d. mandatum A. C. cum executione prædicta; cuius vigore dicto Angelo supradicta loca Montium fuerunt restitura; Sed cum ab ista sententia appellassent Lercarij filij, & hæredes præfatæ Hieronimæ, & causa fuisset mihi commissa cum facultate manutenendi; quem de Iure, proposito semel, & iterum dubio, cui dandum esset mandatum de manutenendo, DD. sub die 4. Febr. 1643. voluerunt videre de bono Iure, quo hodie discusso responsum fuit constare de bono Iure Angeli.

Fundamentum resolutionis fuit, quia cum d. legatum scutorum mille factum per Ianuen. in Ciui-
1 tate Ianuæ intelligatur de scutis monetæ librarum quatuor, tanquam exiguioribus, non solum ex dispositione *tex. in l. nummis 73. vbi dd ff. delegat. 3. Roland. cons. 16. num. 32. lib. 3. Grat. discept. 565. num. 1. Cyriac. controu. 153. num. 20.* sed etiam ex consuetudine inueterata Ianuæ sic intelligendi, quando de scutis simpliciter disponitur, vt deponunt testes formitèr examinati *Summ. Angeli num. 4.* & attestatur Cancellarius Magistratus monetarum Ianuæ *Summ. Cernarij sub die 12. Ianuarij 1643. num. 6.* iuxtà quam con-
2 suetudinem intelligenda sunt verba Testatricis *Anchar. cons. 163. num. 3. vers. his non obstantibus Alex. cons. 131. num. 4. lib. 7. Mansic. de coniect. vlt. volunt. tit. 8. n. 9. antè med. vers. & verba testatoris lib. 6. Surd. decis. 227. num. 4. & seqq.* & libra huiusmodi, quæ tanquam imaginaria semper fuit, & est viginti solidorum, vt per Testes *d. Summ. Angeli num. 3.* & tradit *Scacc. de Camb. glos. 3. §. num. 54.* quæ importat secundum naturalem valorem baioccos viginti monetæ Romanæ ad vnguem, quicquid sit, quando agitur ratione Cambij, vt per eosdem Testes *d. Summ. num. 2.* consequens est, quod legatum istud scutorum mille de libris quatuor conficiat solummodo scuta 800. monetæ Romanæ, vt proindè mandatum prædi-
3 ctum, & illius executio facta super dd. locis montium prò scutis 848. similibus, vti excessiua in scutis 48. nulla fuerint in totum proptèr indiuiduitatem iuxtà *Theoricam Bart. communitèr approbatam in l. si non fortem §. si Centum num. 6. ff. de condit. indebit. Bald. in l. certi conditio §. quoniam sub num. 8. vers. secundus si Iudex ff. si cert. petat. Ruin. cons. 57. num. 3. lib. 5. Curt. Iun. cons. 170. num. 3. Afflict. dec. 218. num. 3. & 4. Rot. apud Greg. XV. decis. 198. num. 1. vbi per Add.* plures aliæ *decis. cumulantur*, quamuis etiam excessus fuisset in minimo (*Castr. in d. §. si centum num. 2. & ibi etiam Ias. sub num. 1. & seq. Paris. cons. 81. num. 36. lib. 2. Bursatt. cons. 73. num. 27. Grat. discept. 122. num. 6. Rot. cor. Greg. dec. 480. num. 5. Card. Caual. dec. 84. num. 2. & rec. decis. 359. sub num. 12. vers. & clarum est par. 1.* ea ratione, quia non solum consideratur excessus, sed
4 damnum quod prouenit debitori ex nulla, & iniusta deliberatione, vel adiudicatione, vt his terminis ponderauit *Rot. in Rom. spolij coram iusto impress. penes Marches. par. 3. fol. 45. n. 5.*

Neque visa fuerunt releuare adducta per informantes prò Lercarijs, quod enim vnus ex testibus examinatis prò Angelo dixerit non recordari valorem libræ Ianuen. de annis 1612. & 1613. sed credere, quod de eo tempore illius valor esset maior quam sit de tempore præsenti, nihil facit, quia vti
5 deponens de sua credulitate, non venit attendendus *Corn. cons. 189. num. 1. lib. 1. Menoch. cons. 1004. nu. 3. Rot. decis. 264. num. 6. par. 5. rec.* & in omnem euentum
6 præferendi sunt alij testes de illius inuariabilitate deponentes, qui sunt numero plures, & meliùs informati *Rot. dec. 45. n. 25. & seq. par. 6. & dec. 267. nu. 7. par. 7. rec.*

Quod autem alius Testis dixerit scutum argenteum, quod est effectiuum, esse variabile, non facit ad rem, quæstio est de scutis librarum quatuor, quæ cum sint imaginaria, & conflata ex dd. libris Ianuæ inuariabilibus, nullam proindè recipere possunt al-
7 terationem, eum de parte ad totum valeat argumentum *Menoch. cons. 854. nu. 10. Rimin. Iun. cons. 633. num. 48. Rot. dec. 174. nu. 5. par. 1. rec.* eiusdemque Iuris dicantur pars, & totum *l. quæ de tota in princ. & ibi gloss. Bart. & cæteri ff. de rei vendic. Rot. decis. 214. nu. 6. post Cinc. de Censib. in vltim. edit.*

Nec refert, quod Petia Hispana effectiua per decretum senatus Ianuen. ibi valeat solum libras quatuor, vndè inferebatur, quod eum in vrbe valeat Iulios octo eum dimidio, indè resultet, quod in exequutione facta prò dd. scut. 848. nullus adsit excessus, ex quo scutum prædictum librarum quatuor, si reducatur ad monetam Romanam, facta ratiocinatione secundum valorem dictæ Petiæ, ascendit ad scuta 850. similia. Quia fuit responsum quod Angelus non tenetur soluere dd. Petias Hispanas, quæ tanquam effectiuæ secundum maiorem, & minorem earum copiam recipere solent augumentum, vel diminutionem, sed tantummodò est obligatus soluere scuta imaginaria librarum quatuor, quæ propterea nullam pati possunt alterationem ex supra deductis.

Quò verò ad præscriptionem, seù præsumptam solutionem ob lapsum 16. & vltra annorum ex statuto *lib. 1. cap. 158.* DD. censuerunt illam non habere locum quia ex testibus in partibus examinatis *Sum. Lercarij num. 1.* constat, quod vsque de anno 1626. dictus Angelus fuit interpellatus per maritum Hie-
8 ronymæ ad solutionem huius legati; præscriptio verò etiam per interpellationem extraiudicialem interrumpitur, vt distinxit idem statutum ibi, *vel extraiudiciali interpellatione*, & firmauit *Rota decis. 301. n. 3. post Pacific. de Salu. interd. dec. 603. n. 3. par. 1. diuers.* Imò quod ad hunc effectum sufficiat qualis interru-
9 ptio dixit *Rot. dec. 148. vers. quo verò apud Fenzon. sup. statut. Vrb.*

Cui responsioni etiam addi poterat, quod licèt verior, & magis recepta sit conclusio, quod præ-
10 scriptio statutaria procedat etiam inter forenses, qui iudicium introduxerunt in Vrbe, ea ratione, quia
11 statuta producentia effectum in his, quæ post contractum oriuntur proptèr negligentiam non petentis, compræhendunt etiam forenses *Rot. in Roman. Mercedis coram Bubalo apud d. Fenzon. decis. 158. per tot. & decis. 764. num. 2. par. 4. diuers. & in alijs cumulatis in alia decisione huius causæ sub die 23. Ianuarij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano vers. primum ex eo*, nihilominus cum d. Hieronyma, & eius fi-

lij semper fuerint absentes ab Vrbe, & permanserint in loco eorum originis, verisimillimum est, quod
12 nesciuerint dispositionem huius statuti, & per consequens succurri debet ijs per restitutionem in integrum ex capite probabilis ignorantiæ *Alex. cons. 37. num. 23. lib. 2. & in his terminis Caputaq. decis. 207. nu. 5. & seq. par. 3. & admittit Rot. decis. 124. num. 5. & seq. post. . . . in compend. statut. Perus.* & præsertim quia Angelus, vti hæres Matris sciuit hoc legatum ab ea
13 relictum, vndè non potest ipse tueri præscriptione, obstante mala fide *per text. expreß. in cap. fin. de præscript. Rot. dec. 270. n. 4. p. 6. rec.*

Et ità ex capite excessus tantum fuit resolutum constare de bono Iure Angeli, saltem ad effectum, vt illi sit danda manutentio in locis Montium de quibus agitur, cum per huiusmodi executionem
14 nulliter factam, & excessiuam non fuerit sua possessione priuatus.

Et ita resolutum vtraque parte audita.

ROMANA SEV ANAGNINA SALVIANI.

Lunæ 16. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Saluianum non potest denegari Creditori hæredis non reddentis rationem bonorum hæreditariorum aduersus emptorem causam habentem ab eodem hærede concurrentibus tamen solitis requisitis pro obtinenda immissione. Hæres Beneficiatus quo casu iuuari nequeat Beneficio Inuentarij?

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationē probatā.*

2 *Clausula* Constituti *plenè probat possessionem constituentis contra constitutarium.*

3 *Emptor cum clausula* Constituti *fatetur rem emptam possideri per venditorem.*

4 *Possessio rei conuicti probatur ex sustentatione litis iuncta præsertim clausula* Constituti *ad eius fauorem adiecta in Instrumento venditionis.*

5 *Saluianū quibus concurrentibus non sit denegandū?*

6 *Conuentus actione hypothecaria soluere tenetur debitum spectan. ad eius authorem, quamuis ad non ipsum spectet.*

7 *Hæres Beneficiatus nomine hæreditario contrahens non præsumitur velle se de proprio obligare.*

8 *Fallit quoties obligatio continet etiam bona propria eiusdem hæredis.*

9 *Inuentarium præseruat hæredem ne ad onera hæreditaria vltra vires teneatur non autem illi subuenit aduersus actiones, quibus ex facto proprio tenetur, & num. 10.*

11 *Inuentarium non prodest hæredi contra factum proprium.*

12 *Immissio in vim Saluiani concedi potest cōtra possessorem causam habentem ab hærede, donec ipse hæres rationem redderet de bonis hæreditarijs.*

13 *Non obstante quod hæres ad reddendam rationem obligatus fuerit postea effectus demens; nā dementia superueniens creditori obesse nequit, nu. 14.*

15 *Sententia lata in Iudicio Saluiani vt sustineatur continere debet summam certam.*

16 *Hæres non reddens rationem de bonis hæreditarijs tenetur de proprio ad onera hæreditaria.*

17 *Hæres etiā Beneficiatus quousque non docet hæreditatē non esse soluendo illa sufficiens præsumitur.*

18 *Hæreditas in dubio præsumitur opulenta.*

19 *Retentio datur emptori si pretium rei emptæ peruenit ad manus creditoris anterioris venditoris. Declara n. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Emptor succedit in locum anterioris creditoris, cui propria pecunia satisfactum est.*

26 Gloss. in l. si possessores C. de his, qui in prior. loc. Succed. & in l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypotec. soluat. declaratur, *& n. 27. & 28.*

19 *Confessio debitoris facta lite pendente non præiudicat creditori anteriorem hypothecam habenti, nisi aliunde iustificetur.*

30 *Census extinctio est actus omnino voluntarius.*

31 *Retentio non datur pro censibus voluntariè extinctis.*

DECISIO CXLVIII.

IOANNES Baptista Scottus coactus soluere de anno 1630. R. C. A. Apostolicæ cum reportatione cessionis iurium scut. 9000. monetæ ad computum similium scut. 30. mil. occasione fideiussionis per ipsum factæ prò Adriano Panzerio, & Georgio Arzuffo, cum releuatione indemnitatis ab ijs insolidum sibi promissæ, etiam nominibus proprijs, cum obligatione Camerali, hypotheca omnium bonorum, vt se cautum, ac tutum redderet propria restitutione scut. 8000. sibi facta à Petro Panzerio hærede cum beneficio legis, & Inuentarij d. Adriani prædefuncti, conuenit cum eo, quod in casu solutionis aliarum pecuniarum vigore fideiussionis prædictæ antè redditam rationem per d. Petrum de bonis hæreditarijs Adriani, ipse sibi soluere deberet sc. 4000. cum effectibus d. hæreditatis, & prò maiori eius securitate, nedum post redditam huiusmodi rationem d. Petrus obligatus esset prò omni, & toto eo, quod penès ipsum remansisset ex d. hæreditate, sed etiam teneretur d. rationem reddere infrà tres menses tunc proximios, qui Petrus prò obseruatione præmissorum obligauit se de proprio sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum, etiam propriorum in forma Cameræ *Summ. d. Io. Bapt. n. 2.*

Cum autem posteà dictus Ioannes Baptista, coactè solutis integris dd. scut. 30. mil. eidem R. Cam. reportata similitèr Iurium cessione, mandatum proindè ad sui fauorem relaxatum pro recuperatione scut. 12444. contra bona hæreditaria d. Adriani exequi obtinuisset à Thesaurario contra personam, & bona propria d. Petri, ob non sufficientem, & legitimam redditionē rationis d. hæreditatis Adriani, quod in gradu appellationis fuit deindè confirmatum, egit propterea coram A. C., & reportauit Immissionem in vim Saluiani prò consecutione scutorum 8000. sinè præiudicio maioris quantitatis super bonis ipsius Petri emptis à Francisco Melis de anno 1637. hac lite pendente donec, & quousque fuerit à dicto Petro, siuè alia persona legitima prò eo reddita ratio hæreditatis prædictæ cum restitutione reliquatus ad formam supradicti Instrumenti celebrati de Anno 1631. data tamen prius per d. Io: Baptistam Idonea cautione de restituendo fructus ex istis bonis percipien., casu quo prædicta adimplerentur; Ideò cum in gradu appellationis coram me interpositæ, dubitauerim an sententia A. C. confirmanda esset, vel infirmanda, prò illius confirmatione resoluerunt hodie DD.

Validitas enim non controuertebatur, iustitia verò patet, quia de credito cum hypotheca d. Io: Baptistæ, etiam contra bona propria Petri constat, ex quo dictus Petrus rationem non reddidit bonorum hæreditariorum Adriani debitoris d. Io: Baptistæ in magna pecuniarum quantitate, quam ipse vigore fideiussionis prædictæ soluere coactus est Cameræ Apostolicæ, quamuis ipse ad hoc specialiter se obligauerit sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum, etiam propriorum, vt apparet ex d. publi-
1 co Instrumento anni 1631. quod facit probationem probatam *Ias. in l. 1. sub num. 10. vers. alibi dicit Bald.*

ff. de oper. non. nunc. Paris. cons. 104. num. 64. & seq. lib. 1.
& in specie Saluiani Rot. in rec. decis. 669. num. 1. par. 2.
& decis. 59. num. 3. part. 6. De possessione autem Petri
post hypothecam ab ipso contractam ad fauorem
Io: Baptistæ constat ex venditione per eum facta
Francisco de anno 1637. cum clausula Constituti per
2 quam plenè probari possessionem Constituentis
contra Constitutarium tradunt Grat. cons. 42. nu. 12.
& 13. lib. 2. Natt. cons. 439. n. 3. & in his terminis Card.
Seraph. decis. 1415. num. 2. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 40.
num. 3. & 4. Rot. decis. 150. num. 5. post Cino. de Cens. in
vlt. impress. in rec. decis. 539. sub num. 2. part. 4. & alibi sa-
3 piùs, quia per eam Franciscus Emptor factus fuit Pe-
trum venditorem possidere, secundum Angel. in l.
quædam mulier. ff. de rei vendic. Ruin. cons. 169. num. 16.
lib. 1. fa. me. Greg. XV. decis. 362. nu. 1. sicut etiam moder-
4 na possessio Francisci probatur ex substentatione
litis iuncta Clausula Constituti ad eius fauorem ap-
posita Rot. decis. 202. num. 1. post Pacifi. de Saluian. &
in punct. d. decis. 535. num. 3. quibus concurrentibus in-
5 dubitatum est competere Saluianum Castr. in l. rem
alienam num. 11. ff. de pignor. act. Put. decis. 201. num. 2.
lib. 1. in correct. Greg. XV. decis. 491. num. 6. Reuerendiss.
Vrgellen. d. decis. 40. num. 6. & decis. 193. num. 4. Rot. dec.
456. num. 1. par. 2. rec. & præsertim quia dictus Fran-
ciscus Emptor istorum bonorum, quæ Ioanni Ba-
6 ptistæ prò huiusmodi redditione rationis fuerant
anteà obligata, conuentus actione hypothecaria sol-
uere tenetur istud debitum, licèt ad ipsum non spe-
ctet hanc rationem reddere per text. egregium in l. si
statu libero 6. §. fin. ff. de statu liber. vbi quod conditio
reddendi rationes diuiditur, & quoad Codicum tra-
ditionem, & dispunctionem remanet penès seruum,
qui tenetur reddere, quia consistit in facto, & quoad
reliqua, & debita soluenda transit in Emptorem,
quia consistit in dando.

Nec dicatur agi non potuisse contra bona propria
Petri, ex quo ipse tanquam hæres Adriani cum be-
7 neficio legis, & Inuentarij, hæreditario nomine
contrahendo, non præsumitur voluisse obligare se
de proprio Rot. decis. 392. num. 3. par. 1. rec. Quia cum
ipse in dicto Instrumento expresse promiserit ratio-
nem reddere d. hæreditatis intrà tres menses cum
restitutione reliquatus, & prò obseruantia obliga-
8 uerit, tàm hæreditatem prædictam, quam se ipsum,
& sua bona propria, non potest ampliùs allegare
Beneficium Inuentarij, dum rationem non reddidit
prout facere promiserat, sed remanet obligatus de
proprio Angel. cons. 31. num. 6. ad med. vers. & insuper
hoc dico, Aret. cons. 147. num. 3. Surd. cons. 191. num. 26.
& decis. 297. num. 11. Ciriac. contro. 225. num. 17. Grat.
discept. 646. num. 26. Boer. decis. 53. in fin. Rot. in Rom.
Cambiorum 7. Iunij 1634. coram Eminentiss. D. Card.
Pan. zirolo, & in imolen. Bonorum 10. Decembr. 1638. co-
9 ram bo. me. Corr., & ratio est quia beneficium inuen-
tarij prouidet, ne hæres teneatur ad onera hæredi-
taria vltra vires hæreditatis, & sic prouidet hæredi
circa actiones passiuas descendentes à defuncto non
10 autem illi subuenit aduersus actiones, quibus tene-
tur ex suo facto, prout contingit in isto casu, quo ip-
se conuentus fuit ex propria promissione, vt benè ex-
plicat Coru. cons. 31. num. 11. lib. 3. & ideò quod Inuen-
11 tarium non prosit hæredi contra factum proprium
tradit Bald. in l. scimus 23. §. & si præfatam num. 3. C. de
Iur. deliber. quem refert, & sequitur Coru. vbi sup. sub
num. 11. vers. ad hoc facit Baldus.

Et quod huiusmodi immissio concedi potue-
rit super istis bonis donec, & quousque fuerit reddi-
12 ta ratio d. hæreditatis, etiam quod Petrus obicrit
in statu dementiæ patet, quia eum de tempore pu-
rificatæ huius obligationis, ipse non fuisset adhuc
effectus demès, etiam antea relaxata fuissent manda-
13 ta contra eum pro huiusmodi redditione rationis,
proinde ista dementia obesse non potest d. Io. Bapti-
stæ creditori, qui tempore habili diligens fuit, & ad
14 hoc etiam iudicialiter institit, negligentia enim, aut
contumacia Petri in reddenda ratione prædicta illi
nocere non debet l. rem hæreditariam in fin. ff. de euict.
Cephal. cons. 374. num. 5. Rimin. Iun. cons. 262. num. 32.
lib. 3.

Prout etiam ex facto tollitur obiectum, quod ista
15 sententia sustineri nequeat, ex quo non continet
summam certam, prout in Saluiano requiritur Rot.
decis. 203. post Pacif. Quia ea concedit Ioanni Bapti-
stæ immissionem pro scut. 8000. illi debitis in maio-
ri summa à Petro per duas sententias, in iudicatum
transactas, ob non redditam rationem hæreditatis
16 Adriani, cum de iure certum sit, quod hæres non
reddens rationem tenetur de proprio ad onera hæ-
reditaria Phanuc. de inuentar. par. 5. num. 130. Rota
in Cesenaten. bonorum 13. Iunij 1608. coram Sanctiss.
D. N. Romana Aruli 5. Iulij 1621. coram bo. me. Card.
Verospio, Romana legatorum Hebreorum 20. Decembris
1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & decis. 2. nu. 5.
part. 6. recent. ea ratione; quia quousque hæres, etiam
beneficiatus non docet hæreditatem non esse soluen-
do ea præsumitur sufficiens, Couarr. in cap. si hæredes
num. 9. post med. vers. sed etsi minimè de testament. Rot.
decis. 696. sub num. 2. vers. nam quousque part. 1. recent.
nam in dubio hæreditas præsumitur opulenta, &
post alios firmat Reuerendiss. Vrgellen. decis. 1. num. 33.
& sic non applicatur d. decis. 203. post Pacif. quia in
illo casu non constabat de aliquo credito certo, vt
legitur ibi num. 1. prout constat in isto casu, ex supra
deductis.

Nec intrat retentio à Francisco prætensa, præ-
textu, quod ex pretio bonorum, de quibus agitur
scut. 600. conuersa fuerint in extinctionem Census
19 fructuum S. Honofrij anterioris creditoris Ioannis
Baptistæ, quia cum non versamur inter creditorem,
& debitorem, aduersus quem semper datur retentio
ex quo vtile negocium fuit gestum, ex adductis per
Io. Franciscum à Pont. cons. 87. num. 7. lib. 1. sed versemur
inter possessorem, & creditorem, DD. pro responsio-
ne distinxerunt duos casus.

Primus est, quando ipsemet emptor soluit Ante-
20 rioribus pretium rei æmptæ, & tunc verum est
succedere in locum eorum absque vllo pacto, & ces-
sione, & ità loquuntur. Surd. cons. 183. num. 18. Gra-
tian. discept. 734. num. 18. & 19. cum alijs ad propositum
allegatis per informantes pro Francisco, sed hic non est
21 casus noster, quia huiusmodi solutio non à Fran-
cisco Emptore, sed à Petro Venditore facta præ-
tenditur.

Alter vero casus est, quando emptor simpliciter
reæmit, & venditori pretium liberè, & absque vllo
pacto soluit, quod postea idem venditor conuertit
in extinctionem creditorum anteriorum, & isto ca-
22 su, quo nos versamur, non potest Franciscus Æm-
ptor retentionem prætendere, quia tradendo li-
beram pecuniam venditori, in eum transtulit do-
minium ipsius, quæ proindè soluendo propriam
23 pecuniam in extinctionem census, non voluit iura
transferre in emptorem; dum tale pactum non in-
tercessit, vt tradit gloss. in l. Aristo, verbo pignus ff.
quæ res pignor. oblig. poss. & in l. 1. verbo non accepisse
Cod. de his, qui in prior. Creditor. loc. succ. Rot. diuers.
24 decis. 293. num. 4. & per tot. part. 4. Et in terminis
quod non detur retentio, latissime firmat Io. Franc.
à Ponte d. cons. 87. à num. 4. vsque ad fin. Aragon. decis.

Flo-

Florent. 59. num. 14. vers. & allegata declarat ita fore
25 *intelligendos DD. allegatos in contrarium*. Vndè ni-
hil est curandum quod *Mantic. de tacit. & ambig.*
lib. 11. tit. 29. sub num. 5. indistinctè tenuerit empto-
rem succedere in locum anterioris creditoris, cui
dicta sua pecunia satisfactum est, siuè ab eodem
emptore, siuè è Venditore solutio facta fuerit,
quia fundat se in authoritate, *glos. in l. si possessores C.*
de his qui in prior. creditor. loc. succed. & in l. 1. ff. quib.
26 *mod. pign. vel hypotec. solut.* quæ tamen nihil tale
dicit, sed solum firmat conclusionem generalem,
emptorem scilicèt succedere in locum primi cre-
ditoris, vt possit se tueri aduersus posteriores, quod
27 in effectu idem est, ac si fuisset dictum ad effectum
excipiendi, non esse necessarium pactum, prout
opus est ad effectum agendi, & vlterius eius opinio
est contra Communem, & contra manifestam
rationem, quia dum pecunia traditur venditori,
efficitur libera illius, & libera transit in illius do-
minium, adeout dum ipse posteà eam anteriori
28 tradit dici nequit, quod soluat de aliena pecunia,
sed de propria ideoque nulla datur emptori succes-
sio nec per viam actionis, nec per viam retentionis,
vt bene ratiocinatur. *Idem Io. Franciscus à Ponte vbi*
supra sub num. 21. cum seqq.

Sed cessat omnis difficultas; Tùm quia talis ex-
tinctio non probatur facta ex dictis pecunijs Fran-
cisci, nisi per solam assertionem Petri, lite iam mota,
29 quæ non potest præiudicare Io. Baptistæ, anterio-
rem hypothecam habenti, dum aliunde non iustifi-
catur. *Surd. decis. 218. num. 5. Rot. apud Buratt. decis. 9.*
30 *num. 1.* Tùm quia agitur de extinctione census, qui
est actus omninò voluntarius, vnde sicuti creditor
census non poterat eius vigore agere ità etiam non
potuit ius istud transferre in redimentem, ideoque
pro censibus voluntariè extinctis non datur reten-
tio, vt in terminis dixit *Rot. coram Card. Caual. de-*
cis. 539. num. 2. in fin. cum seqq. & in Romana Domus co-
ram bo. mem. Vbaldo impres. per Mangil. de subhastat. in
ordine 54. num. 8.

Et ità vtraque, &c.

LEODIEN. DECIMARVM.

Lunæ 23. Ianuarij 1645.

ARGVMENTVM.

Declaratoriæ locus est contra non parentem executo-
rialibus Rotæ, si executoriales fuerunt in partibus
personaliter intimatæ, & productæ, & seruatis so-
litis terminis, & ex quibus inobedientia probe-
tur?

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria denegari non potest executorialibus perso-*
naliter in partibus intimatis, & seruatis terminis ad
docendum se paruisse, si de aliqua paritione non docea-
tur.

2 *Inobedientia voluntaria est, qua quis monitionem Iudi-*
cis implere recusat, & contemnit.

3 *Contradictio euidens executorialibus Rotæ exuberat pro*
concessione declaratoriæ.

4 *Declaratoria, vt concedatur satis est sola protestatio*
de recurrendo ad Iudices laicos ad impediendam exe-
cutionem sententiæ Rotalis.

DECISIO CXLIX.

VErtente lite inter Abbatem, & Monachos Sancti
Lamberti Leodien. Diœc. ordinis Cistercien. ex
vna, & Albertum de Neciforge partibus ex altera
super eo, an scilicèt propter oppignorationem do-
minij temporalis de Pleneuaulx olim factam à tunc
temporis Abbate, & Conuentu detineri possint oc-
cupatæ decimæ eiusdem loci, Rota negatiuè respon-
dit secunda Decembris 1643. coram R. P. D. meo,
Carillo, in cuius locum, cum fuissem subrogatus,
ob eius ab Vrbe discessum per sententiam diffiniti-
uam pronuntiaui, oppignorationem, seù alienatio-
nem decimarum huiusmodi olim vt supra factam ad
fauorem D. Temporalis eiusdem loci de Pleneuaulx
fuisse nullam, & irritam, dictasque decimas ad Ab-
batem, & Conuentum prædictum spectare manda-
tum de immitten. ad eorum fauorem decreui, & re-
laxaui contra Albertum, & Annam de Neuforge
Dominos Temporales de Pleneuaulx, & huiusmodi
decimarum occupatores.

Aequa sententia, nulla interposita appellatione;
cum fecisset transitum in iudicatum, fuerunt relaxa-
tæ executoriales in forma, ijsque in partibus perso-
naliter intimatis prædicto Alberto, eo parere recu-
sante, disputaui an esset danda declaratoria?

Et dandam esse Domini responderunt, quia, cum
1 exequutoriales fuerint in partibus personaliter inti-
matæ; eisque reproductis, seruatisque solitis termi-
nis ad docen. se paruisse, de quibus per *Vestr. in*
prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19. Cum de aliqua paritione,
nec doceatur, nec constet, prout fieri debuisset ad
euitan. contumaciam, quæ consistit in comparen-
2 do, cum sit voluntaria inobedientia, qua quis moni-
tionem Iudicis implere recusat, & contemnit, decla-
ratoria denegari non poterat, iuxta inueteratum
Rotæ stylum de quo *Castad. dec. 10. nu. 6. de caus. possess.*
& propriet. Mohed. decis. 1. de sent. excomm. Rot. dec. 339.
nu. 1. & dec. 591. num. 5. par. 2. rec. Buratt. dec. 17. cum ibi
relatis per Add. & dec. 825. & fuit dictum in Tridentina
Decanatus, & Canonicatus 23. Maij 1642. coram
R. P. D. meo Royas.

Et quod magis mouit Dominos fuit euidens con-
3 tradictio Alberti, cum in actu intimationis sibi fa-
ctæ declarauerit, se nolle parere, minus proferen-
do, & dicendo se habere præceptum imperiale con-
tra Abbatem, quem necare intendebat, si ad perci-
piendum decimas in executorialibus contentas ac-
cederet, propter quod etiam famuli eiusdem Alber-
ti è domo vna cum ipso armati contra bursarium
Abbatis, & Conuentus, qui expectabat Notarium
exequutoriales illi intimantem *Summar. num. 1. & 2.*
quod exuberat pro concessione declaratoriæ *vt*
per glos. in cap. 2. in verbo videbatur 96. distinct. Abb.
in cap. 1. num. 10. de iudic. Rot. in Valentina decimarum
apud Marches. de Commis. par. 1. fol. 678. num. 1. & in Il-
lerden. electionis Priorissæ 8. Iunij 1637. & in Placen-
tina decimarum 21. Februarij 1642. & in supradicta
Tridentina Decanatus coram Reu. P. D. meo Royas.

Accedit etiam, quod constat vlteriùs de recursu
habito ad Cameram Spiren. à qua Albertus impe-
trauit contra Abbatem præcepta Imperialia, qui-
bus se velle vti dixit vt in præcitato *Summar. dictis*
num. 1. & 2. ex quo faciliùs venit concedenda decla-
ratoria ad hunc enim effectum sufficere solam etiam
4 protestationem de recurrendo ad Iudices laicos ad
impedien. exequutionem sententiæ Rotalis, consi-
derauit *Rot. in Vlixbonen. Beneficij 10. Aprilis 1617.*
coram bon. mem. Vbaldo, & sequuta est coram eodem in
Asturicen. præstimoniorum 13. Iunij 1622. & in his ter-
minis recursus ad Cameram Spiren. in Leodien. declarato-
riæ Dominij de Henordis 13. Nouembris 1624. coram bo.
me. Buratt. dec. 825.

Et ita informante tantùm Abbate, & Conuentu
citato prædicto Alberto per contradictas, &c.

LEOPOLIEN. CENSVRARVM.

Veneris 27. Ianuarij 1645.

ARGVMENTVM.

Sententia lata vltra mandatum, & à non Iudice est notoriè nulla, & quando Iudex dicatur excedere iurisdictionem sibi in commissione attributam? Hospitale potest à laicis erigi propria authoritate, & illud tamquam laicale non est subiectum Ordinario, nec Canonicis. Ab excommunicatione datur absolutio ad cautelam, quando quis allegat excommunicationem, esse nullam, & quare? secus autem si excommunicatus intendit excommunicationem iniustam, quia tunc absolutio est necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Iudex habens simplicem commissionem tenetur simpliciter reuocare, vel confirmare primam sententiam pronuntiando bene appellatum, & male iudicatum, vel è contra.*

2 *Iudex qui primã sententiam non reuocauit, sed processit pro eo quo iurisdictionem in commissione non habebat, reddit sententiam notoriè nullam, tamquam latam vltra mandatum, & à non Iudice.*

3 *Commissio est stricti Iuris, nec extenditur vltra expressa.*

4 *Religiosi regulariter non possunt se ingerere in administratione Hospitalis, in quo viri, & fœminæ commorantur.*

5 *Id tamen fallit si aliter fuit in erectione cautum, quia in hac materia attenditur forma erectionis, & fundationis, & cui ab initio fuerit data cura, & administratio.*

6 *Hospitale potest à laicis erigi propria auctoritate.*

7 *Hospitale à laicis erectum præsumitur laicale, & per consequens non subiectum Ordinario, & Canonicis.*

88 *Excommunicatio licèt regulariter trahat secum executionem, non tamen trahit aggrauatoriam.*

9 *Aggrauatoria non decernitur nisi vbi excõmunicatio tenet, & quis indurato corde parere recusat.*

20 *Innouari quicquam non potest stante commissione auocatoria, & quando causa est iam in Rota commissa.*

11 *Commissio auocatoria causæ ad sustinendam nullitatem licet non innotuerit Iudicibus, sufficit quod innotuerit Procuratori, qui interuenit in causa, & dicitur illius pars.*

12 *Auocatio causæ tollit iurisdictionem primo Iudici absque alia notitia Auocationis.*

13 *Sententia excommunicationis vbi allegatur nulla, datur absolutio ad cautelam, vt excomunicatus tuta conscientia possit se Diuinis immiscere casu quo forsan excomunicatio valuisset.*

14 *Absolutio simplex necessaria est, & datur ab ea excomunicatione, quam iniustam esse intendit excomunicatus.*

15 *Absolutio ad cautelam datur, quando excomunicatus allegat excomunicationem fuisse nullam, non quia necessaria sit, sed vt excomunicatus tuto se Diuinis immisceat, casu quo forsan excomunicatio valuisset.*

16 *Absolutio ad cauthelam semper datur de stylo Rotæ.*

17 *Facultas absoluendi simpliciter, & ad cauthelam secundum antiquiorem Rotæ opinionem requirebatur in commissione.*

18 *Absolutio ad cauthelam comprehenditur etiam in commissione cum simplici facultate absoluendi.*

19 *Absolutio iuxta stylum Rotæ de facili conceditur absque causæ cognitione, quando agitur de Censuris extra Curiam.*

DECISIO CL.

PRiores, & fratres Ordinis Prædicatorum S. Dominici Ciuitatis Leopolien. & litis Consortes absoluendos esse ad cauthelam DD. responderunt, cum sententia excommunicationis contra eos lata nulla fuerit, & iniusta.

Nullitas enim est ineuitabilis ex defectu iurisdictionis, quia dum per speciale rescriptum Signaturæ fuerat commissa causa appellationis quibusdam dignitatibus Primisilien. vt in commissione data *in Summ. prioris, num. 3.* Tenebantur Iudices simplici-
1 ter reuocare, aut confirmare primam sententiam
Reuerendissimi D. Nuntij pronunciando benè appellatum, & malè iudicatum, vel è contra *vt not. in l. eos C. de appell. Papien. in prax. cap. 2. lib. 8. num. 5.*
Et tamen nedum priorem sententiam non reuoca-
2 runt, sed processerunt, pro qua iurisdictio in commissione tributa non fuerat, ideòque sententia est notoriè, nulla, tanquam lata vltra mandatum, & à non Iudice *cap. 2. ad fin. de restit. in integr. Felin. in cap. 2. num. 5. circa fin. vers. est verum de testib. cogen. Mantic.*
3 *decis. 237. num. 1.* Commissio enim est stricti iuris,
nec extenditur vltra expressa *glos. in cap. 1. & cap. dispendia, & in cap. statutum de rescript. in 6.*

Pariter est euidens iniustitia, quia cum Hospitale, de quo agitur erectum fuerit, & Dotatum à DD. Priore, & Fratribus, vna cum confratribus Sanctissimi Rosarij pro pauperibus infirmis, & à Serenissimo Rege Poloniæ fuerit sub sua immediata protectione receptum, eiusque bona exempta ab omnibus collectis, & oneribus, cum prohibitione, ne quælibet persona auderet se in eius gubernio, & administratione immiscere, & vlterius in Prouisores dicti Hospitalis deputati fuerint pro tempore Prior dicti Conuentus, & seniores confratres Sanctissimi Rosarij, cum facultate prouidendi de Idoneo Præsbytero sæculari pro Cura animarum, vt ex Indulto Regio *Summ. num. 1.* non poterunt vti transgressores S. Concilij Tridentini, & Constit. S. Congregationis declarari excommunicati, quia licèt regula-
4 riter Religiosi non possint se ingerere in administratione Hospitalis, in quo viri, & fœminæ moran-
5 tur, id tamen fallit quando aliter fuit in erectione
cautum, in hac enim materia attenditur forma erectionis, & fundationis, & cui ab initio fuerit data cura, & administratio, vt aduertit *Rot. coram S. me. Greg. decis. 4. sub num. 2. vers. circa illud cum seqq.* Et
6 dum istud Hospitale fuit à laicis erectum, prout
propria auctoritate erigi potuit. *capit. ad hæc cum ibi not. de Religios. domib. Nauar. cons. 3. num. 3. de for. com-*
7 *pet.* præsumitur laicale, & per consequens non su-
biectum ordinario, nec Canonicis *ad not. per Paris. cons. 34. n. 9. & 10. lib. 4.*

Multo magis fuit iniusta aggrauatoria relaxata
8 sub die 5. Nouemb. 1644. quia licèt excommunicatio
regulariter trahat secum exequutionem, non tamen trahit aggrauatoriam, quæ non decernitur, nisi vbi
9 excommunicatio tenet, & quis indurato corde pa-
rere recusat, vt in praxi testatur *Vestr. lib. 8. cap. vltim. sub num. 19. vers. lata denique Rot. dec. 657. num. 1. in fin. part. 1. recent.* Et cum tunc temporis per commissionem auocatoriam causa fuisset in Rota commissa,
10 non poterat quicquam innouari in præiudicium
Prioris, & Fratrum. *Lancell. de attent. cap. 2. lim. 21. n. 19. & 20. cum pluribus seqq.*

Nec obstat, quod ista commissio auocatoria non
11 innotuerit Iudicibus, ad substinen. enim nullitatem
sufficit, quod innotuerit Procuratori, qui interuenit in causa, & dicitur illius pars, *Caßador. decis. 3. de rescript.* & in terminis commissionis causæ emanatæ de consensu Procuratorum tradit. *Lancell. de attent. à*
12 *par. cap. 1. nu. 4.* vltra quod non est opus alia notitia,
quia auocatio causæ tollit iurisdictionem primo Iudici

dici. *l. 1. §. Hæc verba ff. quod quisque iur. cap. Pastoralis, §. Propriè de offic. deleg. cap. vt nostrum de appell.* Etiam ante inhibitionem *Ferret. cons. 206. per tot.*

Absolutionem autem dandam esse ad cauthelam DD. censuerunt, quia Prior, & Fratres non solum dicunt sententiam contra eos latam fuisse iniustam,
13 sed etiam nullam, vbi autem allegatur sententiæ nullitas, absolutio datur ad cauthelam, vt excommunicatus tuta conscientia posset se Diuinis immiscere, casu quo forsan excommunicatio valuisset, *text. est in cap. solet, vbi glos. & DD. de sent. excomm. in 6. & de veriori, & communiori opinione testatur Abb. post Innoc. in cap. Apostolicæ num. 10. circa fin. de except. bene Couar. in cap. Alma mater §. 7. num. 7. vers. quarta conclusio, & §. 12. de sent. excomm.* distinguens absolutionem simplicem ab absolutione ad cauthe-
14 lam, ex eo quod absolutio simplex verè necessaria est, & datur ab ea excommunicatione quam iniustam esse intendit excommunicatus, absolutio verò
15 ad cauthelam quando, prout hic, excommunicatus allegat excommunicationem fuisse nullam, & conceditur non quia necessaria sit, sed vt excommunicatus tuto se Diuinis immisceat, casu quo forsan excommunicatio valuisset, sequitur *Genuen. in prax. Archiep. cap. 5. num. 2. Ricc. decis. Neapol. 2. par. 4. num. 1. & 2. & articulo maturè discusso dictum fuit in Gerunden. Absolutionis, §. Quantum attinet, & §. Attamen si proponens 31. Iulij 1624. coram bo. mem. Coccino,* vbi plures distinguuntur casus, & concludentes de stylo
16 Rotæ dari absolutionem ad cauthelam quando præsertim agitur de censuris latis extra curiam, *& in. Treueren. Censurarum 7. Nouembr. 1644. coram R. P. D. meo Royas.*

De facultate autem sic absoluendi, dubitari non potest cum adsit specialis commissio cum expressa
17 facultate absoluendi simpliciter, & ad cauthelam, prout secundum antiquiorem Rotæ opinionem requirebatur, *vt in decis. 3. de sent. excomm. in antiq. & decis. 4. eodem tit. in nou. cum alijs adductis coram bo. me. Buratt. decis. 88. in fin.* licèt hodie suffragetur com-
18 missio cum simplici facultate absoluendi, ex quo Papa, committendo causam D. Auditori, vult posse prouidere pro omnibus indulgentijs, & prout opus fuerit, & sic complectitur etiam hanc speciem absolutionis ad cauthelam, vt latè firmatum fuit in dicta *Gerunden. Absolutionis §. Huic obiecto.*

Et ità fuit resolutum eo libentius, quia agitur de
19 censuris latis extra curiam, à quibus iuxta stylum Tribunalis absolutio de facili conceditur, etiam absque causæ cognitione *Cæsar. de Graß. decis. 1. de sent. excom. Put. dec. 39. lib. 1. in correct. & in Vrgellen. Canonicatus 30. Octobr. 1598. coram Blanchetto apud Marches. de commiß. par. 1. fol. 276. & in Placentina fideiussionis coram Penia apud eundem Marches. d. part. 1. fol. 278. num. 5. & in d. Treueren. Censurarum.*

Et ita informantibus solis dictis Priore, & fratribus, &c.

GERVNDEN. BENEFICII.

Mercurij 1. Febr. 1645.

ARGVMENTVM.

Possessio Beneficij licèt capta in exequutione litterarum Apostolicarum si fuit capta lite pendente est attentata, & super ea apponi debet sequestrum, & quando præsumatur mandatum in Procuratore, vbi quod non sufficit generale mandatum Procuræ, si Procurator attentauerit in præiudicium Principalis, sed opus est speciali mandato ad capiendam possessionem, vbi agitur de attentatis.

SVMMARIVM.

1 *Lis super institutione beneficij probatur ex eo quod partes se opposuerunt adinuicem coram Ordinario, & oppositiones fuerunt inserta in Processu, & deuentum fuit ad alios actus Iudiciales.*

2 *Possessio capta lite pendente super institutione Beneficij excusari non potest à vitio attentatorum.*

3 *Possessio attentata, tam ex dispositione Iuris, quam ex stylo Rotæ debet sequestrari.*

4 *Attentans gaudere non debet comodo vitiosæ possessionis.*

5 *Mandatum procuræ præsumitur ex multis actitatis in causa, vbi agens tamquam Procurator non est persona domestica principalis, aut nullum interesse in causa potest prætendere.*

6 *Mandatum in materia attentatorum requiritur quod sit, nedum verum, sed etiam speciale.*

7 *Pontifex, licèt non attentet, prouidendo attamen possessio capta vigore litterarum Apostolicarum lite pendente est attentata.*

DECISIO CLI.

INtroducta lite de mense Augusti 1639. coram Ordinario Gerunden: super institutione huius beneficij de Iurepatronatus laicorum inter Franciscum Blanquor, ab vna medietate Patronorum, & Andream Canon ab altera dimidia illorum præsentatos, obtinuit Franciscus litteras Apostolicas prò præsentato à medietate Patronorum cum derogatione alterius medietatis, & immissus, adhuc lite pendente in possessionem beneficij prædicti de mense Octobr. subsequentis ab Archidiacono de Silua dictarum litterarum exequutore, nunquam vocato, neque citato Andrea Collitigante, causa postea ad Rotam deuoluta, à me, præuia decisione ipso tantum informante, manutentionis decretum reportauit, sed cum Andreas prætenderet dictam possessionem fuisse attentatam, & proindè sequestrandam esse, propterea hodie proposui dubium, an constaret de attentatis, itaùt esse apponen. sequestrum, & Domini affirmatiuè responderunt, quia cum inter d. Franciscum, & Andream adesset lis Iudicialis super institutione huius beneficij, ex quo adinuicem se opposuerunt coram Ordinario, quas oppositiones idem Ordinarius mandauit inseri in Processu, & inter eos deuentum fuit ad alios plures actus Iudiciales *Gonzal. ad regul. Cancell. in annot. contra nullit. & attent. num. 38. & 39. Rot. decis. 266. num. 4. lib. 3. diuers. & 306. num. 1. par. 1. rec.* sequitur, quod possessio ista capta dicta lite adhùc pendente excusari non potest à vitio attentatorum *tot. tit. ff. & Cod. vt lit. pend. Rot. decis. 387. num. 38. par. 5. rec. & in his terminis Lancell. de attent. lit. pend. cap. 8. sub num. 349. vers. & ideò lite pendente, & num. 350. in præfat.* & conse-
3 quenter tàm ex dispositione Iuris, quam ex Inueterato stylo huius Sacri Tribunalis apponendum est sequestrum *Caputaq. decis. 157. par. 3. s. me. Greg. XV. dec. 10. num. 1. Cocc. dec. 106. Buratt. dec. 695. nu. 2. & 3.* & fuit decisum sepiùs, & signantèr *in Calaguritana Beneficij de Cornago 24. Ianuar. 1643. coram me,* quia non est Iuri consentaneum, quod attentans gaude-
4 re debeat commodo vitiosæ possessionis *Archidiac. in cap. quia res num. 9. antè fin. vers. ex quibus iuribus 11. quæst. 1.*

Neque enim huiusmodi litis pendentia euitari potest, ex quo non constat de mandato expresso Michaelis, qui Procuratorio nomine ipsius Francisci coram dicto Ordinario comparuit, quia cum dictus Michael in termino citationis factæ contra Franciscum comparuerit, reproduxerit edicta per eundem Franciscum obtenta, dederit articulos ad proban-

dam

dam illius intentionem, iurauerit de calumnia, obtinuerit decretum de examinandis Testibus cum præfixione termini ad danda interrogatoria, ex tot comparitionibus actis, & actitatis, quæ non sinè considerabili impensa ab eo fieri non potuerunt, Iuncta productione Iurium supradicta, resultat manda-
5 tum præsumptum, cum dictus Michael non esset persona ipsius domestica, aut in ista causa vllum prætendere posset interesse, *Neuiz. cons. 19. nu. 8. vers. Quod fortius, & num. 9. Greg. dec. 44. num. 4. & 6. & ibi adden. litt. B. Rot. in Bonon. Fideic. de Glauarinis 18. Maij 1640. coram R. P. D. meo Royas cum alijs cumulat. per adden. ad Buratt. dec. 593. n. 12. & 13.*

6 Nec obstat quod in materia attentatorum, quæ sapit delictum, requiratur nedum mandatum verum, sed etiam mandatum speciale, ex quo aliàs Procurator principali præiudicium inferre non potest, quia attentata non fuerunt commissa à dicto Michaele Procuratore, quo casu requireretur, quod ipse fuisset Procurator verus Francisci, & habuisset mandatum speciale, ea ratione, quia in generali mãdato non censetur quis maudasse Procuratori suo, quod delinquat, in quibus terminis loquitur *Lancellot. de attent. cap. 1 num. 7. 9. & 32. Caput aq. decis. 184. par. 2. rec.* cum alijs prò *Francisco allegatis*, sed fuerunt commissa à Ioanne Zacci, qui nomine Francisci possessionem accepit lite pendente, Ioannes autem fuerat Procurator in specie constitutus ad hunc actum, vt apparet ex Instrumento mandati procuræ enunciato in actu capien. possessionis *Summar. Andrea n. 8.* ideoque hoc prætextu, non possunt euitari attentata.

Minus obstat, quod huiusmodi possessio, vti capta in exequutione litterarum Apostolicarum, dici non possit attentata, ex quo nec Papa, nec eius exequutor attentat *Lancellot. de attent. lit. pend. cap. 1. limit. 12. num. 1. & seqq. Afflict. decis. 302. num. 2. Rot. decis. 64. sub num. 12. & 13. par. 1. diuers. Cardin. Seraph. decis. 2003. num. 3. & 4.* quia licèt verum sit quod Pa-
7 pa non attentet prouidendo, attamen possessio vigore huius prouisionis capta per Franciscum lite pendente esse potuit, prout fuit, attentata *Rota in Vrgellen. Archidiaconatus 13. Aprilis 1616. coram S. D. N. cum alijs per add. ad Greg. dec. 2. num 15. & decis. 10. per tot.* Nec applicatur *decis. Card. Seraph. 1005.* quia vt patet ex lectura, in illo casu nulla extabat lis præcedens, & in commissione cuius vigore emanauerat inhibitio, aderat Clausula *Sinè præiudicio litterarum Apostolicarum.*

Et ita vtraque, &c.

ROMANA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI DE STROZZIS.

Veneris 17. Februarij 1645.

ARGVMENTVM.

Recognitio manus per comparationem fieri debet iuxta formam traditam *in §. Si verò authentic. de Instrument. caut. & fid.* & recognitio aliter facta nulla est, & inualida. Iudex compulsor nequit recognitionem scripturarum facere per comparationem. Recognitio scripturarum facta postquam Iudex compulsor fuit suspectus allegatus est attentata. Pro recognitione scripturæ antiquæ, an, & quando adminicula non sint attendenda?

SVMMARIVM.

1 *Recognitio per comparationem, vt valeat concurrere debet iuramentum defectus probationis alterius viæ.*

2 *Recognitio per comparationem est nulla non seruata forma de qua in* §. si verò Authent. de Instrum. caut. & fid.

3 *Recognitio per comparationem est probatio subsidiaria, & locum non habet quoties alia via fieri potest.*

4 *Recognitio per comparationẽ nulla est si Testes non separatim, sed simul iuncti iurant, ac deponunt.*

5 *Testes inducti ad faciendam recognitionem debent iurare se non accedere ad actum comparationis ex causa lucri, odij, vel fauoris.*

6 *Recognitio facta non seruata forma d. authentic. nulla est, & vitiatur.*

7 *Iudex compulsor non potest deuenire ad recognitionem scripturarũ per comparitionem litterarum.*

8 *Iudex compulsor generalis deputatur ad nudum ministerium compulsandi, non autem ad causæ cognitionem.*

9 *Recognitio per comparationem, vt valeat præcedere debet cognitio tam super impossibilitate alterius recognitionis, quam super releuantia comparationis.*

10 *Recognitio scripturæ facta postquam Iudex compulsor fuit suspectus allegatus, cum appellatione ab vlteriori processu est nulla, & attentata Amplia quamuis appellatio in scriptis interposita non fuerit, nam dum compulsor illam admisit à se iurisdictionem abdicauit, num. 11.*

12 *Gesta post interpositam appellationem vitio attentatorum subiacent.*

13 *Recognitio facta per comparationem post interpositam appellationem à decreto comparationis quod est appellabile est attentata.*

14 *Appellatio postquam fuit interposita non valet per procuratorem sine speciali mandato ei renunciari in præiudicium principalis.*

15 *Procurator comparens in iudicio cum protestatione quod non intendit in aliquo præiudicare iuribus sui principalis ex hac protestatione omnia iura principalis præseruata censentur.*

16 *Et constito de præiudicio actus factus per procuratorem habetur pro non facto.*

17 *Recognitio scripturæ antiquæ fieri potest per præsumptiones, & adminicula.*

18 *Antiquitas Instrumenti non probatur ex data, sed ex facie eiusdem Instrumenti.*

19 *Antiquitas temporis nihil operatur quando non solum dubitatur de recognitione manus, sed de substantia, & veritate scripturæ.*
Instrumenti publici requisita ex facie scripturæ apparere debent, ibidem n. 19.

20 *Recognitio per testes differt à recognitione per comparationem, eo quod illi possunt admitti, etiamsi de forma, & substantia dubitatur non tamen ista.*

21 *Adminicula non attenduntur, quoties in sua specie perfecta non sunt.*

22 *Fideicommissi existentia excluditur ex iurata assertione hæredis quod bona per eum alienata sunt libera.*

23 *Præsumptio fortior tollit aliam debiliorem.*

24 *Sententia lata non afficit interesse habentem, eiusque hæredem ex defectu citationis.*

25 *Gratia nihil operatur non iustificata illius narratiua.*

26 *Protocollum si numquam fuit in rerum natura prætendi nequit quod fuerit amissum.*

27 *Scriptura antiqua non arguitur vera, ex quo in alia scriptura, de cuius veritate non dubitatur de ea fit mentio, & ratio redditur, n. 28.*

29 *Obseruantia sicuti dat robur scripturæ informi ita pari ratione inobseruantia illius fidem minuit.*

30 Rot. decis. 693. num. 8. par. 2. recentior. *in quibus terminis loquatur?*

Ob-

Obstruantia alicuius scripturæ, ex quibus excludatur? ibid. nu. 30.

DECISIO CLII.

DEfuncto sub die 29. Iunij 1632. Leone Strozzio
sine filijs, DD. Pompeius, & Marius Frangipanius ex sorore Nepotes prætendentes bona per di-
ctum Leonem relicta ad se, tàm vti proximiores ab
intestato, quàm etiam vigore cuiusdam prætensi fi-
deicommissi ad eorum fauorem aperti spectare, &
pertinere, omnia defuncti bona occuparunt, sed ex-
hibito pro parte D. Strozzij Testamento, in quo
ipse fuerat à Leone hæres vniuersalis institutus, R.
P. D. meus Bichius, tunc A. C. Locumtenens tulit ad
eius fauorem sententiam, eidemque immissionem
concessit vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Appellarunt DD. Frangipanij, causaque appella-
tionis commissa bon. mem. Buccabellæ, obtinuerunt
litteras compulsoriales, quarum vigore in Ciuitate
Parisij extraxerunt quamdam scripturam, vt præ-
tenditur manu Ioannis de la Marque prætensi No-
tarij illarum partium carentem nomine Regis, clau-
sula actum, loco loci, indictione, & cogitu Testium,
& Notarij, in qua continetur Robertum, & Philip-
pum de Strozzijs sub dicta die 22. Februarij 1560.
super omnibus eorum bonis instituisse reciprocum
fideicommissum, cum hoc quod post mortem Ro-
berti bona deuenirent ad Leonem filium, eiusque
filios, & descendentes masculos, ijsque deficienti-
bus ad Philippum, eiusque filios, & descenden-
tes masculos, & in eorum defectum ad filias fœ-
minas, vtriusque *Summar. Domini Frangipanij
sub die 18. Iunij 1546. numer. 21.* Sed reuersa
ad Vrbem compulsoria, & coram eodem bon. me.
Buccabella disputato dubio, an iura essent in for-
ma probanti, fuit dilata resolutio, & ordinatum,
quod informaretur strictè super recognitione ma-
nus Io. della Marque, quo dubio proposito coram
me in locum bon. mem. Buccabellæ suffecto, dilata
resolutione, fuit ordinatum, vt fieret noua recogni-
tio, & hodiè super ijsdem repropofita causa, re-
spondentibus DD. non constare de sufficienti reco-
gnitione manus Io. de la Marque, dictum fuit, quia
recognitio de qua agitur facta per comparationem
litterarum fuit nulla, & attentata. Nulla, quia con-
stat DD. Frangipanios non iurasse nullam aliam
1 habere viam probationis, hac vna litterarum excep-
ta, nihilque commisisse, propter quod veritas oc-
cultari potuerit, vndè non poterat ad huiusmodi
recognitionem deueniri, vt apertè disponit *text. in
§. Si verò*, ibi, *Etiam iusiurandum inijcere proficienti,
quia nihil maligni conscius in eo, quod à se proferetur,
nec quandam artem circa collationem fieri præparans,*
sic vtitur eo *Authen. de Instr. caut. & fid. Bald. in l.
comparationes 19. num. 7. vers. tertio oppono, & seq.
C. de fid. Instrum.* vbi quod dispositio *d. Auth.* est pro
4 forma, & ideo comparatio aliter facta est ipso iure
nulla sequitur *Castr. ibid. sub num. 12. vers. adde Surd.
cons. 187. num. 26. Menoch. de arbitr. casu 114. num. 34.
Rot. dec. 199. nu. 20. par. 4. recent.* Recognitio enim
3 per comparationem est probatio subsidiaria, & ideò
illi locus esse non potest, quoties alia via fieri pos-
sunt probationes, vt aduertit; *glos. in §. si quis igitur
in verbo siue termino vers. quia donec d. Auth. de In-
strum. caut. & fid. Bald. in d. l. comparationes num. 10.
vers. secundo dice, ibique Castr. num. 12. vers. quia hoc
est remedium Rot. d. dec. 199. num. 25.*

Eoque clarius, quia non fuit seruata forma *d. l.
Testes* enim non separatim, & quisquè de per se,
4 vt opus erat, sed omnes simul turmatim, & in con-
fuso iurarunt, ac deposuerunt *Summar. de Strozzis
num. 6.* quod sufficit, vt fidem non mereantur *l. 3. §.
adeoque Diuus, vbi Bart. numer. 5. ff. de Testam. Alex.
cons. 137. num. 9. lib. 3. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 6.
num. 11.* Et quod peius est, nec minus iurarunt non
5 accedere ad actum comparationis ex causa lucri,
vel fauoris, vt expressè requirit *text. in d. l. compara-
tiones, §. omnes autem, vbi Cyn. Alberic. & Bart. in an-
tiq. lect. num. 4. C. de fid. Instrum. Menoch. de arbitr. d.
cas. 114. num. 28. Rot. d. decis. 199. num. 27. par. 5. recent.*
6 Dum enim hoc pro forma requiritur, illius ommis-
sio vitiat actum aliter factum, etiamsi summariè
procederetur, & omissis iuris solemnitatibus, vt
consuluit *Purpurat. cons. 581. num. 11. vers. secundo
etiam, quem refert; & sequuntur Surd. cons. 187.
num. 27.*

7 Præterea fuit nulla ex defectu iurisdictionis, quia
compulsor per simplicem compulsoriam generalem
non habebat facultatem deueniendi ad recognitio-
nem per litterarum comparationem, vt in his ter-
minis consuluit *Gabr. cons. 199. num. 1. lib. 1.* & dixit
Rot. dec. 555. num. 3. ad med. par. 4. diuers. Compulsor
8 enim generalis deputatur ad nudum misterium
compulsandi non autem ad causæ cognitionem,
quæ potissimum est necessaria ad effectum compa-
rationis, deferendo iuramenta necessaria pro illa
obtinenda, & discutienda, an adsit aliud genus pro-
bationis, propter quod locus esse possit huiusmodi
subsidiariæ recognitioni, vt ad propositum notat
idem *Gabr. vbi proximè num. 1. Add. ad formul. term.
tit. de compulsor. generali prope fin. vers. & compulsor.
Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 893. & numer. 1060.*
9 vbi quod cognitio præcedere debet, tàm super im-
possibilitate alterius recognitionis, quàm super re-
leuantia comparationis *Rot. decis. 2. num. 4. post med.
de fid. instrum. in nouis Mant. dec. 199. num. 2. & decis.
76. num. 9. par. 6. recent. & coram D. Vrgellen. dec. 32.
num. 12.* Tantò magis, quia Rota semel, atque ite-
rum denegauerat hanc facultatem compulsori non
aliam ei decernendo, quam generalem *glos. vltim. in
l. quorum priore 29. vers. nam non pertinet, vbi Bart. n.
3. ff. ad Trebell. Surd. cons. 73. num. 17. Honded. pariter
cons. 73. num. 14. Mohed. dec. 23. n. 3. de praben.*

10 Fuit etiam attentata, cum ad eam deuentum fue-
rit, postquam Iudex compulsor iuratus fuerat su-
spectus à speciali Procuratore D. Strozzij cum ap-
pellatione ab vlteriori processu, vndè meritò non
videtur attendenda, vt in terminis tradunt *Lancell.
de attent. par. 2. cap. 6. num. 13. Scacc. d. tract. lib. 2. c. 11.
num. 888. Caputaq. decis. 172. num. 1. par. 1. Rot. in Sa-
lernitana contributionis 12. Februarij 1601. coram re.
col. mem. Card. Pamphilio.* Idque licèt in scriptis ap-
11 pellatum non fuerit, quia dum compulsor appel-
lationem admisit *Summ. D. Strozzij num. 1.* omnem
iurisdictionem à se abdicauit, perindè, ac si fuisset in
scriptis appellatum, *Paris. cons. 106. sub nu. 25. vers.
ad quod lib. 4. idem. Scacc. de appell. q. 17. limit. 36. n. 4.
vers. & quod, Rot. dec. 54. per tot. de appellat. in nouis,*
12 & proindè quiquid ab eo posteà gestum fuit, excu-
sari nequit à vitio, attentatorum *vulg. cap. non solum
de appellat. in 6.*

Nec quicquam releuat, quod adita iterum Ro-
ta pro parte DD. de Frangipanis fuerit obtenta no-
ua compulsoria generalis, tum quia, cum vigore
defectus iurisdictionis, tum quia, cum illius vigore
compulsor decreuerit procedi ad vlteriora in reco-
gnitione per comparationẽ, & ad hunc effectum
mandauerit nominari, & deputari peritos *Summar.
impress. D. Strozzij dato. in hodierna positione num. 5.*
Et Procurator eiusdem ad hoc specialiter deputatus
iterum à dicto decreto appellauerit, recognitio

postmodum facta, fuit attentata, quia decretum
13 comparationis litterarum de sui natura est appellabile, vt tradit *Scace. de appell. quæst. 17. limit. 47. num. 142, Cauagnol. ad decretum Montis Ferrer Accr. 15. § 3. cap. 42 fol. 345. Ruginell. de appell. §. 2. cap. 3. num. 185.* Ex litterarum enim comparatione resultat, vel non resultat probatio; vndè admittere, vel non admittere comparationes litterarum, est admittere, vel non admittere facultatem probandi, vt ratiocinatur idem *Scacc. loco citato*, idque non obstante, quod idem Procurator D. Strozzij sub die 4. Decembris 1634. declarauerit velle consentire in iurisdictionē, vt ex protestatione data *in Summ. DD. de Frangipanis sub die* 18. *Iunij* 1638. *num.* 10. quia dum prius fue-
14 rat à dicto decreto appellatum, non potuit Procurator sine speciali mandato, recedendo ab appellatione, consentire in iurisdictionem in præiudicium sui principalis *aduotat. per Ias. in l. si procurator in 8. limit. C. de Procur. Surd. dec. 181. num. 16. fan. memor. Greg. dec. 75. num.* 1. Cum præsertim idem Procurator expressis verbis protestatus fuerit nolle in aliquo iuribus sui principalis præiudicare ibi, *Saluis protestationibus aliàs factis, & facultate recusandi d. D. Iudicem, si & quatenus legitima causa suspicionis, & recusationis imposterum superuenerint, & quod per præsentem comparationem non intelligatur præiudicatum Iuribus d. D. Ioannis Baptistæ Strozzij sui principalis, de quo solemniter protestatus est omni meliori modo*. Stantibus enim huiusmodi clausulis, in nihilo
15 fuit præiudicatum Domino Strozzio, sed omnia iura sibi competentia fuerunt præseruata, *Put. dec.* 191. *n.* 17. *lib.* 1. *in correct.* Inducunt enim huiusmo-
16 di clausulæ conditionem saltem resolutiuam, itaut, constito de præiudicio, actus haberi debeat pro non facto ad tradit. per *Peregr. de fideic. artic. 47. sub num. 29. verf. & ideò Gratian. discept. for. cap. 980. num. 8.*

Nec obstare dictum fuit, quod cum versemur in
17 Instrumento celebrato 80. ab hinc annis sufficere debeat recognitio per præsumptiones, & adminicula, prout sæpius in Instrumento antiquo dixit *Rot. vt in decis. 184. num. 6. par. 6. recentior.* & in alijs relatis *in Tiburtina Castri Sancti Angeli 12. Maij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio*. Huic enim obiecto, cui principaliter insistebant Agentes pro DD. de Frangipanis, dupliciter responsum fuit.

18 Primò huiusmodi antiquitatem probari solum ex data, non autem ex facie Instrumenti, quod nusquam fuit ostensum DD. & ideo non suffragari *fan. mem. Greg. dec. 393. num. 2. ibique Add. num. 5. Cardin. Caual. dec. 518. num. 2. bon. mem. Buratt. dec. 290. nu. 8. vbi Add. litt. C. refert concordantes Rot. dec. 187. n. 10. par. 5. recent. & id Pacen. Cappellaniæ 10. Nouembris 1635. coram bon. mem. Merlino*. Ea ratione, quia aliàs confici possunt scripturæ modernæ cum data antiqua, vt aduertit, *Gratian. discept. foren. cap. 554. num.* 41. & prius dixit *Rot. coram Put. dec.* 186. *num.* 2. *lib.* 3. *in correct.*

19 Secundò antiquitatem temporis nihil operari, quando, prout hic, non solum de recognitione manus dubitatur, sed etiam de substantia, & veritate Instrumenti, vt dixit *Rot. coram Reuerendissimo Vgellen. dec. 6. num. 14. verf. ex quibus cessat difficultas & in Maceraten. legitimæ 10. Maij 1617. coram bon. mem. Vbaldo impress. post tract. de manut. decis. 53. sub num. 3. verf. quia aduertendum*. Vndè cum ex facie scripturæ non appareant requisita publici Instrumenti, de quibus *glos. in l. generali in verbo seruituti verf. item ordo Instrumentum, C. de tabul. lib. 10.* & in terminis scripturæ confectæ in Gallia *Rebuff. in tract. de Chirograph. & schedul. recognit. in præfat. n. 7. verf. quarto inferunt &c. Conar. pract. quæst. cap. 20. sub num. 1. Rot. dec. 50. num. 4. verf. iura, & Instrumenta par. 2. & dec. 390. sub num. 1. verf. continet enim par. 4. recent.* Adminicula non possunt suffragari ex rationibus supra adductis, præsertim ad effectum faciendi recognitionem per comparationem,
20 cum hæc sit differentia inter recognitionem per testes, & comparationem, quod illi possunt admitti, etiam si de forma, & substantia dubitetur, sed non illa, vt post *Cin. Bald. Salic. & Castr. in d. l. comparationes tradunt Crauett. conf. 216. num. 9. lib. 2. Purpuratt. conf. 581. num. 10. Paris. conf. 27. num. 47. lib. 2. Surd. d. conf. 187. num. 28.*

21 Sed vlterius fuit animaduersum adminicula, quæ afferuntur, nullius esse roboris, cum in sua specie perfecta non sint, nec probata, vt notat *Bald. in l. si quis de argentarijs, §. Quod num. 1. cum seqq. ff. de eden. Alex. conf. 13. sub num. 19. verf. solum enim lib. 1. Rot. dec. 187. num. 9. par. 5. recent.*

Quod enim desumitur ex qualitate personarum DD. de Frangipanis, eorumque probitate, ac nobilitate, prout fuerat ponderatum *in d. Tiburtina Castri Sancti Angeli*, eliditur ex nobilitate Roberti, & Leonis, & tamen Robertus alienauit plura bona in prætenso fideicommisso comprehensa sub assertione iurata, quod erant libera, vndè negauit existentiam
22 huiusmodi fideicommissi, vt in simili dixit *Rot. in recent. dec. 741. num. 7. part. 3.* Leo verò in articulo
23 mortis de cæteris tanquam liberis disposuit, vndè ista præsumptio fortior tollit debiliorem ex sola nobilitate resultantem, *Menoch. conf. 22. num. 12. Roc. apud fan. mem. Greg. dec. 247. num. 3. & coram Cardin. Seraphin. dec. 684. num. 4.*

Prout etiam fieri non potest fundamentum super sententia Præpositi Castelletti eum subsequuta approbatione Regij Parlamenti, quia cum lata fuerit
24 non citato Leone, de cuius interesse principaliter agebatur, nec ipsi, nec eius hæredi præiudicare potest, *Bald. in l. fin. num. 3. C. de legib. Ias. conf. 20. n. 22. & conf. 111. nu. 18. lib. 1. Menoch. conf. 1192. n. 27. lib. 12.* & in his terminis *Castr. conf. 291. num. 5. lib. 1. Alex. conf. 198. sub num. 5. & num. 7. lib. 7. Boer. dec. 37. num. 6. & 7. Rot. coram Buratt. dec. 471. nu. 4. verf. & demum.*

25 Attestatio verò Regis Christianissimi, quod huiusmodi Instrumentum sit in forma probanti, & authenticum, eum non emanauerit motu proprio, sed ad supplicationem Patris, quæ ex posuit Prothocolla dicti Notarij propter bella ciuilia periisse, nullum potest operari effectum, non iustificata narratiua, prout loquendo de gratia Summi Pontificis consuluit *Alex. conf. 112. nu. 2. lib. 7. Capiteq. dec. 337. per tot. par. 3. Rot. dec. 154. num. 4. par. 2. diuerf. & dec. 196. num. 5. par. 7. in recent.* & in similibus terminis *Geminian. conf. 53. nu. 13. & 14. in fine*, quem sequuta fuit *Rota in Tullen. Monasterij 19. Ianuarij 1619. coram Cardinali Sacrato confirmata 20. Maij eiusdem anni in recent. dec. 224. par. 3.*

Ad hunc autem effectum duo essent copulatiuè probanda, & quod Prothocollum fuit amissum,
26 & quod reuera factum fuerit, si enim huiusmodi Prothocollum non extitit in rerum natura, ammitti non potuit, *Surd. latè comprobans conf. 109. num. 10. ad med. verf. hoc tamen debet intelligi cum seqq. Rot. in Aesina Bonorum 11. Ianuarij 1636. coram bon. mem. Buccabella.*

Et demum non potest deseruire pro adminiculo mentio alterius scripturæ eodem die factæ, cuius veritas, & obseruantia inter partes non ambigitur.

Ad-

Adminiculum enim intraret, si in illa scriptura ve-
27 ra, & indubitata facta fuisset istius mentio *ad not. per Surd. cons. 537. num. 9.* Secus dum in scriptura,
28 de qua dubitatur fit mentio alterius veræ, & indubitatæ. Eadem enim facilitate, qua recens scriptura effingitur, potest ad colorandam veritatem fieri mentio de alia certa, & indubitata.

Et in hanc sententiam facilius iuerunt DD. Tum quia non desunt contrariæ præsumptiones, & coniecturæ, quæ in disputatione dubij principalis poterunt ponderari. Tum etiam principaliter propter inobseruantiam dictæ scripturæ ex datis enim in *Summ. D. Strozzij sub. num. 12. 13. 14. 15. & 16.* Constat tam Robertum, quam Philippum paulò post assertam illius celebrationem alienasse bona dicto reciproco fideicommisso supposita, & alienari prohibita, & post mortem Roberti bona, quæ permanserunt deueniſſe ad Leonem, non iure fideicommissi, sed hæreditatis, & post obitum Philippi non successisse Leonem in eius bonis, prout succedere debent ex dicto fideicommisso, sed Alphonsinam Comitissam de Flisco, vt hæredem ipsius Philippi
29 ab intestato. Sicut enim ex obseruantia magnum robur assumit scriptura antiqua licet informis, ità pari ratione ex inobseruantia minuitur illius fides, & quæuis adminicula, tam ex temporis antiquitate, quam aliundè deducta plurimum eliduntur, vt latè firmauit *Rot. dec. 703. sub num. 8. vers. eadem ratione par. 2. & latius dec. 324. num. 22. & seqq. vers. sed quod tollit dubitationem par. 6. recent. & apud Burat. d. dec. 472. sub num. 7. & 8. vers. Ideoque, & vers. quin etiam.* Assensus vero præstitus à Philippo permutationi bonorum fideicommissi factæ per Robertum deseruire non potest ad obseruantiam scripturæ,
30 quia dum Instrumentum Fideicommissi non fuit in Instrumento consensus insertum, & enunciatum, nec de eo habita mentio, in quibus terminis loquitur *Rot. dec. 693. num. 8. par. 2. recent.* Præsumitur præstitus à Philippo solum ad maiorem cautelam contrahentium, & proindè ex eo non concluditur obseruantia scripturæ, minusuè, quòd bona permutata pertineant ad Philippum vigore fideicommissi, vt in simili dixit, *Rot. coram Card. Causal. decis. 100. num. 7. vers. nec visum fuit, & in recentior. decis. 748. num. 6. par. 3. et decis. 325. num. 6. cum seqq. part. 7.* Eoque magis dum fuit adhibitus consensus Laurentij Cardinalis Strozzij dicti Roberti fratris, qui tamen ad huiusmodi fideicommissum vocatus non fuerat; imò si benè perpendatur, potius eruitur contraria præsumptio; dum enim Robertus in permutatione asseruit bona permutata ad eum pleno Iure dominij spectare, & pertinere *summ. DD. de Frangipanis num. 12.* Filippus, & Cardinalis consentiendo huiusmodi permutationi, videtur dictam assertionem approbasse, ex quo potius inobseruantia deducitur, quæ etiam elicitur ex eo, quia Philippus non emit terram iurisdictionalem, quam in prætensa scriptura emere promisit, & quia tenor illius non conuenit cum tenore alterius scripturæ eadem die ab eodem Notario paulò antè inter easdem partes celebratæ.

Et ex his liquet non applicari deducta *in recent. d. decis. 184. par. 6. & in d. Tiburtina Castri S. Angeli.* Ibidem enim instrumenta habebant omnia requisita substantialia, & extracta fuerant ab Archiuijs, & Prothocollis Notarij, qui de illis fuerat rogatus, adeout de substantia non dubitaretur, & vltra antiquitatem, quæ ex eorum facie dignoscebatur, probantur etiam obseruata. Hic autem adest simplex scriptura carens solemnitatibus à iure requisitis, reperta penès priuatam personam habentem interesse in causa imperfecta, & inobseruata, adeo cum dubitari possit de ipsius substantia, meritò non sit recurrendum ad recognitionem per comparationem ex iuribus supra deductis.

Et ità re maturè discussa, vtraque parte informante, resolutum fuit &c.

CESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM, SEV ATTENTATORVM.

Veneris 9. Februarij 1645.

ARGVMENTVM

Reuocatio Statuti facta à Canonicis, & Capitulo hanc potestatem habentibus lite contra ipsos iam introducta, & pendente, vel post inhibitionem Rotalem est omnino attentata, vel sit iusta, vel iniusta inhibitio, & tamquam talis venit reuocanda à Rota in spretum iurisdictionis, vbi reuocari non posset ad instantiam partis, quæ absque exceptione attentatorum passa fuisset discuti principale negotium.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente nihil absque vitio attentatorum potest innouari.*
2 *Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta timenda est, & causat attentata.*
3 *Attentata inprimis, & ante omnia veniunt reuocanda, tam ex dispositione iuris, quam ex stylo Rotæ.*
4 *Lis introducta illicitum reddit, & attentatum, quod alias licitè fieri potuisset.*
5 *Attentata causantur post inhibitionem Rotalem etiam si actus sint liciti.*
6 *Possidens per litis pendentiã sua possessione priuãri non debet, & ideo qui lite pendente continuat possidere faciendo actus possessorios, non attentat.*
7 *Limita stante inhibitione Rotali de cuius viribus cognoscere non spectat ad Iudices inferiores.*
8 *Actor si quantitatem contentam in sententia lata ad eius fauorem consequi non potest nihil obtinuisse dicitur.*
9 *Reus vti debet sua possessione absque præiudicio litis, & partis.*
10 *Attentatorum reuocationi videtur is renuntiasse, qui absque eorum exceptione passus est discuti negocium principale.*
11 *Hoc tamen fallit, quãdo non excipiens de attentatis obtinuit sententiam fauorabilem super principali negotio, secus si in sententia succubuit.*
12 *Limita supradictam conclusionem, vt is reuocationi attentatorum renuntiasse non dicatur, qui de illis notitiam non habuit.*
13 *Factum alienum, qui præsumitur ignorare.*
14 *Attentata, quæ ad instantiam partis non essent reuocanda reuocarentur officio Rotæ in spretum iurisdictionis, si eius inhibitio spreta fuerit.*
15 *Recurrens ad Iudices laicos pro impedienda executione Iudicis Ecclesiastici incidit ipso iure in censuras, præbendo causam, vt immunitas Ecclesiastica violaretur vigore Bullæ in Cœna Domini quæ quotannis solemniter celebratur.*
19 *Audientia denegatur recurrenti ad Iudices laicos in causis in Rota pendentibus.*

DECISIO CLIII.

FVit resolutum reuocationem à Capitulo factam de mense Ianuarij 1641. Statuti conditi vsque de Anno 1607. de vnanimi consensu dicti Capituli, Portionariorum, & Beneficiatorum, & confirmante sede Apostolica, mediante bon. me. Cardinali Mellino, tunc Hispaniarum Nuncio, vbi dispositum fuerat, quod vnaquaque die quilibet Canonicus

pro horis diurnis regalia sex, tria verò singuli Por-
tionarij, & beneficiati consequerentur vnacum con-
fectione alterius statuti editi per idem Capitulum
de mense Iunij d. Anni 1641. vbi referendo in dicti
minutionem bursæ communis omnia Ecclesiæ one-
ra distributiones vniuscuiusque Portionarij à re-
galibus tribus ad baiocos quinque circiter fuerunt
redactæ, excusari non posse à vitio Attentatorum,
cum emanauerit non solum adeludendas pluresRo-
1 tæ decisiones post causam ibi commissam, qua pen-
dente nihil erat innouandum *tot. tit. ff. et C. et in 6.
decretal. vt lit. pendet. Lancell. de Attent. lit. pendent.
in præfat. num. 346. Gregor. XV. decis. 465. numer. 4.*
verum etiam post inhibitionem Rotalem legitimè
Capitulo præsentatam, & quinquies repetitam, quæ
2 siue iusta, siue iniusta timenda est, & causat attenta-
ta *Put. dec. 385. lib. 2. in correctis Caputuq. dec. 93. per tot.
par. 2. Rot. dec. 214. num. 2. et 3. part. 5. recent.* & ideò
3 veniunt in primis, & ante omnia reuocanda, tam
ex dispositione iuris, quam de stylo huius Sac. Tri-
bunalis *cap. non solum de appell. in 6. Rot. in Toletana
Parochialis coram bo. mem. Cardinali Sacrato penes
Marches. de Commis part. 1. fol. 390. num. 5. dec. 8. n. 3.
apud eumdem Marches. part. 2. fol. 37. Ianuen. pecunia-
ria seu attentatorum 23. Ianuarij 1638. coram Reue-
rendissimo D. meo Decano, et alibi sæpius.*

Non obstat quod in Bulla Sæcularizationis fue-
rit Capitulo attributa facultas, nedum statuendi,
sed etiã statuta iam facta immutandi, & corrigendi,
aliaque denouò, & ex integro faciendi, quia præ-
ter responsiones datas in decisionibus in ista causa
emanatis, quæ DD. placuerunt, fuit vlterius respon-
sum, quod cum inter Capitulum, & Portionarios
fuerit vsque ab anno 1611. introducta lis super so-
lutione trium Regalium pro distributionibus quo-
tidianis dd. Portionarijs in obseruantiam supradicti
statuti, vt patet tam ex commissione impetrata in
Rota de anno 1618. pro parte portionariorum, ibi
*Introducta alias lite inter Portionarios, et Beneficiatos
Ecclesiæ Cæsaraugustanæ ex vna, et Decanum, et Ca-
pitulum eiusdem Ecclesiæ aduersario super prætenso
per dd. Oratores, eisque competenti iure percipiendi
ratione quotidianarum distributionum, et personalis
in horis Canonicis assistentiæ medietatem omnium per
Canonicos dict. Ecclesiæ ex eadem causa percipi solitu-
rum.* Quam etiam ex alia commissione impetrata
de anno 1636. pro parte Capituli, ibi, *Anno 1611.
prætendentibus Portionarijs, et Beneficiatis Ecclesiæ
Cæsaraugustanæ ius percipiendi certam quantitatem
distributionum singulo die causam in partibus coram
ordinario, et postea coram Nuncio, super hoc eodem
iure instituerunt*, & paulo infra *in possessione perci-
piendi dicta tria regalia*, inde sequitur quod huius-
modi facultas per Capitulum, lite pendente, exer-
ceri, non potuit, cum lis introducta illicitum red-
4 dat, & attentatum id, quod alias licitè fieri potuis-
set, vt latissime comprobat *Lancellot. de attent. lit.
pend. ampliat. 1. per tot.* stante maximè inhibitione
Rotali legitimè presentata Capitulo ante præten-
sam reuocationem statuti antiqui, & editionem
5 noui, per quam causantur attentata, etiamsi alias
isti actus fuissent liciti *Mandos. de inhibit. quæstio. 75.
num. 8. Lancellott. de attent. post inhib. ampliat. 1. per
tot. Rot. in d. Toletana Parochialis sub num. 3. versic.
secundo quia.*

Et quamuis regula sit, quod qui continuat non
6 attentat, vndè inferebatur, quod huiusmodi reuoca-
tio statuti fieri potuerit absque vitio attentatorum,
cum Capitulum esset in ista possessione qua priuari
non debet lite pendente iuxtà dispositionem *text.
in cap. 1. et 2. vt lit. pendent.*

Hoc non procedit stante prædicta inhibitione
7 Rotali, de cuius iuribus cognoscere non spectat ad
Iudices inferiores, vt relatis alijs decisionibus
dixit *Rota in Burgen. Attentatorum 13. Iunij 1636.
coram R. P. D. meo Ghislerio, vers. Nec Abbas po-
test se excusare.* Multoque minùs hoc casu, quo
per continuationem huius prætensę possessionis iu-
dicium tunc pendens, & postea terminatum in Ro-
ta ad fauorem Portionariorum super solutione dd.
trium regalium redderetur elusorium, quia Portio-
8 narij nihil obtinuissent; si quantitatem contentam
in sententia lata ad eorum fauorem consequi non
possent, vt optimè declarat *Rip. in cap. cum M. Fer-
rarien. sub num. 193. ad fin. vers. ad istud respondeo de
Constit. sequuntur Gabr. tit. de acquir. possess. conclus. 6.
n. 17. Rot. in Tarraconen. Attentatorum 14. Maij. 1609.
coram bo. mem. Coccino §. neque obstat penes Marches.
part. 2. fol. 60. & inter eius impressas 394.* & ratio est,
9 quia reus vti debet sua possessione absque præiudi-
cio litis, & partis *Ian. mo. Cardin. Zabar. in Clem. 2.
n. 7. vt lit. pend.*

Nec vlla vis fieri potest in confirmatione ob-
tenta ab Eminentissimo D. Cardinali Facchenetto
tunc Hispaniarum Nuncio, quia vti subreptitiè ex-
torta, exquo narrata non fuerint litis pendentia, &
decisiones in causa emanatæ, fuit per Eminentissi-
mum D. Cardinalem Panzirolum successorem mo-
tu proprio reuocata; & omninò annullata, ac si nun-
quam concessa, & expedita fuisset.

Neque releuat quod Portionarij renunciasse vi-
deantur reuocationi attentatorum, exquo post re-
10 uocationem dicti statuti passi sunt discuti nego-
tium principale reportando de annis 1641. & 1642.
duas sententias fauorabiles, non opposita excep-
tione attentatorum *ex Doctr. Angel. in l. eius §. si cuius
ff. de appell. recip.* quia omisso, quod ista doctrina
11 Angeli non procedit in isto casu, quo dd. Portiona-
rij obtinuerunt super negotio principali sententias
fauorabiles, quicquid esset dicendum, quando suc-
cubuissent, vt bene declarat in his terminis *Reueren-
dissimus Vrgellen. dec. 313. num. 5. & seqq.* adhuc cum
12 non appareat quod ipsi notitiam habuerint huius
prætensæ reuocationis, nisi die 13. Maij anni præ-
teriti post latas dictas sententias, quando petierunt
coram Capitulo solutionem trium regalium in vim
mandatorum Rotalium ipsis concessorum, igno-
13 rasse proindè præsumitur huiusmodi factum alie-
num *l. verius ff. de probat. cum simil. lib.* & per conse-
quens ius huiusmodi remittere non potuerunt *l.
mater decedens ff. de in offic. testam. Menoch. cons. 848.
nu. 41.*

Et in omnem euentum, quatenùs etjam attentata
huiusmodi ad illorum instantiam non essent reuo-
14 canda, nihilominus reuocari deberent ex officio
Rotæ propter spretum iurisdictionis *Franc. in cap.
Bonæ sub n. 15. de appell. Lancell. de attent. par. 3. c. 24.
num. 58. Rot. dec. 2. sub nu. 1. vers. secus verò de restit.
spoliat in nou. Cassador. dec. 3. num. 6. eodem tit. & dec.
235. n. 7. par. 1. rec.*

Idque eò libentiùs, quia cum Capitulum detes-
tabili exemplo recurrendo ad Iudices laycos, ex-
torserit ab ijs firmam directam, etiam Iudicibus Ec-
clesiasticis, & exequutoribus super obseruantia sta-
tuti noui, & antiqui dissuetudine, cum sequestratio-
15 ne bonorum Ecclesiæ ipso iure incidit in Ecclesia-
sticas censuras præbendo causam, vt immunitas Ec-
clesiastica violaretur, vt præter dispositionem Sa-
crorum Canonum adest *Bulla in Cœna Domini*, quæ
quotannis solemniter publicatur, vbi in §. 16. grauis

Ana-

Anathemate feriuntur, qui recurrunt ad Iudices sæculares, & ab illis prohibitiones impetrant contra Iudices Ecclesiasticos, & contra eosdem exequi procurant, vt late firmauit *Rota in Oscen. Canonicatus coram bo. me. Penia num. 3. & 4. penes Marches. part. 3. fol. 127. & in Tuden. beneficij coram eodem impress. 76 ibidem fol. 51.* itaut illi proinde veniat etiam deneganda audientia, vt pluribus relatis Rotæ decisionibus tradit *Buratt. dec. 446. n. 2.*

Et ità vtraque parte informante &c.

BITVNTINA IVRISPATRONATVS.

Veneris 10. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Possessio cui tamquam attentata fuit oppositum sequestrum, non potest ab Ordinario denuo concedi attentanti, nec potest cogi sequestratarius ad consignationem fructuum in spretum inhibitionis Rotalis sequestri, & litis pendentiæ absque vitio attentatorum, nec procedere ad executionem litterarum super benefitio, quarum cognitio spectat ad Rotam, si habita fuit notitia sequestri, quo in casu firmo remanente sequestro danda est declaratoria.

ARGVMENTVM.

1 *Ordinarius non potest pronuntiare aliquem forè immittendum in possessionem benefitij in spretũ inhibitionis Rotalis sequestri, & litis pendentiæ absque vitio attentatorum.*

2 *Sequestro durante quispiam se non potest intromittere in fructibus benefitij.*

3 *Gratia est subreptitia, non facta mentione de attentatis iam commissis, & de sequestro apposito, licet alias esset facta mentio litis.*

4 *Executor gratiæ pendente lite super negotio principali, & pertinentia iurispatronatus in Rota, non potest ad illius executionem procedere absque vitio attentatorum.*

5 *Possessio non potest capi absque vitio attentatorum vigore gratiæ subrogationis, quando præcessit inhibitio Rotalis.*

6 *Litis mentio, licet operetur, vt gratia substineatur, non tamen operatur, vt ea pendente possit exequutor absque vitio attentatorum procedere ad executionem.*

DECISIO CLIV.

Constare de violatione sequestri, itàut eo firmo remanente, danda sit declaratoria DD. responderunt. Cùm enim sub die 9. Iunij 1642. fuerit in hoc Sacro Tribunali resolutum possessionem captam vigore sententiæ Ordinarij Bituntini, qua declaratum fuit to. Rogerium fore instituen. in beneficio de quo agitur esse attentatam, vti captam, non solum intra terminum ad appellan. sed etiam post appellationem intrà decendium interpositam; & pro Attentatorum reuocatione præuio legitimo decreto fuerit appositum sequestrum, & in sequestratarium deputatus Io. Maria Franeauilla Archipresbyter Ecclesiæ Bituntinæ, non poterat idem Ioannes minusque ordinarius per diffinitiuam 1 sententiam pronunciare d. Ioannem fore, & esse immitten. in possessorem Beneficij, in spretum inhibitionis Rotalis sequestri, & litis pendentiæ absque vitio attentatorum *cap. non solum de appell.*

Idque multo magis, quia non solum ordinarius immisit Ioannem in possessionem huius Beneficij, sed etiam præcepit sequestratario, vt ei fructus sequæstratos consignaret, prout metu censurarum fuerunt consignati, vnde multo magis apparet declara violatione sequestri quod habet in ventre in-
2 hibitionem, nè durante sequestro possit quispiam se intromittere in fructibus Beneficij sequestrati, *Benè Rot. coram Card. Canal. dec. 223. sub nu. 3.*

Scientia autem huiusmodi sequestri, tam respectu Ioannis, quam respectu Ordinarij controuerti non potest ex processu eiusdem causæ, & ex actibus datis in Summario informantis apparet sequestrum fuisse Iudici, & parti præsentatum, & in actis productum sub die 30. Maij 1643. litteras verò Apostolicas, siue potius copiam impetrationis dicti beneficij fuisse eidem Iudici præsentatas sub die 23. Iulij sequentis, qui vti delegatus Apostolicus mandauit illas intimari Antoniæ de Sabinis, & Hieronymo dell'Erma, qui in termino intimationis opposuerunt de Attentatis commissis, & per Rotam declaratis, ac de subreptione litterarum Apostolicarum, & quod plus est idem Ioann. Rogerius explicite fatendo oppositionem sequestri instetit coram Iudice, vt cogeret sequestratarium ad restituen. sibi fructus beneficij, non obstante sequestro Rotali, & Iudex conscius huius instantiæ mandauit, vt dictum est eidem sequestratario sub censuris, vt fructus sequestratos traderet & consignaret Ioanni, vt constat ex Processu, vndè non potest amplius controuerti vtriusque scientia propter quam clarior remanet violatio sequestri.

Nec releuat pro excusatione attentatorum, & violatione sequestri impetratio beneficij facta per Ioannem à Sede Apostolica, vt probant litteræ Apostolicæ directæ ordinario Bituntino, quia præter quod fuerunt notoriè subreptitiæ, tanquam obten-
3 tæ, non facta Pontifici mentione de attentatis iam commissis, & per Rotam declaratis, Minusuè de sequestro apposito, vbi etiam præmissa forent narrata, & facta mentio litis, quod adhuc non constat, nihilominus cũ negotium principale super pertinẽ-
4 tia iurispatronatus, ac illius institutione penderet in Rota, non poterat exequutor gratiæ absque vitio attentatorum procedere ad illius executionem, quia huiusmodi etiam Gratiæ cognitio spectabat ad Rotam vigore *Clem. Auditor. de rescript.* & ita similes executiones vti attentatas reuocauit *Rot. in Salamantina portionis 23. Iunij 1586. coram Bubalo, & in Aquilana Beneficij prima Iulij coram Orano relatis per bo. me. Coccinum in dec. 443. n. 3. & 4. & in Toletana Parochialis 26. Iunij 1609. coram S. D. N. §. non*
5 *obstat quod possessio,* vbi quod possessio vigore gratiæ subrogationis capi potest absque vitio attentatorum, quando præcessit inhibitio Rotalis legitimè intimata, & post *Lancellot.* refert ità fuisse decisum in causa *Legion. Prioratus 4. Iunij 1644. coram bon.*
6 *mem. Coccino* licet enim mentio litis operetur, vt gratia substineatur, non tamen operatur, quod ea pendente possit exequutor absque vitio attentatorum ad executionem procedere, vt sæpiùs fuit resolutum, & signanter *in Terdonen. iurispatronatus 13. Maij 1616. coram Sanctissimo D. N. & prius in Conchen. Beneficij de Trieste 20. Decembris 1609. coram bo. me. Coccino, quas refert, & sequitur addens ad fa. me. Greg. dec. 2. nu. 16. et in dicta dec. 443. nu. 3. in fin. et 4. Coccin. et in rec. dec. 534. nu. 5. p. 5. tom. 2.*

Et ità fuit conclusum vna tantum parte informante.

CIVITATEN. ARCHIPRESBITERATVS.

Veneris 24. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur probanti anteriorem possessionem beneficij captam in vim sententiæ exequutorii deputati in litteris Apostolicis, non obstante quod Ecclesiæ fuerint vnitæ, dummodo

do beneficia, quæ ab Ecclesia constituunt corpus separatum non sint vnita, quod procedit etiam non citato Episcopo possessore Beneficij, dum non constabat de illius possessione, neque suspicari poterat, vbi quod Episcopus non potest occupare bona beneficij vacantis, nec sibi fructus applicare sine causa, & licentia Papæ, & ad quid teneatur? Mandatum procuræ ex quibus præsumatur in Procuratore, & an sufficiat mandatum præsumptum, vbi pars opponit de legitimatione Procuratoris? vbi quod per actus in contrarium gestos censetur recessum ab oppositione legitimi Procuratoris non facta protestatione in omnibus actis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior probatur ex instrumento adeptæ possessionis alio non existente in possessione.*

2 *Ab vnione Ecclesiarum non infertur ad vnionem beneficiorum, & dignitatum, quæ non sunt de mensa, sed constituunt corpus separatum à mensa, & Ecclesia vnita.*

3 *Ecclesia vnita non concludit, quod sit vnitum beneficium, cum aliud sit disponere de Ecclesia, aliud disponere de Beneficio.*

4 *Beneficium vnitum, non confertur, nec vacat, ideoque si aliquando fuerit collatũ, non dicitur vnitũ.*

5 *Exceptio vnionis Beneficij tãquam respiciẽs petitorium non admittitur in Iudicio manutentionis.*

6 *Possessor Beneficij antequam alteri concedatur immissio citari debet.*

7 *Clausula* Amoto quolibet illicito detentore facit executorem, mixtum.

8 *Executor litterarum Apostolicarum potest procedere non citato eo de cuius possessione non constat.*

9 *Episcopus non potest occupare bona Beneficij vacantis, nec sibi applicare fructus sinè causa, & licentia Papæ, maxime ad longum tempus, alias dicitur esse in dolo, & delinquere.*

10 *Episcopus vacante beneficio debet prouidere de Aeconomo, qui seruet fructus successori.*

11 *Prælati sunt ad instar Tutorum, quia sicuti illi tenetur vtilia facere pro Pupillis, sic isti pro Ecclesijs querendo, & præponendo earum vtilitatem suæ propriæ.*

12 *Possessor beneficij cuius possessio erat infecta ex decreto irritanti apposito in reg. 4. Cancellariæ reseruatoria dignitatum maiorum post Pontificales, non potest dici legitimus contradictor, nec citandus, nec vocandus erat, quamuis adesset Clausula amoto.*

13 *Possessio habetur pro vacua stante Decreto irritanti in n. 12.*

14 *Possessio dignitatis saltem ciuilis residet penès Ecclesiam, & Prælaturam, adeout per mortem illam obtinentis non vacet, sed remaneat plenè penès Ecclesiam.*

15 *Manutentio in concursu conceditur prouiso Apostolico ratione ciuilis possessionis anterioris, quæ penes Ecclesiam residebat aduersus eum, qui medio tempore naturalem occupauit.*

16 *Mandatum Procuræ præsumitur ex impensa considerabili, quia nemo præsumitur impendere in alienis negotijs, & sufficiens expensa reputatur ad hunc effectum si exeedat Iulios decem.*

17 *Mandatum procuræ facilius præsumitur in Persona fratris.*

17 *Mandatum procuræ præsumitur in eo, qui principalia negotia expediuit.*

19 *Mandatum præsumptum non sufficit facta protestatione à parte neminem audiri nisi docto de legitimo mandato procuræ.*

20 *Limita hoc non procedere ex opinione Rotæ, quando adest notabilis impensa, & concurrunt multa alia quæ necessariè mandatum inferunt.*

21 *A protestatione neminem audiri nisi docto de legitimo mandato, censetur recessum, si non fuerit repetita in omnibus actibus.*

22 *Amplia stantibus maximè gestis protestationi contrarijs.*

23 *Mandatum duplex potest simul cõcurrere in eadem persona aliud expressum, aliud præsumptum.*

DECISIO CLV.

DVbio bis proposito DD. dixerunt Antonio Vsai dandum esse mandatum de manutenendo, cum de eius anteriori possessione capta in vim sententiæ executoris deputati in litteris Apostolicis constet ex
1 publico instrumento, quod alio non existente in possessione satis probat *vulg. l. prædia vbi Bart. nu. 1. ff. de acquir. possess.*

Nec obstat exceptio vnionis, quam prætendit D. Episcopus Ciuitaten. ex litteris Iulij 11. ex earum enim lectura apparet tantummodò fuisse vnitas Ecclesias quoad Gubernium, & administrationem, vt vnus, & idem esset Administrator vtriusque Ecclesiæ, ibi, *Fructusque prouentus, et Iura quæcumque ad mensam Episcopalem pertinentia percipien. &c.* Et ibi, *volumus autem, quod proptèr vnionem præfatæ Ecclesiæ Amprurien. et Ciuitaten. in spiritualibus non lædantur, et in temporalibus detrimentum non substineant*. Vndè prætendi nequit fuisse etiam vnita
2 beneficia, cum ex vnione Ecclesiarum non infe-
ratur ad vnionem beneficiorum, & dignitatum, quæ
non sunt de mensa, sed constituunt corpus separa-
tum à mensa, & Ecclesia vnita *Gonzal. super reg. 8.*
glos. 5. §. 7. nu. 116. vsque ad 125. Rot. dec. 14. nu. 7. cum
seqq. et plenius dec. 92. nu. 6. cum seqq. coram Reueren-
diss. D. Vrgell. vbi quod ex eo, quod sit vnita Eccle-
3 sia, non infertur, quod sit vnitum beneficium, cum
aliud sit disponere de Ecclesia aliud disponere de
Beneficio.

Præsertim cum Archipræsbyteratus de quo agi-
tur sit in statu collatiuo ob prouisiones de eo factas à
Paulo IV. de anno 1558. Ex hoc autem manifestè
4 probatur non esse vnitum, cum aliàs beneficium
vnitum, nec conferatur, nec vacet, *Gambar. de Po-*
test. legat. lib. 6. cap. 1. num. 41. Gonzal. vbi sup. d. glos. 5
num. 20. Card. Seraph. dec. 1011. num. 1. in fin. et 2. vl-
5 tra quod exceptio vnionis tanquam respiciens pe-
titorium nõ admittitur in Iudicio manutentionis vt
in specie respondit *Rot. dec. 236. nu. 12. post Modern.*
Perus. de manut.

Proùt etiam non obstat, quod exequutor littera-
rum Apostolicarum immissionem concesserit, non
6 vocato Episcopo possessore, qui tamèn erat citan-
dus *ad text. in cap. licèt Episc. de præbend. in 6.* cum
7 præsertim in litteris adesset clausula *Amoto quolibet*
illicito detentore, quæ facit Exequutorem mixtum,
vt notat *Felin. in cap. de cætero numer. 9. de re indic.*
8 *cum alijs*. Quia cum non constaret de Episcopi pos-
sessione, potuit eo non citato procedi ad exequutio-
nem, & immissionem *Rebuff. in prax. benef. tit. de re-*
form. et declarant nouæ prouisiones, vers. Nec virtute
huius clausulæ Gonzal. ad d. regul. 8. glos. 9. numer. 226.
Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 141. & fuit dictum
in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. cor. me,
Ideoque eò magis, quia Exequutor suspicari non
poterat, quod Episcopus cæpisset possessionem be-
neficij, cum ille non possit occupare bona beneficij
9 vacantis, nec sibi applicare fructus sine causa, & li-
centia Papæ, maxime ad longum tempus, aliàs di-
citur esse in dolo, & delinquere, vt concludunt om-

nes

nes in *capit. vnico, vt beneficia Ecclesiastica sine di-
minut. confer. vbi Anchar. num. 16. latè Imol. sub n. 27.
Eatiq. Boich. num. 8. & sequuntur Aret. cons. 63. n. 5.* sed
solum eo tēpore prouidere habet de Æconomo, qui
10 custodiat, seruet fructus successori, *Glos. in cap. 1.
in verb. defensore de reb. Eccles. non alien. & ibi not. in*
6. Etiamsi collatio ad Papam pertineat *Idem Aret.
vbi sup. sub num. 5. vers. & ex his patet*, vbi etiam quod
11 Prælati sunt adinstar tutorum, quia sicuti illi te-
nentur vtilia facere pro Pupillis, sic isti pro Ecclesijs
quærendo, & præponendo earum vtilitatem suæ
propriæ, vt inquit *Glos. in cap. placuit il 1. in verb. pro-
priè 7. quæst. 1.*

2 Et si quæ probaretur possessio, cum esset infecta ex
decreto irritanti apposita in *reg. 4. Cancellariæ* reser-
uatoria dignitatum maiorum post Pontificales qua-
lis est hic Archipresbyteratus, non ideò dici po-
terat legitimus contradictor, & per consequens, nec
citandus, nec vocandus erat, quantumuis adesset
clausula *amoto Staphileus de litter. grat. tit. de vi, &
effec. clausular. claus. amoto num. 2. Mohed. decis. 13. vt
lit. pend. Card. Canal. dec. 278. nu. 8. & 9.* Stante enim
decreto irritanti, possessio habetur pro vacua, *Lotter.
de re benef. lib. 2. qu. 46. num. 64.* cum alijs alleg. *Mo-
dern. Perus. de manut. obseru. 46. num. 5.* & alter possi-
dens dicitur intrusus, qui citari non debet *Lotter. vbi
sup. qu. 20. nu. 199. Rot. in Messanen. Archipresbyt. 19.
Iunij 1634. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et in omnem casum cum possessio dignitatis, sal-
13 tim ciuilis reddeat penes Ecclesiam, & Prælatu-
ram *DD. in l. 1. in fin. ff. de acquir. possess.* adeout per
mortem illam obtinentis non vacet, sed remaneat
plena penès Ecclesiam, possessio naturalis occupa-
ta ab Episcopo remanet posterior, & proindè in con-
14 cursu manutentio concedi debet prouiso Apostoli-
co ratione ciuilis possessionis anterioris aduersus
eum, qui medio tempore naturalem occupauit si non
ex propria persona, seù immissione Exequutoris,
saltum nomine dignitatis, & Ecclesiæ, vt articulo
maturè discusso firmauit *Rot. in Colimbrien. Præsti-
moniorum coram bo. me. Cocc. & cor. Reuerend. D. meo
Decano, quæ sunt inter rec. dec. 78. 139. 226. & 275.
par. 6. rec.* vbi conciliantur, & declarentur aliæ de-
cisiones, quæ videbantur innuere contrarium, vt
latissimè fuit dictum in *Hyspalen. Decimarum 27. Iu-
nij 1644. coram R. P. D. meo Cortado, vbi infinita de-
cisiones referuntur.*

Demum non fuit oppositus defectus mādati pro-
curæ Io. Manchæ fratris D. Episcopi, quia ex pluri-
bus actibus exercitis proprio nomine Episcopi, in-
15 trat illius præsumptio; illud enim ex præsumptioni-
bus, & coniecturis probatur *Cass. dec. 3. n. 4. de procur.
Rot. diuers. dec. 350. n. 1. par. 4. Card. Seraph. dec. 1326.
num. 2. Card. Canal. dec. 590. num. 20.*

Primò autem à tergo commissionis impetratæ
descriptus legitur Io. Manca Procurator, qui com-
missionem incassauit, & pro incassatione soluit Ma-
gistro Cursorum Iulios quinque; Secundò idem Io-
annes expediuit citationem cum inhibitione ad par-
tes, pro qua soluit Notario Iulios quindecim, & di-
cta citatio fuit in partibus affixa ad valuas Ecclesiæ;
Tertiò idem Ioannes citare fecit in Curia personali-
ter Antonium Vsai ad dicendum contra commissio-
nem, & citationem exequutam in actis causæ repro-
duxit, vti Procurator Episcopi; Quartò idem Ioan-
nes citatus ad instantiam Vsai ad dicendum contra,
protestatus fuit generalia contra, & non recognosci,
nisi intimata die, & hora recognitionis, quæ pro-
testatio fuit impleta pro parte Vsai, Ex his enim si-
mul iunctis bene præsumitur mandatum, iuncta
præsertim notabili quantitate expensarum exposita
in hac lite, & arrā data pro registro, præterquam
ad omnes regestri impensas remansit obligatus, vt
notat *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 1. n. 2. cum seqq.* Ex im-
16 pensa autem considerabili præsumi mandatum pro-
bat euidens ratio, quod nemo præsumitur impen-
dere in alienis negotijs, *vt dixit Rota in rec. dec. 440.
num. 2. par. 2. & dec. 166. nu. 3. part. 3. & dec. 187. n.
16. par. 6.* vbi reputatur sufficiens impensa excedens
Iulios decem.

17 Idque tantò magis, quia ipse Ioannes erat frater
germanus Episcopi in quo faciliùs præsumitur man-
datum *l. 1. C. quibus res iudic. non nocet, & ibi glos. in
verbo Non oberit Surd. cons. 355. num. 20. & 24. in fin.
Rot. in S. Marc. pensionis apud Marches. par. 2. fol. 487.
18 num. 6. vers. coniecturæ autem*, & ille ipsius negotia
expediuit, quod etiam ad præsumendum mandatū
valdè ponderat *Ias. in l. 1. in fin. C. de proc. Vant. de
nullit. tit. qualit. & quib. mod. sent. nulla n. 96.*

Quibus non obstat, quod Antonius Vsai citatus
ad instantiam Episcopi opposuerit neminem audiri,
nisi docto de legitimo mandato Procuræ, per quam
oppositionem non videtur ampliùs sufficere man-
19 datum præsumptum, *vt dixit Rot. in vna Rom. se-
cret. 20. Nouembr. 1592. coram Card. Mellino impress.
apud Marches. de commiss. par. 3. fol. mihi 39.*

20 Quia præter quod Rota contrarium tenuit, quan-
do adest notabilis impensa, & concurrunt plura
alia, quæ necessariè mandatum inferunt, vt in his
terminis *Card. Seraph. dec. 933. num. 2. Add. ad sa. me.
Greg. dec. 330. num. 5.* ab illa protestatione fuit reces-
sum, dum postea Antonius Vsai citare fecit eumdē
Ioannem Mancam, vti Procuratorem Episcopi ad
dicendum contra Iura, & in illius termino compar-
uit d. Manca, & protestatus fuit non admitti Iura,
nisi formiter recognita fuerint, vndè non sumus in
simplici casu, quo protestatio non fuerit repetita in
21 omnibus actibus, quod solum sufficit adhoc, vt ab
ea censeatur recessum iuxtà opinionem quam tenuit
*Rot. coram Card. Seraph. dec. 1407. & cor. bo. me. Coc-
cino dec. 28. n. 1. & 2.* Sed in casu, quo fuerunt facti
22 actus contrarij protestationi, approbando Mancam
in Procuratorem, quo casu dubium non est, quod à
protestatione dicatur recessum, vt admittit *Rot. in d.
Rom. Secretariatus sup. citata numer. 4. ibi cum effectus
protestationis semper duret, donec sit factus aliquis ac-
tus contrarius.*

Prout etiam non releuat, quod Ioannes produxe-
rit mandatum limitatum ad causam vocationis ad
Synodum: ex hoc enim non excluditur præsumptio
alterius mandati sufficientis, cum detur multiplica-
23 tio mandatorum, & possint simul duo mandata cō-
currere, aliud expressum, aliud præsumptum, vt
consuluit *Ruin. cons. 35. num. 20. lib. 1. cum alijs in Cre-
monen. Pensionis 26. Ianuarij 1609. coram bo. me. Card.
Sacrato, & latius in Rom. alimentar. 4. Decembr. 1641.
coram R. P. D. meo Bichio, & Maceraten. Magazeni,
seù manutentionis 24. Ianuarij 1642. cor. Reuerendiss.
D. Episc. Patauino, & in Rom. Domus ad transtiberim
18. Aprilis 1644. coram eodem R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vna tantum parte informante resolutum
fuit, altera sæpius citata, & informare recusāte sub
prætextu defectus dicti mandati procuræ.

FVLGINATEN. PAROCHIALIS.

Ven. 24. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione Beneficij datur in concursu
primo prouiso, & de cuius possessione anteriori cō-
stat, non obstante posteriori capta ab altero, si illa
repe-

reperiatur nulla, & attentata, contra primum prouisum habentem parem titulum cum vltimo non, potest executiuè procedi, ideoque à Decreto immissionis, cuius vigore vltimus prouisus cæpit possessionem, datur appellatio, etiam si prima prouisio allegaretur nulla, vel infecta decreto irritanti ob non seruatam formam Concilij in collatione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex publico Instrumento alio non existente in possessione.*

2 *Possessio capta intra decem dies ad appellandum remanet attentata.*

3 *Manutentio prius possidenti conceditur, quando posterior possessio est attentata.*

4 *Executiuè agi non potest contra habentem parem titulum, sed via ordinaria est procedendum.*

5 *Amplia etiam si daretur de nullitate tituli, quia iudicium etiam nullitatis terminari debet via ordinaria.*

6 *Rescriptum commissionis simpliciter cum facultate reuocandi attentata, operatur effectum suspensiuum, vsque ab initio, & facit vt omnia medio tempore gesta sint attentata etiam si aliàs appellatio non esset recipienda.*

7 *Decretum irritans inficiens Titulum, & possessionem non operatur, nisi postquam clarum omnino fuerit, quando versemur in casu Decreti.*

8 *Declaratio magis idonei non spectat ad examinatores, sed ad Episcopum.*

9 *Episcopus non tenetur declarare magis idoneum, & eligere habentem plura vota examinatorum, sed quem ipse præferendo iudicauerit ex approbatis.*

10 *Manutenendus est interim habens possessionem anteriorem, donec alter ad probationes recurrit.*

11 *Electio minus idonei non annullatur ipso iure à Sacro Concilio, vel Piana constitutione, sed solum magis idoneo succurritur remedio appellationis, vt constito de irrationabili iudicio eligentis grauamen retractetur.*

12 *Electio minus idonei pendente appellatione interim tenet, & donec appellans obtineat declarari contrarium satis dicitur fundatum ius praelecti, & num. seq.*

13 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem, adeout manutentio concedi non possit.*

14 *Id tamen procedit, vbi clarum est intrare Decretum irritans, secus vbi de hoc dubitari potest.*

DECISIO CLVI.

VAcauit Parochialis Ecclesia S. Blasij Castri Palis Fulginaten. per obitum Bernardini Castelli dictæ Ecclesiæ Rectoris, & habito concursu coram Ordinario, in quo Franciscus de Hieronymis Idoneus fuit repertus, Eminentissimus D. Cardinalis Antonius Barberinus, ad quem vti Abbatem, & Commendatarium Abbatiæ S. Crucis de Saxouiuo spectat huius Parochialis collatio, contulit illam d. Francisco, vt ex litteris subscriptis sub die 17. Iunij prædicti *Sum. d. Francisci num.* 1. qui deinceps possessionem fuit adeptus sub die 25. eiusdem mensis, ac ex Instrumento, quod datur *eodem Summ. d. n.* 1.

Successiuè prætendens Euangelista Marcus se in concursu fuisse repertum magis idoneum, proindeque sibi deberi Parochialem *iuxt. disposit. Sac. Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. & constit. fa. me. Pij V. in Bullar. non, in ord. 33. tom. 2.* obtinuit ab Eminentiss. D. Card. Francisco Barberino nomine prædicti Eminentiss. D. Cardinalis Antonij nouam Prouisionem, cuius vigore reportauit in partibus ad sui fauorem sententiam immissionis sub die 17. Octobr. præteriti, eademque die cæpit possessionem *Summar. d. Francisci nu. 2. & 3.* appellauit Franciscus, & causa mihi commissa dubitaui, an sit dandum mandatum de manutenendo, & Francisco dandum esse DD. responderunt, de cuius possessione constat ex publico Instru-
1 mento, quo alio non existente in possessione, optimè probat *l. prædia, vbi Bart. ff. de acquir. poss.* cum alijs *à Rota congestis dec. 62. num. 1. par. 1. rec. & coram bo. me. Buratt. dec. 56. num.*

Nec releuat immissio concessa Euangelistæ per
sententiam Exequutoris in vim secundæ prouisionis
cum subsequuta possessione, quia cum à dicta sen-
tentia daretur appellatio, possessio capta intra de-
2 cem dies ad appellandum remanet attentata *cap. non
solum de appellat. 6. Rot. in Mediolanen. Parochialis
3 apud Marches. part. 1. fol. 311. num. 4.* Ideoque prius
possidenti dari debet manutentio *Rot. dec. 618. nu. 2.
par. 1. rec. & in Leodien. Parochialis 1. Maij 1606. cor.
Card. Marcomonte; & coram bo. me. Buratt. dec. 59. n.
4. & 6. & alibi sæpius.*

Quod autem à dicta sententia immissionis dare-
tur appellatio ex eo patet, quia dùm Franciscus pro-
uisus ab Eminentiss. D. Cardinale Antonio, habebat
4 parem titulum cum Euangelista habente similem
prouisionem non poterat contra eum executiuè pro
cedi, sed agen. erat via Ordinaria, vt in his terminis
tradit *R. P. D. Argelus modo A. C. in ciuilibus locumte-
nens tract. legit. contra dict. q. 15. art. 1. n. 2. cum seqq.* in-
quiens *num. 8.* & 9. id habere locum, & si daretur de
5 nullitate primæ gratiæ, quia causa hæc nullitatis
iudicio Ordinario etiam discutienda erat *numer. 30.
& 31. & dixit Rot. coram bo. me. Coccino decis. 347.
num. 1. & in Lucana Mainsculatus 7. Iunij 1585. cor.
Orano in Carpen. bonor. 2. Decembr. 1605. coram Card.
Sacrato, & vbi concurrunt duo testamenta Rot. coram
Card. Canall. dec. 485. num. 1. & 2. & in Rom. Casalis
Turris vergat. 22. Iunij 1629. cor. bo. me. Piron.*

Vltrà quod, cum Signatura commiserit causam
simpliciter cum facultate reuocandi attentata, non
est amplius querendum de appellatione, cum solum
6 illud rescriptum inducat effectum suspensiuum vs-
que ab initio, & operetur, vt omnia medio tempo-
re gesta sint attentata, & si aliàs appellatio non esset
recipienda, vt sæpius resoluit Rot. & præsertim in
*Viterbien. fideicommissi, seù attentator. 13. Maij 1644.
coram me.*

Prout etiam dictum fuit non obesse decretum ir-
ritans appositum in *Concilio Trid. dicta sess. 24. c. 18.
& in constit. 3. fa. me. Pij V.* inficiens titulum, & pos-
sessionem. Quia huiusmodi Decretum operatur
quidem statim effectum suum, vbi appositum est
super certo corpore Beneficij, vbi verò, prout hic
appositum fuit super incerto per viam legis genera-
6 lis non operatur, nisi postquam clarum omninò
fuerat, quod versamur in casu Decreti, vt aduertit,
*Gonzal. ad reg. Cancell. glos. 67. num. 32. & 39. Lotter.
de re benef. lib. 2. quæst. 8. num. 77. Caputaq. dec. 325. nu.
8. & seq. par. 1. Rot. in rec. dec. 34. num. 2. & dec. 562. nu.
1. & 3. par. 1. coram Card. Canall. dec. 8. num. 3. & 4. latè
in Logionen. Canonicat. 4. Iulij 1640. coram R. P. D.
meo Ghisil. & in Leodien. Beneficij 22. Maij 1643. cor.
R. P. D. meo Bichio.*

In hoc autem casu non est clarum, quod ob non seruatam formam Concilij intret decretum irritans, cum verè fuerit adhibitus concursus, & licèt collatio facta non fuerit ei, quem magis idoneum synodales Examinatores indicarunt, adhuc tamen non videtur actum contra formam Concilij, dùm electus fuit alter, & approbatus ab eisdem examinatoribus Concilium enim non præcipit esse præferen. magis idoneum Iudicio Examinatorum, sed quem magis

ido-

idoneum Episcopus iudicauerit. Vndè satis est quod
adhuc non constet alium ab Episcopo fuisse magis
idoneum declaratum, cum hæc declaratio non spe-
8 ctet ad examinatores, sed ad Episcopum, qui vlte-
9 rius nõ tenetur eligere habentem plura vota exami-
natorum, sed quem ipse præferen. iudicauerit ex ap-
probatis, vt benè explicat Modernus *Alexander. in
pract. haben. concurs. requisit. & dub. 4. Barbat. in collect.
ad Concill. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 18. num. 131.
& 152. & de offic. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 90. & 91.
Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 236. & seq. Mar. An-
ton. var. resol. lib. 1. resol. 63. nu. 8. Zerol. in prac. Epist.
par. 1. verb. Tarodus §. 2.*

Prout etiam non est clarum quod Hieronymus,
etiam circumscriptis Examinatorum votis, sit minus
idoneus Maures, indiget enim probatione, qua pen-
10 dente, interim manutenendus est Franciscus habens
possessionem anteriorem, vt respondit *Rot. cor. Card.
Seraph. dec. 575. sub num. 10. & in Cusentina Cappell.
26. Octobr. 1601. coram Card. Mellino, & in Baren. seù
nullius coram Card. Sacrato apud Marches. part. 1. fol.
991. sub num. 3.* Præsertim, quia neque Concilium,
11 nec Piana constitutio annullat ipso iure electionem
minus idonei, sed solum magis idoneo succurrit
remedio appellationis, vt constito de irrationabili
iudicio eligentis, grauamen retractetur; interim
tamen electio minus idonei tenet, & donec appel-
12 lans obtineat declarari contrarium, satis dicitur
fundatum ius præelecti, vt benè in his terminis *Lot-
ter. de re benef. lib. 2. qu. 31. sub numer. 215. vers. nihilo-
minus, & num. 116. & 117. Gonzal. sup. regul. 8. glos. 4.
num. 139. cum seq. & ex sententia Sac. Congregatio-
nis Concilij dixit Rota coram Reuerendissimo Vrgel-
13 len. dec. 137. num. 13. & 14.* Quam sententiam esse
magis conformem vsui, & communi sensui tradit,
*Garz. de benef. part. 9. cap. 2. num. 235. cum duob. seq.
& latè exornat Pet. August. Morla in suo Emporio iu-
ris tit. 2. de iurisdictione omnium Iudic. quæst. 5. nu. 27.
& 28. fol. mihi 128.*

Ideò non refert Decretum irritans inficere titu-
14 lum, & possessionem, adeout propterea manuten-
tio concedi non possit *Rot. dec. 3. per tot. de restit. spo-
liat. in nouis, & dec. 2. eodem tit. in antiquis cum alijs
ad propositum allegatis ab altera parte;* Loquuntur
15 enim, quando clarum est, & omninò certum non
fuisse seruatam Concilij formam, & sic intrare de-
cretum irritans; secus autem, vbi prout hìc, de hoc
dubitari possit, vt benè declarauit Rota in pluribus
causis relatis per *Garz. p. 5. c. 1. n. 415. & 416. & in
dicta Baren. seù nullius apud Marches. ubi supra nu. 3.
vers. minus facit, & postremo in Romana Legati coram
me 2. Maij 1644. vers. Neque obstat.*

Ex quibus etiam patet non aduersari deducta in *dec. 613. num. 6. par. 1. rec.* Ibidem enim facta fuerat collatio minus digno, relicto digniore per Episcopum approbato, & sic clarum erat non fuisse seruatam Concilij formam; hic autem non adest declaratio Episcopi super maiori idoneitate, & per consequens non probatur fuisse contrauentum formæ Concilij, adeout proindè merito concedenda sit manutentio anteriori possessori, quousque in petitorio de hoc plene constiterit.

Et ita vtraque &c.

PERVSINA LIBERATIONIS A FIDEIVSSIONE.

Lunæ 7. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census petere potest liberationem à principali non sequuta solutione, si diù stetit in obligatione, quod tamen intelligitur de obligatione efficaci, quæ per actionem exerceri potest, non autem de inefficaci, scilicet pro sorte, quæ per Creditorem est irredimibilis, non obstante statuto, quod possit fideiussor etiam non expectato tempore agere contra principalem ad releuationem indemnitatis, tàm pro sorte, quàm pro damnis, & interesse, quod debet intelligi prout de iure, & de ea sorte, quæ repeti potest.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor regulariter non potest agere contra principalem pro releuatione suæ indemnitatis antequam soluat.*

2 *Limita in fideiussore, qui diù stetit in obligatione, adeout dictus fideiussor etiam solutione non sequuta agere possit contra principalem ad releuationem suæ indemnitatis.*

3 *Declara tamen de obligatione efficaci, & quæ per actionem exerceri potest, prout est respectu fructuum, non autem de inefficaci respectu sortis census, ad quam Creditor numquam agere potest.*

4 *Sors principalis census est irredimibilis, & per consequens pro illius recuperatione Creditor agere non potest.*

5 *Fideiussor census, qui diù stetit in obligatione inefficaci puta obligatus pro sorte principali, non potest petere, vt liberetur à tali obligatione.*

6 *Fideiussor potest petere liberari, quamdiù stetit in obligatione efficaci, secus si non fuit efficax.*

7 *Pro sententia semper iudicandum etiam illius verba improprìando.*

8 *Verba ubi non sunt ambigua, admitti non debet quæstio voluntatis.*

9 *Statutum disponens quod fideiussor census possit petere liberationem à principali, tàm pro sorte, quàm pro damnis, & interesse, intelligitur prout de iure, & sic de ea sorte, quæ repeti potest per Creditorem à principali debitore, vel fideiussore, non autem pro sorte census, quæ est de iure irrepetibilis.*

10 *Fideiussor census nõ potest petere liberationem suæ indemnitatis pro sorte principali, quia pro huius restitutione non est obligatus, nec pulsari potest.*

DECISIO CLVII.

VICARIVS Perusinus condemnauit per diffinitiuam Franciscum, & Fratres de Cantuccijs ad depositandum penes Sacr. Montem Pietatis Perusiæ scuta 600. sortis principalis medietatis Census scutor. 1200. non extinctæ, & impositi per Marcellum Cantuccium de anno 1574. fauore Polidori Oradini cum fideiussione Io. Baptistæ pariter de Cantuccijs, ibidem permanenda loco fideiussionis, & releuationis indemnitatis Iosephi dicti Io. Baptistæ fideiussoris, filij, & hæredis, ac non mouenda, donec d. Ioseph fuerit a dicta fideiussione per dd. fratres liberatus, quæ sententia cum fuerit postmodum per alteram ab A. C. confirmata, deuoluta causa appellationis a'd Rotam in tertia Instantia, & commissa Reuerendissimo Domino meo Præside Vallisoletano, propositoque per me in eius locum subrogatum Dubio, an sententia A. C. sit confirmanda, vel infirmanda, infirmandam esse hodiè Domini responderunt ob euidentem illius iniustitiam.

Iniustitia autem apparet manifesta, eo quia condemnãtur fratres de Cantuccijs ad releuan. indem-
nem Iosephum fideiussoris hæredem pro dd. scu-
tis 600. non docto de solutione, & tamen regulare
1 est, fideiussorem non posse agere contra principa-
lem pro releuatione suæ indemnitatis, antequam
soluat *text. est apertus in l. si pro ea C. mandati* Quæ
2 conclusio, etiamsi limitetur in fideiussore, qui diù
stetit in obligatione, adeout dictus fideiussor, etiam

solu-

solutione non sequuta, possit contra principalem ad suæ indemnitatis liberationem agere, iuxt. dispositionem alterius *text. in l. Lucius Titius, ff. eodem, & resoluit Rota coram Card. Caual. dec. 320. num. 1. cum alijs per Add. ad bo. mem. Buratt. decis. 401. num. 19.*

3 animaduerterunt tamen DD. prædictam limitationem sibi locum vendicare in obligatione efficaci, & commissa, quæ per actionem exerceri potest, prout est respectu fructuum; Secus verò respectu sortis principalis census, quæ cum sit per Creditorem irre-

4 dimibilis, & per consequens pro illius recuperatione creditor agere non possit, vt sæpius resoluit *Rota in Romana Domus, seu Domorum 24. Maij 1619. coram Vbaldo post Cenc. de cens. dec. 498. num. 10. & in Romana Census 13. Maij 1630. coram bo. me. Merlino post eumdem dec. 528. num. 7.* Tanquam in obligatione inefficaci, & nondum orta, fideiussor petere

5 non potest, vt liberetur, & indemnis releuetur à tali obligatione *Bart. Bald. & Alex. in l. facere potest, ff. solut. matrim. bene idem Bald. cons. 425. sub nu. 1. vers.*

6 *prætereá, ibi, Prætereà tunc fideiussor potest petere liberari, quamdiù stetit in obligatione efficaci non agen. secus si si non fuit efficax lib. 4. Mautic. de tacit. lib. 16. tit. 22. num. 27. Gomes. var. resol. lib. 2. cap. 13. num. 10. vers. 2. infero cum seqq. Add. ad bo. mem. Buratt. dicta dec. 401. n. 21. cum seqq.*

Nec quicquam facit, quod in *Romana Liberationis à fideiussione 9. Decembris 1619. coram bo. mem. Card. Sacrato, quæ est dec. 460. post Cenc. & nu. 4. post Duard. de censib.* videatur Rotam dubitasse de hac conclusione. Quia adducta ibidem in contrarium fuerunt solum excitata per modum discursus, vt expressè dictum fuit in fine decisionis, nihil tamen quoad hunc articulum fuit resolutum, vndè satis est, quod postmodum Rota, articulo maturè discusso, confirmauerit fideiussorem ad hunc effectum petere non posse suæ indemnitatis releuationem, vt coram *Reuerendiss. Vigellen. dec. 27. ferè per totam, & dec. 75. num. 18. & 19. in Senogalien. Saluiani 5. Maij 1627. coram Manzanedo post Cenc. dec. 531. num. 8. cum seqq. Add. ad bo. me. Buratt. dec. 889. litt. B.* qui respondet omnibus decisionibus, quæ in contrarium allegari possunt. Non obstat, quod sententia simpliciter condemnet ad liberandum, & eximendum à fideius-

7 sione; Ideoque cum semper iudican. sit pro sententia, etiam illius verba impropriando, interpretari debet respectu interesse fructuum decurrendorum, non autem sortis principalis, quia præter quod sententia non potest recipere hanc interpretationem dum condemnat ad deponen. scuta 900. & tamen fructus annuatim decuren. nesciri poterat, an ad maiorem, vel minorem summam ascenderent, & sic nullo modo potest intelligi de fructibus, contrarium apertè conuincunt & clara verba sententiæ ibi, *Pro dimidia tamen, & sic pro scutis 600. sortis principalis*, & ibi, *deponen. penes Sac. Montem Pietatis pro dicta summa scut. 600. sortis principalis non extincta Summario Iosephi num. 5.* Vbicumque

8 enim in verbis non est ambiguitas, admitti non debet voluntatis quæstio *l. ille, aut ille de leg. 3.*

Ideò nihil releuat Statutum Perusinum expressè

9 disponens posse fideiussorem, etiam non expectato tempore, agere contra principalem Debitorem, vel eius hæredem pro liberatione, & indemnitatis releuatione, tàm pro sorte, quàm pro damnis, & interesse *dict. Summ. num. 7.* Quia debet intelligi prout de iure, & sic de ea sorte, quæ repeti potest à principali debitore, vel fideiussore, non autem de sorte census, de qua statutum non loquitur, & quæ ob sui perpetuitatem repeti non potest. Dum enim

10 pro hac fideiussor pulsari non potest, non dicitur ad eius restitutionem obligatus, & per consequens repeti non potest indemnitatis releuatio, vt in simili de statuto Vrbis respondit *Rot. coram Vigellen. d. dec. 27. num. 10. & d. dec. 75. num. 18. & 19.*

Et ita vtraque &c.

VALENTINA PAROCHIALIS.

Veneris 28. Aprilis 1645.

ARGVMENTVM.

Resignatio signata à Papa deletis conditionibus in ea per Resignantem appositis non sustinetur ex defectu consensus in Resignante, maximè si conditiones fuerunt appositæ cum clausula, non alias, aliter, nec alio modo. Quod tamen procedit, si prius conditiones fuerint appositæ cum clausula, si Sanctissimo placuerit, & postea supra addita clausula, non alias, &c. ex quo clausula non alias est potius referenda ad beneplacitum Sanctissimi, quàm ad conditiones appositas, neque etiam sustinetur resignatio signata post obitum resignantis. Gratia non dicitur subreptitia licèt in narratiua valoris non fuerit onus expressum, quando tamen onus est perpetuum, & iniunctum Beneficio à iure, & ad euitandam subreptionem sufficit, quod Papa in genere potuerit cogitare de eo, quod non fuit expressum.

SVMMARIVM.

1 *Originali potius standum est in concursu, quàm Regestro.*

1 *Scriptura omnes postea facta emendari, & regulari debent secundum originalem scripturam.*

4 *Ratificatio fit de actu iam gesto, actumque praecedentem conualidat, non subsequentem adinstar confirmationis.*

5 *Litteris potius standum est, quàm regestro Dataria, dum cum originali concordant.*

5 *In Regestro Datariæ, quod à solo viro registratore conficitur, potius præsumitur erratum, quam in originali supplicatione manu Papæ signata, & visa per Datarium, & per tot officiales considerata.*

6 *Onus Beneficij perpetuum non est de necessitate exprimendum Pontifici in resignatione.*

7 *Onera perpetua, quæ distrahuntur à corpore beneficij non continentur in valore expresso, sed illum minuunt.*

8 *Verus valor dicitur, qui remanet deductis oneribus.*

9 *Declara hoc intelligi de oneribus perpetuis, non de temporalibus.*

10 *Onus beneficij etiam perpetuum est necessario exprimendum.*

11 *Declara hodie seruari stylum contrarium in Dataria scilicet non exprimenai similia onera perpetua.*

12 *Gratia redditur subreptitia ex taciturnitate oneris non voluntarij, sed necessarij, iniunctique Beneficio à iure.*

13 *Papa cum præsumatur optimè scire omnia Concilij decreta, vel cogitauit, vel cogitare potuit super Parochiali adesse onus pro Seminario.*

14 *Papa sufficit quod in genere cogitare potuerit ad euitandam ingratijs Apostolicis subreptionem ex taciturnitate resultantem.*

15 *Subreptio vt euitetur in gratijs Apostolicis ea sola sunt exprimenda, quæ de stylo, & consuetudine Dataria solent exprimi, non autem alia.*

16 *Resignatio valet etiam absque conditionibus in ea per Resignantem appositis, dum ille fuerunt à Papa deleta.*

17 Ex

17 *Ex cassatura, & delineatura facta à Pontifice iuxta stylum Dataria, & Cancellaria arguitur petitorum denegatio.*

18 *Clausula* Non alias, aliter, nec alio modo, *apposita in resignatione remouet consensum à resignante, casu quo conditiones per eum apposita non impleantur.*

19 *Declara hoc non procedere si prius fuerint apposita conditiones cum Clausula, si Sanctiss. placuerit, & postea super addita Clausula non alias &c.*

20 *Resignantem noluisse præsumitur implementum, conditionum si Papa noluit, dum ipse apposuit Clausulam* Si Sanctiss. placuerit, &non alias, &c. *etiam, num.* 21

21 *Clausula,* Si, Sanctiss. placuerit non stat resolutiuè ad antecedentia, *sed conditionaliter.*

22 *Clausula,* Non alias, aliter, nec alio modo, *apposita per resignantem, in resignatione post requisitum beneplacitum apostolicum magis ad illud referri debet, quam ad alia magis remota, & nu.* 23.

24 *Resignans dum aliter noluit resignare, quam cum pactis, & conditionibus in mandato Procuræ appositis non censetur consentire, dum Papa huiusmodi pacta, & conditiones noluit admittere.*

25 *Seruus vbi pacta apposuit conditionaliter tantum, ex antecedenti beneplacito Apostolico, eo.n. non accedente censetur resignantem aliter noluisse.*

DECISIO CLVIII.

NON constare de valida resignatione dictum fuit prius vtraque parte informante *die 8. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Præside Vallisoletano*, licet decisio propter eius ab Vrbe discessum, à me in Rota subrogato fuerit extensa. Et postea coram me vna tantum parte informante *die 13. Ianuarij*
1 *preteriti* duplici fundamento; Primo scilicet quia ex registro Datariæ apparebat supplicationem fuisse signatam à *fel. record. Vrbano VIII. Tertio nonas Ianuarij Pontificatus anno* 18. qui est 1641. à Natiuitate, & sic postquam resignans obierat, Secundo quia mandatum ad resignandum erat conditionale cum Decreto exprimendi onus antiquum duorum Cofficiorum Tritici, & reseruata pensione ducat. 200. auri de Camera, integrè soluen. litteris non expeditis; quæ tamen conditiones impletæ non fuerant, sed immò signata supplicatio cum clausulis omnino repugnantibus; Vnde resignatio remanebat nulla ex defectu consensus resignantis, quia sub illis pactis, & conditionibus consensit, vt latius habetur in dd. decisionibus.

Sed hodiè reproposita causa DD. recesserunt à decisis, quia ex nouiter in facto deductis ab altera parte visum fuit vtrumque fundamentum cessare.

Etenim licet supplicatio appareat signata de anno 1641. in regestro Datariæ, cui visum fuerat potius adhiberi debere fidem, quam litteris, quæ solummodo ostendebantur, hodie tamen fuit exhibitum originale eiusdem supplicationis signatæ *Tertio Nonas Ianuarij Pontificatus fa. me. Vrbani VIII. anno* 17. quod correspondet anno 1640. quo tem-
3 pore Resignans adhuc viuebat. In concursu autem magis standum est originali quam regestro iuxtà Theoricam *Bart. in l. si quis ex Argentarijs §. Prætor ait ff. de edendo Surd. qui latè exornat materiam cons. 141. num. 8. et in terminis supplicationis firmat Mandos. ad regul. Cancell. reg. 15. qu. 2. num. 13. et in regul. 27. par. 1. nu. 3. Caputaq. dec. 75. num. 6. part. 1. Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 265. num. 11. cum seqq. et dec. 306. num. 1. et coram bon. me. Buratt.*
2 *dec. 294. nu. 12.* Immò secundum originalem supplicationem omnes aliæ scripturæ postea factæ emendari, & regulari debent, *gloss. in cap. vt veterum librorum vers. Greci circa medium in verbo, & est hic argum. dist. 9. Rot. dict. dec. 265. nu. 12. & coram Card. Caual. dec. 255. num. 8.*

Eoque magis in casu nostro, quia cum originali supplicationis concordat Parua data, quæ pariter legitur sub eodem die, & anno *sum. ius. num 4.* consensus præstitus à Colle Procuratore in Cancellaria pariter sub eadem die, & anno dicto *Summ. num. 2.* & ratificatio resignantis facta sub die 26. *Ianuarij* 1650. *Summ. num. 3.* Si enim ratificatio fuit facta de anno 1640. consequens est supplicationem eo
3 tempore iam fuisse signatam, cum ratificatio fiat de actu iam gesto, actumque præcedentem conualidet, non subsequentem, ad instar confirmationis *Gemin. cons. 128. num 4. vers. ratificatio enim Menoch. cons. 364. num. 18.* iunctis etiam litteris ad fauorem Resigna-
4 tarij expeditis, quibus magis standum est, quam regestro, dum cum originali concordant, vt aduertit *Rota coram Vrgellen. d. dec. 306. num. 1.* cum præsertim de legalitate originalis suspicari non possit, dum Reuerendissimus tunc Datarius, eo viso, & diligenter inspecto, testatus mihi fuerit, nec alte-
5 ratum esse, nec in aliqua parte vitiatum, adeout propterea potius sit præsumendum erratum fuisse in regestro, quod à solo viro registratore conficitur, quom in originali supplicatione signata manu Papæ, nedum visa per D. Datarium, sed eius manu datata, & diligenter vlterius examinata per tot officiales.

Ad alterum fundamentum quod ob non seruatā formam mentio, & conditiones in eo appositas non impletas deficiat consensus Resignantis dictum fuit,

Quod aut agitur de non facta expressione duo-
6 rum Cofficiorum Tritici, & cum hoc sit onus perpetuum extractum ab Episcopo Valentiæ ex fructibus istius Parochialis, & assignatum Seminario dict. Ciuitatis vigore *Concilij Trident. sess. 23 cap. 18. de reformat.* forte non erat de necessitate exprimendum, prout similiter non exprimitur onus subsidij excusati Triremium, & similium, quia scilicet, cum
7 sint onera perpetua, quæ distrahuntur à corpore beneficij, non continentur in valore expresso, sed illum minuunt *Gigas de pens. quæst. 96. num. 2. & 3.* loquens de oneribus Episcopalibus *Put. dec. 201. lib. 3. in nouis Rot. in recent. decis. 158. num. vlt. p. 1. Add. ad Greg. dec. 245. sub num. 12. vers. ad istum autem effectum, & coram Buratto decis. 418. numer. 1.*
8 verus enim valor dicitur qui remanet deductis oneribus, vt notat *Bart. in l. fundi Trebiani in fin. ff. de vsufr. leg. Rot. diuers. 648. par. 1. & in recent. dec. 640. nu. vlt. par. 3. & coram Cardinali Caual. dec. 461. nu. 1.*
9 onera autem intelliguntur de perpetuis, non de temporalibus, vt explicat *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. §. 2. num. 21. Garz. de benef. part. 5. capit. 3. num. 161. cum seqq. Add. ad Greg. dec. 490. num. 9.*

Sed quia in contrarium deducebatur huiusmodi
10 expressionem fuisse necessariam, prout in terminis perpetuæ pensionis impositæ ad fauorem Seminarij vigore Concilij Tridentini videbatur decisum in *Valentina pensionis 25. Iunij* 1601. *coram bon. memor. Cardinali Millino*, vbi ratio adducitur, quod cum huiusmodi pensio sit perpetua, continet in effectu dismembrationem fructuum.

Adhoc pariter fuerunt datæ variæ responsiones
11 & præsertim fuit allegatum, quod hodie seruetur stylus contrarius in Dataria, scilicet non exprimendi similia onera perpetua, nedum generalis aliarum Prouinciarum, & Diœcesum, sed indiuidualis valen-

 tiæ,

tiæ, & ad hoc comprobandum datæ fuerunt fides, & attestationes plurium officialium, & curialum *in Summ. num. 6.*

Prout etiam deducebatur, quod cum hoc onus
12 non sit voluntarium, sed necessarium à iure, vel decreto Concilij iniunctum cuicumque beneficio huius Diœcesis eius taciturnitas non potuit reddere gratiam subreptitiam ad notat. per *Falin. in cap. super litteris num. 8. de rescript. Rot. dec. 75. tod. tit. in 1a antiq. & dec. 569. num. 15. par. 5. rec. tom. 2.* & in simili de onere perpetuo, quo grauantur Prioratus & Commendæ Religionis Hierosolymitanæ dixit *Rota in Metropolitana Pensionis 1598. coram Orano*, quam refert, & sequitur *Garz. de benef. par. 1. cap. 5.*
13 *num. 564.* Ea ratione quia cum Papa præsumatur optime scire omnia Concilij decreta, vel cogitauit, vel cogitare potuit super hac Parochiali adesse hoc
14 onus pro Seminario, quæ sola generica cogitatio sufficit in gratijs Apostolicis ad euitandam subreptionem ex taciturnitate resultantem *Ruin. cons. 68. num. 4. & cons. 75. num. 16. lib. 3. Hond. cons. 89. num. 27. lib. 1. & alijs relatis, in rec. dec. 100. nu. 3. par. 5. rec.*
15 firmans vlterius *num. 31.* ea sola esse exprimenda ad euitandam subreptionem, quæ de stylo, & consuetudine Datariæ solent exprimi non autem alia.

Aut vero agitur de alijs in supplicatione conditionaliter expressis, ob quorum inobseruantiam dictum fuit in decisionibus fuisse excessum in mandato, & deficere consensum in resignante, & placuit responsio, quod dum istæ conditiones fuerunt à Procuratore in supplicatione appositæ, & per Sanctissimum deletæ, tanquam non solitæ concedi,
16 dicitur satisfactum mandato, & valet resignatio, vt aduertit *Paris. de resignat. lib. 9. q. 17. nu. 2. vers. et hac Lotter. de re benef. lib. 3. q. 16. num. 38. vers. prius autem* in his terminis *decis. 887. num. 2. part. quarta diuers.*

Et hic cessat in facto motiuum primæ decisionis, quod scilicet non fuerint adhibitæ diligentiæ ad illas obtinendas. Dum enim, vt dictum est fuerunt in supplicatione appositæ, & Pontifex illas deleuit, diligentiæ remanent eo ipso probatæ, quia ex cassa-
17 tura, & delineatura iuxta stylum Datariæ, & Cancellariæ arguitur petitorum denegatio *Card. Seraphin. dec. 683. n. 2.*

Non obstat clausula *Non alias aliter, nec alio*
18 *modo*, apposita in fine mandati procuræ, quæ remouere videtur consensum, casu quo conditiones non implerentur, quia cum in principio dictum
19 fuerit si ità Sanctissimo placuerit, & subsequatur postea d. clausula *Non alias aliter, nec alio modo*, argui debet resignantem, tunc demum voluisse implimentum, casu quo Sanctissimo placuerit, &
20 non alias, vnde dum Papa noluit, censetur, & resignantem noluisse, vt in puncto extat *decisio Casar. de Grass. 10. de prabend. alias 121. num. 2. 3. & 4. quam sequuntur et referunt Gonzal. ad regul. 8. glos. 12. nu. 93. & Lotter. de re benef. lib. 3. q. 16. num. 38.* Et ita licet Procurator consenserit absque conditionibus, ex hoc tamen non deficit consensus in mandante, quia dum illas conditiones solum voluit, quatenus San-
21 ctissimo placuerit, eo ipso quod Pontifex eas delendo noluit admittere, censetur etiam illas noluis-
22 se mandantem, quia prædicta verba, si Sanctissimo placuerit ad antecedentia omnia non stant resolutiuè, sed conditionaliter, vt expressè firmatur in *d. decis. Casar. de Grass. 10. n. 8.*

Nec intrat replicatio, quod dicta clausula *Non alias aliter, nec alio modo* referri debeat ad conditiones appositas, non autem ad beneplacitum San-
23 ctissimi, quia cum stet apposita post requisitum dictum beneplacitum, magis ad illud referri debet, quam ad alia magis remota, *ex Doct. Bart. in l. fin. C. de reb. dub.* alias autem superflua fuisset reseruatio beneplaciti, si non aliter quod modo expresso resignatio fieri potuisset.

Nec obstant deducta per *Rotam in Corduben. dimidia portionis 14. Nouembris 1558. coram Chiroga*
24 in alia decisione allegata, quia procederent, si resignans simpliciter, & absolute noluisset aliter re-
25 signare, quam sub pactis, & conditionibus in mandato expressis, secus vbi conditionaliter tantum, & antecedente beneplacito Apostolico, eo enim non accedente, censetur etiam aliter voluisse, vt in dubio respondendo huic obiecto distinxit *Rot. apud Casar. de Grass. dict. dec. 10.* ex quibus etiam habetur responsio ad allegat. *decis. in causa Sauonen. Cantoris*, quia ex casu resignans liberè, & absolutè protestatus fuerat, non aliter in resignatione consentire, quam sub expressis pactis, & conditionibus in mandato appositis, quod non est in hoc casu.

Et ita vtraque parte &c.

VITERBIEN. FIDEICOMMISSI, SEV ATTENTATORVM.

Veneris 2. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Possessio capta pendente termino ad appellandum est attenta, tum vi rescripti signaturæ, quæ causam simpliciter committendo operatur, vt omnia medio tempore gesta sint attentata, tum quia non intrat Ægidiana, quando Clerici sunt in causa, & quādo inter bona controuersa adsunt aliqua Emphyteotica Ecclesiæ operantur, vt non possit esse locus Ægidianæ respectu aliorum bonorum in sententia compræhensorum. Sententia appellabilis in totum, quando est indiuidua, Attentata veniunt reuocanda, maximè si sententia sit nulla quod operatur ad exclusionem Ægidianæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est attentata.*
2 *Rescriptum commissionis Signaturæ reddit attentata omnia medio tempore gesta.*
3 *Aegidiana non intrat quando Clerici sunt in causa.*
4 *Aegidianæ non est locus, quando inter bona controuersa adsunt aliqua Emphiteotica Ecclesiæ, licet solum de vtili dominio agatur inter laicos.*
5 *Bona Ecclesiæ operantur, vt non possit esse locus Aegidianæ, etiam respectu aliorum bonorum in sententia comprehensorum propter indiuiduitatem sententiæ.*
6 *Sententia si est appellabilis in vna parte remanet appellabilis in totum, quando est indiuidua, secus si esset indiuidua.*
7 *Nullitas sententiæ operatur ad exclusionem Aegidianæ.*
8 *Cōfessio partis emanata in cōmissione plenè probat.*
9 *Attentata stante confessione partis sunt priuilegiatissima, & ante omnia veniunt reuocanda.*
10 *Attentata veniunt reuocanda tam ratione Iudicis cuius Maiestas læditur, quam ratione præiudicij partis, & denique ratione publici interesse.*
11 *Attentata non reuocantur ab eo qui prætendit constare de eius bono iure, de stylo Rota quæ tunc mandat de eo videri.*
12 *Limita nisi bonum Ius ex replicatione partis reddatur turbidum, quod ad hunc effectum debet esse vndequaque clarum, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam.*

13 *Clau-*

13 *Clausula arbitrio Rotæ solet aliquid minuere de rigore iuris.*

DECISIO CLIX.

DOMINI responderunt standum esse in vltimo loco decisis coram me sub die 13. Maij
1644. ex rationibus in dicta decisione deductis,
quæ etiam hodie placuerunt. Possessio enim capta
1 à Francisco pendente termino ad appellan. fuit at-
tentata, tum principaliter ex vi rescripti Signaturæ,
2 quæ committendo causam simpliciter reddidit at-
tentata omnia medio tempore gesta. Tum quia
3 verè in hoc casu non poterat intrare Ægidiana,
non solum, quia aderant in causa Ignatius, & Vin-
centius notoriè Clerici, quod esset satis, sed etiam
4 quia inter bona controuersa adest vinea emphiteo-
tica Ecclesiæ, respectu cuius, sicuti non erat locus
Ægidianæ, quamuis agitetur de solo dominio vtili
inter laicos, vt *in Romana Domus de Scapuecir coram
bo. me. Coccino impress. post Statil. de Salu. interd. in ord.
dec. 238. & in Romana bonorum 19. Ianuarij 1643.*
5 *coram R. P. D. meo Ghisilerio*. Ita etiam illi non
poterat esse locus respectu aliorum bonorum in ea-
dem sententia compræhensorum, cum sententia
esset ex omni parte indiuidua, quo casu propter sui
6 indiuiduitatem, si est appellabilis in vna parte, re-
manet appellabilis in totum, quicquid secus dicen-
dum si esset diuidua, vt multis cumulatis firmat.
*Cost. de ration. rat. quæst. 137. n. 26. & 27. cum alijs ple-
nius in dec. relatis.*

Et denique quia sententia visa fuit multipliciter
7 nulla, vt latè discutitur in decisione, quod pariter
operatur exclusionem Ægidianæ *Rot. in rec. dec. 18.
n. 1. p. 1. & dec. 88. n. 1. par. 6.*

Quod clarius liquet, quia Franciscus pluries cita-
tus ad informan. in hac noua causę repropositione,
non solum informare neglexit, sed pro parte fra-
trum de Brunis fuit ostensa Schedula Commissio-
nis sibi transmissæ, quam Franciscus instabat pro-
poni in Signatura Gratiæ, in qua tacitè confitendo
attentata, supplicabat S. D. N. quod rescriberet Ro-
tæ, vt illis attentis cognosceret super bono iure, quæ
8 partis confessio vti emanata in commissione plenè
probat, vt pluries respondit *Rot. per text. in l. cum
precum C. de deliber. caus.* Proindè dum vltra dedu-
cta in actis, ex quibus attentata clarissimè iustifican-
tur, concurrit etiam confessio partis, visum fuit DD.
9 non esse amplius ambigendum de illorum reuoca-
tione, quia attentata sunt priuilegiatissima, & ante
10 omnia reuocanda, tam ratione Iudicis, cuius maie-
stas fuit læsa, quam ratione præiudicij partis, quæ
ab attentante fuit contra dispositionē iuris temerè
sua possessione spoliata, & denique ratione publici
interesse, quia publicè interest, quod iuris, & legum
ordo seruetur, Iudicibus obtemperetur, & Partes,
quæ sub Clypeo legum secure dormiunt, illesæ re-
maneant, *text. in cap. cordi in fin. de appellat. in 6.
Franch. in cap. Bonæ num. 14. & 39. de appellat. Alex.
cons. 99. nu. 9. & 10. lib. 5. Natt. cons. 568. nu. 4. in fin.
Lancellott. vbi supra part. 1. in præfat. num. 104. et seq.
num. 4. et num. 124. par. 3. cap. 31. num. 2. et seq. Rot.
dec. 5. nu. 2. de restit. spoliat. in nouis.*

Nec obstat quod Franciscus prætendat constare
11 de eius bono iure, quo casu attentata non reuocan-
tur, iuxtà stylum Rotæ, quæ tunc de eo mandat vi-
deri, quia cum hoc deductum fuisset ab informan-
tibus in die decisionis quæ reuidetur, non fuit ha-
bitum in consideratione, prout neque etiam hodie
DD. voluerunt attendere ex quo per opposita à
12 fratribus de Brunis fuit redditum valde turbidum,
quo casu non retardatur attentatorum reuocatio,
cum ad hunc effectum bonum ius debeat esse vnde-
quaque clarum, & incontrouertibile, vel per con
fessionem partis, vel per rem iudicatam *Rot. in re-
cent. dec. 251. num. 2. par. 3. et coram bon. mem. Baratt.
dec. 177. num. 2. et seqq. et dec. 212. num. 11. et 12.*
quæ loquuntur in fortioribus terminis, vbi scilicet
13 rescriptum fuerat cum clausula *Arbitrio Rotæ*, quæ
solet minuere aliquid de rigore iuris, & *in Toleta-
na Parochialis 26. Iunij. 1609. coram Sanctiss. D. N.
Innocentio X.*

Et ità vna tantum parte informante, &c.

SENOGALLIEN. BONORVM

Lunæ 15. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Nullitatem ex defectu citationis is non potest opponere; qui à sententia inter alios lata appellauit, & causam appellationis committi curauit, licet in actu appellationis fuerit de nullitate oppositum, & solum ille tertius habet electionem veniendi prout in prima, qui venit ex proprio iure independenter à iure collitigantium, alias non potest venire nisi in statu, & terminis. In Iuditio immissionis sufficit possessorem citare, absque eo quod citentur alij interesse habentes, & ex quibus possessio dicatur probata? legatum ad pias causas factum ab ægroto morti proximo ad sugestionem Tertij, ex quibus dicatur perfectum, & quando non?

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus non potest opponi à tertio, qui à sententia inter alios lata appellauit, & causam appellationis committi curauit, quæ eo ipso fecit omnia sua acta.*

2 *Tertius appellans à sententia inter alios lata, licet appellando nullitatem ex defectu citationis opponat, adhuc facit omnia acta sua*

3 *Tertius allegans nullitatem sententiæ ex defectu citationis debet venire vt in prima, non adhærendo iuri collitigantium, sed ex proprio, & separato iure.*

4 *Tertius habet electionem veniendi ad causam prout in prima, si venit ex proprio iure, si vero veniat ad defendendum alterum ex collitigantibus, vel illis adhæreat non potest venire nisi in Statu, & terminis.*

5 *Possessor satis est si citetur in Iuditio immissionis absque eo quod citentur alijs interesse habentes.*

6 *Immissionem non impedit contra possidentem is, qui prætendens interesse non possidet.*

7 *Scriptura priuata tamquam suspecta de Antidata non potest concurrere cum Instrumento publico.*

8 *Fides extraiudicialis non probat.*

9 *Possessio nunquam acquiritur altero existente in possessione nisi sciente, & consentiente ipso possessore.*

10 *Citatio separatim, & nominatim non est in eo necessaria, qui non habet ius diuersum à collitigantibus, sed sufficit citare communem Procuratorem.*

11 *Legatum vt sit perfectum opus est, quod ipse testator actualiter, & deliberate disponat, nec sufficit, quod illud relinquat in suspenso sub futura interrogantis voluntate.*

12 *Aegrotus qui legatum facere noluit, nec altero interroganti noluit à parte respondere, elicitur, quod non habebat perfectam disponendi voluntatem, & quod sic respondebat ad euitandas molestas interrogationes adstantium.*

13 *Aegroti morti proximi, vel grauitate morbi detenti, solent vt plurimum respondere interrogan-*

rogantibus, si, si absque tamen vlla deliberatio-
ne.

14 *Aegrotus præsumitur non fuisse amplius sana men-*
tis si interroganti super re grauissima respondeat
ad rem non faciente, aut prorsus nihil significan-
te, quod sufficit, vt dispositio non valeat, quan-
tumuis facta ad pias causas.

15 *Dispositio etiam ad pias causas non valet, si Ae-*
grotus non erat tunc sana mentis.

16 *Testator qui ante morbum declarauerat se velle*
relinquere sua bona puta Patribus Minoribus, nec
postea voluntatem produxit ad actum, non potest
inferri ad diuersam dispositionem, quamvis ad
piam causam, puta quod legatum pro erigenda
Capella relinquere voluerit.

17 *Ex vna dispositione non valet inferri ad aliam*
diuersam.

18 *Dispositio facta ad sugestionem alterius sustinetur*
quando constat de præordinata mente Testatoris
faciendi illamet dispositionem, quæ ad sugestio-
nem facta fuit.

19 *Retentio non competit quando creditum non est om-*
nino clarum, certum & liquidum.

20 *Legatario non licet propria authoritate pro legato*
pecuniario capere corpus Hæreditarium sibi bene
visum, alias possessio remanet vitiosa, & spolia-
tiua.

21 *Retentio non datur vitioso Possessori, & Spoliatori.*

DECISIO CLX.

AD impugnandam sententiam super immissione
latam ad fauorem Lauiniæ, iterum opponeba-
tur defectus citationis ex eo, quod lata fuerit, non
citato Hieronymo Mannello Rectore Ecclesiæ Pa-
rochialis S. Petri de Connaldo, sed hic defectus fuit
abundè sublatus in alia decisione ex illa solida re-
sponsione, quæ etiam hodiè placuit DD. quod dum
Hieronymus appellauit à sententia lata contra De-
1 putatos, causamque appellationis, & nullitatis com-
mitti curauit, eo ipso fecit omnia acta sua, adeout
citationis defectum amplius opponere non possit,
iuxtà magistralem theoricâ *Innocentij passim ab om-*
nibus receptam in cap. cum super nu. .6 vers. si attamen
de re iudic. cum alijs in decisione cumulatis, vbi vlterius
fuit responsum non refragari, quod fuerit de nulli-
tate oppositum, dum Hieronymus non venit, prout
in prima, sed per viam appellationis, adhærendo iu-
ri collitigantium, hoc enim casu, quamuis appel-
2 lando, nullitatem deducat, adhuc facit omnia acta
sua; contraria verò procedunt, quando nullitatem
allegans venit, vt in prima, non adhærendo Iuri
collitigantium, sed ex proprio, & separato iure, vt
optimè distinguendo docuit *Add. ad san. mem. Greg.*
decis. 259. num. 4. & dec. 303. num. 3. Vbi quod ele-
3 ctionem veniendi, prout in prima non habet nisi il-
le tertius, qui venit ex proprio iure independente
4 à iure collitigantium, si enim veniat ad defenden-
dum alterum ex litigantibus, vel illi adhæreat, non
potest venire, nisi in statu, & in terminis, quod
idem firmauit, *Rot. coram Put. dec. 71. num. 1. & 2.*
lib. 3. in correct. & coram bon. mem. Buratt. decis. 883.
num. 2. in fin. & 3.

Sed vlterius pro euersione huius obiecti aduerte-
bant DD. Rectorem de tempore peritæ, & obtentæ
immissionis per Lauiniam non fuisse in possessione
prædij controuersi, idemque non posse opponi am-
plius huiusmodi citationis defectum, cum in iudicio
5 immissionis satis sit citari possessorem, absque eo,
quod citentur alij interesse habentes, vt probat *glos.*
in l. de vnoquoque verbo quos causa ff. de re iudic. Mo-
lin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 8. nu. 3. Cancer. var.
resol. lib. 2. cap. 16. num. 100. cum seqq. Rot. in Aesina
Saluiani 18. Iunij 1627. coram Reuerendissimo D. meo
Decano, & in Bonon. fideicommissi de Eleonoris 3. De-
cembris 1632. coram D. Queippo; Dum enim alter
prætendens interesse non possidet, & possessio est
plena, ius illius non læditur per immissionem, sed
venire potest ex iure proprio, si quid habet, ideoq;
6 immissionem non impedit contra possidentem,
Cæsar. de Grass. dec. vlt. num. 4. de verb. signific. Rota
dec. 538. in fin. par. 4. rec.

Possessio verò Rectoris non probatur ex deputa-
tione Economi ab eo facta, minusque ex eius, & la-
7 boratorum attestatione. Quia deputatio probatur
tantummodo per scripturam priuatam, quæ tan-
quam suspecta de antidata, non potest concurrere
cum Instrumento publico immissionis, & possessio-
nis adeptæ per deputatos Communitatis *l. scripturas*
ibique communiter scribentes C. qui potior. in pignor.
8 *habeat*. Attestationes autem tanquam extraiudi-
ciales nullam merentur fidem, *Rot. in recent. dec. 471.*
num. 5. & decis. 642. in fin. par. 2. Tantò magis quia
ijdem laborantes attestantur se recognouisse in Do-
minos deputatos Communitatis, qui possessionem
acceperunt sciente, & consentiente Rectore, vt de-
clarauit per publicum Instrumentum Confessarius
Summ. Lauiniæ num. 2. Vndè sine eorumdem depu-
tatorum possidentium scientia, & consensu, nulla
9 potuit Rectori acquiri possessio *l. 3. §. in ammittenda,*
& §. si quis nuntiet ff. de acquir. possess. Pontan. de spol.
lib. 2. cap. 14. num. 124.

Licet etiam dici posset in facto non iustificari hu-
ius citationis defectum, cum ad omnes actus causæ
fuerit citatus Iacobus Amatus, vt Procurator asser-
tæ Collegiatæ erigendæ in terra Corinaldi, & Com-
munitatis dictæ Terræ *d. Summar. Lauiniæ numer.* 2.
qui tamen Iacobus fuerat constitutus Procurator,
non solum à Deputatis, & Communitate, sed etiam
à dicto Rectore in specie ad causam, quæ agitaba-
tur, & agitanda erat contra dictam Lauiniam *eodem*
Summ. num. 4. Vndè cum Rector non haberet spe-
cialiter, & separatum interesse à iure deputatorum,
seù Collegiatæ erigendæ, sed vnum, & idem, vt
ipsemet expressit in omnibus actibus, quibus inter-
uenit, qui dantur *eodem Summ. num.* 5. & 6. Conse-
quens est, vt non esse separatim, & nominatim ci-
tandus, sed sufficiat citatio facta contra Iacobum
vti Procuratorem Collegiatæ erigendæ, cui etiam
ipse mandatum dederat.

Iustitia verò est euidens, quia legatum predij, de
quo agitur non probatur: vt enim dicebatur in alia
decisione ex testibus, & attestatione P. Iosephi Con-
fessarij, probatur tantummodo ægrotum morti pro-
ximum Confessario interroganti, an vellet relin-
10 quere legatum scutorum mille pro erigenda Col-
legiata, respondisse *Padre si*, & Confessario repli-
cante, an vellet pro dicta erectione relinquere præ-
dium situm in Territorio dicti loci, iterum respon-
disse *Padre si fate voi*, quæ verba proculdubio non
important dispositionem perfectam, sed simplicem
declarationem, quod erat contentus relinquere, quę
non important relictum, cum præsertim verba so-
nent, quod negotium innitebatur ipsi Confessario
interroganti, ibi *fate voi*, vndè ægrotus non fecit le-
gatum, sed declarauit se contentum, quod Con-
fessarius ipse ad sui libitum disponeret, quod valdè
11 distat à Legato pro cuius perfectione opus est, quod
ipse Testator actualiter, & deliberatè disponat, nec
sufficit quod illud relinquat in suspenso sub futura
interrogantis voluntate, vt probant *Bald. Mant. &*
alij in dec. adducti, vers. nec obstat. Vbi vlterius ad
dete-

detegendam imperfectionem huius voluntatis ponderatur, quod Confessarius illam agnoscens subdidit, *Signor Pietro non tocca à me il disporre della robba vostra*, ægrotus autem responsum dedit *sapere, e zappare*; quibus articulatis, illinc ad modicum ex-
12 pirauit. Si enim ægrotus, non solùm ipse legatum perficere, sed nec minus Confessario interroganti voluit apertè respondere, alterum ex duobus elicitur, vel quod ipse non habebat perfectam voluntatem disponendi, sed si respondebat ad euitandas molestas interrogationes adstantium, vt probant omnes in decisione adducti, quibus addi possunt idem tenentes *Becc. cons. 86. nu. 21. 22. & 23. Siluan. cons. 54. num. 9. Manent. cons. 7. num. 29. Rot. decis. 37. num. 6. post secundum vol. cons. Farin.* vbi quod ægro-
13 ti morti proximi, vel grauitate morbi detenti, solent, vt plurimum respondere interrogantibus, *si, si*, absque tamen vlla deliberatione, vel quod ipse non erat amplius sanæ mentis, dum interroganti super vna re grauissima, respondit ad rem non faciente, &
14 nihil prorsus significante, quod sufficit, ad hoc, vt
15 prætensa dispositio non valeat, quantumuis facta sit ad pias causas, vt probat *Couar. cap. relatam il primo sub num. 9. & seq. de testam. Rot. decis. 576. sub numer. 3. par. 3. recentior.* cum alijs in prima decisione allegatis.

Nec quicquam facit, quod ex tribus Testibus datis in *Summario Rectoris num. 12.* habeatur Petrum defunctum ante infirmitatem confecisse propria manu minutam Testamenti, in quo relinquebat hæredes vniuersales Fratres minoris obseruantiæ Sancti Francisci, ex quo inferebat altera pars, quod dum antecedenter apparet de voluntate relinquendi ad pias causas, nedum per viam simplicis legati, sed per viam vniuersalis institutionis, legatum prædij dici debeat emanasse ex deliberata animi voluntate, non autem ad euitandas importunas adstantium sugestiones. Obiectum enim procederet, si ante morbum, & sugestiones amicorum defunctus declarasset animum relinquendi pro erectione Collegiatæ, de qua agitur; at dum volebat relinquere Fratribus Minoris Obseruantiæ, & postea voluntas non fuit ad actum producta, eoquia, vt ijdem Testes deponunt, fratres noluerunt illam acceptare
16 propter excessiua onera legatorum, non potest ex ea inferri ad relictum pro erigenda Collegiata, totaliter diuersum, & separatum *l. Papinianus exu. i. ff. de*
17 *minor.* ex vna enim dispositione non valet inferri ad aliam diuersam, & Doctores tenentes substineri
18 dispositionem factam ad sugestionem aliorum, quando constat de præordinata voluntate Testatoris, loquuntur de præordinatione illiusmet dispositionis, quæ ad sugestionem facta fuit, non de alia, vt in specie declarat *Clar. in dec. relatus qu. 37. nu. 7.*

Quod autem saltem competat retentio pro legato pecuniario scutorum mille, quod perfectum videtur per primam responsionem factam confessario cum verbis deliberatis *Padre si*, nullam habet substantiam, id enim probatur tantummodò per Testes interessatos, qui dederunt causam interrogationi. Et confessarius, dicit se non recordari, cum tamen verisimiliter de hoc enim recordaretur, sicut de alijs recordatus fuit, & vlterius non constat, nec minus de illius perfectione, licèt enim prima vice respondiderit *Padre si*, dispositio adhuc mansit in suspenso, dum confessarius ad commutandum legatum subdidit, an vellet relinquere prædium, ex quo scuta mille non sufficiebant pro erectione Collegiatæ. Dum itaque huic secundæ interrogationi non fuit data congrua responsio, quæ deliberatam voluntatem continere valeat ex superius adductis, consequens est, vt non solùm remaneat imperfecta secunda dispositio prædij, sed etiam prima scutorum mille, quæ nunquam ab hac secunda fuit separata, sed vsque in fine tractata, & non conclusa; Reten-
19 tio autem non competit, quando creditum non est omninò certum, clarum, & liquidum *Gabr. comm. concl. lib. 5. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 117. Grat. discept. for. cap. 734. num. 13. Surd. decis. 46. in fin. vers. Senatus tenebat, & alijs adductis Rot. in Rom. Retentionis Domorum 23. Maij 1642. coram R. P. D. meo Ghislerio, & priùs in Rom. Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram me.*

Et in omnem casum non licuisset deputatis pro
20 legato pecuniario capere propria auctoritate corpus hæreditarium sibi benè visum, ideoque possessio remanet vitiosa, & spoliatiua, vitioso autem possessori, & spoliatori non datur retentio *Alex. in l. 3. §. vltimo num. 33. ff. de acquir. poss. idem. Grat. d. cap. 734. num. 48. cum seqq. Rot. in rec. decis. 411. num. 21. cum seqq. part. 5.*

Et ita vtraque &c.

LEOPOLIEN. ADMINISTRATIONIS HOSPITALIS.

Lunæ 13. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Hospitale erectum, & dotatum à laicis debet ab ipsis gubernari, & administrari, nec ad Ordinarium spectat illius cura, nisi aliter in erectione fuerit dictum, maximè si Hospitale fuerit sub Regia aliqua protectione tractatum.

SVMMARIVM.

1 *Administratio, & gubernium Hospitalis ad illos spectat qui illud erexerunt, proprioque ære dotarunt.*
2 *Hospitale est receptum in Regiam protectionem si fuit exemptum ab Ordinario, nec potest Vicarius, vel Canonici se ingerere in illius Administratione.*
3 *Administratio Hospitalis ad eos spectare debet, qui eliguntur in indulto Regio.*
4 *Regulares possunt habere sub se Hospitale, eiusque Regimini præfici.*
5 *Redditio rationis ijs de Iure reddi debet, ad quos specta gubernium, & Regimen, & quibus eadem loca subsunt.*
6 *Determinatio & confessio Prælati cum adminiculis nocet Episcopo successori.*
7 *Ordinarius quando Hospitale fuit de eius consensu erectum, & habet anexam Ecclesiam, vbi missæ celebrantur, & Sacramēta ministrantur infirmis, habet intentionem fundatam de Iure, secundum quod cura, & gubernium Xenodochiorum, cæterorumque locorum piorum ad ipsum spectat.*
8 *Regula assistentia Iuris communis non attenditur, vbi aliter fuit statutum.*
9 *Circa administrationem, & gubernium Hospitalis est attendenda forma in eius erectione, & fundatione præscripta.*
10 *Hospitale quod fuit receptum sub Regia protectione non eadit sub dispositione Concilij, quod excipit Hospitalia immediatè subiecta protectioni Regū.*

DECISIO CLXI.

AD Priorem Conuentus S. Dominici, & Seniores Confratres SS. Rosarij spectare curam, & administrationem Hospitalis S. Lazari in Ciuitate Leopolien. DD. censuerunt, quia cum d. Hospitale erectum fuerit à prædictis Priore, & Fratribus, vna cum Confratribus SS. Rosarij, ab eisque proprio ære dotatum, apparet, tàm ex laudo per Vicarium Leopolien. aliosque compromissarios lato, & vs-

& vsque de anno 1618. quam ex litteris Regijs ęma-
natis anno 1534. *Summ. quod datur nu. 1. & 4.* conse-
quens est, vt ad eos spectet illius administratio, &
gubernium, vt notat *Abb. in cap. de Xenodocijs nu.
2. de Relig. domib. & in sua qu. 3. signanter nu. 14. Card.
in Clem. 1. num. 13. & in clem. 2. num. 5. eod. tit. Rocch.
de curt. de Iurepatr. in verbo in Eccles. sub n. 9.*

Eoque magis præfatum Hospitale sic erectum,
& dotatum fuit à Serenissimo Rege Poloniæ sub sua
immediata protectione receptum, eiusque bona
exempta ab omnibus oneribus, & collectis cum
prohibitione, ne quælibet persona auderet se in eius
gubernio, & administratione immiscere ibi, *in patro-
cinium nostrum assumendi censuimus, vt quod immedia-
tè in protectionem nostram Regiam assumimus, & recipi-
mus, itaut od memoratum Xenodochium sub nostro pro-
tectione existens haud præsumat quisque sibi authorita-
2 tem aliquam vsurpare.* Cum enim ex huiusmodi im-
mediata receptione in Regiam protectionem fuerit
exemptũ ab Ordinario, non potest Vicarius Leopo-
lien. nec Canonici illius Ciuitatis se ingerere in il-
lius administratione, quę tota spectare debet ad Prio-
3 rem, & Confratres, prout fuit in indulto Regio dis-
positum, cum non repugnet Regulares habere sub
4 se Hospitale, eiusque Regimini præfici *Clem. quia
contingit §. præmissa ibique Doctores de religios. domib.
& in terminis consuluit Bald. cons. 160. lib. 5.*

Et ità pariter reddendam esse rationem bonorum
& rerum Hospitalis responsum fuit, ijs enim de iu-
5 re reddi debet, ad quos spectat gubernium, & re-
gimen, & quibus eadem loca subsunt *d. Clem. quia cõ-
tigit, §. illi etiam vbi Vitalin. n. 66. & 69.*

Ponderando præsertim, quod q. Andreas Pruch-
niki olim Archiepiscopus Leopolien. & de numero
Confratrum piè elargiendo quædam prædia pro au-
gumento Hospitalis, statuit Prouisores, & Hospi-
talarios ista ratiocinia reddere teneri in conuentu
coram Priore S. Dominici, & Senioribus Confra-
ternitatis. Hęc enim determinatio, & confessio
6 Prælati antecessoris, adminiculata præsertim ex di-
cta fundatione, & dotatione, ac obseruantia præce-
denti, nocet Archiepiscopo successori *Ruin. cons. 142.
num. 4. lib. 1.* cum alijs relatis per *san. mem. Gregor.
dec. 506. n. 3.*

Nec obstat, quod dum prædictum Hospitale fuit
7 erectum de consensu Ordinarij, habetque annexam
Ecclesiam, vbi Missæ celebrantur, & Sacramenta
infirmis ministrantur, D. Archiepiscopus habet in-
tentionem fundatam super assistentia iuris commu-
nis, secundum quod cura, & gubernium Xenodo-
chiorum, cæterorumque piorum locorum ad ipsum
spectat, qui potest illa ad libitum visitare, vt dispo-
nit etiam *Sac. Concil. Trid. sess. 28. cap. 28.* Regula
8 enim assistentiæ Iuris communis non attenditur, vbi
aliter fuit cautum in ipsa erectione, & fundatione:
9 Erectionis enim, & fundationis forma est attenden-
da circa gubernium, & administrationem *Rot. cor.
s. me. Greg. dec. 4. sub num. 2. vers. num. 2. vers. circa il-
lud cum seqq.* & fuit dictum in alia *dec. super absolu-
tione à censuris sub die 27. Ianuarij 1645. coram me.*
Et dum prædictum Hospitale fuit receptum sub im-
10 mediata protectione Serenis. Regis Poloniæ non
cadit sub Concilio, quod in d. *cap. 8.* expressis ver-
bis excipit Hospitalia immediatè subiecta prote-
ctioni Regum.

Et ita resolutum informantibus tantum Priore,
& Fratribus.

TRIDENTINA CANONICATVS.

Mercurij 17. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione Canonicatus illi conceditur, qui docet de anteriori eius possessione, licèt, prout requiritur in Canonicatibus possessionem capitulariter non cœperit, quando Capitulũ erat suspensum, & aggrauatum, & Canonici excommunicati, licèt aliqui adessent Canonici non excommunicati, & an isti possint nomine Capituli tradere possessionem Canonicatus?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur probanti anteriorem possessionem ex publico Instrumento, quod alio non existente in possessione benè probat.*

2 *Possessio in Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegialis capitulariter est capienda.*

3 *Amplia etiam si capta fuerit de mandato executoris in literis Apostolicis deputati.*

4 *Capitulum quod est publicè interdictum suspensum, & aggrauatum, & singuli Canonici excommunicati non potest congregari ad tradendã possessionẽ.*

5 *Excommunicatus, & suspensus destituitur omni potestate, & authoritate num. 4.*

6 *Excommunicatus, & suspensus præstare potest ea quæ sunt nudi facti prout est traditio possessoris.*

7 *Possessio quæ habet admixtũ exercitiũ iurisdictionis, nec peti, nec tradi potest ab excommunicato.*

8 *Excommunicatus caret omni prorsus exercitio Iurisdictionis.*

9 *Capitulum, & Ius totum illius conseruatur apud duos Canonicos, imò in vno solo, quando Canonici fuerunt vti singuli excommunicati non autem fuit excommunicatum integrum Capitulum.*

10 *Capitulum integrum quando fuit interdictum, & suspensum, non possunt reliqui Canonici, si qui sunt non excommunicati remanserunt nomine Capituli possessionem tradere,*

11 *Suspensio toto corpore, non possunt illius membra operationes corporis exercere.*

12 *Communitate, vel Capitulo suspenso licèt aliqui de gremio, non participauerint de delicto, adhuc tamen exercere non possunt operationes illius corporis.*

13 *Capitulum, quando est suspensum non est rapresentabile per non excommunicatos, & si rapresentetur, rapresentatur corpus suspensum, & inhabile ad exercendam aliquam iurisdictionem.*

14 *Capitulum sicuti ob suspensionem non potest per se ipsum exercere, quæ à suspensis exerceri non possunt, ita exerceri non possunt à Canonicis nomine Capituli, à quo non habent Iurisdictionem distinctam.*

15 *Excommunicati communio est euitanda.*

16 *Excommunicati communio ideo prohibetur, vt excommunicatus robore suffusus deterritus carentiæ consortis ad humilitatis gratiam, & reconciliationis effectum facilius inducatur.*

17 *Possessio posterior, tanquam clandestina constito de validitate anterioris, non est habenda in consideratione.*

18 *Possessio Canonicatus, quæ fuit habita à Canonico excommunicato, cum delatione Iuramenti, & professione fidei, tamquam habita ab eo, qui actus Iurisdictionis exercere nequit est ipso Iure nulla.*

DECISIO CLXII.

VAcante Canonicatu, de quo agitur, Ecclesiæ Tridentinæ per obitum q. Horatij Guareschetti in mense Nouembris Sedi Apostolicæ reseruato, fuit de eo prouisus Franciscus de Albertis, qui expeditis literis directis Reuerendiss. D. Episcopo Tridentino, eiusque Vicario Generali, commissa capitu-

li

li conuocatione, apprehendit actualem, & corpo-
ralem possessionem de manu exequutorum in literis
depntatorum sub die 11. Ianuarij 1643. sed quinque
diebus postea, scilicèt sub die 16. eiusdem Bernar-
dinus Malanoctius asserens se quoque de eodem Ca-
nonicatu prouisum, literas suæ prouisionis præsen-
tauit Ernesto Baroni Canonico Seniori, & ab eo ob-
tinuit sibi possessionem tradi; Vndè orta inter istos
controuersia, & causa commissa R. P. D. Carillo, co-
ram quo disputato dubio, cui dandum esset manda-
tum de manutenendo, prima vice ordinatum fuit,
vt videretur de bono iure, sed reproposito hodie
ad Instantiam Francisci coram me, in locum D. Ca-
rilli subrogato eodem dubio, responsum fuit manu-
tentionem esse concedendam eidem Francisco de
1 Albertis de cuius anteriori possessione capta per
quinque dies ante constat ex publico Instrumento
adeptionis, quod alio non existente in possessione
satis probat *vulg. l. præd. vbi Bart. ff. de acquir. poss.*

2 Nec obstat quod huiusmodi possessio non fuerit
capitulariter capta, prout requiritur in Canonicati-
bus Ecclesiæ Cathedralis aut Collegiatæ, vt notant
*DD. omnes in cap. Ex literis de restit. spoliat. Castad. de-
cis. 8. de caus. poss. & propriet. Rot. in rec. dec. 701. num. 5.
par. 1. & in Narnien. Canonicatus 11. Decembr. 1641. &
28. Nouembris 1642. coram R. P. D. Carillo*, vbi quod
3 hoc procedit, etiamsi capta fuerit de mandato exe-
quutoris in literis Apostolicis deputati, *& in Gerun-
den. Cappellaniæ 27. Ianuarij 1645. coram R. P. D. meo
Bichio.*

Quia cum eo tempore Capitulum esset publicè
interdictum suspensum aggrauatum, & reaggraua-
tum cum conuocatione Bracchij sæcularis ob non
paritionem mandati Rotalis, & singuli Canonici ex-
4 communicati, non poterant congregari ad traden-
dum possessionem adnotat. *per Glos. & DD. in cap.
cum dilectus verbo à suspensis de consuetud. & in cap.
tanta est clauis Verbo irritas de Excessibus Prælat.* Ex-
communicatus enim, & suspensus destituitur om-
ni potestate, & auctoritate *Panormit. in cap. si ve-
rè num. 9. de sent. excomm. Sayr. in Thesaur. casuum con-
scien. lib 2. cap. 6. de iurisd. qua excommunicatus priua-
tur num. 2. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 41. num. 23. Al-
ter de censur. disput. 17. de suspens. cap. 2. §. pen. vers. ex
quibus.*

Nec applicatur distinctio per DD. *in cap. prò illo-
rum de prebend.* vt scilicèt excommuincatus, & sus-
5 pensus præstare possit ea, quæ sunt nudi facti, pro-
ut est simplex traditio possessionis. Cum enim in
Ecclesia Tridentina ante traditionem possessionis
6 deferatur prouiso iuramentum admittatur ad fidei
professionem, qui sunt actus iurisdictionis *Caputaq.
decis. 167. num. 3. par. 1. Rot. in rec. dec. 18. num. 17. par. 5.*
Possessio huiusmodi non consistit in nudo facto sed
7 habet admixtum exercitium iurisdictionis quo ca-
su nec peti, nec tradi potest ab excommunicatis,
*gloss. in cap. 1. in verb. culpis de supplem. neglig. Prælat.
in 6. & cap. 1. de offic. Vicar. paritèr in 6. ibiq; scriben-
8 tes* vbi quod Excommunicatus caret omni prorsus
exercitio Iurisdictionis *Gemin. in cap. quia Pontificali
num. 8. de off. de leg. in 6. & explicando textum in dicto
cap. pro illorum, & conciliando DD. contrarium tenen-
tes tradunt Rebuff. in repetitione cap. postulasti nu. 130.
de Clerico. excomunicat. ministr. Couar. in cap. Al-
ma Mater par. 1. §. 7. num. 9. vers. quod autem res-
pondendum sit de sen. excommunicat. in 6. Riccinl. de
Iure personarum extra gremium Eccl. existen. lib. 4.
cap. 5. num. 2. Henriq. de excomm. lib. 13. cap. 7. §. 2. in an-
not. litt. B.*

Proùt etiam non releuat, quod duo essent Ca-
nonici non excommunicati, à quibus proindè pe-
tenda erat possessio, eum penès illos duos Ius totius
Capituli, & Capitulum ipsum conseruaretur ad not.
9 *per DD. in cap. gratum de postulat. Prælat. & in l. si-
cut §. fin. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomin. vbi Bartol.
num. 1. Bald. num. 2. in 3. notabili Abb. cons. 25. num. 2.
part. 2. Rot. coram Seraph. decis. 105. num. 5. & in Clemen.
Archipræsbiteratus 20. Iunij 1633. coram Eminentiss.
D. Card. Panzirolo*, vbi quod etiam in vno solo con-
seruantur. Conclusio enim procedere posset si soli
Canonici, vti singuli forent. excommunicati at cum
10 vlteriùs integrum quoque Capitulum esset interdi-
ctum, & suspensum; non poterant reliqui Canoni-
ci, si qui non excommunicati remanserunt, nomine
11 Capituli possessionem tradere; dum enim totum
corpus suspenditur, non possunt illius membra,
operationes corporis exercere, vt benè notat *Sua-
rez. de censib. lib. 5. disput. 28. sect. 4. sub num. 2. vers. res-
pondent*, vbi quod licèt ex alieno debito quis puni-
ri non posset, vbi tamen suspenditur Communitas
12 vel Capitulum, licèt aliqui de gremio non partici-
pauerint de delicto, adhùc tamen exercere non pos-
sunt operationes illius corporis, quod non est pro-
priè puniri ob delictum alterius, sed est aliquo modo
participare pœnam totius, quod nullum est.

13 Et ratio est euidens, dum Capitulum est suspen-
sum non est repræsentabile per non excommunica-
tos, etsi repræsentetur repræsentatur corpus suspen-
sum, & inhabile ad tradendam possessionem, vndè
14 sicuti Capitulum ipsum ob suspensionem non pos-
set per seipsum exercere, quæ à suspensis exerceri
non possunt, ità exerceri non poterunt à Canonicis
nomine Capituli, à quo non habent distinctam iu-
risdictionem, vt probat textus? *clarus in cap. 1. de offic.
Vicar. in 6. Paris. cons. 89. num. 7. lib. 4. Riccinl. vbi sup. di-
cto lib. 4. cap. 27. num 11. Guttier. Canonic. quæst. lib. 1.
cap. 1. sub num. 83. Sanchez. de matrim. lib. 30. qu. 3. nu. 6.
Molin. de iust. & iur. tract. 5. disput. 10. num. 2.* vbi quod
gesta à non excommunicato nullius sunt momenti
perindè ac si ab excommunicato gesta fuissent *idem
Sayr. d. lib. 2. cap. 6. n. 3.*

Eoque libentiùs DD. fuerunt hanc sententiam
amplexi ad euitanda scandala, & impedien. com-
munionem, ac participationem cum excommuni-
catis, quæ necessaria foret, si requirendi essent prò
15 capienda possessione, quæ tamen communio est
vitanda *cap. cum decideres, & cap. significauit, & cap.
Concubinæ de sen. excomm. cap. cum excommunicato 12.
16 quæst 3.* Ideò enim est admitten. prohibitio commu-
nionis vt robore suffusi, & deterriti carentia Con-
sortis, ad humilitatis gratiam, & reconciliationis
affectum faciliùs inducantur, vt inquit text. *in cap.
cum non ab homine de sen. excommun. cap. 1. eodem tit. in
6. benè Riccinl. vbi supra lib. 4. cap. 43. num. 1. & 2. cum
seqq.*

17 Constito autem de validitate possessionis captæ
per Albertum, possessio Malanoctij, tanquam poste-
rior, & clandestina, non est habenda in considera-
tione *DD. in cap. licèt causam de probat. & in l. si duo
ff. vti possid.* imò dum fuit habita à Canonico excom-
18 municato cum delatione iuramenti, & admissione
ad fidei professionem, qui vt dictum est sunt actus
iurisdictionis, fuit ipso iure nulla *cap. ad probandum
de re iudic. DD. in cap. Quia diuersitatem de concess.
preb. Abb. in cap. Fraternitatis num. 9. de testib. Sayr. vbi
supra dicto cap. 6. num. 1. Vgolin. de Cens. cap. 11. §. 1.
num. 1.*

Et ita vtraque, &c.

BAREN. SEV NVLLIVS PECVNIARIA.

Veneris 26. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Citationis defectus quando est clarus, tunc sententia non potest saluari à vitio nullitatis. Instrumenta etiam dotalia de Iure communi non habent executionem paratam. Clerici non possunt se submittere constitutionibus laicorum, quod procedit etiam si pactum esset iuratum Priuilegia concessa Ordini Clericali, in vanum tolluntur per particulares Personas.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quando est certa, tunc non potest denegari manutentio.*

2 *Possessio manifestè nulla non attenditur, & nu. 3.*

4 *Citatio ad sententiam, quando fuit facta pro certa die, si in ea die non fuerit lata, dicitur sine citatione lata, & seq.*

6 *Negatiuam allegans tenetur illam iustificare.*

7 *Reus dum non comparet in termino citationis ad sententiam, & allegata fuit contumacia per alteram partem, & Iudex die sequenti tulit sententiam, tunc est locus dispositioni* cap. consuluit de offic. delegat.

8 *Citationis defectus suppletur ex cõparitione partis citationis finis aliud nõ est, quam comparitio n. 8.*

9 *Contradictoria iudicia solent fieri extra diem citationis ad libitum Iudicis, & partium.*

10 *Instrumenta etiam dotalia de iure communi non habent executionem paratam, & n. 11.*

12 *Executiuè procedi potest pro fructibus dotalibus, cum habeant priuilegium alimentorum.*

13 *Transactiones de iure habent executionem paratã.*

15 *Decretum vnica verborum structura latum dicitur indiuiduum, & si recipiat appellationem in parte, dicitur in totum recipere, & n. 16.*

17 *Subhastatio, & deliberatio facta post interpositam appellationem dicuntur notoriè nulla, & attentata.*

18 *Inhibitione præsentata procedi non potest ad executionem sententiæ absq; incursũ attentatorum.*

19 *Clericus non potest se obligare sub forma ritus magnæ curiæ, cum non possit se submittere constitutionibus laicorum.*

20 *Quod procedit etiam si adesset pactum iuratum.*

21 *Clericos nullo pacto ligant leges laicales.*

22 *Statuto submitti, & foro paria sunt.*

23 *Clericus sicuti per pactum iuratum non potest se submittere foro laicali, ita quoque ex eodem pacto non potest se submittere statuto laicorum.*

24 *Clericus potest consentire via executiua absque eo quod lædatur libertas Ecclesiastica.*

25 *Clericus potest simpliciter pacisci, vt contra eum executiuè possit procedi.*

Secus si relatiuè se obliget ad submittendum se dispositioni alicuius statuti laicorum, & n. seqq.

27 *Priuilegium concessum Clericis toti ordini dicitur concessum, & sic ei non potest à particularibus personis renunciari.*

28 *Clericus vbi simpliciter consenserit via executiua non supponit se iurisdictioni laicali, minusq; eam prorogat, prout facit ille qui profitetur se contrahere iuxtà formam statutorum laicorum.*

29 *Clerici possunt voluntariè vti lege, vel statuto laicali ipsis, aut Ecclesiæ fauorabili, dummodò de illis expressam mentionem non faciant, & nu. 30. & seqq.*

33 *Clericus potest compromittere in Arbitrum laicum, non autem consentire in Iudicem laicum, & quare n. 34. & 35.*

35 *Vmbra præiudicij quoque est euitanda in materia libertatis Ecclesiasticæ.*

36 *Clericus ex pacto potest se subijcere laicali constitutioni, dummodò non lædat priuilegium immunitatis, ne præiudicium inferatur ordini Clericali.*

37 *Ritus magnæ Curiæ Vicariæ continet quoddam iudicium criminale ratione periurij exercibile contra debitorem, & seqq.*

39 *Infamia irrogatur per carcerationem criminalem ex causa periurij.*

40 *Iudicium ritus magnæ Curiæ Vicariæ Neapolitanæ est famosum, quod exerceri non potest à filio contra Patrem.*

41 *Clericus non potest voluntariè se subijcere actui famoso ob præiudicium totius ordinis.*

42 *Iudices Sæculares Regni sicuti nullo modo permittunt in eorum foro practicari formam obligationis Cameralis contra laicos, quamuis ex pacto.*

43 *Ita quoque equum est, & rationi consentaneum, vt pariter non permittatur Clericos se obligare iuxtam formam laicorum constitutionum, & nu. 44.*

45 *Obligationis Cameralis remedium est exequutiuũ, & quoti die practicatur in curijs Ecclesiasticis totius Regni.*

46 *Possessio ex actu etiam nullo amittitur, & in alium transfertur.*

Metus exceptio reijcitur ad petitorium, nec discutitur in summarissimo iudicio possessorio, nu. 46.

47 *Possessio tunc ex actu nullo non amittitur quando nullitas prouenit ex defectu consensus.*

Possessio sine animo nec acquiritur, nec amittitur, num. 47.

48 *Obligatio facta per iustè carceratum est valida, & sequent.*

50 *Protestatio remouet consensum ab actu, & perinde actus nihil operatur.*

51 *Retentio non datur nisi creditum sit certum, clarum, & liquidum, & dicitur tale per confessionem partis, vel per rem iudicatam, n. 52.*

DECISIO CLXIII.

DEcisionem, informante tantum Continisio emissam *sub die 1. Iulij 1644.* hodie vtraque parte
informante DD. confirmarunt, quia cum anterior
eius possessio non possit in dubium reuocari, & con-
1 cludenter probetur ex Instrumento dationis insolu-
tum, & subsequuta exequutione, subhastatione, &
deliberatione bonorum ad fauorem Mirti, sibi con-
cedenda est manutentio *vulgato §. retinenda instit. de*
interdict. Non obstante immissione per D. Nuncium
2 eidem Mirto concessa, cum hæc vti manifestè nul-
la non priuauerit Continisium sua anteriori posses-
sione *l. iustè possidet ff. de acquir. possess. cum allijs in 1.*
decisione allegatis.

3 Nullitas enim ex defectu citationis satis probatur
quia decretum fuit interpositum sub die 6. Iulij, &
tamen citatio cadebat sub die prima eiusdem, qui
4 defectus euitari non potest ex eo, quod citatio fue-
rit exequuta prò prima Congregatione, quæ tamen,
vt asserebatur, non fuit habita, nisi die 6. quia dùm
citatio cantat prò prima Congregatione, quæ erit
1. Iulij, si ea die non fuit habita Congregatio, erat
5 iteranda noua citatio prò Congregatione alia die
facienda, & in omnem casum qui prætendit Con-
gregationem non fuisse habitam, nisi die 6. contra
expressionem in citatione factam, tenetur hanc ne-
6 gatiuam concludenter probare, aliàs defectus est
inexcusabilis, quia decretum remanet interpositum
post sex dies à die cadentis citationis, quo casu non
intrat dispositio *cap. consuluit de offic. deleg.* quæ lo-
cum tantum habet, quando reo non comparente in-

ter-

termino citationis, & accusata contumacia per al-
7 teram partem, Iudex die immediatè sequenti sen-
tentiam tulit, secus si plures labantur dies, decla-
cando d. textum explicat *Alex. in l. si finita, §. Iulia-
nus num. 4. ff. de damn. infect.* cum alijs latè adductis
in 1. *dec. vers. Nullitas autem &c.*

Prout etiam nulla fieri potest vis in eo, quod de-
8 cretū emanauerit auditis partibus in contradicto-
rio Iudicio, quia licèt ex comparitione partis sup-
pleatur defectus citationis, cuius finis est compa-
ritio, *vt not. Bald. in l. si consentaneum sub nu. 36. C.
quomod. & quand. Iudex, vant. de nullit. ex defect. cit.
num. 17. Lancellott. de attent. part. 2. cap. 4. num. 128.
Surd. Seraph. dec. 1141. nu. 4.* Hic tamen non proba-
tur Continisium ea die, qua cedebat citatio compa-
ruisse, quia non constat contradictorium fuisse ea
9 die habitum, vt enim notum est contradictoria so-
lent etiam fieri extra diem citationis ad libitum Iu-
dicis, & partium; vndè cum possit esse, quod alia
die fuerit habitum, quàm ea, sub qua cadebat cita-
tio sublatus non remanet defectus citationis, ad no-
tat. per *DD. in l. 1. ff. de fer.*

Præterea, vt dictum fuit nullitas est euidens ex
10 alio capite, quia scilicet processum fuit exequuti-
uè contra Continisium, contra quem tamen exe-
quutiuè procedi non poterat, quantumuis debitum
proueniret ex causa dotis, cum de iure Instrumenta
11 dotalia non habeant exequutionem paratam, *Angel.
in l. si cum dotem num. 2. ibique Alex. nu. 6. ff. sol. matr.
Reuerendiss. Vrgellen. dec. 38. nu. 4. & 6.* quicquid in
12 contrarium dicendum sit, quando agitur ad fructus
dotis, qui cum succedant loco alimentorum, ha-
bent priuilegium viæ executiuæ, in quibus termi-
nis loquitur *dec. Hydrantina pecuniaria 26. Iun. 1641.
coram bon. mem. Merlino, & latè dictam fuit in alia
decisione.*

13 Nec releuant duo, quæ obijciebantur, alterum
scilicet, quod huiusmodi debitum proueniat ex cau-
sa transactionis, quæ de sui natura paratam habet
exequutionem *l. non minorem, C. de transact.* & fuit
dictum in alia *Baren. seu Neapolitana pecuniaria 12.
Decembris 1642. coram R. P. D. meo Roias.* Alterum
quod Continisius se obligauerit iuxta formam Ritus
Magnæ Curiæ, & expressè consenserit, quod Instru-
14 mentum ab eo celebratum haberet paratam execu-
tionem, vt sunt verba clara, ibi, *Et si defeceriat à
prædict. solut. &c. liceat præsens Instrum. liquidare pro
tot. summa &c. seruata forma laudabilis ritus Magnæ
Curiæ Vicariæ, & dict. Regia Nouella Pragmatica pri-
ma de Censibus &c. Quinimo voluerunt, & se conten-
tauerunt &c. quod præsens Instrum. in omni sui parte
promptam, & paratam liberam, & explicitam haberet
exequutionem con. præfatos debit. &c. vt Summ. 1. posi-
tionis Continisij n. 2.*

Quantum enim ad transactionem cum ea conti-
neat solam partitam scutor. 400. *Summar. Martij n. 3.*
non poterat executiuè agi pro tota summa, sed solū
15 pro portione in transactione comprehensa; Dum
igitur pro tota summa fuit actum, decretumque D.
16 Nuncij sub vnica structura ad integram summam
exequutiuè condemnet, negari non potest, quin ra-
tione indiuiduitatis in totum esset appellabile, vt
notat *Franch. in cap. si duobus num. 7. de appellat. Al-
ber. in l. etiam, §. 1. nu. 3. ff. de minor.* cum alijs latè con-
gestis in *Viterbien. fideic. seu attentat. 13. Maij 1644.*
17 *coram me.* Ideòque subhastatio, & deliberatio fa-
cta post interpositam appellationē fuit notoriè nul-
la, & attentata *cap. ad audientiam, & cap. dilecti de
appellat. Lancellott. de attent. appellat. pend. ampl. 17.
num. 4. & seqq.* Eoque magis, quia ad eam deuen-
tum fuit, nedum post interpositam appellationem,
sed etiam post præsentatam inhibitionem A. C. qua
18 stante erat interim abstinendum ab exequutione,
nec vlterius procedi poterat absque incursu attenta-
torum *vulg. cap. non solum de appell. in 6. Rot. cor. s. m.
Greg. dec. 251. num. 2. & dec. 305. n. 1.*

Quod autem attinet ad consensum, & obligatio-
nem Continisij seruata dicta forma Ritus, DD. fir-
miter adhæserunt responsioni traditæ in alia deci-
19 sione, quod cum Continisius sit Clericus, non
potuit se submittere constitutionibus laicalibus in
præiudicium Ecclesiasticæ libertatis, *argum. tex. in c.
si quis Clericus, & cap. si delegati, vbi gloss. & DD. de
20 for. compet.* etiamsi pactum iuratum interuenerit, vt
post alios tenent *Morla in Emptor. Iur. par. 1. tit. de le-
gib. qu. 16. num. 4. Marta Doctor Neapolit. de iurisdict.
par. 4. centur. 1. cas. 100. num. 1. cum seqq.* leges enim
21 laicales nullo modo possunt ligare Clericos, si iuxta
illorum formam contrahere profiteantur, vt tenuit
22 Rot. Apaci enim ambulant submitti statuto, & fo-
ro *Alex. cons. 213. nu. 5. in fin. lib. 2. Rimin. sen. cons. 268.
num. 23. lib. 3. Surd. cons. 2. num. 14. in fin. vers. nam pa-
ria sunt, & cons. 302. num. 16. cum seqq. Rot. cor. Card.
Seraph. dec. 1018. num. 6. & in rec. dec. 42. num. 7. par. 6.*
23 Vndè sicuti Clericus, etiam volens per pactum iu-
ratum non potest se submittere foro laicali per text.
in *dicto capit. si diligenti.* Ita neque cum eodem
pacto iurato poterit se submittere statuto laicorum,
vt in his terminis arguit *Marc. vbi supra cas. 100. n. 3.*
24 Nec iuuat replicare posse Clericum consentire
viæ exequutiuæ, seu quod contra illum exequutiuè
procedatur, absque quod lædatur libertas Ecclesia-
stica, cum eo casu non conueniatur vigore statuti,
25 vel constitutionis, sed potius vigore conuentionis,
& pacti, quod Clerico non est prohibitum, vt be-
ne ratiocinatur *Abb. cons. 33. sub num. 2. vers. respectu
secunda partis lib. 2.* Replicatio enim procedit, quan-
26 do simpliciter Clericus paciscitur, vt contra eum
executiuè procedi possit, in quibus terminis loquitur
Abb. loc. citat. Secus quando relatiuè ad Statutum
se obligat, expresse de illo mentionem faciendo, &
iuxtà illius formam se obligando; tunc enim vide-
tur se submittere constitutioni laicali, ideòque sem-
per intrat præiudicium, & læsio Clericalis ordinis,
27 eiusque priuilegij, quod cum toti ordini sit conces-
sum, non potest eidem à particularibus personis re-
nunciari *d. cap. si diligenti, & cap. contingit de senteat.
excomm. Abb. vbi sup. d. n. 3. & in Baren. seu Neapolit.
pecuniaria 24. Maij 1641. coram R. P. D. meo Royas.*
28 Ratio autem diuersitatis est patens, quia vbi Cle-
ricus simpliciter consensit viæ exequutiuæ, non
supposuit se iurisdictioni laicali, minusque illam pro-
rogat, quando profitetur se contrahere iuxtà illius
formam. Ideoque in primo casu non læditur li-
bertas Ecclesiastica, prout læditur in secundo; sic
enim in simili licèt Clericus possit voluntariè vti le-
29 ge, vel statuto laicali sibi, vel Ecclesiæ fauorabili
si tamen lex præfata licèt fauorabilis mentionem ex-
præssam faciat Clericorum, nulla est, & Clerici, e-
tiam volentes non possunt illa vti, quia in effectu ex-
præssa illa mentio sapit quid iurisdictionale, & tan-
30 quam trahens secum subiectionem in laicalem Iu-
risdictionem est immunitati Ecclesiæ præiudicialis,
& infensa *Text. in c. Eccl. S. Mariæ de constit. Surd.
cons. 2. & cons. 392. nu. 13. Carol. de Graff. de effect. Cle-
ric. effect. 2. nu. 43. cum seqq. & 488. benè R. P. D. meus
Sperell. in dec. For. Eccles. dec. 10. num. 32. cum seqq. &
dec. 11. n. 30.*
32 Ideò non refragatur dictum *Abb.* quia vt dictum
est, loquitur in primo casu, quando scilicet Cleri-
cus

cus stipulatur, vt certo modo conueniri possit nulla
facta mentione laicalis Constitutionis; Nihil autem
dicit, quando Clericus se obligat iuxtà formam le-
33 gis, vel statuti laicalis, imò ex rationibus per eum
adductis, deducitur in contrarium sentire in hoc se-
cundo casu, dum *sub. num. 1. vers. & diuersitatis ra-*
33 *tio* admittit Clericum consentire non posse in Iu-
dicem laicum, nec illius iurisdictionem prorogare,
ideoque posse compromittere in arbitrum laicum,
non autem consentire in Iudicem laicum ex quo Iu-
dex habet iurisdictionem, quam non habet arbiter,
& quatenus *Abb.* aliter loqueretur, eius dictum
34 non esset tutum, nec sequendum tanquam habens
in contrarium tot Authores, & Rotæ resolutiones
supracitatas, & tanquam de directo contrarium li-
35 bertati Ecclesiæ, in qua materia etiam vmbra præ-
iudicij est vitanda ad not. per *glos. & Doct. in d. cap.*
Ecclesiæ S. Mariæ de constit.

Comprobatur hoc fundamentum, quia, vt inquit
idem *Abb.* potest Clericus ex pacto se subijcere lai-
36 cali Constitutioni, dummodo indè non lædatur
priuilegium immunitatis, nec præiudicium infera-
tur Ordini, vel Collegio Clericali, vt habetur *sub*
num. 2. vers. dummodo talia sint; In hoc autem casu
ex consensu præstito, iuxtà formam Ritus Magnæ
Curiæ Vicariæ præiudicium infertur toti ordini
Clerici, quia Ritus hic continet quoddam iudi-
37 rium Criminale, ratione periurij exercibile contra
debitorem illum in carceres detrudendo, & in pe-
38 cuniariam pœnam condemnando, vt habetur ex
ritu 166. vsque ad 190. & aduertit Carauit. super
Ritu 171. nu. 6. Afflict. dec. 64. nu. 2. Franc. dec. 262.
sub nu. 6. vers. pro parte facit, & n. 17. Rouit. super prag.
4. de instrum. liquid. in fin. n. 33. Capie. latr. consul. 48.
num. 9. cum seqq. & dec. 45. num. 10. Ricc. dec. 170. n. 3.
39 *part. 3.* Per carcerationem autem Criminalem ex
causa periurij irrogatur infamia *cap. infames 6. q. 4.*
cap querelam, vbi glos. & Canonistæ communiter de Iur.
iur. l. si quis maior, vbi doct. C. de transact. Rip. in cap.
ex parte nu. 2. de rescript. Couarr. cap. quamuis part. 1.
§ 7. n. 4. de pact. in 6. Seraph. de priuileg. iuram. priuil.
primo n. 36. Menoch. de arbitr. cas. 319. nu. 3. & magis
in terminis Franch. d. dec. 162. num. 8. vbi quod hoc
iudicium via ritus magnæ curiæ est iudicium famo-
40 sum, quod proinde exerceri non potest à filio con-
tra Patrem; Dum igitur ex hoc Iudicio oritur
dedecus, & infamia, lædit totum ordinem Cle-
ricalem, iuxt. text. *d. cap. contingit*. Vbi expressis
41 verbis statuitur non posse Clericum voluntariè se
subijcere actui famoso, ob præiudicium totius or-
dinis.

Et tanto libentius DD. fuerunt hanc sententiam
amplexi. Quia Iudices Sæculares Regni nullo mo-
42 do permittunt in eorum foro practicari formam o-
bligationis Cameralis contra laicos, quamuis ex pa-
cto, & voluntariè ità se obligauerint, imò puniunt
43 laicos ità se obligantes, & Notarios recipientes hu-
iusmodi obligationes, vt notum est versatis in di-
cto foro, & tamen laici possunt prorogare forum
Ecclesiasticum, eique se subijcere. Vndè æquum
est, & rationi consentaneum, vt pariformitèr non
permittatur Clericos se obligare iuxtà formam lai-
44 calium Constitutionum, quibus certum est non pos-
se se subijcere ex iuribus supra allegatis, cum præ-
sertim nulla necessitas cogat permissionem huius iu-
dicij contra Ecclesiasticos, dum adsunt alia remedia
exequutiua, & præcipuè illud obligationis Camera-
45 lis, quod practicatur quotidie in curijs Ecclesiasti-
cis totius Regni.

His positis non iuuat allegare Continisium facto
46 proprio cecidisse à possessione, quæ etiam ex contra-
ctu nullo ammittitur, & in alium transfertur, quod-
que metus exceptio reijci debet ad petitorium, nec
sit discutienda in hoc summarijssimo possessorio, pro
quo sufficit sola renunciatio, ex adductis per *Rot. in*
Ciuit. Castelli bonor. 5. Maij 1632. cor. R. P. D. meo Ghisi-
47 *ler. quæ est 122. n. 6. p. 6. rec.* Conclusio enim non pro-
cedit quando actus est nullus ex defectu consensus,
prout est quando per metum celebratur, tunc enim
possessio non transfertur, nec ammittitur, cum sine
animo nec ammitti, nec transferri valeat, vt pro-
bat, *Bart. in l. non dubium nu. 13. C. de legib.* & fuit di-
ctum in *Neapolit. Domor. 13. Maij 1641. cor. Eminen-*
tiss. D. Card. Verospio, cum adductis in alia *dec. Qui-*
bus addi possunt Rot. cor. fa. me. Greg. dec. 194. nu. 28.
& cor. Reu. Vrgell. dec. 155. nu. 23.
48 Decisio verò in causa Ciuitatis Castelli bonorum,
non aduersatur, quia eo casu carceratio erat iusta,
49 vt habetur *ibid. nu. 7.* Ideoque bene infertur, quod
obligatio facta per iustè carceratum valida sit, hic
autem carceratio est iniusta. Vlterius ibidem non
aderat antecedens protestatio, quæ concurrit hoc
50 casu, hæc enim cum remoueat consensum ab actu,
impossibile est, quod actus ille sit habilis ad transfe-
rendam possessionem ex authoritatibus supra addu-
ctis, & latiùs *in 1. dec.*

Quod autem saltem concedi debeat retentio licèt
nullitèr hæc bona deuenerint ad manus Mirti, Do-
51 minis non placuit; quia cum eius creditum non sit
ità certum, & liquidum, vt contrarium in petito-
rio probari non possit, non intrat retentio, vt benè
declarat *Surd. dec. 46. in fin. & dec. 148. numer. 6. Rot.*
apud Posth. de manutent. dec. 523. num. 24. & cor. Card.
Caualer. dec. 539. num. 5. & 6. Quod ad effectum, vt
52 competat retentio, requiritur confessio partis, aut
res iudicata, & fuit dictum in supercitata *Regien. seu*
Salernit. cor. R. P. D. meo Carillo, & in Rom. retentio-
nis Domorum 23. Maij 1642. cor. R. P. D. meo Ghisile-
rio, & in Seuogallien. bonor. 15. Maij 1645. cor. me.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. NVLLITATIS CONCORDIÆ.

Lunæ 12. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Transactio non sustinetur, quę fuit facta ex aliquo cer-
to supposito, quod postea reperitur erroneum, quan-
do illud erat causa finalis prout non sustinetur si fuit
facta super iure certo, & indubitato nihil inde da-
to, vel recepto, vel denique si in ea interuenerit e-
normissima læsio, etiam si interuenerit iuramentum
& pactum de non contraueniendo, & quæ læsio cō-
sideretur ad hunc effectum?

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta ex falsa causa, & erroneo suppo-*
sito non sustinetur, & potest ab ea transigens re-
silire.

2 *Dolus dicitur probatus eo ipso, quo quis aliquod*
minus verè asseruit, vel vbi non sine misterio ta-
cuit, quod erat exprimendum.

3 *Dolus conuincitur in eo, quod aliquid tacuit, maxi-*
mè si taciturnitas redundat in eius vtilitatem.

4 *Transactio quæ propter dolum fuit extorta est ipso*
iure nulla.

5 *Causa finalis Transactionis colligitur ex proemio.*

6 *Verba* hinc est, *per quæ incipit dispositiua Transa-*
ctionis ostendunt causam finalem.

7 *Assertio illa in transactione, quæ est causa consecu-*
tiua imponens quasi necessitatem transigendi dici-
tur causa finalis, & si falsa reperiatur transactio
corruit.

8 *Asser-*

8 *Assertio in transactione, quam si transigens sciuisset falsam non transegisset dicitur causa finalis, & annullat transactionem.*
9 *Transactio pro necessario requisito fieri debet super re dubia, & incerta, super qua adsit lis vel saltem adsit timor, & materia litis.*
10 *Trãsactio fieri debet cum aliqua mutua recompensatione, aliquo hinc inde dato, vel remisso.*
11 *Transactio facta sine mutua recompensatione nihil hinc inde dato, nec recepto dicitur Leonina.*
12 *Transactio facta super iure certo, & claro cuius finis erat certissimus valere non potest.*
13 *Transactio facta super iure certo, cuius finis erat certissimus dicitur continere turpitudinem, & calumniose egerit ad inducendum reum, ad transigendum.*
14 *Transactio facta super iure certo, & indubitato non valet etiam si fuerit iuramento firmata.*
15 *Donationis liberalitatem is exercere non dicitur qui proprium debitum persoluit.*
16 *Transactio semper rescinditur, quando interuenit læsio in magno excessu vltra dimidiam.*
17 *Iuramentum, vel pactum de non contraueniendo non obligat, quando læsio enormissima vltra medietatem in transactione interuenit.*

DECISIO CLXIV.

DOmini dixerunt Comitissæ Iulianæ non obstare
transactionem initam de anno 1630. inter ipsam,
& comitem Alamanum Isolanum ex tribus rationibus in iure indubitatis.

Peimo, quia ipsa deuenit ad hanc transactionem
cum supposito, qnod Comes Alamanus, tanquam
hæres cum *benef. l. & Inuentarij* Co. Rodulphi Patris non tenetur ad solutionem, & extinctionem
Census, de quo agitur debiti Hospitali Orphanorũ
Sancti Honophrij Bononiæ, & tamen in contrarium hodiè probatue, quia Com. Alamanus ante d.
transactionem de anno 1641. habens notitiam debiti Paterni, præuia declaratione, quod nolebat gaudere *benef. l. & Inuentarij*, mediante publico Instrumento se obligauit soluere de proprio libras 2000.
infra terminum trium annorum, ad effectum, vt
cum illis extingueretur dictus Census, & inteeim
promisit soluere medietatem feuctuum, ex quibus
cum pateat de obligatione Com. Alamani Transactio facta à Comitissa Iuliana cum contrario suppo-
1 sito, quod ipse non teneretue ad solutionem d. debiti, vt facta ex casua falsa, & erronea, & corruit, &
Comitissa potest ab illa resilire *Menoch. cons. 91. n. 26. 40. 59. & 60. & cons. 611. num. 5. Maneut. cons. 137. n. 48. & cons. 137. num. 51. Card. Seraph. dec. 275. num. 2. & dec. 705. num. 1. & dec. 190. numer. 3. & postremò in Rom. de Mangellinis 30. Ianuar. 1645. coram R. P. D. Ottobono.*

Idque eo magis, quia Comitissa inducta fuit ad
ità credendum, non ex simplici ignorantia, sed ex
assertione Co. Alamani, qui non ignarus propriæ obligationis, sed sciens teneri ad solutionem debiti
Paterni, nihilominus contrarium asseruit, & suam
obligationem tacuit, & celauit, quæ assertio, &
taciturnitas conuincunt dolum, qui dicitur proba-
2 tus eo ipso, quod quis aliquid minus verè asseruit,
l. si quis affirmauerit, de dol. mal. Bart. in l. Procurator, qui pro euict. in fin. ff. de Procurat. Surd. cons. 15. n. 14. & cons. 149. num. 6. Card. Seraph. dec. 617. num. 4. Vel
vbi non sine misterio tacet, & abscondit aliquid,
quod erat exprimendum *l. quæritur, §. si venditur, ibique Bart. de edilit. edict. Castrens. cons. 338. in princ. & cons. 411. num. 2. ante fin. vers. Nam tacere veritatem lib. 1. Aym. cons. 83. num. 3. Becc. cons. 106. n. 13. & 14. Surd. cons. 36. num. 10. Bero. cons. 158. n. 46. lib. 1.* & in
puncto eius, qui celauit Instrumentum *Manent. cons. 140. num. 4. & seqq.* Maximè cum huiusmodi taciturni-
3 tas redundaret in ipsius Comitis vtilitatem *Abb. cons. 68. n. 2. p. 1. Crauett. d. cons. 83. nu. 3. vers. quod præsumit. Succin. cons. 29. n. 6. lib. 1.*

4 Et proindè cum hic clarè pateat, quod dicta
transactio fuit ab ea prædicto modo extorta, eemanet ipso iure nulla *l. & eleganter, ff. de dol. mal. l. in summa 65. §. sin autem, ff. de condit. indeb. Bart. in l. si ex falsis num. 2. vbi etiam Angel. num. 1. C. de transact. Ruin. cons. 141. num. 7. vers. 2. præmitt. lib. 1. Bellon. iun. cons. 79. num. 3. & 4. Surd. dec. 253. nu. 13. & 14. & 15. Rot. in rec. dec. 271. n. 34. part. 6.*

Nec dubitari potest quin hæc fuerit causa finalis
5 transigendi, id enim apertè probatur ex prohemio,
ex quo causa finalis colligitur *vulg. l. fin. vbi Bartol. num. 3. & Bald. num. 2. ff. de hæred. instit.* in eo siquidē
præmittitur narratiua dicti suppositi, quod Comes
Alamanus non esset obligatus ad solutionem d. de-
6 biti, quam etiam ex dispositiua, quæ incipit cum
illis verbis. *Hinc est*, quæ pariter denotant causam
finalem, vt per text. in *cap. inferior. 21. dist. post Host.* firmat *Gozzad. cons. 9. num. 36.* cum alijs per *Barbos. dict. 134. num. 4.* & denique ex serie, & ponderatione totius huius facti; Nulla enim necessitas adstringebat Comitissā ad ita transigen. cum Alamano, nisi
sola credulitas, quod ipse non teneretur ad solutionem huius debiti, & quod in consequentiam illius
solutio spectaret ad ipsam, vti hæredem Vincentij
Dancij eius Patris, qui occasione dicti census fideiusserat, quod optimè probat hanc fuisse causam finalem, dum imposuit necessitatem comitissæ, eamque induxit ad sic transigendum, aliàs nullo modo
8 transactueam si dictæ obligationis Comitis notitiam
habuisset *Fulgos. in l. si cum se num. 4. & Castr. num. 3. C. de pact. latè Becc. cons. 20. num. 10. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 24. & 25. Seraph. dec. 275. n. 5. 8. et 10.* vel quia saltem eo modo non transigisset, *Mantic. vbi sup. eodem tit. 12. num. 54.* cum alijs
in *Roman. Success. 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Carillo.*

Secundo, pro inefficacia dictæ transactionis considerabant DD. quod hic deficiunt duo snbstantialia requisita pro illius validitate. Nam primo ee-
9 quiritur, quod fiat de re dubia, & incerta, super
qua adsit lis *l. 1. ff. de transact. vbi DD.* vel saltem
necesse est, quod adsit timor, & materia litis, *Fa-*
10 *ber. in eius C. lib. 2. tit. 4. de trans. definit. 5. n. 3.* Secundò necesse est, quod fiat cum aliqua mutua recompensatione, aliquo hinc indè dato, vel remisso *l. Transactio nullo dato, C. de transact. Ias. cons. 18. sub n.*
11 *14. libr. 1.* qui deficiente hoc vltimo requisito, appellat transactionem leoninam *Peregr. cons. 37. sub num. 28. lib. 1. Maneut. cons. 142. nu. 2. et 3. lib. 2. Rot. in rec. dec. 447. nu. 3. par. 2. et dec. 231. n. 2. par. 4. et d. dec. 271. n. 25. p. 6.*

At hic neutrum ex prædictis requisitis concurrit.
Nam primum, quia hinc non poterat adesse res dubia, nec vlla aderat materia litis, sed res erat certissima, & claeissima, qua aperto, & lecto supradicto Instrumento obligationis Co. Alamani contro-
12 uersia decidebatur, proindeque transactio ista tamquam facta super iure certo, & claro valere non
potuit, nec potest, vt optimè *Manent. cons. 136. n. 42. vers. Cum agitur, et num. seq. et cons. 137. num. 23. et cons. 139. num. 45. Rom. cons. 517. num. 18.* vbi inquit,
13 quod transactio non valet, quando fit super re in
dubia, cuius finis erat certissimus *Crauett. cons. 152. num. 10* qui dicit transactionem isto casu continere
tur-

turpitudinem, & quod præsumitur contra Actorem, quod calumniosè egerit, & petierit ad vexandum reum, cumque inducendum ad transactionem,
14 & cõpositionẽ, *& sub n. 11.* addit huiusmodi transactionem non valere, quamuis iuramento firmatam quod etiam optimis argumentis repetit *cons. 430. num. 7. & seqq.* vbi quod hinc arguitur calumnia, & *Surd. cons. 451. num. 11. & fuit dictum in Meleuitana hæreditatis 26. Ianuarij 1637. §. penultimo coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*

Nec minus concurrit secundum, quia licèt Co. Alamanus promiserit soluere libr. 378. pro omni, & toto eo, quod Com. Iuliana posset ab eo vendicare, in hoc tamen nihil de suo dedit, cum teneretur soluere d. summam in vim propriæ obligationis, & Instrumenti facti de anno 1614. Vndè nulla hic potest considerari liberalitas, seù donatio, quia libe-
15 ralitatem exercere non dicitur, qui proprium debitum persoluit *l. proximè, ff. de ritu nupt. l. si seruo, ff. de hæred. instit.*

Denique, & tertio dictum fuit transactionem corruere, cum contineat magnam, & enormissimam læsionẽ, quia Co. Alamanus pro solutione libr. 375. reportauit absolutionem ab extinctione Census libr. 2000. in sorte, seque exemit ab onere soluendi fructus in futurum, & viceuersa Comitissa remansit obnoxia istis debitis, quæ erant propria Com. Alamani, non autem ipsius Comitissæ, & proindè sub-
16 stineri nequit, quia illa semper rescinditur, quando vt in casu proposito, interuenit læsio in magno excessu vltra dimidiam *Corn. cons. 166. num. 6. lib. 1. & cons. 27. num. 7. cum plurib. seqq. lib. 4. Bero. cons. 180. num. 38. lib. 2. Menoch. cons. 41. num. 153. & seq. Surd. cons. 480. num. 12. vers. 2. & seqq. Rot. diuers. dec. 102. sub num. 2. & 732. num. 3. par. 1. in recent. 539. num. 2. par. 1. 547. num. 2. part. 4. 125. num. 21. 315. nu. 20. p. 5. in Meleuitana hæreditatis 15. Aprilis 1644. coram me.*
17 Non obstante pacto de non contrauenîendo, etiam cum iuramento, quia non obligat quando læsio valde enormis intercedit, *Corn. cons. 288. num. 17. lib. 3. Rot. in recent. dec. 218. num. 13. part. 2. & latissimè coram Reuerendissimo Vigellen. dec. 121. n. 29. & seqq.* vbi quod obtenta absolutione, iuramentum non excludit enormissimam læsionem iuxtà communem DD. sententiam, quam Rota nostra sequitur, & ibi per eum *num. 29.*

Quæ verò pro parte Com. Alamani fuerunt adducta, visa sunt non esse præsentis inspectionis, cum hodie strictè quæratur. An transactio subsistat, & obstet Comitissæ, quam nec subsistere, nec obstare patet, tanquam extortam ex causa non vera, & facta per errorem super iure certo, & ideò hodiè tolenda est de medio.

Et ità vtraque &c.

PERVSINA MANVTENTIONIS.

Lunæ 23. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo est ei concedendum, cui prædium debitoris à creditoribus per legitimam subhastationem fuit deliberatum, non obstante, quod hæredes debitoris prætenderent illud ad se spectare titulo fideicommissi, & possessio fuerit capta contra eorum protestationem, dummodo incontinenti de fideicommisso non doceatur. Nec ad effectum manutentionis potest retractari deliberatio ex nouiter deductis, si tantummodo ex eisdem actis resultet notoria iniustitia. Primum Decretum quando per admissionem, & productionem nouorum iurium dicatur circumductum non obstante, quod fuerit facta admissio absque præiudicio mandati de manutenendo, quando in hoc casu possessio dicatur capta intra terminum ad appellandum, & attentata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri potest à creditoribus contra bona defuncti debitoris, licèt eius hæredes intentauerint cautelam Angeli, dummodo incontinenti non doceatur ab eis de fideicommisso claro, & indubitato.*

2 *Executio, & deliberatio bonorum retractari non potest nouiter ex deductis per viam manutentionis, sed quando ex eisdem actis constat de notoria iniustitia.*

3 *Executor post addictum pignus, aut rem venditam non potest ad instantiam ex post comparentis summatim cognoscere, sed via ordinaria agendum erit.*

4 *Spolium, vel reintegratio, vt concedatur non attenduntur nouiter deducta.*

5 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est nulla, attentata, & spoliatiua.*

6 *Spolium vltimum purgari debet, & res reducenda ad pristinum Statum antequã de alio disputetur.*

7 *Mandatum de manutenendo conceditur prius possidenti.*

8 *Manutentio tanquam remedium summarissimum datur etiam mero detentori, & spoliatori etiam contra ipsum spoliatum.*

9 *Decretum per admissionem nouorũ iurium circunducitur non obstante, quod admissio fuerit facta sine præiudicio mandati de manutenendo, quia hæc protestatio tamquam contraria facto non recipitur.*

10 *Appellatio ad effectum videndi an fuerit intra decennium interposita, inspicitur tempus secundi Decreti, non autem primi circumducti.*

11 *Appellatio stante noua petitione, & nouo Decreto potest interponi infra decem dies proximè, quamuis alij decem dies lapsi fuerint à primo Decreto.*

12 *Spolium primum prius purgari debet, quam secundum, cum prius attentans prius purgare debeat.*

13 *Superssoria vti futura respiciens, non autem præterita non trahitur retro, sed conseruat iura partium in eo statu, in quo reperiuntur tempore, quo emanat.*

14 *Supersessoria indeterminatè prolata postquam fuit à Iudice reuocata non irritat possessionem postea captam.*

DECISIO CLXV.

FRANCISCVS, & Ioannes fratres de Petrogallis creditores q. Iulij Cæsaris de Podianis in summa scutorum bis mille obtinuerunt pro eadem quantitate mandatum exequutiuum contra bona hæreditaria dicti Iulij Cæsaris debitoris, sed quia Ludouicus, & alij filij d. Iulij Cæsaris sub die 9. Augusti 1630. protestati fuerunt iuxtà cautelam *Angeli in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.* præuia citatione contra Procuratorem eorumdem de Petrogallis legitimè exequuta, quod huiusmodi prædium non erat hæreditariũ Patris, sed ad ipsos titulo particularis fideicõmissi spectabat, ideoque super eo fieri non poterat exequutio *Summar. de Podianis nu. 1.* qua tamen protestatione non obstante, sub die 9. Nouembris eiusdem anni fuit facta exequutio, & die 5. Februarij 1631. decreta deliberatio *eodem Summ. num. 2.* Quibus peractis A. Cam. primo loco tulit sententiam Canonizatoriam dictæ deliberationis, & posteà illinc ad paucos dies, non obstan. supradicta sententia concessit manuten-

tio-

tionem Ludouico, & fratribus de Podianis.

Appellarunt ab huiusmodi decreto continente
mixturam dicti fratres de Petrogallis, & commis-
sa mihi causa dubitaui sub die 4. Iulij 1642. cui es-
set dandum mandatum de manutenendo, & Rota
resoluit dandum esse Antonio Pellicciario, cui præ-
dium deliberatum fuerat, quam resolutionem etiam
hodie DD. confirmarunt.

Nec obstant nullitates oppositæ prima enim
quod processum fuerit ad exequutionem non ob-
stante protestatione facta iuxtà cautelam Angeli fa-
cilè cessat, quia dum non probatur huiusmodi præ-
dium esse fideicomissarum, imò ex inuentario facto
per Podianos constat fuisse descriptum, tamquam
hæreditatium Iulij Cæsaris debitoris *Summ. Pellic-
ciarij num. 3.* potuit non obstantibus protestatione, &
1 intimatione ad exequutionem procedi, cum adhunc
effectum sufficiat quod in continenti non doceatur
de fideicommisso claro, & indubitato, vt dixit *Rot.
coram Card. Seraphin. decis. 757. num. 1. & 2. & decis. 83.
num. 11. post Pacific. de Saluian. interdict. & decis. 185.
num. 5. & 6. cum seqq. par. 5. recent. cum alijs adductis in
Romana seù Æsina Donationis 23. Maij 1640. coram R. P.
D. meo Ghisilerio, & in Anconitana Dotis 24. Aprilis
1643. coram me,* vbi ostensum fuit sic in praxi seruari
in quocumque Tribunali.

Secunda verò quod mandatum fuerit relaxatum
citato Curatore deputato hæreditati iacenti, delibe-
ratio verò facta fuerit non citatis ipsis de Podianis
principalibus, cessat ex facto quia ex datis in ho-
dierno *Summ. Pellicciarij nu. 5. & 7.* constat in relaxa-
tione mandati nedùm Curatorem, sed ipsos etiam
principales fuisse citatos.

Prout etiam non obstant quæ deducuntur contra
Iustitiam. Quod enim huiusmodi prædium sit su-
biectum fideicommisso Aldæ Auiæ illorum de Po-
dianis, nihil releuat ad effectum de quo agitur, quia
vel probatur eius identitas, vel quatenus iustifice-
tur, cum probationes huiusmodi factæ non fuerint,
nisi post exequutionem, subhastationem, & delibe-
2 rationem, non potest ex ijs retractari deliberatio
per viam manutentionis, quæ non conceditur ex
nouis probationibus, sed quando ex eisdem actis
constat de notoria iniustitia, interim verò exequu-
tio cum omnibus indè sequutis firma remanet, &
Podianis remanet tantummodò via agendi iudicio
ordinario, vt probat *text. in l. à Diuo Pio §. si post ad di-
ctum ff. de re iudic. vbi Bart. in fin. & Castrens. in princ.
Ronit. cons. 44. num. 4. & 5.* vbi quod si quis coram
3 exequutore compareat post adductum pignus, aut
rem venditam, non debet ipse summatim cognosce-
4 re, sed iudicio ordinario agendum erit; Nouiter
enim deducta non attenduntur ad effectum conce-
dendi reintegrationem, vel spolium *Rot. diuers. de-
cis. 479. num. 1. part. 4. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 454.
num. 4.*

Quod autem exequutio cum omnibus indè se-
quutis fuerit excessiua, ex quo prætenditur ad bo-
num computum scutorum bismille soluta fuisse
scut. 500. DD. faciebant non modicam difficul-
tatem, tamen præter quod negatur dictam solutio-
nem factam fuisse personæ legitimæ, & post inhi-
bitionem ne soluerent: Dictum tamen fuit non
esse de hoc hodie agen. quia cum possessio capta
5 per Podianos, pendente termino ad appellan. fuerit
nulla, attentata, & spoliatiua, antequam de alio dis-
6 putetur, purgare debet vltimum spolium, & res
reducenda in pristinum statum, *capit. fin. vbi DD.
commun. de ordin. cognit. Alex. cons. 6. num. 11. lib. 3.
Gabr. cons. 149. num. 12. lib. 2. Menoch. de recuper. re-
med. 1. num. 382. Benintend. decis. 8. per tot. Card. Seraph.
decis. 96. num. 1. sanct. mem. Gregor. decis. 485. num. 12.
vbi Adden. num. 14. cum alijsque pluribus adductis in
alia decisione, §. fin.* Interim verò concedenda est
manutentio Pelliciario priùs possidenti *Rot. apud
Buratt. dec. 59. num. 6. & dec. 306. num. 2. & in Ferrarien.
Bonorum de Tassonit 26. Iunij 1614. coram S. D. N.*
Manutentio enim tamquam remedium summaris-
simum datur etiam mero detentori, & spoliatori,
*Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 18. Rot. in recent.
decis. 661. num. 2. par. 1. & decis. 284. num. 10. part. 5.*
etiam contra ipsum spoliatum, vt post *Castren. &
alios dixit Rot. decis. 641. num. 5. part. 1. diu.* deducta
verò per *Rotam decis. 7. num. 1. & 2. eadem part. 1. diuers.*
non applicantur, procedunt enim quando tertius
comparens petit restitui, secus autem quando idem-
met spoliatur.

Nec prætendi potest possessionem captam per
Podianos non fuisse attentatam, nec captam pen-
dente termino ad appellan. cum manutentio fuerit
concessa die 17. Septembris, possessio verò appre-
hensa fuerit die 4. Octobris, & sic extra decendium
datum ad appellan. placuit enim responsio, quod
per productionem, & admissionem nouorum iurium
9 primum Decretum fuit circunductum, quantumuis
admissio facta fuerit sinè præiudicio mandati de
manutenen. huiusmodi enim protestatio tanquam
contraria facto non recipitur, vt in simili de admis-
sione facta sinè præiudicio termini habiti pro serua-
to, tradunt *Grat. discept. forens. cap. 438. num. 5. Mo-
dern. Perusin. de manut. obseruat. 102. num. 32. Add. ad
Gregor. dec. 140. nu. 17. Rot. in Romana pecuniaria coram
Ottembergo penès Marches. par. 3. fol. 104. cum seqq.*
10 Ideoque non debet attendi tempus primi decreti,
sed tempus secundi, vt benè consulit *Castr. cons. 335.
num. 6. lib. 1. Ruginell. de appellation. §. 4. capit. prima
num. 13.*

Quod faciliùs procedit hoc casu, quo facta pro-
ductione, & admissione iurium Podiani, denuò ci-
tarunt, & insteterunt pro expeditione mandati de
manutenendo, prout de facto sub die 28. eiusdem
mensis Septembris obtinuerunt denuò expediri
mandatum, iam decretatum; hinc. n. Podiani agno-
uerunt primum decretum fuisse per productionem,
& admissionem iurium circunductum, cum aliàs,
nec noua Instantia; nec nouum decretum fuissent
necessaria, & Iudex per hoc secundum decretum de
nouo, & iterum grauauit, quo casu a die huius se-
cundi grauaminis potuit intra decem dies proximos
appellare, & in terminis opinio *Castren.* procedit
sine difficultate, vt latè prosequitur *Lancellott. de
11 attent. cap. 12. limit. 50. num. 80.* vbi quod stante no-
ua petitione, & nouo decreto potest appellare infra
decem dies proximos, quamuis alij decem dies à
primo decreto lapsi fuissent, idemque in his terminis
firmat *Ruginell. loc. allic. d. n. 53.*

Ad euertenda huiusmodi fundamenta opponeba-
tur ab altera parte possessionem etiam Pelliciarij
fuisse attentatam, tanquam captam in spretum su-
persessoriæ, & inhibitionis ab A. C. obtentæ sub die
3. Aprilis 1630. & post illius legitimam præsenta-
tionem in actis reproductæ sub die 3. Septembris
12 eiusdem anni, ideò huiusmodi spolium licèt primum
purgari priùs debere, quam secundum, cum priùs
attentans priùs purgare debeat, *Dec. cons. 199. num. 5.
& pro limitatione regulæ superiùs traditæ notat Add.
ad Greg. d. decis. 485. sub num. 14. vers. hoc non procedit
Rot. in Romana S. Thomæ 10. Nouembris 1603. coram
bon. mem. Coccino apud Marches. par. 3. fol. 208. sub. nu. 7.
vers. non obstat.* Huiusmodi tamen difficultas fa-
cilè

cilè tolletur: Quo. n. ad inhibitionem fuit reuocata, & idem Iudex, qui eam concessit, post illius productionem decreuit expeditionem mandati, mandans illud exequi quibuscumque non obstan. *Sum. Pelliciarij nu.5.* Vndè omne impedimentum fuit sublatum; Quo verò ad supersessorias fuerunt terminatæ ad certas dies, quibus pendentibus nihil fuit innouatum vltima verò indeterminate concessa sub
die 14. Februarij 1630. non potuit reddere attentatam venditionem anteà factam sub die 5. eiusdem
13 mensis, cum illa tanquam respiciens futura, non autem præterita, non trahatur retro, sed conseruet
jura partium in eo statu, quo reperiuntur tempore quo emanat, vt ad propositum dictum fuit *in Iannen. pecuniaria, seù prætensorum atteutatorum 20. Aprilis 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano,*
14 minusuè irritare possessionem posteà captam, cum
fuerit apprehensa postquam ea fuerat per Iudicem reuocata, vt dictum est *Grat. tons. 77. num. 17. lib. 2. Lancellot. de attent. dilat. pend. par. 2. cap. 7. nu. 10. Add. ad Buratt. decis. 902. in princip. litt. A.*

Et ità resolutum vtraque, &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Mercurij 14. Februarij 1645.

ARGVMENTVM.

Ægidianæ locus est in sententia lata in remedio vtilis Saluiani, quod de iure ciuili non admittit appellationem, etiam in secunda instantia, non obstante quod reus in prima fuerit absolutus, dumodo sententia aliàs non esset nulla, vel iniusta Procurator constitutus à Patre si eo viuente lis fuerit cum Procuratore contestata, & fuerit effectus Dominus litis, per mortem Patris non expirat mandatum, sed durat etiam, quod filij essent pupilli. Nullitas quando resultet ex eo quod in secunda sententia non fuit prima reuocata, stante maximè protestatione partis, ne Iudex procederet prout in prima, sed vt in secunda, & quando sententia dicatur continere mixturam, & excedere fines simplicis possessoris, ad effectum Appellationis?

SVMMARIVM.

1 *Remedium vtilis Saluiani tāquam merè possessorium, non admittit de iure Ciuili appellationem.*
2 *Eegidiana prohibet appellare, à quolibet possessorio, & in specie à sententia in Saluiano lata.*
3 *Eegidiana locum habet in quacumque Instantia.*
4 *Eegidiana stante nō potest allegari ratio seruandæ æqualitatis, cum Eegidiana generaliter, & per viam legis generalis excludat suspensiuam appellationem, & possit opponi in qualibet instantia, non attenta ratione æqualitatis seruandæ.*
5 *Eegidiana non intrat ob nullitatem, & iniustitiam sententiæ.*
6 *Mandatum Procuratoris à Patre constituti per eius mortem expirat.*
7 *Limita nisi viuo Patre lis fuerit iam cum Procuratore contestata, & is fuerit Dominus litis effectus, etiamsi filij essent pupilli.*
8 *Sententia quæ primam sententiam non reuocat, est nulla.*
9 *Clausula quam, & quas apposita in Commissione Rotali, operatur, vt procedi possit prout in prima.*
10 *Iudex procedens prout in prima non habet necesse reuocare sententiam præcedentem.*
11 *Sententia notoriè, & euidenter iniusta reuocatione non indiget.*
12 *Iudex de necessitate debet reuocare primam sententiam stante protestatione partis, ne procedatur prout in prima, & sed vt in secunda.*
13 *Declara, dumodo hæc protestatio fiat ab initio, & postquam fuit cognitum de iniustitia primæ sententiæ.*
14 *Protestatio partis vt Iudex pronuntiet priùs super nullitate non releuat nisi ab initio facta sit antequam de meritis cognoscatur, & antequam seruati fuerint termini substantiales ad sententiam.*
15 *Sententia declarans temerè fuisse illatas perturbationes à Collitigante, & imponens perpetuum silentium dicitur continere mixturam, & videtur excessisse fines simplicis possessorij.*
16 *Sententia quæ imponit perpetuum silentium dicitur habere mixturam petitorij, & possessorij, & ratione mixturæ fit appellabilis.*
17 *Condemnatio fructuum facta in sententia remedij possessorij per Capitulum separatum non reddit totam sententiam appellabilem.*
18 *Dominium deductum incidenter in sententia ad effectum solius possessorij non parit appellationem prout neque impositio perpetui silentij, quæ non fuit facta primario, & principaliter ad canonizandum petitorium, sed incidenter ad effectum possessorij.*
19 *Immissio in possessionem pro rata debiti, & concurrenti quantitate ad effectum solius possessorij non liquidat quantitatem debiti.*
20 *Liquidatio facta in sententia pro concurrenti quantitate ad effectum possessorij non reddit illam appellabilem.*
21 *Immissio semper datur super certis corporibus pro certa, & determinata quantitate.*
22 *Immissio concessa pro rata eo ipso dicitur certa, & liquida, quando integrum pretium inter partes est liquidatum, nec admittit appellationem.*
23 *Valor totius quando est certus idem est loqui per nomina numeralia, ac per quotitatiua.*

DECISIO CLXVI.

ÆGIDIANÆ locum esse responsum fuit, quia sentētia lata fuit in remedio vtilis Saluiani, quod
1 est remedium merè possessorium, de iure ciuili non
admittens appellationem *l. vnic. Cod. si de moment. posseß. Bart. in l. 1. num. 4. de salu. interdict.* Eegidiana
2 autem prohibet appellare a quolibet possessorio,
& in specie à sententia in Saluiano lata, vt sæpiùs firmauit *Rot. in Romana Saluiani interdict. 29. Aprilis 1591. coram Gipsio, & in alia Romana Saluiani interdict. 26. Nouembris 1605. coram Manzanedo impreß. per Pacific. post eius tract. decis. 5. num. 1. & 5. decis. 228. num. 1. & 2. & coram fa. me. Greg. decis. 491. num 2.*

Idque non obstanre, quod simus in secunda In-
3 stantia, quodque Reus in prima fuerit absolutus,
quia Eegidiana locum habet in quacumque instantia, vt in punctualibus terminis extat *decis. Put. 4. per tot. tit. de Egidiana Scacc. de appellat. quæstion. 17. limit. 6. memb. 3. num. 21. Grat. discep. for. cap. 266. num. 1. & 12. Rot. dec. 201. num. 1. & 2. par. 3. diuers. & dec. 173. num. 3. part. 1. & decis. 264. num. 2. par. 6. recent. Card. Caual. decis. 69. num. 1. & 2. & in Ariminen. fideicommissi 7. Aprilis 1642. coram Reuerendissimo Domino meo Decano vers. quoniam placuit*, vbi probat stante Eegidiana non posse allegari rationem seruandæ æqualitatis, hoc est, quod sicuti licuit semel Actori appel-
4 lare, ità etiam licere debeat reo, quia cum Eegi-
diana generaliter, & per viam legis generalis excludat appellationem suspensiuam, opponi potest in qualibet instantia, non attenta hac ratione æqualitatis seruandæ.

Nec recurri potest ad nullitates, & iniustitiam,

ob

5 ob quas non intraret Eegidiana, vt notat *Conrad. in l. 1. limit. 9. num. 23. Rot. in recent. decis. 324. num. 3. part. 2.*

Iniustitia enim tollitur ex abundè deductis in quatuor decisionibus emissis coram R. P. D. Bichio; Nullitas verò ex eo, quod non fuerit citatus Tutor pupillarum, sed solum Procurator constitutus à
6 Patre, per cuius obitum expirauit mandatum procuræ *l. si quis donationis C. de action. & obligat. l. inter causas in princip. ff. mandati, l. mandatum Cod. eodem*
7 facile tollitur, quia cum viuo Patre lis fuerit cum Procuratore contestata, isque fuerit Dominus litis effectus, non expirauit mandatum per mortem Patris, sed durauit non obstante; quod filij essent pupilli *text. est in l. si quis 17. §. Si impubis ff. de instit. act. vbi Bald. in antiqua lectura in fin. Alberic. num. 3. Alex. in l. more num. 30. ff. de iurisdict. omn. Indic. Aebill. decis. 14. num. 3. de Procurat. Rot. coram bo. mem. Buratt. decis. 440. num. 2. post med. & num. 3. & in rec. decis. 172. num. 14. & 15. cum seqq. vsq; ad n. 30. par. 7.*
8 Altera verò nullitas ex eo, quod in secunda sententia non fuerit prima reuocata contra *text. in l. 1.*
9 *C. quand. prouoc. non est necess.* paritèr cessat ex clausula, *quam, & quas* apposita in commissione Rotali, cuius vigore procedi potuit, prout in prima *Card. Caual. decis. 43. num. 3. & 5. & decis. 69. num. 1. & 2.*
10 vbi autem proceditur vt in prima, non est opus reuocare sententiam præcedentem *Achill. decis. 14. n. 1. & decis. 17. in fin. de rescript. Card. Caual. dec. 31. num. 3. Rot. in Perusina fideicommissi de Alphanis, qua est decis. 264. num. 1. & 2. cum seqq. part. 6. recent. & decis. 26. num. 3. par. 7. & in supracitata Ariminen. fideicommissi coram Reuerendiss. D. meo Decano vers. Nec applicantur decisiones, & vers. sequenti.*

Eoque magis quia prima illa sententia ex tot de-
11 cisionibus Rotalibus apparet notoriè iniusta; Sententia autem notoriè, & euidenter iniusta, non indiget reuocatione, vt benè declarat, *Felin. in cap. cum contingat, num. 7. de officio delegat. & in cap. inter Monasterium, num. 25. de re iudic. Contard. ad l. vnic. C. si de moment. limit. 9. num. 49. Rot. in Rauennaten. Saluiani post Pacific. dec. 144. num. 4. & 5. & in rec. dec. 264. nu. 1. & 3. par. 6.*

Ideò non aduersantur deducta per Rotam *in Anconitana hæreditatis, qua est decis. 59. post Posth.* quia eo casu secundus Iudex non poterat procedere, prout in prima; vt declarat *eadem decisio, nu. 4.* Ideoque appellatio debebat admitti, vt distinguendo firmatur *in eadem decis. Arimin. fideicommissi, qua in specie respondit huic decisioni 59.*

Prout etiam non releuat protestatio facta ab al-
12 tera parte, ne procederetur, vt in prima, sed vt in secunda, confirmando sententiam ab A. C. latam, qua stante videtur ex necessitate reuocanda prima sententia, ex adductis *per Rotam in rec. dec. 201. nu. 3. & 4. part. 6.*

Quia cum non constet fuisse ab initio factam, in
13 quibus terminis intelligenda est dict. decisio, sed postquam cognitum fuerat de iniustitia primæ sententiæ, nihil releuat, *Fælin. in d. cap. inter Monasterium num. 23. de re indic.* sic in simili quando pars oppo-
14 fuit, vt Iudex pronunciet priùs super nullitate, protestatio huiusmodi non releuat, nisi ab initio facta sit, antequam de meritis cognoscatur, & antequam seruati fuerint termini substantiales ad sententiam, vt latissimè dictum fuit *in Romana pecuniaria 17. Martij præteriti coram R. P. D. meo Corrado.*

Ad id quod dicebatur sententiam continere mix-
15 turam, dum vnico contextu concedit immissionem pro rata pretij domunculatum, vnà cum fructibus non solutis à die motæ litis, & fortiùs dùm declarat temere fuisse illatas perturbationes ab Erminia, & Clementia de spiritibus reis conuentis, & perpetuum eis silentium imponit, ex quo videtur sententiam excessisse fines simplicis possessorij, & tetigisse petitorium, vt in his terminis tradunt *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 6. memb. 9. num. 1. cum seqq. Gratian. decis. Marchiæ 150. num. 1. Rot. coram bo. mem. Buratt. decis. 212. num. 2. & 3.* Et in specie quando sententia
16 imponit perpetuum silentium *Rot. apud sa. me. Gregor. dec. 251. num. 10.* Ideoque saltem ratione mixturæ fore appellabilem *Bald. cons. 141. num. 7. lib. 1. Rot. coram Buratt. d. dec. 212. nu. 2. & in alijs decisionibus relatis per Posth. de manut. obseru. 8. n. 76.*

Fuit responsum condemnationem fructuum fa-
17 ctam esse per Capitulum separatum, ideòque non reddere totam sententiam appellabilem *Rot. dec. 297. num. 8. post Pacific. de salu. & in rec. dec. 305. num. 12. ad med. cum seqq. par. 6.* Declarationem verò, quod molestiæ fuerant temerè illatæ, quodque ideò perpetuum silentium foret imponendum Erminiæ, & Clementiæ, non fuisse factam primariò, & princi-
18 paliter ad Canonizandum petitorium, sed incidenter ad solum effectum possessorij; ideòque non suffragari pro inducenda appellatione, vti in simili dixit *Rot. diuers. decis. 34. num. 14. 15. & 16. part. 2. & coram Card. Seraph. decis. 452. num. 4. in fin.* vbi quod dominium deductum incidenter ad effectum solius possessorij, non parit appellationem, *& dec. 616. nu. 6. & 7.*

Similique modo etiam responsum fuit ad liquidationem factam in scutis 1600, sentẽtia enim quod
19 liquidat quantitatem debiti, sed concedit tantummodo immissionem pro hac rata, & concurrenti quantitate, ad effectum solius possessorij, vt dictum
20 est, talis autem liquidatio non reddit immissionem appellabilem; aliàs enim omnes sententiæ super im-
21 missione essent appellabiles, cum semper immissio detur super certis corporibus pro certa, & determinata quantitate, vt benè ratiocinatur *Rot. coram Card. Seraph. dict. dec. 452. num. 2. vers. non obstant limitationes, & num. 3.* vltrà quod, cum ex publicis Instrumentis celebratis inter Authores partium, quæ litigant, liquidatum sit pretium totius domus in
22 scutis 4000. Rata illa dicitur certa, & liquida, nec admittit appellationem, sicuti admitteret si fuisset immissio concessa super vna quota: stante enim æstimatione totius corporis resultante ex dd. instrumentis, quantitas succedit loco quotæ, & idem est, quod immissio data fuerit per nomina numeralia, puta in scutis 1610. ac si data fuisset per nomina quotitatiua, scilicet super tertia, vel quarta parte,
23 idem enim est loqui per nomina numeralia, ac per quotitatiua, quando valor totius est certus, vt benè explicat *Paris. cons. 61. num. 9. cum seqq. libr. primo, Surd. cons. 168. num. 50. post med. Rot. decis. 130. num. 8. cum seqq. part. 5. & in Romana, seù Ciuitatis Castelli census 17. Maij 1631. coram bon. memoriæ Pirouano.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Lunæ 19. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum cõtra bona hæreditaria debitoris potest contra hæredes etiam beneficiatos exequi stantibus eorum debitis, cum hæreditate defuncti, non obstante, quod in inuentario rationem reddiderint, & ostendant se soluisse creditoribus defuncti, si id non constat, nisi per simplices quietantias,

nec iustificetur debitum defuncti, & si solutiones fuerunt factæ posterioribus, habita per hæredes notitia de anterioribus creditoribus hæreditatis, & ex quibus probetur scientia anterioris creditoris in hærede, & quando ipse soluendo primò venientibus liberetur? & quando paritèr tradendo bona stabilia creditoribus in inuentario descripta vlteriùs molestari non possit?

SVMMARIVM.

1 *Quietantia creditorum non sufficiunt ad effectum liberandum hæredes Beneficiatos, sed vlteriùs debent iustificari debita Testatoris.*

2 *Hæres beneficiatus soluendo primò venientibus, etiam posterioribus liberatur, & anterioribus seruantur tantum Iura contra posteriores non autem contra hæredem.*

3 *Hoc tamen procedit in hærede bona fide soluente, non autem in eo qui habuit certam scientiam anteriorum Creditorum.*

4 *Hæres Beneficiatus, qui soluit primo venientibus, habita certa scientia de anterioribus creditoribus non liberatur ex illa solutione, sed adhuc tenetur de proprio, tamquam in dolo, & mala fide constitutus.*

5 *Hæres beneficiatus, adhoc vt soluens primo venientibus non liberetur, sufficiunt leuiores probationes, & coniectura ad inducendum in eo scientiam anteriorum creditorum, & per consequens malam fidem.*

6 *Mala fides causata per iudicium, non cessat, licèt Reus ab illius obseruatione, tamquam nulla fuerit absolutus, dum in eodem Iudicio fuerit aliquid deductum per quod in Reo mala fides deduci poterat.*

7 *Hæres beneficiatus liberatur à vexationibus creditorum bona hæreditaria dimittendo.*

8 *Declara tamen quoties hæres fructus hæreditarios apud se non retinet, sed de ijs rationem reddit.*

9 *Hæres beneficiatus, qui fructus stabilium percepit, & in proprios vsus conuertit, non liberatur assignando stabilia hæreditaria, sed de fructibus etiam tenetur rationem reddere.*

10 *Inuentarium præseruat quidem hæredem à damno, non tamen parit illi lucrum.*

11 *Fructus hæreditatis, detectis creditoribus, augent hæreditatem.*

12 *Hæres beneficiatus tenetur reddere rationem fructuum hæreditatis tamquam illorum merus Custos, & administrator.*

13 *Creditor Defuncti in pecunia numerata potest conuenire in pecunia illius hæredes.*

14 *Obligationis conditio ex persona hæredum non immutatur.*

15 *Hæres beneficiatus dimittèdo corpora hæreditaria creditoribus Defuncti in pecunia, tunc solum liberatur, non extante pecunia, vel non suppetente.*

16 *Pecunia præsumitur extare in hæreditate defuncti, quando fructus ex mala fide hæredis augent hæreditatem.*

17 *Hæres beneficiatus extante pecunia defuncti non liberatur dimittendo bona hæreditaria, sed tenetur in pecunia creditoribus satisfacere, nec melior sit hæredis conditio, quam defuncti.*

DECISIO CLXVII.

CVm Philippus, & Catharina coniuges obtinuissent coram me, præuijs duabus decisionibus, mandatum exequutiuũ prò quarto dotali in summa scutorum 1375. eis debito contra bona hæreditaria Pompei Antici, citatis Hieronymo, Iulio, & alijs fratribus de Anticijs hæredibus, institerunt iuxta praxim, vt docerent se adiuisse hæreditatem dicti q. Pompei cum ben. l. & inuentarij, & de bonis hæreditarijs rationem redderent, qua per Anticios reddita, dubitaui, an d. mandatum esset exequen. contra illorum bona propria, & personas, & DD. affirmatiuè responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia in bilancio calculationis per R. P. D. meum Bichium, tunc in ciuilibus A. C. locumtenentem, de partium consensu deputati apparet Anticios, dempta rata soluta alijs creditoribus, remanere debitores hæreditatis Pompei in scutis 1166. monetæ, nec non in rubris 99. frumenti, quæ ad rationem scut. 6. & b. 50. prò quolibet rubro, iuxta valorem de tempore obitus, vt deponunt testes ab altera parte examinati, & dati in *Summ. Coniugum nu. 2.* ascendunt ad scuta 643. b. 50. & in salmis vini 109. paritèr valutatis in iulijs sex prò qualibet salma, inspecto eodem tempore, vt paritèr habetur ex eisdem Testibus, ascendunt ad scut. 65. b. 40. in totum constituen. summam sc. 1874. b. 90. vndè cum de ijs rationem non reddiderint, meritò DD. censuerunt contra eorum personas, & bona propria esse relaxandum exequatur prò summa in mandato contenta.

Non obstat, quod Anticij hæredes persoluerint aliam ingentem quantitatem pecuniarum, adeout potiùs remaneant creditores, quam debitores hæreditatis, tum quia, vt aduertit idem calculator, licèt ostendantur receputæ, non tamen iustificatur creditum exigentium, ad hunc enim effectum non suffi-
1 ciunt solæ quietantiæ, sed vlteriùs iustificari debent
debita Testatoris. vt post *Fusar. de substitut. q. 541. n. 2.*
firmauit Rot. in Bonon. fideic. de Glauarinis 23. Ian. 1636.
coram R. P. D. meo Ghisilerio, quæ est decis. 88. num. 20.
& 21. part. 7. rec. vbi quod non statur assertioni hæredis.

Tum quia cum Anticij hæredes certam habuerint scientiam huius crediti anterioris, prò cuius solutione fuerunt etiam iudicialiter pulsati, solutiones per eos factæ prædictis creditoribus, qui sunt posteriores, eos nou liberarunt, & licèt vera sit con-
2 clusio, quod hæres soluendo primo venientibus,
etiam posterioribus liberetur, & Anterioribus seruentur tantum iura contra posteriores, non autem contra hæredem per text. *in l. fin. §. & si præfatam C. de Iur. deliber.*, Ea tamen procedit in hærede bo-
3 na fide soluente, secus vero, prout in præsenti casu,
quando detecti fuerunt Anteriores, & hæres de illis habuit certam scientiam, tunc enim solutio facta
4 primò venientibus ei non suffragatur, sed adhùc te-
netur de proprio, tamquam in dolo, & mala fide constitutus *l. dolo ff. ad l. Falcid. Bart. Salic. Castr. & alij communitèr in d. l. fin. & si præfatam C. de Iur. delib. quos refert, & seq. Gait. de cred. cap. 4. qu. 2. nu. 1357. & 1358. Canc. var. resol. par. 13. tit. de inuent. capit. 2. num. 146. Grat. discep. for. cap. 531. num. 6. & 7. Rot. decis. 48. num. 7. & 8. par. 2. rec.*

Scientia autem controuerti non potest, quia ex d. *Summ. num. 3.* constat, quod dd. coniuges de mense Maij 1628. Iudicium instituerunt coram A. C. pro hocmet quarto dotali contra Pompeum viuentem, & eo defuncto, illud continuarunt contra Anticios hæredes, repetendo de mense Decembris eiusdem anni omnia Iura, & acta in dicto Iudicio facta, & insuper ijsdem citatis, obtinuerunt mandatum contra bona hæreditaria, ex quibus scientia, & mala
5 fides remanent sufficienter probatæ, licèt adhunc
effectum sufficerent leuiores probationes, & coniecturæ, vt benè ad propositum *Gait. dicto capit. 532. numer. 8. qui numer. 6.* subdit sufficere etiam suspicio-

cionem, quod ad sint Anteriores.

Nec satisfacit responsio, quod coniuges d. Iudicio renunciauerint, quia similis renunciatio æmanauit cum protestatione denuò agendi, ex quo illud pati poterat aliquam difficultatem per constitutionem Sixtinam, prout denuò fuit actum, Vndè saltem ex Instrumento obligationis Pompei contra ipsos in illo iudicio repetito, poterant reddi certi de debito vero, & sic mala fides in soluendo posterioribus euitari non potest, vt in simili arguit *Abb. cons. 19. num. 3. lib. 2.*

6 Mala fides enim causata per Iudicium non cessat, licet reus ab illius obseruatione, tamquam nulla, fuerit absolutus, dum in eodem iudicio fuerit aliquid deductum, per quod in Reo mala fides deduci poterat, vt notat *Felin. in cap. illud num. 6. de præscript. Et ibid. Abb. num. 14. quem refert, & sequit. Dec. in cap. ac si Clerici num. 110. de indic. Caball. cons. 89. nu. 18. lib. 3.* cum alijs cumulatis in *Messanen. seu Nullius feudi 15. Febr. 1636. coram bo. me. Merlino, quæ est dec. 94. nu. 38. par. 7. rec.*

Nec suffragatur, quod cum Antieij ostendant se descripsisse in inuentario quam plura stabilia hæreditaria, doceant illa adhuc extare; ad aliud non teneantur, cum hæres beneficiatus liberetur à Ve-
7 xationibus bona hæreditaria dimittendo, vt voluit *Bald. in d. l. fin. d. §. Et si præfatum in vlt. notab. C. de Iur. delib. Guidop. de form. inuen. nu. 20. spin. de testam. glos. 35. num. 99. Modern. Mantuan. contron. 525. num. 8. Rot. cor. Reu. Vrgell. dec. 1. num. 35. & in Imolen. Bonorum 14. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Bichio vers. maximè quia.*

8 Primò quia prædicta procedunt, quoties hæres fructus hæreditarios apud se non retinet, sed de ijs rationem reddit, in quibus terminis loquuntur Authores, & decisiones supra allegatæ; secus, quan-
9 do prout hic, hæres fructus percepit, & in proprios vsus conuertit: tunc enim non liberatur assignando stabilia, sed de fructibus etiam tenetur rationem
10 reddere, cum inuentarium præseruet quidem hæredem à damno, non tamen pariat illi lucrum *Bart. in l. cum Emptor in fin. ff. ad l. Falcid. Ciriac. contr. for. c. 24. num. 6. Rot. dec. 690. num. 3. par. 1. diuers. cor. Reuerendiss. Vrgell. dec. 245. nu. 5. & in rec. dec. 88. num. 5. part. 5.*

11 Idque optima ratione, quia detectis creditoribus, fructus augent hæreditatem per claram dispositionem text. in *l. Item veniunt §. item non solum ff. de petit. hæred. Vinc. de Franch. dec. 613. num. 19.* Et proin-
12 de tenetur hæres de illis etiam rationem reddere, tamquam illorum merus custos, & administrator *l. Certum C. de reiuindic. Surd. cons. 115. num. 4. Rot. in rec. dec. 305. num. 3. cum seqq. par. 1. & dec. 535. nu. 5. & 6. . . . par. 5. tom. 2.* cum alijs latissimè allegatis in *Fulginaten. Pecun. 7. Febr. 1639. cor. bon. me. Merlino vers. Præterà non videtur, quod etiam agnouit Rot. in d. Imolen. Bonor. cor. R. P. D. meo Bichio, & postremo in Tudertina Reddit. rationis 28. Iunij 1645. cor. R. P. D. meo Cecebono vers. neque, & obstare potest*, Vbi quod hoc indubitantèr procedit, quando hæres non solum notitiam habuit de creditoribus, sed etiam per illorum instantiā fuit in mala fide constitutus.

Secundò quia cum dd. coniuges sint creditores defuncti in pecunia numerata, illumque in pecunia
13 conuenire potuerint, ex eadem obligatione, & eodem modo illius hæredes conuenire possunt, cum
14 conditio obligationis ex persona hæredum non immutetur *l. 2. §. ex his f. de verb. obl. Ber. cons. 120. sub num. 16. lib. 1. Grat. discept. for. cap. 259. num. 10. Vinc. de Franch. dec. 83. nu. 5.* Ideoque conclusio illa, quod
15 hæres liberetur corpora hæreditaria dimittēdo, procedit solum, pecunia non extante, vel non suppetente, secus verò, quando prout hic, fructus ex ma-
16 la fide hæredis augent hæreditatem, vt dictū est, tunc enim, quia præsumuntur, extare *Surd. cons. 4. n. 43. circa med. cum alijs per Rot. in rec. dec. 304. num. 8. p. 5.*
17 Hæres etiam beneficiatus non liberatur bona hæreditaria dimittendo, sed tenetur in pecunia creditoribus satisfacere, nè melior sit hæredis, quam defuncti conditio ex adductis per *Bursatt. cons. 9. nu. 30. et 31. Modern. Mant. contr. for. contr. 24. numer. 19. cum seqq. vsque ad 26. Surd. dec. 30. num. 13. vers. secundo motus fuit Senatus, et num. 14. cum alijs per Rotam coram Reuerendiss. Vrgell. d. decis. 1. per tot. et signantèr nu. 29. et 30.*

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA SEV NEPESINA TVTELÆ.

Veneris 23. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum pro quibus partitis contra Tutorem relaxari in redditione rationis, & liber qui non est tentus legaliter, nec distinctè continet data, & accepta sed omnia in confuso absque expressione causæ, & diei, quando probet tantummodò contra scribentem, ad eius autem fauorem nullum faciat gradus probationis?

SVMMARIVM.

1 *Administrator quilibet tenetur ad restitutionem reliquatus.*

2 *Administrator promittens reddere bonum, & legale computum cum obligatione damnorum, & interesse tenetur ad restitutionem reliquatus.*

3 *Liber qui non est tentus legaliter, nec distinctè data, & accepta, sed omnia in confuso continet absq; expressione causæ, & diei probat contra scribentem, non autem ad eius fauorem.*

4 *Scripturam in qua quis se fundat tenetur ille vel totam approbare, vel totam reprobare.*

5 *Limita hoc non procedere in libro computorum, qui non est legaliter tentus, quia is probat partitas facientes contra scribentem, non autem ea que faciunt ad sui fauorem.*

6 *Scripturæ priuatæ creditur, quo ad partitas enunciatas contra scribentem.*

7 *Partita debiti vbi non est adeo connexa, vt separari non possit à partita crediti, tunc liber legaliter non tentus probat tantummodo partitas contra scribentem.*

8 *Partitæ aliquæ, quæ ad fauorem scribentis in libro non legaliter tento fuerunt repertæ erroneæ, faciunt præsumere tales cæteras alias ad sui creditum, ibi positas ad effectum, vt eis nulla fides sit adhibenda.*

9 *Computa vbi non fuerunt solidata, nesciri potest quis remaneat debitor, vel creditor.*

DECISIO CLXVIII.

Informante tantum Veronica sub die 4. Iulij 1642. fuit resolutum prò nunc esse relaxandum mandatū contra Dionisium de Sanctis Tutorem, & Administratorem prò scutis 4587. Necnon prò restitutione Animalium descriptorum in inuentario Tutelari, siuè eorum valore, ac prò rata Vaccarum, aliorumque Animalium vsque ad numerum 113. quæ constabat remansisse in hæreditate Iacobi Patris eiusdē Veronicæ, & à Dionisio fuisse in soccitam retenta, sine præiudicio residui. Repropositа causa vtraque parte informante sub die 17. Aprilis 1653. Cum multa hinc inde deducerentur, quæ tangebant peritiam Artis Agrariæ, & iudicium Peritorum, exi-

gebant, placuit DD. ordinare, quod videretur relatio peritorum, ob quorum discordiam fuit de consensu partium electus in tertium D. Augustinus Maffeus, qui retulit Dionisium remanere debitorem in valdè maiori quantitate, vt apparet ex partitis eius relationis, qua exhibita, fuit sub die 1. Iulij 1644. repropositum dubium, & resolutio dilata ad Kalendas, sed hodie iterum delata causa ad Trutinam, fuit responsum, standum esse in decisis.

Vt enim dicebatur in alia decisione, ex inuentario per Dionisium exhibito, nec non ex publicis Instrumentis, & partitis formitèr extractis à libris publicis Depositariæ Sacri Montis Pietatis Vrbis, ac demum ex receputis, & notulis eiusdem Dionisij descriptis apparet euidenter ad manus Dionisij ex bonis, administratis deuenisse scuta 19233. vel adminus scut. 18459. 50. partim ex fructibus bonorum hæreditariorum, partim verò ex pecunijs in hæreditate repertis, creditis exactis, & pretio frumenti, & similium, vt ex eodem inuentario, & receputis. Vndè cum vice versa Dionisius non probet erogasse ad commodum, & vtilitatem pupillorum, nisi summam scut. 11951. vel ad summam scut. 12893. vt ex calculo, qui etiam hodie datur, consequens est, vt relictis in suspenso alijs partitis, de quibus in d. decisione, remanet debitor liquidus dd. scut. 4587., Prò quibus omninò erit relaxandum

1 mandatum, nedum ex iuris dispositione cogente quemlibet Administratorem ad restitutionem reliquatus *l. t. §. officio ff. de tutel. & ration. distrahen.* sed etiam ex particulari promissione reddendi bonum,

2 ac legale computum, cum obligatione damnorum, & interesse, sub qua continetur etiam solutio reliquatus *l. eum seruus ff. de condict. & demonstr.* cum alijs adductis in alia decisione *vers. Nam quod, &c.*

Nec obstat, quod ex libro Tutelari per Dionisium exhibito creditum ascendat ad maiorem summam, ideoque sicuti ei creditur in partitis positis ad debitum, ita etiam stari debeat in partitis positis ad creditum, Quia solidissima est responsio data in alia

3 decisione, quod liber qui non est tentus legaliter, nec distinctè continet data, & accepta, sed omnia in confuso scripta sunt de recenti absque expressione causæ, & diei, sine qua non potest elici veritas, nec deprænhendi iustificatio partitarum, probat contra scribentem, sed non ad ipsius fauorem, vt sequendo doctrinam *Bart. in l. comperimus C. de Nauicul. lib. 10. dixit Rot. in Rom. & Tiburtina Redditionis rationis allegatis in alia dec. vers. nec releuat.*

4 Nec facit, quod vbi quis se fundat in vna scriptura teneatur, vel totam approbare, vel totam reprobare, ex adductis per *Rot. cor. Card. Mant. decis. 363. num. 2. & in rec. dec. 388. num. 1. par. 2.* Ideoque cum Veronica totum suum creditum ex hoc libro desumat, ibique fundet suam intentionem, non valeat illud acceptare in partitis ad sui creditum, & reprobare in partitis positis ad debitum.

Placuit enim responsio quod Veronica non desumit suum creditũ ex hoc libro tãtũmodo, sed ex partitis publicis Sac. Montis, & ex receputis manu Dionisij conscriptis. Et in omnem casum conclusio illa, quod fundans se in vno libro computorum debet illum in totum acceptare, non procedit quando

5 liber non est legalitèr, nec distinctè tentus: tunc enim potest approbari quoad partitas facientes contra scribentem, & reprobari quoad eas, quæ faciunt ad sui fauorem, vt probat ad litteram text. in *l. Publicas fin. ff. de posit.* vbi quod creditur scripturæ priuatæ quoad partitas enunclatas ad sui creditum, & optimè distinguendo tradit *Abb. in cap. scripta sub n. 10. vers. sed nunc vltra alios extr. de fid. Instrum.*

Deducta verò per Rotam in *d. Dec. Mantic. 363. & in rec. d. dec. 388. num. 1. part. 2.* non applicantur Procedunt enim quando partitæ sunt adeò connexæ, vt partita crediti separari non possit à partita debiti, Vbi verò partitæ non sunt dependentes, & conne-

7 xæ, tunc separari possunt, ad effectum, vt credatur in his, quæ sunt contra scribentem, non autem in his, quæ faciunt prò eo, *Abb. in cap. bona memoria il 2. numer. 29. & 30. Paris. consil. 90. numer. 23. 24. & 25. lib. 1.*

Quod eò facilius admitti debet hoc casu, ex quo multæ partitæ positæ ad creditum scribentis, sunt euidenter erroneæ, vt abundè probatum fuit in alia decis. constito autem de errore aliquarum, Cæteræ

8 aliæ ad sui creditum positæ præsumuntur erroneæ ad effectum, vt eis nulla fides sit adhibenda, vt respondit *Rot. in Arminen. Administr. Tutelæ 24. Nouembr. 1625. cor. bo. me. Merlino, & in Rom. redditionis rationis 15. Nouembr. 1636. cor. bo. me. Coccin. & in Tiburt. paritèr Administr. seu reddit. rat. 9. Nouembr. 1641. cor. Reuerendiss. Dmeo Decano.*

Dixerunt etiam DD. standum esse in decisis, quo ad restitutionem Equarum in duabus vicibus Dionisio consignatarum vsque ad numer. 23. vt constat ex eodem Inuentario dato in præterita positione. Necnon aliorum Animalium, quæ idem Dionisius in soccitam retinebat in *num. 113.* in alia decisione firmata, & probata ex duobus testibus datis in *Sum. Veronicæ sub die dec. nu. 16.*

Quibus non obstant duo obiecta hodie denuò excitata. Alterum, quod primus Testis deponat tantummodò de quantitate Animalium 50. vel 60. adeò vt, vel tanquam in numero discordes non sint attendendi, vel ad summum probata, solum remaneat quantitas ad numerum 50, vel 60. in qua tanquam in minori summa sunt concordes, Alterum, quod idem Dionisius Equas sibi consignatas vendiderit de licentia Exequutoris Testamentarij Ioannis de Santis eius fratri de mense Maij 1633. adeò ut propterea non teneatur amplius ad earum restitutionem.

Quantum enim ad primum idem Testis bene se declarat, quod hic erat numerus prò portione spectante ad hæredem ibi, *De quali 50. ò 60. possono essere de' Pesci;* Vndè coacervata cum alia portione Dionisij, & aliorum sociorum, non solum ascendit, sed excedit summam in dec. taxatam 113. & sic nulla adest contrarietas, cum præsertim hæc veritas adminiculetur ex taxa Communitatis Scrofani facta de anno 1631. prò impositione Pascuorum in Vaccis 60. prò portione heredum de Pucibus *Summ. præterita posit. nu. 27.*

Quantum verò ad secundum non iustificatur in facto, quod Dionisius Equas vendiderit Ioanni fratri de anno 1633. Imò contrarium probatur ex testibus datis in *Summ. Veronicæ præterita positionis nu. 23.* claris verbis deponentibus Equas fuisse semper retentas à Dionisio, & adhuc pænès illum existere, quod idem etiam deducitur ex attestationibus incolarum Scrofani, vno ore affirmantium prædictum Ioannem nunquam retinuisse aliquod genus Equarum, semperquè in trituratione adhibuisse alienas *eod. Summ. nu. 24.* Vndè liquidè apparet licentiam habitam ab Exequutore Testamentario, vel fuisse procuratam ad simulandum hanc venditionem, vel saltem non habuisse effectum.

Proùt etiam non subsistit prætensio Dionisij quo ad scuta 2411. quæ ponenda dicit ad sui creditum prò totidem erogatis in Alimentis præstitis in Terra

Terra

ræ Scrosani Donato, Veronicæ, & Hortentiæ sororibus, Felicitæ eorum Matri, & Catherinæ, & Antinæ ab anno 1624. vsque, & per totum 1628. ad rationem scutorum sex prò singulis quolibet mense. Quia Donatus obijt infans paulò post Iacobum Patrem, Veronica autem, Hortentia, & aliæ perceperunt alimenta ex frumento vino, alijsque fructibus recollectis ex stabilibus hæreditarijs, necnon ex Censibus pariter hæreditarijs existentibus in dicto loco Scrosani, quorum fructus propterea non ponuntur ad debitum Dionisij prò dicto tempore, prò obsonio autem satisfuit iulius vnus tantummodò prò quolibet die, vt deponunt Testes tam prò parte Veronicę quam prò parte Dionisij examinati, & comprobat receputa Macellarij scut. 28. b. 14. prò spatio integri Triennij *eod. Summar. n. 35.* Ponderando præsertim, quod Pupillæ erant infantes, & degebant in propria Domo d. loci, vbi probabilitèr non deerant comestibilia pro victu necessaria, cæterique fructus ex stabilibus percipi soliti, & tamen Veronica prò obsonio excomputauit scuta 36. quolibet anno, adeoùt nihil vlterius visum fuerit DD. superaddendum.

Demum non est habenda ratio scutorum 2559. quæ dicuntur expensa per d. Exequutorem, dùm pupillæ degebant in Monasterio, quia vltra sc. 1200. quæ in calculo bona fiunt à Veronica prò alimentis, & vestiarijs, & vltra sc. 430. soluta Catharinæ Mancinæ, aliaque scut. 416. erogata per D. Exequutorem in æmptionem trium locorum montis Iulij, & alia scut. 70. prò complemento prætij Census Empti ab illis del Drago, quæ pariter in calculo bona fiunt, & quæ in totum constituunt summam scut. 2116. nihil aliud probatur expensum. Quod autem Testator iusserit standum esse libro existenti penès Riualdos, nihil refert. Tum quia copulatiuè dixit, quod staretur libro existenti penes eodem & alteri libro existenti penes se *eod. Summ. nu. 56.* Qui liber fuit à Dionisio descriptus in Inuentario, nunquam tamen exhibitus, vndè non exhibito hoc libro, nulla probatio haberi potest. Tùm quia iuxta præceptum Testatoris prius erant solidanda computa cum dd. Riualdis, quorum Testator erat Creditor, vndè ijs non solidatis nesciri potest. An hæc expensa sit reficienda, tàm ex iusso Testatoris, quàm
9 etiam de iure, cum non solidatis computis nesciri possit, quis remaneat creditor, vel debitor *l. 1. §. Præterea ff. de contr. Tutel. & vtil. act. Aym. cons. 275. num. 13. vers. 3. principaliter Excobar. de ratioc. c. 21. num. 16. cum seqq.* Tùm etiam quia admisso, quod Dionisius remaneret creditor in alijs scut. 443. prò residuo scut. 2559. adhuc remanet debitor in dictis scut. 4589. in decisione firmatis, vt apparet ex calculo debiti, & crediti cum informationibus datis.

Hæc quoad prædictam summam in decisione firmatam, vltra quam Veronica prætendebat adsui fauorem tam partitas relictas in suspenso, quàm cæteras omnes, in quibus tertius Peritus retulit illam creditricem, verum quia prò parte Dionisij nunquam fuit concordatum summariũ licèt altera pars sæpius adhoc institerit, & ob multiplicitatem aliarum causarum non potuerunt DD. his æstiuis caloribus singulas, & tam varias partitarum quantitates, vt moris est diligentèr discutere, placuit illas ad aliam disputationem reijcere, vt materia, quæ in facto consistit, possit in altera disputatione melius enodari, & dilucidari.

Et ita vtraque, &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM, SEV ATTENTATORVM.

Luna 26 Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Statutum reuocari non potest à Canonicis pendentes lite super facultate reuocandi, licet directè, & explicitè lis non fuerit mota super huiusmodi facultate, sed tantum implicitè, & indirectè. Clausula, *quam, & quas*, & clausula *cum annexis, & connexis, & incidentibus* quid operetur in commissione, & ex quibus non admittitur in Attentante excusatio, ad effectum reuocationis Attentatorum?

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente nihil esse innouandum omnia Iura clamant.*
2 *Attentata induci non possunt lite sublata.*
3 *Inhibitio regulatur à commissione nec plus afficit quam ipsa commissio contineat.*
4 *Inhibitio non arctat nisi quoad ea quæ sunt commissa, & circa alia de quibus commissio non loquitur, attentata non committuntur licet post inhibitionem gesta fuerint.*
5 *Lis trahitur etiam ad connexa ad effectum attentatum causandi.*
6 *Clausula* quam, & quas, *non restringit commissionem ad expressa, dummodò alia in progressu causæ in Iudicium deducantur.*
7 *Clausula* cum incidens, annexis connexis, *in commissione apposita operatur, vt lis dicatur pendere super omnibus, quæ cum articulo controuerso connexionem habent; nec requiritur, quod ad speciem deducantur.*
8 *Continuans in possessione, licet regulariter nõ attentet, hoc tamen non procedit, quando ex actus continuatione, Iudicium redderetur elusorium.*
9 *Attentans stante eius perfidia in non reuocando attenta a, nec etiam excusatur, si simpliciter continuet, sed hoc non obstante attentata reuocantur.*

DECISIO CLXIX.

NON obstantibus ijs, quæ prò parte Capituli deducta fuerunt contra *decisionem cor. me emissam sub die 17. Febr. 1645.* DD. steterunt in decisis, quia cum reuocatio ista statuti de qua agitur; facta fuerit post motam litem intèr portionarios, & Capitulum super præstatione trium Regalium, excusari non possunt, cum omnia Iura clament, pendente
1 lite nihil esse innouandum *tot. tit. ff. Et C. in 6. decretal. vt lit. pend.*

Et licèt altera pars ad euitandum hoc fundamentum acritèr negaret, motam fuisse litem super huiusmodi facultate reuocandi statuta vetera, & noua condendi, inferens propterea, lite sublata, non pos-
2 se dari de attentatis iuxt. *decis. 6. Cassad. num. 2. super regul.* Quamuis fuit à Rota inhibitum, cum semper
3 inhibitio reguletur à commissione, nec plus afficiat, quam commissio contineat, vt latè probat *Lancellott. de attent. post inhib. part. 2. cap. 20. decl. 5 num. 1. cum seqq. Paris. cons. 39. sub num. 8. vers. Nam talis inhib. & num. 9. lib. 1. Rot. cor. bo. me. Buratto dec. 15. num. 2.* vbi quod inhibitio non arctat, nisi quo-
4 ad ea, quæ sunt commissa, & proindè circà alia, de quibus commissio non loquitur, attentata non committuntur, licet post inhibitionem gesta fuerunt.

Placuit tamen responsio, quod licèt reuera directè, & explicitè non fuerit mota lis super facultate reuocandi statuta in Capitulo competente, minusque ea facultas fuerit explicitè in controuersiam deducta. Quia tamen fuit mota lis super præstatione trium Regalium, qualibet die facienda Portiona-

narijs, & Beneficiatis; Hæc vero præstatio non ex alio capite fuit prætensa, quam vigore statuti à Capitulo conditi vsque, & de anno 1607. vtique negari non potest, quin implicitè saltem, & indirectè fuerit huiusmodi facultas in litem deducta, tamqnam in necessariũ antecedens, à quo ius petendi tria hæc Regalia profluebat, & originabatur: Lis
5 autem trahitur etiam ad connexa, ad effectum causandi attentata, *Lancell. de attent. appell. pend. lim. 2. num. 23. & 24.* vbi quod omnia illa, quæ tangunt articulum, super quo pendet lis, sunt attentata, *Rota in Barchinon. Iurisd. 38. Iunij 1640. cor. Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*

Quod eò fortiùs vrget in casu nostro propter clausulam *Quam, & quas*, appositam in commissione; Cum enim in processu causæ fuerit ad speciem deducta, etiam huiusmodi facultas reuocandi Capitulo competens, vt patet *ex decis. facta sub die 3. Decembr. 1640. cor. D. Card. Panz.* vbi in specie ad reuocabilitatem statuti, de qua tunc fuit oppositum, responsum fuit non potuisse reuocari, quia confirmatum erat à Sede Apostolica, quia pendebat lis, quia non aderat legitima causa, & quia in litteris secularizationis, vbi talis facultas Capitulo concedebatur, erant simul præseruata iura Portionariorum, & prius etiam in alijs pluribus *dec. emiss. cor. bo. me. Coccino*, discussum fuit hoc ipsum statutum, & resolutum non licuisse Capitulo sinè legitima causa aliquid innouare, *vt in quatuor decis. eiusd. Coccini datis in Summ. Portionariorum num. 8.* Vtiq; perindè est, ac si in commissione facta fuisset mentio huiusmodi facultatis, hæc enim est vis clausu-
6 læ *Quam, et quas*, vt non restringat commissionem ad expressa, dummodò alia in progressu causæ in Iudicium deducantur *Sarn. in reg. de infirm. resign. qu. 34. num. 4. Marches. de commiss. par. 1. pag. 200. num. 63.* & fuit resolutum in *nullius de carrectis 13. Nouemb. 1587. cor. Comitulo impres. per Marches. d. part. 1. fol. 231. numer. 1. & in Com. prætensi Spolij 2. Iunij 1614. cor. bo. me. Card. Verospio post Pacific. de Salu. interd. dec. 68. nu. 12.*

Immò cum vltra clausulam *Quam, & quas*, adsit etiam alia *cum inciden. annexis*, lis dicitur pen-
7 dere super omnibus, quæ cum actu controuerso connexionem habent, nec requiritur, quod ad speciem deducantur *Cassad. dec. 9. num. 13. de caus. poss. & propriet. Rot. in rec. dec. 342. num. 2. par. 1.* cum alijs ad propositum deductis in *d. Barchinon. iurisd. cor. Card. Panzirolo vers. Nec releuare visum est.*

Et hinc non applicantur responsiones, & limitationes traditæ à scribentibus pro Capitulo omnes enim procedunt cum supposito, quod lis non pendeat super huiusmodi facultate reuocandi, quodque ea nunquam fuerit in litem adducta, cuius tamen contrarium satis apparet ex tot causæ decisionibus, vt dictum est.

Vlterius aduertebant DD. omnem effectum litis motæ per Portionarios contra Capitulum consistere in effectuatione præstationis trium Regalium, quæ tamen prorsus impediretur per huiusmodi reuocationem, vnde non ex alio capite facta videtur, quàm ad eludendas resolutiones hactenùs in Rota factas, & impediendum hac via controuersiam præ-
8 stationem, quam alia via euitare non poterant; Vnpè intrat clara conclusio in alia decisione firmata pro limitatione regulæ, quod licèt continuans, regulariter non attentet; secus tamen est, quando ex actu continuationis iudicium redderetur elusorium ex authoritatibus allegatis in alia *decis. vers. hoc non procedit*, quam etiam hodiè DD. fuerunt amplexi.

Cæterum valdè mouit DD. durities, & proteruia Capituli, & Canonicorum, qui per annos 34. coutinuos, litigando defatigarunt Portionarios, & post obtenta mandata Rotalia, nedum illis parere recusarunt, sed totis viribus conati sunt impedire eorum exequutionem cùm iteratis recursibus ad laicos, & tandèm pro vltima cautela, de facto reuocarunt Statutum, non obstante, quod priùs Rota firmasset illud reuocari non potuisse, & pro obseruantia reuocationis huiusmodi extorserunt firmam Regiam penitùs excludentem Portionarios ab exactione distributionum in mandatis Rotalibus contentarum; stante autem perfidia in attentante non admittitur excusatio continuationis, sed ea non obstante attentata reuocantur, vt notabiliter tradit *Abb. in cap. cum M. Ferrariensis sub num. 32. extra de constit. benè Lancellot. de Attent. part. 2. cap. 4. limit. 1. n. 114.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

COMEN. EXPENSARVM.

Luna 16. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Taxatio expensarum quando sit excessiua, & quæ expensæ reficiantur parti de stylo Rotæ, & quodnam pariter sit Procuratoris, & Aduocati salarium pro causæ propositione, & quando cessio & Renuntiatio litis suffragetur ad effectum euitandi condemnationem in expensis?

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur victum Victori in expensis condemnare, & de stylo Rotæ non attenditur an quis habuerit iustam causam litigandi.*
2 *Expensæ quæ consistunt in mercedibus Notariorum, & Copistarum, in honorarijs Procuratoris, & Aduocatorum omnes reficiuntur de stylo Rotæ.*
3 *Taxatio scutorum quindecim pro expensis Procuratoris, & Aduocati in tribus causæ propositionibus scutorum scilicet quinque pro quolibet non est excessiua, & quotidiè seruatur in Rota.*
4 *Cessio & renuntiatio litis non suffragatur ad euitandam condemnationem in expensis, vel si renuntiatio fuerit conditionalis, vel si expensæ iam erant factæ & sic tamquam facta post expensas non admittitur.*
5 *Executio fieri non potest super bobus Arratoris.*
6 *Fides fidem non facit.*

DECISIO CLXX.

OBTENTA per Ludouicum Vaccanum, & Barberam Bosteriam Coniuges reintegratione ad possessionem bonorum, de quibus agitur cora A. C. cùm condemnatione in expensis, eaque per duas sententias Rotales, alteram R. P. D. mei Roias, alteram R. P. D. mei Meltij confirmata, pariter cum condemnatione in expensis, idem R. P. D. Meltius in vim sententiarum, & rei iudicatæ illas taxauit, mandatumque exequutiuum pro illis relaxauit in summa scutorum 50. quod desuper fuit exequutioni demandatum.

Post exequutionem factam appellauit altera pars ab excessiua taxatione, & commissa mihi causa dubitaui, an sit procedendum ad vlteriora in exequutione, & DD. affirmatiuè responderunt, cum validitas non possit in controuersiam deduci, & iustitia mandati sit euidens, ex quo Iudex tenetur victum
1 victori in expensis cõdemnare per *text. clar. in l. properandum §. sin autem C. de iudic. Rot. in Lunen. Sarzanen. expensarum 28. Maij 1927. coram bo. me. Coccino, & coram Reuerendiss. Vigellen. dec. 382. nu. 1. & 2.* Vbi quod de stylo Rotæ non attenditur, an quis habuerit iustam causam litigandi.

Nec

Nec iure prætendi potest taxationem esse exces-
siuam, dùm omnes sunt expensæ Iudiciales consi-
2 stentes in mercedibus Notariorum, & Copistarum,
& honorarijs Procuratoris, ac Aduocatorum, quæ
omnes de stylo Rotæ reficiuntur *Rot. cor. Reueren-*
diss. Vrgellen. d. decis. 382. nu. 1. & dec. 420. paritèr num. 1.
& latè dictum fuit in Parmen. expensarum 23. Maij
1640. & 26. Iunij 1641. coram Eminentiss. D. Card.
Panzirolo. Ex quibus deducitur taxationem scu-
3 torum quindecim pro expensis Procuratoris, & Ad-
uocati in tribus causæ propositionibus, scutor. sci-
licet quinque pro quolibet, non esse excessiuam,
vt quotidie de stylo seruatur in hoc Sacro Tribu-
nali.

Prout etiam nihil facit protestatio facta per Pro-
curatorem cùm cessione litis, & renunciatione pos-
4 sessionis facta in limine tertiæ sententiæ, tùm quia
fuit conditionalis ibi, *citra tamen præiudicium obli-*
gationis, & hypotecæ quomodolibet suo principali com-
petentis pro præsenti, vel quacumque alia causa, etiam
citra præiudicium aliorum quorumcumque iurium suo
Principali competentium. Tùm quia de tempore ces-
sionis omnes expensæ erant factæ, præter sententiæ
promulgationem, quæ tamen erat necessaria, ad-
hoc vt relaxari posset mandatum de reintegran. cui
in ipsa cessione consentit, ibi, *quibus saluis consensit in*
mandatum. Vnde tanquam facta post expensas non
suffragatur.

Demùm nihil facit, quod dicatur executionem
5 esse factam super Bobus aratorijs, quæ tamen verè
de iure fieri non potest *per text. in l. executiones C. quæ*
res pign. oblig. poss. nec minus attento statuto Modio-
lani, id enim non probatur nisi per simplicem fidem,
6 quæ tamen fidem non facit, vt centiès respondit *Rot.*
coram Cæsar. de Gras. decis. 2. de spons. & in pluribus rela-
tis per Add. ad Gregor. dec. 214. n. 2.

Et ità vtraque, &c.

TOLETANA CANONICATVS, SEV PÆNITENTIARIÆ.

Merc. 28. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ continens clausulam amplissimã ad lites reputatur generale non obstante quod post generalitatem sit adiecta clausula specialis quoad aliquod certum negotium salarium non conuenctum licèt a Procuratore peti non possit actione ex locato, & conducto potest tamen implorari officium Iudicis pro constitutione mercedis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ generale non restringitur ex clausula post generalitatem adiecta quoad aliquod negotium particulare, quæ apposita censetur gratia maioris declarationis.*

2 *Clausula*, & cum facultate comparendi &c. *non restringit facultatem generaliter tributam in mandato procuræ.*

3 *Mandata procuræ licèt sint stricti iuris, si tamen verba sunt apta ad aliquid comprehendendum, tunc debent generaliter intelligi.*

4 *Species quãdo exprimitur post genus absque dictionibus taxatiuis illud non restringit sed expressa censetur ad maiorem declarationem, & n. 5.*

6 *Species expressa post genus tunc illud restringit si fuit expressa cum dictionibus taxatiuis.*

7 *Obseruantia subsecuta declarat an mandatum procuræ sit generale necne, num. 8. & 9.*

10 *Procurator quando non est Doctor, vel approbatus in aliquo Tribunali non præsumitur constitutus generaliter etiam quoad aliquam causam grauem in dicto Tribunali pendentem, declara, num. 11. 12. & 13.*

14 *Procuratoris reuocatio fieri nequit ab eo, qui potestatem reuocandi limitatam habet quoad procuratores ab eo substitutos non quoad alios.*

15 *Reuocatio tacita primi procuratoris resultat ex constitutione alterius procuratoris.*

16 *Procurator primus per constitutionem secundi quando non censeatur reuocatus?*

17 *Text. in l. pluribus ff. de procurat. & cap. si duo eodem tit. in 6. in quibus terminis loquantur, & n. 18. & 19.*

20 *Procuratoris primi reuocatio per constitutionem secundi non est expressa, sed tacita quæ cessat concurrentibus contrarijs præsumptionibus.*

21 *Animus non reuocandi primum procuratorem ex quibus dignoscatur?*

22 *Præsumptio reuocationis primi procuratoris cessat ex contrarijs præsumptionibus.*

23 *Procuratoris secundi constitutio non inducit reuocationem primi, quando secundus fuit constitutus, vt litis prosequutioni assisteret.*

24 *Præsumptio reuocationis primi procuratoris tollitur contrarijs præsumptionibus.*

25 *Salarium debitum est Procuratori à die illius constitutionis vsque ad diem reuocationis.*

26 *Salarium non conuenctum non debetur Procuratori, & Aduocato ex reformatione* Sanct. me. Pauli V. tit. de Aduocatis, & Procuratoribus, *Declara, n. 27. 30. & 31.*

28 *Salarium etiam non conuenctum vt debeatur attenditur solitum.*

29 *Regula quod salarium non conuenctum non debetur fallit in Curia, vbi quilibet est solitus locare operas suas. Amplia, n. 30.*

32 *Salarium procuratoris est taxandum habito respectu non solum ad laborem, sed ad qualitatem constituentis.*

33 *Verba humanitatis denotantia, & curialia non obligant sed inducunt quendam modum curialem tractandi, & nu. 34. præsertim quando agitur cum persona quæ, solet laboranti suam mercedem retribuere, & n. 35.*

DECISIO CLXXI.

ITERVM responsum fuit Franciscum Viarium esse Procuratorem Capituli Toletani vsque ad diẽ intimatæ reuocationis, eique deberi salarium taxan. ad scut. 150. pro singulis annis, cum de mandato procuræ in eius personam vsque, & à die 26. Maij 1636. facto dubitari non possit tàm ex antecedenti constitutione, vt apparet ex instrumento alias dato, quam ex obseruantia subsequuta, & pluribus litteris missiuis de ordine Capituli scriptis, ex quibus manifestè deducitur Viarium hoc toto tempore se gessisse pro Procuratore, eique tanquam tali fuisse à Capitulo negotia demandata, vti latiùs habetur in alia decisione.

Nec in facto iustificatur, tàm primum mandatum factum sub die 20. Maij 1636. quàm alterum sub die 15. Martij 1639. esse restrictum ad certos actus determinatos, scilicet ad impedien. reformationem Breuis, & subrogationem gratiosam, quia immò mandata sunt generalia, & signantèr primum in quo apparet Constitutionem esse factam simpliciter, & cùm clausula amplissima ad lites, vnde licèt postea fuerit superaddita clausula, *& specialiter vt compareat ad contradicen. litteris, & breuibus Apostolicis, quæ contra Capitulum concederentur in lite cum D. Ferrerio Facien. in hac parte, & in annexis, & connexis contradictionem, appellationem, & omnia acta,*

quæ

quæ iudicialiter, & extraiudicialiter essent necessaria absque vlla temporis limitatione, cum libera administratione &c. Dum tamen huiusmodi clausula sequi-
1 tur post generalem constitutionem, non restringit generalitatem mandati; sed censetur apposita gratia maioris declarationis, ac demonstran. negotium, quod de præsenti magis vrgebat, vt ad propositum, quando clausula, *& signanter ad comparendum coram*
2 A.C. non restringat facultatem generaliter tributam in mandato, dixit *Rota diuers. dec. 8. nu. 9. & 10. par. 2.*
3 concludens, quod licèt mandata sint restricti iuris, quando tamen verba sunt apta nata ad aliquid cōprehendendum tunc debent generaliter intelligi *ibi-*
4 *dem nu. 2. & 3.* Et generale est, vt quando species exprimitur post genus sine dictionibus taxatiuis, illud
5 non restringat, sed expressa tantum censeatur ad maiorem declarationem, & exprimen. casum magis dubitabilem *iuxtà Theoric. Bart. in l. quæsitum §. fin. ff. de fund. instruct. Crauett. cons. 227. nu. 7. post med. Afflict. dec. 106. nu. 2. Rot. diuers. dec. 366. nu. 17. & 18. par. 1. & latè dictum fuit in Albanen. hereditatis 23. Iunij 1642. & 2. Martij 1643. coram me*, vbi responsum fuit contraria
6 procedere, quando species fuit expressa conditionibus taxatiuis.

Comprobat hoc obseruantia subsequuta, quia
7 Viarius vigore mandatorum, nedum ad impediendam reformationem Breuis, & subrogationem gratiosam, sed vlterius toti liti, quæ acritèr acta fuit cùm Ferrerio, assistentia præfuit, variosque gessit actus, qui non percutiunt solam reformationem, aut gratiosam subrogationem, sed vlterius totam cau-
8 sam respiciunt, fecit enim communem commissionē, expediuit citationē cum inhibitione, obtinuit literas compulsoriales, citare fecit alteram partem pro correctione Processus, & ad dicen. contra Iura, insuper citatus ad dicen. contra Commissionem, & Iura protestatus fuit in termino citationis, & in termino pariter citationis ad sententiam appellauit, obtinuit supersessoriam ab Eminentissimo Domino Cardinali Signaturæ Præfecto, curauit mihi, committi causam appellationis, eamque commissa citarè fecit Ferrerium ad dicen. contra Commissionem, & iuxtà illius formam mandari procedi, & inhiberi, qui actus proculdubio respiciunt totam causam, &
9 processum; obseruantia autem subsequuta benè declarat mandatum præcedens, vt bene ponderauit *Rot. dicta dec. 8. n. 2. par. 2. diuers. cum aliis vulg.*

Nec releuat quod Viarius non sit Doctor, nec Procurator in hoc Tribunali approbatus, minusque, & causarum sollicitator, vndè inuerisimile est, quod à Capitulo fuerit generaliter ad hanc litem grauissi-
10 mam constitutus Procurator. Omisso enim, quod idem Viarius pluribus ab hinc annis varijs Hispaniarum negotijs incumbit, quod est DD. & toti Curiæ notissimum, ex quo solo cessat omnis inuerisimilitudo, & probata remanet sufficiens idoneitas per-
11 sonæ: Placuit responsio, quod qualitas doctoratus requiritur in ijs, qui sunt Procuratores ad informandum, non autem ad conficiendum processum. Et notum est mandata Procuræ fieri in personis particularibus, quæ tamen diriguntur ab alijs Procuratoribus primarijs. Imò experientia docet primarios
12 curiæ Procuratores nullam fere in eorum personis habere procuram, sed omnes confici in personis Agentium, sollicitatorum, & aliorum, quia ab eis
13 postea normam, & directionem accipiunt; Informationes autem vt plurimum non fiunt à Procuratoribus, qui habent mandatum, vt dixit, *Rota in rec. dec. 104. n. 45. par. 6.*

Quoad prætensam reuocationem mandatorum DD. transferunt cum responsionibus datis in alia decisione, aut enim loquimur de reuocatione expressa facta à Pesquera, & hæc ex defectu potestatis
14 non suffragatur, cum ipse haberet tantummodò facultatem reuocandi Procuratores à se substitutos,
15 Aut loquimur de reuocatione tacita, & præsumpta ex constitutione alterius Procuratoris *ad text. in l. si quis Procurator §. Iulianus ff. de Procur.* Et hæc præsumptio cessat in casu nostro ex clausula in constitutione noui Procuratoris apposita: *Ita quod non sit melior conditio occupantis, et peior subsequentis, sed quod vnus inceperit possit alius ad finem perducere*; hæc enim
16 inducit contrariam præsumptionem, quod primus reuocatus non fuerit argento *tex. in l. pluribus 32. ff. de Procurat. & cap. si duo eodem tit. in 6.* qui textus
17 licèt loquantur quando in eodem mandato plures constituuntur Procuratores insolidum, quo casu videtur intrare de plano, quod ex huiusmodi clausula præoccupatio vnius non inducat reuocationem alterius, nec illius prosequutionem impediat, adhuc tamen applicari possunt huic casui, quo Viarius per priùs in alio separato mandato fuerat Procurator constitutus. Cum enim in postremo mandato nullus alius fuerit constitutus Comprocurator, clausula huiusmodi remaneret superflua, nisi intelligeretur de præoccupatione facta à Viario, licèt non in eodem, sed in diuerso mandato multo priùs facultatem accepisset; Vis enim Tex-
19 tus non stat in vnicitate mandati, sed in præsumpta voluntate Constituentis, qui dum noluit præoccupantis conditionem fore meliorem, nec impedire alterius prosequutionem, per necessarium antecedens, noluit reuocare primum, cum aliàs eo reuocato, non esset locus præoccupationi ad tradita *per Grat. discept. for. cap. 201. num. 56. cum seqq.* Ponderādo semper quod reuocatio primi Procuratoris esse
20 cita ex secunda Constitutione, non est expressa, nec certitudinalis, sed tacita, & præsumpta, quæ proptereà cessare debet ex contrarijs, & efficacioribus præsumptionibus, quæ non solum ex dicta clausula desumuntur, sed fortiùs etiam ex literis missiuis conscriptis ad eundem de ordine Capituli, & ex actibus supra recensitis ab eodem Viario gestis,
21 etiam post Constitutionē Procuratoris; animus enim non reuocandi ex actibus subsequutis dignoscitur vt notat *Socein. cons. 17. num. 12. lib. 3.* Et præsumptio
22 reuocationis cessat, quando adsunt contrariæ præsumptiones, benè *Paris. cons. 88. sub num. 3. vers. similiter Procuratorium secundum*, vbi optimè ad mandatum præsumptum ponderat, quod Constitutio secundi Procuratoris non inducit primi reuocationem quando secundus fuit constitutus, vt litis etiam
23 prosequutioni assisteret, hinc enim magis arguitur, quod voluerit secundum præbere assistentiam, primo, quam primum reuocari, *Menoch. de præsump. lib. 2. præsumpt. 36. sub num. 6. vers. Quæ quidem præ-*
24 *sumptio*, vbi quod præsumptio reuocationis contrarijs præsumptionibus diluitur cum alijs adductis *in prima decisione vers. Et eo magis.*

His positis consequens est, vt eidem debeatur sa-
25 larium pro quantitate supradicta à die Constitutionis, vsque ad diem reuocationis, vt dixit, *Rot. coram bo. me. Coccino dec. 56. sub num. 1. vers. Quantum attinet ad salarium.*

Nec obstat Reformatio, *S. mem. Pauli V. in tit. de Aduoc. & Procuratoribus §. 3.* Vbi quod Procuratores
26 & Sollicitatores quarumcumque causarum non possunt à suis Clientibus petere salarium nisi conuentum. Quia dicta reformatio prohibet petitionem salarij non conuenti actione ex locato, & conducto,

ducto, sed non prohibet implorare officium Iudicis
27 nobile prò mercedis Constitutione, vt respondendo huic obiecto dixit *Rot. in Rom. Salarij 23. Ianuar. 1626. cor. bo. me. Remboldo.*

Sed vlterius aduertebant Domini non deficere requisita Reformationis solitum enim Capituli conducendi Procuratorem, & Agentem notorium est
28 in Curia, & ab altera parte negari non potest quod pinguem mercedem ab eo recipiat; solitum autem Procuratorum, & Agentium locandi operas suas in Vrbe pluries probauit *Rot. coram Card. Seraph. decis. 1322. num. 1. coram Card. Caual. dec. 400. numer. 2. & coram bon. mem. Coccino dicta decis. 256. num. 2.*
29 vbi quod regula illa, quod Salarium non conuentum non debetur, fallit in Vrbe, vbi quilibet est solitus locare operas suas, & de stylo constituendi in Vrbe Salario testatur *Rot. in rec. dec. 238. num. 2. part. 1.*

Immò in hoc casu constat de speciali prouisione
30 ex literis ad eumdem Viarium conscriptis, & signantèr ex illa sub die 13. Nouembris 1639. ibi; *Et questi Signori la sodisfaranno, & restaranno obligati nell'occasione à V. S. Et il conto si pagherà subito*, & ex alia sub die 29. Aprilis eiusdem anni ibi, *Procurarò sia riconosciuta con molta liberalità*. Et ex alia 11. Nouembris 1636. ibi, *Faccialo V. S. con ogni prontezza, che quello si spenderà, & il trauaglio, & sollecitudine di V. S. si sodisfarà.* Huiusmodi enim verba sufficiunt, vt dicatur satisfactum reformationi, vt in his terminis dixit, *Rot. in Romana Salarij 18. Februarij 1622. coram bo. me. Priouano, & in supracitata Romana Salarij coram Remboldo*, vbi quod in reformatione non requiritur constitutio certa quantita-
31 tis, sufficit, quod saltem in genere salarium fuerit conuentum: facta enim conuentione in genere, subintrat Iudicis officium pro determinanda quantitate, vt fuit dictum *in Romana Mercedis* 10. *Martij 1599. coram Card. Lancellott. relata in decisionibus su-*
32 *pracitatis*. Hanc autem quantitatem taxarunt Domini ad supradictam summam scut. centum quinquaginta ad minus quolibet anno, attentis non solum labore, & industria Viarij, sed etiam qualitate Constituentis, quod est Capitulum insigne, & ditissimum longè maiorem quantitatem constituere solitum, prout eidem Pasquerae pro assistentia in hac causa, nedum singulis annis, sed singulis mensibus soluitur quantitas scutorum centum quinquaginta, vt deponunt Testes examinati; vndè non videtur, vt reclamare debeat à simili praestatione siuè illam praestari velit proportionabiliter quolibet mense pro mercede, & salario, siuè vnica vice quolibet anno in recognitionem, & praemium laboris ab eo praestiti.

Quae dicebantur de cessione litis facta per Viarium in Curia Eminentissimi D. Cardinalis Vicarij, Domini non habuerunt in consideratione, quia continent solum cessionem litis, non autem renunciationem salarij, vt patet ex lectura Monitorij in fin., vbi Viarius reseruauit sibi ius petendi salarium. Vndè si quid dixit vrbaniter procedendo
33 cum Capitulo, eiusdem arbitrio se remittendo, non debet sibi praeiudicare, cum verba humanitatis, & curialia non obligent *cap. cum venissent de restit. Rot. coram Card. Seraphin. decis. 1322. num. 2.* vbi in his
34 terminis videlicet, quod huiusmodi verba sapiunt potius vrbanitatem quamdam, & modum curialem tractandi cum viris Nobilibus, quàm quod inducant pollicitationem aliquam seruitij gratuiti. Et magis in terminis *Rot. in rec. decis. 238. num. 2. p. 1.*
35 Praesertim cum agatur cum Capitulo, quod liberaliter solet vnicuique pro se laboranti suam mercedem retribuere.

Et ità vtraque parte informante &c.

BONONIEN. RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Mercurij 28. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur possidenti Auctore Praetore, ritè, & rectè procedente in concursu etiam anterioris possessoris non obstante, quod possessio fuerit capta post commissam appellationē, quoties Iudicium secundo loco intentatum est à primo diuersum, & ad effectum attentatorum, quando dicatur constare de diuersitate Iudicij? non obstante quod in commissione fuerit apposita clausula, *quam, & quas* cum toto negotio principali, & quando attentata censeantur remissa?

Procurator quando dicatur nulliter constitutus, & ex quibus in eo resultet praesumptum mandatum?

Sententia an, & quando fecerit transitum in iudicatum ob non interpositionem, & prosecutionem appellationis, & constet de re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur possidenti Auctore Pratore in vim sententiae, & rei iudicata, ac post desertam appellationem.*

2 *Possessores anteriores citato eorum Procuratore constituto stante sententia ritè, & rectè prolata in iudicio reintegrationis remanent spoliati omni possessione tàm ciuili, quàm naturali.*

3 *Commissio tamquam habent in ventre inhibitionē priuat Iudicem à quo omni iurisdictione, & operatur, vt intermagent nulliter procedat.*

4 *Possessio tamquam attentata non est manutenibilis si fuit capta post deuolutam causam appellationis per commissionem.*

5 *Attentatorum praetensio cessat ex diuersitate causarum, & mutatione Iudicij.*

6 *Actionis diuersitas sufficit, vt causa dicatur diuersa, nec intrent attentata.*

7 *Clausula* quam, & quas *apposita in commissione debet intelligi de, & circa causam in'entatam, nec potest extendi ad aliud iudicium deuersum postea inchoatum.*

8 *Attentata censentur remissa, si numquam fuerunt opposita.*

9 *Mandatum praesumptum in Procuratore resultat ex aliqua impensa facta pro principali cum eius scientia, & acquiescentia.*

10 *Amplia etiamsi superueniat reuocatio.*

11 *Mandatum ex sola impensa Procuratoris absque alia probatione inducitur, etiam si fuerit modica impensa, etiam vnius Ducati.*

12 *Mandatorum multiplicatio datur in Iure, vt possint esse duo mandata in eadem persona, alterum expressum, alterum praesumptum.*

13 *Appellatio simpliciter commissa operatur attentatausq; ab initio, etiamsi sententia appellationem non admitteret.*

14 *Appellatio remansit deserta, & sententia fecit transitum in rem iudicatum, si commissio appellationis non fuit praesentata intra decendium post datos reuerentiales.*

15 *Attentata non dicitur possessio, qua fuit capta post elapsos terminos ad docendum de appellatione, & prosecutione appellationis, si de ea non fuit doctum.*

16 *Commissio appellationis simpliciter signata retrotrahitur ad diem sententiae, & possessionem captam in termino ad appellandum, vel post prae-*

 sen-

sentatam commissionem irritat.
17 *Commissio causæ, cum clausula* prout de iure *nullum affert praiudicium.*
18 *Immissio effectuata ante commissionem non debet reuocari.*

DECISIO CLXXII.

COmitissa R. P. D. meo Verospio primo loco causa appellationis per Pompeum Tertium Interpositæ de anno 1639. à decreto relaxationis mandati exequutiui fauore fratrum de Salarolis pro residuo Capitalis, & fratrum non solutorum, ac secundo loco R. P. D. meo Præsidi Vallisoletano ad instantiam DD. de Salarolis appellantium à sententia eiusdem A. C. super rescissione Contractus, & reintegratione Pompei ad possessionem stabilium de anno 1643. prolata, quibus causis per Signaturam vnitis, & de nouo commissis eidem Domino meo Verospio in statu, & in terminis, fuit coram eo dubitatum, an, & cui esset dandum mandatum de manutenendo, & die 15. Aprilis 1644. pro fratribus de Salarolis resolutum, eisdemque concessum mandatum de manutenendo. Verum interposita appellatione per Pompeum, & mihi commissa causa cum facultate manutenen. quem de iure; proposito dubio, DD. hodie resoluerunt Pompeo dandum esse mandatum de manutenendo, cum constet de eius possessione auctoritate Iudicis vigore sententiæ, &
1 rei iudicatæ, ac post desertam appellationem capta *l. iustè possidet, ff. de acquir. poss.*

Non obstat possessio anterior dd. fratrum de Salarolis, quia dum citato eorum Procuratore con-
2 stituto A. C. sententiam reintegrationis Pompeo concessit, tamquam ritè, & rectè procedens eosdem tàm Ciuili, quàm naturali possessione priuauit, *Angel, in l. qui vniuersas, §. Item cum Prætor ibique Imol. num. 1. ac cæteri scribent. ff. de acquir. poss. Abb. in c. cum aliquibus num. 10. prope fin. vers. quinimmò plus sentiunt de sent. & re iudic. Ferret. cons. 5. num. 9. in fin. vers. qua sibi non suffragatur, Rot. diuers. decis. 62. num. 4. & 5. & coram Card. Seraph. decis. 1325. per tot.*

Prout minus obstat, quod post deuolutam causam ad nostrum Tribunal per commissionem appellationis primo loco interpositæ à Pompeo, & communem effectam vigore citationis ad dicendum contra A. C. nulliter processerit, cum per dictam commissionem habentem in ventre inhibitionem,
3 fuerit à se abdicata omnis iurisdictio, ac consequenter possessio, tanquam attentata manuteneri non
4 possit, vt probare conatur *decisio D. mei Verospij vers. ca rnim.*

Quia hodie, facto melius elucidato, aduerterunt DD. iudicium rescissionis contractus, & reintegrationis secundo loco à Pompeo intentatum esse diuersum ab exequutiuo pro residuo capitalis, & fructuum, in quo emanauit commissio, & inhibitio;
5 stante autē diuersitate causarum cessat prætensio attentatorum *c. ad hæc, vbi Franch. in princ. & c. proposuit de appell. Dec. cons. 33. num. 3. vers. & ad hoc etiam facit, Lancell. de atten. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 1. & 3. cap. 12. limit. 2. num. 1. cum seqq. & cap. 20. limit. 5. num. pariter primo Gratian. discept. foren. cap. 914. n. 3. Rot. in recent. dec. 500. num. 6. & 10. coram san. memor. Greg. dec. 345. num. ibique add. litt. A. & coram bon. mem. Buratt. dec. 644. n. 5.*

Diuersitas patet, quia in prima agebatur executiuè pro solutione capitalis, & fructuum, in secunda verò fuit actum ordinariè pro rescissione contractus, & reintegratione. Diuersitas enim actionis
6 sufficit, vt causa dicatur diuersa, nec intret attentata, *Grat. dict. capit. 913. numer. 31. Lancell. de attent. dict. capit. 12. limit. 2. num. 10. & 11. Gayl. pract. obseru. 32. num. 11. lib. primo, Card. Canal. dec. 623. num. 2. Add. ad bon. mem. Buratt. d. decis. 644. num. 10.* & in fortioribus dixit *Rota coram san. mem. Greg. d. decis. 345. n. 2. & 3.*

7 Nec facit clausula, *quam, & quas vna cum toto negotio principali.* In prima commissione geminata, quia intelligi debet de, circa causam, & actionem intentatam, super qua fuit pronunciatum, & commissa causa appellationis, nec extendi potest ad aliud iudicium diuersum postea inchoatum, vt notat *Felin. in cap. licet in corrigendis numer. 7. in fin. vers. non valet Comm. de off. ord. Marches. de commis. par. 1. cap. 5. num. 67. fol. 201. Barbos. de clauf. clauf. 121. num. 26. Rot. in recent. dec. 87. num. 1. par. 4. & coram san. mem. Greg. d. dec. 345. num. 4.*

Sed cessat omnis scrupulus, quia Procurator DD. de Salarolis impetrauit ab A. C. monitorium, quod Bononiam transmisit, eiusque vigore DD. Salaroli conuenerunt Pompeum, eoque exequuto, & coram A. C. reproducto, obtinuit, dum Pompeus instabat pro remissione causæ ad partes solitam inhibitionem, & decretum, quod cognosceretur per eundem A. C. cum sui principales essent vidua, & pupilli, vt in *extract. pag. 1. à terg. & pag. 70.* ac in toto processu reintegrationis comparuit, nec vn-
8 quam dependentia litis in Rota opposuit, vndè siquidem esset attentatum, censetur eidem sufficienter renunciatum *Lancellott. de att. par. 2. cap. 12. limit. 42. num. 3. & 4.* & fuit dictum *in vna Cæsaraugustana Cathedralitatis cor. Vbaldo, quæ est dec. 102. n. 1 par. 6 rec.*

Nec satisfacit responsio, quod Procurator fuerit nulliter constitutus, dum in sua deputatione omisit consuetum iuramentum vtilia faciendi, & inutilia prætermittendi ex forma specialiter requisitum, Quia dum ipsemet iudicium ad A. C. deuoluit, & inchoauit, expediendo monitorium cum impensa, quod posteà fuit à Salarolis acceptatum, data etiam nullitate illius mandati, intraret præsumptum ex
9 scientia, & acquiescentia *per text. apertum in l. qui pariter, ff. mandat. benè Abb. cons. 7. num. 4 par. 2. Bero. cons. 118. num. 23. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 7. per tot. Rot. coram san. memor. Gregor. dec. 44. num. 2. vbi Add. litt. A.* dicit hoc esse adeò verum, vt procedat etiamsi superueniat reuocatio, vltra quod ex sola
10 impensa in expediendo dicto monitorio, & iurium productione per dictum Procuratorem facta, mandatum absque alia probatione inducitur, vt de impensa docuit *Bero. cons. 43. num. 57. vol. 3. Surd. cons. 355. num. 24.* & pluries dixit *Rota præsertim Card. Seraph. dec. 856. num. 5.* Vbi quod sufficit modica impensa, & coram *san. mem. Greg. dec. 324. vbi add.*
11 *num. 6.* dicit sufficere impensam vnius ducati, & de productione iurium, *Bart. in l. vulgo in fin. ff. de administr. tutor. Aym. cons. 80. num. 5.* & sæpissimè resoluit, *Rota coram san. mem. Greg. dec. 44. num. 4. dec. 86. num. 2. & decis. 176. num. 8.* Nec est nouum in
12 iure, quod detur multiplicatio mandatorum, vt possint simul in eadem persona duo mandata concurrere, alterum expressum, alterum præsumptum, vt alijs relatis fuit resolutum *in Ciuitaten. Archipræsbyteratus 24. Martij 1645. coram me.*

Quod verò dicitur possessionem Pompei esse attentatam ex secunda commissione appellationis
13 simpliciter interpositæ pro parte d. de Salarolis, quæ operatur attentata vsque ab initio, etiamsi sententia appellationem non admitteret, & notat. *per glos. in l. appellatione vtriq. deliberationis, C. de appell.*

cum

cum alijs in d. decis. alleg. vers. sicut etiam, nullam habent subsistentiam, quia cum hodie doctum fuerit
14 post datos reuerentiales non fuisse intra decendium præsentatam commissionem, appellatio remansit deserta, & sententia transitum fecit in iudicatum *c. cum sit Romana de appellat. Vestr. in praxi lib. 7. cap. vlt. num. 6. Scace. de appell. quæst. 13. nu. 6. & seq. Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. num. 66. Castador dec. 1. de appell. Rot. diuers. decis. 276. num. 1. par. 1.* cum alijs relatis à *bon. mem. Buratt. dec. 264. num. 1. ibique Add. litt. A.*

Idque multo magis, quia post lapsum d. dicendij fuerunt seruati quatuor termini ad docendum de appellatione, illiusque legitima prosequutione, qui-
15 bus elapsis, & de appellatione, vel prosequutione, non docto, potuit citra vitium attentatorum ad possessionem deueniri, *Federic. de sen. cons. 27. nu. 2. Vestr. in praxi lib. 8. cap. vlt. num. 8. & 9. Mandos. de form. comm. 23. vers. seruat. quatuor Scacc. de appell. quæst. 11. nu. 200. vers. Aut enim agitur, & dixit Rot. coram Cardin. Seraph. dec. 1335. num. 1. et 2. post Modern. de manut. dec. 22. num. 1.*

Non obstante quod superueniens commissio appellationis simpliciter retrotrahatur ad diem sententiæ, & possessionem irritet, quia procederet si possessio fuisset capta in termino ad appellandũ, vel post præsentatam commissionem; secus autem,
16 quando prout hic post seruatos dictos quatuor terminos nihil fuit ab altera parte deductum, nec commissio præsentata *d. cap. cum sit Romana de appell. ibique Franch. in vltim. notab. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 1. num. 33.* Commissio enim
17 causæ cum habeat clausulam, *prout de iure* nullum affert præiudicium argumento *text. in l. fin. C. de sent. reseru. non poss. cap. exposita de arbitr. cum alijs ad propositum per Rotam coram san. mem. Greg. decis. 492. num. 4. & per R.P.D. Argel. de legit. contrad. quæst. 2. art. 3. num. 143.* vbi quod immissio effectuata ante commissionem non debet reuocari, & idem colligitur ex secundo rescripto Signaturæ, in quo causam vniuit R.P.D. Verospio, in statu, & terminis, & sic, cum iam consumpta esset executio rei iudicatæ, hæc censetur per dictam clausulam præseruata.

Vltimo nec releuat quod Pompeus facto proprio cesiderit à possessione stante cessione bonorum cum clausula *constituti*, quia ille manutentionem non petit ex antiqua possessione, sed ex noua capta vigore mandati de reintegrando, & rei iudicatæ, vndè tanquam possidens auctore prætore, ritè, & rectè procedente, est manutenendus ex supra deductis.

Et ita resolutum vtraque &c.

CIVITATEN. ARCHIPRÆSBYTERATVS.

Lunæ 3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione Archipresbyteratus conceditur in concursu Prouiso Apostolico contra anteriorem possessorem, cuius possessio remanet infecta decreto irritanti, nec est manutenibilis, & in quibus dignitatibus decretum irritans vindicet sibi locum?

Episcopus licet possit vnire beneficia reseruata, reseruatio tamen suspendit illius effectum pro toto tempore quo durat prouisio Apostolica, & quæ beneficia reseruata possit Episcopus vnire, & quarum dignitatum possessio sit capitulariter capienda, & quid attendatur ad hunc effectum?

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyteratus, quando est prima dignitas post Pontificalem cadit sub reseruatione regulæ quartæ quæ habet decretum irritans, & inficit omnem titulum, & possessionem.*

2 *Amplia etiamsi Decretum irritans non emanauerit super certo corpore beneficij, sed per viam legis generalis, dum reseruatio beneficij, est euidens, & certa.*

3 *Possessio, cui resistit decretum irritans licet anterior tamquam infecta, habetur pro vacua, & posterior in concursu est manutenibilis.*

4 *Episcopus etiam beneficia reseruata potest vnire.*

5 *Declara tamen, quod licet reseruatio non impediat vnionem beneficij, adhuc, tamen suspendit illius effectum pro toto tempore, quo durat prouisio Apostolica.*

6 *Limita vt non possint vniri beneficia ab Episcopo stante reseruatione perpetua.*

7 *Beneficia vniri non possunt, quæ sunt reseruata reseruatione perpetua.*

8 *Dignitates non sunt de Capitulo, nisi in illarum erectione exprimatur concessio stalli in Choro, & vocis in Capitulo.*

9 *Possessio dignitatis sufficit si fuit adepta manu executoris in litteris Apostolicis deputati licet non fuerit capitulariter capta, quando dignitas non est de Capitulo.*

10 *Capituli appellatione veniunt solum Canonici.*

11 *Exceptio vnionis vnius beneficij non potest impedire manutentionem Prouiso Apostolico de altero beneficio diuerso.*

DECISIO CLXXIII.

CVm vacante per obitum Michaelis Angeli Promptæ Archipresbyteratu Ciuitaten. fuisset à Sede Apostolica de eo prouisus Antonius Vsari, & Instrumentalem possessionem eiusdem accepisset vigore mandati de immittendo obtenti ab Exequutore Apostolico, ad impediendum dictæ possessionis effectum Reuerendissimus Dominus Episcopus Ciuitaten. & Ampurien. prætendens Archipresbyteratum huiusmodi fuisse auctoritate Apostolica vnitũ suæ mensæ, tàm suo proprio nomine, quam etiam Capituli Ampurien. impetrauit commissionem super iactationibus, & manutentione mihi directam, qua in actis presentata, fuit citatus ad dicendum contra prædictus Antonius, qui ad docendum de suo bono iure produxit suam prouisionem, & Instrumentum adeptæ possessionis. Quapropter ad eius instantiam dubitaui, an ipsi esset dandum mandatum de manutenendo, quod affirmatiuè fuit re- 2
solutum die 24. Martij præsentis anni, non obstan. quod Episcopus informare noluerit, sub prætextu defectus mandati procuræ.

In hoc statu Capitulum, & Canonici Ampurienses obtinuerunt aliam commissionem pariter mihi directam super iactationibus, & manutentione, & super nullitate dictæ prouisionis Antonij, sub eodem pretextu, quod idem Archipresbyteratus fuisset ab Episcopo vnitus Capitulo, & institerunt pro admissione Iurium, & articulorum, quæ cum pro parte Antonij protestaretur non esse admittenda, ex quo Canonici non erant legitimi contradictores, consulta à me Rota in relationibus memorialium, DD. ne propositio causæ longius protraheretur, voluerunt, vt reproponerem dubium iam resolutum, quodque tam Episcopus, quam Canonici, & Capitulum audirentur, quo hodiè proposito informantibus tantum Canonicis, licet noua audientia principaliter esset concessa ad instantiam D. Episcopi,

 qui

qui peius erat in causa; DD. steterunt in decisis ex
eo præcipuè fundamento, quod cum hic Archipres-
byteratus sit prima dignitas post Pontificalem, vt
apertè deducitur ex litteris prouisionis Pauli V. in
personam dicti Michaelis Angeli Promptæ, & San-
ctissimi D. N. Innocentij X. in personam Antonij,
in quibus maior dignitas post Pontificalem enun-
1 ciatur, ibi, *Archipræsbyteratum prædictum, qui
inibi dignitas post Pontificalem maior existit Summar.
Antonij primæ positionis numer. 2. & 3.* cadit sub re-
seruatione Regulæ tertiæ, hodie quartæ, vt aduer-
tit *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 268. & 270.* quæ
cum habeat decretum irritans inficit omnem titu-
2 lum, & possessionem, quantumuis decretum non
fuerit appositum super certo corpore benefitij, sed
per viam legis generalis emanauerit, dum prout hic
reseruatio est clara, & euidens: vt optimè explican-
do dixit *Rot. coram bon. mem. Coccino dec. 51. num. 3.
& decis. 38. nu. 3. 4. & 5. par. 5. recent. & in Leodien.
Beneficij 22. Maij 163. coram R. P. D. meo Bichio.*
Adeout propterea licet possessio Capituli esset an-
3 terior, quod hucusque probatum non fuit, cum ta-
men ei resistat decretum irritans, tanquam infecta,
& nullius momenti, habetur pro vacua, & per con-
sequens possessio Antonij, licet Instrumentalis, &
posterior esset manutenibilis, vt benè aduertit *Rot. d.
dec. 51. num. 4. coram bon. mem. Coccino, & in d. Lea-
dien. beneficij*, & nouissimè dictum fuit *in Mediolanen.
Cimiliarcatus 15. Maij præteriti coram R. P. D. meo
Peutingero, vers. non igitur obstat.*
4 Nec obstat primò, quod etiam beneficia reserua-
ta Episcopus vnire possit. Quia præter quod, etiam
in casibus in quibus reseruatio non impedit vnio-
5 nem, adhuc tamen suspendit illius effectum pro to-
to tempore, quo durat prouisio Apostolica, vt dixit
*Rot. decis. 4. num. 1. & 2. decis. 6. de reb. Eccles. non
alien. in antiq.* Vbi quod vnio habebit tantum effe-
6 ctum cessante reseruatione, conclusio non procedit
in reseruatione perpetua qualis est illa Regulę quar-
7 tæ reseruantis dignitates maiores post Pontificalem,
stante enim reseruatione perpetua, beneficia vniri
non possunt, vt benè explicat *Garz. de benef. part.
ult. cap. 2. de vnion. num. 92. & 93.*
Minus obstat secundo, quod possessio huius Ar-
chipręsbyteratus non fuerit ab Antonio capitula-
riter capta, quia cum de iure communi dignitates
8 non sint de Capitulo, nisi in illarum erectione ex-
primatur concessio stalli in choro, & vocis in Ca-
pitulo *Rot. coram Card. Seraph. dec. 98. num. 1. & in
Gerunden. Cappellaniæ 27. Ianuarij 1645. coram R.
9 P. D. meo Bichio*, sufficit possessio adepta manu exe-
quutoris in litteris Apostolicis deputati, etiamsi ca-
pitulariter capta non fuerit, vt alijs relatis fuit di-
ctum *in Treueren. Archididconatus 13. Iunij 1644. co-
ram me, & in Gerunden. Cappellaniæ sup. cit.* Con-
trariæ verò decisiones relatæ postremò *in Valuen.
Canonicatus 30. Maij 1644. coram Eminentissimo D.
Cardinali Cecchino*, loquuntur de possessione Cano-
nicatuum capta per Canonicos, qui soli Capitulum
constituunt *Gemin. in cap. mandatum de præben. in 6.
Abb. in cap. scriptum num. 4. de elect. Card. Canal. de
57. num. 2. & 3.*
Prout etiam non releuat, quod in litteris præ-
tensæ vnionis hic Archipręsbyteratus appelletur
simplex beneficium, & non dignitas, quia præter
quod subditur, quod antiquitus vocari solebat Ar-
chipręsbyteratus, ibi, *Che anticamente solena dirsi
Arcipretato di Terra nona*. Placuit DD. responsio,
quod aut est vnum, & idem, & cum sit prima di-
gnitas intrat clara reseruatio Regulæ quartæ, vt
supra dictum est, aut non est idem; vt prætendit
Capitulum, & sic exceptio vnionis vnius beneficij
non potest impedire manutentionem Prouiso Apo-
stolico de altero beneficio diuerso.

Cætera pro parte Capituli adducta non indigent
responsione.

Et ita informantibus etiam Canonicis fuit reso-
lutum.

BONONIEN. LEGATI.

3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Plura in hac decisione habentur in materia dotis, &
quando eius conditio possit per pactum fieri aliquo
modo deterior?

SVMMARIVM.

1 *Processus fieri potest, & sententia ferri per contra-
dictas, quando Reus personaliter citatus in ter-
mino non comparuit.*

2 *Curator deputatus minori ad certam causam in
vno loco tenetur comparere coram alio Iudice in
alio loco, quando eadem est causa.
Secus vero si causa esset diuersa.*

3 *Appellatio dicitur de appendicibus, & processu
primæ instantiæ.*

3 *Dictio* idem *repetit omnes qualitates præceden-
tium in subsequentes, & eamdem dispositionem
ponit in omnibus.*

6 *Dictio* videlicet *stat declaratiuè, & dispositiuè.*

6 *Legatum factum sub conditione* si sine filijs *expirat
per superexistentiam eorum.*

7 *Interpretatio est sumenda, per quam verba con-
cilientur, ita ut contrarietas dispositionis eui-
tetur.*

8 *Dictio* vlterius *præcedentia includit, & nouam
dispositionem inducit.*

9 *Interpretatio fieri debet secundum verisimilitu-
dinem litterarum, & secundum sensum, qui repu-
gnantiam, & contrarietatem non continent.*

10 *Parentes vt plurimum maiorem dotem constituunt
filiabus, si careant masculis, quam si illos post se
relinquant.*

11 *Obseruantia subsequuta declarat mentem Testa-
toris à principio dubiam.*

12 *Pactum proprium impedit effectum cuiuscunque
obligationis.*

13 *Pacta, & dilationes facientes dotis conditionem
deteriorem sunt inualida, quando consistunt ne-
dum circa fructus, sed etiam circa sortem.*

14 *Secus verò quando circa fructus tantum.*

15 *Dictio, & posita inter diuersas personas resoluitur
in disiunctiuam, ac diuidit, ac distribuit effectum
dispositionis inter omnes æqualiter, nec requirit
concursum omnium Copulatorum.*

DECISIO CLXXIV.

LVDOVICVS pe Muzzolis condito Testamento,
& sibi scriptis hæredibus Luca, & Gandulfo fi-
lijs in quodam Codicillo postmodum confecto per
hæc verba disposuit *Iussit, & ordinauit, quod si con-
tingat ipsum Codicillantem habere filias fœminas cum
masculis, tunc eas dotari, & habere si nupserint in sæ-
culo scutis 3. mil. pro qualibet earum computatis ta-
men apparatibus, & idem disposuit, quoad neptes ex
filijs*: Quam dispositionem fuit prosequutus, præ-
uia hac formali abbreuiatura, *vl. 3.* quod si deces-
serint ipsius Codicillantis filij sinè masculis super sti-
tibus filiabus fœminis, voluit dictus Codicillans,
quod ipsæ fœminæ habeant, & consequantur sc. 4.
mil. & apparatus pro qualibet earum.

Lucas vnus ex cohæredibus suscepit filiam voca-

tam

tam Eleonoram; quam nuptui tradidit Alexandro
Barberio cum dote libr. 4800. illique ad Computum
dictæ Dotis in actu matrimonij de proprio soluit li-
bras 800. pro reliquis verò libr. 40. mil. delegauit
sponso certum creditum similis summæ, quod ipse
Lucas habebat cùm hæredibus q. Vincentij Banzi,
cum hac tamen declaratione videlicet. Si dichiara,
le ragioni, che hà d. Signora Eleonora di poter commman-
dare la dote ò qualsiuoglia altra cosa, o pretensioni nelli
beni dell'Auo paterno, & qualsiuoglia altra persona sia
no, e s'intendino salue, e riseruate à detta Signora E-
leonora intatte, & illese &c. con patto espresse, che
d. Signora Eleonora nè meno esso Sig. Alessandro possino
in modo alcuno durante la vita naturale di esso Sig. Lu-
ca, e Gandolfo fratelli de Muzzoli essercitar le suddette
ragioni Sum. Eleonora num. 2.
Vita functo Luca Patre, & post se relicto Io: Pau-
lo filio maiori annorum 20. & Gandulfo fratre,
egerunt sub indè in Curia Bonon. Alexander, & E-
leonora coniuges pro libris 7200. residuum legati
Auiti scut. 3. mil. & cum Auditor generalis illius cu-
riæ sententiam tulisset absolutoriam fauore illorum
de Muzzolis, appellarunt coniuges, & obtenta ab
A. C. sola citatione cum inhibitione, & apprehensis
personalitèr Gandulfo, & Alexandro de Andreis
Curatore Ioannis Pauli d. Summ. num. 3. nemine
comparente per contradictas reportarunt ab eodē
A. C. sententiam reuocatoriam illius de partibus, &
declarantem legatum prædictum deberi, & Codi-
cillos esse exequendos vna cum relaxatione manda-
ti, eoquod post seruatos quatuor terminos ad ducē-
dum de appellatione à die habitæ notitiæ pro par-
te Gandulfi, & Ioannis Pauli, Signatura mihi re-
scripsit, vt procederem ad vlteriorem legitimam
exequutionem, proposito hodie dubio DD. respon-
derunt pro nunc esse procedendum quoad medieta-
tem supradictæ summæ contra bona Lucæ De-
functi.
1 Non enim obstat prima nullitas, quod proces-
sum fuerit per contradictas, quia cum ab initio tam
Gandulfus, quàm Curator Io: Pauli fuerint perso-
naliter apprehensi Summar. Eleonoræ nu. 3. & isti in
termino non comparuerint, potuit fieri processus,
& ferri sententia per contradictas Vant. de nullit. ex
defect. citat. n. 110. Ægid. dec. 310. Cassad. dec. 6. in princ.
vt lit. pend. Rot. cor. sa. me. Greg. dec. 430. num. 1. ibique
Add. num. 5. Rot. in rec. dec. 104. nu. 4. par. 4.
Prout etiam non obstat altera nullitas ex eo quod
sententia lata fuerit contra Ioannem Paulum mi-
norem indefensum, non dato ei nouo Curatore in
Vrbe, prout opus erat, ex quo Curator deputatus
2 Bononiæ, particularitèr ad hanc causam non tene-
batur comparere Romæ coram alio Iudice, ex ad-
ductis per Menoch. cons. 790. num. 5. & Grat. discept.
forens. cap. 225. num. 68. quia obiectum procederet si
causa esset diuersa, in quibus terminis loquuntur,
Menoch. & Grat. vbi supra, secus vbi prout hic, ea-
dem est causa, & instantia; tunc enim non est dan-
3 dus alius Curator, sed contumacia illius Curatoris
nocet minori Rot. cor. Put. dec. 397. per tot. libr. 2. &
in rec. dec. 674. num. 6. par. 1. Hic autem sumus in ea-
dem causa, quia agitur in gradu appellationis, quæ
est de appendicijs, & processu primę instantię Castr.
in l. ab exequutore §. si procurator num. 2. ff. de appell.
& in l. emissus num. 4. C. de proc. Angel. de Aret. in l. fin.
§. si Procurator num. 4. ff. an per alium caus. app. eg. pog.
Scacc. de appell. qu. 5. num. 12. vers. ratio est, vt qu. 18.
num. 2. vers. 1. quia Rot. diuers. dec. 330. num. 1. par. 2. &
cor. Achill. de Grass. dec. 4. num. 1. de appell.
Iustitia vero resultat attentis verbis Codicillorum
in illis enim Testator prouiden. in primis filiabus,
legauit cuicumque earum prò dote scut. 3. mil. com-
putatis apparatibus, casu quo nuberent in sæculo,
& deinde descendendo ad Nepotes ab eius filijs su-
scipiendas, declarauit idem quoad eas velle serua-
ri in illis verbis ibi, & idem disposuit, quoad Nepotes
ex filijs dictio enim Idem, repetit omnes qualitates
4 præcedentium in subsequentes, & eamdem dispos-
tionem ponit in omnibus gloss. in l. cum hi §. si vni in
verb. obligatus, vers. quia hæc dictio ff. de transact. Bald.
cons. 94. num. 2. lib. 3. trat. cons. 21. nu. 26. lib. 1. Cephal.
cons. 256. num. 41. & seq.
Nec apta est interpretatio, cùm qua informantes
pro Muzzolis conantur interuertere prædictam dis-
positionem Testatoris, dicentes legatum factum ne-
ptibus debere declarari, & restringi ad limites se-
quentis dispositionis, in qua Testator legauit, filia-
bus scut. 4. mil & apparatus condecentes, si mascu-
li decederent sine filijs, & hanc interpretationem
fundat in illa abbreuiatura; vl. 3., posita post verba
Idem deposuit, quoad Neptes, & cum qua disposi-
5 tionem fuit prosequutus, quam abbreuiaturam vl. 3.
explanabant prò videlicet, quæ dictio stat declara-
6 tiuè, & dispositiuè l. videlicet ff. ex quibus caus. maior.
l. videlicet ff. de pact. & l. si in vendit. ff. comm. præd.
Ideoque cum non simus in casu conditionis, si sine
filijs, quia superest Ioannes Paulus Masculus, le-
gatum expirasse dicitur iuxt. vulg. cons. Oldradi. 21.
Verum DD. perpensa serie verborum, & toto
contextu Codicillorum, censuerunt dictam abbre-
uiaturam, vl. 3. nullo modo salua ratione recti Ser-
monis exponi posse prò videlicet: si enim ita expo-
neretur verba inter se pugnarēt, & maxima induce-
retur contrarietas in tota dispositione, quæ est e-
7 uitanda, capiendo interpretationem per quam ver-
ba concilientur l. vel ad ea ff. de condit. & demonstr.
DD. in cap. cum dilectos §. Cæterum de fid. Instrum.
Paris. cons. 3. num. 25. lib. 3 Aret. cons. 9. num. 1. Menoch.
cons. 602. num. 2. Buratt. cons. 228. num. 29. Rot. dec. 293.
num. 15. par. 6. rec. Ideoque secundum germanum in-
tellectum verborum abbreuiatura, vl. 3. stare debet
8 prò dictione vlterius quæ dictio præcedentia inclu-
dit, & nouam dispositionem inducit. Et hunc in-
tellectum DD. eò libentius amplexi fuerunt, quia
Testator duos casus considerauit, alterum, quod
masculis extantibus, fœminæ consequuntur sola
scut. 3. mil. Alterum, quod illis deficientibus, scut.
4. mil. consequi debeant, propterea orationem in-
cohauit cum distinctione; Vlterius, vt ostenderet
se nouam, & diuersam dispositionem facere in di-
9 uerso casu, quam interpretationem esse capiendam
ostendunt verisimilitudo litterarum, & sensus, qui
nullam contrarietatem, vel repugnantiam conti-
net Aret. dicto cons. 9. num. 1. Aym. cons. 301. nu. 4. Rot.
in rec. dec. 713. ante fin. par. 3. dec. 320. num. 11. part. 5.
dec. 9. num. 11. & dec. 250. num. 15. part. 6. & dec. 222.
10 n. 27. par. 7. Et insuper huic intellectui clara assistit
ratio, cum parentes, vt plurimum maiorem do-
tem constituant filiabus, si careant masculis, quam
si illos post se relinquant, vt considerauit Rota in
Rom. Casalis Augut. 4. Febr. 1642. cor. R. P. D. Royas.
Et hoc comprobatur ex subsequuta obseruantia,
eò quia Lucas primò vocatus, desponsando Eleono-
ram eius filiam, & Testatoris Neptem, illi intacta
reseruauit Iura competentia ex legato dotis per
Auum sibi relicto, quod si caducatum esset, vtique
illius Iura intacta legatariæ non reseruasset, ex sub-
11 sequuta enim obseruantia declarata remansit volū-
tas Testatoris licèt dubia à principio fuisset, vt post
Castr. decis. & alios probat. Gratian. discept. Forens.
cap.

capit. 666.n.28. versic. Quibus accedunt, & seq.

Vltimò opponebatur resistentia pacti in contractu matrimonij stipulati de non petendo legatum, vita naturali durante Lucæ, & Gandulphi, ibi, *Con patto espresso ch'essa signora Leonora, ne meno esso Signor Alessandro possino in modo alcuno durante la vita naturale di esso Signor Luca e Gandolfo Fratelli de Muzzoli essercitare le dette ragioni in modo alcuno*.
12 Ideoque durante vita Gandulphi obstet coniugibus proprium pactum, quod impedit effectum cuiuscũque obligationis, *Feder. de senten. cons. 183. circa fin. Aldouin. cons. 70. num. 102. Rot. post Zaech. de oblig. Cam. dec. 23. n. 1.*

Sed altera pars respondebat huiusmodi pactum
13 non suffragari, cum pacta, & dilationes facientes deteriorem conditionem dotis sint inualidæ, & non attendantur per *text. in l. 2. & l. de die ac tot tit. ff. de pact. dotal. font. eodem tit. claus. 4. gloss. 9. numer. 181. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 15. num. 101. Boer. dec. 352. in princip. & per tot. cum alijs cumulatis per Rot. in Iteramnen. dotis 20. Maij 1622. coram Nauarro*, & licet responderi possit prædicta procedere, si pacta aduersarentur non solum respectu fructuum, sed etiam respectu sortis in quibus terminis loquitur, *decisio in d. Iteramnen. dotis coram Nauarro cùm om-*
14 *nibus supradictis*. Secùs verò si consistunt duntaxat in mera dilatione soluendi fructus, vt egregiè distinguit *Anton. Fab. in suo C. lib. 5. tit. 9. de pact. conuent. diff. 2. post med. vers. Plenè*. Attamen placuit DD. huius articuli decisionem pro nunc suspendere, existimantes esse factum locum petitioni possessionis Lucæ prædefuncti, quia admisso etiam, quod hæc pacta, constante Matrimonio essent seruanda, tamen cum sint tantum dilatiua, ibi, *durante la vita &c.* Luca vita functo aperta fuit via Eleonoræ, & Martino agendi, & petendi eius possessionem, non expectata morte vtriusque; dictio: enim; *Et*
15 posita inter diuersas personas resoluitur in disiunctiuam, & diuidit, ac distribuit effectum dispositionis inter omnes æqualiter pro rata, nec requirit concursum omnium copulatorum *l. cum reus §. cùm tabulis, & ibi, Ronchegall. num. 59. ff. de duob. reis. Corn. cons. 281. nu. 1. lib. 3. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 11. n. 19. vers. confirmatur ratione Barbos. dedict. dict. 510. nu. 18.*

Etità vtraque &c.

TERVLEN. BENEFICII.

Lunæ 3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Impetratio absolutionis à censuris ex quibus dicatur subreptitia, & quando impetrans absolui non possit à censura, quam non expressit licet petierit in genere absolutionem à censuris stante Clausula, *Partito Breui* in commissione apposita? Oblatio fructuum non sufficit, sed illi veniunt integraliter restituendi absque alia assignatione termini ad illos liquidandos, si à Iudice prius taxati fuerunt, non obstante appellatione interposita ab excessiua illorum taxatione.

SVMMARIVM.

1 *Breue absolutorium à censuris, in quo siletur sententia, & res iudicata, quam si Papa sciuisset illud moderasset cum clausula parito Iudicato, est subreptitium.*
2 *Absolutio impetrata à censuris ab eo qui est innodatus duplici excommunicatione remanet subreptitia quoad illam excommunicationem, quam non expressit.*
3 *Absolutio obtenta cũ clausula generali ab omnibus censuris ad effectum tantummodo consequendi Breue ei non suffragatur, qui in excommunicatione grauatus, & reagrauatus insorduit.*
4 *Maximè si excommunicatus non paruerit rei Iudicatæ.*
5 *Clausula in prima commissione apposita semper intelligitur repetita in omnibus alijs subsequentibus.*
6 *Clausula*, Patito Breui *ita tribuit iurisdictionem conditionalem, vt neque procedi possit à Iudice, nec audiri, nisi prius verificato, quod fuerit paritum.*
7 *Clausula* Parito Breui, *quando vltra dimissionem possessionis continet etiam dimissionem fructuum non potest dici fuisse sufficienter paritum per solam dimissionem possessionis.*
8 *Oblatio fructuum stante clausula*, Patito Breui, *non admittitur nec depositum vnius Iulij, cum obligatione soluendi residuum, sed cum effectu debent integrè restitui.*
9 *Amplia, vt ad ipsum effectum, neque admittatur assignatio termini ad illos liquidandos, dum pro illis fuit relaxatum mandatum.*
10 *Absolutio à censuris solet cõcedi pendente appellatione ab excessiua liquidatione fructuum offerenti separatim illos soluere facta liquidatione.*
11 *Limita stante clausula*, Parito Breui, *& parte opponente.*

DECISIO CLXXV.

POTSQVAM Gregorius Escobedo prouisus Apostolicus beneficio de quo agitur reportauit ab A. C. de anno 1734. sententiam immissionis, & declaratoriam incursus censurarum Con. Michaelem Ioannem Lizanderam intrusum ob non paritionem litterarum Apostolicarum in forma Breuis expeditarum, & Signatura per dictum Michaelem adita pro committenda causa appellationis rescripsit in *Rot. bo. me. Pirouano* cum clausula, *Parito Breui*, idem Michael ad impediendam executionem mandati nedum detestabili exemplo recursum habuit ad Iudices laicos à quibus firmam, seù inhibitionem obtinuit propter quam Gregorius possessionem huius beneficij, nisi de mense Iulij 1642. consequi non potuit, sed etiam corde; & animo induratis, Dei timore post posito, in huiusmodi excommunicatione per annum, & vltra insorduit, vndè à Locumtenẽte criminali eiusdem A.C. per diffinitiuam sententiam fuit declaratus suspectus de hæresi omnibusque beneficijs priuatus.

Cum autem de anno 1640. d. bo. me. Pirouanus præuia decisione coram ipso emanata sub die 16. Decembris 1639. in qua dictum fuit sententiam prædictam A. C. fuisse iustam, & in iudicatum transactam relaxauit litteras executoriales contra eundem Michaelem, etiam pro expensis taxatis in ducatis 67. de Camera, & postea coram R. P. D. meo Meltio suffecto in locum dicti bo. me. Pirouani sub die 25. Maij anni præteriti fuisset illi denegata remissoria per ipsum petita, ad probandum quod vacatio beneficij inciderat in mense ordinario, non autem in mense reseruato, & quod illius fructus non ascendebant ad eam quantitatem, quam deposuerãt Testes pro D. Gregorio examinati, & eo potissimum fundamento; quia ipse tanquam dupliciter excommunicatus, & insordescens, nec etiam per modum defensionis Iudicio stare poterat. Ideò præmissa depositione Gregorij mandatum pro fructibus in summa scutor. 726. contra præfatum Michaelem sibi decerni obtinuit.

Commissa postremo mihi causa appellationis inter-

ter-

ter positæ ab excessiua liquidatione dd. fructuum, cæpit idem Michael iterum prætendere dict. remissoriam, sed cum Gregorius illi obiecisset antiquam insordescentiam, & ipse obtento Breui S. D. N. super absolutione à censuris ad dd. recursus ad laicos in forma commissaria mihi directo, prætenderet absolui, & ad prosequutionem causæ admitti, propterea hodiè proposui dubium, an constaret de sufficienti paritione, & Michael veniat absoluendus, quod DD. quoad vtramque partē negatiue resolue-
1 runt, quia dum Michael ad effugiendam clausulam *Parito Iudicato* in his mandatis de absoluendo apponi solitam, quando de re iudicata fit mentio, non narrauit Sanctissimo sententiam prædictam contra ipsum latam ab A. C. neque, quod bo. me. Pirouanus, attenta re iudicata, relaxauerat litteras executoriales, etiam pro expensis taxatis, prout de iure exprimi debuisset, *Felin. in cap. super litteris num. 14. de rescript. Rot. in Toletana beneficij 14. Nouembris 1605. coram Iusto impress. penes Marches. par. 1. fol. 228. sub nu. 6. vers. & de sententia*, inde resultat, quod huiusmodi breue est subreptitium, quia si Sanctissimus hęc sciuisset cum moderamine dictæ clausulæ *Parito Iudicato*, illud concessisset *Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 20. nu. 5. post med. vers. tunc etenim, quem refert, & sequitur, Sanch. de Matrim. disput. 21. num. 11. circa fin. vers. Addit. lib. 8.* & in consequens exequutionem non meretur, vt post *Innoc. & alios dixit Rot. apud Card. Caual. decis. 92. num. 2. vbi alij plures recensentur*.

Et præsertim quia tacuit etiam se Innodatum duplici excōmunicatione prima fulminata ab A. C. ob non paritionem Breuis, altera verò lata a S. Canon. & Bullæ Cœnæ Domini ob recursus prædictos ad
2 laicos, & proindè mandatum istud de absoluendo ab ista excommunicatione subreptitium remanet, dum illa tacita fuit, vt tradunt *glos. in cap. cum pro causa 27. in verb. tanquam excommunicatum &c. in fin. vers. Aliàs non tenet absolutio per subreptionem obtenta*, & ibi, *Anchar. n. 3. de sent. excomm. Marches. de commis. cap. 3. §. 3. p. 3. fol. 239. n. 47.*

Nihil enim releuat, quod in isto breui apposita fuerit clausula absolutionis à censuris in genere, ad effectum tantummodo consequen. dict. breue, nam
3 huiusmodi clausula generalis absolutionis D. Michaeli suffragare non potest, dum in prima excommunicatione grauatus, & reggrauatus insorduit, vt expressè disponitur, *in regula Cancellaria 66. de insordescentibus, & tradunt Mant. de claus. claus. 47. n. 3. part. 1. in vlt. edit. Chochier. de iurisdictione ordin. in exempt. quæst. 69. nu. 4. & seqq. par. 4. Paris. de resign. lib. 4. quæst. 3. num. 57. cum alijs per Barbos. decis. 179.*
4 *num. 13.* & quia cum non paruerit rei iudicatæ illi suffragari non potest, vt habetur *in eadem regul. 66. ante med. ibi, Nec suffragari non parentibus rei iudicatæ*.

Eoque magis moti fuerunt DD. quia clausula
5 in prima commissione semper intelligitur repetita in omnibus alijs subsequentibus *Mart. claus. 61. n. 8. in vlt. impress. Barbos. claus. 98. num. 14. Marches. de commis. caus. ab exequuti Breui, cap. 2. §. 2. part. 1. fol. 397. num. 12. Rota in Compostellana Parochialis 15. Decembris 1596. coram Orano post Marches. ibidem*
6 *fol. 427. n. 2. & 3.* & iurisdictionem ita tribuit conditionalem, vt neque Rota procedere, nec Michael audiri possit, nisi prius verificato, quod fuerit paritum Breui *Gonzal. in annot. contra nullit. & attent. num. 247. & seqq. Rot. in dict. Compostellana Parochialis coram Orano num. 1. coram sa. me. Gregor. XV.*
7 *dec. 36. pariter num. 1.* vndè cum illa non solum contineat dimissionem possessionis, sed etiam fructuum restitutionē per solam dimissionem possessionis dici non potest fuisse sufficienter paritum, vt in puncto dixit, *Rota d. dec. 36. sub num. 1. vers. vndè cum Breue coram d. sa. me. Greg. & coram bon. mem. Buratto dec. 606. n. 3.*

Non obstat depositio vnius Iulij cum obligatio-
8 ne soluen. residuum dd. fructuum, nam ad effectum vt cesset suspensio iurisdictionis super prosequutione causæ, illi cum effectum debent integrè restitui, *Mart. d. claus. 91. nu. 1. & seqq. Card. Seraph. dec. 655. num. 2. Rot. in Pampilonen. beneficij 28. Ianuarij 1577. coram Card. Blanchetto penes Marches. dicta part. 1. fol. 432. num. 4. & in alia Pampilonen. Archidiaconatus 4. Martij 1596. coram record. me Card. Pamphilio relata per Garz. de benef. p. 6. c. 3. n. 137.* Itaut nec
9 sufficeret commissio præfixionis termini ad eos liquidan. adhiberi solita, dum Gregorius pro illis liquidatis mandatum à dicto R. P. D. meo Meltio iam reportauit, vt bene declarat *Marches. vbi proximè cap. 2. sub num. 20. vers. quod non procedit fol. 399. part. 1. sequitur Barbos. dicta claus. 98. sub nu. 15. vers. limitatque*.

Nec suffragari visum fuit, quod pendente appel-
10 latione ab excessiua liquidatione fructuum detur absolutio a censuris offerenti se paratum illos soluere, facta liquidatione, quia quicquid sit ad effectum solius absolutionis à censuris, in qua solemus esse procliuiores, vt benè aduertit *Card. Seraph. dicta decis. 655. in fin. vers. Nec obstat Decretum*, quæ tamen in casu nostro concedi non potest ob euidentiam
11 Breuis subreptionis; Certum est quod interim contradicente Gregorius audiri non potest super appellatione, & negotio principali, donec de integrali fructuum restitutione docuerit, quia vt dictum est clausula hæc *Parito Breui*, vltra dimissionem possessionis, requirit etiam realem solutionem fructuum *Gonzal. vbi supra n. 251. & in puncto egregiè explicat, Garz. de benef. part. 6. cap. 3. num. 135. & seqq.*

Ex quibus ita fuit decisum vtraque &c.

VERCELLEN. DECIMARVM.

Lunæ 13. Nouembris 1645.

ARGVMENTVM.

Pro decimis exigendis ille habet fundatam intentionem de iure, qui obtinuit sententiam ad statum in iudicatum transactam, maximè si non agat pro decimis contra habentes curam Animarum, quo casu leuiores requiruntur probationes, & sufficit quasi possessio ad fundandam intentionem. Priuilegia concessa à Pontifice pro exemptione decimarum, quando, & in quibus decimis locum habeant? Quadragenaria præscriptio non soluendi decimas, quando non dicatur probata, & quid requiratur ad hoc, vt alteri præiudicet, & quid sufficiat ad excludendam probationem negatiuæ? Statuta laicorum facta, cum assensu Pontificis, & ab eo confirmata ligant etiam Personas Ecclesiasticas. Acta vt realiter dicantur transportata, quid requiratur?

SVMMARIVM.

1 *Sententia in Iudicatum transacta super iure decimandi tamquam lata in causa status omnes afficit, exinde probatur ius decimandi spectare ad eum cuius fauore emanauit.*
2 *Maximè si doceatur de eius effectuatione, & solutione decimarum.*
3 *Probatio maior haberi nequit, quàm ex partis confessione.*
4 *Quasi possessio exigendi decimas sufficit ad fundandam*

am de iure intentionem pro illarum exactione, si non agatur contra habentem curam Animarum, quo in casu clariores requiruntur probationes.

5 *Priuilegia Pontificum super exemptione decimarum alicui concessa, si non contineant derogationem claram, & explicitam* cap. Nuper de decim. *non attenduntur.*

6 *Amplia vt neque sufficiant clausulæ apponi solitæ, & derogationes generales.*

7 *Priuilegia concessa super exemptione decimarum, si non contineant expressam derogationem* cap. Nuper de decim. *et simpliciter de decimis loquantur debent intelligi de extraordinarijs, quæ imponuntur à Pontificibus, Legatis, & Nuntijs, non autem de decimis ordinarijs, quæ debentur iure Diuino.*

8 *Testes deponentes super libertate non soluendi decimas debent coarctare negatiuam, quæ concludenter probari debet ante motam litem.*

9 *Negatiua non dicitur probata per Testes deponentes decimas non fuisse solutas tempore recolectionis, quia solui potuerunt in alia parte Anni.*

10 *Sententia, & patientia Capituli super non solutione decimarum non præsumitur, quando decimæ ab ipso Capitulo non exiguntur, sed arrendantur.*

11 *Arrendatarij decimas non exigentes, aut negligentia, aut alia de causa, Capitulo non præiudicant, neque eorum patientia.*

12 *Priuilegium alicui ab Imperatore concessum, & à Pontifice confirmatum afficit etiam personas Ecclesiasticas.*

13 *Statuta laicorum facta cum assensu Pontificis, & ab eo confirmata, ligant etiam personas Ecclesiasticas.*

14 *Acta non dicuntur realiter producta, sed verbaliter deficiente clausula facto &c. vel tenoris &c.*

DECISIO CLXXVI.

PRÆTENDENTES Moniales Sanctæ Margaritæ Ord. S. Dominici Ciuitatis Vercellen. non teneri ad solutionem decimarum Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ S. Eusebij eiusdem loci pro Terris possessis in Territorio Oppidi Cassinarum stratæ, introduxerunt vsque ab anno 1597. coram Vicario eiusdem Ciuitatis causam super earum exemptione, & è contra Capitulum super solutione. Qui cum non deuenisset ad aliquam expeditionem, reassumpta fuit causa de anno 1635. instantibus Canonicis coram Episcopo Vercellen. à quo lata sententia absolutoria ad fauorem Monialium, & introducta coram me causa in gradu appellationis, dubitaui, an decimæ debeantur, & affirmatiuè hodie DD. responderunt.

Capitulum enim habet fundatam suam intentionem exigendi decimas in dicto Territorio Oppidi Cassinarum stratæ in sententia antiquissima de anno 1464. ad sui fauorem lata super huiusmodi solutione contra Communitatem, & homines dicti Oppidi, quæ cum postea fuerit confirmata per tres
1 sententias Rotales *Summ. Capituli num. 3.* tamquam in causam status, afficit etiam Moniales *ad l. ingenuum, ff. de stat. hom. & in terminis fuit dictum in Ciuitate Castelli Decimarum 25. Iunij 1629. coram R. P. Demeo Ghisilerio, quæ est decisio 508. num. 6. par. 2. 5. par. recent. & in Corduben. decimarum de Lucena 10. Martij 1635. coram bo. me. Coccino dec. 44. num. 6. p. 7. recen.* Et rectè inde probatur ius decimandi spectare ad Capitulum *Rot. dec. 676. num. 3. part. 2. recent.*
2 Maxime cum de earum effectuatione doceatur nedum ex depositionibus plurium Testium *Summar. num. 4.* sed ex instrumentis locationum factarum de huiusmodi decimis à Capitulo *Sum. num. 3.* earumque exactione *Summ. num. 4.* accedente præte-
3 rea confessione Monialium *ipsarum Summ. num. 5.* qua nulla est maior probatio *Rot. d. dec. 673. num. 3. & 4. & coram Andrea dec. 12. n. 3.*

Quod eò fortiùs etiam procedit, ex quo cum
4 non agatur contra habentem curam Animarum, duriores probationes non requiruntur, sed sufficit quasi possessio ad fundandam intentionem *Rot. coram Card. Seraphino dec. 889. nu. 4. & dec. 1387. nu. 6. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 46. num. 5. bon. mem. Coccin. dec. 38. n. 2. fa. me. Greg. dec. 429. n. 6.*

Non obstat prætensum priuilegium exemptionis Monialibus concessum à Benedicto VI. & confirmatum à Benifacio VIII. Quia cum non conti-
5 neant derogationem *cap. nuper de decim.* non debent attendi, iuxta opinionem, quam Rota seruat, vt infinitis decisionibus relatis; postremo dictum fuit *in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado*, eam enim claram, & esplicitam requiri dixit, *Rot. & signantèr coram bo. mem. Coccino decis. 279. num. 3. & seqq. in Toletana decimarum coram Iusto relatis per Marches. de com. part. 2. fol. 596. n. 1. & seqq. & in Cæsaraugustana decimarum 29. Ianua-*
6 *rij 1616.* vbi quod non sufficiunt derogationes generales, nec aliæ clausulæ solitæ apponi, vt in terminis Monialium *latè in Vrbinaten. decimarum 25. Iunij 1618. cor. Sanctiss. D. N. in recent. dec. 42. num. 10. dec. 103. n. 2. p. 7.*

Hinc autem infertur alia responsio, quod cum
7 non fuerit facta derogatio huiusmodi *cap. nuper. de decim.* Et priuilegia loquantur de decimis simplicitèr, ea esse intelligenda de decimis extraordinarijs, quæ imponuntur à Pontificibus, legatis, & Nuntijs, non autem de ordinarijs, quæ debentur de iure diuino, de quibus agitur *Put. decision. 65. lib. 3. Caual. dec. 247. num. 11. Cocc. decis. 269. num. 3. in fin. Seraph. dec. 1293. num. 6. vers. Ideò nulla verba, & latè in dict. Hispalen. decimarum*, vbi considerantur verba priuilegij, quæ etiam in hoc casu leguntur.

Minus obstat quadragenaria præscriptio, quia
8 quicquid sit de Titulo non probatur, cum Testes examinati non coarctent negatiuam ante motam litem, quod est concludenter probandum, *Rota in Cartaginen. decimarum 19. Nouembris coram Orano, & in rec. dec. 667. num 9. part. 4. & dec. 26. num. 5. p. 6. Card. Seraph. d. dec. 1102. n. 8. in d. Corduben. decimarum 10. Maij 1604. coram Ortembergo, & in eadem 18. Martij 1610. coram Sanctissimo*, vbi etiam dicitur
9 non bene inferri, decimæ non fuerunt solutæ tempore recollectionis, ergò non fuerunt solutæ, quia potuerunt solui in alia parte anni, & hoc sufficere ad escludendam probationem negatiuæ, *Rot. in Cartaginen. decimarum 28. Iunij 1693. coram Card. Lancellotto.*

Minus etiam probatur scientia, & patientia Ca-
10 pituli, quæ tamen non præsumitur, quando decimæ ab ipso Capitulo non exiguntur, sed arrendantur, *Rota in supradicta Corduben. decimarum corā Ortembergo vers. nullus etiam Testis*, vbi quod si Arren-
11 datarij non exigerunt, aut negligentia, aut alia de de causa, Capitulo non præiudicat, & *coram Sanctiss. D. N. vers. Demum non probatur scientia*, & *patientia*, vbi etiam ponderatur, quod patientia Arrendatariorum non præiudicat, & fuit dictum in dicta *Hispalen. decimarum vers. primo quia.*

Vlterius responsum fuit etiam pro parte Capituli, quod quadragenaria præscriptio, etiam probata non sufficeret contra ipsum, ex priuilegio centenariæ sibi concesso per Carolum, & Federicum Im-

peratores ad petitionem Eugenij Papæ Tertij, & eò magis, quia vna cum alijs priuilegijs Capituli fuit confirmatum à generali Consilio Basilien. de
12 anno 1434. *Summ. num.* 10. Et postea inserto eius tenore à Calixto Papa de anno 1455. *Summ. num.* 9. vndè afficit etiam personas Ecclesiasticas *cap. Ecclesiæ S. Mariæ vbi glos. in verb. ab Ecclesia de Constit. Archid. in c. quo iure n.* 18. & 19. & *Abb. num. pariter* 19. §. 8. *Gemin. n.* 15. *ad med. distinct.* 8. *Felin. in cap. ad audientiam* 2. *num.* 28. *vers. Demum nota de præscript. Balb. de præscript. par.* 5. *princ. quæst.* 1. *nu.* 2. *inter tract. Magon. tom.* 17. *fol. mihi* 86. *à tergo*, *Et idem Abb. in cons.* 102. *à num.* 3. *vsque ad fin. part.* 1. qui respondendo in puncto huius quæstionis rationibus pro vtraque parte deductis, tandem ità optimè concludit *Amat. decis. Ferrar.* 1. *num.* 29. Et in terminis
13 præscriptionis, quod statuta laicorum facta cum assensu Pontificis, & ab eo confirmata ligent personas Ecclesiasticas, alijs relatis firmat *Azor. instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 37. *versic. Nisi fiant priuilegia.*

Vnico autem fundamento se tueri conatæ sunt Moniales, licèt sæpissimè citatæ, & diu expectatæ potuissent alia, si quæ haberent, intra deducere scilicet, quod non fuerint transportata integrè acta primæ instantiæ *iuxt. dispositionem Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 2. *de reformat.* prætendentes ex reuolutione processus in actis producti probari negatiuam transportationis huiusmodi, cum in illis non legantur primò acta facta de anno 1597. inter Io. Baptistam Bicoccham Parochum Olcenenghi, & Moniales S. Margharitæ cum examine sæptem Testium pro Monialibus examinatorum, quæ fuerunt à Capitulo producta, secundò priuilegium Apostolicum exemptionis Monialium, tertiò depositiones Testium pro Capitulo in hac causa examinatorum, & productorum.

Hanc tamen exceptionem, forsan calumniosam ex considerabili dilatione oppositionis, Domini non habuerunt in consideratione, cum non subsistat in facto.

Quò enim ad Testes examinatos pro Capitulo patet eorum depositiones fuisse inclusas in secundo processu, in quo leguntur sub *fol.* 7. & 8.

Acta verò facta de anno 1597. cum Testibus examinatis, & Priuilegium exemptionis Monialium reperiuntur in alio Processu intèr easdem partes fabricato de eodem anno 1597. integrè producto.

Nec erat necessarium, vt hæc etiam includerentur in secundo processu, cum eorum productiones
14 non fuissent reales, sed verbales tantùm, deficiente clausula *facto, vel tenoris &c.* vt latè per *Adden. ad Greg. dec.* 59. *num.* 11. *cum seqq.* sed tantummodò important allegationem, & repetitionem verbalem de actis, & Testibus productis in alio præcedenti processu intèr easdem partes de anno 1597. fabricato, qui fuit integrè productus, ibiquè omnia prædicta leguntur.

Et ita vtraque, &c.

ANCONITANA DOTIS.

Veneris 1. *Decembr.* 1645.

ARGVMENTVM.

Debitor stantibus oblationibus debiti, & recusatione creditoris liberatur à mora per depositum summæ liquidatæ, & pro debito non liquido nunquam dicitur in mora, vbi quod mora non incùrritur à debitore totum debitum negante, si creditor ab eo plus debito petat etiam quod solutioni sit dies præfixa, neque summam veram debitam soluerit, si illam Creditor non erat accepturus, teneatur creditor depositare.

SVMMARIVM.

1 *Fructus sine mora non debentur, & mora stante oblatione debiti dicitur exclusa per depositum, cum habeat vim solutionis, maximè si creditor debitum recipere recusauit.*

2 *Mora ante liquidationem debiti non incurritur, & debitum illiquidum non erat deponendum.*

3 *Mora nulla debet imputari debitori litiganti contra creditorem plus debito petentem.*

4 *Debitor negando totum excusatur à mora contra creditorem plus debito petentem.*

5 *Dotis restitutioni in pecunia, vel mobilibus consistentis dicitur dies à lege adiecta, quæ Annum huiusmodi præfigit restitutioni.*

6 *Debitor tunc demum à mora excusatur aduersus creditorem plus debito petentem, quando partem debitam; ac liquidam offert.*

7 *Limita nisi constet de voluntate creditoris, & solum procedere, si creditor sit paratus recipere partem debitam, & non constet de eius contrario Animo.*

8 *Debitor excusatur à mora aduersus creditorē plus debito petentem, etiam si partem debitam non offerat, si constat creditorem non fuisse recepturū.*

9 *Fructus medio tempore decursi nō debentur à debitore, qui integraliter facit depositum, sed imputandū est creditori, quod illud recipere recusauit.*

10 *Fructus cessante mora post depositum non debentur.*

DECISIO CLXXVII.

Repropofita causa ad instantiam hæredum Franciscæ Lanfranconæ, non acquiescentium resolutioni iam captæ 1. Iulij 1643. Domini steterunt in Decisis, quia interusuria sinè mora non debentur; Mora verò in hæredibus viri considerari non potest, dum ipsi statim aduenta die solutionis, nedum fecerunt plures, & iteratas oblationes quantitatis debitæ, sed etiam actualiter depositum, quod
1 eum habeat vim solutionis, omnem moram excludit ex adductis *in alia dec.* vbi dictum fuit hoc fortiùs procedere ob recusationem Franciscæ semper renuentis oblationes, & depositum recipere, vt latiùs ibidem deducitur.

Obiectum verò semper repetitum, quod depositum scutorum 850. non esset integrum, cum debitum Dotis esset scut. 3052. b. 54. Domini etiam hodiè reiecerunt, quia cum signatura rescripserit sine præiudicio solum quoad scut. 2250. & ad horum computum Francisca consecuta fuisset scut. 1400. ex pretio Censuum subhastatorum, vt est in confesso inter partes, vtique depositum scutorum 2250. fuit integrum, respectu portionis liquidæ, Residuum enim, pro quo Signatura rescripsit cum clausula *si quid exequen.* tanquam non liquidum, non erat de-
2 ponendum, nec antè liquidationem potuit incurri mora, vt præter allegatos *In alia dec. tradit Bald. in l. acceptam num.* 11. *C. de Vsur.* & eo relato respondit *Rot. in rec. dec.* 314. *num.* 25. & 26. *part.* 8. & *cor. Reuerendiss. Vrgellen. dec.* 270. *num.* 11. & 15. & *dec.* 346. *num.* 13.

Quod autem dicebatur illiquiditatem prouenisse facto, & culpa hæredum Hieronymi, qui varijs prætextibus litem sustinuerunt, negando se debitores in summa scut. 3052. ad quam tamen per Rotam condemnati fuerunt, adeòut non possint ex hoc capite excusari, Dominis faciebat difficultatem, sed quia hæredes Lanfranconæ non petierunt scut. 3052. prò quibus in effectu compertum fuit esse veros Creditores, sed scut. 4000. quæ tamen ipsis non debebantur, cum Rota exceptis scut. 3052. in reliquis absoluerit Fancllos, dictum fuit cessare obiectum, & cul-

culpam fuisse hæredum Lanfranconæ plus debito
petentium: hinc enim Fanelli habuerunt iustam
causam litigandi, vt effugerent solutionem eius,
quod iniustè petebatur, adeout nulla mora possit
3 eis imputari, vt in terminis tradunt, *Surd. cons. 142.
num. 6. & 7. Tiraquell. de retract. Lignager. §. 6. glos. 2.*
4 *num. 1.* Creditore enim plus debito petente, debitor
negando totum excusatur à mora, per ea, quæ ma-
gistraliter docuit *in l. Qui solid. in princ. ff. de leg. 2.
Imol. ibidem vers. Item nota argumentum Castr. in l.
1. §. Si stipulante vers. Ex hoc nota ff. de verb. oblig.
Guidop. quæst. 40. num. 6. latè Gabr. concl. 2. num. 4. de
expensis Canc. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 27. cum seqq.
Rot. Bonon. diuers. dec. 8. num. 65.*

Nec applicatur limitatio tradita per *Sigismun-
dum Loffredum cons. 23. sub num. 14. vers. Præterea*,
inquiens præfata nõ procedere, quando solutioni est
adiecta dies, prout hoc casu diei potest adiecta à le-
5 ge, quæ præscripsit annum restitutioni dotis in pe-
cunia, vel mobilibus consistentis *l. vnica, §. cum au-
tem vers. Exactio autem C. de rei vxor. act.* Tunc enim
vt ipse inquit, petitio vltra summam debitam non
liberat à mora respectu partis verè debitæ, vt etiam
tradit *Gabr. d. tit. de expens. d. concl. 2. num. 9. vers. 6.*
6 & concordant omnes tenentes debitorem, tunc de-
mum à mora excusari aduersus Creditorem plus de-
bito petentem, quando partem liquidam, ac debi-
tam offert, alias secus, vt declarando originalem
doctrinam *Bart. in d. l. qui solidum concludunt Marcus
Antonius Bauerius tract. de mora par. 3. num. 15. in fin.
vers. Duodecimo tempera inter tract. magnos tom. 6.
par. 2. fol. mihi 410. Rot. Bonon. diuers. d. decis. 8. nu. 70.
Hieronim. de Leo decis. 123. numer. 27. & 28. Castill.
dec. 148. num. 17.*

Quia Francisca mediante suo Procuratore decla-
rauit nolle recipere minorem summam scutorum
4. mill. *Summ. de Fanellis num. 5. & 6.* instando ob-
lationem ab eis factam reijci tanquam minus inte-
gram, vnde superfluum erat offerre scuta 3052. dum
7 constabat de voluntate Creditoris, & sic non intrat
limitatio *Loffredi, & aliorum*, quæ locum habere
potest, vbi creditor paratus est recipere partem de-
bitam, vel saltem, vbi non constat de contrario ani-
mo; alias enim constito de eo, doctrina *Bartoli* est
communiter recepta, & debitor excusatur, etiam si
8 partem debitam non offerat, vt tradunt *Castr. Can-
cer. & alij superius in conclusione allegati.*

Et hinc corruunt omnes defectus oppositi contra
alias oblationes successiuè factas, ex eo, quod non
fuerint depositati fructus medio tempore decursi,
9 quia dum prima oblatio fuit integra, imputandum
est Creditori, si illam recipere recusauit, adeout
cessante mora fructus ab inde citra deberi non pos-
10 sint, vt dictum est.

Et ita vtraque &c.

ROMANA FRVCTVVM CENSVS,

Lunæ 11. Decembris 1645.

ARGVMENTVM.

Sub dispositione facta à debitore in Testamento, vt soluantur eius debita, an ea veniant comprehensa, quorum causa tantum naturaliter tenebatur; creditor an habeat obligatum debitorem debitoris, & quæ præscriptio requiratur in censibus?

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti calumniæ defectus reddit processum nullum, si fuit expressè petitum, secus tamen est, quando fuerit actum obligatione Camerali, & constet de bono iure actoris, & nullitas non sit de tribut.*

2 *Res empta ex pecunijs dotalibus, non efficitur dotalis, secus est si maritus declarauerit, se emere de pecunia dotali, & mulier fuerit præsens, vel consensum præstiterit, aut fructus rei emptæ exegerit.*

3 *Maior factus, si ea quæ in minori ætate gesta sunt, ratum habuerit, frustra rescissionem eorum postulat.*

4 *Testator mandans solui omnia ipsius debita præsumitur quod cogitando de salute animæ suæ voluerit, quod soluerentur omnia debita, quæ non solum ciuili obligatione, sed etiam naturali tantum ratione obligatus erat.*

5 *Testator idem mandans videtur disponere pro exoneratione conscientiæ, & tanquam memor salutis æternæ præsumitur comprehendere ea, quæ alias forsan non comprehenderentur.*

6 *Obligationis Cameralis effectus non extenditur ad tertias personas in contractu non expressas.*

7 *Notarij stipulatio pro omnibus, quorum interest in obligatione Camerali contenta prodest omnibus habentibus causam à personis in Instrumento nominatis, & num. 8. respondetur ad aliquas decisiones.*

9 *Actio vtilis directa competens debitori exercere potest ab eius Creditore.*

10 *Creditor habens obligationem Cameralem potest agere etiam executiuè contra debitorem debitoris ita obligatum, & num seq.*

11 *Possessionē alicuius rei dimittens, obligatio dimittentis cessat, & transit in secundum possessorem, secus quando possessio fuit dimissa ex causa originata ex mero facto voluntario obligati, num. 13.*

12 *Reseruatio Dominij in venditione vsque ad integram satisfactionem operatur, vt satisfactione non sequuta dominium remaneat penes venditorem.*

14 *Creditor, qui ab accollatore census recepit fructus illius, nunquam censetur liberare principales obligatos, nisi interuenerit expressa delegatio.*

15 *Pactum extinguendi censum infra biennium ad hoc vt ex eo arguatur census extinctio, requiritur taciturnitas in petendis fructibus, & stipulatio Domini census.*

16 *Præscriptio de iure communi aduersus contractum iuratum non constituitur, nisi spatio quadraginta annorum.*

17 *In censibus quot sunt solutiones tot requiruntur præscriptiones, & fructus peti possunt per spatium triginta annorum.*

18 *Præscriptio licet currat durante minori ætate, tamen datur restitutio in integrum ex capite probabilis ignorantiæ.*

DECISIO CLXXVIII.

IO: Baptista Ponciallus de anno 1576. imposuit super quibusdam eius domibus annuum censum scutorum 32. quem pretio scut. 400. vendidit Antonio de Pisauro, & Cæciliæ Marchesiæ coniugibus.

Idem Ponciallus de anno 1594. condidit Testamentum, in quo sibi scripto vniuersali hærede Ven. Hospitale Sancti Iacobi Incurabilium, reliquit iure legati Propertio Fontanellæ duas ipsius vineas petiarum quindecim circiter, onere adiecto, quod Fontanella legatarium pro pretio Vinearum sibi legatarum teneretur infra duos annos erogare scut. 2100. in dissolutionem tot legatorum, & debitorū Testatoris, residuum verò, si quod superesset, exbursare Hospitali hæredi, pro quorum adimplemento, cum fuerit per Hospitale actum contra Fontanellam, tandem die 15. Iunij 1599. deuene-

runt ad transactionem, in qua Fontanella acceptando legatum sibi relictum, promisit ad bonum computum supradicti pretij soluere debita, & legata Poncialli, quæ de iure veniunt soluenda, extinguere omnes, & singulos census, quibus dicta hæreditas reperiebatur grauata infra terminum sex annorum quolibet biennio ratam, soluere illorum fructus decursos à die obitus Poncialli, & decurrendos, indemne conseruare Hospitale ab omnibus molestijs, necnon dictæ transactioni accessurum q. Tiberium Astallum, prout die 17. eiusdem, vti principalis principaliter, & insolidum accessit, & fideiussit, *Summ. Sacconarij num.* 1. 2. 3. & 4.

Io. Franciscus, & Io. Baptista Fontanelli hæredes Propertij Legatarij die 14. Augusti 1612. vendiderunt Iosepho Lisciano prædictas Vineas per Ponciallum legatas pretio scut. 1650. ad quorum computum Liscianus emptor, ita mandantibus venditoribus, inter cætera assumpsit in seonus soluendi scut. 400. dictæ Cæciliæ Marchesiæ pro sorte principali prædicti census vna cum fructibus vsque tunc decursis, & decurrendis *Summ. num.* 5.

De anno 1623. Cæcilia condito Testamento, reliquit Iure legati, & institutionis respectiuè censum vt supra per Ponciallum sibi venditum Ioan. Baptistæ Ridolfetto, Cæciliæ, Antoniæ, & Lauiniæ de Gabicijs eius Nepotibus, qui hæredes, & legatarij respectiuè mediante persona Francisci Berghigni eorum Procuratoris substituti die 26. Aprilis 1644. illum cum omnibus fructibus tunc decursis vendiderunt Fuluio Sacconario pretio scut. 800. *d. Summ. num.* 7. 8. & 9. qui citatis DD. Petro, & alijs fratribus de Astallis, vti filijs, & hæredibus q. Tiberij Astalli fideiussoris, mandatum executiuum contra bona hæreditaria dicti Tiberij reportauit pro fructibus dicti census decursis, & non solutis, à quo cum fuisset pro parte dd. de Astallis interposita appellatio, causaque per Signaturam mihi commissa cum clausula *Si quid exequendum*, proposito dubio per duas vices, hodie Domini responderunt mandatum esse exequendum, cum fuerit relaxatum pro fructibus Census ser. ser. vigore Instrumenti Camerali obligatione Vallati, quod executioni est demandandum vulg. Iuribus.

Nec releuant longa serie deducta per informantes pro Astallijs tàm contra validitatem, quam contra illius iustitiam.

Nullitas enim, quæ primo loco deducebatur ex defectu iuramenti calumniæ, qui reddit processum nullum ex adductis per *Rotam coram fun. mem. Greg. decis.* 209. *num.* 3. *vbi Add. num.* 6. facilè tollitur, quia cum actum fuerit vigore obligationis Cameralis, & constet de bono Iure Sacconarij actoris, & nullitas non sit de tribus, non est attendeda, vt benè relatis auctoritatibus concludit *Add. ad dictam decis. fan. mem. Greg.* 209. *d. num.* 6. *circa med. & in fin. Rot. in recent. dec.* 45. *num.* 6. *par.* 1. *& decis.* 456. *num.* 3. *in fin. part.* 4.

Secunda verò, quæ deducebatur ex defectu legitimationis personarum, tàm ex pacto Agentis, quàm ex parte reorum corruit ex facto: respectu enim agentis constat ex instrumentis superius recensitis Cæciliam reliquisse hunc censum Ridolfetto, & Gabicijs, qui illum Sacconario cesserunt, respectu verò reorum producta fuit quædam fides publica *Summario Sacconarij dato in prima responsione num.* 2. in qua Petrus, & alij fratres de Astallijs vocant se filios, & hæredes d. q. Tiberij, & eo nominè contrahunt, quæ confessio licèt suffragari non possit pro portione Fuluij prædefuncti, cuius hæredes non fuerunt citati; satis tamen esse potest pro tribus portionibus Petri, Hyeronimi, & Ioan. Baptistæ aliorum fratrum legitimè in toto processu citatorum.

Tertia denique nullitas ducta ab excessiuitate mandati, ex quo census per Ponciallum impositus, fuerat venditus, tàm Antonio viro, quàm Cæciliæ vxori, & licèt emptus cum pecunijs dotalibus, nihilominus pro medietate spectabat ad Antonium emptorem, cum res empta ex pecunijs dotalibus
1 non efficiatur dotalis *l. ex pecunia dotali C. de iur. dot.* nec vxori acquiratur, sed marito, vel ei, cuius nomine fuit empta *DD. in l.* 1. *& l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi cum allegatis per Rotam coram bon. mem. Coccino dec.* 498. *num.* 5. pariter tollitur, quia prædicta procederent, si Antonius vir cen-
2 sum emisset cum pecunia dotali, non expresso, quod esset dotalis, nec interueniente consensu vxoris; secus quando, prout hic, maritus in contractu declarauit se emere de pecunia dotali, & mulier fuit præsens, acconsensum præstitit; hoc enim secundo casu non intrat dispositio *d. l. ex pecunia*, sed emptum efficitur dotale, & totum spectat ad vxorem per claram dispositionem alterius, *Textus in l. res quæ dotali ff. de iur. dot. quos textus cum hac distinctione benè conciliat Alex. in l. si cum dotem §. vltim. num.* 4. *vers. adde quod ff. sol. matrim. Guttitr. pract. quæst. lib.* 5. *quæst.* 87. *nrmer.* 4. *Mantic. de tacit. liber.* 12. *tit.* 27. *num.* 4 *&* 6.

Idque multò magis, quia ex quietantijs datis in *Summario de Astallijs num.* 6. apparet Cæciliam, illiusque hæredes die 24. Augusti 1613. vsque per tot annum 1625. exegisse à Liscianis fructus integri Census; ex ista enim continuata exactione præsumitur, vel censum post obitum viri sequutum de anno 1612. fuisse per illius hæredes assignatum Cæciliæ vxori in diminutionem sui crediti dotalis, vel vsque & ab initio de voluntate viri emptum fuisse pro vxore, & dominium eidem à principio quæsitum, vt habetur *in d. l. multum interest in fin. C. si quis alteri, vel sibi Moder. Mantuani contr. for. contron.* 524. *num.* 5. *cum alijs ad propositum benè congestis per Rotam in decis.* 262. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* Magis enim inspicitur, cui contrahentes voluerint acquirere, quam cuius nomen in Instrumento acquisitionis fuerit appositum *l. qui mihi donatum ff. de dont.*

Quo verò ad iustitiam non releuat, quod agatur de obligatione contracta hic in Vrbe per Ponciallum minorem 18. annorum sine solemnitatibus statutarijs, quæ per statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. annullatur, & irritatur, quia cum Ponciallus effectus maior per tot annos fructus istius Census sine vlla reclamatione persoluerit, ex ista acquiescentia cum subsequutis solutionibus contractus remansit ratificatus per *text. apertum in l. fin. C. si maior fact. Grat. consf.* 47. *num.* 27. *lib.* 1. *Rot. decis.* 306. *numer.* 53. *par.* 7. *recent.*

Eoque magis, quia Ponciallus constitutus in maiori ætate, & morti proximus in Testamento mandauit ex pretio Vinearum legatarum solui per Fontanellam legatarium omnia ipsius debita *dicto Summario Sacconarij numer.* 1. Hinc enim præsumi debet, quod in extremo articulo ductus de salute animæ suæ cogitans, ita disponendo voluerit, vt ea omnia debita soluerentur ad quæ non solum ciuili obligatione adstringi poterat, verum etiam omnia alia, ad quæ naturali tantum ratione, & conscientia Impellente se obligatum intelligebat *ex doct. Bald. in l. id quod pauperib. num.* 22. *Cod. de Episc. & Cleric. & in l.* 2. *num.* 4. *C. de*

C. de fideicom. Aret. conf. 93. num. 47. Sanch. conf. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 3. num. 3. Testator enim sic mandans videtur disponere pro exoneratione conscien-
5 tiæ, & tanquam memor salutis æternæ præsumitur comprehendere ea, quæ alias forsan non comprehenderentur, vt benè ad propositum pluribus auctoritatibus, & doctrinis ponderauit *Rota in Vrbeuetana Census 22. Iunij 1635. coram bon. memor. Motmanno, quæ est decis. 62. ferè per tot. par. 7. recent. confirmata coram eodem die 17. Decembris eiusdem anni, & 18. Aprilis 1636. in eadem part. 7. recent. decis. 81. num. 7. & 8. & dec. 119. num. 2.*

Et ex his tollitur alterum fundamentum nixum in obligatione Fontanellæ restricta ad debita Poncialli, quæ de iure venirent soluenda, ex quo prætendebatur Fontanellam non intellexisse de censu, de quo agitur, quia cum ex superius deductis census remanserit in suo robore, & validitate tàm de iure, quàm de facto erat soluendus, & ideò DD. dixerunt non applicari deducta pro limitatione ad auctoritates, quibus nititur, *Rot. d. Vrbeuetana Census.*

Prout nec releuat, quod obligatio Tiberij solum respiciat fauorem Hospitalis, ibi *penes dictum Archihospitale*, & propterea suffragari non possit Sac-
6 conario in Instrumento non nominato, cum effectus Cameralis obligationis non extendatur ad tertias personas in contractu non expressas ex *doctr. Ias. in l. iurisgentium §. prætor ait num. 9. ff. de pact. cum alijs per informantes pro Astallijs latè deductis.*

Dupliciter enim fuit responsum, primò ponderando, quod obligatio, cui Astallius accessit, duo continet, alterum releuare indemne Hospitale hæredem Poncialli debitoris, alterum extinguere census, illorumque fructus à die obitus Testatoris decursos, & decurrendos soluere; promissio autem extinguendi census, illorumque fructus soluendi necessariò refertur ad fauorem Creditorum, quibus & non Hospitali facienda est solutio, & extinctio:
7 Vndè eis quoque prodesse debet, stante maximè stipulatione Notarij pro omnibus quorum interest in obligatione Camerali contenta, quæ suffragatur omnibus habentibus causam à personis in Instrumento nominatis, vt sæpius resoluit *Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 86. num. 2. decis. 97. num. 1. decis. 99. num. 7. & decis. 137. num. 1. in rec. decis. 285. num. 9. & 20. par. 6. & decis 46. num. 7. par. 7. coram bon. mem. Buratt. dec. 788. num. 2. & in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram me, vers. & cessat omnis difficultas.*

Et hinc non applicantur Decisiones pro altera
8 parte allegatæ, *decisio enim 27. num. 13. coram Reuerendissimo Vrgellen.* loquitur in casu, quo volens vti dicta stipulatione de tempore contractus nullum habebat interesse *decisi verò 287. coram eodem, & 33. post Cenc. de Censib.* loquuntur in casu, quo obligatio fuerat restricta ad personam stipulantis, vt apertè ibidem habetur, quod idem repetit *Grat. discept. 723. num. 4. & 5.* qui non est casus noster, cum Fontanella vltra releuationem indemnitatis promiserit extinguere census, & soluere fructus, quæ promissio satis superque ostendit obligationem non esse restrictam ad solum Hospitale, sed concernere etiam interesse creditorum.

Secundo quia Sacconarius hodiè creditor census agere potuit contra Astallios fideiussores, tanquam
9 contra debitores Hospitalis sui debitoris, cum omnis actio vtilis directa competens debitori, exerceri possit ab eius creditore *l. nomen 4. & ibi glos. in verb. vtilius, & scriben. communiter C. quæ res pign. oblig. poss. Surd. cons. 4. num. 33. cum alijs cumulatis per Rotam in Panormitana pensionis 24. Martij 1642. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, & quidem via executiua vigore Cameralis obligationis hinc indè
10 inter contrahentes stipulata, cuius effectus est, vt omnes in ea comprehensi executiuè conueniri possint *Coller. de process. executiuo par. 2. cap. 3. num. 485. iuxta nou. impress. Zacch. ad Galef. de oblig. Camer. quæst. 5. num. 30. Rot. post eumdem decis. 7. num. 1. Add. ad bon. mem. Buratt. decis. 793. num. 10.*

Nec refragatur, quod obligatio Fontanellæ, à qua regulanda venit promissio Astallij fideiussoris videatur emissa contemplatione pretij vinearum sibi ab impositore Census relictarum cum onere soluendi debita, & ideo cum hæredes Fontanellæ dd. vineas Lisciano vendiderint, ab eoque reportauerint obligationem soluendi fructus, & promissiones in-
11 demnitatis, tàm ijdem hæredes, quàm etiam Astallius remanserint liberati, & satis sit, quod cedant creditori census actiones contra Liscianos accollatarios, cum re dimissa, obligatio dimittentis cesset, & transeat in secundum possessorem *per Bald. in l. Creditor 28. num. 1. ff. si cert. pet. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 7. sub. num. 6. vers. etiam deducitur Castr. cons. 47. num. 1. lib. 2. cum alijs per Modern. Mantuan. controu. 440. num. 16. & 17.*

Primò quia hæredes Fontanellæ nondum dimiserunt vineas, ex quo in prædicta venditione adest reseruatio dominij vsque ad integram satisfactionē, quæ satisfactio non sequuta operatur, vt dominium
12 remaneat penes venditores *per text. Clar. in l. quod vendidi. ff. de contrah. empt. Decian. cons. 10. numer. 26. lib. 1. & cons. 13. n. 18. lib. 2. Grat. discept. for. cap. 523. num. 1. Magon. decis. Florentin. 91. num. 8. & decis. Lucen. 31. in addit. post. litt. H. Surd. dec. 157. numer. 2.* & dixit *Rot. in Lauretana Domus 14. Decembris 1543. coram R. P. D. meo Bichio.*

Secundò quia conclusio procederet, si possessio esset auocata ex causa necessaria trahente originem aliundè, quàm ex facto proprio illius, qui obligationem contraxit, secus tamen, quando prout in præsenti casu, possessio fuit dimissa ex causa originata
13 ex mero facto voluntario obligati, quo casu non cessat obligatio, sed adhuc durat, etiam possessione dimissa, vt optimè distinguit *Castr. in l. cum mulier 55. numer. 3. vers. interdum illud emolumentum, & notant. ibidem Imol. & Alex. ff. solut. matrim. Anton. de Amat. var. resol. lib. 1. resolut. 21. num. 5.*

Nec vis facienda est, quod Fontanella promiserit soluere fructus de pretio, seu valore vinearum, & quod auctores Sacconarij illos per plures annos receperint à Liscianis accollatarijs, quia non proinde argui potest liberatio Fontanellæ, nec illius fideiussoris, cum creditor recipiendo fructus census
14 ab Accolatore, vel ab alio quocumque nunquam censeatur liberare principales obligatos, nisi interuenerit expressa delegatio, *Textus est apertus in l. vbi quis pro alio ff. de constit. pecun. Alex. cons. 173. num. 2. & 3. lib. 7. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 2381. Rot. in recent. dec. 392. num. 31. par. 5.*

Nec obstat vltimò, quod in transactione inita inter Fontanellam legatarium, & Hospitale hære-
15 dem legatur pactum, huiusmodi censum extinguendi infra biennium, ex qua pactione, & taciturnitate in petendis fructibus arguitur effectiua dicti census extinctio ex deductis *in Cornetana reintegrationis 26. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.*

Quia aduertēdum est simile pactum extinguendi stipulatum non fuisse cum Cæcilia Domina Census, sed cum Hospitali Poncialli hærede, vndè sicut Cæciliæ ex illa stipulatione nulla fuerat actio quæsita

ita

ità nec potuit contra eam extinctio præsumi, seu præscriptio inchoari, *Rot. post Cenc. de Censi. dec. 264. num. 1. decis. 265. num. 5. & decis. 303. num. 9.*

Eoque minus, quia cum fructus soluti fuerint à die creationis census vsque ad annum 1626. nulla potest allegari præscriptio, non quidem de Iure

16 communi, quæ aduersus contractum iuratum non constituitur, nisi spatio quadraginta annorum, *l. nam postea §. si is, qui temporal. vbi Bart. & Castr. ff. de iur. iuran. Aym. cons. 71. num. 2. Rot. coram bon. mem. Buratt. decis. 457. num. 1.* Prout nec minus de Iure municipali, cum statutum *Vrbis lib. 1. cap. 158.* expresse excipiat census *Feuz. in addit. ad d. stat. d. cap. 158. num. 51. cum seqq. Grat. discept. for. cap. 490. num. 2. & 3. & cap. 883. sub num. 15. Rot. post Pacific. de Salutan. dec. 309. num. 1. & 2. & post Cenc. de Censi. dec. 302. num. pariter. 1.* In censibus enim vnica præ-

17 scriptio non sufficit, sed quot sunt solutiones, tot requiruntur præscriptiones, & fructus peti possunt per spatium triginta annorum. *Rot. post Pacif. de Salu. d. dec. 303. num. 2. & in Romana Census 15. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.*

Vltra quod cum hæredes Cæciliæ essent minores, & sub patria potestate, esset illis succurendum per

18 restitutionem in integrum ex capite probabilis ignorantiæ, *Greg. dec. 489. num. 14. Buratt. dec. 774. num. 2. ibique addens littera A.*

Ex quibus cum appareat de validitate, & iustitia mandati A. C. Domini pro nunc resoluerunt esse exequen. pro tribus ratis, relicta in suspenso rata spectan. ad Fuluium, cuius hæredes non fuerunt in processu causæ citati.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DE MELLINIS.

Veneris 15. Decembris 1645.

ARGVMENTVM.

Filius per legitimationem amplissimam restitutus, & habilitatus ad succedendum, quando substitutum excludat? immissionem fideicommissario quænam detractiones impediant, & quid requiratur ad hoc, vt alienationes dicantur æquare detractiones.

SVMMARIVM.

1 *Filius legitimatus, & habilitatus ad succedendum tunc demum excludit substitutum, si Testator non vocauit filios legitimos, & naturales, cum qualitate de legitimo matrimonio natos, & non constet de eius contraria voluntate ex coniecturis.*

2 *Ratificatio restringitur ad limites pacti, nec vltra promissa se præsumitur extendere.*

3 *Detractiones legitima, & Trebellianica, & detractiones in pecunia consistentes, licet non sint liquidata, impediunt immissionem fideicommissario.*

4 *Alienationes, si de ijs constat præsumuntur æquare omnes detractiones, donec Inuentarium exhibeatur, & contrarium probetur.*

5 *Filij consentientes donationi bonorum fideicommissariorum viuente Patre, facta quo tempore nullum ius habebant super bonis donatis non dicuntur ipsi alienasse bona fideicommisso subiecta, sed tantum renunciasse spei succedendi in bonis donatis eueniente casu purificationis fideicommissi conditionalis.*

6 *Remissio facta per vocatos ad fideicommissum non impedit quominus possint iura sua experiri super bonis in remissione non comprehensis.*

7 *Alienatio vera per Dominij translationem requiritur ad effectum, vt detractiones dicantur consumpta per grauatum.*

8 *Heres grauatus consentiendo donationi bonorum fideicommissi subiectorum, & in eo iam purificatorum dicitur verè, & realiter alienasse.*

9 *Legatum pro celebrandis missis annuatim, & debitum debitum venit præstandum ab Hærede ex fructibus, ideoque non impedit immissionem fideicommissario.*

DECISIO CLXXIX.

IN Decisione huius causæ sub die 15. Ianuarij 1644. fuit dictum dandam esse immissionem Benedicto pro residuo dotis Hersiliæ, & pro residuo Hortensiæ super bonis, de quibus in dicta decisione, factis tamen aliquibus detractionibus Dominis de Mellinis competentibus. Sed super ijsdem suscepta denuò disputatione, informantes pro Mellinis repetebant, quod cum ipsi in vtroque Testamento fuerint in conditione positi, censeantur proindè vocari, nedum ad portionem Pauli, sed etiam ad portionem patruorum, qui sine filijs decesserunt, sed iterum fuit responsum, quod in casu, de quo agitur non concurrunt coniecturæ ad hunc effectum necessariæ, & quod Benedictus per amplissimam legiti-

1 mationem fuit restitutus, & habilitatus ad succedendum, perindè ac si de legitimo matrimonio fuisset procreatus; quæ proculdubio eidem suffragatur ad effectum excludendi substitutum, vt fuit probatum *in decisione, qua reuidetur vers. Et hæc eo fortius.* Quibus non obstant deducta per *Rotam in Bononien. fideicommissi de Bolognini 29. Februarij 1644. coram Reuerendissimo Domino Præside Vallisoletano,* quia vt dictum fuit in altera decisione, procedunt, vbi Testator vocauit filios legitimos, & naturales cum qualitate, quod essent nati de legitimo matrimonio, & vbi alias constat de contraria voluntate testatoris. Quod non applicatur nostro casui: cum neque fuerit requisita hæc qualitas legitimi matrimonij; nec constet de contraria voluntate Testatricum.

Minus refert, quod Benedictus possideat bona annui redditus scutorum 180. Quia Benedictus illa possidet tanquam assignata Hyeronimo per Marium in recompensam donationis factæ Paulo Fratri, & consensus eidem præstiti, vt dictum fuit in decisionibus coram R. P. D. meo Bichio, & in prima coram me. Ideò nihil habent commune cum bonis, de quibus agitur, quatenus verò dicitur, bona dictarum mulierum, super quibus petita fuit immissio, fuisse comprehensa in donatione, non subsistit: quia ex lectura eiusdem donationis apparet bona præfata esse de reseruatis, non autem de donatis, cum donatio non generalis, sed specialis quorumdam bonorum: & præsumpta ratificatio Hieronymi, licet promissa fuerit per Marium pro omni, & quocumque eorum interesse, tàm ratione legitimæ in bonis paternis, quàm successionis maternæ, & Auitæ, attamen non tangit bona reserua-

2 ta; cum ratificatio præsumpta restringitur ad limites ipsius pacti, nec vltra promissa se extendat *Aym. cons. 737. num. 16.*

Domini tamen recesserunt à decisis: quia scilicet D. D. Vrbano, & fratribus competant detractiones, Primò pro impensa funeris, quam arbitrati sunt in scutis centum pro qualibet. Secundò, pro legatis scutorum centum quinquaginta ab Hortensia relictis; necnon pro portionibus legitimæ, & trebellianicæ sibi debitis. Quarum aliquæ cum nondum sint

3 liquidatæ; aliæ verò consistant in quantitate: impediunt de iure immissionem fideicommissario, *Decian. cons. 87. num. 2. lib. 2. cum alijs relatis per Rotam in Romana de Spinosis 10. Maij 1623. coram bon. mem. Pirouano.*

Qui-

Quibus non obstat, quod constet de aliquibus
alienationibus, & ideò, donec exhibeatur inuenta-
4 rium, alienationes præsumantur æquasse detractio-
nes, vt latissimè firmatum fuit *in Romana fideicom-
missi de Capite Ferreo* 10. *Martij* 1645. *coram R. P.
D. meo Corrado*. Quia alienationes non probantur
aliundè, quàm ex consensu præstito donationi factæ
per Marium Paulo filio contemplatione matrimo-
nij: qui tamen ad hunc effectum non sufficit; cum
donatio fuerit facta a Mario Patre, quo viuente nul-
5 lum ius competebat filijs super bonis dd. mulierum.
Proindeque dictus consensus, vel nihil aliud impor-
tat, nisi remissionem spei succedendi de futuro in
bonis donatis in euentum purificationis fideicom-
missi conditionalis; quæ tamen remissio non est
alienatio, *l. si sponsus, §. si Maritos ff. de donat. inter
vir. & vxor. Rot. decis. 13. num. 11. & seqq. par. 6. rec. &
latè in Romana fideicommissi de Formouis 9. Iunij
1634. coram Eminentissimo Domino Card. Panzirolo*,
vel restringitur ad remissionem hypothecæ pro do-
tibus ex persona dictarum mulierum eisdem filijs
6 competentis: & hæc non impedit, quo minus pos-
sint iura sua experiri super alijs bonis in donatione
non comprehensis; *per text. in l. Iulianus, C. ad Se-
natus Consult. Velleian. Boer. dec. 23. numer. 2. Magon.
dec. 255. num. 14. cum alijs in decisione, quæ reuidetur,
vers. nec satisfacit*. Et consequenter non potest in-
ferri ad consumptionem detractionum; cum ad hunc
7 effectū requiratur alienatio vera per dominij trans-
lationem, *Peregr. de fideicom. art. 39. num. 8. & 9. Rot.
dec. 1. nu. 10. inter impressas post Merlinum de legiti-
ma*. Quicquid secus dicendum esset, si bona essent
8 propia filiorum, quo casu sic consentiendo, verè, &
realiter alienassent, vt probat, *Bald. in l. si liqueat
num. 2. C. de inoff. donat. cum alijs allegatis per informan-
tes pro Benedicto*.

Reliquas verò detractiones dixerunt Domini non
retardare immissionem, quia legatum scutorum
9 nongentorum pro tot Missis, vt respondet Deci-
sio, tanquam annuatim, & dietim præstandum, sol-
uendum venit per hæredes ex fructibus. Quartum
verò dotale expressè in decisione reseruatum non
eget vlteriori discussione, cum quoad illud dicti
fratres fateantur se non fouere bonum ius; *vt vide-
re est in calce informationis facti transmissæ 19. Iunij
præteriti pro iisdem de Melliniis*.

Et ita vtraque parte informante &c.

HISPALEN. DECIMARVM DE BARAONA.

Veneris 12. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi decimas datur probanti quasi possessionem ante, & de tempore motæ litis, & qualiter huiusmodi quasi possessio dicatur probata? Testes quinam in concursu veniant præferendi, vbi quod Testis habens tale, quale interesse, non excluditur à Testimonio, si habeat tantummodo secundarium, non principale interesse, & quod Testis conditio attenditur de tempore examinis, quasi possessio quomodo, & quando dicatur ammissa?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur probanti quasi possessionem exigendi ante, & de tempore motæ litis.*

2 *Testes informati, & reddentes optimam rationem sui dicti sufficientissime probant.*

3 *Testes illi in concursu veniunt præferendi qui sunt numero plures, & verisimilia dicunt, & affirmatiuam, non negatiuam deponunt.*

4 *Testibus interessatis, & ad proprium comodum deponentibus fides non est adhibenda.*

5 *Testis conditio non est consideranda de tempore examinis, vt faciat, vel non faciat fidem.*

6 *Testis licet habeat comodum, vel incommodum in causa, non excluditur à Testimonio, dummodo non habeat principale interesse, sed secundarium.*

7 *Testium fides suppletur ex numero.*

8 *Mutatio Status ex parte rei nullum infert Actori praiudicium ad effectum exigendi decimas, cum sola quasi possessio attendatur in sumariissimo manutentionis iudicio.*

9 *Priuilegiorum interpretatio, & discussio, tamquam requirens altiorem indaginem, reijciuntur ad petitorium.*

10 *Possessio solo animo retenta sufficit ad effectum manutentionis.*

11 *Officialium negligentia non priuat Capitulum, vel Ecclesiam sua possessione, & adhuc peti potest manutentio.*

DECISIO CLXXX.

POst resolutionem huius causæ habitam die 15.
Maij 1635. coram bon. mem. Buccabella, in qua
recedendo à decisis sub die 3. Aprilis eiusdem anni
coram eodem, dictum fuit Capitulo Hispalensi dan-
dum esse mandatum de manutenendo in quasi pos-
sessione exigendi decimas bonorum Petri Francisci
de Baraona Equitis Hierosolymitani, dictoque E-
quite vita functo fuit ad instantiam Capituli mihi
commissa causæ prosequutio contra Rodericum de
Baraona, & Ioannem de Villegas illius filios, & hæ-
redes, ac illis vigore commissionis Rotalis in parti-
bus legitimè apprehensis, diuque expectatis, neque
comparentibus, Capitulum continuauit processum
per contradictas, & dubitato, an esset standum in
primo, vel vltimo loco decisis, Domini ex rationi-
bus, & fundamentis ibidem firmatis standum esse in
vltimo loco decisis responderunt. Quia constat de
1 quasi possessione Capituli exigendi dictas decimas
ante, & de tempore motæ litis, quæ est manutent-
bilis *vulg. §. retinendæ instit. de interdict. cum alijs al-
legatis in 2. decis. §. 1.*

Testes enim pro Capitulo examinati plenissimè
firmant Capitulum, eiusque Arrendatarios extitisse
in quieta, & pacifica possessione decimas ex Terri-
torijs q. Petri de Baraona quousque dictus Petrus
suscepit habitum Hierosolymitanum, ac de tempore
2 motæ litis, qui cum sint numero plures, & reddant
super prædictis sufficientem causam scientiæ, quia
eorum aliqui soluerunt, aliqui tanquam Arrenda-
tarij exegerunt, alijque soluere viderunt, sufficien-
tissimè probant *ad text. in cap. cum causam, vbi Felin.
num. 2. de Testib. Bald. in l. Presbyt. in fin. C. de Episc.
& Cleric. Rot. cor. bon. mem. Coccino decis. 388. num. 7.
& in Cusentina Beneficij, seu Attentatorum 27. Iunij
1635. coram bon. memor. Buccabella*. Qui testes etiam
in concursu cum alijs ab altera parte examinatis
3 sunt præferendi, tum quia sunt plures numero, &
verisimilia deponunt, vt benè probat vltima *decisio,
vers. Nec refragantur*, tum quia isti affirmatiuam illi
verò negatiuam exactionis deponunt *glos. in l. diem
proferre §. si plures verb. consenserunt, & verb. inde
quæritur, ff. de arbitr. & in cap. 1. in fin. de præscript. in
6. Innocen. in cap. quid per nouale de verb. signific. Alex.
cons. 169. num. 12. lib. 5. Paris. cons. 67. num. 117. Gabr.
de Testib. concl. 4. num. 1. Rot. coram Cardin. Seraphin.
decis. 607. num. 2. & coram san. mem. Gregor. dec. 449.
numer. 3.*

Non obstat, quod nonnullis ex testibus Capituli

qui

qui se dicunt Arrendatarios, tanquam interessatis,
4 & ad proprium commodum deponentibus nulla
sit habenda fides, quia *ex Summ. huius Partis dato*
in præsenti disputatione num. 1. apparet, Capitulum
reseruasse sub sua immediata administratione exa-
ctionem decimarum exigendarum ex territorijs Pe-
tri de Baraona, illiusque Colonis, & Affictuarijs à
die qua dictus Petrus suscepit habitum Hierosoly-
mitanum, & motæ litis, nec illas amplius concessisse
alijs in arrendam, ex quo liquet de tempore exami-
nis testes nullum habuisse interesse, vel commodum:
4 conditio enim Testis est consideranda de tempore
examinis, vt faciat, vel non faciat fidem *Bald. in l.*
etiam num. 4. ibique cæteri scribentes C. de testib. Sed
6 admisso etiam in ijs talequale interesse, nihilomi-
nus non sunt excludendi à Testimonio, cum reci-
piatur testis in causa, in qua etiam mixtum com-
modum, & incommodum habeat, dummodo non
sit principale, sed secundarium *Anchar. in cap. super*
eo il secondo num. 5. de Testib. Gabr. eod. tit. concl. 10.
num. 70. *Gratian. discept. for. cap. 293. numer. 7. &* 8.
7 Ac generale est fides testium ex numero suppleri
glos. in l. 3. verb. numerus ff. de testib. Socin. iun. cons.
196. num. 2. vers. secundo propter numerum Rolan.
cons. 72. num. 5. circa fin. lib. 2. Rot. coram san. memor.
Gregor. dec. 351. num. 5. & in recent. decis. 134. num. 7.
& 8. par. 5.

Nec releuat, quod Petrus ex priuilegijs Religioni Hierosolymitanæ per Summos Pontifices concessis, non teneatur ad solutionem huiusmodi decimarũ, & proindè antecedens possessio Capituli per mutationem status personę eiusdem Petri extincta fuerit, quodque idem Petrus in susceptione habitus, & emissione professionis solutionem decimarum denegauerit, & Capitulum acquieuerit,

8 Quia per mutationem status ex parte rei nullum
præiudicium fuit Capitulo illatũ, quoad hunc effe-
ctum, cum in hoc summarijssimo sola possessio at-
tendatur, *Abb. cons. 54. num. 3. lib. 1. Menoch. de retinen.*
remed. 3. num. 135. Rot. dec. 205. num. 1. part. 2. recent.
Nec vis facienda est in dictis priuilegijs, quia illorum interpretatio, & discussio altiorem indaginem requirentes, ad petitorium reijciuntur, vt sæpius fuit resolutum *in recent. dec. 341. num. 2. et dec. 562. num. 3. par. 1. d. decis. 205. num. pariter 3. par. 2. et nuperrimè de iisdemmet Priuilegijs in alia Hispalen. Decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.*

Quicquid verò dicitur de denegatione facta à Petro pro non soluendis decimis Capitulo, eius acquiescentia facillimè tollitur ex duplici capite. Primò, quia ex testibus datis in dicto *Summar. num.* 1. constat, Capitulum exactionem continuasse de anno 1629. 1630. & vsque ad diem motæ litis, quod eo magis comprobatur ex iudicio per idem Capitulum de his decimis contra Petrum instituto, il-
9 liusque hæredes continuato, ex quo tantum abest,
quod acquieuerit, quinimò euidentissima resultat
contradictio, per quam necessariò dicendum est,
nunquam Capitulum intellexisse quasi possessio-
nem dimittere, sed eam saltem animo retinere, quod
10 sufficit ad hunc effectum, *iuxt. glos. in l. 1. §. vltimo*
in verb. possidet ff. vti possidet, cum alijs allegatis in d.
Hispalen. decimarum vers. neque visa fuerunt in fin.

Secundò, quia negligentia officialium non priua-
11 uit Capitulum, vel Ecclesiam sua possessione, sed
adhuc illius vigore peti potest manutentio *Innoc. in*
cap. super hoc num. 2. vers. propter hoc dicimus de caus.
possess. et propriet. Bart. in l. 1. §. fin. num. 4. vers. sed in
Collegio Ecclesiæ ff. de acquir. possess. Rot. coram Card.
Seraph. dec. 1417. num. 3. vers. sed respectu Ecclesiæ in
Recentior. dec. 78. num. 4. dec. 226. numer. 3. part. 6.
Adden. ad san. mem. Greg. dec. 116. num. 4. et fuit dictum in dicta Hispalen. decimarum vers. secundo quia, circa medium.

Et ita resolutum Capitulo tantum informante &c.

VERCELLEN. DECIMARVM.

Luna 15. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Pro decimis exigendis is habet fundatam intentionem qui habet pro se sententiam firmantem statum, etiam contra non expressos in sententia.

Priuilegia super exemptione decimarum concessa, in quibus decimis intrent, & quando non attendantur etiam si sint concessa, cum clausulis, & derogationibus amplissimis. Priuilegium licet laicale, si sit confirmatum à Pontifice, comprehendit etiam personas Ecclesiasticas. Quadragenaria cum titulo, quando æquiparetur immemorabili, & in quibus casibus procedat. Paupertas quando dicatur probata, & qualis esse debeat, ad effectum eximendi à solutione decimarum?

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ firmat statum afficit etiam non expressos in ea.*

2 *Priuilegium super exemptione decimarum concessum non obstante, quod contineat derogationem quarumcumque constitutionum, & legum Imperialium cum clausula generali* quibuscumque; *attamen, vt attendatur debet continere claram, & expressam derogationem* cap. nuper de decim.

3 *Derogatio Concilij Lateranensis* in cap. nup. de decim. *non comprehenditur in generali, nec generalissima derogatione.*

4 *Decimarum exemptio est odiosa.*

5 *Moniales in odiosis non veniunt appellatione fratrum, seu Monacorum.*

6 *Priuilegium super exemptione decimarũ, quãuis verbis, & dictionibus generalibus legatur conceptum, intelligitur tantũ modo de extraordinarijs, non autem de Ordinarijs debitis de iure Diuino.*

7 *In priuilegijs ea non veniunt, quæ de facili concedi non solent, nisi de eis fiat specialis mentio.*

8 *Derogatio generalis Conciliorum, cum clausula,* quorum tenores &c. *includit etiam derogationem Concilij Lateranensis.*

9 *Conciliorum Prouincialium, & Synodalium appellatione non venit Concilium Lateranense, quod est generale.*

10 *Constitutio Greg. XIII. Bull. tom. 2. Constit. 9. q. est vsu recepta.*

11 *Priuilegium licet laicale, cum emanauerit de consensu, & petitione Pontificis, & ab eo fuerit confirmatum, ligat, & afficit etiam personas Ecclesiasticas.*

12 *Præscriptio quadragenaria cum allegatione tituli æquiparatur centennariæ, & parrim vim habet cum ea.*

13 *Titulus non admittitur nisi comprehendat rem, & personas de quorum præscriptione agitur.*

14 *Præscriptio quadragenaria cum titulo æquiparatur centennariæ, quando ex particulari lege non requiritur centennaria.*

15 *Præscriptio centennaria, quando requiritur ex particulari lege, vel priuilegio, non sufficit quadragenaria cum titulo.*

16 *Præscriptione centennaria, seu immemorabili opus est, quando non adest Titulus.*

17 *Paupertas olim per sententiam probata non probat paupertatem de præsenti.*

18 *Paupertas non excusatur à solutione decimarum, nisi sit tanta, quod si decimas soluerent, fame perirent.*

DECISIO CLXXXI.

STandum esse in decisis sub die 13. Nouembris præteriti Domini responderunt, eum nequeat dubitari Capitulum in exactione decimarum in territorio Oppidi Cassinarum Stratæ habere intentionem fundatam in sententia antiquissima anni 1464. lata ad sui fauorem super huiusmodi solutione contra Communitatem, & Homines dicti Oppidi, & confirmata per tres alias sententias Rotales, quas effectum sortitas fuisse ostendunt depositiones Testium, locationes de huiusmodi decimis cum subsequuta exactione, & propria confessio earumdem Monialium,
1 *Summ. veteri num. 3. 4. & 5.* quæ sententia cum firmet statum, afficit etiam moniales, licèt ibidem non expressas, vt fuit probatum *in decisione, quæ reuidetur §. Capitulum enim.*

Nec obstare visa fuerunt DD. priuilegia de nouo adducta, & in quibus fit tota vis ab informantibus pro monialibus: priuilegium enim Bonifacij Noni, vt omnia examinentur, datum in earum *Summar. num. 2.* per quod dictæ moniales à solutione huiusmodi decimarum prætenduntur exemptæ, licèt
2 contineat derogationem quarumcumque Constitutionum Apostolicarum, & legum Imperialium, cum clausula generali *quibuscumque*. Attamen non continet derogationem Concilij Lateranen. *in cap. nuper de decim.* quod specificam, & expressam re-
3 quirit, nec in generali, vel generalissima comprehenditur, vt probat, *Archid. in cap. primo num. 2. vers. vel dic planius de Constitut. in 6. Mohedan. decis. 7. num. 2. de locat. Rota in Toletana Decimarum 26. Nouembris 1605. coram Iusto num. 2. post Marthes. de Commis. part. 2. fol. 596. in Vrbinaten. Decimarum 25. Iunij 1618. coram Sanctiss. D. N. post Tambur. de iur. Abbat. decis. 95. nu. 4. coram bon. memor. Coccino dec. 269. num. 2. in recent. decis. 341. num. 2. par. 1. dec. 229. num. 2. par. 2. & decis. 103. num. pariter 2. par. 7. & in Hispalen. Decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.*

Priuilegium verò Gregorij XI. *in Bull. tom. 1. inter eius Constitutiones Constit. 7. §. 22.* quod postea ab Eugenio Quarto, & Martino 5. fuit confirmatum, & per Sixtum Quartum extensum ad quæcumque bona, & quascumque personas, *vt in d. tom. 1. Constitutio eiusdem Sixti V. §. 7.* vltra quod eodem defectu non expressæ derogationis laborat, cum loquatur tantum de Fratribus Ordinis Sancti Dominici, non debet extendi ad moniales eiusdem ordinis, cum in
4 odiosis, qualis est exemptio à Decimis, vt dixit *Rot. decis. 271. num. 6. par. 4. recent.* Moniales non veniant
5 appellatione fratrum, seù monacorum ex doctrina *Bald. in l. tres fratres num. 1. vers. quis priuilegium, ibique Alberic. idem Bald. ff. de pact. & in l. quicumque numer. 17. C. de seru. fugit. Anch. in cap. 2. numer. 277. de Constit. Alex. cons. 15. post litt. fin. vers. Quod priuilegium lib. 4. Roland. cons. 82. num. 37. lib. 3. Houded. cons. 76. num. 25. lib. 2. Curt. sen. cons. 9. num. 15. benè Cochier. de iurisdict. ordin. par. 1. qu. 17. num. 27. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 6. num. 29. in fin. Rot. in recent. dec. 388. num. 4. & 5. par. 5.*

Quæ responsio licèt etiam adaptetur Priuilegio edito ab eodem Sixto Quarto *d. Constit. 7. §. 7.* cum tantum loquatur de Fratribus Prædicatoribus, non autem de sororibus, nihilominus duas alias ponderarunt DD. responsiones, alteram, quod in dicto priuilegio deest expressa derogatio *d. cap. nuper*, quæ ad hunc effectum requiritur ex iuribus supra alle-
6 gatis; alteram, quod ille Pontifex in dicto Priuilegio intellexerit solummodo de decimis extraordinarijs, non autem de ordinarijs, debitis de iure diuino, quamuis verbis, & dictionibus generalibus le-
7 gatur conceptum, in his enim priuilegijs non veniunt ea, quæ de facili concedi non solent, nisi de eis fiat specialis mentio, vt sæpissimè tenuit, *Rot. coram Card. Put. decis. 65. per tot. libr. 3. coram Card. Seraphin. decis. 1293. num. 6. vers. ideo illa verba coram bon. mem. Coccino d. decis. 269. num. 3. & 4.* & hoc idem priuilegium ita pluriès *Rot. fuit interpretata in Toletana Decimarum 26. Nouembris 1607. coram Ortembergo coram Cardin. Canal. decis. 247. num. 11. & postremò latissimè in dicta Hispalen. Decimarum coram R. P. D. meo Corrado vers. tùm quia cum alijs in decis. quæ reuidetur vers. Hinc etiam infertur.*

Nec releuat derogatio ibidem in §. 17. *Ibi non obstan. Constitutionibus &c. ac etiam in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis*: Quia licet derogatio
8 generalis conciliorum cum clausula, *Quorum tenores* includat derogationem Concilij Lateranensis, vt dixit *Rota in Conchen. exemptionis Decimarum 17. Maij 1598. coram Orano relata per Garz. de benefic. part. 4. cap. 5. num. 29.* In casu tamen nostro deroga-
9 tio loquitur tantummodo de Concilijs Prouincialibus, & Synodalibus, quorum appellatione non venit Concilium Lateranense, quod est generale, vt declarando *d. decisionem Conchen. Exemptionis Decimarum respondit Rot. in Cæsaraugustana Decimarum 17. Iunij 1611. coram Sanctissimo D. N. relata per add. ad Buratt. decis. 704. num. 16. & in d. Hispalen. Decimarum cor. R. P. D. Corrado vers. in proposito autem in fin.*

Denique nec obstat priuilegium san. mem. Pij V. *in Bull. tom. 2. Const. 41. §. 2. num. 14.* vltimo loco exhibitum, quia vltra quod in eo defecit eadem expressa derogatio *d. cap. nuper.* Huiusmodi priuilegium fuit reuocatum, & ad terminos iuris, ac Concilij Tridentini reductum per Constitutionem Gregor. XIII. *in eodem Bull. d. tom. 2. const. 9. per tot.* quod perinde est, ac si non emanasset, vt in ijsdem ferè terminis de eodem priuilegio dixit *Rota in vna Pampilonen. Decimarum 18. Decembris 1615. coram bon. me. Coccino, quæ est decis. 728. n. 2. par. 3. recentior.*

Quæ Constitutio Gregoriana non euitatur, allegando eam non fuisse in tempore promulgatam, nec vsu receptam, quia tanquam promulgata inter alias Bullas Pontificias circumfertur, vt videre est
10 loco supra citato, quod autem sit vsu recepta, firmauit *Rot. coram bon. memor. Coccino in d. decis. 728. n. 2. par. 3. recent.*

Prout minus releuat prætensa quadragenaria præscriptio, quia vt respondet *decisio §. vlterius* illa non probatur, & probata non releuaret, cum Capitulum obtinuerit à Carolo, & Federico Imperatoribus ad petitionem Eugenij Papæ III. priuilegium centenariæ, quod licet laicale, cum emanauerit de
11 consensu, & petitione Pontificis, & ab eo confirmatum fuerit, ligat, & afficit etiam personas Ecclesiasticas *Azo. instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 37. vers. nisi fiant priuilegia cum alijs in dicta decisione d. vers. vlterius, quadragenaria non sufficit, sed centenaria requiritur ex pluribus ibidem adductis.*

12 Nec applicatur responsio, quod præscriptio quadragenaria cum allegatione tituli parem vim habet cum immemorabili, & æquiparatur centenariæ *per textum in cap. 1. de præscript. in 6.*

Primò quia cum titulus deducatur ex huiusmodi priuilegijs, quorum alia loquuntur tantum de deci-

mis

misextraordinarijs, non autem de ordinarijs debitis de iure diuino, alia comprehendunt dumtaxat fratres, non moniales, & omnia careant derogatione dicti *cap. nuper*, non potest deseruire ad hunc
13 effectum, cum titulus non admittatur, nisi comprehendat rem, & personas, de quorum præscriptione agitur, *Gemin. in cap. cum persona §. quod si tales ante fin. vers. & sic inspecto de priuileg. in 6. idem Gemin. cons. 96. num. 4. vers. quod secundum Mandell. cons. 34. num. 14. Rot. in recent. dec. 458. num. 7. par. 5. tom. 2.*

Secundò quia præscriptio quadragenaria cum
14 titulo æquiparatur centenariæ, quando ex particulari lege non requiritur centenaria, in quibus terminis procedit *text. in d. cap. 1. de præscript. in 6. cum alijs concordantibus*, quando verò centenaria requiritur ex particulari lege, vel priuilegio, non sufficit
15 quadragenaria cum titulo, nam alioquin superflua esset lex, & priuilegium, cum eo etiam circumscripto, opus sit centenaria, seu immemorabili,
16 quando non adest titulus *ex allegat. per Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 10. disput. vnic. punct. 5. nu. 2.*

Quod dicitur de Paupertate monialium, non releuat, tum quia sententia lata de anno 1434. non
17 probat paupertatem de præsenti, tum quia pau-
18 pertas non excusat à solutione decimarum, nisi sit tanta, quod si decimas soluerent fame perirent, *Io. Andr. in cap. cum homines vers. persoluant, ibique Abb. num. 5. de decim. Monet. eod. tract. cap. 5. quæst. 1. à num. 28. vsque ad 32. Tambur. de iur. Abb. disp. 15. qu. 18. num. 51. Franc. Marc. dec. 198. num. 2. & 6. part. 2. Rot. in d. Vrbinaten. Decimarum coram Sanctissimo D. N. num. 7.*

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Aegidianæ non est locus, vbi in sententia fit liquidatio, & ex liquidatione sententia fit appellabilis, etiā quod liquidatio fuerit tantummodo facta ad effectum solius possessorij, si non constat certitudinaliter de credito petentis immissionem, ac de valore corporis, super quo petitur immissio, quo in casu non est idem loqui per nomina numeralia, & quotitatiua. Sententia potest esse appellabilis in ea parte, quæ lata fuit in Capitulo separato.

Sententia, quando ad effectum appellationis dicatur continere mixturam cum petitorio, & quando non?

SVMMARIVM.

1 *Sententia fit appellabilis ex liquidatione, & Aegidianæ locus esse non potest.*
2 *Amplia etiam si materia esset executiua, cum liquidatio non participet priuilegium executiuum.*
3 *Liquidatio facta ad effectum solius possessorij non reddit immissionem appellabilem data certitudine crediti, & valoris corporis, cum tunc idem sit loqui per nomina numeralia, ac quotitatiua.*
4 *Melioramenta facta post obitum fideicommittentis non cadunt sub fideicommisso.*
5 *Appellatio sicuti datur à relatione, & æstimatione peritorum consistito de grauamine, ita etiam admitti debet à sententia in vim dictæ relationis prolata.*
6 *Appellare semper est licitum à sententia, quæ detegitur excessiua, & nulla causa est in mundo, à qua non possit appellari ab excessu.*
7 *Sententia concedens immissionem per nomina numeralia non dicitur liquidatoria, si per confessionem partis, vel rem iudicatam, aut aliunde constat de toto valore corporis, tunc enim quantitas succedit loco quotæ.*
8 *Appellatio admittitur in ea parte sententiæ, quæ lata fuit per Capitula separata.*
9 *Protestatio ne procedatur in causa, nisi per viam reuocationis, vel confirmationis facta post seruatos terminos substantiales ad sententiam, & postquam fuit cognitum super meritis non reddit nullam ex hoc capite subsequentem sententiam, sed debet fieri ab initio.*
10 *Protestatio respiciens dumtaxat vnum casum, contrarium casum, qui euenit non afficit.*
11 *Sententia imponens perpetuum silentium, & declarans molestias fuisse temerè illatas, si hoc non fuit primario, & principaliter ad canonizandum petitorium, sed secundario, & incidenter ad effectum solius possessorij, non dicitur continere mixturam, & tangere petitorium.*

DECISIO CLXXXII.

Concessa Clementiæ, & litis consortibus de Spiritibus noua audientia à resolutione capta coram me sub die 14. Iunij præteriti, in qua dictum fuit Aegidianæ locum esse, causam super eisdem reproposui, & ea per das vices discussa, ex nouiter in facto iustificatis, Domini recesserunt à decisis ex capite liquidationis tantum.

Etenim sententia R.P.D. Bichij liquidat antiquum valorem domus fideicommissariæ Ioannis in scutis 1600. & pro totidem Michaeli concedit immissio-
1 nem, ex hac autem liquidatione sententia fit appellabilis, & consequenter Aegidianæ locus esse non potest, ex traditis per *Bald. in l. si causam num. 7. C. de execut. rei iudic. Gallesf. de oblig. Camer. quæst. de liquidat. nu. 17. cum seqq. Menoch. de adipisc. remed. 3. n. 192. Grat. discept. for. cap. 716. num. 11. Surd. decis. 27. num. 9. Rot. post Marches. de commiss. par. 1. fol. 724. num. 3. & coram san. mem. Greg. dec. 232. num. 2. vbi Add. num. 5.*
2 ampliat hoc procedere, etsi materia esset executiua, cum liquidatio non participet priuilegium executiuum, *Grat. dec. Marchiæ 212. num. 13.*
3 Nec applicatur responsio decisionis, quod liquidatio facta ad effectum solius possessorij, non reddat immissionem appellabilem, & quod idem sit concedere immissionem super quota, ac super determinata quantitate, dum liquido constat de valore totius corporis, cum data certitudine integri corporis, quantitas succedat loco quotæ, itaut idem sit loqui per nomina numeralia, & quotitatiua.

Quia conclusio procederet, si constaret certitudinaliter de credito petentis immissionem, & de valore corporis, super quo petitur immissio, in quibus terminis loquitur, *Paris. cons. 55. sub num. 9. vers. secus est, & cons. 61. sub nu. 2. libr. 1. cum alijs in decisione allegatis, & distinguendo consuluit Dec. cons. 225. sub num. 6. in fin. & 7.*

Sed in casu, de quo agitur, fuit animaduersum, nec de certo credito Michaelis constare, nec de certo valore domus: quantum enim ad creditum, licet sit verum in facto Ioannem fideicommittentem anno 1593. emisse a Petro Paulo Amodeo tres domunculas pretio scut. 400. vt ex instrumento *in extractu A. C. pag. 156.* eumdemque Ioannem de anno 1605. dictas tres domunculas redactas in duas habitabiles diuisisse inter Aegidium, & Pasqualem filios, & fideicommisso subiecisse *eodem extractu fol. 17.* easdemque sic diuisas fuisse à dictis Fratribus per diuersas meliorationes in meliorem statum redactas. Et successiuè defuncto Ioanne communi Patre, Aegidium ære alieno grauatum anno 1614. portionem suam vnà cum melioramentis ab eo fa-

ctis vendidiſſe Paſquali Fratri, pretio æſtimando per
Curtum Peritum electum de conſenſu vtriuſque,
cum promiſſione de ſtando eius relationi *extracto
pag.* 97. Et Curtum eodem anno portionem huiuſ-
modi æſtimaſſe in ſcut. 883. b. 86. vt ex relatione
in eod. extr. pag. 238. Hinc tamen inferri non poterat
valorem alterius portionis ad Paſqualem ſpectantis
aſcendere ad ſimilia ſcut. 883., & per conſequens
valorem totius domus fideicōmiſſariæ fuiſſe ſcutor.
1600. Quia Curtus in æſtimatione portionis, ad Egi-
dium ſpectantis calculauit etiam, & æſtimauit me-
lioramenta ab eodem facta poſt obitum Ioannis Pa-
tris, quæ in ſpecie dixit aſcendere ad ſcut. 153. vt
in eadem relatione *dicto extr. pag.* 238. Et ſic ex duo-
bus non intrat illatio. Primò quia neſcitur, An
Paſqualis ſuam portionem meliorauerit, prout il-
lam meliorauerat Egidius, & an melioratio aſcen-
dat ad hanc præciſam ſummam, caſu quo meliora-
ta fuerit. Secundò quia rata illa melioramentorum
4 factorum poſt obitum Patris, quam Peritus dicit
aſcendere ad ſc. 153. non cadit ſub fideicōmiſſo prius
inſtituto. Vndè attenta etiam illius relatione, ſi
demantur à ſcutis 883. ſcuta 153. remanet portio
fideiuſſoria ad Egidium ſpectas in ſcut. 730. & ſic
ad omne peius tantumdem æſtimando alteram
portionem ad Paſqualem ſpectantem (quam cer-
tum eſt fuiſſe coequalem, & eiuſdem valoris) valor
totius Domus fideicōmiſſariæ, qui eſt creditum Mi-
chaelis, non excedit ſcut. 1460. Dum itaque ſenten-
tia liquidat hunc valorem in ſcut. 1600. liquidatio
detegitur exceſſiua, a qua proindè licitum eſt appel-
lare, vt dictum eſt in principio.

Quò verò ad valorem totius Domus, nec minus
ille dici poteſt certus ad effectum, de quo agitur ex
relatione alterius Periti, qui de anno 1644. retu-
lit integram domum in ſtatu antiquo, videlicet vſ-
que ab anno 1613. fuiſſe valoris ſcutor. 1563. b. 77.
in recenti verò, ſcilicet melioramenta facta per Paſ-
qualem de anno 1630. aſcendere ad ſcut. 3008. b. 83.
vt ex relatione *in regeſtro rotali pag.* 280. *cum ſeqq.*
Quia huic relationi Erminia, & litis conſortes non
acquieſcunt, & ſicut à relatione, & æſtimatione Pe-
5 ritorum, conſtito de grauamine, datur appellatio
per *text. in l. iuſtum C. de iur. fiſc, & notant Bart. &
Bald. in l. arbitrio ff. qui ſatiſd. cogan. Mangil. de ſubhaſt.
quæſt.* 100. *num.* 13. Ita etiam admitti debet à ſen-
tentia in vim d. relationis prolata *Anton. de Butr. in
cap. propoſuiſti num. 8. & 9. de probat. Aemil. conſ. 99.
num. 10. & ſeq. Menoch. de adip. remed. 5. ſub num. 166.
167 Modern. Peruſ. de ſubhaſt. in ſpect. 56. num. 34.* cum
6 præſertim ex ſupra deductis appareat exceſſiua, quo
caſu ſemper eſt licitum appellare per *text. in l. ab e-
xecutione C. quor. appellat. non recipian. Bald. in capit.
licet num. 6. de offic. Iudic. Ordin. Dec. in cap. nonit. n. 9.
de appell. Rebuff. de ſent. exequut. art. 7. gloſ. 12. fall. 1.
ſub num. 4. Surd. conſ. 271. num. 59.* vbi quod nulla
cauſa eſt in mundo, à qua non poſſit appellari ab
exceſſu.

Et ideò non intrat, vt dictum eſt, reſponſio *de-
ciſionis in verſic. final.* Quod ſententia concedens
7 immiſſionem per nomina numeralia non dicatur li-
quidatoria, quia poſſet procedere, ſi per confeſſio-
nem partis, vel rem iudicatam, aut aliundè certitu-
dinaliter conſtaret de toto valore corporis, ſecus vbi
prout hic, ob incertitudinem nemo certificari po-
teſt, An Immiſſio conceſſa pro ſcut. 1600. conſtituat
tertiam, vel quartam partem, tunc enim quantitas
non ſuccedit loco quotæ, nec in his terminis lo-
quuntur DD. ad hoc citati vt dictum eſt.

Præterea dixerunt DD. ſententiam eſſe appella-
bilem in ea parte, in qua nedum pronunciat fructus
deberi à die motæ litis, ſed vlterius illos liquidat
in annuis ſcut. 50. hæc enim liquidatio licèt videa-
tur rationabilis, & ſecundum mentem *gloſſæ in auth.
perpetua verb. iuſta C. de Sacroſ. Eccleſ.* Non tamen
8 impedit, vt in ea parte ſententiæ, quæ lata fuit per
Capitula ſeparata admittatur appellatio, vt probat
*Bald. in l. ab Exequutore num. 13. ff. de appell. Iaſ. in l.
properandum §. ſin. autem alterutra numer. 5. verſ. Sed
nunquid à taxatione C. de Iudic. Innoc. in cap. ſuper
eo num. 4. de, his quæ vi metuſue cauſ. Coſt. de port. rat.
qu. 194. num. 8. Rot. diuerſ. dec. 100. nu. 3. iunctis. nu. 30.
& 31. par. 1.*

Secluſa liquidatione, placuerunt DD. fundamen-
ta deciſionis, nullitas enim deſumpta ex proteſta-
9 tione, ne procederetur in cauſa, niſi confirmando
ſententiam A. C. vel illam reuocando, iterum viſa
fuit non ſubſiſtere, cum proteſtatio legatur facta poſt
ſeruatos terminos ſubſtantiales ad ſententiá, & poſt-
quam cognitum fuerat de meritis; Ad effectum
enim, vt ſubſequens ſententia ſit nulla ex hoc capi-
te, opus eſt quod proteſtatio facta fuerit ab initio,
vt probatur *in dec. quæ reuidetur §. Quia non conſtat,*
& præteribi allegatos *Aret. conſ. 75. ſub num. 4. verſ.
Verum tamen omnibus Surd. conſ. 150. numer. 51. Rot.
diuerſ. dec. 114. per tot. lib. 1. & dec. 55. lib. 2. par. 3. cor.
ſan. me. Greg. dec. 317. num. 3. & in rec. dec. 151. num. 4.
part. 1.*

Ponderando præſertim, quod huiuſmodi prote-
ſtatio non continet, vt non procedatur niſi, vt in ſe-
cunda, confirmando ſcilicet, vel infirmando pri-
mam, ſed dumtaxat, vt non deueniatur ad aliquam
ſententiam, aliàs per eos obtentam ab A. C. *vt in
regeſtro fol.* 397. Huiuſmodi autem proteſtatio cum
10 reſpiciat dumtaxat caſum, quo ſententia ferretur
ad fauorem ſuorum principalium, contrarium ca-
ſum, qui euenit, non afficit *ad text. in l. in agris ff. de
acquir. domin. l. cancellauerat ff. de his, quæ in teſtam.
delent. Honded. conſ. 24. num. 46. lib. 2.*

Quod autem ſententia contineat mixturam, &
tangat petitorium, dum declarat moleſtias fuiſſe
temerè illatas, & perpetuum ſilentium imponit, ceſ-
11 ſat ex deductis *in d. dec. verſ. fuit reſponſum*, decla-
ratio enim huiuſmodi, perpetui ſilentij impoſitio
emiſſę non fuerunt primario, & principalitèr ad ca-
nonizandum petitorium, ſed ſolum incidenter ad
effectum poſſeſſorij ideoque ad illius terminos re-
ſtringuntur ex iuribus ibidem allegatis, quibus ad-
di poſſunt *Alex. conſ. 22. in fin. verſ. ſecunda ratio lib.
1. Aleiat. conſ. 67. in fin. verſ. non obſtat clauſula lib. 8.
Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 16. num. 4. in fine*, Et propt e-
rea non applicatur *dec. ſan. me. Greg.* 251. cum in
eius caſu Iudex egreſſus terminos poſſeſſorij peti-
torium tetigerit, & abſolutè perpetuum ſilentium
impoſuerit, non incidentèr, nec reſtrictiuè ad ter-
minos ſolius poſſeſſorij, vt in hoc caſu.

Quoad nullitatem deductam ex defectu citatio-
nis placuit etiam DD. reſponſio data *in dec. in verſ.
iniuſtitia enim tollitur.*

Et ita reſolutum vtraque &c.

ROMANA PENSIONIS.

Ven. 19. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Valor Beneficij ad effectum validitatis Penſionis ex
obſeruantia, & ſolutione illius continuata ab ante-
ceſſoribus per 29. annos præſumitur iuſtificatus, a-
deout alia iuſtificatione non indigeat contra ſucceſ-
ſores, iunctis tamen adminiculis, & quæ ſint admi-
nicula ad hunc effectum neceſſaria non obſtante,

quod

quod gratia sit conditionalis circa huiusmodi valorem cum Clausula, vt *asseris*, & quinam fructus attendantur ad effectum probandi valorem Canonicatus? Occultans libros, ex quibus probationes haberi non potuissent si sit Actor punitur ammissione Causæ. Post rem iudicatam in quibus casibus liceat facere nouas probationes?

SVMMARIVM.

1 *Gratia Pensionis præsumitur vsque ab initio iustificata stante obseruantia, & continuatione solutionum, nec indiget alia iustificatione.*

2 *Titulus sicuti præsumitur ex possessione vigintinouem annorum, eo magis iustificatio ipsius tituli præsumi debet.*

3 *Valor Beneficij probatur per Testes, & satis est vnũ de certa sciẽtia, alios vero de fama deponere.*

4 *Solutio Pensionis facta per Titulares Antecessores multum facit ad præsumendam iustificationem valoris narrati in gratia Pensionis.*

5 *Valor Beneficij de præsenti probatus arguit valorem de præterito, quando modicum temous intercedit, nisi probetur illum diminutum fuisse.*

6 *Actio ad exhibendum competit probata existentia & interesse.*

7 *Actor si libros non exhibuerit præsumitur eos occultasse, ne possint haberi iustificationes pro Reo.*

8 *Occultans libros, tenetur ac si de Archiuio eos furtiuè subtraxisset.*

9 *Occultans Rationes Aduersarij, si est Actor punitur in ammissione causæ.*

10 *Actor occultans probationes Aduersarij non debet in eius præiudicium vtilitatem ex propria culpa reportare.*

11 *Testes ad probandum valorem Beneficij sufficit si iunctis adminiculis deponant de publica voce, & fama.*

12 *Solutio pensionis stante obseruantia, quæ etiam non fuerit per 30. Annos continuata multum facit pro iustificatione gratiæ, quando obseruantia coadiuuatur ex adminiculis, & verisimilitudine*

13 *Pensionis nullitas, quando discutitur in petitorio non suffragatur quasi possessio exigendi plurium annorum, sed requiritur concludens probatio, & concludentissima.*

14 *Valor narratus per ascensum per modum affirmatiuum plenam probationem requirit.*

15 *Clausula* vt asseris, *importat expressam conditionem itaut ea non iustificata gratia corruat.*

16 *Verisimilitudo operatur, vt admittantur etiam leuiores probationes, & ea probent, quæ alias nullum gradum probationis facerent.*

17 *Probationes, quæ singula non prosunt, vnita iuuant.*

18 *Probatio perfecta resultat ex multis probationibus imperfectis simul iunctis.*

19 *Ad valorem Beneficij etiam in conditione positum ex multis probationibus imperfectis simul iunctis, resultat perfecta probatio.*

20 *Præsumptio à tempore præterito ad præsens non bene infertur, quando medio tempore intercessit aliqua causa extrinseca, quæ illud variauit.*

21 *Valor Canonicatus adhoc vt probetur; ea tantum emolumenta computari debent, quæ percipiuntur Iure Canonia non autem ea, quæ percipiuntur ab extra.*

22 *Verbum circiter verificatur etiam in decima parte minus.*

23 *Valor Beneficij licet deficiens in modica quantitate, si hac modica quantitas Pontifici fuisset narrata illum non retraxisset à concessione gratiæ*

24 *Res iudicata non impedit, quo minus possint fieri noua probationes, si causa restitutionis in integrum iam erat commissa.*

DECISIO CLXXXIII.

IACOBVS Pergamenus, tunc viuens Canonicus Sancti Angeli in Foro Piscium, consensit de anno 1615. reseruationi annuæ pensionis ducat. 24. auri de Camera fauore Francisci Grilli, à San. me. Paulo V. reseruatę super fructibus ipsius Canonicatus *Summ. Grilli num.* 1.

Ioannes Baptista Marus vltimus successor in Canonicatu ægrè ferens solutionem d. Pensionis introduxit iudicium coram A.C. super illius nullitate, ex eo præcipuè fundamento, quod valor narratus per ascensum ad similes ducatos centum non esset iustificatus, & sententiam fauorabilem reportauit, quæ cum fecisset transitum in iudicatum, fuit mihi ad Instantiam Grilli commissa causa restitutionis in integrum, & proposito hodie dubio, An constaret de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, Domini affirmatiuè quoad secundam partem responderunt ob euidentem iniustitiam sententiæ.

Etenim A.C. absoluit Marum, eò quia Grillus
suam intentionem non iustificauit, & tamen suffi-
cientissimè apparet iustificata ex subsequuta obser-
uantia exigendi hanc pensionem, tàm à Pergame-
no, quàm ab omnibus illius successoribus, & ab eo-
demmet Maro *d. Summ. num.* 2. continuata per 29.
annos, & vltra, quæ operatur, vt gratia a princi-
1 pio præsumatur iustificata, nec alia iustificatione
indigeat *Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 478. *& seq.*
Rot. diuers. dec. 534. *num.* 2. *par.* 1. *Card. Seraph. dec.* 642.
num. 3. *Card. Mantic. dec.* 356. *num.* 1. *Card. Canal. dec.*
15. *num.* 3. *fa. me. Greg. dec.* 431. *num.* 10. *vbi Add. litt.*
2 *B.* Sicut enim ex possessione tanti temporis præsu-
mitur titulus, *Prlin. in cap. licet num* 10. *de Simon.* ita
eò magis iustificatio ipsius tituli præsumi debet, vt
ad nostrum propositum respondit *Rot. dec.* 534. *n.* 2.
par. 1. *diuers. dec.* 122. *num.* 5. *part.* 1. *rec. & postremò in*
Pistien. Prusionis 6. *Febr.* 1645. *coram R. P. D. mro*
Ottobono.

Et hanc obseruantiam dixerunt Domini ex pluri-
bus coadiuuari. Primò ex Testibus pro Grillo exa-
minatis, qui deponunt huiusmodi Canonicatus, com-
putato anno fertili cum sterili, ab anno 1614. vsq; in
præsens fuisse solitos reddere annuatim sc. 130 non
comprehensis pensionibus domorum, & Mansio-
num, qui cum sint numero plures, & alij de fama,
alij de certa scientia deponant, benè probant; ad
3 hunc enim effectum sufficit vnicum de certa scien-
tia, alios verò de fama deponere ex notat. *glos. in*
cap. 1. *in verb. famam de appell. Alex. in l. Gallus §. fin.*
num. 13. *post Bald. ibid. in §. iste casus sub num.* 3. *ff. de*
lib. & posthum. Paris. consil. 57. *nu.* 23. *&* 24. *lib.* 1. *Ruin.*
cons. 44. *num.* 5. *lib.* 4. *Gabr. de probat. concl.* 1. *num.* 8. *Cas.*
de Grass. dec. 1. *num.* 2. *de spons. & Matrim. Card. Se-*
raph. dec. 1199. *num.* 4. *fa. me. Greg. d. dec.* 245. *num.* 1.
& decis. 273. *par.* 1. *Rot. in rec. dec.* 340. *nu.* 3. *par.* 3.

Secundò ex verisimilitudine, cum verisimile sit,
quod titulares, & successores pro tempore pensio-
nem non persoluissent, nisi valor narratus verus
4 & iustificatus fuisset *argum. text. in l. cum de indebito*
ff. de probat. Rot. cor. bo. me. Buratto dec. 261. *numer.* 5.
vers. quam ipse, & coram sanct. me. Greg. d. decis. 245.
num. 6.

Tertiò ex partitis libri Camerariatus Ecclesiæ, de qua agitur de anno 1625. vsq. in præsens d. *Sum. num.* 10. ex quibus constat à dicto tempore citra fructus huiusmodi canonicatuum, non computatis dictis pensionibus domorum, cuilibet Canonicato contingen-

gentium, ascendisse ad annua scut. 137. hinc enim
5 vrgentissima oritur præsumptio, quod de tempore
antecedenti redditus dd. Canonicatuum ad d. sum-
mam ascendissent, nisi probetur eos diminutos fuis-
se ex doctr. Castr. in l. 2. nu. 4. C. de rescind. vend. Natt.
cons. 352. Rot. coram san. me. Greg. dec. 553. num. 4. ibi-
que Add. num. 15.

Idque etiam, si dd. partitæ non percutiant tem-
pus reseruatæ pensionis, cum melior probatio fieri
non potuerit culpa ipsius Marij, eo quia dd. libri
anni 1610. vsque ad annum 1625. reperirentur amis-
si culpa illius, à tempore, quo fuit Archiuista; pro-
batur enim, quod isti libri semper, & de anno 1639.
extiterunt in Archiuio Ecclesiæ, de qua agitur, quod
que Marus effectus Archiuista deferre fecit ad pro-
priam domũ omnes libros existentes in dicto Archi-
uio, & insuper quod libros anni 1620. & sequentium
penès se retinuit, illosque testibus ostendit, vt in d.
Summ. num. 12. 13. & 14. Itaque sicut probatis exi-
6 stentia, & interesse, potuerat cogi Marus ad illos
exhibendum l. 4. ff. ad exhiben. l. 1. C. de eden. Rot.
dec. 5. de probat. in nou. Card. Seraph. dec. 1224. num. 4.
7 bo. me. Buratto dec. 278. num. 11. Et nisi exhibuerit
præsumendum erit eos occultasse, ne Grillus gratiã
concludentèr iustificare potuisset l. hæredes §. fin. ff. ad
l. Falcid. Bald. cons. 80. num. 2. par. 2. & 3. libr. 3. Vbi
8 quod occultans tales rationes tenetur, ac si eas de
Archiuio furtiuè subtraxisset Hond. cons. 19. num. 13.
libr. 1. ibi, & si restituere recusat, quia ipse est actor
9 puniri debet in amissione causæ, prout punitur ille,
qui probationes alterius partis occultat, seù subtra-
hit Ginrb. dec. 29. num. 10. Rot. dec. 418. num. 5. part. 2.
rec. Ita hæc præsumptio, iunctis supra deductis,
sufficit Grillo ad hunc effectum, nè Marus ex pro-
10 pria culpa vtilitatem reportet in illius præiudiciũ,
l. ne ex dolo ff. de dol. l. itaq; ff. de fur. l. 1. §. 1. ff. de except.
dol. cap. sedes de rescript. Aym. cons. 100. nu. 6.

Quartò ex quo alij Canonicatus huius Colleggia-
tæ sunt grauiori pensione grauati, nec vllus de nul-
litate opponit, vt probant alij Testes in d. Summ.
num. 29. qui etiam si deponant de fama, & publica
11 voce, plenè probant, cum iunctis adminiculis, ad-
hunc effectum sufficientem faciant probationem.
Alex. cons. 4. num. 4. lib. 6. san. me. Greg. dec. 277. nu. 4.
ex quibus omnibus cessat, quod ab altera parte di-
citur obseruantiam huiusmodi requiri per 30. annos
12 completos, quia id procederet in simplici, & nu-
da obseruantia, secus verò quandò prout hìc, ex
tot adminiculis, & verisimilitudine ea, coadiuuatur,
vt sæpissimè respondit Rot. in Gerunden. vnionis 24.
Nouembr. 1600. coram Sacrato in Gerunden. Prioratus
10. Decembr. 1614. coram bo. me. Card. Fabritio Ve-
rospio, & Card. Mantic. dec. 340. num. 6. & 8. san. mem.
Gregor. decis. 245. num. 6. & seqq. & dicta dec. 273. n. 3.
ad fin. & seqq.

Non obstat, quod vbi tractatur de nullitate pen-
13 sionis in petitorio, non suffragetur quasi possessio
exigendi plurium annorum, sed requiratur conclu-
dens probatio, & concludentissima Paris. de resignat.
lib. 6. quæst. 2. num. 25. Rot. cor. Seraph. dec. 1122. num. 2.
Eoque magis in pensione reseruata intuitu expres-
14 sionis valoris facta conditionalitèr, vt asseris, cum
valor nareatus ad ascensum per modum affirmatiuũ
plenam probationem requirat, vt dixit Rot. cor. Se-
raph. dec. 1009. num. 2. bo. me. Buratt. decis. 437. num. 9.
& in Perus. Parochialis, seù pensionum 1. Iunij 1641.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, & de clausula
15 vt asseris, quæ importat expressam conditionem,
adeoùt ea non iustificata, gratia corruat Barbos. in
prax. exigen. pension. par. 1. qu. 2. sub num. 5. vers. simili-
tèr conditionalis, & fuit dictum in Troiana pensionis
14. Maij 1629. coram Quacippo impress. post. Posth. de
manut. in ord. dec. 316.

Placuit autem responsio, quod licet prædicta ob-
seruantia, & probatio per Testes de per se aliquam
difficultatem paterentur, coadiuantur tamen ex tot
adminiculis, & præsertim ex dicta verisimilitudine
resultante ex solutione tanti temporis per omnes
16 Successores, quæ operatur, vt admittantur etiam
leuiores probationes, & ea probent, quæ alias nul-
lum gradum probationis facerent Alex. in l. edita in
fin. C. de eden. Tiraquel. in l. si vnquam verb. donatione
largitus num. 100. & seq. C. de reuoc. donat. Surd. decis.
325. san. me. Greg. d. dec. 245. num. 7. & 8. & dec. 273.
17 num. 4. & 5. In materia enim probationum, quæ
singula non prosunt, vnita iuuant l. Instrumenta C.
de probat. Abb. in cap. Cum causam num. 2. de probat.
Dec. cons. 146. sub num. 4. vers. 6. & vltimo lib. 1. san.
me. Greg. d. dec. 245. num. 2. & ex multis probationi-
18 bus imperfectis simul iunctis, perfecta probatio re-
sultat gloss. in d. cap. cum causam in verb. adminicula de
probat. Bart. in l. admonendi num. 48. ff. de iur. iur. cum
alijs per Gabr. de probat. concl. 1. num. 1. Greg. d. decis.
19 245. num. 5. etiam ad probandum valorem benefi-
cij in conditione positum Greg. dec. 277. num. 6.

Prout non obstat, quod ex libro Capituli ab an-
nò 1598. vsque ad annum 1610. appareat huiusmo-
di redditus non excessisse scut. 98. Summ. Mari nu. 4.
quia cum medio tempore inter d. annum 1610. &
annum 1615. superuenerit noua assignatio fructuũ
facta à bo. me. Card. Peretto, & constet ab indè ci-
tra ad maiorem summam ascendisse ex supra dedu-
ctis non benè traditur consequentia à valore anni
20 1610. ad valorem anni 1616., & sequentium Rip.
in l. rem quæ nobis num. 59. ff. de acquir. poss. Alciat. de
præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. nu. 16. Menoch. eod. tract.
qu. 24. num. 17. cum seq. lib. 1. Rot. in Rossanen. decimar.
28. Nouembr. 1639. cor. R. P. D. meo Bichio.

Nec releuat quod prædicti redditus ad prædictã
summam ascendant computatis pensionibus domo-
rum, & mansionum, quæ cum subiaceant optioni
iuxta antianitatem Canonicorum, & sint membra
penitùs à Canonicato distincta, non debeant com-
21 putari, cum ea tantum emolumenta ad hunc effe-
ctum computentur, quæ percipiuntur iure Canoniæ
non ea, quæ obueniunt ab extra, vt fuit dictum in
Roman. Pensionis 17. Martij 1638. cor. Eminentiss. D.
Card. Verospio, & in eadem 19. Nouembr. 1640. coram
me, & in Cæsaraugustana Emolumentorum 24. Iunij
1644. cor. R. P. D. meo Bichio.

Quia licèt Domini in hanc sententiam inclina-
rent, eò quia Pontifex grauando Canonicatus re-
spicit dumtaxat ad redditus ipsius Ecclesiæ transmis-
sibiles ad successores Iure Canoniæ, attamèn dixe-
runt ex facto cessare difficultatem, quia probatur,
dd. pensionibus non calculatis fructus huiusmodi,
computato anno sterili cum fertili, ascẽdisse ad scut.
130. & propterea cum valor fuerit narratus in du-
cat. centum, vel circiter, qui tunc constituebant sc.
140. satis constat de veritate narratiuæ; verbum
22 enim circiter verificatur etiam in decima parte mi-
nus Corn. cons. 59. num. 5. lib. 4. Rot. cor. sa. me. Greg. dec.
128. num. 6. & hæc modica quantitas licèt Pontifici
23 narrata illum non retraxisset à gratia concedenda,
vt ad nostrum propositum considerauit Rot. in Bur-
gen. pens. 4. Nouembr. 1585. cor. Gypsio.

Demum minus obstat, quod Testes fuerint per
Grillum examinati post sententiam A. C. in iudica-
tum transactam. Quia cum fuerit commissa causa
24 restitutionis in integrum, licuit eidem nouas pro-
batio-

bationes facere *Lancellott. de attent, qu.18, num.133. Verall. dec.258, num.5. par.1, & dec.67. num.1. part.3. Canal. dec.170, num.2, Rot, in recent. dec.225, num.35. part.5.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

BAREN. SEV NVLLIVS PECVNIARIA,
Mercurij 24. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Purgatio non potest opponi à Tertio, licet correus in lite inter alios acta; Attentata passus potest etiam vti remedio manutentionis pro illorum reuocatione, & quando purgationi attentatorum dicatur renunciatum? fructus non præsumuntur percepti ex sola possessione Domus. Vrbana Prædia non docto de locatione de sui natura fructifera non sunt. Instrumentum dotale non habet viam executiuam, & quando hæc pro fructibus dotalibus Marito competat?

SVMMARIVM.

1 *Agens vigore Transactionis habet intentionem fundatam, ac paratam executionem.*
2 *Attentans nisi doceat de plenaria purgatione Attentatorum, non potest procedi super negotio principali.*
3 *Attentans non debet audiri in sua instantia nisi restitutis omnibus fructibus perceptis, & refectis omnibus expensis.*
4 *Attentata non possunt à Tertio opponi in lite inter alios acta, quamquam ille sit correus, si ipse in relaxatione mandati, vel adiudicatione bonorum non fuit vocatus.*
5 *Attentata passus potest etiam vti remedio manutentionis pro illorum reuocatione.*
6 *Appellatio instantiā non autem causā diuersificat.*
7 *Attētata passus non censetur renunciasse purgationi Attentatorum ob præstitam patientiam super discussione principalis negocij, quando in eo obtinuit sententiam fauorabilem, secus si succubuit.*
8 *Fructus percepti non præsumuntur ex sola possessione Domus. Vrbana Prædia, non docto de illorum locatione, cum de sui natura non sint fructifera, nisi quatenus extent locata.*
9 *Instrumentum dotale non habet de Iure communi executionem paratam.*
10 *Fructus dotales debiti marito substinenti onera matrimonij, tamquam alimenta vxoris peti possunt via executiua.*
11 *Declara hoc procedere quo ad fructus à die motæ litis decursos, & in futurum decurrendos, non autem, quo ad præteritos ante litem motam, in quibus cessat Priuilegium Alimentorum.*
12 *Fructus dotales ante motam litem decursi non petuntur via executiua, quia in istis cessat Priuilegium Alimentorum.*

DECISIO CLXXXIV.

VINCENTIVS Pater, Io: Baptista, & Pompeus Fratres de Continisijs nuptui tradiderunt Cæsaream eorum filiam, & respectiuè sororem Io: Andreæ Mirto cum dote ducatorum 3. mil. ad cuius computum illi assignarunt pro ducatis 2300. tot bona æstimanda à Peritis cõmunitèr eligēdis, reliquos verò ducatos septingentos soluere promiserunt infra quatriennium, quolibet anno ratam, & interim exbursare fructus recompensatiuos ad rationem septem ducatorum pro quolibet Centenario, & anno. *Summ. Mirti num.1.*

De anno 1634. agnoscentes Continisij, vt supra in dotem assignata prò ducatis 2300. fuisse minoris valoris in ducatis 400. per transactionem desuper intèr ipsos contrahentes initam, imposito super quibusdā eorum bonis stabilibus annuo perpetuo Censu ducatorum 32. ad rationem octo prò cētenario, illum vendiderunt dictis Coniugibus pretio dictorum ducatorum 400. & in solutionem ducatorum 700. prò residuo integræ dotis vendiderunt ijsdem Coniugibus alium similem annuum Censum ducatorum 49. ad Rationem septem prò quolibet centenario, & Anno, prò interusurijs præfatorum ducatorum 400. antè transactionem decursis soluere promiserunt ducatos, 70. *nu.2.*

Egit Mirtus de anno 1643. prò consequutione huius crediti contra Io: Baptistam vnum ex debitoribus, & à Reuerendissimo Nuncio Neapolis obtinuit Decretum relaxationis exequutorialium prò ducatis 1600. sortis, & fructuum, sed interposita per Continisium appellatione ac impetrata ab A. C. solita citatione cum Inhibitione, eaque notificata parti exequutori, & eidem Reuerendiss. D. Nuncio cum in illius spretu procedendo ad exequutionem, & subhastationem bonorum Censibus suppositorum Mirtus obtinuerit illa sibi adiudicari, Continisius prosequendo appellationem, reportauit ab eodem A. C. Iudice appellationis loco reuocationis attentatorum manutentionem in possessione bonorum, à qua cum appellasset Io: Andreas, & Signatura causam mihi commisisset cum facultate manutenendi quem de Iure, præuijs duabus decisionibus, altera sub die 1. Iulij 1644. altera sub die 26. Maij superioris anni, firmantibus nullam fuisse, & attentatam adiudicationem dictorum bonorum à Mirto occupatorum eidem Io: Baptistæ concessum fuit mandatum de manutenendo, cuius vigore illorum possessionem fuit consequutus. Verum prosequendo causam super negocio principali, cum Mirtus prætenderet relaxationem mandati aduersus Io: Baptistam, & Pompeum Fratres de Continisijs, tàm prò summa ducatorum 70. & fructibus Censuum iuxtà formam transactionis, quàm pro ducatis 36. b. 75. prò fructibus recompensatiuis dictorum ducatorum 700. ante transactionem decursis, Proposui dubium, An, & pro qua summa sit relaxan. mandatum, & hodie DD. resoluerunt relaxandum esse contra Pompeum pro summis tantum contentis in transactione videlicet prò ducatis 70. antè transactionem decursis ex causa crediti ducatorum 400. prò annuis ducatis 32. ex censu dd. scutor. 400 decursis à die 12. Martij 1635. vsque ad diem 12. Nouembris 1645. & prò alijs annuum ducatis 49. ex Censu ducatorum 700. pro eodem tem-
pore debitis, exceptis tamen fructibus prò tempo- 3
re, quo bona censuata penes Mirtum remanserunt
in Vim adiudicationis factæ per D. Nuncium Nea-
1 polis, dum enim agit vigore supradictæ transactio-
nis habet intentionem fundatam *l. si quis maior. C. de transact. Dec. cons.215. sub nu.3.* ac paratam exequutionem *Bart. in l.2. num.8. vbi cæteri scrib. ff. de Iur. Iur. Aym. cons.685. sub num.27. Grat. discept. for. cap. 665. num.11. Rot. dec.402. nu.2. & 3. par.5. rec. in Hidruntina Pecuniaria 26. Iunij 1645. coram bo. me. Merlino in Baren. seu Neapolit. Pecuniaria 12. Decembr. 1642. coram R. P. D. Royas, & in alia decisione huius causæ sub dicta die 26. Maij 1645. coram me §. Nec releuant.*

2 Non obstat, quod dùm à Mirto non docetur de
plenaria purgatione attentatorum procedi non possit ad Vlteriora in negocio principali, *ut d. Rot. dec. appell. in nou.*

Fuit enim responsum hoc procedere respectu Ioannis Baptistæ attentatum passi contra quem DD.

nolue-

noluerunt mandatum relaxare, quamuis possessionem recuperauerit per mandatum Rotale, dum
3 eidem restituit omnes fructus perceptos cum integra refectione expensarum, vt tradit *Lancell. de attentat.cap.29.num.32.& cap.31.num.22.26. 112.& seqq. Rot.dec. 5.de restit. spoliat. in nou. & decis. 269. num. 11 part. 1. rec.*, secus verò respectu Pompei, qui licèt
4 sit Correus debendi, attamen cum in relaxatione exequutorialium, & adiudicatione bonorum vocatus non fuerit, nec attentata passus, & ex propria, ac particulari obligatione insolidum contracta hodie conueniatur, tamquam tertius excipere non potest de attentatis gestis in lite inter alios acta, *idem Lancell. vbi sup. par. 1. cap. 3. num. 156. & 163.* dum enim ibidem vocatus non fuit, respectu ipsius attentata considerari non possunt, vt dictum fuit in *Rom. S. Thomæ 10. Nouembr. 1603. coram bo. me. Coccino penès March. de comm. par. 2. fol. 156. n. 6.*

Quo verò ad Io: Baptistam, purgatio attentatorum euitari non potest, prætextu quod prò obtinenda manutentione passus fuerit discuti in Rota merita causæ super validitate, & iustitia exequutorialium D. Nuncij Neapolis.

Quia dùm A.C. prò huiusmodi purgatione relaxauit mandatum de manutenendo, non dicitur renunciatum attentatis, cum attentata passus possit
5 etiam vti remedio manutentionis pro illorum reuocatione, vt dixit *Rot. cor. Card. Seraph. dec. 1176. n. 6.* Vndè licèt ab ea fuerit appellatum, causaque commissa in Rota cum facultate manutenendi, quem de Iure, non ideò per huiusmodi discussionem fuit diuersificatum Iudicium attentatorum in prima in-
6 stantia terminatum, cum appellatio instantiam, non autem Causam diuersificet, *Salic. in l. Ita demum in fin. C. de Procurat. Rot. in Interamnen. Pecuniar. 23. Iunij 1607. cor. bo. me. Cocc. penès Marches. vbi sup. p. 1. fol. 1290. num. 4. in fin.* Et vlterius placuit Responsio, quod patientia discussionis negocij principalis, vel super manutentione nō inducit renunciationem
7 attentatorum, quando attentata passus, prout in casu nostro, sententiam fauorabilem reportauit, licèt secùs dicendum esset si succubuisset, vt resoluit *Rota coram Reuerendiss. Vigellen. dec. 313. num. 5. & seqq. in Bonon. Pecuniaria, seù attentator. 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. Bichio, & prius in Cæsaraugustana distribut., seù attentator. 27. Februarij eiusdem anni cor. me §. Neq; releuat.*

Neque obstat, quod Mirtus teneatur compensare suum creditum cum fructibus, quos percepit ex bonis nullitèr sibi adiudicatis.

8 Quia cum adiudicatæ fuerint domus, aliaque prædia Vrbana, quæ de sui natura non sunt fructifera, nisi quatenus extent locata, non docto de locationibus, earumque continuatione, vt opus est, ex sola possessione fructus non præsumuntur percepti *l. Iulianus §. Ex vendito ff. de act. empt. Rot. decis. 304. num. 15. par. 5. rec. cor. Vrgell. dec. 307. num. 5. 6. 7. in Rom. laudi, seù Domus 1. Iulij 1643. cor. R.P.D. meo Bichio §. Quia hoc, & declarando praecedentes decisiones emanatas in Rom. Reintegrat. sub die 23. Iunij 1643. cor. Reu. Patau. & sub die 22. Iunij 1643. cor. R.P.D. meo Caril. dixit Rot. in ead. causa sub die 17. Maij 1645. §. 1. circa medium in hac Rot. in Rom. Domus, seù fideic. de Incoron. cor. R.P.D. meo Peutig.* Satisq; DD. visum fuit pro nunc relinquere impendenti fructus Censuum pro toto tempore, quo bona adiudicata penes creditorem permanserunt.

Pro ducatis verò 36. b. 75. à Mirto prætensis prò fructibus dotalibus ducatorum 700. decursis ante initam transactionem vigore instrumenti dotalis Domini Censuerunt non esse relaxandum mandatū,
9 cum de Iure communi Instrumentum dotale non habeat executionem paratam, vt monuit *Angelus in l. si cum dotem num. 2. vbi etiam plenè num. 6. ff. sol. matrim. Alciat. in l. si pacto quo pœnam C. de pact. Grat. discept. for. cap. 455. num. 17. Thesaur. dec. 26. num. 3.* nec competat via exequutiua *Reuerendiss. Vrgell. dec. 37. num. 3. & in dictis decision. huius causæ 1. Iulij 1644. §. 2. principalitèr & 26. Maij seq. §. Præterea.*

Nihil enim refert, quod mandatum petatur etiam prò fructibus dotalibus debitis marito, onera matrimonij substinenti, tanquam alimenta vxoris, prò
10 quibus dari viam exequutiuam tenuit *Rot. in Hidruntina Pecuniaria 26. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino.*

11 Quia Conclusio procederet in fructibus decursis à die motæ litis, & in futurum decurrendis, vt per *Caputaq. decis. 21. per tot. part. 1. cum alijs allegatis à Grat. discept. for. cap. 726. num. 20.* secùs autem in
12 fructibus præteritis decursis antè transactionem, & motam litem: In his enim, cum cesset causa, & Priuilegium alimentorum, cessat etiam via exequutiua, vt distinguendo tradit *dec. in l. de alim. sub nu. 10. vbi etiam Ias. num. 5. C. de transact. Arct. cons. 97. n. 3. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 60. num. 15. Scacc. de appell. q. 17. lim. 7. num. 14. Grat. d. cap. 726. nu. 19. Modern. mantuan. contr. for. cap. 34. num. 26. Rot. dec. 764. num. 4. par. 1. diuers.*

Et ità decisum vtraque &c.

ROMANA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

Ven. 26. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Statutum prohibens filiam dotatam à Patre, vel Auo petere posse supplementum legitimæ ab hæredibus Agnatis Patris, vel Aui de agnatione etiam transuersali dicitur emanasse ad fauorem Agnationis, ideoque locum non habet deficientibus masculis hæredibus de agnatione, licèt supersint fœminæ hæredes, & Agnatæ in quibus Agnatio finitur, & in quibus casibus fœminæ deficientibus masculis admittantur, & quando nomine Hæredum æquè masculi, ac fœminæ comprehendantur?

SVMMARIVM.

1 *Statuta exclusiua fœminarum sunt condita pro conseruatione, ac fauore Agnationis, & familiæ.*
2 *Statutum emanatum fauore Agnationis, & familiæ debet intelligi de solis masculis descendentibus, non autem extenditur ad fœminas, in quibus Agnatio finitur, cum in ijs cesset fauor, & causa finalis statuentium.*
3 *Statuta fauore agnationis emanata, non excludunt perpetuò fœminas, sed solum temporalitèr, quousque extiterint masculi de Agnatione, itaut ijs deficientibus iterum admittantur fœminæ.*
4 *Declara hoc procedere in casu fauorabili, quando agitur de admissione, & vocatione fœminarum ad successionem pro excludendis extraneis.*
5 *Secus in materia odiosa, & vbi agitur non de admittenda, sed excludenda fœmina Testatoris Agnata per alteram fœminam in gradu pari.*
6 *Illatio non bene fit in casu fauorabili ad odiosum.*
7 *Agnationis conseruatio considerata à statuentibus, cessat, defficientibus masculis, ideoque illorum causa finali, cessat per consequens, & dispositio, & casus remanet sub dispositione Iuris communis.*
8 *Mater licèt excludatur à successione per existentiā filiorum masculorum, non tamen excluditur per existentiam fœminarum, cum in earum Personis ratio-*

ratione sui sexus cessent rationes à statuentibus considerata, qua vigent in Personis Marium.

9 *Statutum quod coniuncti ex linea Patris excludant Matrem defuncti, mater non excluditur per fœminam coniunctam ex linea Patris, etiam quod sit Agnata.*

10 *Agnationis conseruanda ratio, qua statutum exclusiuum fœminarum dicitur motum, cessat in fœmina.*

11 *Statutum excludens matrem propter Agnatos non verificatur in Amita, vel in alia Agnata fœmina.*

12 *Statutum excludens fœminas donec extarēt aliqui de descendentibus, vel ascendentibus masculis cessat illis non extantibus, & fœmina reassumit Iura successionis sibi Iure communi competentia.*

13 *Amita non excludit matrem defuncti stante statuto exclusiuo fæminarum fauore Agnationis, qua fuit causa finalis statuentium.*

14 *Supplementum legitimę debetur famina dotatę à statuto exclusa etiam ab illius petitione, & illius Heredibus, deficientibus masculis de Agnatione, cum tunc cesset ratio, & statuentium prohibitio.*

15 *Agnationis conseruandę spes, cum cesset in fęmina etiam qualitas à statuentibus requisita, & consequenter cessat dispositio.*

16 *Verba statuti intelligi debent iuxta naturalem eorum significationem, nec est ab eorum proprietate recedendum.*

17 *Masculinitatis qualitas, qua numquam expressè legitur in statuto considerata censeri non debet.*

18 *Limita nisi statutum loquatur per verba Agnationes tunc enim debet intelligi de haredibus Agnatis, sexus dumtaxat masculini.*

19 *Famina etiam si Agnata numquam cēsentur vocata in statutis faminas excludentibus gratia conseruandi Agnationem, tamquam exorbitantibus, & prater Ius Ciuile, vocatis etiam illis de Agnatione per nomen masculinum.*

20 *Verbum Hares in statuto appositum conuenit tàm masculis, quàm faminis in materia tamen indifferenti, in qua nulla ratio suadet restrictionem ad masculos.*

21 *Secus quando materia est differens, & constat de contraria mente statuentium, tunc enim ne sequatur repugnantia, vel resultet absurditas, verbum Hares restringitur ad solos masculos, nec capit faminas.*

22 *Pater non potest filio prohibere detractionem legitima in Testamento.*

23 *Detractiones vbi sunt prohibita in Testamento, non intelligitur prohibita detractio legitimę, sed aliarum.*

24 *Aditio hareditatis non importat renunciationem legitimę, illiusque supplementi, nisi indiuidua, & expressa concurrat.*

25 *Fœminę à statuto exclusa habentur pro extraneis.*

26 *Supplementum legitimę, quod peti non potest à substituto Masculo, nec etiam peti potest ab instituta fœmina, ne melior sit conditio substitutorum, quàm Institutorum, qui solent esse magis dilecti.*

DECISIO CLXXXV.

POst ordinatam huius causæ expeditionem placuit Dominis ex summa ipsorum benignitate, iterum Annam audire super ijsdem, & bis copiosè decisis ab fauorem illorum de Cherubinis; Vndè proposito hodiè per me dubio, An in penultimo, vel vltimo loco decisis standum esset, & vltimo loco persistendum esse responderunt, cum vtriusque, primæ scilicet, & vltimæ decisionis fundamenta benè subsistant.

Nec illis obstare visum fuit repetitum obiectum fundatum in dispositione *Statuti Vrbis lib. 1. capit. 141.* vbi disponitur, quod fœminæ dotatæ à Patre, vel Auo sint contentæ dotibus, nec occasione falcidiæ, seù supplementi aliquid petere possint ab heredibus Patris, vel Aui de Agnatione, etiam transuersali, vltra id, quod Pater, vel Auus earum reliquit.

1 Quia cum huiusmodi statuta exclusiua fœminarum condita fuerint prò conseruatione, ac fauore Agnationis, & familiæ, vt tradunt *Capr. cons. 19. sub num. 8. vers. quod, & maximè Surd. cons. 443. num. 39. Soccin. Iun. cons. 1. num. 43. lib. 1. Rom. cons. 16. num. 5. Ruin. cons. 22. num. 10. lib. 3. Gabr. cons. 10. num. 2. lib. 2. Caphal. cons. 309. num. 23. lib. 3. & cons. 521. num. 10. lib. 4. Menoch. cons. 95. num. 60. Fenzon. in Annot. ad dictum Statutum d. cap. 141. num. 51. Hodiern. in l. hac Aedictali qu. 12. nu. 7. C. de secund. nupt. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 2. num. 283* quam opinionem semper sequuta fuit *Rot. post Pacif. de Salu. dec. 160. n. 4. & dec. 161. num. 6.* cum alijs in vltima *dec. qua reuidetur*. Dispositio prædicta intelligitur de solis de-
2 scendentibus masculis, per quos conseruatur, non autem extenditur ad fæminas, in quibus Agnatio finitur, cum in ijs cesset fauor, & causa finalis statuentium, vt præter allegatos in alijs decisionibus firmant *Alex. cons. 169. num. 1. & 2. lib. 1. Soccin. iun. d. cons. 1. num. 14. lib. 1. Ruin. cons. 22. sub num. 11. vers. & insuper lib. 3. Aym. cons. 250. sub num. 2. vers. Ideò videmus Honded. cons. 8. num. 12. & 13. lib. 2. Corn. cons. 26. num. 4. lib. 6. Menoch. cons. 150. num. 38. Merlin. vbi supra nu 4 & 5. Rot. dec. 179. nu. 5. & 6. par. 6. rec.*

3 Neque dici potest huiusmodi statuta non excludere perpetuò fæminas tanquam inhabiles, sed solum temporalitèr, quousque extiterint masculi de Agnatione, itaut ijs deficientibus, iterum admittantur fæminæ, vt tradit *Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 10. num. 12. & 23. cum cateris allegatis prò Anna.*

Quia, vt benè animaduertunt Domini, prædi-
4 cta procedunt in materia fauorabili, vt quando agitur de admissione, & vocatione fæminarum ad successionem prò excludendis extraneis, tunc enim censentur testatores, & statuentes exclusisse solum fæminas temporaliter in concursu masculorum, illis verò deficientibus voluisse fæminas extraneis
5 præferre; secus verò in materia odiosa, & vbi prout hic agitur, non de admittenda, sed de excludenda fæmina Testatoris agnata per alteram fæminam in
6 gradu pari; de casu enim fauorabili non bene fit illatio ad odiosum, *vulg. l. Papinianus exuli ff. de mi-*
7 *nor*. Et semper viget efficax ratio, quod deficientibus masculis cessat conseruatio Agnationis, quæ fuit causa finalis statuentium, vt dictum est, & per consequens cessat ipsa dispositio, & casus remanet sub dispositione iuris communis, vt in similibus terminis de statuto excludente matrem propter masculos filios, *Bald. inter consil. Ang. cons. 281. ante nu. 6. vers. alia ratione*, vbi quod licèt mater excludatur à suc-
8 cessione per existentiam filiorum masculorum, non tamen excluditur per existentiam filiarum fæminarum, cum in personis fæminarum ratione sui sexus cessent rationes statuentium, quæ vigent in personis Marium, *Soccin. Iun. cons. 23. num. 27. lib. 1.* ibi, *Quia*
9 *si extat statutum, quod coniuncti ex linea Patris excludant matrem defuncti, mater non excluditur per faminam coniunctam ex linea Patris etiam quod sit Agnata*
10 *&c.* quia ratio conseruandæ Agnationis, qua statutum dicitur motum, cessat in fæmina, *& num. 28. Corn. cons. 224. sub num. 5. vers. & pradicta lib. 2.* ibi,

quod

11 *quod statutum excludens Matrem propter Agnatos*
non verificatur in Amita, vel in alia Agnata fæmina,
&c. quod comprobat pluribus rationibus Caphal. cons.
521. num. 150. lib. 5. Alex. cons. 188. num. 2. lib. 6. vbi,
12 quod statutum excludens fæminas, donec extarent
aliqui de descendentibus, vel ascendentibus mascu-
lis, cessat, non superstitibus alijs descendentibus, vel
ascendentibus masculis, & fæmina reassumit Iura
successionis sibi de Iure communi competentia
Ruin. cons. 25. num. 3. lib. 3. vbi quod Amita non ex-
13 cludit matrem; cum in ea cesset fauor Agnationis,
quæ fuit causa finalis statuentium. Defectis itaque
14 masculis, Maria, illiusque hæredes consequi debent
supplementum legitimæ, cum cesset ratio Agnatio-
nis, & statuentium prohibitio ex iuribus supra alle-
gatis, & tradit *Brun. in d. tract. quod stant. mascul. qu.*
11. num. 147.

Nec aduersantur *Morot. cons. 7. & Surd. cons. 100.*
quia loquuntur in statuto excludente fæminam do-
tatam ob solam qualitatem dotationis, non autem
ex ratione Agnationis, vel in illius fauorem, vt ex-
pressè ponderat idem *Surd. sub num. 13. vers. non e-*
tiam aduersatur cum sequen., proindeque non ap-
plicantur exclusioni inductæ à nostro statuto fauore
15 Agnationis, cum enim in fæmina cesset spes con-
seruandi agnationem, cessat etiam qualitas à sta-
tuentibus contemplata, & consequentèr cessat etiam
exclusio ex supra allegatis.

Prout minus mouit Dominos recens considera-
tio informantium pro Anna, quod scilicet si sta-
tuentes qualitatem masculinitatis dumtaxat com-
prehendere voluissent, illam vtique expressissent,
prout in cæteris casibus expressè declararunt, & i-
16 deo cum verba statuti intelligi debeant iuxtà natu-
ralem ipsorum significationem, nec ab eorum pro-
17 prietate sit recedendum, qualitas masculinitatis,
quæ nunquam expressa legitur in dicto capite sta-
tuti, considerata censeri non debeat.

Quia cum finis, & mens statuentium *in d. c. 141.*
fuerit consulere conseruationi Agnationis, quam
fæminæ conseruare non possunt, vt dictum fuit, dum
18 statutum loquitur per verba Agnationis, ibi *nihil*
petere possint ab hæredibus de Agnatione, necessariò
fatendum est intellexisse de hæredibus Agnatis se-
19 xus dumtaxat masculini, cum in statutis fæminas
excludentibus gratia conseruandi Agnationem, tan-
quam exorbitantibus, & præter Ius Ciuile, voca-
tis illis de Agnatione per nomen masculinum, fæ-
minæ etiamsi Agnatæ nunquam vocatæ censeantur
ad trad. per Imo l. in l. si Ita scriptum sub num. 4. vers.
Sed si est probatum ff. de leg. 2. Bald. cons. 473. numer. 3.
lib. 5. Soccin. Iun. d. cons. 23. nu. 44. lib. 1. Aym. cons. 180.
num. 1. Hond. cons. 7. à num. 31. vsque in finem benè Si-
mon. de Prat. cons. 161. num. 16. Et licet verbum *hæres*
20 conueniat tàm masculis, quàm fæminis, attamen
procedit in materia indifferenti, in qua nulla ratio
21 suadet restrictionem ad masculos, secus vero quan-
do materia est differens, & constat de contraria
mente statuentium, tunc enim, ne sequatur repu-
gnantia, & resultet absurditas, verbum, *Hæres*, re-
stringitur ad solos masculos, nec capit fæminas,
vt declarat *Alex. cons. 36. num. 7. vers. in materia au-*
tem differenti lib. 3. vbi quod tunc materia est diffe-
rens, quando non est eadem, & vniformis ratio com-
prehendendi omnem hæredem, *benè Soccin. Iun. d.*
cons. 1. num. 120. lib. 1. Natt. cons. 676. num. 9. & seqq.
lib. 4. Honded. d. cons. 8. num. 21. & 22. lib. 2. & ad pro-
positum consuluit Maluas. cons. 9. num. 32. lib. 1. Gabr. de
verb. signif. concl. 6. num. 49. Surd. dec. 95. num. 4. Rot. in
rec. dec. 663. num. 16. par. 1.

Parum etiam obstante, quod cum Maria fuerit per
Patrem condecentèr dotata, & in Testamento prò
æquali cum Anna instituta, cum onere restituendi
hæreditatem absque vlla detractione, petere non
possit legitimæ supplementum.

Quia cum in Testamento expræssa non legatur
prohibitio illud petendi, quod Pater etiam volens
22 prohibere non potuisset, & cum onus hæreditatem
restituendi absque vlla detractione intelligi possit
23 de alijs detractionibus ipsis competentibus, Maria
per aditionem hæreditatis nec sibi, nec suis hæredi-
bus præiudicauit, cum simplex aditio non impor-
24 tet renunciationem legitimæ, illiusque supplemen-
ti, nisi indiuidua, & expressa concurrat, vt pluribus
auctoritatibus responsum fuit in *1. decis. sub die 18.*
Maij 1640. Et nihilominus.

Doctores, & decisiones allegatæ in vltima deci-
sione ad probandum *Statutum in d. cap. 141.* ema-
nasse pro conseruanda agnatione, & fauore dumta-
xat masculorum, licèt nonnullæ loquantur in casu,
quo concurrebat Extraneus, attamen bene applican-
tur casui nostro, cum nulla sit maior ratio in extra-
neis, quàm in fæminis, in quibus Agnatio extin-
25 guitur, & regulare est fæminas per statutum exclu-
sas haberi pro extraneis *iux. Theor. Bart. in l. Intesta-*
ti §. sciendum num. 3. vers. Quæro, dicit statutum ff. de
suis, & legitim. Rom. in l. venire num. 10. vers. vlterius
ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 20. num. 6. lib. 1. Gionagu.
cons. 70. num. 20. lib. 1.

Denique non obstat, quod decedentibus Anna,
& Maria sine filijs fuerit pro medietate substitutus
Ioannes Maria Rotignus Nepos Testatoris, qui est
Agnatus masculus, à quo idem statutum prohibet
peti supplementum legitimæ, & ideò ne melior sit
conditio substitutorum, quàm institutorum, qui so-
lent esse magis dilecti; sicut Maria non posset pete-
26 re supplementum à substituto masculo, ita nec mi-
nus ab instituta, licèt fæmina; Quia huic obiecto
fuit plenè satisfactum *in d. dec. 18. Maij 1640. §. Nec*
placuerunt, cumqua Domini transierunt.

Et ita resolutum vtraque &c.

IANVEN. FRVCTVVM DOTIS.

Luna 29. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Impedimenta, quæ emanarunt in spretum inhibitio-
nis tamquam nulla veniunt remouenda, & an co-
gnitio illorum remotionis spectet ad Iudicem, qui
impedimenta, & inhibitionem concessit, vel ad Iu-
dicem exequentem, & quando mandatum generale
Procuræ non porrigitur ad ea, quæ absque vitio
Attentatorum tangi non possunt? nec taliter man-
dans præsumitur constituisse Procuratorem ad actũ
illicitum, & ex quibus attentata resultent? Decre-
tum irritans in cessione appositum, nec dominium,
nec possessionem abdicat à cedente, etiam quod
cessio fuerit facta cum Clausula *Constituti*, quæ in
cessione nulla nullum operatur effectum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, & dominium per simplicem cessionem ab*
dicantur à cedente in corporalibus, prout sunt lo-
ca Montium.
2 *Impedimenta, quæ emanarunt in spretum inhibi-*
tionis tamquam nulla veniunt remouenda.
3 *Mandatum generale Procuræ ea non comprehendit*
in quibus attentata committerentur, cum man-
dans non præsumatur dedisse mandatum ad actum
illicitum.
4 *Cessio quæ nulla redditur, non abdicat dominium,*
nec possessionem à cedente, ex quo idem possit alteri
cedere.

De-

5 *Decretum irritans appositum in cessione nulla ob non seruatam formam Constitutionis, nec possessionem, nec dominium transfert in Cessionariũ.*
6 *Clausula Constituti apposita in contractu nullo, nullum operatur effectum.*
7 *Creditori Agenti sufficit solutionem negare, Reus autem allegans satisfactionem probare tenetur.*
8 *Attentata non possunt cõmitti, quoad causam pendentem omnino diuersam.*
9 *Impedimenta, quæ tendunt ad impediendam prosecutionem executionis, cognitio illorum remotionis spectat ad Iudicem exequentem, non autem ad Iudicem impedientem.*
10 *Iudex executor non potest cognoscere exceptiones, quæ respiciunt merita causæ principalis, sed exceptiones tantummodo, quæ respiciunt exequutionem.*

DECISIO CLXXXVI.

IOANNI Baptistæ ab Auria vltimo, & plus offerenti anno 1641. deliberata fuerunt Loca quinquaginta Montis fidei, cuius deliberationis cum notitiam habuerit paucos post dies Barbara Spinola, citatis tàm Io. Baptista filio deliberatario, siue illius Procuratore, quàm Marcello Galleano Marchione ab Auria eius Procuratore obtinuit ab A.C. eisdem inhiberi, ne scilicet auderent loca Montium, vt supra deliberata distrahere, siuè illorum resignationi vel alienationi consentire in ipsius præiudicium, quæ stare deberent loco depositi, nemini consignanda, nisi ipsa Barbara legitimè citata pro suo iure *Summ. illius, num. 2.*

Die 10. Martij 1643. Ioan. Baptista deliberatarius præuijs consensu præsentia, & voluntate Patris Procuratorem constituit ad exigen. fructus quorumcũque locorum Montium, annuorum redditũum, & Censuum ad ipsum spectantium, necnon dicta loca Montium, & annuos redditus resignanda, vel insolutum danda cuicumque personæ tàm cum pretio, quàm sinè, cum consensu tamen, & voluntate dicti eius Patris, & non alias &c. *Summ. nu. 7.* Qui Procurator vigore istius mandati per instrumentum publicum, dicta Barbara minimè vocata, loca Montium 50. vt supra deliberata cessit, & assignauit in causam alimentorum eidem Marchioni Patri, quideinde in vim d. Cessionis, & assignationis, litteris tamen patentibus ad sui fauorem non expeditis, impetrauit à Reuerendissimo D. Thesaurario generalem inhibitionem, vt nemo auderet super illis, illorumque fructibus aliquid innouare in illius præiudicium *Summ. num. 5.*

Anno superiori die verò 18. Nouembris eadem Barbara creditrix Marchionis Viri pro fructibus dotalibus vsque tunc decursis obtento prius mandato executiuo, & præuijs consensibus nedùm Ioannis Baptistæ deliberatarij, sed etiam Isabellæ de Franchis hæredis Michaelis Angeli Bursotti deliberationem passi, litteras patentes dictorum locorũ 50. Montis fidei pro concurrenti rata sui crediti ad eius fauorem expediuit, firmis tamen remanentibus citatione cum inhibitione coram Eminentissimo Domino Signaturæ Iustitiæ Præfecto, inhibitione d. Thesaurarij alijsque impedimentis impositis super dictis locis Montium ad instantiam eiusdem Marchionis ab Auria *Summ. num. 3. & 4.* Verum cum Barbara petierit exactionem fructuum dd. Locorum Montium, quæ sibi impedita remansit ob præfatas inhibitiones per ipsum virum impetratas, institit coram me Iudice exequente à S. D. N. deputato pro illorum remotione, & proposito dubio, pro negatiua resolutione ex parte Marchionis multa deducta fuerunt: Et primo quod dum Io. Baptista mediante eius Procuratore loca Montium præfata cessit, & assignauit de anno 1643. ipsi Marchioni Patri in causam alimentorũ, non valuit postmodum de anno 1645. consentire illorum resignationi ad fauorem Barbaræ Matris, cum in incorpo-
1 rabilibus, prout sunt loca Montium, de quibus agitur, per simplicem cessionem abdicentur à cedente dominium, & possessio *Card. Canal. decis. 319. nu. 5.*

Secundò, quod Barbara videtur plusquam satisfacta de eius Credito dotali scut. 50. mille, & fructibus decursis, ex quo in Regio Consilio Neapolitano obtinuerat sibi adiudicari omnes redditus Fiscales ad ipsum Marchionem spectantes, capitalis ducatorum 107. mill. & annui redditus ducatorum 8000. vel saltem eius Creditum remansit adeò turbidum, vt non possit hodie fructus dotales petere, nisi concludenter docuerit de sufficientia dd. reddituum.

Tertiò, quod Isabella de Franchis hæres Michaelis Angeli Bursotti, qui deliberationem passus fuit non potuit absque vitio nullitatis, & attentatorum consentire resignationi horum locorum Montium ad fauorem Barbaræ, non vocato, nec citato Marchione dum inter ipsam consentientem, & eundem Marchionem super eis pendebat, & hodie pendet lis in Rota coram Reuerendiss. Domino meo Decano.

Quartò demùm, quod dum non agitur de impedimentis præstitis exequutioni, vel subhastationi iam perfectæ vigore mandati Rotalis, sed de impedimentis præstitis resignationi factæ per Patres absque ministerio Iudicis, cognitio illorum remotionis non pertineat ad Rotam, sed spectet ad Iudicem, qui impedimenta, & inhibitionem concessit.

His tamẽ minimè obstantibus, DD. causa ter proposita in affirmatiuam sententiam inclinarunt, impedimenta scilicet esse remouenda; Quia cum
2 emanauerint in spretum inhibitionis A.C. & consequentèr nulliter, & attentate *cap. Non solum de appell. in 6.* veniunt remouenda *Rom. cons. 483. num. 1. & dictum fuit in Leodien. Abbatiæ 25. Maij 1622. coram bo. me. Vbaldo senior. quæ est dec. 400. num. 3. par. 8. recentior.*

Primò non obstat, quod dicta loca Montium fuerint priùs cessa Marchioni Patri à Procuratore Io. Baptistæ filij in causam alimentorum.

Quia dum A. C. per speciale Decretum illius inhibuit, ne auderent loca præfata alienare, siuè illorum cessioni, seu resignationi consentire, nisi citata ipsa Barbara pro suo iure, & intercesse, cessio facta per Procuratorem nomine Io. Baptistæ nulla fuit ex
3 defectu potestatis, quia mandatum procuræ datum generaliter ad resignandum, & alienandum loca Montium ad constituentem vbique spectantia non porrigitur ad hæc loca, quæ alienari spreta Barbara non potuerant absque delicto attentati, cum mandans non præsumatur dedisse mandatum ad actum 3
illicitum *l. Creditor 60. §. Lucius Titius ff. mand. Imol. in cap. delicto, n. 21 de præben. fulgos. in l. si Procurator n. 8. & seqq. ff. de condit. indebit. Cur. Iun. cons. 149. lib. 2. Capell. Tholos. dec. 477. n. 1. Rot. dec. 261. n. 8. p. 1. rec.*
4 Ideoque dum huiusmodi cessio nulla redditur ex præfatis, abdicatum non fuit dominium dictorum locorum Montium à Io. Baptista mandante, & consequenter eidem licitum fuit illa cedere, & resignare ad fauorem Barbaræ Matris *ad reg. text. in capit. non præstat de reg. iur. in 6. Gabr. de empt. & vendit. concl. 2. n. 50. Surd. dec. 40. nu. 4. vers. ad decisionem, & num. 6. cum seqq. Card. Canal. decis. 612. num. 14. cum pluribus seqq. & dec. 718. per tot.*

Eoque magis dum cessio ad fauorem Marchionis
facta fuit non seruata forma constitutionis san. me.
Vrbani Octaui, scilicet absque consensu officialium,
& litteris patentibus non expeditis; ex decreto enim
5 irritanti in dicta Constitutione apposito, nec domi-
nium, nec possessio transferri potuit in Marchio-
nem cessionarium, vt dixit *Rot. dec. 613. num. 7. p. 1.
dec. 48. nu. 3. & dec. 202. num. 6. part. 5. recent.* Idque,
9 etiamsi in cessione adsit clausula, *Constituti*, cum
ea in contractu nullo nullum quoque operetur effe-
ctum, vt alijs relatis dictum fuit in *Romana, seù Ae-
sina donationis 23. Martij 1640. coram R. P. D. meo
Ghislerio §. data autem.*

Secundò non iustificatur Barbaram fuisse satisfa-
ctam ex adiudicatione reddituum Fiscalium capi-
talis ducatorum 107. & annui redditus ducato-
rum 8000.

Quia ex decreto Consilij Neapolitani constat ad-
iudicationem factam fuisse pro scut. 48. mill. in sa-
tisfactionem sortis principalis suæ dotis, non autem
pro fructibus, de quibus hodie agitur, nec Barbara
tenetur docere de insufficientia reddituum per tran-
sportationem processus adiudicationis, quia cum
Marchio ex ea alleget satisfactionem, etiam quoad
fructus, tamquam fundamentum suæ Intentionis
7 illam concludentèr probare tenetur, Barbaræ verò
creditrici, & agenti sufficit solutionem negare *iuxt.
glos. in l. 2. verb. repellitur ibique Bart. n. 9. Cod. de iur.
emphit. Aym. cons. 313. n. 1. cum alijs per san. me. Greg.
dec. 139. n. 1. & 3.*

Tertiò non obstat, quod Isabella de Franchis at-
tentauerit, consentiendo resignationi ad fauorem
Barbaræ in spetum litis pendentiæ coram Reueren-
dissimo D. meo Decano.

Quia animaduerterunt DD. quod lis, quæ pen-
det coram D. meo Decano, est super validitate, &
iustitia deliberationis factæ coram A. C. ad fauo-
rem Io. Baptistæ, consensus verò, quem Isabella
præstitit d. resignationi, nihil commune babet cum
præfata litis pendentia, cum illa consenserit dum-
taxat remotioni sequestri super illorum fructibus, &
8 consequentèr non potest dici attentasse, quoad cau-
sam pendentem in Rota, quæ est omninò diuersa,
vt tradit *Lancellott. de attent. p. 2. cap. 4. lib. 3. in princ.
num. 8. quem secuta fuit Rot. in Romana de Lante 10.
Iunij 1613. coram bon. mem. Vbaldo versic. Secundo
principaliter.*

Quartò demùm prætendi non potest, quod co-
gnitio remotionis impedimentorum spectet ad D.
Thesaurarium Iudicem inhibentem.

Quia cum S. D. N. commiserit mihi causam exe-
cutionis mandati relaxati ad fauorem Barbaræ pro
huiusmodi fructibus dotalibus, in cuius executionem
illi facta fuit cessio dd. locorum Montium, inhibi-
tio verò tendat ad impediendam illius prosecutio-
nem, videlicet exactationem fructuum, censuerunt
9 DD. coram me vti Iudice exequente discutiendum
esse de viribus huius inhibitionis tendentibus ad im-
pedien. vlteriorem exequutionem, seù effectum ces-
sionis factæ in illius exequutionem, iuxtà dispositio-
nem *tex. in l. à Diuo Pio §. si super rebus ff. de re iud.
ibi Bart. nu. 6. 7. & 8.* vbi distinguit, quod vel sunt
10 exceptiones, quæ respiciunt merita principalis cau-
sæ, & de istis non poterit cognoscere talis exequutor,
vel sunt exceptiones, quæ solum respiciunt exe-
quutionem, & de istis cognoscit executor *glos. in
cap. Pastoralis 28. §. quia vero in verb. et si sciat circa
med. vers. mixta dicitur exequutio de offic. & potest
Iud. deleg. Cancer. var. res. lib. 2. cap. 2. de iurisdict. omn.
Iud. n. 267. Couar. pract. quæst. cap. 16. nu. 5. §. Hoc pro-
bari videtur Menoch. de Arbitr. quæst. 38. nu. 2. 3. & 6.
dixit, Rot. in Vrbeuetana restitutionis dotis 14. De-
cembris 1643. coram R. P. D. meo Pentingerio §. secun-
dum vero obiectum.*

Et ità resolutum vtraque &c.

BONONIEN. AGGREGATIONIS.

Merc. 31. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Legatus à latere non potest rescribere, statuere, nec in-
dulgere contra Iuris dispositionem, proindeque non
potest mandare aliquem eligi, & aggregari in ali-
qua Vniuersitate non requisitis suffragijs de Vni-
uersitate, ad quos de Iure spectat electio Officialium,
non ad Præsidem, vbi quod legatus à latere non
potest absque rationabili causa Statutis derogare
verba gratiæ, quæ sonant aggregationem, vel de-
scriptionem de præsenti, operantur, vt quis etiam
ante actualem descriptionem habeatur pro aggre-
gato, & adscripto, maximè per eum non stetit, quo
minus adscriberetur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia ob effectum formæ non seruatæ suffragari non potest.*

2 *Verba gratiæ, quæ sonant in aggregationem de præsenti sibi* Aggregamus, & mandamus &c. *operantur, vt quis ante descriptionem habeatur pro aggregato, & adscripto.*

3 *Rector studij, si mandauit aliquem describi in matricula Scholarium hoc sufficit, vt habeatur pro Scholari, etiam ante descriptionem.*

4 *Aggregatus, vel descriptus habetur quislibet in odium alterius partis, quæ illum describere recusauit.*

5 *Amplia vt ad hunc effectum sufficiat vnica Instantia.*

6 *Legatus etiam de latere non potest rescribere, statuere, nec indulgere contra Iuris dispositionem.*

7 *Rescriptum mandans aliquē aggregari, & describi in aliqua Vniuersitate, non requisitis aliorum suffragijs, est contra Ius, nec suffragatur.*

8 *Electio Officialiū Vniuersitatis spectat de iure ad singulos de Vniuersitate, non autem ad Præsidem.*

9 *Electio Officialiū Vniuersitatis faciēda est præuio scrutinio, & concursu maioris partis Eligentium.*

10 *Rescripta conferentia electionem electoribus sunt iure communi contraria.*

11 *Statuta omnia Ciuitatis Bononiæ sunt à Pontificibus confirmata.*

12 *Legatus de latere, absque rationabili causa non potest Statutis à Pontifice confirmatis derogare.*

DECISIO CLXXXVII.

EMINENTISSIMVS olim Cardin. Bononiæ Le-
gatus die 2. Maij 1644. ad preces Marci Antonij
Mazzoni Lanij Bononiensis illum aggregauit ad
Societatem Lanionum, præuia ipsius Oratoris babi-
litatione à quocumque defectu, tàm originis, quàm
cuiuscumque rei, eumque sic aggregatum, & habi-
litatum statim recipi, & describi mandauit in nu-
mero, & consortio hominum consilij eiusdem Socie-
tatis, cum primum euenerit obitus alicuius ex dicto
numero, & consortio in hæc verba: *Præuia babilita-
tione ipsius oratoris à quocumque defectu tàm originis,
quàm cuiuscumque rei aggregamus supradictum Mar-
cum Antonium ad Societatem Lanionum Ciuitatis Bo-
noniæ, & mandamus eumdem recipi, & adscribi inter so-
cios d. Societatis, in eaq; matricnlari per Notarium eius-
dem Societatis in complono, & libris eiusdē &c.* Illumq;
*sic habilitatum, & aggregatum, seù descriptum, &
quem statim, & incontinenti describi mandamus, volu-*

mus,

mus, & expressè mandamus actualiter recipi, & descri-
bi in numero, & consortio hominum consilij d. Societa-
tis, eueniente casu iuxta supra petita deficientiæ ali-
cuius exaduerso numero dicti Consilij sinè legitima de-
scendentia ad formam Statutorum d. Ciuitatis, vt la-
tius habetur summ. d. M. Antonij num. 1. & in execu-
tione huius rescripti, ac habilitationis emanauit
præceptum ordinarij de describendo Marronum,
illumque aggregando eidem Societati, sicque ag-
gregatum recipiendo in numero, & consortio ho-
minum dicti Consilij cuius Tenor datur *eodem Sum.*
num. 2.

Decessit mense Nouembris eiusdem anni sinè le-
gitima successione Io. Petrus Florenus vnus homi-
num prædicti Consilij, indèque exhibita per Maz-
zonum sua gratia coram Iudice ordinario Bonon.
æmanauit ab eodem aliud præceptum directũ Mas-
sario Sindico, cæterisque alijs hominibus de Consi-
lio, vt statim conuocato Consilio, deberent in exe-
quutionem præfatæ gratiæ antedictum Mazzonum
aggregare, & recipere in locum Io. Petri sinè legiti-
ma successione defuncti *Sum. eodem num.* 4. A quo
cum appellasset societas, causa mihi commissa, quæ-
situm fuit, an præfata gratia Mazzoni suffragetur,
& negatiuè fuit resolutum.

Non equidem ex defectu voluntatis, seù formæ
non seruatæ, ex quo Eminentissimus D. Legatus non
aliter Mazzonum intèr Consiliarios Societatis La-
nionum admitti voluerit, nisi postquam fuisset So-
cietati aggregatus, sed aggregari mandauerit, in-
deque cum Mazzonus non fuerit præcedenter ag-
gregatus, non potuerit ex abrupto recipi in Con-
1 silio, non ex defectu formæ non seruatæ, ob quem
gratia suffragari non potest *cap. cum Dilecta de re-*
script. cap. Venerabilis de off. delegat. Abb. in cap. cau-
sam num. 10. de re indic. Angel. cons. 138. sub num. 2.
vers. & hinc descendit Rota in rec. dec. 62. num. 6. par. 3.
& in Bononien. fideicommissi de Ramundinis 9. Maij
1636. coram Reuerendissimo D. meo Decano confirma-
ta 14. Decembris 1637. coram R. P. D. meo Ghisilerio
in recent. decis. 131. num. 7. vers. Ideoque gratia, &
dec. 261. num. 7. vers. Prout nec etiam iuncto num. seqq.
part. 7.

Quia verba gratiæ sonant in aggregationem de
2 præsenti, ibi, *aggregamus, & mandamus eum recipi,*
& describi, adeòut antequam Mazzonus actualiter
describeretur in libris Societatis, dicatur verè, &
propriè aggregatus, itàut eueniente vacatione loci
Consilij recipi ibidem debeat, quantumuis actualis
descriptio sequuta non fuerit, cum solum præceptũ
legati de scribendo, & aggregando sufficiat, vt
quis habeatur pro descripto, & gaudeat omnibus
priuilegijs, & prærogatiuis, quæ competunt verè de-
scriptis, vt notat, *Angel. in l. ex eo tempore num. 14. ff.*
3 *de testam. Milit.* vbi, quod si Rector studij mandaue-
rit Notario, vt aliquis describatur in Matricula
Scholarium, hoc sufficit, vt habeatur pro Scholari,
etiam antè descriptionem, sequitur *Alex. in l. quis id*
quod num. 14. vers. Sed contra ff. de iurisd. omn. Iudic.
Rebuff. de priuil. scholar. priuil. 141. num. 2.

Idque indubitantèr recipi debet hoc casu, quo in
exequutionem gratiæ idem Mazzonus, antequam
locus Consilij vacaret, institit recipi, & describi
inter socios, & obtinuit ab ordinario præceptum
de describendo, ac aggregando, de quo supradictum
est; hinc enim cum per ipsum non steterit, sed per
4 alteram partem, quæ illum aggregare, & describe-
re, vel recusauit, vel distulit, in eius odium haberi
debet pro descripto, vt per *text. in l. iuri ciuili, ff.*
de vend. & dimiss. consuluit. Alex. cons. 102. nu. 1. & 6.
vbi, quod adhunc effectum sufficit vnica Instantia
lib. 6. Rot. diuers. dec. 92. nu. 3. part. 2. & in Romana Pe-
cuniaria 9. Iunij 1604. coram bo. me. Cardinali Millino,
indeque non potest eidem opponi defectus formæ
non seruatæ, dum facto partis seruari, & impleri
non potuerit, *ad text. in l. si cum ipsi vbi Bart. ff. de ex-*
cusat. Tutor Purpur. cons. 90. num. 6. Surd. cons. 374.
num. 7. Rota coram san. me. Greg. decis. 341. num. 2. relati
in Melenitana Antianitatis 12. Februarij 1635. coram
Reuerendiss. D. Præside Vallisolerano, quæ est dec. 19.
n. 9. & 10. p. 7. rec.

Sed ex defectu Potestatis, quam DD. habuerunt
6 pro solidiori fundamento, cum certum sit Legatum,
etiam de latere non posse rescribere, nec statuere,
nec indulgere contra iuris dispositionem, vt mo-
nuit *glos. in cap. fin. verb. figura, vers. Sed dubitari so-*
let de hæretic. Io. Andr. in cap. fin. nu. 7. ibique Hostien.
sub num. 11. vsque ad fin. de off. Archipræsbyter. Bald.
cons. 320. num. 4. lib. 4. Abb. cons. 1. par. 5. & 6. num. 3.
vers. Quod est nota dignum lib. 2. Alex. cons. 17. num. 14.
lib. 4. Socein. sen. cons. 27. num. 9. lib. 3. Ruin. cons. 166.
num. 3. lib. 3. Hondcd. cons. 93. n. 7. lib. 3. Aym. cons. 103.
num. 3. Menoch. cons. 477. nu. 11. & seqq. Grat. discept.
for. cap. 859. num. 8. Rota diuers. decis. 780. num. 11. p. 1.
& in rec. dec. 490. num. 7. part. 1. repetit. decis. 500. sub
num. 4. versic. & proinde non potuit part. 3. pariter
recent.

Rescriptum autem, de quo agitur, est contra Ius,
6 quia præcipit aggregari, & recipi Mazzonum inter
socios Lanionum, & eueniente vacatione, coaptari
inter Homines de Consilio, suffragijs aliorum non
8 requisitis, & tamen de iure electio Officialium Vni-
uersitatis non spectat ad Præsidem, sed ad singulos
de Vniuersitate *l. 2. C. de Decurion. lib. 10. l. 1. ff. de*
decret. ab ordin. facien. l. Nominationes de appellation.
Cancer. var. resolut. lib. 13. cap. 13. num. 16. Capoblanc.
de Baron. prag. matri. 10. num. 108. Mastrill. de Magi-
strat. lib. 4. cap. 17. num. 100. & seqq. Modern. Lucen. de
Vassallorum grauamin. lib. 1. cap. 129. num. 2. Franch.
9 *decis. 210. num. 1.* Eaque facienda est præuio scruti-
nio, & concursu maioris partis eligentium *l. Nulli*
quod cuiusque Vniuersit. Nomin. l. nominationem, ibique
glos. prima, & fin. de Decurion. lib. 10. cap. Ecclesia no-
stra il primo de elect. cum alijs per Boerium dec. 111. n. 2.
& in terminis, quod rescripta conferentia electio-
10 nem Electoribus sint iure communi contraria, tra-
dit *Frater Sigismundus à Bononia de elect. dub. 108.*
num. 6.

Et in hanc sententiam libentiùs iuerunt Domini;
quia vltra iuris Communis dispositionem adest Sta-
tutum Vniuersitatis iuri communi conforme, di-
sponens Consiliarios eligi debere ab ipsa Vniuersi-
tate, mediante scrutinio, & concursu maioris par-
11 tis vocum, quod statutum sicuti cætera omnia
Ciuitatis Bononiæ fuit in forma specifica confir-
matum à diuersis Pontificibus, & signanter bis à
Iulio Secundo in eius *prima Constitutione de Anno*
1510. 10. *Kalen. Decembris, & in secunda eodem anno*
1510. 8. *Idus Martij*, vt in terminis respondit *Mal-*
uas. cons. 3. num. 29. & cons. 87. nu. 17. & cons. 95. nu. 30.
Laur. de Pinu. cons. 71. num. 10. Grat. cons. 75. num. 11.
vers. Nec obstat lib. 2. Ruin. cons. 107. num. 15. versic.
Nec etiam obstat iuramentum lib. 1. Bero cons. 40. n. 13.
lib. 3. Glossator ad Bullam d. Confirmationis in calce
eorumdem Statutorum volum. 2. sub vers. approbamus
vers. undè cum viderim obseruari, vbi respondet omni-
bus in contrarium adductis, & firmauit. Rota Bonon.
decis. impressa in fin. dicti secundi vol. post præfatam Bul-
lam Confirmationis vers. Nec etiam videbatur obstare,
ac Rota nostra coram bo. me. Buratt. dec. 201. n. 2. & in

Bonon. de Michelinis 4. Iulij 1618. & 13. Maij 1620. coram bo. me. Vbaldo. Indeque non potuit Eminentissimus Legatus absque rationabili causa eidem
12 derogare, ad tradita *per Abbatem in cap. authoritate num. 2. de instit. Rom. cons. 37. antè nu. 2. vers. Quod secundum Ruin. cons. 166. num. 3. vers. Nec etiam statuta lib. Pacian. cons. 70. num. 42. Rebuff. de Regum, & Princip. Muner. num. 6. & Prerogat. n. 441. fol. mihi 19. Gambar. de Potest. legat. lib. 8. tit. 2. sub num. 24. versic. sexto quero, & in terminis Statuti Bononiæ dicta Rota in Bonon. bonorum 18. Februarij 1639. coram Reuerendissimo Domino meo Decano versic. Non obstat Constitutio.*

Non obstat *Decisio Bononien. census 4. Maij 1643. coram R. P. D. meo Ghisilerio*, quia ab ea fuit recessum, causa pluribus vicibus repropòsita, & maturius discussa.

Et ità vtraque &c.

VERVLANA BENEFICIORVM.

Mercurij 31. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione Beneficij datur in concursu anteriori possessori, contra habentem possessionem nullam, & attentatam, tamquam captam post interpositam appellationem, maximè si causa fuerit simpliciter commissa, ob quam suspenditur omnis effectus sententiæ. Executor litterarum Apostolicarum vacante possessione potest se etiam extraiudicialiter informare circa litterarum iustificationem, & semper præsumitur rectè processisse, & litteris iustificatis. Titulus in Iudicio manutentionis productus, quando contra eum exceptiones admittantur, & possessio sequestretur, & bonum Ius examinetur sequestrum appositum super possessione appellatione pendente, quibus casibus veniat reuocandum?

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per Instrumentum adeptionis, quod illam probat non docto de alterius tunc temporis possessione.*

2 *Appellatio suspendit effectum sententiæ, maximè si causa fuerit simpliciter commissa.*

3 *Possessio capta post appellationem interpositam, tamquam nulla, & attentata, non impedit manutentionem alterius.*

4 *Executor litterarum Apostolicarum vacante possessione, & non existente legitimo contradictore præsumitur processisse ad executionem litterarum illis iustificatis, cum etiam tunc possit se extraiudicialiter informare.*

5 *Executor etiam cum Clausula* Amoto, *si possessio sit vacans, se extraiudicialiter informãdo potest deuenire ad executionem litterarum Apostolicarum.*

6 *Titulus quando fuit productus in Iudicio manutentionis, admittuntur exceptiones contra illum, & interim possessioni apponitur sequestrum, & videtur super bono iure.*

7 *Declara hoc tantùm procedere, quando vitium apparet ex lectura ipsius Tituli, secus quando Titulus nullum habet vitium visibile, sed deceptio deducitur extrinsecùs.*

8 *Immissus ab executore ritè, & rectè procedente pendente appellatione est manutenendus non obstante sententia Canonizatoria iuris alterius partis, à qua fuit appellatum, cum per appellationem exceptio reddatur turbida, & suspendatur effectus sententiæ.*

9 *Vnio facta non seruata forma Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reform. est ipso iure nulla, & infecta Decreto irritanti.*

10 *Decretum irritans inficit Titulum, & possessionẽ.*

11 *Manutentio est concedenda anteriori possessori suspensa per appellationem sententia, nec possessio debet sequestrari.*

12 *Sequestrum appositum appellatione pendente venit reuocandum, nisi concurrat metus dilapidationis.*

13 *Subreptio litterarum, & gratiæ tamquam requirens altiorem indaginem non attenditur in summarissimo manutentionis, sed semper reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CLXXXVIII.

ROSATO dandum esse mandatum de manutenendo DD. responderunt, cum constet de eius
1 possessione ex instrumento publico, quod non docto de alterius tunc temporis possessione, sufficit pro obtinenda manutentione *l. prædia vbi omnes ff. de acquir. poss.*

Non obstat possessio Grappellæ capta vigore sententiæ immissionis latæ ab A.C. quia cum fuerit apprehensa post interpositã appellationẽ, per quã su-
2 spensus fuerat effectus sententiæ *Bald. in rubr. C. de appell. n. 2. Roca in recent. dec. 526. n. 3. par. 3. & in Romana Domus 16. Februarij 1632. coram bo. me. Pirouano impress. per Modern. Perus. de manut. in ordine*
3 *dec. 336. num. 10.* Tamquam nulla, & attentata non impedit manutentionem Rosato anteriori possessori *l. improba C. de acquir. poss. bo. me. Buratt. decis. 491. n. 3. Rota in rec. dec. 225. num. 4. par. 1. in d. dec. 336. num. 10. in Bononien. fideicommissi de Bologninis 27. Nouembris 1641. coram Reuerendissimo Præside Vallisoletano, & in Fulginaten. Parocchialis 24. Martij 1645. coram me §. nec releuat immissio:* Eoque magis cum Signatura commiserit causam appellationis *simpliciter*, vt semper dixit *Rot. coram bo. me. Buratt. dec. 902. num. 2. vbi Add. lit. B. coram Reuerendissimo Vrgell. dec. 96. num. 4. decis. 191. num. 6. & dec. 240. num. 3. in recent. dec. 136. num. 7. par. 6. in Bonon. Rescissionis contractus 15. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Verospio in Viterbien. fideicommissi, seù attentatorum 13. Maij 1644. & in 12. Maij 1645. & in d. Fulginaten. Parocchialis, §. vltra quod coram me, & in Calaguritana Beneficij 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Arguellio.*

Minus releuat, quod possessio fuerit tradita ab executore, litteris non iustificatis; quia cum de eo tempore possessio esset vacans, & non adesset legi-
4 timus contradictor, executor tamquam merus procedendo ad executionem præsumitur ad illam processisse præuia iustificatione omnium narratorum, de quibus potuit se etiam extraiudicialiter informare, *Put. dec. 140. num. 2. & 3. lib. 2. in correct. bo. me. Buratt. dec. 843. num. 6. Rot. in recent. dec. 71. num. 6. par. 6. dec. 51. num. 11. part. 7. dec. 333. num. 3. & 4 p. 8.*
5 & in fortioribus terminis, quod executor cum clausula *Amoto*, si possessio sit vacans, se extraiudicialiter informando, possit deuenire ad executionem litterarum Apostolicarum, resoluit *Rot. in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. §. & hinc nihil releuat, & in Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij 1645. coram me, §. prout etiam.*

Nec obstat, quod dum Rosatus produxit titulum suæ possessionis, admitti debeant etiam in hoc Iudi-
6 cio exceptiones contra illum, vt dixit *Menoch. de retinen. poss. remed. 3. num. 683.* & interim possessio sequestrari, & videri de bono iure, vt fuit obseruatum *in Mediolanen. Cimiliarcatus coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*

Quia, vt declarat idem *Menochius vbi supra vers.*
7 *modo vicium*, obiectum procedit, quando vitium ap-

paret

paret ex lectura ipsius tituli, vt benè aduertit *Rota in recent. dec.698. sub num. 3. vers. quia hoc procederet part. 2.* secùs vbi, prout hic, Titulus nullum habet vitium visibile, sed exceptio solum deducitur extrinsecùs ab alia prouisione antecedentèr facta Grappellæ: licèt enim hæc prouisio fuerit canonizata, per sententiam A.C. cum tamen, vt dictum est, sententia fuerit per appellationem suspensa, & causa appellationis simpliciter per Signaturam commissa; eo ipso exceptio apparet turbida, & ob eius turbiditatem appellatione pendente, est manutenendus Rosatus, qui fuit immissus in possessionem ab executore ritè, & rectè procedente *Grat. discept. for. cap. 926. num. 27. Modern. Perus. vbi supra obser. 42. num. 68. Rot. in rec. dec. 366. num. 6. dec. 583. num. 2. & dec. 614. num. 4. part. 1. & in Fauentina Beneficij 17. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et hinc non applicatur, quod obseruauit *Rota in dicta Mediolanen. Cimiliarcatus*; ibidem enim nul-
litas oriebatur ex ventre ipsius vnionis, quæ facta
9 legebatur non seruata forma Concilij, proindeque
erat ipso iure nulla, tàm ex resistentia eiusdem Con-
cilij *sess. 24. de reform. cap. 15.* quàm ex decreto irri-
10 tanti apposito in regula 13. reuocatoria vnionum,
quod inficit titulum, & possessionem. Hic autem
inualiditas tituli deducitur ex simplici sententia
11 A. C. quæ dum suspensa fuit per appellationem,
possessio sequestrari non potest, & manutentio est
concedenda Rosato anteriori possessori, vt notat,
*Card. in Clement. vnic. sub num. 28. vers. si verò de se-
questr. poss. & fruct. Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 11.*
12 *num. 17.* Quinimò, si esset appositum sequestrum,
appellatione pendente, esset reuocandum, nisi con-
curreret metus dilapidationis, vt respondit *Rot. co-
ram Card. Seraph. dec. 1126. per totam.*

Quæ dicuntur de subreptione litterarum Apo-
stolicarum Rosati, & de anterioritate gratiæ Grap-
13 pellæ, tanquam altiorem indaginem requirentia,
visa fuerunt DD. non esse discutienda in hoc Sum-
marissimo manutentionis, sed reijcienda ad peti-
torium ex iuribus supra allegatis.

Et ità resolutum vtraque &c.

TERVLEN. BENEFICII.

Veneris 16. Februarij 1646.

ARGVMENTVM.

Fructuum liquidatio, quæ fit iuxta redditus perceptos, vel percipi solitos non potest dici excessiua, & quando dicatur probatus excessus, & an in materia liquidationis admittantur præsumptiones, & coniecturæ?

SVMMARIVM.

1 *Excessus non præsumitur, nisi ab allegante per concludentes probationes probetur.*

2 *Excessus semper excluditur quoties liquidatio fit iuxta redditus perceptos, vel percipi solitos.*

3 *Testes ad effectum liquidationis deponentes eos interuenisse recollectioni fructuum, & deponentes de visu, reddentes optimam rationem sui dicti, & deducentes omnes expensas necessarias à redditibus plenam faciunt probationem.*

4 *Liquidatio fructuum est materia difficilis probationis, & in ea admittuntur præsumptiones, & coniectura.*

5 *Instrumenta publica habentia omnia solemnia faciunt probationem probatam.*

DECISIO CLXXXIX.

APpellauit Lizandera à decreto R. P. D. Meltij liquidante fructus per eum perceptos Beneficij, de quo agitur in scutis 25. ba. 36. & causa prætensæ excessiuitatis mihi commissa, dum instabatur pro dubij propositione, idem Lizandera obtinuit a S. D. N. Breue super absolutione à censuris mihi in forma commissaria directũ, vnde disputato, an constaret de eius sufficienti paritione, itaut veniret absoluendus, vtraque parte informante fuit sub die 3. Iulij præteriti negatiuè resolutum, ideoque hodie aggressa disputatione, an constet de excessiua liquidatione, DD. pariter negatiuè responderunt; excessus enim non præsumitur, nisi ab allegante per concludentes probationes probetur, *Textus est apertus in l. 2. ff. de probat. Card. Seraph. dec. 1189. num. 2. cum alijs in Fanen. Prædij 3. Maij 1644. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Etenim in decreto nullus considerari potest exces-
sus, quia cum redditus dicti Beneficij consistant in
frumento, & fructibus censuum, & quoad frumen-
tum Testes pro informante examinati deponant,
quod Lizandera ab anno 1634. vsque ad mensem
Maij 1642. recollegit ex eiusdem Beneficij tenimen-
tis fanecas Tritici 150. pro quolibet anno, ex qui-
bus annuatim ab omnibus expensis, & oneribus li-
beras quinquaginta lucratus fuit, vt in dicto *Summ.
num. 5.* quodque dictæ Fanecæ computato anno fer-
tili cum sterili consueuerunt vendi regalibus decem
pro singula monetæ Castellanæ, quæ constituunt
Iulios decem monetæ Romanæ *d. Summar. numer. 6.*
liquidatio huiusmodi dici non potest excessiua, cum
2 excessus semper excludatur, quoties liquidetur, iuxtà
redditus perceptos, vel percipi solitos ex doctrina
*Ang. in l. si fundum in fin. C. de rei vindic. Bald. cons. 323.
sub num. 5. lib. 2. Natt. cons. 510 sub num. 4. vers. quan-
do petuntur Surd. cons. 293. num. 31. bon. memor. Buratt.
dec. 722. num. 4. dec. 777. num. 1. & dec. 921. num. 5. &
6. Rot. in recent. dec. 343. num. 3. vers. vnde à consuetis
par. 1.*

3 Cum enim Testes deponant agros, & tenimenta
Beneficij toto eo tempore fuisse per dictum Lizan-
deram culta, & seminata, ac eos interuenisse per-
ceptioni, & recollectioni fructuum, deponentes de
visu, optimas rationes suarum depositionum red-
dentes, & omnes expensas necessarias à redditibus
deducentes *d. Summ. num. 5. & 6.* ad hunc effectum
plenam faciunt probationem *Bald. in l. 1. numer. 22.
C. de fruct. & hæredit. expen. Natt. d. cons. 510. d. num. 4.
Rot. in recent. dec. 359. num. 1. par. 2. dec. 270. num. 1. &
2. & dec. 271. num. pariter 1. & 2. par. 7.* Licet in hac
4 materia liquidationis, quæ est difficilis probatio-
nis, admittantur etiam coniecturæ, & præsumptio-
nes, vt voluit *Bald. d. cons. 323. num. 5. lib. 2. Surd. d.
cons. 293. d. num. 31. Card. Caual. decis. 361. d. num. 3.
bon. mem. Buratt. d. dec. 722. num. 5. Rot. in recentior.
dec. 343. num. 5. par. 1. & dec. 479. num. 2. par. 2.*

Quo verò ad fructus censuum, in illis nulla ca-
dit dubitatio, cum ostendantur Instrumenta *d.
Summ. num. 7.* ex quibus constat redditus censuales
ascendere ad annua scuta 30. ba. 67. quæ cum sint
5 publica, & habeant omnia solemnia, faciunt proba-
tionem probatam *cap. cum dilecti vbi Abb. num. 3. de
donation. Bart. in l. 1. num. 8. ff. de nou. oper. nunc Bald. in
l. interest. num. 2. C. de solut.*

Non obstat, quod *decisio R. P. D. me. Meltij* liquidet fructus in scutis 726. ba. 3. quia licèt liquidatio in decisione ascendat ad scuta 726. baioc. 3. Attamen decretum est tantummodo de scutis 645. ba. 36. pro octo annis, ab anno scilicet 1634. quo Lizandera beneficium occupauit, vsque & per integrum annum 1641. quæ ad rationem annuorum scutorum 80. ba. 67. constituunt summam dictorum scutorum 645. ba. 36. relictis in suspenso fructibus an-

ni

ni 1642. in quo Gregorius Beneficij possessionem cæpit, cum forsan il os idem Gregorius percipere potuerit, dum acceperat possessionem de mense Iulij eiusdem anni.

Et ità resolutum Gregorio tantùm informante, altera verò parte diù expectata, sæpius citata, & nunquam informare curante, &c.

FANEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 19. Februarij 1646.

ARGVMENTVM.

Proximior vocatus ad fideicommissum à Testatore post mortem omnium masculorum descendentium, & transuersalium Testatoris ex quibus dicatur probasse deficientiam linearum, obitum vltimi possessoris sine filijs, & suam proximitatem, & identitatem bonorum, & an vocato proximiore attendatur proximitas grauati, vel grauantis?

SVMMARIVM.

1 *Proximior ad fideicommissum vocatus in defectū lineæ masculinæ descendentium, & transuersalium Testatoris, illis deficientibus debet ad fideicommissum admitti.*

2 *Lineæ deficientia præsumitur, donec aliquis cōpareat, qui se vocatum, & comprehensum iustificet.*

3 *Testes deponentes non extare alium de domo, & descendentia, cum deponant de re eis, & concиuibus nota, licèt non coarctent negatiuam existentia aliorum de familia, valde probant.*

4 *Fides Parochi, continens partitam ex libro mortuorum de verbo ad verbum extractam probat obitum concludenter.*

5 *Obitus concludenter probatur ex confessione partis emissa in littera missiua.*

6 *Mortuus quis præsumitur absque filijs, & descendentibus, donec contrarium probetur.*

7 *Sententia lata in causa status facit ius quoad omnes etiam ibidem non expressos.*

8 *Enunciatiua in contractu apposita probat inter contrahentes.*

9 *Idētitas probatur ex descriptione facta per Testatorem in testamento, & de se sola sufficit contra hæredem grauatum, & habentes causam ab eo.*

10 *Identitas bonorum probatur ex descriptione facta in Catastro communitatis.*

11 *Testator, qui onus proximiori imposuit, assumendi nomen, & cognomen familiæ, censetur vocasse proximiorem de aliena familia, aliàs dictum onus esset superfluum.*

12 *Testator in fideicommisso, & substitutionibus ordine successiuo per nomina collectiua ordinatis ad fauorem proximiorum præsumitur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis, & ad successionem vocasse, prout ab intestato succeditur.*

13 *Proximitas grauatis, & non grauantis attenditur in fideicommissis seclusis coniecturis contrariæ voluntatis, vbi de magis communi, & nu. seq.*

14 *Verba clara nullam admittunt interpretationem.*

15 *Conditio haberi debet pro impleta, si per eum qui tenebatur implere, non stetit, quin adimpleretur maximè in odium impedientis.*

DECISIO CXC.

Constare de purificatione fideicommissi ad fauorem Hieronymi iunioris de Nulphis DD. responderunt. Quia cum Hieronymus senior in fideicommisso per eum ordinato de anno 1592. tres gradus substitutionum fecerit; in primo vocauit omnes suos descendentes masculos; in secundo deficiente linea masculina suorum descendentium, transuersales masculos descendentes ex columnellis Marci Antonij, & Francisci de Nulphis ipsius fratium; in tertio denique per hæc verba disposuit, *Et non vi essendo, ò non hauendo doppo loro successori maschi della famiglia de Nolphi debba succedere il più propinquo al possessore di detta casa maschio di maggior età &c. Summ. num. 1.* Descendentes verò ex linea masculina Testatoris defecerint per mortem Raynerij, & demum per obitum Nulphi de Nulphis vltimo defuncti pariter defecerit linea masculina descendens ex Columnellis dictorum Marci Antonij, & Francisci, factus est locus purifi-
1 cationi fideicommissi ad fauorem Hieronymi iunioris, tamquam in gradu proximioris dicto Nulpho vltimo possessori *iuxt. cons. Nicolai Bellon. 19. num. 3. & 4. & sæpius à Rota in hac materia probatum.*

Deficientia lineæ masculinæ, tàm Testatoris descendentium, quam transuersalium, præter quod
2 præsumitur, donec aliquis compareat, qui se vocatum, & comprehensum iustificet *Bart. in l. & si certus §. si vnus num. 1. ff. ad sen. Consul. Syllanianum, Rot. dec. 79. num. 12. par. 5. recentior.* probatur ex depositionibus trium Testium dicto Nulpho viuente examinatorum, & deponentium ex domo Nulpha, alium non adesse, quàm eundem Nulphum de Nulphis *Summ. num. 3.* Cum enim deponant de re-
3 ois, & conciuibus verisimiliter nota, licèt non coarctent negatiuam existentiæ aliorum de dicta familia, validè probant, vt tradit *Dec. in cap. tertio loco sub num. 44. vers. sed Aretin ad hoc respondet, ibique Folin. num. 5. de probat. Surd. cons. 196. num. 65. Paris. cons. 162. num. 14. lib. 4. & dixit Rota in Melisen. sen. Portugallien. 5. Decembris 1633. coram Eminentissimo D. Cardinale Panzirolo, quæ est decisio 243. num. 7. par. 6. recent.*

Obitus autem Nulphi vltimi possessoris sine descendentibus, per quem factus est locus fideicommisso ad fauorem Hieronymi proximioris, concludenter probatur ex fide Parochi Ecclesiæ S. Michaelis Ciuitatis Fani, continente partitam ex li-
4 bro mortuorum illius Parochiæ de verbo ad verbum extractam *Summ. num. 8.* ex qua concludens obitus probatio resultat, vt perpetuo respondit *Rot. coram Card. Canal. dec. 575. num. 3. san. memor. Gregor. dec. 78. num. 2. bon. mem. Buratt. dec. 563. per tot. in rec. dec. 301. num. 2. par. 6. & dec. 168. num. 11. par. 7. cum alijs in Portuen. Stagni 27. Aprilis 1640. coram Eminentissimo D. Cardinale Panzirolo.* Concurrentibus præsertim quampluribus enunciatiuis diuersorum temporum in diuersis Instrumentis *Summ. num. 6.*
5 ac confessione alterius partis emissa in quadam littera missiua *d. Summ. num. 3.* ex qua obitum concludenter probari in specie firmauit *Rota in Romana de Brischalijs 11. Decembris 1613. coram bon. mem. Pirouano, quæ est decisio 496. num. 4. par. 2. recent.*
6 Quod autem sine filijs, & descendentibus decesserit, præsumitur, donec contrarium probatur, *Aldobr. cons. 8. num. 5. lib. 1. Bellon. d. cons. 19. num. 3. Menoch. de præsumpt. 183. num. 5. lib. 4. Fusar. de substit. quæst. 436. num. 3. Card. Mantic. dec. 32. num. 1. Card. Canal. dec. 344. num. 4. & d. dec. 575. num. 3. Rot. d. dec. 30. num. 3. par. 6. recent. & alibi passim.*

Proximioritas verò Hieronymi iunioris Nulpho vltimo possessori probatur ex arbore data, vbi apparet ipsum descēdere ex Columnellis Francisci fratris Testatoris, ac esse dicti Nulphi nepotem ex Magdalena sorore, iuncta sententia A. C. declarante hæreditatem Hieronymi senioris de Nulphis ad ipsum spectare, vti proximiorem, & ad fideicommissum vo-

7 vocatum Summ. num. 5. quæ licèt inter alios, cum
lata fuerit super statu, facit ius quoad omnes, etiam
ibidem non expressos, vt pluribus relatis, respondit
Rot. in Bonon. fideicommissi de Nasceutorijs 6. Februa-
rij 1645. coram R. P. D. meo Rojas in Vercellen. Deri-
marum 15. Decembris eiusdem anni coram me, & po-
stremo in Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij 1646.
coram R. P. D. meo Corrado.
Quibus accedit declaratio eiusdem Nulphi, qui
dum in humanis erat mediante Instrumento decla-
rauit post eius obitum bona hæreditaria Hierony-
mi senioris restituenda fore Hieronymo Iuniori,
tanquam ad eum spectantia, vti proximiorem Sum.
num. 4. Necnon enunciatiua emissa in quodam In-
strumento concordiæ inter Lauram, & Hierony-
mum collitigantes de anno 1640. stipulato, in quo
enunciatur esse factum locum fideicommisso, de
quo agitur ad fauorem dicti Hieronymi, tanquam
proximioris Summ. d. num. 6. Huiusmodi enim enun-
8 ciatiua in contractu apposita probat inter contra-
hentes l. optimam C. de contrah. & committ. stipul. Bar.
in l. ex hac scriptura num. 16. ff. de donat. Alciat. cons. 9.
num. 22. & 23. lib. 1. Car. Seraph. dec. 1339. num. 1. bon.
mem. Buratt. dec. 690. num. 8. Ac desuper quia fuit
firmatum coram me in alia decisione Fanen. Dotis
26. Iunij 1643. bona Hieronymi senioris fideicom-
mittentis possideri à Hieronymo Iuniore, tamquam
proximiore, & ad fideicommissum vocato, quæ de
stylo Tribunalis supponenda est, vt dixit Rot. coram
bon. mem. Burat. dec. 596. num. 1. & dec. 857. num. 4.
& alibi passim.
Identitas tandem bonorum fideicommissariorũ,
non solum probatur ex illorum descriptione facta
9 per Testatorem in testamento, quæ etiam de per se
sufficeret adhunc effectum contra dd. Lauram, &
Victoriam habentes causam à Raynerio hærede
grauato eiusdem Testatoris, vt docuit Bald. cons. 89.
num. 2. & 3. lib. 1. Ceph. cons. 387. n. 29. Decian. cons. 76.
num. 18. vers. Secundo plura lib. 3. Peregr. de fideic. art.
44. num. 20. vers. Item assertio; Verum etiam ex par-
tita Catastri, seù æstimi extracta ex libris Commu-
nitatis Fani, in quibus reperiuntur descripta pro
Hieronymo seniore Sum. num. 11. ex huiusmodi enim
10 partitis probari identitatem, non est dubitandum,
Rom. cons. 165. per tot. Peregr. de fideic. d. art. 44. num. 7.
& 8. bon. mem. Buratt. dec. 690. num. 2. Rot. dec. 706.
num. 6. par. 2. & dec. 84. nu. 3. par. 5. recent. & dictum
fuit in Ariminen. fideicommissi 14. Martij 1640. & 28.
Iunij 1641. coram me.
Non obstat, quod Hieronymus sit de aliena fa-
milia, & proueniat ex fœmina, quia cum Testator,
deficientibus omnibus suis, & transuersalium de-
scendentibus masculis familiæ de Nulphis, vocaue-
rit proximiorem cũ onere assumendi ipsius nomen,
& cognomen, suosque filios de dicta familia deno-
minandi, signum est euidens, quod voluerit etiam
11 comprehendere proximiorem de aliena familia,
cum alias onus assumendi illius nomen, & cogno-
men, ac de eadem familia proprios filios denomi-
nandi superfluum omninò redderetur, quod est eui-
tandum; ponderando præsertim, quod etiam si Te-
stator adeò claris verbis non esset locutus, nec præ-
fatum onus adiunxisset, sed tantùm post suos, &
transuersalium descendentes proximiorem indefini-
tè vocasset, adhuc admittendus esset Hieronymus,
qui Nulpho Patruo sine filijs præmortuo ab intesta-
to successerat, cum in hisce fideicommissis, & sub-
12 stitutionibus ordine successiuo per verba collecti-
ua ordinatis præsumatur Testatorem se voluisse cõ-
formare cum dispositione iuris communis, & ordi-
ne à iure præscripto, & ad successionem vocasse,
prout ab intestato succeditur iuxt. glos. in l. cum ita
§. in fideicommisso, ibique DD. communiter ff. de leg. 2.
Corn. cons. 37. sub num. 3. vers. Quod & suadetur libr. 1.
& cons. 24. num. 11. lib. 2. Peregr. cons. 42. num. 2. libr. 3.
Cephal. cons. 313. num. 45. Decian. cons. 7. num. 71. & 72.
lib. 5. Fusar. cons. 76. num. 5.
Parum etiam obstat, quod supersint Laura, &
Victoria, quæ prætendunt causam habere à Gui-
do, & Rainerio descendentibus Testatoris. Quia
præter quod in eis deficit qualitas masculinitatis à
Testatore expresè requisita, ibi, *Et non vi essendo, ò
non hauendo dopo loro successori maschi della famiglia
de Nolphi, debba succedere il più propinquo al posses-
sore di detta casa maschio &c.* in concursu præferri
debet Hieronymus proximior vltimo possessori, cum
13 in huiusmodi fideicommissis, seclusis coniecturis
contrariæ voluntatis, attendatur proximitas graua-
ti, non grauantis, Bart. in l. re coniuncti n. 3. & n. 62.
ff. de leg. 3. Cephal. d. cons. 313. numer. 68. & cons. 600.
num. 15. cum seqq. Peregr. cons. 64. num. 1. vers. quo cir-
ca lib. 5. Fusar. d. cons. 76. nu. 1. & de substit. quæst. 379.
num. 69. cum alijs per Tiraquell. de retract. lignag. §. 2.
14 glos. 1. num. 18. & hanc opinionem, tanquam magis
communem frequentiori Doctorum calculo recep-
tam sequuta fuit Rota in Amerina fideicommissi 26.
Nouembris 1644. & 17. Maij 1645. coram R. P. D.
meo Ottobono, eoque facilius in casu, de quo agitur,
cum Testator verbis apertis vocauerit proximiorem
vltimo possessori grauato, ibi, *debba succedere il più
propinquo al possessore di detta casa maschio &c.*
15 vbicumque enim verba clara conueniunt, nul-
la interpretatio admittitur, l. ille, aut ille de
leg. 3.
Nec releuat, quod non iustificetur in Nulpho vl-
timo defuncto, qualitas expresè per Testatorem
requisita, scilicet eumdem possedisse domum pro-
priam Testatoris, & ab ipso inhabitatam, quia cum
constet ad eius fauorem apertum fuisse fideicom-
missum, & per ipsum non steterit, quin dictæ do-
16 mus possessionem cæperit, ab alijs de facto occu-
patæ, dum litem egit pro consecutione possessionis,
conditio haberi debet pro impleta, iuxta claram
dispositionem text. in l. iure ciuili ff. de condit. & de-
mon. Simon. de Prat. cons. 28. nu. 7. & cons. 156. num. 2.
& pluribus relatis dixit Rot. coram bon. mem. Buratt.
dec. 339. num. 1. Præsertim in odium impedientis,
Molin. de Primogen. Hispan. lib. 2. cap. 13. num. 22. San-
chez. de matrim. lib. 1. disput. 33. num. 27. vers. fallit
primo. Iniquum enim DD. videbatur, quod quis
possit grauari facto alieno, nec est verisimile Hie-
ronymum fideicommittentem voluisse eius succes-
sionem pendere ab occupatione bonorum facta à
tertio de facto.
Et ità resolutum vnica tantùm &c.

TRIDENTINA CANONICATVS

Luna 26. Februarij 1646.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione Canonica-
tus non denegatur possidenti, licèt possessio hu-
iusmodi non fuerit capitulariter capta, si Capitu-
lum erat suspensum grauatum, & reagrauatum, &
quare iuramentum promissorium debet recipi ab
habente iurisdictionem, & in quo differant iura-
mentum promissorium, & iuramentum, quod præ-
statur à partibus in contractu, suspensus à Diuinis,
& interdictus, licèt possit exercere ea, quæ sunt Iu-
risdi-

risdictionis, non tamen potest excommunicatus publicè grauatus, & reagrauatus, & quamuis possessio ab excommunicato capi possit, non tamen quis cogitur, nec ob id possessio aliter capta vitiatur. Aggrauatoria continet in sui ventre arctissimam prohibitionem non participandi, vel alloquendi cum aggrauatis sub pæna excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum grauatum, & reagrauatum, & plures Canonici excommunicati non possunt capitulariter congregari ad tradendam possessionem.*

2 *Iuramentum præstandum ex forma Concil. sess. 2. de Reform. cap. 12. vna cum fidei professione præstari potest etiam post duos menses à die capta possessionis, & tamquam consistens in mero facto etiam ab excommunicatis fieri potest.*

3 *Iuramenti receptio est actus iurisdictionis, ideoque ab excommunicato recipi non potest, cum is careat omni prorsus exercitio iurisdictionis.*

4 *Iuramentum super obseruantia statutorum est merè promissorium, & vti tale potest etiam recipi à non habente iurisdictionem.*

5 *Contra tamen quod iuramenta etiam promissoria recipi non possunt ab alio, quàm ab habente iurisdictionem.*

6 *Iuramentum fidei præstandæ est merè promissoriũ tamquam continens promissionem retinendi firmiter, & inuiolabiliter vsque ad extremum vitæ spiritum fidem Catholicam.*

7 *Receptio iuramenti in professione fidei est actus iurisdictionis.*

8 *Iuramentum, quod partes præstant, non recipitur à Notario, sed Notarius solum testatur partes sub iuramento sibi inuicem promisisse.*

9 *Iuramentum seruandi statuta Ecclesiæ recipitur à seniore Canonico, & sic pernecesse includit iurisdictionem, cum ipsa receptio sit actus iurisdictionis.*

10 *Suspensus à diuinis, & interdictus potest etiam exercere, quæ sunt iurisdictionis.*

11 *Declara hoc non procedere in publicè excommunicato cum affixione cedulonum, & in grauato, & reagrauato, taliter enim excommunicatus caret prorsus omni iurisdictione.*

12 *Possessio licèt in suis casibus capi possit ab excommunicato, tamen quis ad id compelli non potest, nec ob id possessio aliter capta vitiatur.*

13 *Communicans cum excommunicatis est puniendus, & antequam purgetur, nec in templum, nec in forum, nec in Vrbem est recipiendus.*

14 *Aggrauatoria habet in sui ventre arctissimam prohibitionem non conuersandi, & alloquendi cum aggrauatis sub pœna excommunicationis.*

DECISIO CXCI.

DEcisionem coram me emanatam sub die 17. Maij
anni præteriti hodie DD. confirmarunt, & Fran-
cisco de Albertis dandum esse mandatum de manu-
tenendo, iterum responderunt, non obstante quod
eius possessio non fuerit capitulariter capta. Cum
enim, vt alias dictum fuit, non solum Capitulum
eo tempore esset publicè interdictum, suspensum,
aggrauatum, & reaggrauatum, sed etiam plures
1 Canonici excommunicati non poterant congregari
ad traden. possessionem *adnot per DD. in cap. cum dilectus verb. à suspensis de consuetudine, & in cap. tanta est clauis verb. irritas, & inanes de excessib. Prælat. cum alijs allegatis in alia decisione.*

Nec obstat, quod iuramentum præstandum ex
2 forma Concilij *sess. 2. de reformat. cap. 12.* vnà cum
fidei professione præstari possit post duos menses à
die captæ possessionis, quod tamquam in mero fa-
cto consistens, etiam ab excommunicatis fieri pos-
sit, vt probat *tex. in cap. pro illorum de præben. ibique DD.* quia vltrà præfatum iuramentum fidei aliud
requiritur seruandi scilicet statuta dictæ Ecclesiæ,
& obseruauit idemmet Malanoctius, cum quo ho-
die lis agitur. Dum itaque possessio tradi non potest,
3 nisi præuio iuramento, cuius receptio est actus iu-
risdictionis *iuxta decisionem Caputaq. 167. num. 3. p. 1. Rot. in recent. dec. 18. num. 17. par. 7. allegata in alia decisione*, quod idem tradit *Grat. discept. for. cap. 60. num. 36.* recipi non poterat, nec à Capitulo, nec à
Canonicis cum excommunicati careant omni pror-
sus exercitio iurisdictionis, vt notat *Gemin. in cap. quia Pontificali num. 8. de offic. deleg. in 6. & limitando text. in d. cap. pro illorum declaratio: Rebuff. in repet. cap. postulati num. 130. de Cleric. excomm. Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 7. num. 9. vers. quod autem respondendum de sent. excomm. cum alijs in prima decisione adductis.*

4 Similiter non obstat, quod huiusmodi iuramen-
tum super obseruantia statutorum sit merè promis-
sorium, vt declarat *Ricc. in prax. for. Eccles. par. 3. resol. 224. per tot.* Ideoque, vt tale non includat per-
necesse exercitium iurisdictionis, sed recipi possit
etiam à non habente iurisdictionem, prout in iu-
ramentis per partes ad inuicem præstari solitis, quæ
recipiuntur à Notario iurisdictionem non habente,
vt notat *Bald. in l. cunctos Populos sub num. 33. in fin. vers. respondeo quia C. de summ. Trinit. & fid. Catholic. Abb. in cap. sicut te sub num. 14. vers. quia officium Notarij ne Cleric. vel Monac. secular. negot. se immis.*

5 Placuit tamen responsio, quod etiam iuramenta
promissoria non ab alio recipi possint, quàm ab ha-
bente iurisdictionem; sic enim iuramentum fidei
6 præstandæ est prorsus promissorium, tanquam con-
tinens promissionem retinendi firmiter, & inuiola-
biliter vsque ad extremum vitæ spiritum fidem Cat-
tolicam, vt in forma promissionis relati per *Quarant. in Summ. Bullar. in verb. fidei professio*, & tamen
7 illius receptio est actus iurisdictionis. Aliud itaque
est iuramentum, quod à Partibus præstatur in con-
tractibus, aliud simile iuramentum seruandi statu-
8 ta. Iuramentum enim, quod partes præstant, non
recipitur à Notario, sed Notarius solum testatur
partes sub iuramento sibi inuicem promisisse; iura-
9 mentum verò seruandi statuta, & alia his similia
recipiuntur à seniori Canonico, & sic pernecesse in-
cludunt iurisdictionem, cum ipsa receptio sit actus
iurisdictionis ex adduct. *per Rot. d. dec. 18. num. 17. par. 7. recent. cum alijs superius allegatis vers. Non obstat.*

10 Minus etiam obstar, quod suspensus à Diuinis,
& interdictus possit etiam exercere, quæ sunt iuris-
dictionis, vt notat *Abb. in cap. tanta num. 1. & 5. de excessibus Prælat. Couar. in d. cap. Alma mater par. 2. §. 1. num. 3. Say. de censur. lib. 5. cap. 6. num. 12. cum concordant.* Quicquid enim sit de veritate huius con-
clusionis, non applicatur huic casui, quo Capitu-
lum, non solum est suspensum, & interdictum, sed
aggrauatum, & reaggrauatum, & Canonici publi-
cè excommunicati cum affixione cedulonum, vt be-
nè deducitur *in decisione Tridentina Decanatus, & Canonicatus 23. Maij 1642. coram R. P. D. meo Roias*,
11 taliter enim excommunicatus caret omni exercitio
iurisdictionis, vt latè dictum fuit *in prima decisione vers. quia cum eo tempore.*

Præterea licèt etiam ab excommunicato capi
potuisset possessio in suis casibus, adhuc tamen
12 Franciscus ad id compelli non poterat, vt benè de-
cla-

declarat *Suarez. de Censur. disput. 14. sess. 2. num. 15.* Vndè dato millies, quod sustineri posset, cuius possessio quantumuis à Capitulo suspenso, & interdicto capta fuisset, ex eo tamen, quod ab eo capta non fuerit, non ideò vitiatur.

Ex hoc DD. dixerunt cessare difficultatem, quia dum Capitulum insordescit in censuris cum publico scandalo Christifidelium, & magno contemptu clauium, tantum abest, quod Franciscus errauerit, non petendo ab eo possessionem, quinimò laudabiliter se gessit, nolens communicare cum excommunicatis, & vitando illorum communionem, iuxta dispositionem *text. in cap. cum desideres, & cap. significauit, & cap. si concubina de sent. excom.* & si aliter
13 fecisset, fuisset puniendus, & antequam purgaretur nec in templum, nec in forum, nec in Vrbem fuisset recipiendus, vt alijs relatis tradit *Ricciull. de Iur. personar. extr. grem. Eccles. lib. 4. cap. 17. sub numer. 7.* vbi quod vitanda est communio cum simili genere excommunicatorum.

Ponderando præsertim, quod Capitulum, nedum est simpliciter suspensum, & interdictum, sed etiam aggrauatum, & reaggrauatum, quæ aggrauatoria
14 In suo ventre continet arctissimam prohibitionem non participandi, vel alloquendi eum taliter reaggrauatis, sub pæna excommunicationis, vndè nullo pacto opponi potest Francisco, quod defecerit, non petendo possessionem à Capitulo, dum iuxta formam reaggrauatoriæ, & dispositionem sacrorum Canonum tenebatur omninò abstinere, & nullatenus cum eo participare. Vtraque &c.

AVENIONEN. DILAPIDATIONIS. BONORVM.

Veneris 2. Martij 1646.

ARGVMENTVM.

Remissoria etiam in causa profana, & in gradu restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, cessante fumo releuantiæ, & concurrente vehementi suspicione calumniæ denegatur, & ex quibus huiusmodi suspicio resultet.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria, si detur fumus releuantiæ etiam post rem iudicatam conceditur in materia profana si sit commissa causa restitutionis in integrum.*
2 *Remissoria cessante fumo releuantiæ, & si constet de vehementi suspicione calumniæ, etiam in gradu restitutionis in integrum denegatur.*
3 *Remissoria non conceditur super articulis, super quibus causa in partibus pendente poterat fieri probatio propter suspicionem calumniæ.*
4 *Remissoria toties denegatur, quoties constat in instantijs factis in partibus fuisse datas dilationes, & nihil probatum.*
5 *Testibus instrumentarijs, tamquam melius informatis in concursu cum alijs magis est credendum.*
6 *Testes instrumentarij tamquam melius informati alijs præferuntur.*
7 *Remissoria stante inuerisimilitudine denegatur, & articuli reijciuntur.*
8 *Remissoria passim denegatur ex timore attentatæ subornationis Testium, ne in futuris probationibus peius fiat.*

DECISIO CXCII.

Commissa mihi ad instantiam Stephanæ Sireniæ causa restitutionis in integrum aduersus sententiam A.C. in iudicatum transactam super reintegratione hæreditatis q. Io. Cardon latam cum clausula, vt præfixo aliquo Breui, & peremptorio termino ad docendum de causis restitutionis in integrum, eoque elapso, & nihil quod releuet docto, constito de re iudicata, dictam sententiam exequatur, dũ instabatur pro dubij propositione, Stephana petijt remissoriam, quam tamen hodiè dixerunt DD. esse denegandam ob euidentem suspicionem calumniæ.

1 Licet enim in materia profana, si sit commissa causa restitutionis in integrum, & detur magnus fumus de releuantia, etiam post rem iudicatam remissoria concedatur, vt resoluit *Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 121. num. 27. Add. ad san. me. Greg. dec. 184. num. 8. & in recent. dec. 125. numer. 36.*
2 *par. 5.* Illa tamen, dicto fumo cessante, & dum constat de vehementi suspicione calumniæ, etiam in gradu restitutionis in integrum denegatur, vt docuit *Felin. in cap. de cætero num. 12. de sent. & re iudic. Roman. cons. 273. sub num. 3. vers. nec in præmissis Grat. discep. for. cap. 199, num. 5. Card. Seraph. dec. 1364. n. 4. & dec. 1460. num. 6. sa. me. Greg. dec. 48. num. 7. & decis. 414. num. ibique Add. num. 13. bo. mem. Buratt. dec. 23. num. 13. & ibi Add. litt. A. vers. hoc tamen Rot. in rec. dec. 491. num. 1. par. 2. in Firmana Pensionis 12. Maij 1642. coram R. P. D. meo Bicchio, in Romana successionis 4. Iulij 1642. coram Reuerendiss. D. Præside Vallisoletano in Melenitana hæreditatis 26. Ianuarij 1643. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Cæsaraugustana distributionum 13. Martij eiusdem anni coram me.*

Vehemens autem calumniæ suspicio in casu de quo agitur resultat, ex quo lis in partibus diu fuit discussa, & agitata, nec vnquam hæc pars curauit suas probationes facere. Hinc enim non leuis oritur calumniosæ petitionis præsumptio, quia si in partibus, vbi faciliori commodo suas probationes facere poterat, illas neglexit, signum est euidens,
3 quod remissoria calumniosè petitur ad protrahendam causæ expeditionem, dum prætendit probare id, quod tunc in partibus probare non valuit *ex doctr. Castr. in l. de die §. Tutor. nu. 7. ibiquè Alex. pariter num. 7. ff. qui satis dat. Cogan. Vestr. in prax. lib. 6. cap. vltimo nu. 3. Afflict. dec. 137. sub num. 4. Rot. diuers. decis. 128. num. 2. par. 3. coram san. mem. Greg. dec. 274. n. 3. coram bo. me. Buratt. d. dec. 23. nu. 2. cor. bon. me. Coccino dec. 338. nu. 4. in rec. 712. num. 5. par. 1. d. dec. 491. num. 2. par. 2. dec. 578. num. 3. par. 4. dec. 99. num. 11. ead. par. 4. tom. 2. & dec. 111. nu. 5. par. 6.*

Idque tanto magis, cum eadem Stephana in partibus vertente prima instantia, articulos huiusmodi produxerit, eidemque fuerint præfixæ dilationes iuxta praxim illius regionis, nec vnicum quidem testem examinari curauit, vnde pro denegatione Remissoriæ intrat altera conclusio, quod illa toties
4 denegatur, quoties cõstat in instantijs factis in partibus fuisse datas dilationes, & nihil probatum, vt consuluit *Surd. cons. 8. num. 8. Verall. dec. 50. par. 3. Rot. in Conchen. Decimarum. de Casteyon 19. Ianuarij 1615. coram bon. memor. Pirouano in recentior. dec. 634. num. 1. par. 3. & in Ferrarien. Decimarum 27. Aprilis 1622. coram Vbaldo pariter in recen. dec. 381. num. 9. par. 4. tom. 2.*

Demum, & libentius DD. remissoriam denegarunt ob inuerisimilitudinem materiæ articulatæ: articulatur enim inuentarium fuisse confectum præsentibus Andrea filio, & Cursoribus, ibique fideliter fuisse descripta omnia, & singula bona in domo hæreditaria Ioannis existentia, quod adeo inuerisimile detegitur, cum inuentarium fuerit factum de mense Ianuarij, Cursores verò deputati fuere de mense Maij sequentis, & omnes Testes in dicto Inuentario adhibiti cum Notario de eo rogato contrarium de directo deposuerunt, vt constat ex illo-

rum depositionibus datis in extractu, quibus Testi-
5 bus tamquam Instrumentarijs, & meliùs informa-
tis, etiam in concursu cum alijs magis esset creden-
dum *cap. quoties de Testib. Felin. in cap. in nostra sub num. 10. col. 1. It. Alex. cons. 141. sub num. 11. lib. 1. Gabr. de Testib. conclus. 4. n. 64. bo. me. Buratt. dec. 193. num. 5. Rot. in rec. dec. 459. num. 4. vers. Tùm etiam quia par. 1.*
6 *dec. 487. num. 5.* vbi quod testes Instrumentarij, &
melius informati alijs præferuntur *part. 2. decis. 107. num. 31. & 32. dec. 268. num. 5. & 8. par. 7. & in Cæsar-augustana distributionum 17. Nouembr. 1623. coram bo. me. Coccino*. Hac enim inuerisimilitudine stan-
7 te, articuli reijciuntur, & Remissoria denegatur.
cap. quia verisimile de præsumpt. Tiraquell. in l. si vnquam in præfat. num. 38. in fin. C. de reuoc. donat. Rot. dec. 23. de Testib. in antiq. fa. me. Greg. d. dec. 414. num. 3. Rot. in rec. dec. 146. num. 13. & dec. 325. num. 23. par. 5. dec. 266. num 15. par. 6. dec. 173. num. 6. & dec. 128. n. 1. par. 7. & in Auenion. Hæreditatis 12. Iunij 1634. coram Eminentiss. D. Card. Panz.

Accédente præsertim subornationis timore, resultante ex eo, quod Stefana in partibus, dum altera pars inuigilabat pro examine suorum Testium, sæpius illos subtrahere, & ad deponendum in sui fauorem vertere curauit, mediante pecunia, vt cõstat ex querela, & decreto capturæ dato in *Sum. informationis num. 5.* Ex timore enim attentatæ subor-
8 nationis passim denegatur Remissoria, ne in futuris
probationibus peius fiat *Capucaq. dec. 50. num. 4. & 6. par. 3. Rot. rec. dec. 406. sub num. 2. vers. & stante part. 2. & postremo dictum fuit in d. Rom. successionis 4. Iulij 1642. coram Reuerendiss. D. Præside Vallisoletano vers. Timor tandem.*

Et ita resolutum Andrea tantum informante, cum altera pars, quæ possidet, & remissoriam petijt forsan defugiendi gratia litis terminum sæpiùs vocata, & causa bis proposita, nunquam informare voluerit &c.

LEOPOLIEN. ADMINISTRATIONIS, HOSPITALIS.

Mercurij 14. Martij 1646.

ARGVMENTVM.

Hospitalis cura, & gubernium Fundatoribus, seu Dotatoribus competit, quod pariter si fuerit acceptatum sub Regia aliqua protectione, & fuerit Regijs Priuilegijs exemptum non subiacet potestati Ordinarij, nec proinde visitari potest ab Episcopo, Vicario, vel Canonicis; eius tamen administrationis ratio reddi debet quot Annis in manibus Ordinarij, nisi aliter in limine erectionis fuerit cautum, & si aliquo Priuilegio alijs ratio reddi debeat, numquam intelligitur priuatiuè, quoad ordinarium, sed simul ipse cum alijs adhiberi debet. Hæc decisio in hac parte tantum recedit à decisis in alia leopolien. Administ. Hospitalis.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale, quod est receptum sub Regia Protectione remanet exemptum à quacumque Ordinariorum visitatione ex dispositione Concilij.*
2 *Priuilegium emanatum ex aliquo supposito, si suppositum non verificetur, cessat illius dispositio.*
3 *Laudum in quo firmatur erectionem, & fundationem Hospitalis, illiusque administrationem ad aliquem spectare, licet de per se non sufficiat ad effectum concludenter probandi fundationem pro acquirendo iurepatronatus, exuberat tamen ad iustificandam narratiuam Priuilegij obtenti.*
4 *Obseruantia, & pacifica possessio ab initio vsque ad diem mortalitis magis ostendit veritatem, & præcedentem actum corroborat.*
5 *Iuspatronatus non acquiritur per donationem factam Hospitali post illius fundationem, & erectionem, cum possit esse pro eleemosina, vel augmento dotis, & ideo donans dicitur simplex Benefactor, non autem fundator, vel dotator.*
6 *Administratio solo fundatori, vel dotatori cõpetit.*
7 *Redditio rationis pro administratione Hospitalis reddi debet quot Annis in manibus Ordinarij, nisi aliter fuerit cautum expressè in fundatione, seu erectione ex dispositione Concil.*
8 *Amplia etiam si ex priuilegio, aut consuetudine, aliaue constitutione ratio reddi debeat alijs personis, quia tunc reddi non potest priuatiuè quo ad Ordinarium, sed cum ijs simul adhiberi debet Episcopus.*

DECISIO CXCIII.

IN alia resolutione capta coram me die 15. Maij præteriti, Priore, & Confratribus tantum informantibus duo firmata fuerunt, alterum quod Cura, & administratio Hospitalis, de quo agitur, spectat ad Priorem Conuentus S. Dominici, & Seniores Confratres SS. Rosarij, alterum quod ratio bonorum, & rerum eiusdem Hospitalis reddi debet eisdem Priori, & Confratribus Administratoribus, ad quos spectat Gubernium, & Regimen; sed reproposita hodie causa vtraque parte informante, DD. quoad Curam, & administrationem steterunt in Decisis, quia cum post perfectam erectionem huiusmodi Hospitale fuerat à Serenissimo Poloniæ Rege approbatum, & sub sua immediata protectione receptum, eiusque bona ab omnibus oneribus ciuilibus, & Collectis exempta, immunitatique ac libertati Ecclesiasticæ adscripta, cum expræssa prohibitione, ne quisquam se ingereret, conferens omnia illius Iura dictis Priori, Fratribus, & Senioribus Confratribus SS. Rosarij, vt ex priuilegio originaliter dato, manu, signoque dicti Serenissimi Re-
1 gis firmato, remanet exemptum à quacumque Or-
dinariorum visitatione, vt expræsse disponitur per *Sac. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. de reform. cuius auctoritatem referunt Mont. de Iurisdict. part. 2. cap. 18. num. 3. Clarlin. contr. for. cap. 65. n. 2. & 3. lib. 1. latissime Ricc. dec. Neapolit. 209. num. 1. par. 4. Barbos. de off. & potest. Episc. alleg. 75. num. 2.* qui omnes recensent infinitas resolutiones Sacræ congregationis eiusdem Concilij; Et proindè nec Vicarius, nec Canonici Leopolien. se ingerere possunt in illis administratione, quæ tota spectare debet ad Priorem, & Confratres, prout fuit in indulto Regio dispositum.

Non obstat, quod dictum Priuilegium emanauerit cum supposito, quod dicti Prior, & Confratres essent Fundatores, quo supposito non iustificato,
2 cessat dispositum, *glos. in l. Mancipia in verb. aufodandi C. de seru. fugitiu.*

Quia præter ponderata in alia decisione, in pro-
posito satis visum fuit iustificari ex testibus nouiter 3
in facto deductis, deponentibus, quod dicti Prior, & Fratres vna cum dictis Confratribus, præuia Benedictione Archiepiscopi Leopolien. dictum Hospitale de anno 1616. proprijs sumptibus in Monte Galizagora erexerunt, quodque de anno 1618. ijdem Prior, & Fratres in commodiorem situm illud transtulerunt, cuius translationis causa cum orta fuerit controuersia inter eosdem, & Susannam q. Marci Sarferberger, præuio compromisso ab eodem Archiepiscopo in personam eius Vicarij Generalis, aliorumque electorum facto, latum fuit laudum, in quo firmatur, erectionem, & fundationem huiusmodi, illiusque administrationem spectare ad dictos

Prio-

Priorem, Fratres, & Confratres *Summar. num.* 1. &
3 2. Quæ licet de per se non sufficerent ad effectum concludenter probandi fundationem pro acquirendo Iurepatronatus, vt tenuit *Rot. diuers. dec.* 524.*n.*5. *par.* 4. exuberant tamen ad iustificandam narratiuã Priuilegij, sub qua d. Hospitale sub immediata Regis protectione receptum fuit, iunctis etiam obseruantia, & pacifica possessione Prioris, & Confratrum in administratione d. Hospitalis continuata ab erectione vsque ad diem motæ litis, quæ magis
4 ostenstit veritatem, & præcedentem actum corroborat *Aym. cons.* 101. *num.* 4. *& cons.* 158. *num.* 1. *Rot. diuers. dec.* 598. *num.* 5. *part.* 2. *& dec.* 396. *num.* 10. *&* 11. *par.* 5. *rec.*

Nec obstant oblationes antiqui Archiepiscopi Prælatorum Capitularium, aliorumque fidelium.
5 Quia cum superuenerint post erectum Hospitale, non potuerunt cedere in causam erectionis, vel fundationis, sed tantummodò in augumentum Dotationis, & per consequens dicuntur simplices Benefactores, non autem fundatores, vel Dotatores, quibus proindè per huiusmodi oblationes Iuspatronatus acquisitum non fuit *glos. in cap. pia mentis* 16. *qu.*7. *vers. si quis autem Lambertin. de Iurepatr.* 3. *art.* 3. *q. princ. par.* 1. *num.* 1. *vers. Et intellige Rot. diuers. dec.* 457. *num.* 18. *par.* 1. *& coram bo. me. Card. Caual.*
6 *dec.* 236. *num.* 2. Multoque minus eis competere potest administratio, quæ soli fundatori, seu dotatori competit *§. si quis ædificationem Auth. de Eccles. tit. clem. quia contingit de Religios. domib.*

Quo verò ad redditionem rationis bonorum, & Rerum Hospitalis, de quo agitur, licèt, vt in alia decisione dictum fuit, de Iure Ratio reddi debeat in manibus eorum, ad quos spectat Gubernium, & Regimen, & sic in manibus Prioris, & Confratrum, secus tamen cautum reperitur à *Sac. Concilio Trid. d. sess.* 22. *cap.* 9. *de Reformat.* Vbi expresse percipi-
7 tur, vt Administratores omnes, tàm Ecclesiastici, quàm laici cuiusuis Ecclesiæ &c. teneantur rationẽ reddere in manibus Ordinarij, nisi aliter cautum fuerit in limine fundationis, vt sunt verba Clara, ibi, *Administratores tàm Ecclesiastici, quàm laici &c. cuiusuis Ecclesiæ etiam Cathedralis Hospitalis &c. singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, consuetudinibus, & Priuilegijs quibuscumque in contrarium sublatis, nisi secus fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset &c.* Vndè cum in limine Erectionis huius Hospitalis cautum non fuerit, quod ratio non redderetur in manibus Ordinarij, intrat dispositio Conciliaris, quæ euitari non potest ex eo, quod hoc Hospitale receptum fuerit sub immediata protectione Regis: Quia licèt similia Hospitalia excipiantur expressè à Concilio ab onere visitationis, alijsque contentis *in cap.* 8. vt superius dictum est. Quoad onus tamèn reddendi rationem, de quo
8 *in cap.* 9. reperitur dispositum, quod vbi ex priuilegio, aut consuetudine, aliauè constitutione ratio reddi debeat alijs personis, tunc non possit reddi priuatiuè quoad Episcopum, sed cum ijs simul ad-
9 hiberi debeat Ordinarius, ibi, *Quod si ex consuetudine aut priuilegijs, aut ex constitutione aliqua loci alijs ad id deputatis, ratio reddenda esset, tunc cùm ijs adhibeatur etiam ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis Administrationibus minimè suffragentur* ibi, *Barbos. in Collect. ad idem Concil. Trid. d. cap.* 9. *num.* 18. *&* 15. *de offic. & potest. Epist. alleg.* 82. *num.* 32. *& in collect. dec. Apost. verb. Administr. num.* 4. *Mart. vbi sup. d. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. *&* 10. *Grat. discept. for. cap.* 395. *num.* 1. *cum seqq. Rot. dec.* 355. *nu.* 1. *&* 10. *& dec.* 402. *n.* 1. *p.* 1. *rec.*

Et ita quoad curam, & administrationem Hospitalis, de quo agitur, DD. absolutè steterunt in decisis, quo verò ad redditionem rationis censuerunt illam esse reddendam dd. Priori, & Confratribus deputatis in dicto Priuilegio Regio, adhibito tamen cum ijs ipsomèt Ordinario.

Et ita vtraque &c.

HISPALEN. DECIMARVM DE BARAONA.

Ven. 16. *Martij* 1646.

ARGVMENTVM.

Capitulum ratione generalis, & perpetuæ administrationis reddituum, & decimarum, quam exercet vice Episcopi, habet pro illarum exactione fundatam intentionem de Iure, adiuncta præsertim obseruantia antiqua, & pacifica possessione exigendi, vsque ad diem motæ litis, quæ Titulum, & illius iustificationem supponit, non obstantibus Priuilegijs super illarum exemptione, in quibus non legatur expressa derogatio *cap. Nup. de Decimis*: Priuilegium super exemptione decimarum generaliter concessum debet intelligi de Decimis extraordinarijs, quæ à Pontificibus, legatis, vel Nuntijs imponuntur super introductione, & extractione, non autem de ordinarijs Decimis, quæ debentur de Iure Diuino.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum pro exactione decimarum habet fundatam Intentionem in assistentia Iuris, ratione generalis, & perpetua administrationis reddituum, & decimarum, quam exercet Vice Episcopi.*

2 *Decimaspirituales debentur Episcopo, tamquam vniuersali Parocho suæ Diœcesis.*

3 *Obseruantia antiqua, & pacifica possessio exigendi Decimas, continuata vsque ad diem motæ litis supponit Titulum, & illius iustificationem, absque eo quod alia indigeat.*

4 *Priuilegium super exemptione decimarum emanatum absque expressa derogatione* cap. nup. de Decim. *qui expressam derogationem desiderat, nec in generali, aut in generalissima comprehenditur, nihil suffragatur.*

5 *Priuilegiumgeneraliter emanatũ super exemptione decimarum debet intelligi de Decimis extraordinarijs, quæ à Pontificibus, legatis, vel Nuncijs imponi solent, non autem de Decimis, quæ Iure Diuino debentur, absque hominis ministerio.*

6 *In priuilegijs ea non veniunt; quæ de facili concedi non solent, nisi de eis fiat specialis mentio.*

7 *Priuilegium eximens bona Ecclesiastica alicuius à Decimis extraordinarijs, & postea eximens ipsius bona patrimonialia ab omnibus decimis per verba generalia, debet intelligi de extraordinarijs, cum nulla sit maior ratio diuersitatis in Patrimonialibus, ac in Ecclesiasticis.*

DECISIO CXCIV.

POst resolutionem captam ad fauorem Capituli Hispalensis super manutentione in quasi possessione exigendi decimas bonorum Petri Francisci de Baraona Equitis Hierosolimitani, petebat idem Capitulum expeditionem mandati, sed quia in causa proceditur per contradictas, & de stylo huius Sacri Tribunalis, vbi partes commorantur vltra montes, prout hic, suspenditur possessorium vsque ad sententiam in petitorio inclusiuè proferendam, ideò proposui dubium, An Rodericus de Baraona, & Ioannes de Villegas hæredes dicti Equitis teneantur ad solutionem decimarum, de quibus agitur, cui hodie DD. affirmatiuè responderunt.

1 Capitulum enim habet intentionem fundatam, nedum in assistentia Iuris ratione generalis, & per-

petuæ administrationis redituum, & decimarum,
2 quam exercet vice Archiepiscopi, cui tanquam vni-
uersali Parocho illius Diœcesis, & spectant decimæ
spirituales, iuxta dispositionem *Text. in cap. signi-
ficauit de Paroch. vt sæpius respondit Rota in Hispalen.
Decim. 1635. cor. Eminentiß. D. Card. Verospio in His-
palen. decimar. de Almonte 5. Decembr. 1636. cor. bon.
mem. Pironano, quæ sunt in rec. dec. 22. num. 1. & dec.
180. num. 9. par. 5. & postremo in alia Hispalen. Decim.
27. Iunij 1644. cor. R. P. D. meo Corrado*. Sed etiam
in pacifica possessione dictas decimas exigendi de
bonis patrimonialibus dicti Equitis de Baraona,
continuata vsque ad diem motæ litis, vt probant
Testes ponderati in decisionibus huius causæ super
manutentione emanatis, quæ cum sit antiqua, titu-
3 lum, illiusque iustificationem præsupponit, ad-
eout nulla alia iustificatione indigeat, vt in simili
pluribus relatis resoluit *Rot. in Tiscien. 6. Februarij
1645. cor. R. P. D. meo Otthobono, & in Rom. Pensionis
19. Ianuarij 1646. cor. me §. etenim A. C.*

Non obstant priuilegia S. Religionis Hierosoly-
4 mitanæ quia cũ careant expressa derogatione *c. nup.
de decim.* quod cum emanauerit in Conc. Generali
Lateranen. edito sub Innoc. III. expressam desiderat
derogationem, quæ nec in generali, nec in genera-
lissima comprehenditur *ad trad. per Archidiac. in c.
1. num. 2. vers. vel dic planius, de constit. in 6.* nullum
prorsus in eis fieri potest fundamentum, vt perpe-
tuò respondit *Rot. in decision. relatis in dicta Hispa-
len. Decim. cor. R. P. D. meo Corrado, & in Vercellen.
Decim. 15. Ianuarij 1646. coram me §. nec obstare visa
fuerunt.*

Et in hanc sententiam eò libentius Domini incli-
narunt, quia cum dicta Priuilegia simpliciter exi-
mant bona equitum dictæ Religionis à solutione
5 Decimarum, sunt tantum intelligenda de decimis
extraordinarijs, vt puta, datijs, Pedagijs, Taxis, & si-
milibus, quæ à Summis Pontificibus legatis, vel
Nuncijs ratione introductionis, vel bonorum as-
portationis imponuntur, non autem de ordinarijs,
quæ absque vllo prorsus Hominis ministerio, sed
de Iure diuino debentur, vt sunt Decimæ, de qui-
bus agitur. Dùm itaque in huiusmodi priuilegijs
de dictis Decimis nulla mentio facta fuit, compre-
hensæ censeri non debent, cum in ijs non veniant,
6 quæ de facili concedi non solent, nisi de illis fiat
specialis mentio. *Put. dec. 65. per totam lib. 3. in cor-
rect. Card. Seraph. dec. 1293. nu. 6. vers. Ideo illa verba*,
cum alijs allegatis in *d. Vercell. Decim. cor. me, vers.
quæ responsio.*

Idque comprobari dixerunt DD. ex proprijs ver-
bis eiusdem Constitutionis san. mem Pij IV. quæ
est in Bullar. nono in ordine *Constit. 9. §. 64. tom. 2.*
Pontifex enim fructus bonorum Ecclesiasticorum
Equitum d. Religionis eximit à solutione dd. one-
rum temporalium, videlicet Datiorum, Pedagiorũ
& similium, orationemque fuit prosequutus, exi-
mendo etiam fructus Bonorum Patrimonialium
per verba generalia, ibi, *ab omnibus Decimis, & alijs
oneribus*. Vndè sicut superius Ecclesiastica bona
7 à temporalibus decimis, & extraordinarijs dum-
taxat expræssè eximit, ita etiam sensisse videtur de
Patrimonialibus, quorum orationem implicitè, &
verbis generalibus prosequutus fuit, cum nulla con-
siderari possit diuersitatis ratio in Patrimonialibus,
ac in Ecclesiasticis *iuxt. Theoric. Bart. in l. 2. sub num. 4.
vers. Item intelligeretur ff. de Iur. iur. & in l. vnica num.
2. vers. 2. voto, C. de vocat. publici muner. & benè pon-
deraust Rot. in d. Hispalen. Decim. coram R. P. D. meo
Corrado §. Tùm quia in eo*. Dùm itaque ab Ordina-
rijs decimis bona patrimonialia expresssè non exe-
mit, prout opus erat ex Iuribus supra allegatis, si-
gnum est euidens, quod etiam in patrimonialibus
intellexit de temporalibus dumtaxat, & extraordi-
narijs, cum si voluisset, vtique eas expressisset, ar-
gum. *l. vnic. C. de caduc. tollen.*

Quia tamen hæc solutio poterat forsan tangere interesse d. Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, DD. mihi mandarunt sub die 19. Februarij præteriti, vt illam audirem, & in hodierna propositione pro parte illius porrectum fuit Memoriale, in quo declaratur, nolle audiri super hoc articulo vertente inter dd. Hæredes Equitis de Baraona, & Capitulum Hispalen. super solutione Decimarum. Petitum tamen fuit à Rota non firmari, quod de consuetudine, & obseruantia dictę Religionis bona stabilia patrimonialia Equitum defunctorum dimittuntur illorum hæredibus, ita ut sub spolio comprehendi non soleant, Domini verò licèt annuere vellent huic petitioni, aduertebant tamen nullum fuisse illatum Religioni præiudicium, quia, & si in dicta *decis. Hispalen. Decim. emissa cor. R. P. D. meo Corrado sub die 27. Iunij 1644.* tacta fuerit hæc conclusio, cautè tamèn, & proindè conclusio non fuit firmata, sed solum adducta, & excitata ad ostendendam turbiditatem exemptionis per Equites prætensæ à solutione Decimarum spiritualium, ob quam turbiditatem non poterat impediri Capitulo manutentio in quasi possessione illas exigendi, vt expresssè habetur in dicta *dec. vers. hac tamen Domini absolutè non firmarunt*. Vndè non est vlterius super hoc immorandum, quia quicquid sit de hac consuetudine, & obseruantia, de qua meminit *Rota Antiqua in Hierosolymitana Pecuniaria 2. Iunij 1588. cor. bo. me. Paleota, quæ habetur inter manuscript. bo. me. Verall. dec. 68. in fin. vers. & hoc DD. firmarunt lib. 1.* hodie DD. noluerunt illam firmare, quia cum causa agatur solum inter Capitulum, & Hæredes Equitis possessores bonorum satis est, quod Priuilegia concessa militibus non suffragentur pro exemptione à decimis spiritualibus, vt dictum est; obseruantia verò, & cætera concernentia interesse Religionis, discutienda erunt, quando cum Religione disputarĩ contingeț.

Et ita decisum vtraque &c.

VLADISLAVIEN. VILLÆ DE HOPPENBVRCH.

Ven. 20. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Probans vtile dominium debet manuteneri ad statum in quo reperitur de tempore motæ litis, & ex quibus ad hunc effectum dominium vtile sufficienter probetur, etiam quod à domino directo Emphyteusis deuoluta prætenderetur ex sententia lata in spretum inhibitionis. Et postquam Iudex fuerat iuratus suspectus, quæ tamquam attentatè lata non priuauit Emphyteutam possessione eius vtilis Dominij, & quando Episcopus possit iurari suspectus; Monasterium ad effectum ne incurrat deuolutionẽ & caducitatem quid sufficiat. Negatiua quasi possessionis non soluendi Canones, quomodo probari possit. Exceptio deuolutionis sufficit, quod sit turbida ad effectum, vt reijciatur ad petitorium, & denegari non possit manutentio Emphyteutæ quasi possessionem probanti super vtili dominio.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio ad statum, in quo reperiebatur de tempore motæ litis competit Emphyteutæ probanti quasi possessionem sui vtilis domini.*

Pri-

2 *Priuatio habitum præsupponit.*

3 *Solutiones Canonum probant possessionem soluentium cum sit penitus inuerisimile, quod Emphyteuta Canones persoluisset, nisi in possessione permansisset.*

4 *Possessio probata de præterito præsumitur continuata vsque in præsent, nisi ab altera parte doceatur de contrario.*

5 *Manutentio debetur Domino directo etiam quo ad dominium vtile sequuta deuolutione.*

6 *Episcopus potest tamquam Iudex recusari ab altera parte, si commodum, & incommodum ad eum pertineat.*

7 *Ordinarius recusari potest, nedum vbi res spectat ad mensam Episcopi, sed etiam vbi est Ecclesia.*

8 *Sententia lata in spretum inhibitionis, & postquã Iudex fuerat à parte recusatus, tamquam nulliter, & attentatè prolata allegari non meretur, nec priuauit possessorem sua possessione.*

9 *Caducitatis pœna, vt incurratur à Monasterio constare debet de speciali mandato Abbatis & Monacorum capitulariter facto.*

10 *Negatiua non soluendi Canones probatur ex attestatione Notarij testantis se fecisse diligentiam de perquirendis solutionibus Canonum in libris in quibus huiusmodi solutiones adnotari solent; nec vllam solutionẽ inuenisse factam ad Emphyteuta, qui est optimus modus probandi negatiuam.*

11 *Exceptio deuolutionis satis est, quod remaneat turbida ad effectũ, vt rejeciatur ad petitoriũ, & interim domino vtili denegari non possit manutentio.*

DECISIO CXCV.

PRæuia vnica decisione coram R.P.D. meo Otthobono die 3. Iulij præteriti, Abbate, & Monacis Pelplinen. tantum informantibus, fuit relaxatum mandatum de manutenendo ad illorum fauorem, loco reuocationis attentatorum commissorum per Reuerendiss D. Episcopum Vladislauien. à quo interposita appellatione, & mihi per signaturam commissa causa cum facultate manutenendi quem de Iure, proposui hodie dub. An, & cui esset dandum mandatum de manutenen. quod DD. dandum esse eisdem Abbati, & Monacis in quasi possessione vti-
2 lis dominij tantum responderunt, quia cum doceant de illorum vtilis dominij possessione, sunt manutenendi ad statum, in quo reperiebantur de tempore motæ litis *ad text. in cap. querelam de elect. San. mem. Greg. dec. 569. num. 3. Rot. dec. 259. num. 3. dec. 76. nu. 1. & dec. 79. num. 9. & 20. par. 5. rec.*

Huiusmodi autem possessio probatur. Primò ex diuersis edictis, & citationibus per D. Episcopum contra eos decretis ad effectum procedendi ad priuationem Villæ, de qua agitur *Summar. Abbatis n.* 8. ex quibus necessario resultat antecedens illorum possessio, cum priuatio habitum præsupponat *vulg. l. decem ff. de verb. signif.*

Secundò ex continuatis solutionibus Canonum vsque, & per totum annum 1644. *d. Summar. num. 7.*
3 quæ continuatæ solutiones probant possessionem soluentium, cum sit penitus inuerisimile, quod dicti Abbas, & Monaci canones persoluissent, nisi in possessione permansissent *Arct. in l. qui Vniuersas §. Quod per Colonum sub. num. 8. vers. vndè licet ff. de acquir. poss. Gabr. de locat. concl. 4. num. 7. Rot. in Regien. Bonorum 15. Martij 1630. coram bo. me. Coccino, quæ est decis. 293. n. 38. post Modern. Perus. de manut.*

Accedente præsertim antiquissimo laudo lato de anno 1519. ab Episcopo Varmien. Iudice arbitramentali deputato à procuratoribus Episc. Vladislauien. vniuerso Capitulo Abbate, & Monacis Pelplinen. & ab ijs omnibus postmodum acceptatio *d. Summ. num. 3. 4. 5.* in quo pronunciatum fuit Abbatem, & Monachos prædictos restituendos esse ad actualem, & corporalem vtilium possessionem
4 Villæ, de qua agitur; Hinc enim huiusmodi possessio continuata præsumitur vsque in præsens, nisi ab altera parte doceatur de contrario *adnot. per glos. in l. siuè possidetis in verb. constitui C. de probat. Arct. in §. retinenda num. 3. Instit. de interd. Alex. conf. 133. num. 3. lib. 1. Card. Seraph. decis. 1047. num. 8. & decis. 1154. n. 4. cum alijs in Rossanen. decimar. 4. Iulij 1640. cor. R.P.D. meo Bicchio.*

5 Nec obstat, quod sequuta deuolutione debeatur Domino directo manutentio, etiam quoad Dominium vtile. Quia hoc casu deuolutio non probatur. Aut enim deducitur ex sententia D. Episcopi, & cum ipse processerit in spretum inhibitionis Rotalis, & postquam ab Abbate, ac Monacis fuerat tan-
6 quam suspectus recusatus, prout recusari poterat, cum commodum, & incommodum ad eum pertineat *l. 1. C. ne quis in sua caus. iudicet Abb. in cap. cum venissent num. 9. vers. item si ibique Felin. numer. 7. & Dec. num. 6. in fin. de Iudic. Natt. conf. 174. num. 7. libr. 1. Surd. conf. 50. num.* 18. vbi quod Ordinarius recu-
7 sari potest nedum vbi res spectat ad mensam Episcopi, sed etiam vbi est Ecclesiæ *Capic. dec. 137. nu. 6. & 7. cum alijs copiosè adductis per Modern. Beneuent. de iudic. suspic. cap. 5. num. 27. 28. 30. & 32.* Tamquam nul-
8 liter, & attentatè lata allegari non meretur, nec ipsos sua possessione priuauit, vt fuit resolutum coram *R.P.D. meo Otthobono d. die 3. Iulij præteriti.*

Aut deducitur ex prætensa denegatione directi dominij ducta ex eo, quod Executores mandati de manutenendo manutentionem concesserunt Abbati, & Monacis, tàm quoad vtile, quàm quoad directum dominium, & nec etiam releuat, tùm quia Executores mandarunt illos in Dominos recognosci, prout ante motam litem recognoscebantur *Sum. Episcopi num. 6.* & per consequens ratione solius vtilis Dominij. Tum quia præfatus excessus non fuit
9 ad petitionem Abbatis, nec de speciali illius mandato capitulariter facto, prout opus esset ad incurrendam pœnam deuolutionis *ad not. glos. in cap. cum dilectus in verb. repromisit vers. Et quia non habuit vbi Innoc. antè fin. vers. sed hic de Relig. domib. Rom. conf. 60. num. 2. Oldrad. conf. 199. num. 11. lap. alleg. 127. num. 4. in fin. & 5. San. me. Greg. dec. 520. nu. 7.* Tum demum quia causa fuit mihi commissa cum facultate manuten. quem de iure, & sic obiectum non releuat. Posset enim procedi, si ageretur de sustinendo mandato iàm relaxato, secus autem quando, prout hìc, ex integro quæritur cui sit danda manutentio.

Aut denique ob inobseruantiam pactorum, & non solutionem duorum denariorum, & cum constet de possessione Abbatis, & Monachorum illos non soluendi à dicto Anno 1519. continuata vsque in præ-
10 sens, vt ex fide Notarij *Summ. Abbatis num.* 9. qui testatur se fecisse diligentias de perquirendis solutionibus dd. denariorum in libris, in quibus huiusmodi solutiones adnotari solent, nec vllam solutionem inuenisse factam ab Abbate, & Monacis in hanc causam, qui est optimus modus probandi negatiuam *Bart. in l. fin. num. 1. & seqq. C. de reb. credit. Surd. conf. 55. num. 14. Rot. in rec. dec. 455. num. 4. par. 2.* Nulla considerari potest inobseruantia inducens deuolutionem.

Quæ omnia licèt sufficiant pro ea euitanda, ad-
11 huc tamen satis est, quod esset turbida, vt interim Domino vtili denegari non possit manutentio,

reic-

reiecta ad petitorium exceptione deuolutionis *Gabr. cons. 67. num. 12. lib. 2. Franc. Aret. cons. 21. num. 6. Modern. Perus. de manut. obseru. 16. num. 47. & 48. Rot. coram San. me. Greg. dec. 105. num. 10. & 18. & postremo resolutum fuit in Fanen. seù Senogallien. Castri Montis Leonis 14. Martij præteriti cor. R. P. D. meo Meltio.*

Et ita resolutum vtraque &c.

FERRARIEN. ARCHIDIACONATVS.

Ven. 20. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Impetrans à Sede Apostolica mandatum de prouidendo super Beneficio de Iurepatronatus cum clausula præuio consensu Patronorum, vel illorum maioris partis, si postea litteris non expeditis ad Ordinarium recurrat, & ab eo fuerit institutus etiam cum voto omnium Patronorum, illa institutio non tenet ex Constitutione Iulij III. & quando intret dictæ Constitutionis dispositio, & in concursu præfertur alter prouisus Apostolicus à medietate Patronorum præsentatus cum derogatione apposita dummodo, & quatenus idoneus reperiatur, & an ista clausula sit conditionalis, vel pura. Clausula dummodo non sit alteri Ius quæsitum, quod Ius præseruet, & quid operetur? litteræ super Beneficij prouisione, quando dicantur super omnibus narratis iustificatæ?

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus existentia, quando de eo non agitur principaliter, sed incidenter, nec Ordinarius est in causa pro libertate beneficij probatur sufficienter ex Testamento Fundatoris mandantis erigi, ac dotari, si postea fuit erectum, & dotatum.*

2 *Iuspatronatus non potest controuerti à parte, quæ præuia præsentatione Patronorum institutionem obtinuit cum confessione, quod beneficium erat de Iurepatronatus.*

3 *Iurispatronatus, pertinentia constat ex præsentationibus factis, & effectum sortitis.*

4 *Valor per non excessum per quamlibet probationem iustificatur, & ad hunc effectum sufficiunt Testes de publica voce, & fama.*

5 *Vacatio Beneficij iustificatur ex confessione partis in eius gratia emanata.*

6 *Idoneitas ad effectum obtinendi beneficium iustificatur ex sententia, qua quis fuit Idoneus declaratus & capax omnium beneficiorum etiam cum cura dignitatum, & similium.*

7 *Clausula in forma dignum non reddit gratiam conditionalem, nec verba illa quatenus Idoneus reperiatur suspendunt acquisitionem Iuris, cum qualitas idoneitatis sit certa in rerum natura, licèt à nobis ignorata.*

8 *Gratia concessa in forma dignum per verba, quatenus Idoneus reperiatur, in se pura est, & perfecta expectans solummodo declarationem Idoneitatis.*

9 *Clausula* Dummodo non sit alteri Ius quæsitum, *non suffragatur prouiso Apostolico, qui litteris non expeditis conuolauit ad Ordinarium, & ab eo fuit institutus aduersus posteriorem prouisum cum expeditione litterarum.*

10 *Prouisus à Sede Apostolica de Beneficio, si sola supplicatione contentus, literis non expeditis ad Ordinarium recursum habuit, & ab eo fuit institutus, & possessionem caperit huiusmodi Institutio non tenet, & ipse habetur pro detentore, & intruso, & beneficium dicitur vacans tàm de Iure, quàm de facto ex speciali Constitutione Iulij III. in* Bullar. veter, Tom. 1. Constitut. 33.

11 *Declara dictam Constitutionem tantummodo locũ habere, quando Institutio Ordinarij superuenit postquam iam obtenta fuerat gratia Apostolica, non autem casu, quo Institutio Ordinarij præcesserit prouisionem Apostolicam.*

12 *Tempus datæ, non autem registrationis, seu expeditionis attenditur, ad effectum cognoscendi de anterioritate, vel posterioritate supplicationis.*

13 *Clausula* dummodo alteri non sit Ius quæsitum, *non preseruat Ius conditionale, incertum, & pendentis à futuro euentù.*

14 *Beneficium collatum per Pontificem tamquam amplius non vacans, non potest ab ordinario alteri conferri possessione adhuc non subsequuta.*

15 *Derogatio Apostolica medietatis votorum ad fauorem alicuius perinde habetur, ac si ab omnibus Patronis is fuisset præsentatus, & abdicatum fuit Ius præsentandi pro illa vice alijs, qui non præsentarunt, nec ipsi, nec ordinarius possunt amplius se intromittere.*

16 *Prouisio Papæ sufficit pro institutione, & habet præuentionem in concursu, cum quolibet Ordinario, cum Pontifex sit Ordinarius Ordinariorum.*

18 *Immissio in possessionem Beneficij in remedio possessorio ad instar remedij* l. fin. de Aedict. D. Adrian. toll. *illis conceditur, qui omnia in literis gratia narrata iustificauit.*

DECISIO CXCVI.

PEr liberam dimissionem in manibus Ordinarij vacauit die 27. Octobris 1644. Archidiaconatus de quo agitur tertia dignitas Ferrarien. de iurepatronatus laicorum, & Ecclesiasticorum, pro cuius impetratione die 1. Nouembris eiusdem anni Antonius Braccius supplicauit S. D. N. & gratiam Apostolicam reportauit per viam mandati de prouidendo, cum clausula præuio consensu patronorum, vel illorum maioris partis.

Die 5. eiusdem mensis Nouembris Io: Baptista Bernardus præsentatus à medietate Patronorum de eodem Archidiaconatu prouisus fuit à Sede Apostolica cum derogatione alterius medietatis *Sum. illius num. 1.* Braccius verò, qui 1. Nouembris gratiam obtinuerat per viam mandati de prouidendo, sola supplicatione contentus, nec litteris super ea expeditis, conuolauit ad Ordinarium, & præuia omnium Patronorum præsentatione, obtinuit sub die 22. eiusdem institutionem, illiusque vigore possessionem cæpit, vndè interposita per Bernardum appellatione, & causa mihi commissa; dubitaui an eius gratia sit iustificata, itaut illi sit danda immissio, & hodie per DD. fuit affirmatiuè resolutum.

1 Existentia iurispatronatus mixti laicorum, & Ecclesiasticorum, cum de eo non agatur principaliter, sed incidenter, nec Ordinarius sit in causa pro libertate beneficij, probatur sufficienter ex Testamento Ludouici fundatoris mandantis erigi, fundari, & dotari hunc Archidiaconatum, qui postea erectus, ac dotatus reperitur, & ab altera parte con-
2 trouerti non potest, dum præuia eorumdem patronorum præsentatione, institutionem obtinuit cum confessione, quod Archidiaconatus est de iurepatronatus *ad trad. per sanct. mem. Greg. dec. 542. num. 2. ibique Add. num. 22. dec. 96. num. 14. & 15. part. 6. recentior.*

Pertinentia verò dicti iurispatronatus ad Episcopum pro vna voce, ad Priorem Collegij Iuristarum pro alia, ad Hieronymum Fabianum pro tertia, & pro alia quarta voce, ad Capitulum, probatur tàm ex dicto testamento, quàm ex Instrumento compositio-

sitionis factæ cum hæredibus fundatoris *Summ. dd. num. 7. & 8.* quod autem Fabiano successerit Boetius constat ex instrumento donationis eidem factæ stipulanti pro se, hæredibus, & successoribus *Summ. num. 9.* quodque Boetio successerint Alexander, Siluestrius, Io: Baptista, & Iulius de Furnis, ac Franciscus Sauanutius, qui pro vnica voce Bernardum
3 præsentarunt, constat ex præsentationibus ab ipsis factis de anno 1590. vsque in præsens, effectum sortitis *Summ. num. 10.* & pariter à parte non controuertitur: Vndè dum Bernardus præsentatus fuit à Priore Collegij Iuristarum, & à præfatis Alexandro, Siluestro, Io: Baptista, & Iulio de Furnis, ac Francisco Sauanutio mediante eorum legitimo Procuratore *Summ. num. 12.* qui omnes dupplicem vocem constituunt, patet euidenter de veritate narratiuæ, quod fuerit præsentatus à medietate patronorum, vt respondit *Rota in Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. Quare eum.*

Valor per non excessum narratus in ducatis 60. auri de Camera iustificatur ex depositionibus testiũ formiter examinatorum, & optimas rationes eorum depositioni reddentium *Summ. num. 13.* licet ad hunc
4 effectum satis esset quælibet probatio, etiam per testes de publica voce, & fama, *Put. dec. 26. per tot. lib. 1. in correct. Card. Seraph. dec. 1199. num. 4. Card. Mantic. dec. 132. num. 4. Buratt. dec. 255. num. 11. Rot. dec. 512. nu. 1. par. 3. dec. 161. num. 3. par. 6. recentior. in Bonon. Abbatia 3. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Arguelles §. Valor expressus, & in Melphiten. Cantoriæ 2. Martij præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.*

Vacatio verò per liberam dimissionem in manibus Ordinarij verificatur ex processu coram eodem fabricato, & inter partes est in confesso, dum vera-
5 que dictum Archidiaconatum impetrauit per dictam vacationem *Rota in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1002. coram recol. mem. Card. Pamphilio, relata per Garz. de benef. par. 10. cap. 1. num. 14. coram san. mem. Greg. dec. 137. num. 11. & in recentior. dec. 236. num. 2. par. 7.*

De idoneitate demum, & habilitate Bernardi constat, nedum quia est Sacerdos I. V. D. & ab Ordinario electus examinator Synodalis cum approbatione Capituli *Sum. nu. 14.* Sed etiam quia per sententiam delegati declaratus fuit habilis, idoneus, & capax omnium beneficiorum etiam cum cura, om-
6 niumque dignitatum, maiorum siue Cathedralium, siue Collegiatarum *Summ. num. 15. ad trad. per Rotam in Gerunden. Canonicatus, & Sacristia 16. Iunij 1636. coram Eminentissimo D. Card. Verospio, quæ est decis. 152. num. 11. par. 7. recent.*

Non obstat, quòd gratia Bernardi fuerit concessa in forma dignum, & cum clausula *dummodo non sit alteri ius quæsitum.*

7 Quia clausula in forma dignum, non reddit gratiam conditionalem, nec verba illa, *quatenus idoneus reperiatur*, suspendunt acquisitionem iuris, cum qualitas idoneitatis sit certa in rerum natura licet à nobis ignorata, sed suspendunt tantummodo acquisitionem, & prouisionem in tempus, quo idoneus
8 detectus fuerit, vndè gratia in se pura est, & perfecta, expectans solummodo declarationem idoneitatis, vel latè fuit resolutum in *Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ 19. Iunij 1643. coram me §. minus obstat, & in Maioricen. Parochialis 1. Iulij eiusdem anni coram R. P. D. meo Carillo §. perinde ac si.*

Clausula verò *dummodo non sit alteri ius quæsitum*
9 non suffragatur Braccio, dum litteris non expeditis consuolauit ad ordinarium, & prætuia patronorum præsentatione, ab eo institutionem obtinuit, illiusque vigore possessionem Archidiaconatus apprehendit: Ex Constitutione enim Iulij Tertij, quæ habetur in *Bull. vet. tom. 1. constit. 33.* declarantur si-
10 miles instituti non esse possessores beneficiorum, sed meri, & nudi detentores, violentique, ac sine titulo intrusi, & consequenter ex dicta gratia, quamuis anteriori, nullum fuit illi ius quæsitum, sed Archidiaconatus tamquam de iure, & facto vacans, potuit per Sedem Apostolicam alteri conferri, & commendari, vt in terminis terminantibus resolutum fuit in *Romana Præpositturæ 6. Iunij 1633. 17. Martij & 9. Iunij 1634. coram bon. mem. Pirouano, quæ in recent. sunt decis. 216. num. 5. 6. & 7. 268. num. 1. & 2. & 287. num. 10. & 11. par. 6.*

Neque dici potest, quod dispositio dictæ Constitutionis intret dumtaxat, quando possessio capta fuit vigore prouisionis Apostolicæ, vel solius supplicationis, non autem quando capta fuit ex alio titulo, scilicet institutionis Ordinarij, nulla facta mentione dictæ prouisionis *ad trad. per Rot. in Aquitana Cappellaniæ 30. Iunij 1558. coram Chiroga.*

11 Quia prædicta procedere possent casu, quo Institutio Ordinarij præcesserit prouisionem Apostolicam, vt distinguendo declarauit *Rot. diuer. dec. 205. numer. 3. circa med. par. 1. & in Colonien. Canonicatus 13. Nouembris 1593. coram fel. rec. Clem. VIII. rel. à Garz. de benefic. par. 4. c. 2. num. 51.* Secus verò quando, prout hic, institutio Ordinarij superuenit postquam iam obtenta fuerat gratia Apostolica, & vigore dictæ institutionis, litteris non expeditis, capta fuit possessio; tunc enim expressè intrat dispositio dictæ Constitutionis Iulianæ loquentis non de eo, qui ex sola supplicatione capit possessionem, sed de eo, qui omisso titulo Apostolico, adit Ordinarium, vel alium inferiorem collatorem, vt declarando dictam *Aquitana Cappellaniæ respondit Rot. in d. dec. 226. num. 17. & 18. par. 6. recent.*

Nec releuat, quod supplicatio Braccij non reperiatur registrata, nisi sub die 6. Decembris, & consequenter post possessionem captam vigore institutionis Ordinarij.

Quia cum constet eam signatam fuisse Kal. Nouembris, ambigi non potest, quin signata fuerit ante dictam institutionem ad effectum enim co-
12 gnosci de anterioritate, vel posterioritate supplicationis attenditur tempus datæ, non autem registrationis, siue expeditionis; vt tenuit *Rota coram Card. Seraph. dec. 318. num. 1.*

Et ponderarunt Domini, quod huiusmodi clausula, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, nullam importat conditionem in casu, de quo agitur, quæ suffragetur Braccio, quia cum ipsius gratia fuerit pariter conditionalis per clausulam *præuio consensu patronorum, vel illorum maioris partis*, nec doceatur de tempore gratiæ Bernardi dictam conditionem fuisse adimpletam per præsentationem patronorum, quinimò constat eam superuenisse post præsentationem factam de Bernardo à medietate illorum, & gratiam impetratam cum derogatione alterius medietatis, tamquam ius conditionale, in-
13 certum, & pendens à futuro euentu, per huiusmodi clausulam præseruatum fuit, vt docet *Felin. in cap. super litteris ante num. 12. vers. sentetur de rescript. Paris. cons. 9. num. 96. & cons. 82. num. 37. lib. 4. Roman. cons. 256. circa fin. vers. secundo quia Cassador. super regul. decis. 24. num. 4. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 51. num. 52. idque sensit Rota in Leodien. Beneficij 24. Februarij 1634. coram R. P. D. meo Bichio, §. tandem non suffragatur.*

Ideo

Ideoque non obstant institutio facta ab Ordinario die 27. Nouembris, & patronorum præsentatio cum subsequuta possessione. Quia præter quod ex præfata Constitutione Iulij Tertij remanserunt nullius roboris, & efficaciæ, vt dictum est, dum per præsentationem medietatis patronorum de persona Bernardi antecedenter factam, scilicet die 4. eiusdem, & prouisionem à Sede Apostolica impetratam sub die 5. cum derogatione alterius medietatis consumpta fuit vacatio, dictus Archidiaconatus, tamquam collatus per Pontificem, nec amplius vacans, non potuit ab Ordinario alteri conferri, etiam possessione adhuc non subsequuta, vt resoluit *Rota decis. 24. num. 1. & 2. de præbend. in antiq. decis. 523. num. 2. dec. 691. num. 5. par. 2. & dec. 71. num. 4. part. 6. recentior.*

Nec obstat, quod Braccius habeat præsentationem omnium patronorum, Bernardus verò solius medietatis.

Quia cum Bernardo ante dictam præsentationem
omnium patronorum concessa fuerit gratia Apo-
15 stolica cum derogatione alterius medietatis, perin-
de habetur, ac si tunc ab omnibus patronis fuisset
præsentatus, & abdicatum fuit ius præsentandi pro
illa vice alijs, qui non præsentarunt, nec ipsi, nec
Ordinarius potuerunt amplius se intromittere, cum
16 prouisio Papæ vigore dictæ præsentationis Ordi-
narij Ordinariorum sufficiat pro institutione, & ha-
beat præuentionem in concursu cum quolibet Or-
dinario *cap. Dubium §. nos igitur, & cap. si à Sede Apostolica de præben. in 6. cum alijs allegatis per Rotam in Cortonen. Plebaniæ 1. Iulij 1633. coram R. P. D. meo Ghisilerio in recent. dec. 228. num. 2. & 3. par. 6.*

Iustificatis itaque litteris gratiæ Bernardi in om-
17 nibus narratis, resolutum fuit eidem dandam esse
immissionem in possessionem dicti Archidiaconatus, & quidem iudicio possessorio adinstar remedij *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vt docet *Bald. in l. 2. n. 59. C. de seruit. & aqu. Mohed. dec. 13. vt lit. pend. Rot. in Colonien. Canonicatus 17. Aprilis 1589. coram Comitulo post Moder. Perus. de manut. dec. 69. num. 1. dec. 551. num. 1. dec. 583. num. 17. & 18. par. 5. recent. tom. 2. & in d. Bouen. Abbatiæ coram R. P. D. meo Arguelles supra citata §. Ratia resolutionis.*

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Veneris 27. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Filius primi matrimonij executiue agere potest pro consequutione quarti dotalis contra secundum virum, cui mater transiens ad secundas nuptias dotem tradiderat computato in ea dicto quarto.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ elicitur ex reuolutione actorũ.*

2 *Quartum dotale consequi debet à filio ab hæredibus matris.*

3 *Secundus vir restituere tenetur nedum dotem receptam, sed etiam quartum dotale in ea comprehensum quod vxor ex primis nuptijs lucrata est quamuis restitutio explicitè de quarto nullam mentionem faciat.*

4 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. concedit viam exequtiuam etiam contra tertios possessores pro dotibus, ac donationibus propter nuptias.*

5 *Obligatio Cameralis in Instrumento adiecta refertur ad omnes dispositiones, tàm principaliter, quàm etiam incidenter enunciatas.*

6 *Obligatio Cameralis tribuit viam exequtiuam, tàm pro expressis, quàm etiam pro virtualiter in Instrumento contentis, & num. 20.*

7 *Obligatio Cameralis continet stipulationem pro omnibus quorum interest, & in futurum quomodolibet intererit.*

8 *Filius pro consequutione quarti dotalis quod eius mater lucrata est post obitum matris vti creditor agere potest.*

9 *Obligatio Cameralis continens stipulationem pro omnibus quorum interest operatur in ipso instanti ad fauorem illius cuius interest.*

10 *Obligatio Cameralis tribuit contra debitorem viam exequtiuam.*

11 *Quartum dotale quod mater superlucrata est per obitum viri peti potest à filijs sequuto obitu matris.*

12 *Hæres, in quem transeunt omnes actiones defuncto competentes, tàm actiuè, quàm passiuè illas exercere nequit, si ipse defunctus dum vixit, exercere non poterat.*

13 *De euictione agere nequit qui rem restitutioni obnoxiam sciens acceptauit.*

14 *De euictione non tenetur ei, qui sciens rem grauatam acceptauit, nam cum eodem onere recepisse censetur, num 15.*

16 *Instrumentum dotale quoties aduersatur apocha, & capitulis matrimonialibus, tunc illis standum est. Declara num. 17. & 18.*

18. *Verba Instrumenti dotalis sunt accessaria, & consequtiua ad Capitula matrimonialia.*

19 *Contrarietas, & repugnantia cessat quoties compatibilitas concurrit.*

20 *Capitula matrimonialia ante celebrationem instrumenti dotalis nullum ius tribuunt. Via exequtiua vigore obligationis cameralis competit nedum pro expressis, sed etiam pro virtualiter contentis. Ibid.*

21 *Interpretatio qualibet capi debet pro euitanda contrarietate etiam impropriando verba.*

DECISIO CXCVII.

DOminus Lelius Barisciānus de Perintijs natus ex matrimonio primo loco contracto cum dote scutorum 4000. inter Imperiam Incasatam, & Iulium Parintium, egit anno præterito, Imperia vita functa, contra Dominum Comitem Fabium Carandinum secundum illius virum, & impetrauit ab A. C. relaxari mandatum exequutiuum pro scutis mille sibi debitis occasione quarti dotalis, quod eadem Imperia mater per prædecessum dicti Iulij eius primi viri superlucrata fuerat, à quo interposita appellatione per Comitem Fabium, & commissa mihi causa cum clausula *sine præiudicio legitimæ executionis*, dubitaui, an mandatum A. C. sit confirmandum, & confirmandum esse Domini censuerunt tanquam validum, & iustum.

Validitas resultat ex reuolutione actorum, in
1 quibus concurrunt omnia requisita per *Caputaq. vulg. decis. 260. par. 2.*
2 Nec obstat, quod actum fuerit executiuè non citatis Camillo, & Anna Maria hæredibus sceiptis in Testamento Imperiæ, qui de iure quartum dotale restituere tenentur.

Quia dum Comes Fabius dotem recepit in summa scutorum decem mille cum specifica expressione, quod in ea continebantur scuta mille per Imperiam in primis nuptijs superlucrata ratione quarti dotalis, illamque ex Instrumentis publicis, tàm Constitutionis, quàm receptionis integram conseruare, & assicurare promisit, vigore huius promissionis
3 conueniri potuit, etiam ad restitutionem, quantumuis restitutio explicitè promissa non fuerit *per text.*

in.

in l. si duo patroni §. Marcellus, vers. Argumento quoblic vtitur vbi Iasnum. 1. ff. de Iur. iur. Bald. in l. vnica §. vt plenius num. 8. C. de rei vxor. action. Bart. in l. 1. num. 3. ff. de his quæ in testam. de Sent. Alex. conf. 106. num. 4. lib. 6. cum alijs relatis per Grat. discept. for. cap. 852. num. 34. Et quidem executiuè, tâm attenta dispositione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. concedentis
4 viam executiuam etiam contra tertios possessores pro dotibus, ac donationibus propter nuptias, seu lucrò dotali, vt tenuit Rot. in recent. decis. 161. num. 4. part. 4. quàm vigore obligationis Cameralis in dictis Instrumentis adiectæ, quæ nedum refertur ad
5 omnes dispositiones in Instrumento principaliter, sed etiam accessoriè, seù incidenter contentas, ac simpliciter enunciatas, vt dixit, Rota in Romana Salniani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram me §. ad primum enim; Verum etiam tribuit viam executiuam
6 exercibilem, tàm pro expressis, quàm pro virtualiter in eadem dispositione contentis, vt resolutum fuit in Romana Dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano §. Et maximè.

Idque etiam si Lelius in dictis Instrumentis, nec interuenerit, nec nominatus fuerit, quia cum obli-
7 gatio Cameralis contineat stipulationem pro omnibus, quorum interest, & in futurum quomodolibet interierit, nec reuocari possit in dubium, quin de tempore dictæ obligationis Lelio interesset, & esset principalis creditor dicti lucri dotalis, expectantis dumtaxat futuram purificationem conditionis per
8 obitum Imperiæ matris, iuxta claram dispositionem eiusdem Statuti d. lib. 1. cap. 131. tanquam principali, & primarium interesse habenti fuit à principio ipsi quæsita actio directa contra Comitem Fabium promissorem, & obligatio Cameralis operatur ad
9 eius fauorem, ac si ipso præsente, & acceptante stipulata fuisset, vt sæpius resoluit Rota post Zacch. de obligat. Cam. dec. 86. num. 3. 97. nu. 1. dec. 99. num. 7. & decis. 137. num. 1. in recent. dec. 285. num. 9. & 10. par. 6. dec. 46. num. 7. par. 7. coram bon. memor. Buratt. dec. 788. num. 2. in Romana, seu Ianuen. quarti dotalis 27. Iunij 1639. coram Eminentissimo D. Cardin. Panzirolo §. fin. in Romana Census, seu depositi 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio §. & quatenus considerari vers. dicit parum referre, & prius in dicta Romana Saluiani de Casalibus §. & cessat omnis difficultas, ac postremo in Romana fructuum Census 11. Decembris præteriti coram me §. dupliciter enim.

Nec opus fuit citare Camillum, & Annam Mariam hæredes scriptos ab Imperia matre.

Quia dum Comes Fabius sub obligatione Camerali virtualiter adstrictus pro restitutione dicti quarti dotalis ad fauorem Lelij; cuius principaliter in-
10 terest, vigore huius obligationis conueniri potuit executiuè, dictis hæredibus Imperiæ minimè citatis vt in dicta Romana fructuum Census coram me, vbi respondetur contrarijs.

Iustitia verò est euidens; quia cum defuncto Iulio Perintio, & restituta Imperiæ vxori superstiti integra dote scutorum 4000. in tot effectibus hæreditarijs viri, & specialiter in linea Margaritarum, illi assignatus fuerit pro quarto dotali superlucrato census debitus à Communitate Priuernaten. fortis principalis scutorum mille Summ. Lelij num. 1. quæ scuta 4000. vnà cum dicto censu, ac alijs bonis vsque ad summam scutorum 10000. consignata, & respectiuè promissa fuerunt in dotem anno 1615.
11 Comiti Fabio secundo viro, sequuto obitu Imperiæ factus fuit locus restitutioni prædicti quarti dotalis ad fauorem Lelij ex primo matrimonio suscepti, vt clarè disponit, Statutum Vrbis d. cap. 131. ibi, Si verò maritus vxore superstite cum liberis decedat vxor quantum est quarta par dotis pro donatione propter nuptias ad vsumfructum tantum de bonis mariti lucretur pro quo cauere teneatur, quod vsufructu finito illam restitueret, quibus de iure restitui debet.

Non obstat, quod Marcus Antonius Incasatus, cuius est hæres Lelius huiusmodi dotem Com. Fabio assignauerit, & respectiuè promiserit, & proindè sicut Incasatus agere non poterat ad repetitio-
12 nem huius lucri dotalis, tamquam pro euictione obligatus per tex. in l. Vindicantem ff. de euict. ità nec possit agere Lelius, in quem omnes dotantis actiones, tàm actiuè, quàm passiuè transierunt, vt tenuit Rota in Fauentina, seu Cæsenaten. fideicommissi 14. Februarij 1633. coram Reuerendissimo Domino meo Decano in rec. dec. 176. nu. 1. & 2. par. 6.

Placuit enim responsio, quod cum in Instrumento dotali expressum fuerit, quod in dote ibidem constituta comprehendebantur scuta mille pro quarto dotali per Imperiam acquisita ob prædecessum Iulij primi viri, in quorum solutione Com. Fabio assignatus fuit prædictus census à Communitate Priuernaten. debitus, quem eadem Imperia iuxta formam statutorum, scilicet quoad vsumfructum eius vita durante, in hanc causam sibi elegerat Sum. A. num. 1. litt. A. hæc pars dotis vxori delata vigore statuti, illique acquisita dumtaxat eius vita durante, & habens in se obligationem restituendi post mortem, tradita, & assignata censetur Com. Fabio secundo viro cum ijsdem pariter onere, & qualitate. Ideoque vxore defuncta ad Lelium reuerti debet, nec per Comitem Fabium prætendi potest euictio, cum ob factam expressionem, quod hæc portio proueniebat ex quarto dotali ex bonis primi viri acquisito, satis deducta fuerit ad ipsius notitiam qualitas, & natura reuersionis ad filios primi
13 matrimonij hic in Vrbe notoria, adeout dum Fabius specificè hanc euictionem stipulatus non fuerit, pro ea, nec agere, nec excipere valeat, vt est text. clarus in l. à matre C. de iur. dot. ibi, si à matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens in dotem sciencti vitrico vestro datum est, intelligitis nullam firmitatem iuris donationem habere, si neque pollicitatio, neque stipulatio intercessit vbi glos. in verb. nullam Bald. ante num. primum, cæterisque scriben. in l. si fundum sciens C. de euict. & in cap. nuper extr. de donat. inter vir. & vxor. Castr. conf. 59. sub num. tertio vers. breuiter contrarium verò puto verius, & vers. quarto, & vltimo viden. est lib. 1. Roman. conf. 396. sub num. tertio vers. & tunc licet Paneirol. conf. 112. num. 25. Mangii. de euict. quæst. 151. nu. 15. & 16. Fachin. contr. iur. lib. 2. resolut. 88. num. 15. Surd. dec. 208. num. 1. & 2. Rot. Ianuen. dec. 190. nu. 16. & vers. nec afficit, & num. 17. Aragon. dec. Floren. 51. num. 7. sess. decision. Aragon. 14. num. 2. Cardin. Seraph. dec. 1480. nu. 4. Rot. dec. 207. num. 12. 13. & 14. & dec. 327. num. 24. par. 5. rec. cum alijs in Romana Cambiorum 26. Martij §. nec vrget replicatio 18. Iunij 1640. §. concurrente præsertim, & 3. Iunij 1641. §. Alterum principale, & §. sed ad primam
14 coram me. Tradens enim rem grauatam recipienti scienti non tenetur de euictione, Gozadin. conf. 24.
15 n. 7. & sic recipiens cum eodem onere recepisse censetur, Aym. conf. 12. sub num. 8. vers. quia tunc ob eius scientiam.
16 Nec quicquam releuat replicatio, quod Instrumentum dotale aduersetur apocæ, & Capitulis matrimonialibus, ex quo in illis nulla mentio facta fuit de dicto quarto dotali, ideoque enunciatiua instrumenti non possit præiudicare Comiti Fabio, cui à principio ex dicta apoca, & Capitulis ius quæsitum fuerat.

Quia animaduerterunt Domini, quod licet in dictis apoca, & Capitulis non legatur expressa mentio quarti dotalis, ad computum tamen dotis ibidem constitutæ promissa fuerunt scuta mille debita à Communitate Priuernaten. pro sorte principali supracitati annui census, ibi, *In nome di Dio &c. hauendo io infrascritta concluso matrimonio frà la Signora Imperia Incasati, & il Signor Fabio Carandini Ferrarij, per tanto si dichiara per la presente, chè il Signor Marc' Antonio Incasati promette &c. e per dote di essa gli constituisce scudi 10. mil. cioè scudi 2. mil. contanti, scudi 1400. pure contanti, &c. e più scudi mille in vn censo con la Communità di Piperno à sette per cento &c. eodem Summ. num. 1.* quem censum biennio antè eadem Imperia sibi elegerat in satisfactio-
17 nem quarti dotalis superlucrati, vt supra dictum fuit; vndè expressio facta in Instrumento de dicto quarto dotali non inducit mutationem animi, nec aduersatur Capitulis; sed stat dumtaxat demonstratiuè ad magis ostendendam naturam, & qualitatem dicti census in secunda dote assignati: licitum enim
18 est in Instrumento exprimere, & addere per verba explicita, quæ fuerunt de mente contrahentium tempore Capitulorum, & ad eadem Capitula sunt accessoria, & consecutiua *ad text. in l. etiam C. de iur. dot.* concurrente autem compatibilitate quali-
19 bet contrarietas, & repugnantia cessat, vt in his terminis resoluit *Rot. in Romana Iurri dotalis 16. Decembris 1633. coram bon. memor. Merlino in recentior. dec. 250. num. 14. & 15. par. 6.*

Nec Comiti Fabio aliquod ius quæsitum fuit ex Capitulis antea confectis, dum in ijs reseruata fuit Instrumenti confectio, quod deindè antè denuntiationem futuri matrimonij stipulatum fuit; ex hoc enim vnum censetur alteri inesse, adeout non potuerint Capitula antè Instrumenti confectionem ius
20 parti tribuere, vndè dum Fabius sub obligatione Camerali promisit obseruantiam omnium contentorum, tàm in Instrumento; quàm in Capitulis, & apoca matrimoniali, conueniri potuit executiuè, tam pro expressis, quàm pro virtualiter vtrobique contentis ex latè deductis in dicta *Romana Dotis coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in dicta Romana Saluiani de Casalibus coram me.*

Cæterum deducta ad proban. Marcum Antoniũ Incasatum de proprio dotasse Imperiam, & signanter illius declaratio facta in Testamento, quod bis illam dotauerat, prima scilicet vice de scutis 4000. altera verò de scutis 10000. non fuerunt habita in consideratione, quia huiusmodi declaratio, & similia congruè verificantur in vtraque dotatione, eo modo, quo apparet ex publicis Instrumentis, in ea videlicet parte, in qua de proprio dotem constituit non autem excludunt comprehensionem scutorum mille ex dicto quarto dotali, expressis verbis in hac posteriori dote contentorum, quæ noua quidem dotatio fuit, sed cum explicita comprehensione dictæ summæ, aliorumque censuum pecuniarum, & gemmarum in restitutione primæ dotis assignatarum, vt apparet, tàm ex electione facta per Imperiam, quàm ex capitulis matrimonialibus, & secundo Instrumento dotali; Alias enim pugnarent inter se Instrumentum capitula, & Testamentaria declara-
21 tio, pro quo euitando quælibet interpretatio admittitur, etiam verba impropriando, *cap. inter dilectos de fid. instr. Aym. cons. 70. numer. 5. Rot. dec. 429. num. 25. par. 5. rec. tom. 2.*

Et ità parte vtraque informante resolutum fuit.

SENOGALIEN. PRÆDII.

4. *Maij* 1646.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur, quando articuli sunt irreleuantes.*

2 *Remissoria perperam petitur ad probandum id, quod à parte pro probato admittitur.*

3 *Remissoria non conceditur ad effectum probandi per testes, quando veritas per scripturas haberi potest.*

DECISIO CXCVIII.

Simon, & Bernardinus de Nigris existentes in possessione prædij, de quo agitur, quod Franciscus eorum pater emerat per viam subhastationis, & deliberationis, citra tamen processus, & decreti approbationem appellarunt à mandato de manutenendo relaxato per R. P. D. meum Meltium ad fauorem Iannelli, & causam appellationis curarunt mihi committi cum facultate manutenendi quem de iure. Verùm cum ad probandum eorum possessionem processerunt, articulis petierant remissoriam, proposui
1 Dubium, & DD. negatiuè responderunt stante illorum irreleuantia.

Articulatur enim in secundo tertio, & quarto articulis pacifica possessio Francisci Patris continuata per Bernardinum, & Simonem filios vsque, & per totum mensem Iulij 1645. quæ probatio, licèt esset de [illegible], quia tamen à Iannello non controuertitur, superflua Dominis visa fuit. Perperà enim
2 remissoria petitur ad probandum id, quod ab altera parte pro probato admittitur, vt dictum fuit in *Firmana Tribunalis 30. Martij 1637. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo in recentior. decis. 606. num. 11. par. 5. tom. 2.*

Quæ verò in quinto, & sexto cõtinetur, quod Iannellus possessionem dicti prædij occupauerit, & dd. de Nigris in eorum pacifica possessione perturbauerit, quodque Nigri iudicialiter protestati fuerint, quod nolebant se pro spoliatis habere, quinimo possessionem animo, & corpore retinere intendebant, redditur pariter irreleuans pro obtinenda remissoria, quia cum adsit publicum Instrumentum possessionis captæ per Iannellum, & similis protesta-
3 tio iudicialiter facta fuerit, non admittitur probatio per testes, dum veritas haberi potest per scripturas, vt semper respondit, *Rot. coram fel. mem. Greg. dec. 253. num. 2. in recent. dec 473. num. 1. par. 5. tom. 2. dec. 252 num. pariter 1. par. 7. & alibi passim.*

Quod antè dictum mandatum fuerit nulliter relaxatum non citatis, vel minus legitimè, vt prætenditur dictis de Nigris possessoribus, quodque Iannellus attentauerit, dum illud exequi fecit in spretum inhibitionis supersessoriæ Eminentissimi Domini Signaturæ Iustitiæ Præfecti, non pendet à depositione Testium, sed à disputatione dubij super manutentione iuxtà rescriptum commissionis signatæ cum facultate manutenendi quem de iure.

Et ità resolutum vtraque &c.

GERVNDEN. BENEFICII.

Ven. 4. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Sequestrum super possessione capta lite pendente tamquam attentata, apponi debet, & ex quibus attentata resultent? mandatum Procuræ præsumitur ex actis per Procuratorem factis in quibus erat necessaria aliqua impensa, & in quibus casibus mandatum præsumptum sufficiat, & ex quibus actibus præsumatur?

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta pendente lite, vti attentata debet sequestrari.*

2 *Mandatum procuræ ex quibus præsumatur?*

3 *Actus præsumitur factus ad instantiam illius ad cuius fauorem, & vtilitatem refertur, & cuius nomen in principio petitionis reperitur expressū*

4 *Mandatum procuræ ex iurium productione tunc solum arguitur, quando Procurator illa à solo principali habere potuit, secus si aliunde puta à Notario.*

5 *Declara hoc non procedere, quando Procurator fuit prosecutus litem prius à principali introductam, & aliquid reproduxerit, quod principalis ipse expediri curauit, tunc non aliunde, quàm à solo principali illud habuisse præsumitur.*

6 *Mandatum procuræ non præsumitur ex sola productione articulorum. & citatione ad dicendum contra.*

7 *Limita multis alijs concurrentibus simul iunctis.*

8 *Actus, qui requirunt impensas, præsumuntur gesti de ordine, & mandato illius, cuius intererat.*

9 *Mandatum procuræ præsumitur ex impensa facta etiam vnius ducati.*

10 *Mandatum procuræ quod ex coniecturis concludenter probatur, non admittit pro illius exclusione contrarias coniecturas.*

11 *Mandatum præsumptum non sufficit ad inducenda attentata, sed opus est expresso, & spetiali.*

12 *Possessio capta vigore prouisionis Apostolicæ lite pendente est attentata, licèt Papa prouidendo non attentet.*

DECISIO CXCIX.

CONSTARE de attentatis, & esse apponendum sequestrum resolutum fuit die 1. Februarij 1645. coram me in qua resolutione hodie Domini persliterunt, quia cum Franciscus possessionem cæperit lite adhuc pendente coram ordinario Geruden. ex-
1 cusari non potest à vitio attentatorum, & consequenter, tàm ex dispositione iuris, quàm ex inueterato stylo huius Sacri Tribunalis est apponendum sequestrum ex allegatis in *decisione, quæ reuidetur, §. Sed cum Andreas.*

Non obstat, quod ex actibus gestis à Michaele sine mandato procuræ lis inducta non fuerit: Quia
2 cum dictus Michael in termino citationis exequutæ contra eumdem Franciscum comparuerit, reproduxerit edictum per eum obtentum, dederit articulos ad probandam illius intentionem, iurauerit de calumnia in animam sui principalis, & obtinuerit decretum de examinandis testibus cum præfixione termini ad dandum interrogatoria, ex tot comparitionibus actis, & actitatis resultat mandatum præsumptum. *Cassad. dec. 3. num. 4. de Procurat. & dictum fuit in Ciuitaten. Archipræsbyteratus 24. Martij 1645. coram me, §. Demum non facit cum alijs allegatis in dicta decis. §. Neque etiam.*

Nec subsistit replicatio, quod edictum concessum non fuerit ad instantiam Francisci, sed ad supplicationem factam nomine Mariannæ patronæ, quæ eum præsentauerat. Quia cum nomen Francisci legatur in principio eiusdem edicti, ibi, *Littera, &c. ad fauorem Francisci Blanquer summario Andreæ præterita positionis num.* 1. Nomen verò Mariannæ fuerit tantum expressum in ipsius ventre tanquam relatiua ad dicta præsentationem, nedum concessum
3 dicitur ad instantiam illius, nedum quia eius nomen fuerit in principio petitionis expræssum *Ant. de Burt. cap. 1. num. 8. vers. In dubio tamen de indic.* sed etiam quia ipsius fauorem, & vtilitatem concernit, *Bero in dict. cap. 1. num. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 23. num. 7.*

Nec obstat, quod productio iurium tunc arguat mandatum quando Procurator illa à solo principali habere potuit, secus autem si aliundè, prout sunt edicta, quæ à notarijs cuicumque petenti conceduntur, vt tenuit *Rot. in Maceraten. bonorum 4. Iulij 1642. coram me §. fin.* Quia animaduerterunt DD. quod ipsemet Franciscus vti præsentatus ad beneficium, de quo agitur, litem introduxit coram ordinario, vbi petijt sibi illud adiudicari, sibiq; concedi mandatum de immittendo ad exclusionē cuiuslibet alterius oppositoris, & edictum expediuit, quod affixum, & publicatum reproductum fuit coram ordinario à Michaele vti illius Procuratore. Dum itaque Procurator litem à suo Principali introductā fuit prosequutus, & edictum reproductum non aliundè, quàm à suo principali illud habuisse præsumitur, qui per aliquos dies antè eum expedire curauerat.

Minus releuat, quod ex sola productione articulorum, & citatione ad dicen. contra, mandatum non præsumitur, vt voluit *Rot. in Bonon. de Mangielis 14. Nouembris 1607. coram bon. mem. Coccino inter eius impress. dec. 378. num. 14. & in rec. dec. 211. num. 5. par. 2.* Quia mandatum non deducitur ex hoc solo actu, sed ex tot comparitionibus reproductione edicti, confectione articulorum, quorum materiam verisimiliter, non nisi à suo principali habere potuit, illorumque productione, decreto de examinandis testibus, & iuramento Calumniæ omnibus simul iunctis, vt probatur *in d. decisione, §. neque enim,* concurrente præsertim impensa, quæ in fabricatione processus, in impetrandis decretis, & in comparitionibus soluta fuit, vt probatur ex fide originali Curialium Gerundensium attestantium, quod ibi, pro sola confectione articulorum soluuntur Procuratori scuta duo auri, actus enim, qui requirunt impensas, gesti præsumuntur de ordine, & mandato illius, cuius intererat *Bart. & Alex. in l. cum secus ff. de verb. oblig. Bero cons. 43. n. 51. lib. 3. Surd. cons. 355. num. 24. Paris. de resignat. lib. 10. par. 8. num. 75. Card. Seraph. dec. 856. n. 5.* licet adhunc effectum sufficiat impensa vnius tantum ducati *Adden. ad sanct. mem. Gregor. dec. 324. num. 6. & fuit dictum in d. Ciuitaten. Archipræsbyteratus §. Primo autem in fin. & in Bonon. rescissionis contractus 28. Iunij 1645. §. Nec satisfacit*
10 *responsio circa med. coram me*, & hinc non applicantur coniecturæ ab altera parte ponderatæ pro excludendo mandato, quia cum ex supra deductis illud concludenter probetur, non est locus contrarijs coniecturis.

Cæterum, quod ad inducenda attentata, quæ sa-
11 piunt delictum, non sufficiat mandatum præsumptum, sed requiratur expræssum, & speciale, vt notat, *Laurell. de attent. par. 3. cap. 26. nu. 102. vers. Quarationes cum seqq. Rot. coram bo. me. Buratto dec. 644. num. 4.* nihil releuat, quia in casu nostro non prætenditur attentata lis, quam Michael proprio nomine substituit coram ordinario, & pro qua solum adest mandatum præsumptum, sed fuit attentata possessio beneficij, capta per Ioannem Gauer hoc mandatum non est præsumptum, sed expræssum, & speciale ad capiendam possessionem dicti Beneficij, vt ex instrumento enunciato in actu d. Possessionis, undè ex hoc capite attentata euitari non possunt vt dictum fuit *in alia decisione vers. nec obstat.*

Quod Papa non attentet, non controuertitur, sed
12 licèt ipse non attentet prouidendo, attamen possessio capta vigore illius prouisionis, lite pendente coram ordinario, prout hic est attentata ex allegatis

in d. decisione, §. fin. & dictum fuit in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Peutingerio §. non obstat, quod Papa.

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA FRVCTVVM CENSVS.

Luna 7. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

An Procuratore ad uendendum Constituto cum quibusdam solemnitatibus seruari solitis in venditionibus opus sit in actu venditionis iterum solemnitates adhibere, & quando talis Procurator possit habere fidem de pretio, & reseruatio dominij in venditione apposita, quid operetur?

SVMMARIVM.

1 *Qui pro alio emit nulla sibi acquiritur actio, sed solum ei, cui à principio fuit dominium acquisitum potest tamen agere in commodum, & vtilitatem eius pro quo in effectu facta fuit venditio, si sibi reseruata fuerit facultas agendi proprio nomine.*

2 *Procurator constitutus ad vendendum seruatis omnibus solemnitatibus ibidem seruari solitis in huiusmodi venditionibus non est opus solemnitates iterum adhibere in actu venditionis.*

3 *Solemnitates, quæ seruari debent in contractibus requiruntur in loco celebrati contractus, non autē in loco, in quo Procurator fuit constitutus, quando constitutus fuit Procurator generaliter non ad certum actum, vel casu, quo in Constitutione Procuratoris nulla fuerunt solemnitates seruata.*

4 *Procurator Constitutus ad uendendum, cum facultate substituendi contractus venditionis à substituto gestus, dicitur valide, & legitimè gestus.*

5 *Procurator ad vendendum Constitutus potest vendere habita fide de pretio, eoq; magis si in mandato tributa fuerit plena facultas apponendi in vēditione pacta, & conditiones sibi bene visas, ac faciendi quidquid sibi placuerit, secus tamen est, si in mandatis committatur, quod vendat præsente pecuniæ, vel pro certo limitato pretio.*

6 *Dictio pro qualibet, est distributiua singularum personarum supra expressarum, & in legato apposita, operatur, vt legatum cuilibet in solidum attribuatur.*

7 *Venditione perfecta non potest ab ea recedi absque nouo contrahentium consensu.*

8 *In contractibus nominatis altero inuito non est locus pænitentiæ.*

9 *Dominij reseruatio conseruat ad fauorem reseruātis specialem hypothecam, vt non facta solutione præferatur in re vendita cæteris Creditoribus Emptoris etiam anterioribus, sed non potest absque consensu Ementis rescindere venditionem perfectam.*

10 *Obligatio facta ad fauorem alicuius satisfaciendè eius Creditoribus respicit eorum fauorem, sed isti agere non possunt directò contra dictum promissorem de iure communi, quia omnis actio dicitur quæsita ei, cui facta est obligatio, qui eum cogere potest, vt soluat Creditoribus.*

11 *Si obligatio Cameralis, quæ continet stipulationē pro omnibus quorum interest operatur vt dicatur à principio ipsis Creditoribus quæsita actio directa contra dictum promissorem, & perinde est ac si ipsis præsentibus, & acceptantibus stipulata fuisset.*

DECISIO CC.

DOmini perstiterunt in resolutis sub die 11. Decembris præteriti coram me, mandatum scilicet A.C. esse exequen. pro tribus ratis relicta in suspenso illa spectante ad Fulusum, cuius hæredes non fuerunt in processu Causæ citati, non obstan. de nouo deductis per DD. de Astallijs.

1 Etenim non obstat, quod ex apoca declarationis hodie data in eorum *Summ. num. 1.* appareat nomen Sauonarij fuisse simulatè appositum in contractu venditionis Census, de quo agitur, sed omne commodum, & incommodum spectare ad Thomam Berghignum, & proindè dum Sacconarius æmit non pro se, sed pro alio, sibi nulla actio quæsita dicatur, sed dumtaxat ei, cui à principio fuit dominium acquisitum iuxta dispositionem *tex. in l. 4. §. ab ignoto ff. de manumis. Bald. in l. cum precibus sub num. 3. vers. Adde quod C. de probat. Grat. discept. for. cap. 131. num. 19. Franc. Marc. dec. 46. num. 4. part. 1. cum alijs per Rotam coram Card. Seraph. dec. 660. num. 5.*

Quia cum in eadem Apoca reseruata fuerat facultas eidem declaranti agendi proprio nomine vsque ad recuperationem sortis principalis, & fructuum decursorum, ibi, *Contentandosi però sino alla recuperatione della sorte principale, e tutti li frutti di detto Censo si faccia giuditio à sua instantia &c.* Potuit vigore d. facultatis agere ad consequutionem fructuum in commodum tamen, & vtilitatem eius, pro quo in effectu facta fuit venditio *l. Apud Celsum §. Quod si is cur. ff. de dol. mal. & met. except. Bertazzol. de clausul. 29. glos. num. 4. 6. vers. 9. & vltimo circa finem Vrsill. ad Afflict. dec. 335. num. 20.*

Nec obstat, prætensa nullitas d. venditionis, vti factæ hìc in Vrbe de Censu spectante ad mulieres, non seruatis solemnitatibus statuti nostri *lib. 1. c. 151.*

Quia cum ipsæ mulieres in Ciuitate Lauretana
2 Procuratorem constituerint ad certum actum, nempè ad vendendum dict. Censum seruatis omnibus solemnitatibus ibidem seruari solitis in huiusmodi venditionibus, non fuit opus solemnitates iterum adhibere in actu venditionis *Ias. in l. 1. §. Item acquirimus num. 4. versic. Tu autem considera, ff. de acquir. possess. Alex. cons. 189. num. 13. & 14. lib. 7. Soccin. sen. cons. 254. sub num. 2. vers. vbi patet, quod si pupillus lib. 2. Tiraquell. de leg. connubial. verb. contracter, glos. 5. nu. 196. Lamberten. de contract. glos. 20. in verb. constituere Procurato. num. 3. Carpan. ad statut. Mediolanen. par. 1. cap. 328. num. 517. Gabr. de reg. iur. conclus. 2. num. 34. & 35. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 3. num. 30. Menent. dec. 65. num. 16. Rot. in Romana Cambiorum 27. Maij 1603. coram bo. mem. Card. Mellino post Pic. ad statut. Vrb. dec. 5. num. 10. & 11.*

Eoque non obstante, quod adhunc effectum atten-
3 datur locus celebrati contractus, non autem locus in quo Procurator constituatur, vt tradunt *Corn. cons. 185. sub num. 10. vers. & ideò quoad ipsum contractum lib. 2. Lamberten. vbi supra num. 6. Carpan. pariter vbi supra num. 92. vers. Quod habet locum Pic. ad statut. glos. 2. num. 42. cum seqq. & 46.*

Quia DD. proximè allegati loquuntur, vel quando constitutus fuerat Procurator generaliter, non autem ad certum actum, vel casu, quo in Constitutione Procuratoris nullæ fuerunt seruatæ solemnitates, non autem vbi seruatæ fuerunt solemnitates illius loci particularis, vbi mandatum stipulatum fuit; Tunc enim illas sufficere, & non requiri solemnitates loci contractus, in terminis firmauit *Rota in Romana Donationis 19. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo D. meo Decano §. fin.*

Prout pariter non obstant reliquæ allegatæ nullitates. Prima enim, quod non constet de mandato Berghigni facto à dictis mulieribus, cessat ex facto,
4 quia cùm dictæ Mulieres ad illum actum constituerint Procuratorem Ioannem Baptistam Redolfetum

tum

cum facultate substituendi, dictusque Ridolfetus
vigore dictæ facultatis substituerit Berghingium
d. Summ. num. 8. vtique contractus dictæ venditio-
nis ab eo gestus dicitur validè, & legitimè gestus.
*Rot. in Corduben. liquidationis fructuum 6. Februarij
1626. cor. bo. me. Merlino, quæ est dec. 638. num. 9. & 10.
tom. 3. rec.*

Ad secundam verò, quod dictus Procurator Cen-
5 sum vendiderit, habita fide de pretio, quod facere
minimè potuit iuxtà doctrinam *Bart. in l. à Diuo Pio,
§. Sed si Emptor num. 2. ff. de re iudic. Bald. in l. Ciuili 12.
num. 3. C. eodem cum alijs allegatis per Gratian. discept.
for. cap. 329. num. 32. & 33.*

Placuit responsio, quod cum in mandato tributa
fuerit plena facultas apponendi in venditione pacta,
& conditiones sibi benè visas, ac faciendi quicquid
sibi placuerit, & videbitur, potuit dilata solutione
habere fidem de pretio ad *text. in l. qui Romæ, §. Cal-
limachus ff. de verb. oblig. vbi Bart. & Castr. num. 1. idem
Bartol. in d. l. à Diuo Pio, §. Sed si Emptor ante num. 3.
ff. de re iudic. Soccin. iun. cons. 21. num. 1. lib. 3. Ber. cons.
174. num. 4. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16. nu. 42.*
Contraria verò procedunt in Procuratore constitu-
to ad venden. presente pecunia, vel pro certo limi-
tato pretio, Secus verò vbi, prout hic in manda-
to dictæ qualitates expressæ non fuerunt, vt distin-
guendo consuluit *Bero. d. cons. 174. num. 5. lib. 1. Soccin.
iun. d. cons. 21. num. 2. lib. 2. Rot. coram san. me. Gregor.
dec. 23. num. 4.*

Tertia denique nullitas, ex quo Sacconarius egit
pro fructibus integri Census scutorum 400. vigore
cessionis sibi factæ a Procuratore legatariarum, qui-
bus legata fuit dumtaxat rata scutorum 200. cessat
ex lectura Testamenti Marchesia enim Domina;
Censum illum legauit per hæc verba, ibi, *Iure le-
gati reliquit Cæcilia, Lauinia, & Antonia filiabus qu.
Dominici filij dictæ Testatricis scuta centum de paulis
decem pro quolibet, & alia scuta centum similia D. Io.
Baptistæ filio D. Faustinæ filiæ dictæ Testatricis, quæ
dicta Testatrix dixit habere in Alma Vrbe sub annuo
6 censu, &c.* Dum itaque illis tribus mulieribus le-
gauit scuta centum pro qualibet, legasse dicitur scu-
ta centum singulis consignanda, non autem vt alte-
ra pars prætendit, sola scuta centum intèr omnes
diuidenda; Dictio enim illa, *Pro qualibet*, est di-
stributiua singularum personarum supra expræssarū
*glos. in l. si pluribus verb. sed omnes, ibique Bart. ff. de
legat. 2.* Et operatur, vt legatum cuilibet insoli-
dum attribuetur, *Bart. in l. hoc articulo nu. 3. ff. de her.
instit. Soccin. sen. cons. 16. num. 19. lib. 4. Ruin. cons. 76. n.
4. lib. 1. Corn. cons. 40. num. 19. lib. 2.*

Et hinc redditur prorsus nulla, & inefficax secun-
da venditio, quæ prætenditur vltimo loco facta ab
eisdem legatarijs ad fauorem DD. de Astallijs. Quia
cum venditio facta Sacconario ex supra deductis,
7 fuerit omninò perfecta, non potuit ab ea recedi,
absque nouo omnium contrahentium consensu, *l. si
quam rem vbi glos. verb. non possunt ff. de rescind. vend.
l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. Cephal. cons. 393. n.
35. cum seqq. & cons. 407. num. 9. Surd. cons. 52. nu. 19.
& 20. Modern. Mant. contron. for. contrau. 375. num. 2.*
8 In contractibus enim nominatis altero inuito non
est locus pœnitentiæ *l. in Ciuile vbi Bald. in princ. C.
de re vendic. Rot. coram san. me. Greg. dec. 88. numer. 2.
decis. 192. n. 14. part. 5. & decis. 336. num. 31. par. 8. rec.*

Nec aliquid adhunc effectū operatur reseruatio
9 dominij vsque ad integram pretij numerationem.
Huiusmodi enim dominij reseruatio conseruat qui-
dem ad fauorem reseruantis specialem hypothe-
cam, itaut in casu non factæ solutionis præferatur
in re vendita cæteris Creditoribus emptoris etiam
anterioribus, non autem vt possit absque consensu
æmentis rescindere venditionem, quæ in omnibus
suum effectum sortita fuit, *Conar. var. resol. lib. 3.
cap. 11. num. 6. Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 8.
num. 165. Grat. discept. for. cap. 523. num. 15. cap. 730
num. 1. cap. 946. num. 4. & cap. 697. num. 1. Vinc. de.
Franc. dec. 506. num. 4. par. 2. Larrea decisione Grana-
ten. 42. n. 6. p. 1.*

Cæterum minus releuat repetitum obiectum,
quod obligatio Tiberij videatur restricta ad fauo-
rem solius Hospitalis. Quia cum promiserit in-
demne releuare Hospitale, & extinguere censum;
illiusque fructus soluere, solutio, & census extinctio
pernecesse referri debet ad fauorem creditorum,
quibus est facienda, non autem Hospitalis, quod est
10 hæres Poncialli debitoris, vt dictum fuit *in deci-
sione, quæ reuidetur, §. Dupliciter enim.*

Nec obstat replicatio, quod cum Sacconarius, il-
liusque Authores non fuerint, nec præsentes, nec no-
minati in d. obligatione Tiberij, licèt dicta obliga-
tio respiciat eorum fauorem, ex ea tamen agere
non possunt directè contra d. promissorem, sed om-
nis actio dicitur quæsita Hospitali, quod cum coge-
re potest, vt soluat creditoribus iuxta dispositionem
textuum *in l. cum Res filio suo 22. C. de donat. ibique
glos. in figurat. casus. & in l. stipulatio ista 38. §. Si sti-
pulator, vbi glos. verb. fieri, & in l. Liber homo, §. fin.
vbi pariter, glos. in verb. in certi, ff. de verb. oblig.*

Quia prædicta procederent iure communi inspe-
11 cto, non autem applicantur, quando prout hic actū
fuit vigore obligationis Cameralis, obligatio enim
Cameralis cum contineat stipulationem pro omni-
bus quorum interest, nec reuocari possit in dubium,
quin de tempore dictæ obligationis Sacconario,
vel suis Authoribus interesset, & essent principales
Creditores Census, cuius de causa Astallius fideius-
serat, tanquam Principalibus, & primarium interes-
se habentibus fuit à principio ipsis quæsita Actio
directa contra dictum promissorem, & obligatio Ca-
meralis operatur ad eorum fauorem, ac si ipsis præ-
sentibus, & acceptantibus stipulata fuisset, vt sæpius
resoluit *Rot. in decisionibus allegatis in dicta decisione
quæ reuidetur sub dicto §. Dupliciter enim.*

Quæ repetuntur de legitimatione personarum
ex parte Actoris, & de omissione iuramenti calum-
niæ, tolluntur ex responsionibus datis *in dicta deci-
sione, §. Nullitas enim, & §. Secunda verò*, cum qui-
bus DD. transierunt.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

AVENIONEN. DILAPIDATIONIS BONORVM.

Lunæ 7. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa Profana etiam sine fumo, data ar-
ticulorum releuantia denegari non solet in qualibet
Instantia, & quando de releuantia dicatur constare
Suspicio calumniæ ad impediendam Remissoriam
quænam requiratur, & an per suspicionē calumniæ
denegetur remissoria, data articulorum releuantia.
Inuerisimilitudo, quoad alios non impedit Remis-
soriam super omnibus, & ex quibus remissoria in
gradu restitutionis in integrum denegari non so-
leat? Hæc decisio recedit à decisis in hac eadem se-
cunda Martij præsentis anni, quæ supra.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in qualibet Instantia in causa tamen
prophana denegari non solet data articulorum
releuantia.*

2 *Re-*

2 *Reintegratio spoliato tantum, non spoliatori conceditur.*
3 *Remissoria solet denegari ex suspicione calumniæ.*
4 *Reo legitimè impedito in faciendis probationibus vel terminus non currit, vel datur reintegratio.*
5 *Remissoria concurrente fumo futuræ probationis ex præsumptione calumniæ denegari non potest maximè in tertia Instantia, ne probationes angustientur.*
6 *Remissoria ob simplicem suspicionem calumniæ data articulorum releuantia, & concurrente fumo futuræ probationis non denegatur.*
7 *Remissoria ne concedatur ob inuerisimilitudinem debet esse talis inuerisimilitudo, ut excludat possibile in contrarium.*
8 *Probatio probationem non excludit.*
9 *Remissoria etiam ex releuantia vnius articuli conceditur super omnibus.*
11 *Testibus examinatis in Iudicio criminali pro informatione Curiæ sine citatione partis nihil est deferendum in Iudicio Ciuili.*
11 *Remissoria postquam fuerint dedicta, testificata, & publicata dicta Testium non solet concedi super iisdem articulis, vel de directo contrarijs.*
12 *Limita, quando originale processus fuit solummodo dimissum in manibus Procuratoris, secus autem si stetit penes principalem.*
13 *Mulier etiam post dedicta testificata per viã restitutionis in integrum potest inducere testes super antiquis articulis, vel de directo contrarijs.*

DECISIO CCI.

TRiplici fundamento sub die 2. Martij præteriti, Andrea tantum informante, denegarunt DD. Remissoriam Sirenæ; Primò quia videbatur concurere vehemens suspicio calumniæ, dum causa in partibus diù agitata, ac eidem præfixis dilationibus ad probandum, nunquam curauit facere suas probationes. Secundò ob inuerisimilitudinem materiæ articulatæ, ex qua articulabatur inuentarium hæreditatis Ioannis fuisse fideliter confectum præsentibus Andrea filio, & Cursoribus, & tamen inuentarium confectum fuit de mense Ianuarij, Cursores verò deputati fuere de mense Maij sequentis, & Testes in eo adhibiti contrarium de directo deposuerunt. Tertiò quia non deficiebat timor subornationis Testium, ex quo Sirena in partibus, dum altera pars inuigilabat pro examine suorum Testiũ, sæpius illos subtrahere, & ad deponen. in sui fauorem vertere curauit, quibus omnibus consideratis resolutum fuit remissoriam esse denegandam ex iuribus in decisione allegatis. Verum per duas vices causa reproposita, vtraque patre informãte DD. recedendo à decisis, responderunt pro remissoria, quia cum simus in materia prophana, in qualibet
1 instantia, etiam sinè fumo, data articulorum releuãtia, remissoria denegari non solet iuxta *decisionẽ Caputaq. 68. num. 1. par. 3. san. me. Gregor. decis. 403. n. 3. bo. me. Cocc. decis. 149. n. 1. Rot. in Perusina oblationum. 15. Martij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono, & alibi passim.*

Releuantia autem in proposito casu resultat, quia præsertim in secundo articulo Sirena intendit probare, quod tàm de tempore vltimæ infirmitatis Ioann. Cardoni eius viri, & respectiue Patris Andreæ Collitigantis, quàm post eius mortem idem Andreas è domo illius hæreditaria secretè asportauit, & asportare fecit multa mobilia, scripturas, & magnam pecuniarum quantitatem, prout deponunt tres testes ad perpetuam rei memoriam examinati *Summ. Sirenæ, num. 2.* hoc enim formiter probato, nulla sane competeret hæreditatis reintegratio ad fauorem Andreæ, cum hæc spoliato dumta-
2 xat, non autem spoliatori concedatur *cap. conquerente de restit. spoliat.*

Nec subsistit, vt dicebatur in alia decisione, quod concurrat vehemens suspicio calumniæ, propter
3 quam remissoria solet denegari ex deductis *in Firmana pensionis 12. Maij 1642. coram R.P.D. meo Bicchio in Melenitana hæreditatis 26. Ianuarij 1643. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Cæsaraugustana distributionum 13. Martij eiusdem anni coram me.*

Quia animaduerterunt DD. quod huiusmodi suspicio calumniæ deducitur dumtaxat ex neglecto examine in partibus, quod cessat prorsus ex facto. Tùm quia ab Auditore Ciuitatis Auenionen. Sirenæ denegata fuit remissoria extra Statum, vbi degebant Testes *Summ. num. 1.* Tùm quia Andreas minatus fuit carceres Testibus, qui contra ipsum de-
4 ponerent *Summ. num. 4.* vndè habuit legitimam causam protrahendi suas probationes, propter quã est excusanda, & ad elapsos terminos probationis reintegranda *ad not. per DD. in l. cum ipse, ff. de excus. tut. & in l. fin. C. de audit. & in his terminis resolutum fuit coram bo. mem. Buratto decis. 246. num. 12.* Eoq; magis cum causa pendeat in gradu restitutionis in integrum, & nulla adhuc probatio ex supra
5 deductis fieri potuerit, quo casu ne probationes angustientur cum irreparabili præiudicio partis, dum aliud tempus non superest, concurrente, prout hic dicto magno fumo futuræ probationis, remissoria non solet denegari *Card. Seraph. dec. 500. num. 2. san. me. Greg. decis. 83. num. 5. & dec. 276. num. 2. vbi Add. num. 7. bo. me Buratt. dec. 555. n. 4. Rot. dec. 125. n. 36 par. 5. & dec. 212. num. 2. par. 6. recent. in Ianuen. Pecuniaria 27. Iunij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. Non obstat, quod Isabellæ idemque admisit in Melenitana Hæreditatis 26. Ianuarij 1643. coram eodem §. Nec releuat, & in alia decis. huius causæ, §. Licet enim.*

Præter quod cum de releuãtia articulorum ambigi non possit, & simul etiam concurrat fumus futuræ probationis ex depositionibus dd. trium Te-
6 stium remissoria ob simplicem suspicionem calumniæ numquam denegatur. *Egid. dec. 624. num. 2. Rot. dec. 348. num. 6. part. 1. dec. 503. num. 3. circa fin. p. 2. dec. 304. num. 1. & 2. dec. 715. num. 3. par. 3. dec. 575. num. 6. par. 5. tom. 2. recent. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 462. num. 6. & declaran. contrarias decisiones dixit Rota in Cæsaraugustana distributionum coram me §. Demum non obstat, & in dicta Perusina oblationum coram R.P.D. meo Otthobono, paragraph. fin.*

Quo verò ad inuerisimilitudinem tertij articuli, placuit responsio, quod inuerisimilitudo non est ta-
7 lis, vt excludat possibile in contrarium, prout ad hunc effectum requiritur, vt limitando cõclusionem dixit *Rota in recent. dec. 227. num. 3. par. 3.* & cum deducatur ex solis depositionibus testium alterius partis, dixerunt DD. non exindè denegandam esse
8 remissoriam Sirenæ, cum probatio probationem nõ excludat *Egid. dec. 565. num. 1. Rot. diuers. decis. 785. num. 5. par. 1. in recentior. dec. 70. num. 8. par. 6.* Vtraque enim pars est admittenda ad illas faciendas, & ijs peractis Rota iudicabit, quænam ex illis præualeant, vt dictum fuit in *Legionen. Decimarum 22. Maij 1615. coram Manzanedo in recent. dec. 677. numer. 5. par. 1. & in d. Ianuen. Pecuniaria coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Vltra quod dum ex superius deductis apparet de releuantia secundi articuli, inuere-
9 risimilitudo quoad alios nõ nocet, cum ex releuãtia

vnius articuli. Remissoria etiam super omnibus concedatur *Card. Mantic. dec. 311. num. 1. & 2. fa. me. Greg. d. decis. 403. num. 7. Cardin. Caual. dec. 289. num. 2. cum alijs allegatis in d. Perusina oblationum coram R. P. D. meo Ottbobono.*

6 Demum quoad timorem futuræ subornationis
Testium difficultas pariter cessat ex facto, dum pro
illius iustificatione nihil aliud fuit deductum, quàm
quædam simplex quærela, in qua asseritur fuisse
examinatos quamplures testes, & iuxta illorum de-
positiones decretam capturam; ideoque dum huius-
modi iudicium non probatur prosequutum, quini-
mò fuit derelictum, & pars conuolauit ad ciuile, sa-
tis declarauit deficere prætensam subornationem,
10 quæ non probatur ex assertis testibus, quibus nihil
est deferendum in hoc iudicio ciuili, tamquam exa-
minatis in causa Criminali pro informatione Curiæ,
& sine citatione partis *ad text. in l. vltima vers. sanci-*
mus C. de testib. Rot. post 2. vol. cons. Farinac. dec. 128.
num. 5. & dec. 145. num. 22. & dictum fuit in *Bonon.*
Præmiaria 26. Maij 1645. §. assertum verò, & 19. Ian.
præteriti §. minus vrgens coram R. P. D. meo Bichio.

Parum etiam obstante, quod fuerint didicita te-
stificata, & publicata dicta Testium pro altera par-
te examinatorum, quo casu denegatur remissoria
11 super ijsdem articulis, vel de directo contrarijs, vt
resolutum fuit in *Cremonen. Pensionis 4. Maij 1635.*
coram bon. mem. Coccino in recentior. decis. 41. n. prim. 10.
& 25. par. 7. & in Romana Successionis 4. Iulij 1642.
coram R. P. D. Carillo §. timor tandem circa med. &
§. seq.

12 Quia dum processus non fuit accomodatus prin-
cipali, sed Procuratori, vt ex fide Notarij *Summar.*
Andreæ num. 1. non dicuntur didicita testificata ad
effectum denegandi remissoriam, cum ex quadam
prærogatiua Curiæ, in qua nonnisi viri probi, & do-
cti exercent munus Procuratoris, Rota soleat de
eis confidere, illisque permittere visionem proces-
suum, vt dixit *Rota coram Card. Seraphin. dec. 688. n.*
2. & coram fan. mem. Greg. dec. 497. num. 2. quicquid
secus dicendum esset, si probaretur processum per-
uenisse ad manus principalis, & apud eum per ali-
quod tempus extitisse, vt distinxit *Rota coram fan.*
memor. Gregor. decis. 497. antè numer. 5. ibique Add.
numer. 8.

Et remouetur omnis scrupulus, quia sumus in
muliere, cui etiam post didicita testificata licitum
13 est per viam restitutionis in integrum inducere te-
stes super antiquis articulis, vel de directo contrarijs
ad trad. per Bald. in l. eos §. si quid autem num. 3. C. de
appell. Innoc. in cap. auditis num. 2. de restit. in integ. spe-
cul. eod. tit. §. vltimo num. 3. Afflict. dec. 216. nu. 2. Ossasch.
dec. Pedem. 87. num. 3. Rota in Romana Pecuniaria 1.
Iulij 1620. coram Rembo'do post Penzon. ad stat. Vrb.
dec. 44. §. De iniustitia vero.

Et ita resolutum vtraque &c.

VALENTINA PAROCHIALIS

Veneris 18. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Procurator habens mandatum ad resignandum potest illud implere per æquipollens, nec est necesse, quod Pontifici exprimat onus Beneficij perpetuum, & dicitur illud satis impleuisse, si cæteras conditiones in eo per resignantem appositas Pontifici narrauerit, illasque Papa deleuerit, & quando teneatur diligentias renouare? Resignatio autem deletis à Papa conditionibus in ea appositis, non dicitur nulla ex defectu consensus in resignante, quando resignans illas apposuit in resignatione cum clausula: *Si Sanctissimo placuerit, nec alias, aliter, nec alio modo.*

SVMMARIVM.

1 *Resignatio signata, & admissa à Pontifice post obitum resignantis non sustinetur.*

2 *Onus beneficij perpetuum non est de necessitate exprimendum Pontifici in supplicationibus.*

3 *Onera perpetua, quæ distrahuntur à corpore beneficij, non continentur in valore expresso sed illum minuunt.*

4 *Onera perpetua, & necessaria de recenti stylo Dataria, non solent exprimi in supplicationibus.*

5 *Taciturnitas oneris Beneficij non reddit gratiam subreptitiam, quando onus non est voluntarium, sed necessarium, & perpetuum.*

6 *Pensio antiqua semper venit de necessitate Pontifici exprimenda, quando noua pensio super eodem beneficio ex gratia reseruatur.*

7 *Papa non præsumitur voluisse grauare beneficium duplici onere, seù pensione.*

8 *Pensio antiqua, quando est perpetua, & imposita à Concilio super beneficio, non est de necessitate exprimenda in reseruatione nouæ pensionis.*

9 *Acta facta ad abundantiorem cautelam non nocent.*

10 *Procurator habens mandatum conditionale ad resignandum conditiones in eo appositas narrauit Pontifici, illaque fuerunt à Sanctissimo deleta tamquam non solita concedi, dicitur satisfecisse mandato, & resignatio sustinetur.*

11 *Procurator licèt posuerit in supplicatione conditiones mandati illa quæ fuerint à Papa deleta, nõ dicitur mandatum impleuisse, sed vlterius tenetur ad reiteratas diligentias pro illis impetrandis.*

12 *Declara hoc tantùm procedere in conditionibus à Papa concedi solitis, pro quarum impetratione non sufficit illarum expressio in supplicatione, sed reiteranda sunt diligentia.*

13 *Secus in conditionibus numquam solitis concedi in his enim cum noua diligentia non essent profectura, iterari non debent tamquam superflua.*

14 *Clausula* Si Sanctissimo placuerit, & non alias, aliter, nec alio modo *operatur, vt nolente Pontifice admittere conditiones in resignatione appositas, illas pariter noluisse censeatur resignans.*

15 *Procurator, cum posuit in supplicatione cõditiones mandati, & Papa illas admittere denegauerit, non tenetur reiterare diligentias pro illarum admissione, quando mandans apposuit cõditiones in mandato cum clausula.* Si Sanctissimo placuerit, nec alias aliter, nec alio modo.

16 *Clausula* Si Sanctissimo placuerit operatur, *vt resignatio sustineatur, quoad narrata Pontifici, & ab eo delineata, non autem, quoad narrata.*

17 *Mandatum satis est, quod fuerit empletum per æquipollens.*

18 *Resignatio, dum fuit à resignante ratificata etiam quoad conditiones per Pontificem deletas, sustinetur, nec amplius potest opponi de defectu implementi ex parte Procuratoris, qui diligentias non reiterauit pro illarum admissione.*

19 *Ratificatio subsequuta supplet defectum præcedentis mandati.*

20 *Litteræ resignationis, licèt ex Constitutione Gregoriana debeant expediri intra nouem menses, attamen dum Papa prorogauit terminum ad publicandum possunt in termino prorogato expediri, & publicari.*

21 *In beneficialibus passim admittitur multiplicatio Titulorum.*

DE-

DECISIO CCII.

PLures in hac causa emanarunt resolutiones, prima
sub die octaua Aprilis 1644. coram R. P. D. meo
Carillo, in qua Domini dixerunt non constare de
valida resignatione, duplici fundamēto, altero qiua
1 ex registro Datariæ apparebat supplicationē signa-
tam fuisse à fæl. record. Vrbano VIII. tertio nonas
Ianuarij Pontificatus anno decimo octauo, qui fuit
1641. à natiuitate, & consequenter post obitum
resignantis; altero quia mandatum ad resignandum
erat conditionale cum decreto exprimendi onus an-
tiquum duorum cafficiorum tritici, & reseruata
pensione ducatorum 200. auri de Camera integrè
soluendorum, litteris non expeditis, quæ cum per
Procuratorem impleta non fuerint, quinimò sup-
plicatio signata cum clausulis omninò repugnanti-
bus, nulla videbatur resignatio ex defectu consen-
sus resignantis, vt ex *decisione à me extensa in eius lo-
cum subrogato*.

Secunda sub die 13. Ianuarij 1645. in qua, Mu-
rillo tantùm informante, ex ijsdem fundamentis
iterum responsum fuit non constare de valida resi-
gnatione.

Tertia sub die 28. Aprilis eiusdem anni, in qua
Domini ex nouiter in facto deductis, ex quibus vi-
debatur cessare vtrumq; fundamentum, recesserunt
à decisis, & pro validitate resignationis responde-
runt. Verum, cum hodie dubitauerim, an esset
standum in primo, vel vltimo loco decisis, persi-
sten. esse in vltimo loco responsum fuit.

Quantum enim attinet ad primum fundamentū;
adhuc non subsistit, dum exhibito originali suppli-
cationis apparet illam signatam fuisse tertiò nonas
Ianuarij Pontificatus eiusdem san. mem. Vrbani O-
ctaui anno 17. qui correspondet anno 1640. quo
tempore resignans erat in humanis.

Quo verò ad secundum, vel prætenditur formam
mandati non fuisse seruatam, ob non factam expres-
sionem duorum Caffieiorum tritiei Seminario an-
nuatim debiti, & obiectum non releuat, quia cum
hoc sit onus perpetuum ex dispositione Sacri Con-
2 cilij Tridentini *sess. 23. c. 18. de reformat.* fortè non
erat de necessitate exprimendum, cum similia one-
3 ra perpetua, quæ distrahuntur à corpore beneficij,
non contineantur in valore expresso, sed illum mi-
nuunt, vt notat *Gig. de pens. quæst. 66. num. 2. & 3. cum
alijs relatis in vltima decisione §. ad alterum.* Et sine
4 difficultate, attento recenti stylo Datariæ non ex-
primendi in supplicationibus similia onera perpe-
tua, seruato à tempore san. mem. Sixti V. vsque ad
fæl. record. Vrbanum VIII. nedum generaliter in
alijs prouincijs, sed particulariter in Diœcesi, de
qua agitur, vt ex fidibus, & partitis datis, tàm in
præterita, quàm in hodierna propositione, propter
quam non releuant deducta per *Rotam in Valentina
Pensionis 25. Iunij 1601. coram bon. memor. Cardinali
Mellino*, vt copiosè respondetur in dicta *vltima de-
cis. §. ad hoc pariter cum pluribus sequen.* in qua vlte-
5 rius dictum fuit taciturnitatem huius oneris non
reddere gratiam subreptitiam, cum voluntarium
non sit, sed necessarium à iure, & Concilij decreto
inductum cuicumque beneficio huius Diœcesis.

Et nihil facit altera fides quamplurium sollicita-
torum litterarum Apostolicarum, qui attestantur,
quod in resignationibus cum pensione, quando be-
neficium est grauatum aliqua pensione antiqua,
semper narrari debeat illa antiqua pensio, vt noua
sustineatur.

6 Quia animaduerterunt Domini prædicta locum
sibi vendicare posse in cæteris pensionibus, quæ ex
gratia reseruantur, in quibus, cum non præsumatur
7 Papam dupplici onere voluisse grauare beneficium,
expressio antiquæ pensionis videtur necessaria, in
quibus terminis procedit *decis. Verall. 314. num. 3.
par. 2. cum concordantibus*; secus verò quando, prout
8 hic, agitur de pensione perpetua imposita per De-
cretum Concilij, in quibus cum vigeat modernus
stylus Datariæ illas non exprimendi fundatus in
præsumpta scientia Pontificis omnium decretorum
Concilij, opus non est illas Sanctissimo exponere,
ex iuribus supra, & in vltima decisione allegatis.

Prout nec obstat vnica reseruatio pensionis cum
expressione dictæ antiquæ pensionis debitæ Semi-
nario *Summ. Murilli num. 6.* Quia cum similis expres-
9 sio facta fuerit ad abundantiorem cautelam, non
exindè cessat recens stylus Datariæ illas non expri-
mendi, cum quo Domini transierunt.

Vel prætenditur excessum in mandato ob inob-
10 seruantiam aliarum conditionum, & cum præfatæ
fuerint in supplicatione appositę per Procuratorem
& à Sanctissimo deletæ; tanquam non solitæ con-
cedi, satisfactum fuit mandato, & resignatio substi-
netur, vt aduertit *Paris. hoc tract. lib. 9. quæst. 17. n. 2.
vers. Et hac Lott. de re benef. lib. 3. quæst. 16. num. 36.
vers. prius autem, cum alijs per Rotam decis. 887. nu.
2. par. 4. diuers.*

Vndè non iuuat allegare, quod aliquando clau-
sulæ in supplicationibus appositæ deleantur in Da-
taria de consensu partium, ideoque nisi delineatura
probetur facta inuito petente, ea non sufficiat ad ef-
11 fectum probandi implementum mandati, sed vlte-
rius requirantur reiteratæ diligentiæ pro illis impe-
trandis ex adductis in *Sauonen. Cantoriæ 27. Iunij
1642. coram R. P. D. meo Otthobono, & 6. Martij
1645. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

12 Quia, præter quod hoc procedit in clausulis à
Papa concedi solitis, pro quarum impetratione non
sufficit sola expressio in supplicatione, sed iterandæ
sunt diligentiæ, in quibus terminis loquuntur *deci-
siones in dicta Sauonen. Cantoriæ*, secus in clausulis,
de quibus agitur numquam solitis concedi; in his
enim cum nouæ diligentiæ non essent profecturæ,
iterari non debent, tamquam superfluæ, vt dixit *Rot.
in recent. decis. 261. num. 32. par. 8.* Placuit responsio
14 quod cum post expressas in mandato has conditio-
nes mandans addiderit, *Si ita Sanctissimo placuerit*,
cum clausula, *non alias, aliter, nec alio modo*, quæ o-
perantur, vt nolente Pontifice, noluisse etiam cen-
seatur Resignans *Cæs. de Graß. decis. 10. de præbend.
num. 2. 3. & 4.* quem referunt, & sequuntur, Procu-
15 rator non tenebatur nouas diligentias adhibere,
sed satis fuit in supplicatione Sanctissimo porrecta
illas exponere, cum sequuta voluntate Pontificis eas
denegandi, defecerit consensus etiam in mandante,
catenus petente, quatenus Sanctissimus dignaretur
concedere, vt in terminis expressè firmatur in supra
allegata decisione Cæsar. de Graß. num. 8. & bene res-
pondet *vltima decisio d. §. non obstat clausula.*

16 Nec quicquam releuat replicatio, quod licèt per
clausulam *Si Sanctissimo placuerit*. Resignatio susti-
neatur, quoad ea, quæ Pontifici narrata fuerunt, &
ab eo delineata, sustineri tamen non possit quoad
non narrata, videlicet quoad clausulam, quod pen-
sio non possit reduci, etiam ex causa onerum Eccle-
siæ in supplicatione non expressa.

Quia satis dicitur expressum, dum pensio petita
fuit libera, immunis, & exempta ab omni onere
imposito, & in futurum imponendo ex causa quan-
17 tumuis necessaria, & consequenter mandatum vi-
detur impletum per æquipollens, quod sufficit per

tex.

text. in l. vltima §. vltimo ff. mand. & in l. non solum vbi Alex. num. 5. ff. solut. matrim. Et in omnem casum cum post signatam supplicationem Resignans ratam habuerit resignationem ab eius Procuratore factam, illamque ratificauerit, tàm quoad clausulas delineatas, quàm quoad reductionem pensionis, ibi, *Michael scienter, & sponte meliori modo &c. ratum habebat, & ratificabat &c. omne id, & quicquid per Doctorem Raimundum Coll. Procuratorem suum legitimum fuit factum, gestum &c. nomine proprio in Curia Romana siue eius Cancellaria in expeditione, & negotio resignationis dictæ Parochialis facta in fauorem Doctoris Thomæ Insa &c. etiam ratione alimentorum non posset dictus Thomas, nec Successores minuere pensionem &c. volens, & cupiens, quod dicta resignatio maneat, & persistat firma, & ratificata, & confirmata modo, & forma in prædictis lineatis clausulis &c. faciens inde generalissimum posse ratificationis aliarum clausularum &c.* Resignatio quoad præfatas clausu-
18 las respicientes fauorem, & vtilitatem Resignantis
per huiusmodi ratificationem valida, & firma remansit, adeout amplius opponi non possit de defectu implementi ex parte Procuratoris *cap. Ratihabitio de regul. in 6.* Cum subsequuta ratificatio om-
19 nem tollat difficultatem præcedentis mandati, vt
dictum fuit *in Romana pecuniaria 8. Nouembris 1627. coram bon. mem. Coccino in recent. decis. 103. num. 12. part. 5.*

Quod autem litteræ tàm resignationis, quàm reseruationis pensionis fuerint expeditæ elapso termino præfixo nouem mensium, non fuit per Dominos habitum in consideratione. Quia quoad litteras reseruationis pensionis illæ non erant amplius expediendæ, dum in dicto termino decessit Pensionarius; quo verò ad litteras Resignationis, non docetur illarum expeditioni fuisse præfixum similem
20 terminum, & licet adsit Constitutio Gregoriana
de publicandis infra nouem menses, quæ per necessarium antecedens importat etiam expeditionem, attamen dum Pontifex terminum ad publicandum prorogauit, potuerunt in termino prorogato expediri, & publicari. Et ad tollendam omnem dubitationem datur altera gratia nouæ prouisionis eidem Insæ per Sedem Apostolicam concessa, quæ illi suf-
21 fragari debet, cum in beneficialibus passim admitta-
tur multiplicatio titulorum *cap. post electionem vbi Abb. num. 4. de concess. præben. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 46. num. 9. bonæ mem. Coccino dec. 47. num. 20. & decis. 317. num. 4. Rot. decis. 117. num. 2. part. 1. recentior.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI.

Veneris 18. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Legatum quando dicatur purè relictum, & non sub negatiua conditione si sine filijs? conscriptio Notarij inducens contrarietatem dispositionis imputatur eius imperitiæ, & malæ latinitati. Pactum de non petendo legatum durante vita duorum cum copula, & an præmortuo vno, sit locus petitioni illius portionis, altero superueniente?

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum sub negatiua conditione si sine filijs si ea deficiat, legatum quoque ipsum deficit.*
2 *Neptes dotari debent à Patre, non autem ab Auo, quando pater habet commoditatem dotandi.*
3 *Dictio* vlterius *includit præcedentia, & nouam dispositionem inducit.*
4 *Dos maior, vt plurimum à Parentibus filiabus constituitur, si careant masculis, quàm si illos post se relinquant.*
5 *Testatoris dispositio, vbi est clara non est insistendum super dispositione iuris.*
6 *Notarij conscriptio, si repugnãtiã induceret imputanda est eius imperitiæ, & malæ latinitati, quæ alterare non possunt verum sensum dispositionis.*
7 *Dictio ambigua, & non intelligibilis quando est apposita in testamento à Notario semper assumi debet ille intellectus, qui ex verbis, & toto contextu dispositionis verisimilius colligi potest.*
8 *Pactum de petendo legato durante vita duorum, est tantum dilatiuum, ita vt sequuto obitu vnius aperiatur via petendi ratam legati non expectata morte alterius.*
9 *Dictio,* Et *eadem inter conditiones requirit verificationem omnium copulatorum.*
10 *Limita hoc tantum procedere in materia de sui natura indiuidua, secus quando copula* Et *posita est inter diuersas personas honoratas, vel grauatas, tunc enim resoluitur in disiunctiuam, & diuidit, & distribuit effectum dispositionis inter omnes æqualiter pro rata.*
11 *Executio præsumitur valida, donec contrarium probetur.*

DECISIO CCIII.

SVb die 3. Iulij anni præteriti coram me resolutum fuit esse procedendum ad vlteriora in executione contra bona Lucę defuncti, quoad medietatem summæ contentæ in mandato ab A.C. relaxato ad fauorem Eleonoræ, & Alexandri coniugum pro libr. 72000. eisdem debitis pro residuo legati scutorum 3000. relict. Eleonoræ à Ludouico de Muzzolis ipsius Auo paterno, causaque hodiè reproposita, cum validitas, & iustitia mandati, quoad dictam medietatem subsistant, DD. steterunt in decisis.

Nullitates siquidem aliàs deductæ cessant ex responsionibus datis in altera decisione, nec informantes pro Muzzolis amplius de illis opponunt. Iustitia verò clarè resultat ex verbis codicillorum, in quibus Ludouicus disposuit per hæc verba, *Quod si contingat ipsum codicillantem habere filias fœminas cum masculis, tunc eas dotari, & habere, si nupserint in seculo scuta 3000. pro qualibet computatis apparatibus*, & idem disposuit quoad neptes ex filijs &c.

Nec obstat repetitum obiectum, quod Codicillans, prosequendo dispositiuam, præuia hac formali abbreuiatura *vls.* subiunxerit, si decesserint ipsius codicillantis filij sine masculis superstitibus filiabus fœminis voluit dictus codicillans, quod ipsæ fœminæ habeant, & consequantur scuta 4000. & apparatus pro qualibet earum &c. ideoque dictam abbreuiaturam *vls.* explicando pro dictione *videlicet*, le-
1 gatum videatur relictum sub conditione negatiua,
si sine filijs, quæ eum deficiat, ex quo superest lo: Paulus masculus, legatum etiam defecisse dicatur iuxta *vulg. cons. Oldrad. 21.* quem intellectum, & explicationes informantes pro Muzzolis coadiuuare conantur, tùm ex dispositione iuris, secundum
2 quam neptes dotari debent à Patre, non autem ab
Auo, quando pater habet commoditatem dotandi *l. fin. C. de dot. promiss.* Tùm etiam ex solito Notarij rogati, dictionem *videlicet* conscribendi præuia illa abbreuiatura *vls.*

Iterum enim placuit responsio decisionis, quod legatum scutorum 3000. purè relictum fuit à codicillante, non autem sub conditione deficientiæ filiorum masculorum, & cum secundum germanum intellectum totius integræ dispositionis dicta abbreuiatura *vls.* significare non possit dictionem decla-

ratiuam *videlicet*, sed stare debeat pro dictione *ul-*
3 *terius*, quæ præcedentia includit, & nouam dispositionem inducit, vt tradit *Dec. in l. actione num. 9. C. de transact. Soccin. Iun. cons. 107. num. 8. & 9. lib. 3. Dec. cons. 189. num. 7. Surd. cons. 274. num. 16.* & dictum fuit *in Mutinen. Dotis 16. Ianuarij 1641. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo §. Praterea*. Ludouicus enim duos casus considerauit, alterum existentiæ masculorum, & hoc casu mandauit, quod fœminæ consequantur scuta 3000. alterum illorum deficientiæ, qua stante scuta 4000. consequi debeant, & propterea orationem inchoauit cum dictione *ulterius*, vt ostenderet se nouam, & diuersam dispositionem facere in diuerso casu, ac duplex legatum relinquere, primum scilicet in primo casu, alterum in secundo, & quidem iuris ratione, cum pa-
4 rentes, vt plurimum maiorem dotem constituant filiabus, si careant masculis, quàm si illos post se relinquant, vt probatur *in decisione §. verum Domini circa finem*.
5 Ideoque parum referunt dispositio iuris, & solitum Notarij. Quia quoad dispositionem iuris, in ea non est resistendum, dum habemus claram dispositionem Codicillantis, mandantis vtroque casu de proprio dotari neptes: solitum verò Notarij præter quod concludenter non iustificatur, etiam iusti-
6 ficatum in casu, de quo agitur, non esset attendendũ ob euidentem repugnantiam, quæ aliàs clara deduceretur in verbis, ad quam euitandam similis conscriptio imputanda est imperitiæ Notarij, & malæ ipsius latinitati, quæ alterare non possunt verum sensum dispositionis *per text. in l. Imperator ff. de stat. homin. Castr. cons. 309. num. 1. & 2. lib. 1. Gabr. cons. 130. num. 42. lib. 6. Corn. cons. 235. num. 9. lib. 4.* nec partibus præiudicare *Menoch. cons. 37. num. 141.* Et
7 semper assumi debet ille intellectus, qui ex verbis, & toto contextu dispositionis verisimilius colligi potest, vt in his terminis resolutum fuit in *Amerina Fideicommissi 17. Maij 1645. coram R. P. D. meo Otthono §. fin.*

Quo verò ad pactum non petendi legatum Aui durante vita naturali Lucæ, & Gandulphi, iterum responsum fuit illud nõ obstare portioni Lucæ prędefuncti, quià relicta adhuc in suspenso resolutione illius quæstionis, an scilicet pacta, & dilationes, quæ aduersantur nedum respectu fructuum, sed etiã sortis sint inualidæ, & non attendantur, Domini cēsuerunt esse factum locũ petitioni portionis ad Lu-
8 cam spectantis, cum huiusmodi pactum sit tantùm dilatiuum, itaut sequuto obitu vnius, aperta fuit via dictis coniugibus petendi ratam legati, non expectata morte alterius, vt firmatum fuit in altera
9 decisione; Idque etiamsi copula, *Et*, cadens intèr conditiones requirat verificationem omnium. Copulatorum *ad trad. per Peregr. de fideicom. art. 32. nu. 18. circa med. Guido Pap. dec. 527. num. 2.* Quia hoc pro-
10 cederet in materia de sui natura indiuidua; Secus autem quando prout hic, posita fuit inter diuersas personas honoratas, vel grauatas, tunc enim resoluitur in disiunctiuã, & diuidit, ac distribuit effectũ dispositionis inter omnes æqualiter pro rata, vt tradunt, *Gomez. var. resol. tom. 2. capit. 11 num. 19. versic. Confirmatur, cæterique in dicta decisione allegati, §. fin. & præter illos est textus clarus in l. si mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. & magistraliter distinxit, Bald. in l. Gallus §. etiamsi sub num. 4. vers. Aut Copula eadem, ff. de liber. & posthum.*

Denique quod mandatum A. Cam fuerit demandatum exequutioni pro integro debito, tàm super bonis Lucæ defuncti, quàm Gandulphi fratris non
11 iustificatur, & proindè interim est præsumendum pro validitate exequutionis *l. heremius §. Titia, ff. de euict. Alex. in l. à Diu. Pio, §. si super rebus num. 17. ff. de re iudic. Rot. coram bon. me. Buratt. dec. 426. num. 3. & dec. 675. num. 3. Et in Vrbeuetana restitutionis Dotis 14. Decembris 1643. cor. R. P. D. meo Peutingerio.*
Et ità resolutum vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM, SEV ATTENTATORVM.

Veneris 25. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Declaratoria, quando sit danda contra Contumaces, & non parentes litteris exequutorialibus Rotæ, & quæ requirantur adhuc effectum, & an intimatio dictarũ litterarum facta per alium, quàm per cursorem, & Nuncium publicum suffragetur, & quando facta probetur intimatio ex attestatione Notarij absque relatione Cursoris? De paritione mandati de manutenendo in possessione exigendi, an per aliquas solutiones dicatur constare Declaratoria, quãdo est consequutiua possessorij, impediri non debet per litis pendentiam in petitorio, & quando petitur pro reuocatione sententiæ, donec constet de integra eorum purgatione, attentans audiri non debet.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria relaxatur de stylo Rotæ contra contumaces, & non parentes exequutorialibus.*
2 *Intimatio in partibus afficit, licèt non exequuta à Cursore Mandatario, seu Nuncio, sed sufficit exequutam fuisse etiam ab ipsismet principalibus, vel eorum Procuratore.*
3 *Citationis vis consistit in notitia, & certa scientia citati, & si de ea constet, quilibet defectus sanatur, & arctat citatum perinde, ac si legitimè exequuta fuisset.*
4 *Attestatio Notarij non probat citationem fuisse exequutam absque relatione Nuncij.*
5 *Limita hoc non procedere in Hispanijs alijsque partibus, in quibus Notarij funguntur Officio Nuncij, & quibus de executione citationum attestantibus creditur etiam absque Testibus.*
6 *Relatio Nuncij non est necessaria, quando non fuit necessaria illius persona, sed sufficit attestatio Notarij circa executionem citationis, quando citatus habuit de citatione notitiam.*
7 *Citationis intimatio, & præsentatio facta Capitulo controuerti non potest ab alijs Canonicis, dum ex confessione dignitatum, qua in acta præsentationis interesant, manifestè admittitur.*
8 *Paritio mandati de manutenẽdo in quasi possessione exigendi debet esse successiua, & cõtinuata, nec sufficiunt aliqua solutiones, nisi etiam ostendatur successiuum, & continuum adimplementum.*
9 *Declaratoria retardari non potest contra eum, qui litigare continuauit, nec obtulit se paratum parere exequutorialibus Rotæ, nec actualiter paruit.*
10 *Declaratoria, quãdo est consecutiua possessorij impediri non potest per litis pendentiam in petitorio, quo durante est manutenendus, qui in præterito possidebat.*
11 *Declaratoria, quando petitur pro reuocatione attentatorum, donec constet de eorum integra reuocatione, attentans audiri non debet.*

DECISIO CCIV.

PEr binas decisiones resolutum fuit coram me reuocationem statuti factam à Capitulo Cæsaraugustano post motam litem à Portionarijs, & sibi præsentatam inhibitionem Rotalem cum omnibus indè

indè sequutis fuisse attentatam, quarum vigore emanauit decretum de reuocando dicta attentata, & omnia in pristinum reponendo, & cum fuissent relaxatæ litteræ exequutoriales ipsique Capitulo intimatæ; ac seruatis quatuor terminis ad docendum se paruisse, nec de paritione doctum. Proposui dubium, an sit danda declaratoria, quam Domini dandam esse sinè vlla difficultate resoluerunt.

Constat enim de relaxatione dd. litterarum cum comminatione censurarum, de præfixione termini ad parendum, de earum intimatione Capitulariter exequuta, & de reproductione, & lapsu termini ad parendum assignati, necnon de seruatione quatuor terminorum ad docendum se paruisse, & denique de illius contumacia, quibus omnibus concurrenti-
1 bus, deueniendum est ad relaxationem declaratoriæ iuxta inueteratum stylum huius Sacri Tribunalis sic coercendi contumaces, de quo testatur *Mohed. decis. 1. de sent. excom. Achill. de Grass. dec. 5. num. 2. cod. tit. Card. Seraph. dec. 1113. num. 3. Buratt. dec. 17. nu. 1. Rot. in recent. dec. 254. num. 1. cum seqq. part. 6. in Caleguritana Pensionis 4. Decembris 1624. coram Remboldo in Leodien. declaratoria 27. Ianuarij 1642. coram Reuerendissimo D. Præside Vallisoletano in Moguntina hæreditatis 28. Martij eiusdem anni coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in Ampurien. seù Ciuitaten. conuocationis ad Synodum 13. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Meltio.*

Non obstat, quod intimatio dd. litterarum non probetur legitimè exequuta à Cursore, Mandatario seù Nuncio ad hoc specialiter deputato.

Quia cum agatur de intimatione exequuta in partibus, & doceatur per instrumentū publicū dictas litteras fuisse toti Capitulo congregato personaliter præsentatas per Procuratorem Portionariorum coram Notario publico Matthia Aquilue, & testibus de huiusmodi intimatione, & præsentatione rogatis,
2 *Summ. illorum nu. 6.* non fuit opus illam exequi per personam exequutoris, sed sufficit exequutam fuisse, & ab ipsismet principalibus, vel eorum Procuratore, vt in praxi seruandum probat, *Vester. lib. 1. c. 2.*
3 *num. 7.* Et quidem optima ratione, quia cum tota vis citationis consistat in notitia, & certa scientia citati, si de ea constet quilibet defectus sanatur, & arctat citatum, perindè ac si legitime exequuta fuisset *ad text. in Clem. causa in fine de election. Falin. in cap. cum contingat, num. 8. de rescript. & in cap. Gratum sub num. 4. & conf. 410. num. 2. Ruin. conf. 61. n. 33. lib. 5. Surd conf. 88. num. 10. Gratian. discept. for. cap. 156. num. 2. Vester. vbi supra num. 8. Bellam. dec. 538. per totam.*

Ideoque non releuat, quod attestatio Notarij
4 non probet citationem fuisse exequutam, nisi cōstet de relatione Nuncij, vt resoluit *Rot. decis. 55. num. 1. part. 1. diuers. & coram bon. mem. Buratto decis. 324. num. 4.*

Quia præter quod prædicta non procedunt in
5 Hispanijs, alijsque partibus, in quibus Notarij funguntur officio Nuncij, & Cursoris, & quibus de executione citationum attestantibus creditur, etiam absque testibus, vt dixit *Rota coram san. mem. Gregor. dec. 426. num. 5. ibique Add. litt. A. & in Oueten. beneficiorum 12. Iunij 1609. coram bo. me. Coccino, quæ est inter vins impress. dec. 465. num. 7. & 8.* Dum ex supra
6 deductis probatur non fuisse necessariam personam exequutoris adhunc effectum deputati, dummodo citatus certam notitiam habuit, & Notarius fuit de dicta intimatione, ac præsentatione rogatus coram testibus specialiter ad illum actum adhibitis, non est necessaria relatio Nuncij, sed sufficit attestatio Notarij modo vt supra rogati, *Put. decis. 5. lib. 3. in Correct. Adden. ad Buratt. decis. 324. litt. A. san. mem. Gregor. dicta decis. 426. num. 4. Rota in recen. dec. 624. num. 10. par. 1.*

Minus releuat, quod d. instrumentum Aquilue videatur aduersari in pluribus attestationi alterius Notarij Gabrielis Francisci Garces ab ijsdem portionarijs productæ, qui attestatur de eadem præsentatione rogata ab Aquilue *Summ. Capitul. n. 1.*

Quia animaduerterunt Domini neutram ex adductis contradictionibus subsistere. Prima enim, quod dum sub die 22. Decembris 1645. Garces attestatus fuerit Instrumentum intimationis, ac præsentationis prædictæ rogatum die 27. Octobris præcedentis fuisse ablatum à Regio Fisco, non potuerit Aquilue de intimatione præsentationis huiusmodi tradere instrumentum Portionarijs. Cessat ponderando, quod post d. attestationem Garces, Aquilue instrumentum præfatum recuperauit, illudque consignauit Portionarijs, vt constat ex exhibitione, & productione ab eis facta in actis causæ post productam antedictam attestationem. Stant enim simul, quod die 22. Decembris dictum Instrumentum extaret penes Fiscum, quodque postea fuerit Aquilue Notario restitutum, ac Portionarijs consignatū.

Secunda verò, & tertia, quod in dicta attestatione dicatur Procuratorem requisiuisse Capitulum, vt adimpleret contenta in litteris exequutorialibus; in instrumento verò enuncietur requisiuisse, vt solueret tria regalia; Quodque in attestatione habeatur Capitulum nihil respondisse, in instrumento verò respondisse, quod audiebat, & quod infrà tempus iuridicum daret responsum, non fuerunt habitæ in consideratione, quia quoad secundam, cum litteræ in effectu continerent solutionem trium regalium, idem est, quod petitum fuerit in genere implementum contentorum in illis, vel in specie solutio trium regalium. Quo verò ad tertiam attestatio intelligitur de responsione præcisa ad petitionem, quæ in effectu data non fuit, instrumentum verò loquitur de responsione prouisionali, scilicet, quod audiuerant, & dedissent responsum, quæ simul non contradicunt.

Et tollitur omne dubium ex declaratione facta à nonnullis dignitatibus, quæ confitendo dictas litteras exequutoriales fuisse toti Capitulo præsentatas coram dicto Notario, & Testibus ad effugiendum Censuras ibidem comminatas, per instrumentum publicum declararunt se esse paratos dd. litteris parere, attentata reuocare, & regalia soluere, vt ex il-
7 lorum *Summ. num. 1.* Hinc enim veritas intimationis, & præsentationis prædictæ amplius controuerti non potest, dum ex propria confessione dictarum dignitatum, quæ in actu præsentationis interant, manifestè admittitur *ad text. in capit. per tuas de probat.*

Non obstat, quod vel petitur paritio mandati de manutenendo in possessione exigendi regalia diurna, & nocturna, & illi fuerit paritum mediante solutione, vel petitur paritio decreti Rotalis emanati super reuocatione attentatorum, & quoad eum relaxari non possit declaratoria, cum statim ac reuocatio Statuti fuerit declarata nulla, & attentata, perindè habeatur, ac si non fuisset facta, & consequenter eidem dicatur ipso iure paritum.

Quia quoad mandatum de manutenendo, cum
8 habeat tractum successiuum, & futurū tempus percutiat, non dicitur paritum per aliquas solutiones, nisi etiam ostendatur successiuum, & continuum adimplementum *l. si pro parte, vers. versum autem ff.*

de in rem, vers. glos. in cap. duo sunt verb. videbatur 96. distinct, Abb. in cap. 1. num. 10. ibique Ripa num. 29. vers. 3. de iudic. Rot. coram bo. mem. Buratto dec. 268. num. 2. Quo verò ad reuocationem statuti, cum in litteris exequutorialibus præcipiatur etiam quod Portionarij reintegrentur ad Statum primeuum exigendi, & percipiendi regalia iuxtà quantitatem, & formam in alijs mandatis Rotalibus decretam, *dicto Summ. num. 5.* non potest dici paritum ipso iure per declarationem, quod reuocatio sit nulla; & attentata, nisi Capitulum actualiter soluat, & reintegret Portionarios, prout in dictis litteris conti-
9 netur. Dum itaque continuauit litigare, & non obtulit se paratum soluere, nec actualiter Portionarios reintegrauit, non videtur cessare illius contumacia, & consequenter declaratoria retardari non potest, vt dixit, *Rota in dicta Calaguritana Pensionis 4. Decembris 1624. coram Remboldo cum alijs supra allegatis.*

Denique non obstat, quod pendeat disputatio, & cognitio boni iuris super confirmatione, vel infirmatione sententiarum Rotalium, quæ pluries discussa, nunquam fuit resoluta.

Quia præterquod cum petitio declaratoriæ sit
10 consequutiua possessorij impediri non debet per litis pendentiam in petitorio, quo durante est manutenendus in possessione, qui in præterito possidebat, *Ioann. in cap. 1. vt lit. pend. Blad. cons. 446. sub n. 2. lib. 3. Menoch de retin. remed. vlt. num. 1. & 2. Modern. Perus. de manut. obseru. 8. num. 1. & 2. cum seqq. Mastrill. decis. 52. num. 4. Caputaq. decis. 189. num. 5. & 6.*
11 Dum declaratoria petitur pro reuocatione attentatorum, donec constet de integra eorum purgatione, attentans audiri non debet *cap. non solum de appell. in 6. Caputaq. decis. 52. num. 2. part. 3. Card. Seraph. decis. 1176. num. 2. Rot. in recent. dec. 94. num. 4. part. 3.*

Ad occurendum itaque perpetuæ contumaciæ, & proteruiæ Capituli, quod per tot annos litigando grauioribus expensis Portionarios defatigauit, dixerunt Domini aduersus illud dandam esse declaratoriam, exceptis Michaele Antonio Frances Archidiacono Cæsaraugustæ, Matthia de Bayetola Archidiacono de Daroca, Alphonso de Francia Archidiacono de Belchite, Didaco Antonio Frances Archipresbytero de Daroca, Dominico Cebrian Archipresbytero Cæsaraugustæ, Petro Prudentis Garces Archipresbytero Belchite, Petro Martel Cantore, quorum quilibet obtulit se paratum, & promptam obedientiam exhibuit parendi litteris exequutorialibus, ac mandatis Rotalibus, vt pariter resolutum fuit in hac eadem causa 15. *Ianuarij 1635. coram bon. mem. Coccino.*

Et ita vtraque &c.

FVLGINATEN. PAROCHIALIS.

Veneris 25. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Gratia si neutri quando dicatur iustificata, & quænam requirantur, Renuncians liti non censetur donasse, sed agnouisse sibi nullum ius competere in re controuersa. Valor Beneficij narratus per non excessum qualiter iustificetur?

SVMMARIVM.

1 *Gratia si neutri requirit rem litigiosam, ideoque litis pendentia debet iustificari.*

2 *Presbyteratus probatur ex litteris remissorialibus Ordinarij.*

3 *Gratia si neutri quod non Ius impetrantis probatur ex sola illius confessione emissa in narratiua.*

4 *Confessio impetrantis, quoad non Ius ipsius operatur quod etiamsi haberet ius eidem censeatur renunciasse.*

5 *Gratia si neutri, quoad non ius alterius probatur ex actis, ex quorum reuolutione satis probatur negatiua.*

6 *Renuncians liti per necesse, censetur agnouisse nullum ius habere.*

7 *Renuncians simpliciter liti non præsumitur hoc facere animo donandi, sed quia inter agendum, censetur animaduertisse, sibi ius non competere super re controuersa.*

8 *Valor Beneficij narratus per non excessum probatur ex Testibus deponentibus de publica voce, & fama.*

9 *Gratia, vbi est iustificata venit executioni demandanda.*

DECISIO CCV.

VErtente lite coram me super pertinentia Parochialis, de qua agitur, Vacantis per obitum Bernardini Castelli inter Franciscum de Hieronymis prouisum ab Eminentissimo D. Card. Antonio Barberino, vti Commendatario Abbatiæ S. Crucis de Saxouiuo, & Euangelistam Maurum prouisum ab Eminentissimo D. Cardinali Francisco, nomine eiusdem Eminentissimi D. Card. Antonij, Impetrauit Franciscus vltimo loco à S. D. N. gratiam si Neutri mihi directam, vndè proposito hodie à me Dubio, An dicta gratia sit iustificata, itaut veniat exequenda, Domini affirmatiuè responderunt.

Prouisiones enim factæ à dictis Eminentissimis DD. Cardinalibus ad fauorem informantis, & Mauri, prout in gratia narrantur; iustificantur ex litteris vtriusque Prouisionis datis in vtroque *Sum. diei 24. Martij 1645. num. 1.* sub qua die resolutum fuit Francisco dandum esse mandatum de manutenendo, prout ex decisione apparet de lite inter dictos Prouisos Vertente, cuius iustificatio requiritur, nedum ex narratiua, sed ex quo huiusmodi
1 gratiæ desiderant beneficium litigiosum *iuxt. decis. 24. de rescipt. in nou.* Constat ex reuolutione Processus, ex commissione causæ, & ex dicta resolutione super manutentione, vt respondit *Rot. dec. 455. num. 2. par. 2. rec.*

Vacatio verò, & Parocchialitas controuerti non possunt, cum tàm Franciscus, quàm Euangelista illam impetrauerint vti talem, & vacantem per obitum dicti Bernardini vltimi Rectoris, vt in dictis
2 prouisionibus; Et Presbyteratus Francisci probatur ex litteris Remissorialibus Ordinarij in actis causæ productis *Rot. dec. 91. num. 5. part. 8. rec.*

Quod autem neutri ius competat, respectu impetrantis verificatur ex propria illius confessione geminata in narratiua gratiæ, ibi, *cum autem sicut eadem petitio subiungebat à nonnullis asseratur neutri Francisco, & Euangelistæ prædictorum ius in dicta Ec-*
3 *lesia, vel ad illam competere &c.* Huiusmodi enim Confessio non solum operatur narratiuæ iustificationem *l. cum precum C. de liber. caus. Rot. cor. san. mem. Greg. decis. 89. num. 2. in rec. d. dec. 455. num. 4. dec. 699. num. 2. dec. 726. num. 2. & dec. 736. num. 6. par. 2. & dec.*
4 *68. num. 3. par. 6.* sed etiam facit, quod etsi illi aliquod ius competeret, huic Iuri renunciasse censetur, vt resoluit *Rota in Iuden. Beneficij de Resol. 9. Iunij 1595. coram Corduba, quæ est dec. 98. sub num. 1. post 2. vol. cons. Farinacc. Add. ad Sa. mem. Gregor. d. dec. 89. lit. A.*

Respectu verò Euangelistæ Collitigantis, præterquod illius non ius probatur ex reuolutione A-
5 ctorum, in quibus non apparet de facultate D. Cardinalis Francisci Barberini, qui nomine Commenda-

data-

datarij absentis contulit Parocchialem, de qua agi-
tur *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 216. Card. Mantic.*
dec. 287. num. 1. fa. me. Greg. d. dec. 89. num. 3. bo. me. Bu-
ratt. dec. 362. num. 1. in rec. dec. 10. num. 5. dec. 81. nu. 6.
d. dec. 455. numer. 4. vers. respectu autem Abbatis ac d.
dec. 736. num. 5. par. 2. ac d. dec. 65. num. 4. part. 6. in Fe-
sulana Gratiæ si neutri 27. Ian. 1563. coram Robuste-
rio, & in segobricen. Canonicatus 16. Iunij 1641. co-
ram Eminentiss. D. Card. Verospio Remouetur omne
dubium ex cessione litis ab eo facta, mediante
6 speciali Procuratore *Summ. informationis nu. 3.* Hinc
enim dum cessit liti, per necesse censetur agnouisse
nullitatem suæ prouisionis, & nullum Ius habere
ex doctrina *Bald. in l. postquam liti num. 11. vers. Ego*
dico C. de pact. Cagnol. in l. 2. num. 122. vers. respondeo
C. de eden. Tiraquell. in l. si vnquam verb. Donatione
largitus num. 203. Vbi quod, qui liti simpliciter re-
7 nunciat, non præsumitur id facere animo donandi,
sed quia inter agendum animaduertit sibi ius non
esse in re controuersa *C. de reuoc. donat. dixit Rot. in*
rec. dec. 778. num. 7. par. 3. & in Messanen. Decanatus
27. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano,
§. eoq. facilius circa finem.

Valor denique per non excessum narratus in du-
catis aureis viginti quatuor de Camera, probatur ex
Testibus de publica voce, & fama, deponentibus
omnes redditus Parochiales, de qua agitur, com-
putato anno fertili cum sterili, non ascendere ad
annua scuta quadraginta monetæ *d. Summ. num. 4.*
8 Valorem enim beneficij narratum per non excessum
probari ex depositionibus testium de publica voce,
& fama deponentium sæpius respondit *Rot. coram*
Card. Put. dec. 26. per tot. lib. 1. in correct. coram Card.
Seraph. dec. 1199. num. 4. cor. Card. Mantic. decis. 132.
num. 4. cor. bo. me. Buratt. dec. 255. num. 11. in rec. dec.
517. num. 1. par. 3. dec. 161. num. 3. par. 6. & postremo in
Melphiten. Cantoriæ 2. Martij 1646. cor. R. P. D. meo
Ottbobono.

9 His itaque omnibus iustificatis Gratia est exe-
quutioni demandanda *cap. si Capitulo vbi glos. verb.*
Exequatur de concess. Præbend. in 6. prout resolutum
fuit Francisco de Hieronymis tantum informante,
&c.

ROMANA PENSIONIS.

Mercurij 30. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Valor beneficij narratus in gratia reseruationis pen-
sionis præsumitur iustificatus ex continuatis solu-
tionibus per 29. annos etiam ad effectum petitorij,
concurrentibus adminiculis, licèt alias requiratur
exactio pensionis per 30. annos continuatos, & quæ-
nam adminicula suffragentur ad hunc effectum;
& qualiter valor narratus in reseruatione pensio-
nis probari debeat?

SVMMARIVM

1. *Valor narratus in gratia per ascensum, quando agitur in petitorio debet per concludentes probationes iustificari.*
2. *Possio dicitur iustificata, etiam ad effectum petitorij ex possessione exigendi continuata per 29. annos.*
3. *Contra quod imò per 30. annos completos quasi possessio debeat iustificari adhunc effectum.*
4. *Limita concurrentibus cum quasi possessione adminiculis, tunc enim obseruantia licet deficiant aliqui menses, perindè habetur, ac si fuisset integraliter completa.*
5. *Immemorabilis licet pro integro centenario deficiant quatuor, vel quinque anni, dummodo concurrant adminicula, dicitur iustificata.*
6. *Valor beneficij pro iustificatione pensionis probari debet pro integro decennio scilicet per quinquennium ante, & quinquennium post reseruationem.*
7. *Probationes reputantur sufficientes donec contrarium probetur ab eo, cuius culpa, & negligentia meliores haberi non possunt.*
8. *Verisimilitudo multū attenditur in materia probationum, & operatur, vt admittantur etiam leuiores probationes, quæ alias non sufficerent.*
9. *Clausula circiter verificatur etiam in decima parte minus, vel plus.*
10. *Valor modicæ quantitatis licet fuisset Pontifici narratus, illum verisimiliter non retraxisset à gratia concedenda.*

DECISIO CCVI.

ITerum DD. responderunt pro Francisco Grillo
Forosempronien. constare scilicet de Causis resti-
tutionis in integrum, persistendo in decisis coram
me sub die 19. Ianuarij præteriti ex late ibidem de-
ductis,

Non obstat, quod cum Grillus in gratia reser-
uationis pensionis ad eius supplicationem concessa
expræsserit valorem Canonicatus de quo agitur per
ascensum in ducatis centum auri, de Camera, & aga-
tur in petitorio teneatur per concludentes proba-
tiones dictam narratiuam iustificare *iuxt. doctr. Abb.*
in cap. quarelam num. 12. de elect. sæpius à Rota firma-
tam in Vercellen. Pensionis 26. Iunij 1592. coram Card.
Mantic. quæ in ordine est dec. 196. num. 2. & 3. in Carta-
ginen. Pensionis 10. Aprilis 1598. cor. Pen. cum alijs
relatis per Add. ad bo. me. Buratt. dec. 261. num. 17. &
in Perusina Parochialis seù Pensionum 1. Iunij 1641.
cor. Reuerendiss. D. meo Decano. Ideoque dum Gra-
tia non fuit concludenter iustificata, sententia
A.C. lata super nullitate Pensionis tamquam iusta
transitum fecerit in rem iudicatam. Quia cum ipse
per viginti nouem annos, ac nonnullos menses,
videlicet ab anno 1615. quo reseruationem obtinuit
vsque, & per totum mensem Augusti 1643. conti-
nuo pensionem exegerit, tàm à Pergameno, qui
ipsi reseruationi consensit, quàm ab illius successo-
re, & ab eodemmet Maro hodierno titulari, ex hac
2 possessione exigendi, & continuata obseruantia
tanti temporis gratia dicitur iustificata, etiam ad
effectum petitorij *Garz. benef. part. 1. cap. 5. num. 478.*
Rota in Bonon. Pensionis 17. Maij 1593. coram bo. me.
Card. Mellino post Marches. de commiss. par. 1. fol. 558.
in rec. dec. 505. num. 3. par. 5. in Piscien. Pensionis 6. Fe-
bruarij 1645. R. P. D. meo Otthobono, & in alijs relatis
in alia dec. §. Etenim A.C.

4 Non obstat, quod adhunc effectum obseruantia
probari debeat continuata per 30. annos completos,
ad tradita per *Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 40. num. 355.*
& 356. Rot. in rec. dec. 114. num. 11. par. 8.

4 Quia animaduerterunt DD. prædicta procedere
in simplici, ac nuda obseruantia, secus vero vbi, pro-
ut hic, cum ea concurrunt quamplura adminicula,
& probationes, tunc enim licèt pro complemento si-
milis obseruantiæ, deficiant aliqui menses perindè
habetur, ac si probaretur integraliter completa ex
allegatis in *d. dec. §. 4. ex quo circa fin.* vt in similibus
quod ad effectum probandi Immemorabilem licèt
5 pro integro centenario deficiant quatuor, vel quin-
que anni, dummodo concurrant adminicula Imme-
morabilis dicatur iustificata, firmauit *Rot. cor. bo. me.*
Card. Put. dec. 206. num. 5. in fin. lib. 1. in Cortell. Mo-
bed. dec. 3. nu. 1. de iurepatr. cor. bo. me. Buratt. dec. 142.
num. 10.

Adminicula autem, & probationes visæ fuerunt
DD. non parum releuantes; Primò enim dantur
te-

testes, qui computato anno fertili cum sterili deposuni ab anno 1614. vsque in præsens dd. Canonicatus fuisse solites annuatim reddere sc. 130. pro quolibet, non computatis pensionibus domorum, & Mansionum, illis verò computatis annua sc. 150.

Secundò partitæ libri Cammerariatus Ecclesiæ, de qua agitur, ex quibus constat Anno 1625. aliquando ascendisse ad annua scut. 137. dictis pensionibus non comprehensis, quæ licet pro iustificanda
6 pensione desiderentur integri decennij, scilicet per quinquennium Antè, & quinquennium post diem reseruationis, vt dictum fuit *in Casertana Pensionis 31. Martij 1645. cor. R. P. D. meo Bicchio §. 2. quia*, Attamen cum in casu nostro liber, in quo fuerunt descripti redditus annorum 1610 & sequentium vsque ad annum 1625. reperiatur amissus. Amissio adscribi possit negligentiæ Mari, illum non custodientis, vt ponderatum fuit in alia decisione, ne
7 ipse ex propria negligentia reportet vtilitatem, dixerunt DD. eas sufficere, donec contrarium probetur iuxta dispositionem *text. in l. ne ex dolo ff. de dol. mal. l. is, qui ff. de furt. & l. 1. §. 1. ff. de except. dol.*

Tertiò concurrit verisimilitudo: Tum ex quo est verisimile, quod titulares pensionem non persoluissent, nisi valor narratus iustificatus fuisset. Tū ex quo cæteri Canonicatus huiusmet Collegiatæ sunt maiori pensione grauati, & nemo ex Titularibus de nullitate opponit; Hinc enim satis arguitur valorem illorum ascendere ad ducatos centum de Camera, prout fuit in prædicta Gratia narratum, cum sit prorsus verisimile, quod Titulares solutiones pensionum contradixissent, nisi verè redditus adhuc
8 summam ascendissent: In materia enim probationum multum attenditur verisimilitudo *Rot. dec. 620. num. 7. par. 8. rec.* & operatur, vt admittantur etiam leuiores probationes, quæ aliàs non sufficerent *Alex. in l. edita in fin. Cod. de eden. Tiraquell. in l. si vnquam verb. Donatione largitus num. 100. & seqq. C. de reuoc. Donat. fel. me. Greg. dec. 245. num. 7. & 8. & dec. 273. n. 4. & 5.* cum alijs allegatis *in dicta Decisione §. Placuit autem.*

Denique dum Pensionarius valorem expressit in ducatis 100, de Camera cum clausula, *circiter, ibi, ad valorem annuum Centum ducatorum similium, vel circiter, vt similiter asseris ascenden.*, quæ de eo tempore constituebant scut. 140. monetæ, satis constat de veritate narratiuæ, dùm ex prædictis Testibus probatur, quod per annum ante d. reseruationem, scilicet de anno 1614. vsque in præsens, computato anno fertili cum sterili, redditus præfatorum Canonicatuum soliti fuerunt reddere annua scuta 130. non computatis pensionibus Domorum cuili-
9 bet Canonico contingentium, clausula enim, *circiter*, verificatur etiam in decima parte minus, vel plus *Corn. cons. 59. num. 5. lib. 4. Rot. cor. fel. me. Gregor.*
10 *dec. 128. num. 6.* Et hæc modica quantitas licèt Pontifici narrata illum verisimiliter nō retraxisset à gratia concedenda, vt ad nostrum propositum considerauit *Rot. in Burgen. Pensionis 4. Nouembris 1585. coram bo. mem. Card. Gipsio relata in dicta decisione §. Quia licet.*

Deducta per Marum in hodierna disputatione ad minuendos redditus Canonicatuum, tamquam non iustificata, non fuerunt per DD. habita in considerationem.

Et ita vtraque parte informante &c.

ROMANA PENSIONIS.

Mercurij 30. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem, conceditur Pensionario probanti quasi possessionem etiam ex vnica solutione sibi facta à Titulari antecessore non obstante sententia emanata super nullitate pensionis, & in iudicatum transacta, quando Pensionarius aduersus eam fuit in integrum restitutus, & ex quibus quasi possessio dicatur sufficienter probata?

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi pensionem concludenter probatur ex Instrumentis quietantiarum factarum pro diuersis terminis, & in diuersis temporibus.*
2 *Quasi possessio exigendi pensionem probatur ex vnica tantum solutione ad effectum manutentionis.*
3 *Titulus præsumitur iustificatus ex continuata possessione exigendi per 30. Annos.*
4 *Pensionarius non est manutenendus in possessione exigendi postquam per sententiam indicatum fuit pensionem esse nullam, eaque fecit transitum in iudicatum.*
5 *Limita, nisi Pensionarius aduersus eam obtinuerit restitutionem in integrum, quia interim est manutenendus in sua quasi possessione exigendi.*
6 *Pensionario non competit remedium manutentionis post latam sententiam super nullitate pensionis eamque in iudicatum transactam.*
7 *Restitutio in integrum suspendit virtutem rei iudicatæ, & negocium est repositum in pristinum statum, & causa dicitur adhuc pendere perinde, ac si iudicatum non fuisset.*
8 *Pensionarius per restitutionē in integrum aduersus rem iudicatam super nullitate pensionis interim est manutenendus in sua quasi possessione exigēdi.*

DECISIO CCVII.

Grillus, ad cuius fauorem de anno 1615. reseruata fuerat annua pensio ducatorum 24. auri de Camera super fructibus Canonicatus Pergameni, tunc temporis Canonici Ecclesiæ S. Angeli in Foro Piscium, continuauit in possessione illam exigendi tàm ab eodem Pergameno, qui illius reseruationi consensit, quàm à suis successoribus, & ab ipsomet Maro nunc prouiso de dicto Canonicatu vsque ad mensem Augusti 1643. quo Marus prætendens gratiam reseruationis non esse iustificatam, introduxit causam illius nullitatis coram A. C. & sententiam fauorabilem reportauit, quæ cum fecisset transitum in Iudicatum ob non interpositam appellationem in tempore, fuit mihi commissa causa restitutionis in integrum, & disputato dubio, an cōstaret de causis dictæ restitutionis sub die 19. Ianuarij præteriti fuit affirmatiuè resolutum, cui resolutioni non acquiescens Marus institit pro noua audientia, quam DD. eidem indulgenter mandarunt, vt eodē tempore quo reproponebatur dubium super resolutis, disputaretur etiam dubium super manutentione, quo hodie proposito, responsum fuit eidem Grillo concedendum esse mandatum de manutenendo.

1 Huiusmodi enim possessio continuata vsque ad diem motæ litis per 29. annos, & vltra probatur ex Instrumentis quietantiarum *Summ. illius præteritæ positionis num. 2.* quæ cum factæ fuerint pro diuersis terminis, & in diuersis temporibus faciunt con-
2 cludenter probationem, etiamsi adhuc effectum vnica solutio sufficeret *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 53. de caus. poss. & propriet. Cardin. Seraph. dec. 1411. num. 2. & 3. Rot. post Modern. Perus. de manut. dec. 180. num. 4. cum seqq. & dec. 188. num. 1. & 2. in Rom. Subcollectoriæ 17. Martij 1645. coram R. P. D.* meo

meo Bichio, & in Asten. Pensionis 15. Decembr. eiusdem
anni coram R. P. D. meo Otthobono, eoque magis cum
3 doceat de titulo eius reseruationis, cuius iustificatio
præsumitur ex præfata continuata possessione tanti
temporis, vt dictum fuit in *d. Dec. sup. restitut. in in-*
tegrum §. Etenim A. C.

4 Non obstat, quod Pensionarius non sit manute-
nendus in possessione exigendi, postquam per sen-
tentiam iudicatum fuit pensionem esse nullam, ea-
que transitum fecerit in rem iudicatam *cap. Cum di-*
lectus de caus. poss. & propriet. Quia cum aduersus d.
sententiam obtenta fuerit causa restitutionis in in-
5 tegrum, interim ille manuteneri debet, qui re-
peritur in sua possessione exigendi *Marescott. var. re-*
sol. lib. 2. cap. 64. num. 10. Cæsar. de Grass. dec. 4. num. 4.
in fin. de caus. poss. & propriet. Card. Seraph. dec. 1326.
num. 4. & 5. & fuit dictum in Lucana bonor. 27. Febr.
1606. coram Sanctiss. D. N. in rec. dec. 111. num. 8. par. 1.
dec. 591. num. 4. part. 2. & in Anagnina Pensionis 18.
Martij 1630. coram Eminentiss. Card. Verospio.

6 Non obstat, quod post latam sententiam super
nullitate pensionis, eamque in iudicatum transa-
ctam non competat Pensionario remedium manu-
tentionis *cap. Cum dilectus de caus. poss. & propriet.*
cum alijs allegatis in Anagnina Pensionis 18. Martij
1630. cor. Eminentiss. Card. Hieronymo Verosp. Quia
7 cum per restitutionem in integrũ obtentam aduer-
sus d. sententiam fuerit suspensa Virtus Rei iudica-
tæ, & negocium repositum in pristinum statum, &
causa dicatur adhuc pendere, perindè acsi iudica-
8 tum non fuisset, interim Pensionarius existens in pos-
sessione exigendi est manutenendus *Cæsar. de Grass.*
dec. 4. de caus. poss. & propriet. quæ est repetit. par. 1. di-
uers. dec. 35. Rot. in Venetiarum Census 22. Martij 1596.
cor. Card. Arigonio, & in Zamoren Pensionis 23. Octo-
bris 1598. cor. Penia Card. Seraph. dec. 1326. num 4. &
5. cor. sa. me. Greg. dec. 58. num. 8. & in Cartaginen. Pen-
sionis 14. Martij 1600. cor. Card. Lancellott. & in Lu-
cana Bonor. 27. Febr. 1606. cor. Sanctiss. D. N. in rec.
dec. 111. num. 8. par. 1. & in Rom. Census 9. Nouembr.
eiusdem anni coram eodem Penia, & in dec. 591. num. 4.
par. 2. rec. & in d. Anagnina Pensionis in Rom. subcol-
lectoria §. fin. 17. Martij 1645. cor. R. P. D. meo Bichio,
& in Senogallien. Prædij eiusdem anni coram R. P. D.
meo Meltio §. eoque magis.

Et itá resolutum vtraque &c.

ROMANA DELVRAGHIS,

Luna 4. Iunij 1646,

ARGVMENTVM.

Assignatio alicuius corporis ex bonis cõmunis debitoris non determinate pro credito in futurum declarãdo, in quam causam cedere debeat. Sequuta declaratione crediti? Compensatio ad euitandum cursum vsurarum fit ipso Iure non expectata partis oppositione. Item quando concurrit præiudicium aliorum creditorum, lex inducit compensationem vsque ab initio etiam non oppositam.

SVMMARIVM.

1 *Assignatio facta creditori in quam causam cedere debeat, quando non est facta determinate pro credito in futurum declarando.*

2 *Declaratio crediti censetur à principio inesse assignationi factę creditori pro credito indeterminate.*

3 *Assignatio facta creditori cedit in causam anteriorem, & antiquiorem, dum alia contraria conuentio facta non est.*

4 *Assignatio facta creditori cum clausula sine præiudicio creditorum anteriorum non debet cedere in eorum præiudicium.*

5 *Dictio*, in euentum in quem, *denotat conditionem suspensiuam.*

6 *Clausula* non alias aliter, nec alio modo, *inducit conditionem suspensiuam, & operatur, vt actus habeatur pro non facto, & remouet consensum ab actu in casu præiudicij, & num. 7.*

8 *Assignatio facta cum præseruatiua creditorum anteriorum non censetur facta pro credito posteriori in eorum præiudicium.*

9 *Assignatio facta creditori ad dictamen sapientis operatur, vt solutio facta censeatur in eam causam, in qua de Iure fieri debet.*

10 *Solutio in sententijs graduatorijs fieri debet gradatim prius anteriori, & deinde posteriori creditori.*

11 *Solutio in quam causam cedat ex quibus deducatur? & num. 12.*

13 *Datio in solutum cedere nequit pro credito non liquido, nam animus non fertur in incognitum.*

14 *Solutio in dubio referenda est ad debitum certum, & non controuersum.*

15 *In materia liquidationis non attenditur tempus sententiæ liquidationis, sed petitionis, ad quam liquidatio retrotrahitur.*

16 *Assignatio indeterminatè concepta pro summa declaranda non respicit magis tempus primæ, quam secundæ declarationis.*

17 *Tempus indeterminatè prolatum nõ potest referri potius ad vnum, quam ad aliud tempus.*

18 *Iudex si in sententia graduatoria reseruauit sibi facultatem declarandi, & liquidandi aliquod creditum facta declaratione creditum censetur graduatum ab initio.*

19 *Actio, & passio ne detur in eodem subiecto tunc compensatio legis ministeria inducta censetur ipso Iure.*

20 *Compensatio non inducitur ipso Iure, sed parte tantum opponente.*

21 *Fallit, quando agitur de impediendo cursu vsurarum, nam in illarum odium compensatio fit ipso iure ab initio.*

22 *Compensatio quando non agitur in materia vsurarum, sed in alijs casibus tutius est, quod illa opponatur.*

23 Surd. dec. 117. *tenens in materia vsurarum non induci compensationem ipso iure communiter reprobatur.*

24 Surd. de alimentis quæst. 42. nu. 85. & seqq. *Distinguens ad effectum, compensationis vsuras odiosas, & fauorabiles loquitur sine fundamento.*

25 *Compensatio ipso Iure, an fiat, quando agitur de vsuris dotalibus? & num. 26.*

27 *Compensatio inducitur ipso iure vsq; ab initio etiam sine oppositione, quando agitur de præiudicio aliorum creditorum.*

28 *Compensatio inducitur ipso iure, quando in eadem persona concurrit debitum, & creditum, & DD. contrarium tenentes in quibus terminis loquantur? & num. 29.*

30 *Sententia lata super liquidatione crediti facta liquidatione, retrotrahitur ad diem petitionis, licèt de eo tempore creditum esset controuersum.*

31 *Retrotractio non requirit, quod extremum actu concurrat, sed sufficit potentialiter.*

32 *Liquidatio in materia compensationis retrotrahitur ad principium Iudicij.*

33 *Compensatio vt ipso Iure inducatur, non requiritur scientia compensare debentis, sed sufficit creditum esse certum, & ratio redditur num. 35.*

34 *Ignorantia hominis non impedit operationem legis.*

DE-

DECISIO CCVIII.

COnsulta Rota ab A.C. super assignatione Domus
traditæ Ven. Congregationi Lateranen. à credi-
toribus illorum de Luraghis, An scilicet fuerit tra-
dita ad computum primi partiti anni 1585. vel po-
tiùs secundi anni 1588. per binas decisiones *sub die-
bus 11. Maij 1637. & 26. Aprilis 1638. coram bo.me.
Merlino*, resolutum fuit domum fuisse traditam in
computum secundi partiti, & iuxtà Rotæ resolutio-
nem fuit ab A.C. pronunciatum. Sed interposita
appellatione per d. Primicerium, & Basilicanos S.
Marci Venetiarum Donatarios Delfini, & disputa-
to dubio, An sententia A.C. sit cõfirmanda, vel infir-
manda, me proponente, infirmandã esse responsũ fuit

Etenim sub die 25. Ianuarij 1596. factum fuit de-
cretum in Congregatione Deputatorum creditorũ
qq. Pompilij, & Io: Baptistæ de Luraghis dandi in-
solutum domum, de qua agitur dictæ Ven. Congre-
gationi Lateranensi pro scutis 13. mil. prout sub die
9. Aprilis eiusdem anni fuit actualiter solutum
data pro dicta summa scutorum 13. mill. compen-
sanda in summa, in qua eadem Congregatio fuerit
declarata creditrix sub his pactis, & conditionibus,
& per hæc eadem verba *Cum sit, & fuerit &c. quod
post decoctionem &c. deputati à creditoribus decreue-
rint dare, assignare, & transferre, ac dederunt, &c.
Ven. Congregationi Canonicorum Regularium Latera-
nen. &c. præfatas domum magnam, & Domunculas
insolutum, & pagamentum, seù satisfactionem pro scu-
tis 13. mill. monetæ compensan. in summa, in qua fuerit
declarata ead. Congreg. creditrix eiusdem Luraghi cum
alijs pactis in eodem Decreto contentis, & in specie
conficiendi desuper Instrumentum ad sensum sapientis,
&c. Hinc est, &c. quod Deputati à dicta Congregatione,
&c. Reseruata d. creditoribus in omnem, & quemcum-
que casum, & euentum speciali hypotheca super dictis
domo, & Domunculis, quæ numquam modo aliquo in-
telligatur à dictis creditoribus abdicata, & in d. Ven.
Congregatione translata, nisi ad finem, & effectum va-
liditatis, & perpetuæ firmitatis præsentis Instrumenti
ac satisfactionis, seù insolutum dationis prædicta, sine
tamen præiudicio quorumcumque Iurium alijs credito-
ribus, potioribus competen. in euentum, in quem de ta-
li prioritate, & potioritate aliquo congruo tempore le-
gitimè constaret, & non alias &c. supradictam domum
magnam Iure proprio, & in perpetuum cum releuatio-
ne d. hipotheca, & alijs reseruationibus, de quibus su-
pra, dederunt, & tesserunt, & insolutum, & paga-
mentum transtulerunt &c. & inferius, quæ scut. 13. m.
Idem Procurator &c. bona facere, & compensare pro-
ut ex nunc compensauit, & bona fecit eisdem dd. cre-
ditoribus absen. in summa, & quantitate pecuniar.
in qua d. Ven. Congregatio fuerit declarata creditrix d.
D. Io: Baptista &c.*

Hinc autem fit euidens assignationem factam nõ
1 fuisse determinatè pro credito in futurum declaran-
do; Vndè dum posteà per subsequutam sententiam
bo. me. Iusti Congregatio de anno 1602. fuit decla-
rata creditrix vigore primi partiti, consequens est
vt in hanc causam cessct assignatio vsque ab initio,
2 perindè acsi ab eo Instante facta fuisset declaratio,
cum per relaxationem ad declarationem faciendam
eadem declaratio videatur à principio inesse assi-
gnationi, *l. asse toto ff. de hæred. instit. Caputaq. dec. 204.
num. 4. part. 1. Rot. dec. 362. num. 4. par. 1. rec.*

Comprobatur hæc veritas ex antecedentibus, me-
dijs, & subsequentibus. Clemens enim VIII. S. me. per
speciale decretum, quod legaliter in eius Breue
motu proprio emanato, expræsè præcepit assigna-
tionem fieri vnicuique ex creditoribus iuxta priori-
tatem, & potioritatem ipsorum, ac iuxtà æstima-
tionem per Peritos faciendam *Summ. Primicerij nu-
mer. 6.* Dum itaque deputati in exequutionem huius
Decreti Domum hanc assignarunt Ven. Congrega-
tioni Lateranensi, assignatio censetur facta ad limi-
tes Decreti, hoc est in causam anteriorem, & anti-
3 quiorem, in quam, circumscripto etiam Decreto,
de Iure cessisset, dum alia conuentio in contrarium
facta non fuit per *text. clares in l. in his verè, & l. si
ex pluribus ff. de solut. Menoch. de præsump. lib. 3. præ-
sum. 136. sub num. 10. & seqq. Surd. dec. 186. sub num. 5.
Rot. dec. 113. sub num. 3. vers. aut saltem par. 1. diuers.*

Pacta etiam, & conditiones appositæ in ipso In-
strumento assignationis, hoc clarè indicant, quia
assignatio fuit facta sinè præiudicio creditorum an-
4 teriorum, quibus tamen fuisset præiudicatum, si
assignatio cessisset ad Computum secundi partiti. Et
vlterius addita fuit clausula *in euentum, in quem de
tali prioritate aliquo vnquam tempore legitimè constet
& non alias &c.* Dictio enim *in euentum, in quem* de-
5 notat conditionem suspensiuam. *Cæsar. de Grass.
dec. 11. num. 4. de testam.* Et clausula illa, *& non alias*
6 inducit conditionem suspensiuam, itaut ea purifi-
cata actus habeatur pro non facto *Rot. apud Verall.
decis. 82. num. 3. par. 1. & dec. 446. num. 5. par. 1. diuers.*
7 Imò remouet consensum ab actu in casu præiudicij
*Verall. d. dec. 82. num. 4. Rot. in rec. dec. 115. nu. 6. par. 1.
& decis. 746. num. 1. ad fin. part. 2.* Dùm ergo partes
8 tàm enixæ præseruarunt præiudicium Anteriorum,
volentes, quod aliàs potius actus haberetur pro non
facto, suspicari non potest, quod voluerint assigna-
re domum pro secundo partito in euidens anterio-
rum præiudicium, contra tot expræssas, & gemina-
9 tas protestationes: Cum præsertim assignatio facta
fuerit ad dictamen sapientis, quod operatur, vt so-
lutio censeatur facta in eam causam, in quam de
Iure fieri debebat, vt notat *Bald. in l. 1. num. 1. C. de
solut.* & sic in causam antiquioris debiti, cum de
10 Iure, & consuetudine in discussionibus, & sententijs
graduatorijs solutio fieri debeat gradatim priùs an-
teriori, & deindè posteriori *l. pro debito*, & ibi, *Bald.
& Castr. num. 1. Salic. num. 2. cæterisq; scribentes C. de
bon. autor. iudic. possiden.*

Ex subsequutis etiam hoc declaratur: Tùm quia
Congregatio mediante suo Procuratore, iteratis
vicibus in iudicio declarauit se retinere domum, de
qua agitur, ex causa eius crediti prouenientis ex d.
primo partito, vt legitur in eodem *Summar. Primi-
cerij num. 16. et 17.* & vigore huiusmodi declaratio-
num se defendidit in eius possessione aduersus alios
11 creditores anteriores secundo partito: Ad effectum
enim eligendi in quam causam cedat solutio sufficit
generale mandatum, *Bart. in l. cum ex pluribus 103.
post princ. ff. de solut. Imol. in l. 1. numer. 6. ad fin. vers. si
autem eligit ff. eodem Grat. discept. for. cap. 224. num. 4.
12 vers. Prout idem esset.* Tùm quia eadem Congre-
gatio obtinuit sibi assignari partem Casalis in com-
putum crediti secundi partiti, quod obtinere non
potuisset, si hoc secundum creditum fuisset iam ex-
tinctum per antecedentem assignationem domus.

Ideò non obstat motiuum decisionum bon. mem.
Merlini, quod cum de tempore dationis insolutum
non esset cognitum Deputatis, minusuè liquidum
13 creditum primi partiti, non potuerit in eius satis-
factionem cedere datio, cum Animus non feratur
in incognitum, *l. Mater decedens, ff. de inoff. testam.
l. hæres institutus ff. de acquir. hæred. Aret. cons. 5 nu. 1.*
14 Et in dubio solutio sit referenda ad debitum cer-
tum, & non controuersum *l. 1. vbi glos. et Bart. ff.
de solut. Anna alleg. 112. num. 7. 8. et 9. cum pluribus*

addu-

adduxit in vtraque decisione.

Quia ex hodierno *Summ. Primicerij sub numer.* 14.
apparet creditum primi partiti deuenisse ad noti-
tiam deputatorum vsque, & ab anno 1595. median-
tibus actibus iudicialibus factis de mense Martij, &
Octobris eiusdem anni, & licèt adhùc non fuisset li-
quidatum, nec etiam erat liquidatum creditum
prouenicns ex secundo partito. Vndè ex hoc capi-
te non potest referri solutio magis ad creditum se-
cundi, quàm primi; Et sanè defectus liquidationis
obstare non potest, dum partes expræssè se retule-
runt ad tempus futurum, & ad liquidationem in
futurum faciendam, ibi, *in summa, ia qua fuerit Con-
gregatio declarata creditrix*, Vndè nihil refert, quod
non esset liquidum, sed satis est, quod vtrumque
creditum fuerit à Congregatione petitum: In ma-
15 teria enim liquidationis non attenditur tempus
sententiæ liquidationis, sed petitionis, ad quam
liquidatio retrotrahitur *Gallef. in tract. de formul. Ca-
meral. oblig. tit. de liquid. nu. 6. in fin. Menoch. conf. 858.
nu. 6. cum seqq.* liquidatio enim nihil aliud est, quàm
declaratio, declaratio verò retrotrahitur ad princi-
pium actus, *glos. in l. si mulier in princ. ff. de leg. 3. Soc-
cin. sen. cons. 23. num. 19. lib. 4. benè Menoch. vbi supra
d. cons. 858. num. 9. 10. & 11.* vbi quod non est opus
ab initio liquidare, sed liquidatio superueniens tra-
hitur retrò, & operatur, acsi ab initio petitionis fa-
cta fuisset.

Similiter nihil obstat, quod fuerit priùs liquida-
tum creditum ex secundo partito in sententia lata
de anno 1600. quàm ex primo per aliam sententiam
anni 1602. Quia cum assignatio, vt dictum est, fue-
16 rit indeterminatè concepta pro summa declaran-
da, non respicit magis tempus primæ, quàm secun-
17 dæ declarationis, hæc enim est virtus temporis
indeterminatè prolati iuxtà *Theoric. Soccin. in l. So-
lemus num. 6. ff. de condict. & demonstr. quàm sequitur
Casanate conf. 4. num. 105. & 106. Castill. contr. iur. lib.
5. cap. 89. num. 31. & 32.* Et vlterius Iudex in prima
sententia graduatoria expræssè sibi reseruauit fa-
cultatem declarandi, ac liquidandi aliud creditum
eiusdem Congregationis ex causa primi partiti an-
ni 1585. vt in ea legitur *sub numer. 8. in fin. vers. & in-
18 super*: Dum itaque subinde illud declarauit, & li-
quidauit, cum expræssa graduatione superomnia
alia credita tempore posteriora in antecedenti sen-
tentia graduata, vt expræsse habetur *sub nu. 9. vers.
Et alterius*, perindè habetur, ac si in eadem prima
sententia illud quoque creditum fuisset graduatum
ad trad. per *Rimiaald. Iun. cons. 299. sub num. 51. vers.
quoniam declaratio cum seqq. Surd. dec. 29. num. 4.*

Cæterum vbi adhuc ab initio assignatio non ces-
sisset in causam primi partiti, dum Congregatio
accepit domum insolutum sub obligatione resti-
tuendi Prioribus, & potioribus, eo ipso tenebatur
19 sibi ipsi restituere in causam primi partiti, tanquam
anterioris, proindeque nè in eodem subiecto dare-
tur actio, & passio contrà text. *in leg. Frater à Fra-
tre ff. de condit. indebit.* fuit ipso Iure legis ministerio
inducta compensatio ad celebr. text. *in l. si constat 4.
C. de compensat. & in l. Virum, & in l. postquam 21.
ff. eodem.*
20 Nec obstat responsio postremæ, *decis. in vers. non
obstat*, scilicet compensatio non inducatur ipso iure
sed parte tantùm opponente, & ab ipsa die oppo-
sitionis, ex tradit. *per Surd. dec. 191. num. 15. & 16.
et cons. 246. num. 28. Honded. cons. 38. num. 25. et seqq.
lib. 2.*

Quia præter quod contrariam opinionem tuen-
tur DD. magni ponderis, & in specie *Mantin. antiq.
glossat. relatus à glos. in d. l. constat. & in l. vltima de
compens. Tyndor. de compen. art. 6. num. 47. & 51. cum
alijs relatis à Rota in Rom. pecun. 11. Martij 1643. cor.
21 R. P. D. meo Verospio*, opinio contraria non recipi-
tur, quando agitur de inhibendo cursu vsurarum
in odium enim illarum compensatio fit ipso Iure, &
ab initio Ministerio legis, non expectatâ partis op-
positione, vt probant, *Text. clari in l. eius 7. C. de
solut. Et in l. etiam C. eod. & limitando regulam in con-
trarium tradunt Alex. cons. 74. num. 4. lib. 5. Soccin. cons.
130. num. 20. lib. 4. Pereg. cons. 70. num. 1 libr. 4. Aldo-
uin. cons. 84. num. 17. idem Hond. cons. 38. num. 19. d. lib.
2. Scacc. de comerc. & Camb. §. 2. glos. 2. num. 425. Fon-
tanell. de pact. nuptial. claus. 6. glos. 2. part. 6. num. 61. cum
seqq. referens ita obtinuisse in Senatu Cathaloniæ, Crass.
de except. except. 16. sub n. 49. Gigas. de pensionib. q. 92.
num. 8. Roland. cons. 87. num. 28. lib. 1. latè Io. Franc. à
Ponte cons. 19. per tot. Valenz. cons. 78. num. 34. Rode-
ric. de annuis redditibus lib. 2. qu. 18. num. 1. cum seqq.
& quæst. 19. num. 2. Tiraquel. de retract. lignag. § 3. glos.
22 3. num. 10. in fine*, vbi quod, & si in alijs casibus tu-
tiùs est hanc exceptionem opponere, vbi tamen
agitur de vitandis vsuris, non est opus alia protesta-
tione, vel declaratione, quod idem refert, & sequi-
tur *Munoz de Escobar. de ratiocin. part. 2. compat. 14.
num. 2. cum plurib. seqq. & num. 13. Franch. decis. 642.
num. 5. Rot. Ianuen. dec. 14. num. 2. Capic. Latr. dec. 53.
num. 1. par. 1. & dec. 483. num. 4. par. 3. rec.*
23 Nec proindè multum est curandum de eo, quod
dicit *Surd. dec. 117.* Quia eius doctrina est commu-
niter reprobata, vt aduertit *Hodiern. in addit. ad d.
dec.* & loquitur contra Communem, vt probant om-
nes supra adducti, & idem *Surd.* tenet contrarium,
in tractatu *de alim. tit. 1. qu. 42. num. 85. cum seqq.* Di-
24 stinctio verò ab eodem tradita *num. 6. cum seqq.* in-
ter vsuras odiosas, & fauorabiles caret fundamento,
vt aduertit *idem Fontanell. loco supracitato d. claus. 6.
glos. 2. part. 6. num. 67.* qui proinde tenet contrarium
25 etiam in vsuris dotalibus, quæ sunt fauorabiles con-
stituerunt *Alex. cons. 74. num. 4. lib. 5. Pereg. cons. 70. n.
1. lib. 4. Aldouin. cons. 84. num. 16. Surd. de alim. d. quæst.
42. num. 85. Rot. ad dec. 53. num. 1. par. 1. diuers.*, licèt
in casu nostro non agatur de vsuris dotalibus, vel
26 alijs fauorabilibus, sed de vsuris ob moram non
extincti Census, in quibus etiam ipse *Surd.* admit-
tit compensationem ipso Iure.

Vlterius in his facti circumstantijs Domini ha-
buerunt hanc conclusionem pro indubitatam, aliter
enim sinè compensatione magnum fieret præiudi-
cium creditoribus, qui ob ingentia damna, & inte-
resse, quæ decurrissent ex primo credito non pos-
sent consequi suam satisfactionem ex bonis commu-
27 nis debitoris, vbi autem aliàs fit præiudicium, &
resultat damnum ei, qui compensare poterat, lex ad
euitandum hoc præiudicium inducit ab initio com-
pensationem, etiam non oppositam, *Faber. in §. bo-
næ fidei, num. 8. instit. de act. Sebast. Medices tract. de
compens. par. 1. qu. 40. num. 2. & 8. Roderic. de Annuis
reddit. d. lib. 2. quæst. 18. num. 3. & 4. Scac. de comerc. &
Camb. d. § 2. glos. 5. num. 431. Valenzuel. cons. 78. num. 37.
Hodiern. in addit. ad d. decis. 117. Surd. sub num. 6. & 7.
Capic. Latr. d. dec. 25. num. 22. à Rot. plurib. relatis in d.
Rom. pecun. 11. Maij 1642. cor. R. P. D. meo Verospio
vers. Imò ad. etiam.*

Idque tanto magis, quia in hoc casu debitum, &
28 creditum concurrunt in eadem persona, vndè cum
idem non possit esse creditor, & debitor sui ipsius,
ipso iure fit compensatio per extinctionem crediti,
& debiti, vt per *text. in l. Vranius ff. de fideius. optimè
explicat. Alex. cons. 149. sub num. 2. vers. tamen quando*

pone-

*poneremus lib. 2. & eo relato Rot. Ianuen. decis. 190.
num. 10.* Doctores autem, qui contrarium tenent,
vel non loquuntur, vbi creditum, & debitum con-
currunt in eadem persona, vel non loquuntur ad
euitandas vsuras, vel intelligendi sunt, vt requiratur
29 quidem partis oppositio pro declarando animo
compensare volentis, oppositione tamen semel, &
ex interuallo facta, retrotrahitur eius effectus ad tē-
pus, quo fieri poterat, vt declarat, *Io. Faber. in §. in
bonę fidei, num. 11. & 12. vers. ex hoc concluditur instit.
de action. Cost. de retract. capit. 9. cas. 4. num. 13. Surd.
de alim. vbi supra tit. 1. quęst. 42. num. 88.*

His positis nihil obstat, quod ab initio creditum
primi partiti non esset certum, nec liquidum, nec
30 Congregationi notum, quia secuta liquidatione, &
certificato credito, sententia retrotrahitur ad diem
petitionis, licèt de illo tempore esset controuersum
id, quod petitur *Bald. conf. 274. num. 2. lib. 3. Thesaur.
inn. quęst. foren. lib. 4. quęst. 21. num. 7.* ad fictionem
31 enim retrotractionum non requiritur, vt extremum
ad quod concurrat actualiter, sed sufficit, quod po-
tentialiter, vt consuluerunt, *Ber. cons. 46. nu. 34. lib. 1.
Giouagn. cons. 35. num. 15. lib. 1.* & in terminis, quod
32 liquidatio retrotrahatur ad principium iudicij ad
effectum compensationis dixerunt *Thesaur. inn. de
d. quęst. 21. num. 7. & 12. lib. 4. Fontanell. decis. 206. n. 16.*
33 Pro facienda verò compensatione ipso iure non
requiritur scientia, & notitia compensare debentis,
sed sufficit creditum esse certum per rerum naturā;
34 ignorantia quippè hominis non impedit operatio-
nem legis, vt probatur ex difficili text. *in l. ventre
prgterito, 84. l. cum quidam 30. §. suum hęredem, ff. de
acquir. hęred. vbi Bart. & reliqui scribentes,* & in ma-
teria compensationis consuluit, *Corn. cons. 111. nu. 7.
lib. 4. & tradit in his terminis Capic. Latr. d. decis. 25.
num. 4.* Cum præsertim nihil interesset Congrega-
tioni, quod in primum, vel secundum creditum
cederet solutio, sed solùm intererat exigere à decre-
35 to, & extenuare sua credita, quo casu notitia credi-
ti compensandi non requiritur, vt in similibus ter-
minis respondit *Rot. dec. 131. sub numer. 9. vers. 4. non
obstat par. 2. diuers.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

FVLGINATEN. DOTIS.

Lunę 4. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Instrumentum dotale vallatum obligatione Camerali habet executionem paratam. Præscriptio crediti dotalis, quando contra mulierem currere incipiat, & contra Instrumentum iuratū, quænam præscriptio requiratur, & an possit ab eo inchoari, qui sciebat se debitorem, stante eius mala fide, & an incepta per defunctum possit compleri ab hæreditate iacente, & an per hæreditatem iacentem possit inchoari præscriptio?

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dotale vallatum obligatione Camerali habet executionem paratam.*

2 *Præscriptio non currit contra non volentem agere.*

3 *Mulier suscipiens alimenta in domo paterna non potest eodem tempore alimenta suscipere, & dotem petere.*

4 *Præscriptio aduersus contractum iuratum non perficitur minori spatio quadraginta annorum.*

5 *Præscriptio non potest inchoari à debitore, qui sciebat se teneri ad solutionem propter eius malam fidem.*

6 *Mala fides defuncti nocet etiam hæredibus ad effectum præscriptionis.*

7 *Hæreditas iacens, licet compleat præscriptionem captam per defunctum, nouam tamen inchoare non valet.*

DECISIO CCIX.

BArtholomęus Rubinus de anno 1601. nuptui tradidit Flaminiam eius filiam Petro Nicolao Bernardo cum promissione dotis scutorum 2300. destinatæ in pluribus paghis, vt ex Instrumento *in extractu pag. 4.*

Dissoluto matrimonio de anno 1607. per mortem Petri Nicolai Viri, ac etiam defuncto Bartholomæo patre, dote non soluta, Flaminia redijt ad domum paternam, ibique alimenta suscepit à Francisco eius fratre vsque ad annum 1620. vt ex Testibus *Summar. num. 2.*

Pro consequutione dotis, vt supra promissæ egit Flaminia de anno præterito contra eundem Franciscum vti filium, & hæredem Bartholomæi debitoris, sed repudiata per ipsum paterna hæreditate, fuit illi, adhuc iacenti, deputatus Curator, eoque citato, Flaminia obtinuit ab A.C. relaxari mandatum exequutiuum pro scutis 1300. sine præiudicio residui, à quo cum appellasset dictus Curator, & curasset mihi committi causam appellationis cum clausula, *Si quid exequen.* dubitaui hodiè, an dictum mandatum esset exequen., & DD. affirmatiuè responderunt, cum sit validum, & iustum.

Validitas non controuertitur, Iustitia verò est pa-
1 tens, cum actum fuerit vigore Instrumenti dotalis
Camerali obligatione vallati, quod habet exequu-
tionem paratam *Castr. in l. post rem iudicatam in fin. ff.
de re iudic. Rota in recentior. dec. 168. num. 1. par. 7. &
in Camerinen. Dotis 10. Decembris 1638. cor. R. P. D.
meo Ghisilerio.*

Non obstat exceptio præscriptionis, quia animad-
uerterunt DD. quod ab anno 1601. vsque ad annum
1607. quo matrimonium durauit, nulla potest alle-
gari pręscriptio contra Flaminiam, cum enim con-
stante matrimonio exactio dotis spectet ad virum
2 non autem ad mulierem, contra eam agere non
volentem præscriptio non currit, vt est *textus singu-
laris in l. rebus C. de iur. dot. Ias. in l. si constante
num. 107. ff. solut. matrim. Abb. cons. 31. ante num. pri-
mum, & cons. 101. sub num. 6. vers. nec constante lib. 1.
Alex. cons. 83. sub num. 11. vers. prgscriptionem tantum-
modo lib. 6. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1 par 2.
num. 51. Larr. decis. Granat. 49. num. 5. Card. Caual.
decis. 213. sub num. 7. vers. et contra mulierem.*

Ab anno autem 1607. quo matrimonium fuit dis-
solutum vsque ad annum 1620. quo Flaminia cohabitauit in domo paterna, pariter nulla fuit inchoa-
ta præscriptio; cum enim dicto integro tempore
alimenta susceperit, non poterat eodem tempore,
& alimenta consequi, & petere dotem, vt post
3 *Soccin. sen. cons. 126. sub num. 5. vers. secundo libr. 1.*
refert decisum *Vinc. de Franch. decis. 217. num. 4. & 5.
ibique Nouar. in Addit. post princ. vers. quoniam in hoc
casu lib. 1. Vrsill. ad Afflict. dec. 370. num. 3.*

Demum ab anno 1620. vsque ad diem motæ litis
non effluxit tempus sufficiens pro præscribendo hoc
credito dotali, non quidem de iure communi, cum
4 præscriptio aduersus contractum iuratum non per-
ficiatur minori spatio quadraginta annorum *l. cum
postea §. si is, qui temporali vbi Bart. & Castr. ff. de
Iur. iur. Aym. cons. 71. num. 2. Buratt. decis. 457. nu. 1.*
& dictum fuit *in Romana fructuum Census 11. Decem-
bris 1645. coram me.* Prout nec minus de iure mu-
nicipali Statuti Vrbis, quatenus intraret, cum illud
lib. 1. cap. 158. expressis verbis excipiat dotes, ibi,
exceptis dotibus donationibus propter nuptias &c. &

tra-

tradit *Ferron. ibi dem num. 44. & 45.*

Et in hanc sententiam eo libentius Domini inclinarunt, stante mala fide Bartholomæi debitoris; d
enim ipse pro solutione dictæ dotis reperiebatur
sub duplici iuramento obligatus, in forma Came-
5 ræ, propter malam fidem, ex quo sciebat se teneri
ad illius solutionem, ipso viuente nulla inchoari
potuit præscriptio *cap. dudum de decim. cap. quoniam
de præscript. c. cap. successor de regul. iur. in 6. Aym. conf.
146. num. 2. Surd. conf. 276. numer. 18. & 21. Honded.
conf. 82. num. 39. & seqq. lib. 1. Rot. in recent. decis. 372.
num. 9. par. 5. dec. 600. num. 39. eadem par. 5. tom. 2.
dec. 281. num. 15. par. 7. & dec. 373. num. 16. par. 8.* Quæ
6 mala fides Bartholomæi defuncti nocet etiam eius
hæredi *l. male agitur C. de præscript. 30. vel 40. ann.
Alex. cons. 4. num. 21. lib. 2. Honded. cons. 17. num. 85. &
d. cons. 82. num. 46. lib. 1. Aym. d. cons. 146. num. 7.* &
in his terminis *Rota coram fa. mem. Gregor. decis. 249.
num. 6. d. decis. 372. num. 3. 4. & 5.* & alijs relatis hanc
opinionem sequuta fuit *in Rauennaten. Census 26.
Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Bicchio, & postremo
in Romana Censuum 16. Martij præteriti cor. R. P. D. meo
Rotæ s, vers. rursus quia.*

Idque tantò magis in casu, de quo agitur, cum
actum fuerit contra hæreditatem iacentem; dum
enim ex mala fide Bartholomæi, eius vita durante,
præscriptio inchoata non fuit, neque ipso defuncto
7 per hæreditatem iacentem inchoari potuit, licet hæ-
reditas iacens compleat præscriptionem cæptam
per defunctum *l. cæptam ff. de vsucap.* nouam tamen
incohare non valeat iuxta claram dispositionem
*text. in l. fin. §. post mortem ff. eod. ibique punctualiter
Castr. num. 2. & 3. Bald. de præscip. par. 2. & 3. principal. quæst. 19. §. tertium, & quartum sub num. 2. vers.
quia hæreditas iacens inter tract. magn. tom. 17. fol. mihi
69. à tergo Corn. cons. 214. num. 6. lib. 2.*

Et ita resolutum vnica tantum &c.

ROMANA, SEV NEPESINA TVTELLÆ.

Veneris 8. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Tutor non reddit sufficientem rationem de administratis ab eo exhibendo liberculum eius manu conscriptum inordinatè tantum, in quo partitæ sunt in confuso adnotatæ absque appositione causæ, diei, mensis, & anni, sed tenetur exhibere librum tutelarem, qui si probetur penès eum extare, nec illum exhibeat, præsumitur facere contra ipsum, & censetur tutor illum dolosè occultare.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum taxatio fieri debet habito respectu ad qualitatem personarum, & loci.*

2 *Testis depositio primo loco facta iudicialiter, & seruatis seruandis præualet secunda depositioni factæ extraiudicialiter ad perpetuam rei memoriam.*

3 *Testis dictum primo loco iudicialiter factum non potest reuocari per secundum extraiudicialem.*

4 *Tutor, dum sæpius in redditione rationis variauit in partitis, hic efficaciter, deducitur calculum non esse super veritate fundatum, sed confectum de eius capite pro augendo suo credito.*

5 *Tutor eo ipso quod recusat exhibere librum rationum cuius existentia penes ipsum probatur, præsumitur quod contra eum faciat, & ideo occultari, ne contra ipsum detegatur veritas.*

6 *Liber Tutoris inordinatè tentus, & in confuso, absque expressione causæ, & dierum, sine qua non potest elici veritas parti non probat, ad eius fauorem.*

7 *Occultans librum tutelæ existentiæ penes ipsum probatur præsumitur quod liber faciat contra ipsum.*

8 *Fides extraiudicialis nullam facit fidem.*

9 *Testibus est potius deferendum, quàm simplicibus attestationibus.*

10 *Fides extraiudiciales procuratæ lite pendente, nec de iure, nec de stylo attenduntur.*

11 *Contra occultantes scripturas non solum præsumitur illas contra se facere, sed etiam habentur pro perfectis, & sufficientibus probationibus.*

12 *Leuiores probationes sufficiunt contra occultantem scripturas.*

DECISIO CCX.

Obtenta per Dionisium pro tertia vice noua audientia, fuit exhibitus pro parte ipsius nouus calculus, in quo firmo remanente debito in summa in vtraque decisione taxata scutorum 18459. creditum Tutoris ascendit ad scuta 20716 adeout supposito credito, & debito, Veronica remanet debitrix scutorum 2278. sed reproposita hodiè causa, iterum responsum fuit standum esse in decisis, cum adhuc ex probationibus hinc inde factis appareat Dionisium non erogasse in vtilitatem pupillorum, nisi scuta 12893. quibus subductis à summa scutorum 18459. ad eius manus peruentis ex bonis administratis. Tutor remanet debitor in summa scutorum 5546. quod tamen ab initio placuit DD. firmare solum in scutis 4587. pro omni, & toto eo, quod forsān potuisset excrescere creditum Dionisij.

Sequendo itaque ordinem Calculi hodie exhibiti: ponitur primo loco ad creditum Tutoris partita scutorum 1005. pro totidem ab eo inuestitis ad creditum pupillorum, hæc summa admittitur à Veronica in totum exceptis scutis 149. respectu census empti à Patribus Iesuitis; Licet enim hic census fuerit ab initio impositus pro scutis 1500. Dionisius tamen non probat pro illius emptione expendisse, nisi scuta 1351. vt ex partitis extractis à Sacro Monte, quæ ad maiorem quantitatem non ascendunt, vt vlterius hodie hæc veritas adminiculatur ex fide R. P. D. Riualdi attestantis pro tanta summa, & non amplius fuisse factam emptionem.

Secundò ponuntur ad eius creditum duæ partitæ altera scutorum 445. 55. altera 126. 50. pro totidem erogatis, vt dicitur in solutionem debitorum defuncti, & tamen istæ partitæ non iustificantur, nisi in scutis 469. vt ex receptis coram me exhibitis, & discussis. Quia tamen vltra has expensas dantur aliæ receptæ pariter in solutionem debitorum defuncti ascenden. ad alia scuta 500. bona fiunt in totum, & hac causa scuta 945. b. 55.

Tertiò ponitur ad eius creditum partita scutorum 253. pro legato soluto spatio vndecim annorum, hæc partita fuit alias admissa per Veronicam vsque ad summam scutorum 155. b. 50. iustificatam per scripturas productas, negando residuum fuisse solutum de pecunijs Dionisij; sed quia hodiè datur quietantia Commissarij Fabricæ cum absolutione Tutoris à tota summa, nec à Veronica iustificatur hoc residuum fuisse solutum ex prætio bonorum subhastatorum, vt allegabatur, erit admittenda pro tota summa.

Quartò ponuntur ad eius creditum aliæ octo partitæ ex causa alimentorum præstitorum Donato infanti, Veronicæ, & Hortensiæ pupillis, nutrici, & famulo ascenden. in totum ad scuta 3500. sed istæ visæ fuerunt DD. admodum excessiuæ, & inuerisimiles, vt alias dictum fuit tàm attenta qualitate personarum, quæ erant mulieres, & pupillæ, quam etiam loci, vbi alimenta præstita fuerunt in Terra,

scilicet Scrofani, vbi nec pro alimentis, nec pro salario Nutricis, aut famuli potuit tantum expendi,
1 quantum Romæ expendi solet; taxatio autem alimentorum fieri debet habito respectu ad qualitatem personarum, & loci *l. si cui ff. de ann. legat. l. Tutor secundum dignitatem in princ. ff. de administr. Tutor. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 18. num. 1. cum seqq. Rota in recentior. decis. 418. num. 6. part. 8. & prius in Asculana Alimentorum 21. Februarij 1620. coram Cardin. Verospio sen.*

Itaque cum ex prædijs, & vineis relictis à Iacobo fuerit recollectum vinum, & frumentum plusquam sufficiens ad alimenta necessaria pro omnibus, vt deponunt omnes Testes, nec Dionisius liquidauerit, ad quam summam ascendant alimenta, sed illa petat arbitrio Iudicis, Domini arbitrati sunt verisimiliter alimenta fuisse habita ex fructibus, & recollectis dictorum prædiorum, ideoque pro Obsonio satis esse scuta illa tria quolibet mense, prout in alijs decisionibus dictum fuit, vel saltem non posse augeri nisi ad scuta quinque pro quolibet mense, iuxta ordinem exequutoris Testamentarij. Retenta autem hac taxatione expensæ pro Obsonio præstitæ à die 28. Nouembris 1624. vsque & per totum diem 15. Augusti 1626. Donato infanti, Veronicæ, & Hortentiæ sororibus, Felicinæ matri, & Catherinæ ancillæ Amitis ascendunt ad scuta 102. b. 50. & à die 15. Augusti 1626. qua die obijt Donatus, vsque ad diem 10. Aprilis 1628. ascendunt ad alia scu. 100. à dicta verò die 11. Apr. lis Catarina vnà cum Ancina recesserunt a domo pupillari, & sic vsque ad diē 20. Iulij eiusdem anni 1628. fuerunt solum præstita alimenta Felicinæ, Hortentiæ, & Veronicæ, ac puero, qui inseruiebat, quæ tamen ad eamdem rationem pro his tribus mensibus, & quinque diebus faciunt alia scuta 16. b. 70. demum à die 20. Iulij 1628. recessit Veronica, & ingressa fuit Monasterium Sanctæ Margheritæ, vnde alimenta fuerunt solum præstita Hortentiæ, & Felicianæ vsque ad diem 18. Maij 1630. quo Feliciana iterum nupsit, & Hortentia pariter fuit ingressa Monasterium Sanctæ Margaritæ, vbi postea professionem emisit. Vndè cum fuerit diminutus numerus personarum plusquam in dimidia, minuendo pariformiter taxam exequutoris pro hoc vltimo tempore, alimenta non excedunt scuta 55. circiter, & sic apparet liquidationem factam ab altera parte esse prorsus excessiuam, & imaginariam.

Neque attendi debet decretū factum in partibus ad fauorem Catherinæ pro alimentis ad rationem scut. nouem quolibet mense, quia decretum non fuit effectuatum, & quietantia Caterinæ, quæ datur exprimit habuisse alimenta à pupillis eorum propriæ domi, vt etiam deponunt testes facta fuit ex causa concordiæ initæ pro toto eo, quod ipsa prætendere poterat in, & super hereditate Iacobi, vt apparet ex eius lectura; vndè ex ea non valet inferri ad quantitatem alimentorum, quæ propterea nullo pacto taxari debent ad eam rationem, sed solum ad menstrua quinque, iuxta ordinem exequutoris Testamentarij; aduertendo, quod vinum, & panem habuerunt ex fructibus propriorum prædiorum, qui pro eo tempore ad hanc ratam non petuntur, & vlterius etiam exegerunt fructus aliquorum censuum hæreditariorum ibidem existentium, qui pariter pro toto tempore alimentationis non petuntur: quæ omnia satis fuisse pro alimentis DD. verisimiliter arbitrati sunt, attenta qualitate personarum, & loci, vt dictum est, necnon ordine eiusdem exequutoris testamentarij, ac depositione eiusdem Felicitæ matris, quæ iudicialiter examinata deposuit nihil vlterius fuisse sibi, & toti suæ familiæ à Tutore subministratum. Nihil obstante, quod postea eadem Felix ad perpetuam rei memoriam examinata contrarium fortè deposuerit, quia cum prima
2 depositio facta fuerit iudicialiter seruatis seruandis, secunda verò extra formam iudicij solum ad perpetuam rei memoriam, præualet prima, & hæc secunda nullatenus est attendenda, *Bart. in l. eos nu. 4. ff. de fals. Falin. in cap. cum in tua num. 6. de Testib. Clar. in l. 5. sentent. §. fin. num. 12. vers. secundus est casus*, vbi quod primum dictum iudiciale reuocari nō
3 potest per secundum extraiudiciale, *Menoch. de arbitr. bos, & alios referens cons. 108. num. 19. vers. sextus casus est.*

Vlterius ponderabant DD. Tutorem semper va-
4 riasse in hac petitione alimentorum, dum enim alias causa fuit proposita, petita solum fuerunt scuta 2411. hodie verò in hac vltima propositione petuntur scuta 3500. hinc enim efficaciter deducitur calculum non esse fundatum super veritate expensarum, sed confectum de Capite Tutoris pro augendo suo credito.

Quintò ponitur ad creditum partita scutorum 2505. pro expensis per D. Riualdum in alimentis, & vestiario Veronicæ, & Hortentiæ, tempore quo degebant in Monasterio Sanctæ Margheritæ, sed hæc partita firmata fuit in alijs decisionibus in summa scutorum 2116. Vltra quam nihil aliud probatur impensum. Præceptum verò Testatoris, vt staretur libro existenti penès Riualdos non suffragatur, dum simul non exhibetur liber à Iacobo conscriptus, cui copulatiuè Testator stari voluit, ex vtroque enim simul erunt iustificandæ partitæ, non ex vno solum, cum esse possit, quod partitæ in vno descriptæ in alio appareant solutæ. Imò dum constat de illius existentia ex descriptione facta per Tutorem in In-
5 uentario, eo ipso, quod illum exhibere recusat, præsumitur contra eum facere, & ideò occultari, ne contra ipsum detegatur. Veritas ad *text. in l. hæreditas §. fin. ff. ad l. falcid. Bald. cons. 80. num. 2. libr. 3. Honded. cons. 19. num. 13. & seq. lib. 1. Giurb. decis. 29. num. 10. Rot. dec. 418. num. 5. par. 2. recent' cum alijs relatis in Romana pensionis 19. Ianuarij 1646. coram me.*

Sextò ponitur partita scutorum 700. pro expensis litium, factoris, Notarij, & Procuratoris, quod attinet ad salarium factoris in totum scutorum 50. fuit hæc quantitas relicta sub deposito in manibus Simoncini ad hunc effectum, vt admittit idem Dionisius in suis partitis, quo verò ad lites, Notarium, & Procuratorem nulla datur recepta, immò nec minus probantur adfuisse lites, præter illorum acta cum Catherina quæ durauit spatio octo, vel decem mensium, & postmodum fuit terminata per concordiam; quæ veritas hodie comprobatur ex fide dicti Domini Riualdi attestantis nullam aliam adfuisse litem, nec vnquam à se fuisse constitutum Procuratorem.

Septimo loco pariter partita scutorum 1100. pro totidem solutis Catherinæ in causam concordiæ. Veronica non negat hanc quantitatem fuisse effectiuè solutam, sed quia ab initio vsq; & de anno 1628. in ipso actu translactionis fuerunt eidem in hac causam assignati aliquot census hæreditarij, detrahenda sunt scuta 755. ba. 50. habita ex fructibus eorumdem censuum, qui non ponuntur ad illius debitum, necnon alia scuta 430. eisdem soluta per exequutorem Testamentarium, quæ bona fiunt in computis D. Riualdi, adeout his exceptis superant solum alia

alia scuta 276. b.50. soluta per Tutorem quæ bona fiunt in computo.

Demum ponuntur ad creditum Tutoris multæ Impensæ factæ pro recollectione fructuum, & salario custodum, quæ in ordine calculi continentur in partita 14. sed pro harum reiectione satis est respondere, quod vltra quantitatem iam accepto latam in alijs decisionibus, cæteræ non aliter iustificantur,
6 quam ex liberculo tutoris, cui tamen vt alias dictũ fuit, cum non sit ordinate tentus, sed in confuso, absque expressione causæ, & diei, sine qua non potest elici veritas partitarum, non creditur ad fauorem scribentis, vt sequendo *Bart. in l. Comperimus C. de Nauicul. libr. 10. sæpe firmauit Rota in Tiburtina redditionis rationis 9. Decembris 1641. coram Reuerendissimo D. meo Decano cum alijs in vtraque decisione adductis.* Eoque minus quia ex Epistola conscripta ab eodem, qui patrocinatur causam Tutoris, constat adesse alium librum magis antiqumu, qui num-
7 quam fuit ab eodem exhibitus, ex hac enim renitentia in exhibendo præsumitur librum occulatum facere contra ipsum *ex iuribus supra adductis.*

Ex his dixerunt DD. remanere sublatas omnes Tutoris prætensiones. Cæterum vbi adhuc esset aliquid superaddendum ad creditum Tutoris, & in specie pro alimentis, mandatum tamen substinetur pro summa in vtraque decisione firmata, cum vltra ea supersint ex credito liquido Veronicæ alia scuta septingenta, & vltra.

Sine difficultate tamen DD. censuerunt mandatum subsistere in summa scutorum 4587. quia etiam si Dionisius vlterius posset fortasse aliquam aliam partitam iustificare, in effectu tamen ex relatione Domini Augustini Maffei tertij periti electi de consensu partium euidenter apparet Dionisium remanere debitorem, non solum in hac summa, sed in longè etiam maiori, prout melius firmabitur, quando super hoc specialiter assumetur disputatio.

Pariter DD. steterunt in decisis quoad restitutionem animalium iuxtà numerum, & quantitatem firmatam in vtraque decisione, solum enim obiectum quod vna tantum fuerit soccita inter Iacobum & Paulum de Rubeis; vel non iustificatur, cum alia etiam soccita descripta legatur in libro soccitarum *nouo Summ. Veronica numer. 3.* Vel in omnem casum si vna tantum fuerit soccita, diuersis tamen temporibus fuerunt consignatæ plures quantitates animalium vsque ad numerum in prima decisione specificatum 113. vt ex partitis dicti libri, & ex Testibus datis in primo *Summ. num. 18.*

Nec contrarium probant attestationes datæ per Dionisium super mala recollectione, & mortalitate animalium. Quia præter quod non deponunt de quantitate præcisa, minusque de aliqua insolita mortalitate, sed solum quod aliqua animalia perierunt, prout semper moris est, sunt simplices attestationes, quibus nullatenus est deferendum, tum
8 quia conquassantur contrarijs depositionibus Testium, quibus in concursu magis est credendum,
9 tum quia sunt extraiudiciales procuratæ lite pendẽ-
10 te per modum simplicis fidei, quæ nec de iure, nec de stylo attenduntur, *Rot. coram bo. memor. Buratt. decis. 234. num. 2. & decis. 468. num. 3.*

Et si aliquid deficit de perfecta probatione totum est adscribendum culpæ Dionisij, qui retinet apud se alium librum tutelarem, & recusat illum exhibere, contra occultantem enim scripturas non solũ
11 præsumitur illas contra se facere, sed etiam habentur pro perfectis; & sufficientibus adnotata *per add. in l. hæredes § fin. ff. ad l. falcid. Handed. cons. 19. num. 13. lib. 1. Rot. dec. 418. nu. 5. pars. 2. recentior.* & sufficiunt leuiores *DD. in l. actionibus, & præcipuè Dec. num. 13. ff. de in lit. iuran. Rot. in recentior. dec. 237. num. 5. p. 8. & in supracitata Romana pensionis 19. Iunij 1646. coram me.*

Et ita parte vtraque informante resolutũ fuit &c.

TIBVRTINA SALVIANI.

Veneris 8. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

In iudicio Saluiani, quænam extrema sint necessario probanda, & ex quibus sufficienter probentur? Emptor quando contra tertium creditorem posteriorem dicatur successisse in iuribus anterioris creditoris, & an habeat retentionem, & pro qua summa? Vxor præstans consensum in alienatione à viro facta, non dicitur transtulisse in emptorem sua iura dotalia, sed renuntiasse simpliciter hypothecæ, quæ sibi competebat super re vendita, ad maiorem cautelam emptoris, maximè si pretium, non peruenerit ad eiusdem manus, sed integraliter fuerit viro solutum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum reddit rem claram, & manifestam, & facit probationem probatam.*
2 *Possessio adminiculatur ex litis substentatione.*
3 *Possessio probatur per leuiores probationes in iudicio Saluiani.*
4 *Vxor per consensum, & ratificationem venditionis factæ de re propria viri, non censetur transtulisse in emptorem iura sua dotalia, sed tantummodo renuntiasse hypothecæ, quam habebat super re vendita.*
5 *Vxor censetur accessisse venditioni pro cautela, & securitate emptoris, ne scilicet possit ab ea molestari alijs bonis viri extantibus.*
6 *Vxor consentiens vẽditioni à viro factæ, si pretiũ ad eius manus non peruenerit, non censetur transtulisse in emptorem iura sua dotalia, sed ea apud se retinuisse ad effectum exercendi super cæteris bonis viri pro recuperatione integra dotis.*
7 *Cessio, & translatio iurium non operatur contra tertium nisi pro rata pecuniæ habita.*
8 *Instrumentum extractum à Notario de eo non rogato non est in forma probanti.*
9 *Instrumentum extractum lite pendente, parte non citata nullam fidem meretur.*

DECISIO CCXI.

CONceptius, & Cornelia de Picis filij, & hæredes Ioannæ Tornesiæ Creditricis Dominici Tornesij eius patrui in ducatis 4350. monetæ Regni pro illorum consequutione egerunt coram A.C. & legitimatis personis, obtinuerunt immissionem in Saluiano in possessionem vnius domus sitæ in Ciuitate Tiburis olim possessæ per Tornesium debitorem, de recenti verò retentæ à Hyeronimo, & Io: Antonio de Roncettis, & introducta postmodum causa appellationis in Rota, dubitaui an dictis de Picis sit danda immissio super domo, de qua agitur, & dandam esse DD. responderunt, cum concurrant omnia extrema in hoc iudicio Saluiani necessaria.

Creditum enim cum hypotheca iustificatur ex instrumento publico *Summ. num. 1.* in quo Tornesius pro solutione dictorum ducatorum 4350. hypothecauit omnia, & singula eius bona, tàm mobilia, quàm stabilia præsentia, & futura, ac se ipsum obligauit, quod Instrumentum reddit rem claram, & ma-
1 nifestam, & facit probationem probatam *cap. cum dilecti de fid. Instrum.* & in terminis Saluiani dixit *Rota in recent. dec. 294. num. 1. par. 1. cum alijs in Romana*

mana Salviani de Casalibus 23. Maij 1642. coram. bo. me. Meltio.

Quod autem hæc domus possessa fuerit per Tornesium debitorem de tempore, vel post oblationem, & de recenti possideatur à Roncettis reis conuentis, iustificatur, nedum ex alio Instrumento publico, ex quo constat Tornesium de anno 1614. illam vendidisse Io: Antonio Roncetto, à quo causam habent Hieronymus, & Io: Antonius iunior, sed etiam ex depositionibus nonnullorum Testium vtramque possessionem optime concludentium *Summ. num. 4.*
2 etiam iuncta substentatione litis, quæ in proposito satis sufficiunt, cum ad hunc effectum probationes
3 etiam leuiores admitti soleant, *Card. Seraph. dec. 462. num. 8. Rot. in dicta Romana Saluiani de Casalibus coram bo. me. Merlino.*

Non obstat, quod Tornesius præfatam Domum vendiderit Io: Antonio, tàm eius proprio nomine, quàm vice, & procuratorio nomine Angelellæ eius vxoris, quæ postea eamdem venditionem ratam habuit, ideoque dictis de Roncettis possessoribus competat retentio pro iuribus dotalibus d. Angelellæ aduersus Picos creditores posteriores.

Fuit enim responsum, quod cum huiusmodi domus non spectauerit ad Vxorem, sed fuerit propria
4 Tornesij viri, pro restitutione tamen Dotis dumtaxat hypothecata per consensum, & ratificationem ab ea præstitam d. venditioni non fuerunt translata in emptorem iura ipsius dotalia, sed solum remissa hypotheca quam habebat super re vendita, vt sunt *text. clari in l. Lucius Titius, & in l. Paulus ubi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Roman. cons. 140. nu. 1.*
5 *& cons. 187. n. 1. & 2.* mulierem verò accessisse censetur pro cautela, & securitate emptoris, nescilicet posset ab ea molestari, alijs bonis viri extantibus, vt in his terminis consuluerunt *Natt. cons. 552. sub n. 6. vers. videtur autem Aym. cons. 91. sub num. 2. Modern. Mantuan. controu. for. cap. 251. num. 30. & his relatis dictum fuit in Ferrarien. Manutentionis 28. Ianuarij 1641. coram bo. me. Pirouano versic. Quoad verba.*

Idque eò faciliùs dùm non probatur pretium domus venditæ deuenisse ad manus mulieris ratifican-
6 tis, sed integrè legitur persolutum viro venditori; hoc enim casu ipsa mulier per huiusmodi consensum, & ratificationem non censetur transtulisse iura sua dotalia in emptorem, sed illa apud se retinuisse, ad effectum exercendi super cæteris bonis viri pro recuperatione integræ Dotis, iuxtà dispositionẽ *text. in l. egregiè, §. etiam ff. de pignor. l. si rem §. omnes, ff. de pignor. action.* & ideò etiamsi consensus, & ratificatio importarent trãslationem iurium, adhuc tamen Emptori suffragari non possent, cum cessio, &
7 translatio iurium non operentur contrà tertium, nisi pro rata pecuniæ habita per *text. in l. quia Debitores ff. qui potior in pign. haben. Rot. post Ceuc. de Censib. dec. 451. num. 6 post Pacific. de Saluian. dec. 76. num. 10. & dec. 294. num. 14. par. 1. recen.*

Demum aliqui ex DD. aduertebant, quod instru-
8 mentum Dotale Angelellæ non est in forma probanti, tamquam extractum à Notario de eo non rogato, *Kalin. in cap. si instrumenta num. 13. vers. unde.*
9 *fide fid. instr.* & lite pendente, dictis de Picis non citatis, adeòut nullam fidem mereatur *capit. 1. eodem tit. Caputaq. dec. 233. num. 1. & 2. par. 3.*

Et ita resolutum vna tantum &c.

BONONIEN. NVLLITATIS CONCORDIÆ.

Mercurij 13. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Transactio facta ex falso supposito super re certa, & nihil hinc inde dato, vel remisso non sustinetur Promittens soluere infra certum tempus summam pecuniarum pro francatione, & extinctione census, & interim respondere de fructibus post elapsum tempus, si factum ad quod obligatus non adimpleuit, tenetur ad solutionem fructuum loco damnorum, & interesse. Solutio, ex quibus dicatur cessisse in solutionem fructuum, non autem in extinctionem sortis?

SVMMARIVM.

1 *Læsio vltra dimidiam requiritur ad effectum impugnandi transactionem, ex hoc capite.*
2 *Transactio extorta ex falsa causa, & falso supposito redditur ipso iure nulla.*
3 *Obligatus ad factum si illud infra tempus prefixũ non adimpleuit tenetur ad damna, & interesse.*
4 *Solutio præsumitur in dubio potius facta pro fructibus, quam pro sorte.*
5 *Solutio an censeatur facta pro fructibus, vel pro sorte dignoscitur ex qualitate solutionis, & diuersitate personarum.*
6 *Liberatio extorta ex falso supposito non sustinetur*

DECISIO CCXII.

Sub die 12. Iunij anni superioris triplici fundamento resolutum fuit coram me, transactionem initam de anno 1631. non obstare Com. Iulianæ, & Primo quià ipsa deuenit ad transactionem ex supposito, quod Comes Alemanus, tamquam hæres Com. Rodulphi Patris cum beneficio legis, & inuentarij non teneretur ad solutionem, & extinctionem census, de quo agitur, cuius contrarium apparet ex instrumento publico celebrato de anno 1614. in quo idem Alemanus habens notitiam debiti paterni, præuia declaratione, quod nolebat gaudere beneficio legis, & inuentarij, se obligauit soluere de proprio lib. 2000. infra terminum trium annorum, ad effectum eum illis francandi dictum Censum, & interim promisit soluere medietatem fructuum. Secundò quià transactio facta fuit super re certa, & clara, non autem dubia, & incerta, nec cum aliqua mutua recompensatione, aliquo hinc inde dato, vel remisso. Tertiò, quia continet magnam, & enormissimam læsionem, dum idem Alemanus pro solutione libr. 375. reportauit absolutionem ab extinctione census lib. 2000. in sorte, seque exemit ab onere soluendi fructus in futurum, prout se obligauerat de dicto anno 1614. quibus debitis vicèuersa obnoxia remansit Com. Iuliana; cui resolutioni cum non acquieuerit Com. Alemanus, causam repropositi, & ex iisdem fundamentis standum esse in decisis hodie resolutum fuit.

Nec obstare dixerunt Domini vnicum obiectum nouiter deductum, quod scilicet transactio non fit fundata in sola assertione Alemani, quod non tenebatur ad solutionem debiti paterni, ex quo illius hæreditatem adiuerat cum beneficio legis, & inuentarij; Sed etiam in realitate solutionis lib. 2100. quas ipse asseruit persoluisse officialibus Hospitalis censuarij, ex qua solutione cessare etiam videtur enormissima læsio in decisione firmata etiam videtur lib. 2100. d. Officialibus, & libris 375. Comitissæ transigenti in actu transactionis, remissa fuerit dumtaxat modica quantitas lib. 187. pro complemento totius
1 debiti paterni lib. 2662. quæ non inducit læsionem vltra dimidiam, prout adhuc effectum requiritur.

Fuit enim responsum, quod in obligatione, quam tacuit, celebrata de anno 1614. Alemanus duo
2 promisit, alterum soluere in manibus Pirri, & Gozzadini lib. 2000. infra terminum trium annorum ad effectum francadi censum, de quo agitur, Alterum per-

persoluere medietatem fructuum interim decurrendorum, vndè dùm non ostenditur vera, & realis francatio census, solutio libr. 2100. quas in transactione asseruit diuersis vicibus enumerasse in manibus officialium Hospitalis, cui fructus debentur, cessit in causam debiti proprij, videlicet fructuum decursorum, non autem in extinctionem debiti paterni lib. 2662. Et consequentèr semper viget fundamentum decisionis, quod liberatio extorta fuerit cum
2 falso supposito, & falsa causa, ex quibus transactio redditur ipso iure nulla, iuxtà dispositionem *text. in l. Et elegantèr, ff. de dol. malo, et in l. in summa 65. §. sin autem ff. de condict. indeb.*

Nec subsistit replicatio, quod Alemanus promiserit soluere medietatem fructuum solum pro tribus annis, quibus durabat dilatio, itàut dicti libris 2100. solutis officialibus Hospitalis cessisse videantur in causam extinctionis census, non autem fructuum.

Quià, præter quod verba instrumenti ostendunt obligationem soluendi fructus, etiam post triennium in casum non factæ extinctionis, vt clarè legitur, ibi, *promisit, se obligauit d. D. Ludouico Gozzadino, & pro eo, &c. necnon D. Pirro de Blanchis, &c. d. libr. 2000. soluere, & exbursare cum effectu infrà tempus, & terminum trium annorum, &c. & interim respondere de censibus in futurum decurrendis de tempore in tempus, &c. casu quo ex defectu solutionis prædicta non facienda in præsentium huiusmodi francatio fieri non possit prout sic promisit, & se obligauit huiusmodi census pro dimidia tantùm illorum necessaria soluere terminis, & temporibus debitis omni meliori modo, &c.*
3 Dum non ostendit se enumerasse præfatis Pirro, &
Gozzadino dictas libras 2000. quibus mediantibus
extinctio fieri debebat, in pœnam non factæ solutionis tenebatur loco damnorum, & interesse ad fructus decursos, etiam post triennium, & decurrendos vsque ad effectiuam solutionem pro extinctione, & francatione d. census, *leg. stipulationes non diuiduntur versic. Celsus, vbi DD. Communiter, ff. de verb. oblig. Honded. cons. 39. num. 3. & 4. lib. 2. Surd. cons. 330. num. 5.* Et in terminis de eo, qui promisit extinguere Censum, dixit *Rot. coram bo. me. Buratto dec. 913. num 1. coram Card. Cauallerio dec. 605. num. 1. & dec. 85. num. paritèr 3. par. 8. recen.* Et consequentèr quidquid soluit Officialibus etiam elapso termino dilationis, soluit in causam fructuum ob non factam extinctionem.

Comprobatur hoc nedùm præsumptione iuris,
4 cum solutio in dubio potius præsumatur pro fructibus, quàm pro sorte, *l. 1. C. de solut. l. ijs, §. Imperator, ff. eodem, leg. fideiussores 69. §. pro Aurelio de fideius.*
5 Sed etiam ex qualitate solutionis, & persona exigentis; Asseritur enim in d. transactione Alemanum persoluisse dd. Officialibus diuersas summas libr. 2100. ad effectum extinguendi censum fieri debebat in manibus Pirri, & Gozzadini, ac in vnica solutione: Ex hac enim diuersitate DD. dixerunt clarè argui solutum cessisse pro fructibus, non autem in extinctionem sortis.

Prout nec releuat, quod Alemanus fuerit liberatus in transactione, etiam a Co. Pirro, qui allegare non potest ignorantiam obligationis per eum contractæ de anno 1614.

Quia dum asseruit se persoluisse officialibus Hospitalis dictas lib. 2100. in satisfactionem debiti paterni, quod omninò falsum apparet ex supra ponde-
6 ratis, liberatio etiam quoad Pirrum remanet extorta ex falso supposito, & consequentèr transactio sustineri nequit *ex iuribus superius, et in alia decisione copiosè allegatis.*

Et ità resolutum vtraque &c.

CREMONEN. PAROCHIALIS.

Vener. 15. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa beneficiali non conceditur, nisi concurrat fumus futuræ probationis, maximè si materia articulata tendat ad probationem delicti, & in hoc fumus resultans ex testibus nulliter examinatis sufficiat, & quid requiratur? prout neque conceditur Remissoria, vbi oriatur timor subornationis Testium, & ex quibus huiusmodi subornatio timeri possit, & quid sit agendum circa examen Testium; quando timetur illorum subornatio? Remissoria non conceditur, quando petitur ad retardandum summarijssimum possessorium.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria, quando agitur in causa beneficiali, non conceditur, nisi concurrat fumus futuræ probationis.*

2 *Remissoria denegatur, quando articuli tendunt ad probandum delictum, & redarguendum Testes de falso, nisi concurrat magnus fumus veritatis.*

3 *Remissoria vbi materia est obiectiua non datur sinè magno fumo.*

4 *Laicus Gubernator nullam habet iurisdictionem in causis Ecclesiasticis, ideoque Testes ab eo examinati non attenduntur.*

5 *Testes deponentes ad perpetuam rei memoriam, & examinati absque citatione partis nō attenduntur.*

6 *Testes etiam nulliter examinati sufficiunt pro fumo ad effectum obtinendæ remissoriam.*

7 *Declara hoc non procedere, quando materia sapit delictum, & est obiectiua, tunc enim fumus debet esse talis, vt faciat semiplenam probationem.*

8 *Testes existentes in loco, vbi facta fuit resistentia ne caperetur possessio, oritur suspicio illorum subornationis.*

9 *Remissoria denegatur stante præsumptione subornationis Testium.*

10 *Testes, vt euitetur subornatio præsumpta, debent ad curiam adduci, & examinari in actis Notarij causæ.*

11 *Remissoria concedi non solet, quando petitur ad retardandum summarissimum possessorium manutentionis ab altera parte petita.*

12 *Limita nisi concurrat magnus fumus materiæ articulatæ.*

DECISIO CCXIII.

DE Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ Oppidi Sablonetæ per obitum vacante, prouisi fuerunt Oliuerius Gironus, tàquam magis idoneus, & approbatus ab Ordinario ad formam Sacri Concilij Tridentini, & Franciscus Ciriolus, tamquam de prima dignitate in Collegiata, & Sedi Apostolicæ reseruata, ac de iurepatronatus DD. Temporalium d. loci, à quibus se præsentatum asseruit.

Gironus obtento mandato de immittendo ab Exequutore suarum litterarum Apostolicarum, constituit specialem Procuratorem ad capiendam possessionem d. Parochialis, qui dùm tentauit cum Notario, & Testibus die 29. Decembris 1645. ingressum in præfatum Oppidum, impeditus fuit à quibusdam militibus armatis ibidem existentibus, adeòut coactus fuerit illam appræhendere per ocularem inspectionem Tectorum, & Campanilis Ecclesiæ.

Die

Die 4. Ianuarij 1646. Ciriolus præuijs duobus
Procuratoribus de mandato Gubernatoris layci Op-
pidi antedicti immissus fuit in possessionem eiusdem
Parochialis à Notario dicti loci. Verum introdu-
cta causa in Rota instabat Gironus, vt prius dispu-
taretur dubium super manutentione; è contra verò
altera productis articulis, petebat remissoriam cum
retardatione propositionis dubij super manutentio-
ne; Vndè cum super hoc consuluissem DD. pla-
cuit ijsdem, vt prius disputaretur dubium, an Cirio-
lo sit concedenda remissoria, & an cum retardatio-
ne, vel sinè, quod propositum, perpensis circum-
stantijs totius negocij, fuit negatiuè resolutum.
1 Cum enim agatur de causa Beneficiali, remissoria
non conceditur, nisi concurrat fumus futuræ pro-
bationis *Put. dec. 356. n. 4. lib. 2. in correct. Buratt. de-
cis. 3. num. 4. bon. mem. Coccin. dec. 165. num. 6. Rot. in
recentior. decis. 584. num. 8. part. 3. & decis. 585. num. 2.
part. 5. tom. 2.*
Idque tanto magis, quia in tertio, quarto, & quin-
to articulo articulatur, quod Ioan. Baptista Rota, &
Alexander Bizzarrus Testes descripti in instrumen-
to captæ possessionis per Procuratorem Gironi sub
dicta die 29. Decembris non interfuerint illius sti-
pulationi. Vndè dùm de dicta possessione constat
per instrumentum publicum rogatum à Notario
Sacerdote cum interuentu eorumdem Testium
præfati articuli, tamquam illi contrarij, tendunt de
directo ad dirimendam illius fidem, & illud de fal-
so redarguendum, ideòque vti tendentes ad pro-
2 bandum delictum, nisi concurrat magnus fumus ve-
ritatis, remissoria denegatur *Caputaq; dec. 62. & 63.
num. 3. part. 3. san. mem. Gregor. dec. 414. num. 10. bon.
mem. Bursato dec. 28. num. 7. & dec. 18. num. 4. par. 6. rec.*
3 vbi enim materia est obiectiua sine magno fumo nōn
datur remissoria idem *Caputaq. dec. 60. num. 2. p. 3.
Grat. discep. for. cap. 803. num. 3. Card. Canal. dec. 512.
num. 1. Rot. in recen. dec. 146. num. 2. & dec. 302. nu. 14.
p. 3. & in Bonon. fideicommissi de Bologninis 16. Aprilis
præteriti coram R. P. D. meo Ghisilerio.*
Non obstat, quod fumus resultet ex depositioni-
bus eorumdem Testium in dicto instrumento de-
scriptorum deponentium, se nunquam fuisse præsen-
tes appræhensioni præfatæ possessionis.
Quia in eis nullum constitui potest fundamentū;
Tum quia nulliter examinati fuerunt coram Gu-
4 bernatore layco nullam habente iurisdictionem in
causis Ecclesiasticis, *cap. cum Ecclesia S. Mariæ cum
ibi not. de Constit. cap. si Imperator 96. distinct. cap. at si
Clerici de Iudic. Rota in Barchinonen. Exemptionis 20.
Iunij 1636. coram bo. me. Coccino, §. Remanebat solum
circa fin. confirmata die 13. currentis coram R. P. D.
5 meo Corrado.* Tum quia deponunt ad perpetuam
rei memoriam, & fuerunt examinati absque citatio-
ne partis *l. si quando C. de Testib. Rot. dec. 128. num. 1.
& dec. 259. num. 2. part. 1. recent. coram bo. me. Coccino
dec. 182. num. 1. & in Macera ten. Pecuniaria 20. Iunij
1644. coram R. P. D. Otthobono, §. Denique non obstat.*
Et licet Testes etiam nulliter examinati sufficiant
6 pro fumo *Cassador. dec. 3. num. 2. de dilat. san. me. Greg.
dec. 562. num. 4. Rot. dec. 113. num. 1. & decis. 661. nu. 1.
7 vers. Et licet part. 2. recent.* Prædicta tamen non pro-
cedunt, quando materia sapit delictum, & est obie-
ctiua; tunc enim fumus debet esse talis, vt faciat se-
miplenam probationem *Caputaq. dicta dec. 62. nu. 1.
part. 2. Rot. dec. 687. num. 3. par. 3. diuers. Cartaginen.
Archidiaconatus 3. Martij 1592. coram Platto in Con-
chen. Archipresbyteratus 30. Octobris eiusdem anni co-
ram Penia relatis in dicta dec. 302. num. 15. part. 3. rec.
& in dicta Bononien. fideicommissi de Bologninis coram
Reueren. P. D. meo Ghisilerio, §. Quod materia circa
medium.*
Et eò faciliùs DD. denegarunt remissoriam, quia
petitur ad effectum examinandi Testes commoran-
tes in loco Sablonetę, eiusque districtu, & iurisdictio-
ne, quo loco constat fuisse præstitum impedimen-
8 tum, & resistentiam Procuratori Gironi, nè possessio-
nem caperet: Ex hac enim resistentia oritur vehe-
mens præsumptio, & periculum futuræ subornatio-
9 nis Testium ibidem existentium, ex quo Rota passim
denegare solet remissoriam *Caputaq. dec. 50. num. 4.
& 6. part. 3. bo. mem. Coccino dec. 20. nu. 5. & dec. 164.
num. 6. Rot. dec. 406. sub num. 2. vers. Et stante part. 2.
rec. in Romana Successionis 4. Iulij 1642. coram R. P.
D. meo Carillo, §. Timor tandem, & in Auenionen. di-
lapidationis bonorum 2. Martij præteriti coram me.*
10 Vt euitetur itaque huiusmodi subornatio, testes
deberent adduci ad curiam, & examinari in actis
Notarij causæ, vt resoluit *Rot. coram eodem Caputaq.
dec. 70. per tot. eadem part. 3. & melius in Neapolitana
illegitimitatis 18. Maij 1607. coram Penia post 2. vol.
cons. Farin. dec. 239. num. 3. & 4.*
Denique ponderatum fuit, quod petitur remisso-
11 ria ad retardandum summarissimum possessorium
manutentionis ab altera parte petitæ, ad quam im-
pediendam concedi non solet *Sanct. mem. Gregor.
dec. 367. num. 1. Rot. dec. 212. num. 7. & dec. 424. num. 3.
part. 1. dec. 271. num. 3. par. 2. dec. 324. num. 3. vers. Ro-
ta tamen part. 4. & decis. 242. numer. 10. part. 7.* Nisi
12 concurrat magnus fumus materiæ articulatæ *Card.
Seraph. dec. 294. per tot. Modern. Perus. de manut. obser.
94. num. 1. & 2. Rot. post eundem decis. 256. num. 4. in
recent. dec. 250. nu. 4. p. 5. & in Fauen. fideicommissi 28.
Iunij 1645. coram R. P. D. meo Royas, §. Admissa
namq; post medium.*
Et ità resolutum vtraque &c.

BONONIEN. ATTENTATORVM.

Lunæ 8. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Possessio capta post inhibitionem siue iustam, siue in-
iustam tamquam attentata debet reuocari, & sim-
plex commissio Signaturæ operatur, vt omnia à
principio gesta sint attentata, Regula, quod qui con-
tinuat, non attentat, quomodo sit intelligenda, & in
quibus terminis procedat?

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta timeri debet.*
2 *Attentata in primis, & ante omnia veniunt re-
uocanda.*
3 *Inhibitio sufficit, si personaliter fuerit executa
contra Procuratorem.*
4 *Commissio Signaturæ facta simpliciter etiam in-
hibitione legitimè executa operatur, vt omnia
gesta ante, & post appellationem remaneant at-
tentata.*
5 *Commissa simpliciter causa à signatura Iudex at-
tentat, nisi partes adeant signaturam pro refor-
matione commissionis.*
6 *Commissio donec fuerit reformata, tenet, & causat
attentata, etiamsi appellatio aliàs non esset ad-
mittenda.*
7 *Continuans possidere non attentat.*
8 *Declara hoc non procedere, si continuatio summa-
tur ab apprahensione possessionis, quæ dedit cau-
sam liti, quia hæc non præstat validum initium
continuationis, nec statum manutenibilem.*
9 *Continuans possidere non attentat, quando possessio
capta erat, & pacificè continuata multo ante Iu-
dicium motum.*

10 *Re-*

10 *Regula, qui continuat, non attentat, non procedit, quando lis vertitur super ipsa continuatione, & per eam iudicium redderetur elusorium, & fieret praeiuditium parti, tunc enim etiam ipsa continuatio est prohibita.*

11 *Reus, uti debet sua possessione, absque praeiuditio litis, & partis.*

DECISIO CCXIV.

CVm per obitum Com. Gasparis de Grassis fuerit factus locus vocationi ad fauorem senioris de dicta familia in iurepatronatus, seù præsentandi, & administrandi bona Plebis Ecclesiæ Sancti Laurentij in Collina Territorij Bononien. reseruato seniori pro tempore illius familiæ, introducta fuit coram Vicario Bonon. causa associationis, seù immissionis in possessionem dict. iurispatronatus præsentandi, & d. bona administrandi, tàm ad instantiam D. Hieronymi, quàm D. Alberti senatoris Bononien. asserentium se seniores de Grassis, quorum vnusquisque diuersis tamen temporibus mandatum de immittendo impetrauit, illiusque vigore possessionem fuit adeptus; Introducta posteà causa appellationis coram A.C. ille prosequen. possessorium, mandauit sub die 27. Maij 1644. manuteneri vtrumque illorum Collitigantium respectiuè in possessione administrationis dd. bonorum, & iurium, de quibus actualiter vnusquisque ipsorum post mortem Com. Gasparis prius, atque ante alium collitigantem, possessionem fuerat adeptus *Summario Hieronymi, num. 4.* Et expeditis mandatis de manutenendo inter dictos possessores, in partibus orta fuit controuersia circa tria corpora dictorum bonorum, videlicet, Prædium *della Castagnola*, aliud *della Maestà del Como*, & aliud nuncupatum *loco dell' Amministratore* in vtroque mandato de manutenendo expressa: Vndè Eminentissimus D. Cardinalis Bononiæ legatus sub die 11. Iulij sequentis ad tollenda scandala, & nè partes deuenirent ad Arma per speciale Decretum auocauit ad se possessionem, & Aeconomum deputauit per hæc verba, *sui attribuit, & dedit facultatem percipiendi quascumque fructus introitus redditus dictorum bonorum, &c. dictosque fructus vendendi, & pretium deponendi super ædem Sacram Ciuitatis Bononiæ ad commodum cuius de iure, &c.* Et præfata vsque quo aliter fuerit declaratum, seù decisum per eumdem A.C. Caballettum à quo fuerunt relaxata mandata præfata, ad quem dictus Eminentissimus remittit partes pro habenda opportuna declaratione super hinc inde prætensis inhiben. &c. *Summ. num. 7.* A quo Decreto cum appellasset Albertus, & causa appellationis fuisset mihi per signaturam simpliciter commissa, æmanauit inhibitio, illaque fuit domi dimissa copia intimata dicto Hieronymo, illiusque factori, qui eius nomine adeptus fuit possessionem, ac personaliter præsentata Notario dicti Eminentissimi Cardinalis Legati de eadem possessione rogato, nec non vigore dictæ Commissionis hìc in curia personaliter inhibitus Procurator eiusdem Hieronymi, qui ab A.C. petijt mandatum de manutenendo. Verum quia dicta inhibitione Rotali minimè attenta, & in illius spretum, obtinuit Hieronymus ab eodem Cardinali Legato reuocationem Decreti auocationis possessionis, & ab A.C. aliud mandatum de manutenendo in possessionem prædiorum, super quibus aderat controuersia, illiusque vigore possessionem cæpit, & vlterius fructus percepit; Dubitaui an constet de attentatis per Hieronymum Commissis, quæ veniant reuocanda, & dubio bis proposito, hodie DD. affirmatiue responderunt, quia cum reuocatio dicti Decreti, relaxatio noui mandati de manutenendo facta ab A.C. & possessio illius vigore subsequuta, ac perceptio fructuum æmanauerint post appellationem interpositam, & inhibitionem Rotalem legitimè intimatam, & respectiue perso-
1 naliter præsentatam, quæ siuè iusta, siuè iniusta est timenda *Put. dec. 385. lib. 2. in correct. Caputaq. dec. 93. per tot. par. 2. Rot. dec. 214. num. 2. & 3. part. 5. recent.* Nullo pacto à vitio attentatorum possunt excusari,
2 quæ in primis, & antè omnia veniunt reuocanda, tàm ex dispositione iuris, quàm ex stylo huius Sacri Tribunalis, *cap. non solum de appell. in 6. Rota in Toletana Parochialis coram bo. mem. Card. Sacrato penes Marchesan. de commiss. part. 1. fol. 390. num. 5. dec. 8. num. 3. apud eumdem part. 2. fol. 37. in Ianuen. pecuniaria, seù attentatorum 23. Ianuarij 1683. coram Reuerendissimo D. meo Decano in Cæsaraugustana distributionum, seù attentatorum 17. Februarij 1645. coram me in Bononien. pecuniaria, seù attentatorum 28. Aprilis eiusdem anni coram R.P.D. Bicchio, & alibi passim.*

Non obstat, quod inhibitio fuerit intimata Hieronymo dumtaxat domi dimissa copia, non autem personaliter, prout in ipsius ventre præcipitur.

Quià, præter quod sufficeret in curia illius Pro-
3 curatorem fuisse personaliter inhibitum *Sanct. me.*
4 *Gregor. dec. 435. ibique Addent. litt. A.* Dum Signatura causam appellationis interpositæ à dicto Decreto auocationis possessionis, & deputationis Æconomi simpliciter in Rota commisit, licèt inhibitio fuerit minùs legitimè executa, adhuc obdictum rescriptũ omnia gesta, tàm antè, quàm post appellationem remanent attentata, iuxta opinionem, quam perpetuò tenuit *Rot. coram bo. me. Buratto dec. 903. num. 2. ibiq. Add. litt. B. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 96. num. 4. dec. 191. num. 6. & dec. 240. num. 3. in recentior. dec. 136. num. 7. part. 6. in Viterbien. fideicommissi, seù attentatorum 13. Maij 1644. & 12. Maij 1645. & in Verulana beneficiorum 31. Ianuar. præteriti coram me.*

Parum obstante, quod præfatum decretum non fuerit definitiuum, sed prouisionale vsq; ad declarationem A.C. itaut ea sequuta potuerit idem Eminentissimus Legatus illud reuocare.

Quia cum Signatura declarauerit illud appellabile, & tamquam tale appellationem ab eo interpositam simpliciter commiserat, vt dictum fuit, D. Cardinalis Legatus, & A.C. abstineri debebant ab vlte-
5 riori processu, & partes tenebantur adire eamdem Signaturam pro reformatione commissionis, vt resoluit, *Rot. coram san. me. Gregor. dec. 435. num. 5. & 6. coram bo. me. Coccino, dec. 74. num. 4. vers. Quod licèt in recent. dec. 216. num. 2. part. 3. & in Ianuen. separationis Theri 24. Ianuarij præteriti coram R.P.D. meo Meltio, §. Quia dato etiam.* Donec enim dicta com-
6 missio fuerit reformata tenet, ac causat attentata, etiamsi appellatio alias non esset admittenda, *Lancellott. de attent. part. 2. cap. 12. limitat. 6. num. 36. cum seqq. bo. me. Buratt. dec. 602. num. 6. 7. & 8. Adden. ad eumdem dec. 903. num. 6. Rota in Melusitana Marescialatus 10. Ianuarij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. Quoniam quicquid sit, & in dicta Viterbien. fideicommissi, seù attentatorum 13. Maij 1644. coram me, §. Quia licèt circa med.*

Nec perceptio fructuum excusatur ab attentatis
7 ex regula, quod qui continuat non attentat, vt in similibus respondit, *Rota in Bononien. transitus 4. Iulij 1640. coram R.P.D. meo Peutingerio impress. apud Modern. de manutenen. dec. 675. num. 1. secundum vltimam impressionem.*

Quia cum huiusmodi continuatio sumatur ab
8 apprehensione possessionis, quæ dedit causam liti, non præstat validum initium continuationis, nec

statum manutenibilem, vt dictum fuit *in Hispalen. Iurispatronatus 16. Iunij 1586. coram Robusterio, & coram san. me. Gregor. dec. 4. num. 2. vbique Add. litt. A.*
9 *& dec. 569. num. 4.* Quicquid secus dicendum esset, si possessio capta esset, & pacificè continuata multo antè Iudicium motum, in quibus terminis loquitur *decisio Bononien. transitus*, vbi possessor per quadraginta annos ante motam litem pacificè possederat,
10 & vlterius regula continuationis non procedit, quando, prout hic, lis vertitur super ipsa continuatione, & per eam Iudicium redderetur elusorium, & fieret præiudicium parti; tunc enim etiam ipsa continuatio est prohibita, *Rip. in cap. cum M. Ferrarien. sub num. 193. ad fin. vers. ad istud respondeo de constit. Gabr. de acquir. poss. concl. 6. num. 17. cum alijs allegatis in dicta Cæsaraugustana destributionum, seu attentatorum 17. Februarij, §. Hoc non procedit, & 26.*
11 *Iunij 1645. coram me*, ea scilicet ratione, quia reus vti debet sua possessione absque præiudicio litis, & partis, ex iuribus ibidem allegatis.

Et ita parte vtraq; informante resolutum fuit, &c.

ROMANA FRVCTVVM CENSVS.

Veneris 22. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Solutioni si fuit certa forma imposita, soluens non liberatur, illa ad vnguem non seruata, etiam quod solutio eidem fuerit facta, cum quo contractum fuit si aliter fuerat in Instrumento conuentum, & multo magis, si non agebatur solum de interesse illius, qui solutionem recepit, sed etiam ab interesse alterius, cui ex contractu ius fuerat quæsitum, & quando forma solutionis possit adimpleri per æquipollens. Census licèt ab Hærede grauato fuerit acquisitus post mortem fideicommittentis, attamen si fuit acquisitus ex præcepto Testatoris, perindè habetur, ac si fuisset in hæreditate repertus de tempore obitus. Præscriptio à quo tempore incipiat currere contra fideicommissarium. Pactum de faciendo deposito ad effectum reinuestiendi in casu restitutionis sortis, nihil interest, quod non fuerit expressum in beneplacito Apostolico per Ecclesiam obtento in impositione census, cum hoc liberè pendeat à facultate creditoris, nec sit Ecclesiæ præiudiciale, cum eadem facilitate fiat depositum pro reinuestiendo, qua fieret solutio?

SVMMARIVM.

1 *Soluens non liberatur, quando solutioni fuit data certa forma, illa ad vnguem non seruata puta in casu extinctionis census reinuestiendi ex causa fideicommissi.*
2 *Soluens ei cum quo contractum fuit regulariter rectè soluit.*
3 *Limita, quando aliter fuit in Instrumento conuentum, & quando constat de contraria mente Testatoris.*
4 *Soluens Procuratori, cum quo contractum fuit non bene soluit, si habeat iustam causam credendi dominum non permissurum.*
5 *Soluens ei cum quo contractum fuit contra formam solutionis conuentam, multo minus liberatur, quando non agitur solum de illius interesse, sed etiam de interesse alterius, cui ex contractu fuit ius quæsitum.*
6 *Pactum reuocari non potest in præiudicium illorum ad quorum fauorem est appositum.*
7 *Census, qui fuit acquisitus ex præcepto fideicommittentis ab hærede grauato, licet acquisitus post mortem Testatoris, perinde habetur, ac si in eius hæreditate fuerit repertus de tempore obitus, & cadit sub fideicommisso.*
8 *Stipulatio facta pro successoribus quibuscumque quando acquisitio fuit facta in executione antiquæ dispositionis, in qua vocantur solum hæredes sanguinis intelligitur facta pro huiusmodi, hæredibus sanguinis tantum.*
9 *Donatio facta in executione antiqui fideicommissi pro hæredibus quibuscumque intelligitur facta pro hæredibus sanguinis.*
10 *Clausula pro hæredibus quibuscumque restringitur ad hæredes sanguinis, quando ex pactis in altera parte dispositionis appositis constat de mente disponentis.*
11 *Forma non potest impleri per æquipollens, quando sequitur idem effectus, & quando de facili potest lædi substantia actus.*
12 *Præscriptio non currit contra primogenitum, vel fideicommissarium viuo Patre, vel grauato.*
13 *Pactum reinuestiendi pecuniam census directè vel indirectè impedit facultatem redimendi, nec mutat, aut alterat naturam contractus.*
14 *Pactum de reinuestiendo sortem census non est opus quod exprimatur in beneplacitu Apostolico obtento ab Ecclesia in impositione census, cum hoc non sit eidem Ecclesiæ præiudiciale, cum eadem facilitate fiat depositũ pro reinuestiẽdo, qua fieret solutio.*
15 *Pactum de faciendo deposito ad effectum reinuestiendi sortem census, non est opus, quod exprimatur in licentia, nec super eo requiratur beneplacitum Apostolicum, tamquam totaliter pendens à voluntate creditoris.*
16 *Licentia Apostolica est strictè interpretanda, quando est dispensatio circa rem prohibitam, ne scilicet extendatur de vna persona ad aliam.*
17 *Licentia non debet extendi de vna re ad aliam valde præiudicialem, vt puta à sorte non potest extendi ad damna, & interesse.*

DECISIO CCXV.

IOannes Antonius Rusca in Testamento, sub quo decessit, instituto sibi hærede Enea fratre, eique per fideicommissum substitutis eiusdem descendentibus in infinitum, instituit primogenituram fauore natu maioris dictorum institutorum, & substitutorũ, mandauitque inter cætera, hæc sunt verba Testamenti, *quod ex pecunijs redigendis ex pretiis mobilium, & semouentium, quæ reperirentur tempore obitus, emerentur census, seu loca montium non vacabilium, vel alia bona stabilia &c. Quæ bona, seù census, perpetuò subijciantur eisdem ordinationibus, & conditionibus, ac vinculo fideicommissi, & in euentum, in quem aliquis census, loca montium, siue alterius generis pecunia restituerentur, voluntas mea est, quod non perueniant ad manus meorum hæredum siue fideicommissariorum, sed quod immediatè depositentur in publico, & securo Bancho, seu &c. donec ex pecunijs emantur alij census, siue montes non vacabiles, vel alia bona stabilia &c. quæ bona etiam remaneant, & stent sub eisdem ordinationibus &c. & quod in Instrumentis, quæ de emptionibus conficientur, fiat particularis, & expressa mentio, quod debeant remanere cum eisdem obligationibus, tamquam bona prouenientia ex pecunijs per me acquisitis Summ. Rusc. num. 1.*

In exequutionem huius dispositionis Eneas Rusca præfati Ioannis Antonij frater, & hæres scuta bis mille auri in auro sibi obuenta ex bonis hæreditarijs implicuit in censu imposito de anno 1586. per RR. Canonicos Regulares Congregationis Sanctissimi Saluatoris, cum declaratione, quod erant de pecunijs dicti Testatoris fideicommisso suppositis; ideoque fuit conuentum, quod in euentum redemptio-

ptionis pecuniæ deponi debeant in aliquo tuto Banchocommuniter eligen. sub expressa conditione, quod exindè percipi, seù leuari non possint, nec debeant, nisi ad effectum illa inuestiendi in alijs Censibus tutis, vel bonis stabilibus, vel locis montium non vacabilium ad fauorem dicti Eneæ, & successiuè aliorum fideicommissariorum, & aliàs iuxtà formam, & dispositionem testamenti *eodem Summ. num. 3.*

Die 7. Martij 1592. idemmet Eneas retrouendidit præfatum censum dictis Canonicis, & pro eis Procuratori generali, eoquia habuit, & recepit in contanti sortem principalem dicti census vnà cum fructibus vsque tunc decursis *Summ. Canonicorum num. 3.*

Per obitum Eneæ primogenitura deuenit ad Anchisem, & eo defuncto, ad Ioannem Antonium iuniorem, qui viso, quod pecuniæ fuerant liberæ restitutæ Eneæ contra formam Testamenti, & Instrumenti, in quorum vnoquoque cautum fuerat, vt in actu redemptionis pecuniæ non soluerentur liberè, sed deponerentur in aliquo tuto Bancho, non amouendæ, nisi ad effectum inuestiendi in alijs Censibus, vel stabilibus, vt dictum est, egit coram A.C. pro fructibus dicti census contra dictos Canonicos, & obtinuit mandatum executiuum, à quo interposita appellatione, causaque mihi commissa cum clausula *Si quid exequendum*, disputato dubio, DD. affirmatiuè responderunt. Quia de obligatione Camerali constat ex Instrumento impositionis, restitutio verò sortis non suffragatur, dum seruata non fuit forma conuenta in illius impositione, nec factum depositum in aliquo tuto Bancho, ad effectum inuestiendi pro fideicommisso, prout in testamento Ioannis Antonij senioris fuerat ordinatum, quando
1 enim solutioni fuit data certa forma, soluens non consequitur liberationem, nisi forma præscripta ad vnguem seruata fuerit, vt inquit *gloss. in princ. inst. quib. mod. toll. oblig. verb. omnis obligatio, ibique Port. num. 9. Aret. num. 1. vers. in glossa Gerius Spin. cons. 23. num. 20. lib. 1. Soccin. iun. cons. 116. num. 6. ad med. & seqq. lib. 2.* Et in specie de extinctione census reinuestiendi ex causa fideicommissi, & similibus tradunt *Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 6. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 89. Grat. discept. for. cap. 45. num. 216. & 29. Cenc. de censib. quæst. 59. num. 35. cum seqq. Anat. decis. March. 50. num. 13. cum seqq. Giurb. decis. 79. num. 45. antè fin. vers. sic quoque, & num. 46. cum seqq.*

2 Nec releuat, quod restitutio facta fuerit ei, cum quo contractum fuerat, cui regulariter rectè soluitur, *Surd. decis. 229. num. 8. cum seqq. Card. Canal. decis. 345. num. 1. & 2.* Quia conclusio non procedit,
3 quando aliter fuit in Instrumento conuentum, & quando prout hic, Testator noluit pecunias restitui, sed deponi: vbi enim constat de contraria voluntate disponentis, sequenda est eius voluntas, &
4 ideò non rectè soluitur Procuratori, cum quo contractum fuit, si adest iusta causa credendi Dominum non permissurum, vt notat *Bart. in l. quod seruus ff. depos. Scacc. de Camb. §. 2. gloss. 5. num. 35.*

5 Multoque minus, quando non agitur solum de interesse illius; qui solutionem recipit, sed etiam de interesse alterius, cui ex contractu ius quæsitum fuit, prout in hoc casu quæsitum fuit fideicommissarijs, & primogenitis, ad quorum fauorem erant inuestiendæ pecuniæ; tunc enim non potest à pacto
6 conuento recedi in præiudicium primogenitorum, & aliorum, ad quorum fauorem pactum est appositum, vt probat *text. in l. 3. C. de pact.* & dixit *Rota coram Buratto dec. 106. num. 16. & in Perusina Censuum 13. Februarij 1615. coram Remboldo apud Cenc. de Cens. in ordine decis. 172. num. 5. & 6.*

Prout etiam non releuat, quod Census fuerit ab hærede acquisitus post mortem Testatoris, & propterea fructus non pertineant ad fideicommissarios, sed solum quantitas sortis in hæreditate reperta.
7 Quia cum acquisitus fuerit ex præcepto Testatoris, perindè habetur, ac si fuisset in hæreditate repertus de tempore eius obitus, vt tradunt in terminis *Bero cons. 87. num. 8. lib. 3. Fusar. cons. 68. num. 13. Surd. decis. 15. num. 22. Rota in recentior. dec. 682. num. par. 2.* Et proindè cadit sub fideicommisso, vt firmauit *Rot. in Bononien. Palatij de Elefantuccijs 14. Iunij 1638. & 19. Ianuarij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Ghislerio Prodecano.*

8 Nec contrarium probat stipulatio facta pro successoribus quibuscumque. Quia dum acquisitio facta fuit in executionem antiquæ dispositionis factæ à Ioanne Antonio, cuius vigore inuestimentum fieri debebat pro solis fideicommissarijs, & primogenitis, clausula illa pro successoribus intelligitur de successoribus sanguinis, vt in similibus terminis, do-
9 nationem scilicet factam in exequutionem antiquæ fideicommissi intelligendam esse de hæredibus sanguinis, declarauit *Rota in Vrbeuetana fideicommissi 20. Februarij, & 25. Maij 1612. coram bon. mem. Coccino.* Huiusmodi enim clausula restringitur ad hæ-
10 redes sanguinis, quando ex pactis in alia parte dispositionis appositis constat de mente disponentis, *Sim. de prat. de interpr. vlt. volun. lib. 3. insp. 1. dub. 4. solut. 5. nu. 20. fol. 198. Fusar. quæst. 339. nu. 78. cum seqq.*

Demum nihil releuat, pretium huius census fuisse inuestitum in alio censu, & sic impletam esse formam per æquipollens. Quia præter alias responsiones datas ab informantibus, placuit DD. quod dum ob non factum depositum cum vinculis, de quibus in testamento, & ob non factam expressionem in Instrumento, quod pecuniæ in casu restitutionis erant deponendæ pro nouo Inuestimento, sors fuit liberè restituta, & census euanuit in nihilum, quod non contigisset, si forma fuisset ad vnguem seruata, cum similes cautelæ adhibeantur à Testatoribus prudentibus, ne sit in libertate grauatorum pessundare census fideicommisso subiectos, vt optimè aduertit *Molin. de primog. d. lib. 3. cap. 10. num. 6.* Ideò
11 non potest dici satisfactum formæ per æquipollens, cum adimplementum per æquipolleus nõ admittatur, quando non sequitur idem effectus, & quando de facili lædi potest substantia actus, vt benè declarauit *Rota in Valentina Baroniæ 10. Martij, & 16. Aprilis 1603. coram Ortembergo, & coram Reuerendissimo D. Vrgellen. decis. 225. num. 17. & 18. cum seqq. & in Bonon. fideicommissi de Rubeis 27. Ianuarij 1644. coram R. P. D. Peutingerio.*

Præscriptio non potest allegari, quia post purificatum fideicommissum ad fauorem Io: Antonij iunioris, qui hodie agit, modicum tempus intercessit.
12 Certum autem est, quod viuo Procuratore, vel grauato non currit præscriptio contra primogenitũ, vel fideicommissarium, *Menoch. cons. 904. num. 60. cum seqq. Peregr. de fideicomm. art. 41. num. 8. & 16. Rota coram Card. Canal. dec. 213. in fine, & dictum fuit in Auximana fideicommissi 22. Martij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Decano circa finem.*

Quod autem in licentia imponendi censum concessa per Sedem Apostolicam non fuerit expressum hoc pactum, minusque specificata facultas obligandi Congregationem, & Canonicos ad faciendum depositum, non fuit habitum in consideratione, quia

13 cum nec directò, nec indirectè impediat facultatem
redimendi, nec mutet, aut alteret naturam contra-
14 ctus, minusuè sit Canonicis præiudiciale, dum eadem facilitate sit depositum, qua fieret solutio, ad *not. per Grat. discept. forens. cap. 45. num. 15. 16. & 17. Amat. dec. March. 50. num. 33. vers. non obstat, quod secundo loco Giurb. d. dec. 79. num. 46. vers. Id tamen.* Illius expressio non erat necessaria, vt in simili dixit *Rot. dec. 24. num. 14. & seqq. par. 5. recent.*

Eoque minus, quia pactum huiusmodi pendet totum, & per totum à voluntate Testatoris, & creditoris, qui primogenituram ordinauit, vel pecunias dedit ad Censum, potest enim hic pro libito suæ voluntatis mandare, vt in casu redemptionis pecuniæ non soluantur grauato, sed deponantur in loco tuto, à quo non possint amoueri, nisi ad effectum inuestiendi sub eisdem oneribus, & conditionibus, vt aduertit *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. n. 6.*
15 *Giurb. d. decis. 79. sub num. 45. in fine*; Et per consequens non fuit opus hoc pactum exprimere, nec super eo requirere beneplacitum Apostolicum, tamquam totaliter pendens à voluntate creditoris, vt in simili de assensu regio distinguendo tradit *Franc. à Pont. de potest. Proregis tit. 8. §. 3. num. 24. ante med.*

Ideò non aduersantur *Bursatt. cons. 103. num. 23. & Manent. dec. 22. num. 19. cum pluribus seqq.* Firmantes huiusmodi licentias esse strictè interpretandas, cum sint dispensationes circa rem prohibitam, proindeque non posse extendi vltra concessa, nec minus ex maioritate rationis, vt notat *Pinell. in l. 1. par. 3. n. 52. vers. sed hæc vera opinio C. de bon. matern.* Quia lo-
16 quuntur in longè diuerso casu, scilicet de extensione licentiæ de vna persona ad aliam, & de vno casu ad alium, vbi scilicet licētia concessa erat vni feudatario, & prætendebatur posse alteri suffragari, vt
17 loquitur *Pinell.* vel de extensione vnius rei ad aliam valdè præiudicialem, vt loquitur *Bursatt.* vbi licentia pro sorte extendebatur ad damna, & interesse ob moram debitoris contractam; secus autem vbi, prout hic agitur de simplici pacto nullum afferente præiudicium, & totaliter pendente à voluntate creditoris; hoc enim casu nulla ratione erat exprimendum ex iuribus supra allegatis.

Et ità resolutum parte vtraque informante.

PLACENTINA PENSIONIS.

Lunæ 25. Junij 1646.

ARGVMENTVM.

Pensionarius an, & quando iustificare teneatur gratiam reseruationis pensionis? & ab onere iustificationis reuelatur, si est in possessione exigendi per triginta annos.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius in possessorio non tenetur iustificare gratiam reseruationis pensionis secus verò, quando agitur petitorio, & num. 2.*
3 *Pensionarius tenetur gratiam reseruationis pensionis iustificare, si titularis negat se ad solutionem teneri.*
4 *Valor a pensionario narratus per ascensum est concludenter iustificandus.*
5 *Gratia reseruationis pensionis non est iustificanda, quoties Pensionarius in possessione exigendi reperitur per triginta annos.*
6 *Et licèt Rota aliquando admiserit minus tempus attamen constabat de iustificatione ex pluribus adminiculis.*
7 *Valor narratus, an sit iustificatus ad effectū substinendi pensionem attendi debet tempus proximum reseruationi pensionis.*
8 *Valor non præsumitur mutatus intra breue temporis interuallum.*

DECISIO CCXVI.

IOannes de Herrera prouisus de Canonicatu, & Præbenda Ecclesiæ Cathedralis Placentinæ, & coactus per decretum Vicarij, seu Officialis Placentini soluere pensionem annuam ducatorum 320. auri aliàs reseruatam de anno 1611. super eodem Canonicatu ad fauorem Francisci de Torres, introduxit coram me causam appellationis per eum interpositæ à dicto decreto, & relicto possessorio, institit pro disputatione dubij, an dicta pensio substineatur, quo hodie proposito, fuit negatiuè per DD. responsum, cum Franciscus gratiam suæ reseruationis non iustificauerit.

Quandoquidem DD. sequuti fuerunt illam distinctionem sæpius à Rota firmatam, quod vel agi-
1 tur iudicio possessorio, & cum Pensionarius habeat intentionem fundatam in possessione exigendi, non tenetur iustificare causam suæ possessionis, & onus probandi inualiditatem pensionis incumbit Titulari, vt docet *Abb. in cap. querelam num. 2. de elect.* vel
2 titularis agit iudicio petitorio, dicens se non teneri ad solutionem pensionis, eo quia reseruatio est nulla, vel gratia non fuit iustificata, & cum agatur super proprietate iuris percipiendi, causa iustificari debet ab eo, qui asserit pensionem sibi deberi *Abb. vbi supra n. 12.* Proindeque cum intentio Ioannis, in casu, de quo agitur, sit fundata in eo solum, quod negat se teneri ad solutionem pensionis, Franciscus
3 concludenter iustificare debet gratiam suæ reseruationis, qua non iustificata, titularis venit absoluendus, vt sequendo hanc distinctionem, dixit *Rota in Vercellen. Pensionis 26. Iunij 1592. coram Card. Mantic. quæ in ordine est decis. 196. num. 2. & 3. in Carthaginen. pensionis 10. Aprilis 1598. coram Penia Card. Seraph. dec. 1122. num. 2. Add. ad bon. mem. Buratt. decis. 261. num. 17. coram bon. me. Coccino dec. 40. num. 7. & 8. in Troiana Pensionis 14. Maij 1629. coram Queippo impress. post Modern. Perus. de manut. dec. 316. nu. 2. in recent. decis. 457. num. 2. par. 4. & in Perusina Parochialis, seu pensionum prima Iulij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Idque tanto magis, quia Franciscus in supplicatione narrauit Pontifici valorem Canonicatus per ascensum in ducatis 700. ibi, *Redditus Canonicatus, & præbendæ huiusmodi ad valorem annuum 700. ducatorum auri pariter ascenden. &c. vt similiter asseris &c. Summ. Herrera num. 1.* Dum itaq; expressio dicti va-
4 loris per modum affirmatiuum ad ascensum narrati fuit fundamentum gratiæ, nec agitur contra consentientem dictæ reseruationi, sed illius successorem, per concludentes Probationes ab impetrante verificari debet, *Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 476. Rota in Asculana Pensionis 23. Ianuarij 1593. coram Orano relata ab eodem Garz. ibidem num. 627. Cardin. Seraph. decis. 1009. num. 2 bon. mem. Buratt. decis. 437. num. 9. in d. Troiana Pensionis num. 3. in recen. dec. 444. num. 1. & 2. par. 2. dec. 144. num. 1. decis. 343. num 3. & dec. 546. num. 1. par. 8. in dicta Perusina Parochialis, seu Pensionum coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. Quoniam fuit animaduersum in fin. & postremo in Romana pensionis 23. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat, quod ex subsequuta obseruantia exigendi huiusmodi pensionem gratia reseruationis remaneat iustificata, etiam ad effectum petitorij, vt dictum fuit *in Romana Pensionis 19. Ianuarij præteriti coram me.*

5 Quia cum non probetur continuata per triginta
annos

annos completos, non est apta inducere gratiæ iustificationem, *Lotter. de re benefic. lib. 1. cap. 40. n. 355. & 356. Rota in Lauden. Pensionis 29. Maij 1599. coram Penia post March. de Comm. par. 1. pag. 560. num. 2. in Neritorien. Pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta relato à Garz. vbi supra d. lib. 1. cap. 5. n. 472. bo. me. Buratt. decis. 296. num. 3. in recent. decis. 505. nu. 3. in fin. par. 1. d. decis. 144. num. 11. par. 8. & in Romana, seu Fanen. Pensionis 27. Iunij 1637. coram bon. mem. Coccino.*

6 Et licèt *Rota in illa Romana Pensionis coram me*,
admiserit minus tempus, videlicet viginti nouem
annorum, ac nonnullorum mensium, attamen ibi-
dem concurrebant quamplura adminicula, & pro-
bationes, videlicet depositiones Testium, Partitæ li-
brorum Camerariatus Ecclesiæ, verisimilitudo, im-
pedimentum præstitum ab altera parte, cuius de
causa melior probatio fieri non potuit, & denique
solitum illius Ecclesiæ, in qua cæteri Canonicatus
reperiebantur grauiori pensione grauari, nec vllus
de nullitate opponebat, quæ adminicula, etsi de
perse considerata non sufficerent pro iustificatione
gratiæ, ijs tamen omnibus simul iunctis vna cum
obseruantia dictorum viginti nouem Annorum, &
vltra, responsum fuit esse iustificatum, vt in dicta
decis. 5. Placuit autem responsio: Verum in casu, de
quo agitur, nedum dicta adminicula desiderantur,
quinimmò concurrunt in contrarium: & primo
quia Franciscus de anno 1608. impetrauit Canoni-
catum, de quo agitur, à Sede Apostolica, & in sup-
plicatione valorem illius per non excessum narrauit
in ducatis quingentis auri *d. Summ. n. 7.* De anno verò
1611. quo illum resignauit, in gratia reseruationis
pensionis valorem expressit per ascensum in duca-
tis auri septingentis *d. Summ. n. 1.* cum enim ad effe-
7 ctum substinendi pensionem pro probando valore
attendi debeat tempus proximum reseruationi, vt
aduertit *Felin. in cap. ad Aures num. 17. vers. Limita 2. de rescript. Sarnen. ad regul. de valor. quæst. vltima n. 1. Castad. decis. 19. in fin. super regul. Caputaq. decis. 330. nu. 1. part. 3. san. mem. Greg. dec. 419. num. 1. Rota coram bon. mem. Coccino dec. 82. n. 2. in Romana Pensionis 28. Iunij 1638. coram Eminentiss. D. Card. Verospio*, in
8 conuenienti probata videtur falsitas narratiuæ, cum
tàm breui temporis interuallo, ab anno 1508. vsque
ad annum 1611. mutatio valoris non præsumatur,
Bald. in l. 2. num. 8. C. de rescind. vend. Natta cons. 353. num. 2. Rota coram san. memor. Greg. dec. 553. nu. 5.

Secundò quia de anno 1625. idem Franciscus deuenit ad concordiam, in qua ob tenuitatem redditiuum remisit, & condonauit Herreræ regalia 800. annua per eum soluenda in causam dictæ pensionis *d. Summ. num. 3.* quod vtique non fecisset, nisi verè agnouisset redditus non ascendere ad valorem expressum.

Et ità resolutum vnica tantùm &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Sententia excessiua, quando non fuit exequutioni demandata non est nulla in totum, sed potest in gradu appellationis de æquitate reformari. Melioramenta facta à Filio Familias præsumuntur facta ex pecunijs paternis, quoties non apparet de acquisitione pecuniarum ex industria filij familias, ac proinde eidem patri melioramenta acquisita dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excessiua in parte venit in ea parte per Iudicem reformandi.*

2 *Sententia in parte excessiua est nulla in totum Declara num. 3. & 4.*

5 *Sententia in parte excessiua potest per Iudicem secunda instantia reformari, & respectiuè confirmari.*

6 *Melioramenta facta à filio existente sub patria potestate præsumuntur facta, de pecunijs paternis non autem proprijs, dum non probatur fuisse ex propria industria acquisitas.*

7 *Melioramenta à filio facta de pecunijs patris ipsi Patri acquiruntur.*

8 *Melioramenta fuisse facta ex pecunijs filij, non autem paternis onus hoc probandi non incumbit filio, si possidet, sed allegants contrarium. Declara num. 9. & 10.*

11 *Melioramenta facta à filio cēsentur de pecunijs paternis, si pater viuens inter filios illa diuisit taliquè diuisione filij consenserunt, & num. 12.*

13 *Melioramēta in fundo fideicōmisso obnoxio si sunt adeo excessiua, vt nequeant per fideicommissariū refici, tunc possessor tenetur ad valorem, & solutionem fundi, nec conceditur fideicommissario immissio præiudicio, & num. 14.*

15 *Solutio tamen extimationis fundi fideicōmissarij aut retentio pro melioramentis, cum pendeant Iudicis arbitrio, debet Iudex arbitrari ne delicatus debitor, nec onerosus creditor lædatur, & num. 16. & 17.*

DECISIO CCXVII.

PRæuijs quatuor decisionibus R. P. D. meus Bichius tulit sententiam, in qua pronunciauit Michaelem de Spiritibus hæredem fideicommissarium Ioannis de Spiritibus esse immittendum in possessionem bonorum fideicommissariorū d. q. Ioannis tàm intus Vrbem, quàm extrà, videlicet pro indiuiso in possessionem Domus, seù Domorum existentium hic in Vrbe in Regione Ripæ, pro rata tamen sc. 1600. monetæ, necnon in possessionem omnium bonorum extrà Vrbem, vt in sententia in *Regestro pag. 489.*

Ab hac sententia appellarunt Clementia, & litis
Consortes pariter de Spiritibus, & adita signatura,
illa rescripsit, in Rota, cum clausula *consito*, quod
sit locus Ægidianæ, & me Proponente die 14. Iu-
nij anni præteriti, resolutum fuit Ægidianæ locum
esse, sed reproposita causa sub die 15. Ianuarij præ-
sentis anni, ex capite liquidationis tamen recessum
fuit a decisis, ideò proposui dubium, An sententia
Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & DD.
reformandam esse responderunt, quia cum fuerit
excessiua in ea parte, in qua liquidat valorem Do-
1 mus Vrbis in scut. 1600. vt infrà consequens est, vt
in summa excessiua per Iudicem veniat reformau-
da, ad text. *cap. Rainutius vbi Abb. num. 10. vers. Imo plus eleganter de Testam.*

Excessus enim, vt dicebatur in vltima decisione coram me controuerti non potest, dum ex relatione Petri Curti Periti electi de consensu vtriusque partis apparet dimidiam huius Domus, quàm Egidius de anno 1614. vendidit Pasquali Fratri tunc temporis fuisse valoris scut. 883. b. 86. computatis melioramentis ab eodem Egidio factis post obitum Ioannis Petri, quæ idem Peritus dixit ascendere ad scut. 153. quibus detractis à dd. scut. 883. cum non caderent sub fideicommisso prius instituto, valor dimidiæ ad Egidium spectantis remanet in scut. 730. ad quam rationem æstimando etiam alteram
por-

portionem Pasqualis, quæ erat coæqualis, & veri-
similitèr eiusdem æstimationis, valor integræ do-
mus fideicommissariæ ascendit dumtaxat ad summã
scut. 1460. Dum itaque condemnatio fuit facta in
scut. 1600. tamquam excessiua in scut. 140. in hac
quantitate sententia reformari debet *ex Iuribus su-*
pra allegatis.

2 Non obstat, quod sententia pro parte excessiua
sit in totum nulla iuxt. *gloss. in l. final. ff. de Iur. Iur.*
Tut. dec. 315. num. 1. & 2. lib. 1. in Correct. cum alijs al-
leg. in Viterbien. fideicom. seù attentator. 13. Maij 1644.
coram me §. Nullamq.

3 Quia prædicta procederent, si sententia fuisset
exequutioni demandata, in quibus terminis loqui-
tur *decisio in d. Viterbien. fideicomm. seù attentat. coram*
me, & cor. bo. me. Buratto dec. 286. num 5. & dec. 337. nu.
22. Secus autem quandò, prout hic, sententia non-
4 dum fuit executioni demandata, sed in gradu appel-
lationis disputatur de illius confirmatione, vel in-
firmatione, tunc enim Iudex appellationis potest de
stylo, & æquitate sententiam in parte excessiuam
reformare, & in reliquis confirmare, cum ex huius-
5 modi confirmatione nullum inferatur præiudicium
alteri parti, quæ ex deductis est vera debitrix in sum-
ma confirmanda, vt sequendo Doctrinam *Abb. in d. c.*
Raiuntius d. num. 10. consuluerunt *Alex. cons. 183. nu.*
4. lib. 6. Aym. cons. 140. num. 8. Roland. cons. 41. num. 42.
lib. 1. Capic. dec. 51 num. 7. & 8. Rot. dec. 456. numer. 7.
par. 4. rec.

Nec obstat alius excessus, ex quo non fuerunt sæ-
paratæ duæ tertiæ partes melioramentorum factæ
ab Egidio, & Pasquale filijs insimul cum Ioanne
Patre ab anno 1593. vsque ad annum 1605. quo di-
ctus Ioannes huiusmodi domum vnà cum meliora-
mentis inter filios diuisit.

6 Quia cum dicti Fratres de eo tempore viuerent
sub patria potestate, & cum eo cohabitarent, nec
probetur ex ipsorũ industria acquisiuisse pecunias,
quas impendere potuissent in melioramentis, dum
7 patre sciente, & patiente meliorarunt; meliorasse
præsumuntur cum pecunijs ab ipso profectis, & me-
lioramenta ipso Iure ei acquisita fuerunt, vt præter
allegatos *in decisionibus huius causæ sub die 22. Maij*
1643. §. Rursus non obstat, & 12. Decembr. 1644. §. 2.
Instrumentum circa finem coram R. P. D. meo Bichio,
tradunt *Calcan. cons. 19. antè numerum primum vers.*
Item & 3. & num. 4. Soccin. cons. 91 num. 10. lib. 1. Pas-
chal. de Iur. Patr. Potest. cap. 3. num. 10. & 11.

Nec releuat, quod dum filij sunt in possessione,
sufficiat sola possibilitas, & agenti contra eos in-
8 cumbit onus probandi pecunias non fuisse quæsitas
ex propria industria, sed ex substantia paterna, vt
post *gloss. in l. Cum oportet inter ex eius substantia in*
fin. vers. item dic C. de bon. quæ liber. tradit *Bald. ibid.*
num. 11. in fin.

9 Placuit enim responsio, quod prædicta procedere
possent, si pro possessoribus concurrerent coniectu-
ræ, vt quia pater esset pauper, filij verò diligentes,
& industriosi, in quibus terminis consuluit etiam
Roman. cons. 159. in fin. vers. Et ad hoc accedat. Secus
verò, vbi prout hic, aduersus eos vigent coniectu-
ræ in contrarium, ex quo pater erat diues [iuxta
tamen eius Vires,] filij verò nec diligentes, nec
adeò industriosi probantur, vt potuerint propria
10 industria acquirere, & tunc non sufficit sola possi-
bilitas, cum per huiusmodi possessionem non rele-
uentur ab onere concludentèr probandi pecunias ac
quisiuisse proprio exercitio, vt sequendo hanc distin-
ctionem tradunt *Corn. cons. 247. num. 6. lib. 3. Siluan.*
cons. 86. num. 7. & 8. cum seqq. Becc. cons. 153. num. 8. &
per tot. Bertazol. cons. Ciuil. 19. num. 16. cum similibus
seqq. lib. 1. Paschal. vbi sup. d. cap. 3. num. 24.

11 Et iterum ponderarunt DD. quod Ioannes Pater,
de anno 1605. disposuit de dicta Domo, & meliora-
mentis, illa diuidendo inter filios, & fideicommisso
subijciendo. Hinc enim dum Pasqualis, & Egidius
eius filij d. Diuisioni, & fideicommisso consenserunt,
12 agnouisse videntur, quod rata etiam melioramen-
torum spectabat ad Patrem, vel iuri, si quod super
eis habebant, renunciasse iuxta dispositionem text.
in l. sicuti §. venditionis ff. quib. mod. pign. vel hypoth.
sol. cum alijs allegatis in d. dec. R. P. D. mei Bichij die
12. Decembr. d. §. 20. Instrum. circa fin.

13 Denique nihil obstat, quod quando melioramen-
ta sunt adeò excessiua, vt pauper fideicommissa-
rius illa reficere non valeat, possessor teneatur adso-
lutionem, & valorem fundi fideicommisso obnoxij
vt videtur sensisse *Peregr. de fideic. art. 50. part. 2. nu.*
33. vers. Quamobrem, quem refert, & sequitur Fusar.
14 *cons. 139. num. 13.* non autem concedatur immissio
fideicommissario pro indiuiso.

15 Quia cum restitutio melioramentorum, vel solu-
tio æstimationis fundi fideicommissarij, aut reten-
16 tio pro melioramentis pendeant ab arbitrio Iudi-
cis, qui prudenter aduertere debet, vt nec delica-
tus debitor, nec onerosus Creditor lædatur per text.
in l. si seruos ff. de pign. act. Ang. Aret. in §. certè illud sub
num. 2. vers. & tunc, aut Dominus inst. de rer. diuis. quod
admitt. idem Peregr. d. num. 33. Ideò DD. coram R. P.
D. meo Bichio, sequendo æquitatem elegerunt hanc
mediam viam, vt melius consulerent indemnitati
non solum huius pauperrimi fideicommissarij, nè ob
magnas meliorationes re carere cogatur, sed etiam
17 possessorum, quibus minus durum videtur Immis-
sionem pati pro rata fideicommissi, quàm pretium
restituere. Cæterum si Clementia, & litis Consor-
tes potius velint illud soluere, Michael non recla-
mat, cum libentius paratus sit quantitatem firma-
tam recipere, quàm ad immissionem deuenire.

Quantum attinet ad immissionem in possessionem
Bonorum extrà Vrbem, quam nec alterea pars impu-
gnat, & quoad Domum Vrbis, pro rata tamen dd.
scut. 1460. sententia est omninò iusta ex rationibus,
& fundamentis in dictis quatuor Decisionibus latè
deductis, & consequenter vsque ad d. summam sc.
1460. reformanda, prout resolutum fuit vtraq; &c.

CREMONEN. PAROCHIALIS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Possessio apprehensa per ocularem inspectionem Te-
ctorum, & Campanilis Ecclesiæ ab eo, qui fuit im-
peditus vi aliqua, ne caperet realem, & corporalem
possessionem, ei suffragatur ad manutentionem ob-
tinendam in concursu alterius possessoris posterioris,
& quid requiratur ad hoc, vt possessio dicatur legiti-
mè apprehensa?

SVMMARIVM.

1 *Possessio, de qua constat per publicum Instrumentũ*
est manutenibilis, non docto de alterius tunc tem-
poris possessione.
2 *Possessio sustinetur eo modo, quo capi potuit, quãdo*
quis ex vi fuit impeditus, ne corporalem appre-
henderet, & satis est, quod fuerit apprehensa per
ocularem inspectionem Tectorum Ecclesiæ, &
Campanilis.
3 *Impeditus apprehendere corporalẽ pensionem, ha-*
betur pro possessore etiam absque alio ingressu
corporeo.
4 *Possessio posterior tamquã Clandestina, & turba-*
tiua

tiua non impedit manutentionem anteriori possessori qui non habuit se pro spoliato.

DECISIO CCXVIII.

POst denegatam Remissoriã Giriolo proposui dub; cui sit dandum mandatum de manutenendo, & dandum esse Girono DD. responderunt, cum con-
1 stet de eius possessione ex Instrumento publico, quæ non docto alium tunc temporis possedisse, est manutenibilis *l. prædia vbi omnes ff. de acquir. poss. Rota in Verulana Beneficij 31. Ianuarij præteriti coram me.*

Non obstat, quod in eodem Instrumento legatur possessionem fuisse captam per ocularem Inspectionem tectorum Ecclesiæ, & Campanilis, non autem per actualem ingressum in Ecclesiam, & prout ad hunc effectum requiritur.

Quia cum illius Procurator specialiter ad hoc deputatus tentauerit ingressum in Oppidum ad effectum capiendi actualem, & corporalem possessionem Parochialis, de qua egitur, & ei fuerit præstitum impedimentum à militibus Armatis ibidem assistentibus, vt in eodem Instrumento attestatur Notarius rogatus, substinetur possessio eo modo,
2 quo capi potuit *ad text. in l. Cum vnus § si propter naturam ff. de bon. auth. iudic. poss. Alberic. in l. 1. §. si insteriminum. 4. de acquir. possess. Falin. in cap. cum aliquibus num. 4. & 5. de sent. & re iudic. Tiraquell. de Iur. constit. limit. 17. num. 7. Rebuff. de constit. Regul. tit. de Mater. poss. in præfat. num. 47. & in Prax. tit. de Mission. in possess. num. 34. vers. Immò aliquando Couar. var. resol. lib. 3. cap. 16. num. 12. vers. Acquiritur. item possessio Afflic. dec. 302. num. 1. & 2. Rot. post 2. vol. cons. Farin. dec. 319. num. 3. & Tullen. Prioratus 6. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bicchio.*

Idque eo facilius cum concurrant omnia requisita, videlicet Decretum Exequutionis mandantis eundem in possessionem immitti, vis, & resistentia laicalis, ac Verbalis possessio tradita à Notario, vn-
3 dè dùm fuit impeditus eam actualiter, & Corporaliter apprehendere, habetur pro possessore, etiam absque alio ingressu corporeo *cap. Quia contingit de dol. & contumac. Ferrett. cons. 3. num. 16. & 17. vol. 1. Gonzal. sup. regul. 8. Cancell. §. 3. proem. num. 41. & 42. & glos. 27. num. 46. san. mem. Greg. dec. 364. num. 2. Rota in Cæsaraugustana onerum 3. Iulij 1622. cor. bo. me. Pirouano penes Modern. Perusin. de manut. dec. 175. num. 15.*

4 Non obstat possessio Cirioli; quia cum sit posterior, tamquam clandestina, & turbatiua non impe-
5 dit manutentionem Anteriori, qui non habuit se pro spoliato *cap. licet Episcopus de preb. in 6. cap. licet causam de probat. Bart. in l. si duo nu. 4. ff. vti possi. Menoch. de retin. remed. 3. num. 725. Rot. coram san. mem. Greg. dec. 40. num. 3. & dec. 171. num. 2. & in Alborien. Canonicatus 27. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita resolutum vnica tantum, &c.

PERVSINA PAROCHIALIS.

Merc. 4. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Possessio Ecclesiæ dicitur vacua, quamuis Æconomus sit deputatus cum is impedire manutentionem vero possessori, & prouiso non valeat, sed ibi tantum permaneat ad custodiam, & tandiù possideat, quandiù aliquis de Ecclesia fuerit prouisus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, de qua constat per publicum Instrumentum est manutenibilis, non docto alium tunc temporis possidisse.*

2 *Aeconomus habet dumtaxat custodiam bonorum Ecclesia, & redditaum, non autem illius possessionem*

3 *Possessio Ecclesia, per existentiam Aeconomi non dicitur plena ad effectũ denegandi manutentionem proviso à legitimo. Collatore possidente ex vera possessione licet Instrumentali.*

4 *Possessio, vt dicatur plena requiritur, quod intus sit aliquis, non simplicis custodiæ gratia, sed animo possidendi.*

5 *Aeconomus, tandiù Ecclesiam siue beneficium detinet, illudque custodit, quamdiù aliquis de eo prouideatur.*

6 *Aeconomi detentio penitus expirat, & possessio remanet vacua per prouisionem Ecclesia factam à legitimo Collatore.*

DECISIO CCXIX.

ZEnobius de Consulis Monachus Cassinensis prouisus ab Abbate Monasterij S. Petri eiusdem Congregationis de Ecclesia Parochiali Castri Agelli vacante per obitum Octauiani Ferrarij illius possessionem fuit adeptus die 12. Maij 1644. Verum quia Vicarius D. Episcopi Perusini per duos dies ante d. prouisionem Æconomum deputauerat super eadẽ Parochiali, qui subindè pariter possessionem cæpit introducta causa lactationum in Rota, fuit dubitatum, An, & cui sit dandum mandatum de manute-
1 nendo, & dandum esse Zenobio DD. censuerunt, cum constet de illius possessione ex Instrumento publico, quæ non docto alium tunc temporis possedisse est manutenibilis *vulg. l. prædia ff. de acquir. poss.*

Non obstat, quod de eo tempore possessio fuerit plena, & apud Æconomum à dicto Vicario deputatum.

2 Quia cum Æconomus habeat dumtaxat Custodiã Bonorum, & reddituum, non autem possessionem Ecclesiæ *Hostien. in cap. ut præterita num. 8. ibique Abb. num. 8. de election. Innoc. in cap. & partem sub n. 3. vers. istis respondetur de arbitr. Lap. alleg. 81. num. 8. & 9. Rot. in Tullen. Prioratus 6. Iunij 1642. cor. R. P. D. meo Bicchio,* Possessio non dicitur plena ad effectum denegandi manutentionem, Prouiso à legitimo Collatore possidente ex vera possessione licet Instrumentali, vt sequitur *Socc. cons. 131. num. 8. lib. 1. Rifignett. decis. 8. de restitut. spoliat. Rot. decis. 5. de caus. poss. & prop. in antiq. resolutum fuit in Celsonen. Parochialis 27. Iunij & 17. Nouembr. 1642. cor. R. P. D. meo Pentingerio, & in Florentina Parochialis 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Bicchio, & in Narnien. Parochialis 10. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Pentingerio.*

3 Possessio enim vt sit plena requiritur, quod intus sit aliquis non simplicis Custodiæ gratia, sed animo possidendi vt post *Achill. dec. 1. num. 2. de caus. possess. & prop. dixit Rota in vtraque alleg. decis. Celsonen. & Florentina Parrochialis.*

5 Et ponderarunt DD. quod cum Æconomus tamdiù Ecclesiam siuè Beneficium detineat, illudque custodiat, quamdiù aliquis de eo prouideatur, vt disponitur per d. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 8. de reform.* Statim ac Zenobius prouisionem impetrauit ab Ab-
6 bate, cui Collatio pertinet, detentio Æconomi penitus expirauit, possessio remansit vacua, vt *arg. text. in l. Imperat. ff. de postul. & in l. Statu liber. §. Stichum ff. de leg. 2. dictum fuit in d. Celsonen. Parochialis 17. Nouembr. 1642. §. Tollebatur etiam prius in Nsulen. Parochialis 31. Martij eiusdem anni cor. bo. me. Merlino §. Non obstat allegata confirmata cor. D. meo Pentingerio d. die 10. Iunij 1643. §. Quia possessio, & in Treueren. Archidiacon. 13. Iunij 1644. coram me §. Nec obstat, primum.*

Et

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

VLADISLAVIEN. VILLÆ DE HOPPEMBRVCH.

Mercurij 4. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Mandatũ de manutenendo in quasi possessione vtilis Dominij conceditur probanti possessionem de tempore litis Attentans antequam integraliter purgauerit, Attentata, non est audiendus, etiam super manutentione, & attentata passus non censetur renunciasse Iudicio attentatorum patiendo discuti principale negocium, quando ipse sententiam fauorabilem reportauit, licèt secus si succubuerit.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in quasi possessione vtilis dominij denegari non potest probanti suam possessionem de tempore motæ litis, quæ operatur, vt sit manutenendus in eo statu, in quo reperitur.*

2 *Solutiones, & recepta Canonum facta in manibus Episcopi, tamquam domini directi faciunt sufficientem probationem pro impetranda manutentione in possessione directi dominij.*

3 *Attentans antequam integraliter attentata purgauerit, non est audiendus, tàm super petitorio, quàm possessorio.*

4 *Attentata passus licet per viam reuocationis attentatorum intentauerit remedium manutentionis, illi non præiudicat, quin fructus per viam attentatorum recuperare possit.*

5 *Attentata passus non censetur renunciasse Iudicio attentatorum per patientiam, quod discutiatur principale negocium, quando ipse sententiam fauorabilem super eo reportauit.*

6 *Licet secus si in eo succubuerit.*

7 *Exceptio deuolutionis ob inobseruantiam pactorũ, & non solutionem Canonis, tamquam requirens altiorem indaginem non impedit manutentionẽ vtilis dominij, sed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CCXX.

Postquam sub die 13. Aprilis proximi præteriti coram me dictum fuit Abbati, & Monacis Pelplinen dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione vtilis dominij tantum Villæ, de qua agitur, instabant dicti Abbas, & Monaci; tàm pro expeditione dicti mandati de manutenendo: quàm pro purgatione attentatorum commissorum per Reuerendissimum D. Episcopum Vladislauiæ, quæ etiam canonizata fuerunt coram R. P. D. meo Otthobono, vt ex decisione coram eo emanata *sub die 3. Iulij 1645.* Verum quia pariter idem D. Episcopus petebat mandatum de manutenendo in quasi possessione directi dominij eiusdem Villæ controuersæ, & vlterius impugnabat deducta attentata allegando se non fuisse auditum, & decisionem emanasse ipso non informante, facto prius verbo in Rota, proposui hodie dubium, An sit standum, vel recedendum à decisis coram me, & DD. affirmatiuè responderunt.

Manutentio enim in quasi possessione vtilis do-
1 minij tantum præterquod ab altera parte non controuertitur, denegari non potest, cum dicti Abbas, & Monaci probent suam possessionem de tempore motæ litis, quæ operatur, vt sint manutenendi ad statum, in quo de eo tempore reperiebantur, ex Iuribus allegatis in dicta decisione, quæ reuidetur.

Quo verò ad petitam manutentionem per D. Episcopum in quasi possessione directi dominij, licèt ab Abbate, & Monacis impugnari non possit, cum ad effectum obtinendi manutentionem in possessio-
2 ne vtilis produxerint quietantias, & receptas solutionum Canonum factarum in manibus eiusdem D. Episcopi, tamquam Domini directi, quæ solutiones faciunt sufficientem probationem pro impetranda hac petita manutentione: Nihilominus placuit DD. illam pronunc suspendere, ex eo fundamento, quia cum coram R.P.D. meo Otthobono resolutum fuerit D. Episcopum attentasse innouando, & ad plura præiudicialia deueniendo post recusationem de se factam, & post sibi præsentatam inhibitionem Rotalem, dictaque attentata adhuc purgata non fuerint, tanquam priuilegiata impediunt prosequutionem Iudicij manutentionis in odium attentantis, & donec fuerint integraliter purgata, attentans audiri non debet, *cap. non solum de appell. in 6. Caput aq. dec. 52. num. 2. par. 3. Card. Seraph. dec. 1176. num. 2. Rot. in rec. decis. 94. num. 4. par. 3. & alibi passim.*

Non obstat, quod Abbas, & Monaci coram eodem D. meo Otthobono non institerint pro purgatione attentatorum, sed loco illorum reuocationis petierint mandatũ de manutenẽdo, à quo appellante D. Episcopo, fuit mihi commissa causa appellationis cum facultate manutenendi quem de Iure, Ideoque renunciasse videntur Iudicio Attentatorũ.

4 Quia licèt per viam reuocationis attentatorum intentauerint remedium manutentionis, huiusmodi tamen remedium ipsis non præiudicauit, quin hodie possint etiam petere illorum purgationem, & fructus, ac expensas recuperare, vt fuit resolutum
5 coram *Card. Seraph. d. dec. 1176. num. 6.* Patientia enim, quod discutiatur negocium principale, vel super manutentione non inducit renunciationem attentatorum, quando ille, qui attentata passus fuit, prout in casu nostro, super negocio principali, vel
6 manutentione sententiam fauorabilem reportauit; licèt secus dicendum esset, si succubuisset, vt resoluit *Rot. cor. Reuerendiß. Vrgell. dec. 313. num. 5. & seqq. in Bonon. Pecuniaria, seù attentatorum 26. Aprilis 1645. cor. R.P.D. Bicchio in Cæsaraugustana Distributionum, seù attentatorum 27. Febr. eiusdem anni §. neq. releuat, & in Baren. seù nullius Pecuniaria 24. Ianuar. præteriti coram me.* De hoc tamen DD. nihil determinarunt, cum hodie tantum permanserint in decisis quoad manutentionem in possessione vtilis Dominij ad fauorem Abbatis, & Monachorum: De attentatis verò mandauerint, vt particulariter videbitur in alia disputatione.

7 Cæterum exceptio deuolutionis ob inobseruantiam pactorum, & non solutionem duorum denariorum, non est apta retardare manutentionem dictis possessoribus, sed tamquam altiorem indaginem requirens reijci debet ad petitorium, sicuti responsum fuit *in decisione, quæ reuidetur §. penult. cum sequenti.*

Et ità fuit decisum &c.

FANEN. DOTIS.

Mercur. 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Vxor, licèt *ex remed. Auth. Resque C. communia de legat.* possit detrahere bona fideicommisso subiecta ex bonis Viri pro restitutione suarum Dotium, hoc tamen procedit in subsidium bonis liberis non extantibus, quando mulieri incumbat onus probandi negatiuam non existentiæ, & quando incumbat Fideicommissario? Vxor hæres instituta sub conditione quousque vitam vidualem seruauerit, si transeat ad secunda vota, tenetur ad restitutionem integræ Hæreditatis, & fructuum à die obitus Testatoris

totis , perinde ac si numquam fuisset hæres instituta, & in quibus terminis conditio affirmatiua *quousque* resoluatur in negatiuam , & quando non Vxor soluens posterioribus creditoribus de bonis, & pecunijs Viri, sibi præiudicat, itaut amplius regressum non habeat ad *remed. Auth. Resque* in præiudicium Fideicommissarij.

SUMMARIUM.

1 *Vxor pro restitutione sua dotis potest agere contra omnia bona Viri, etiam fideicommisso, & restitutioni obnoxia ex* remed. Auth. Reiquæ C.com. de legat.

2 *Limita hoc tantum procedere in subsidium bonis liberis non extantibus, vel non sufficientibus.*

3 *Vxor ubi reperitur in possessione bonorum fideicommisso subiectorum habet intentionem fundatam in negatiua existentiæ liberorum, adeo vt allegantis contrarium incumbat onus probandi.*

4 *Secus autem si bona subiecta fideicommisso reperiuntur panes fideicommissarium, tunc enim negatiua non existentiæ liberorum, tam quã fundamentum suæ intentionis ab ipsa muliere executionem petente probari debet.*

5 *Institutio Vxoris facta sub conditione affirmatiua quousque Vitam viduilem seruauerit, censetur facta sub conditione viduitatis, & negatiua si non nupserit.*

6 *Hares institutus sub conditione negatiua si contrauenerit, perindè habetur, ac si numquam fuisset Hares Institutus, & tenetur ad restitutionem integræ Hæreditatis, vna cum fructibus perceptis à die obitus Testatoris.*

7 *Conditio, quousque vitam viduilem seruauerit, non inducit perpetuam viduitatem, sed tantum temporalem, quando sumus in legato, ita vt legatum, pro primo Anno dicatur purum, pro sequentibus verò conditionale.*

8 *Limità hoc non procedere in institutione Hæredis, quæ cum requirat perseuerantiam viduitatis, ne Testator pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus decedat, conditio affirmatiua, quousque resoluitur in negatiuam, ita vt muliere contrauenientе institutio vsque à die obitus Testatoris resoluta dicatur, omnesque fructus, ac integram hæreditatem à dicta die perceptos restituere teneatur.*

9 *Vxor non potest agere ex* remedio Autb. Resquæ *contra bona subiecta fideicommisso, donec doceat de sufficienti excussione mobilium in hæreditate Viri remansorum.*

10 *Vxor pro suis dotibus anterior si soluat posterioribus creditoribus de bonis liberis, & pecunijs Viri, sibi præiudicat, & remanet exclusa à beneficio* Auth. Resquæ, *adeout non possit in præiudicium fideicommissarij habere regressum contra bona fideicommisso subiecta.*

DECISIO CCXXI.

RESolutum fuit coram me die 19. Februar. proximè præteriti constare de purificatione fideicommissi q. Hieronymi Senioris de Nulpbis ad fauorem Hieronymi Iunioris proximioris vltimo defuncti de dicta familia, à qua resolutione capta ipso tantùm informante, cum non reclamasset Victoria Castracana, reassumpta fuit disputatio, an mandatum relaxatum ab A. C. ad illius fauorem prò restitutione Dotis contra bona hæreditaria q. Rainerij eius primi viri sit exequendum, etiam super bonis subiectis fideicommisso, & prò qua summa, quo dubio bis proposito, nec vnquam ipsa comparente, hodie Domini in negatiuam sententiam inclinarunt, quia
1 licèt mulier pro restitutione Dotis possit agere contra omnia bona viri, etiam fideicommisso, & restitutioni obnoxia iuxtà dispositionem *text. in authen. Res quæ C. commun. de legat.* Prædicta tamen dispo-
2 sitio procedit dumtaxat in subsidium, bonis liberis
non extantibus, vel non sufficientibus, vt sequendo
*Ias. aliosque scribentes in d. Auth. relatos per Fusar. de
substit. qu. 531. num. 121. sæpius resoluit Rot. cor. Card.
Seraph. dec. 440. num. 4. in Rom. dotium 12. Nouembris
1599. cor. bo. me. Card. Mellino impreß. post Merlin. de
legit. decis. 124. num. 1 san. me. Greg. dec. 266. num. 10. &
dec. 543. num. 2. ibiq. add. num. 5. bon. me. Buratt. decis.
641. num. 1. ibique Add. litt. A. in rec. dec. 66. num. 3 par.
1. dec. 294. num. 1 par. 3. dec. 301. num. 13. & dec. 312. n.
2. par. 5. in Mantuana Dotis 6. Iulij 1636. cor. bon. mem.
Coccino in Rom. Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641.
cor. me §. Immò. Nulla videtur circa fin. vers. remedium
enim, & 11. Martij 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio, §. responsum fuit.*

In hoc autem casu non probatur à muliere deficientia bonorum liberorum, prout opus esset. Et si
3 enim vbi mulier reperitur in possessione bonorum
fideicommisso subiectorum habeat intentionem fundatam in negatiua existentiæ bonorum liberorum,
adeout alleganti contrarium incumbat onus probandi *Curt. Sen. cons. 21. numer. 17. vers. ergo incumbet
hæredibus Rolan. cons. 19. num 9. lib. 4. Aym. cons. 19 n. 18.
benè Peregr. de fideic. art. 42. num. 73. Rot. d. dec. 66. num.
4 par. 1. dec. 154. num. 2. dec. 210. num. 7. & d. dec. 312.
num. 6. vers. quod eo magis par. 6. rec. in Rom. Casalis Aguzzani 27. Iunij 1640. §. Detractio ex fideicommisso
circa med. & 16. Decembr. 1641. §. Nec fuit in dubium
coram R. P. D. meo Royas.* Vbi tamen non possidet
4 sed bona subiecta fideicommisso reperiuntur penes
fideicommissarium, prout in casu, de quo agitur,
huiusmodi negatiua, tanquàm fundamentum propriæ intentionis, ab ipsa muliere exequutionem petente probari debet *Fab. de Anna cons. 85. numer. 11.
lib. 1. Mulin. de Primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. n. 36. Raud.
dec. Pisan. 29. num. 177 rel. à Fusar. vbi supr. d. q 531.
num. 125. Gratian. discept. for. cap. 531. numer. 22. cum
duobus seqq Franch. dec. 41. num. 1. & 2. libr. 2. Ioseph.
Ludouic. dec. lucen. 28. num. 98. Rot cor. bo. mem. Coccino
dec. 143. num 5.* & sequendo hanc distinctionem resolutum fuit in dicta *Mantuana Dotis cor. eodem Coccino §. Quod autem, & in Rom. Donationis propter nuptias 29. Ianuarij præteriti cor. R. P. D. meo Peutingerio, § Neque refert.*

Ideoque eò facilius, dum ipsa ex bonis liberis Rainerij exigit à Baccellis illius debitoribus scuta 369. B. 95. monetæ Romanæ, quæ in moneta Fani faciunt summam scutorum 553. 52. *Summ. num. 8.* Consequuta fuit rubra 37. frumenti, quæ cum de illo tempore fuerint valoris scutorum nouem cum dimidio prò quolibet rubro, vt ex fide Abbundantiæ *Summ. num. 10.* ascendunt ad scuta 260. necnon retinet duo Prędia pariter hæreditaria Rainerij, & vlterius per triennium recepit fructus illius hæreditatis, quos restituere tenetur, dum elapso triennio ad secundas nuptias transiuit. Rainerius enim hæredes suos vniuersales instituit Lauram matrem, & Victoriam Vxorem quousque vitam viduilem seruauerint, ibi, *In tutti li suoi beni vuole, che siano Laura Marcelina sua Carissima madre, & la Sig. Vittoria sua dilettissima Consorte egualmente, & per egual portione finche terranno vita vedouile, & morendo &c.*
5 *Summ. num. 2.* per huiusmodi enim institutionem
quælibet ipsarum instituta censetur sub conditione
viduitatis, & negatiua, si non nupserit ad tradita
per Ias. in l. si apud num. 20. in fin. C. de transact. Ruin.

cons. 34. num. 4. & cons. 190. num. 2. & 3. lib. 2. Itaut
6 contraueniens perindè habeatur, ac si ab initio non fuisset hæres instituta, & teneatur restituere integrã hæreditatem vna cum omnibus fructibus perceptis à die obitus Testatoris iuxt. dispositionem *auth. cui relictum & l. fin. C. de indict. vid. toll. Bald. cons. 167. num. 4. lib. 5. Peregr. de fideicom. art. 11. num. 122. Rota diuers. decis. 430. num. 1. part. 4. coram Cardinali Seraphino decis. 1354. num. 1. & 2. coram san. mem. Gregor. decis. 187. num. 3. Imolen. bonorum 31. Maij 1613. & 28. Nouembris 1614. coram bo. me. Coccino decis. 693. num. 1. part. 1. & decis. 241. num. 40. part. 5. recent.*

Non obstat, quod institutio non sit concepta per conditionem negatiuam si non nupserit, sed tantum per affirmatiuam, quousque vitam viduilem seruauerit, Ideoque mulier in casu contrauentionis amittat dumtaxat fructus futuros decurrendos post nuptias non autem decursos tempore viduitatis, vt ponderata hac distinctione consuluit *Bald. dict. cons. 167. nu. 4. vers. Sed potest responderi lib. 5. quem sequutus fuit Natt. cons. 459. num. 16. & 17. lib. 2.*

Quia placuit responsio, quodquæ deducuntur
7 per *Bald. & Natt.* procedunt in legato, in quo cum fiat annua distributio, conditio *quousque* nõ inducit perpetuam viduitatem, sed tantùm temporalem, ità vt legatum pro primo anno dicatur purum, pro sequentibus verò conditionale, *Paris. cons. 95. num. 44. lib. 2. Peregr. vbi supra d. art. 11. num. 123.* Secus verò
8 in institutione, quæ cum sit vnica, & perpetua, non autem temporalis, vel annua, ac requirat perseuerãtiam viduitatis, ne Testator pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus decedat, conditio affirmatiua *quousque*, & similes resoluitur in negatiuam, itaut muliere contrauenienete, institutio vsque à die obitus testatoris resoluta dicatur, omnesque fructus vna cum integra hæreditate in dicta die perceptos restituere teneatur, vt distinguendo dixit idem *Bald. in d. l. fin. num. 4. ibique salic. num. pariter 4. C. de indict. vid. soll. bene Ruin. cons. 170. num. 7. lib. 1. cum alijs relatis per Modern. Mantuan. contron. for. num. 6 cum duobus seqq. Rot. diuers. d. dec. 430. num. 2. coram Card. Seraphino d. dec. 1354. num. 3. in d. Imolen. bonorum coram Coccino Add. ad sanct. me. Gregor. d. dec. 187. num. 13. & d. dec. 241. num. 47. part. 5. rec.*

Denique animaduerterunt DD. quod ex inuentario hæreditatis eiusdem Raínerij confecto ab eademmet Victoria, apparuit in ea adesse quamplura mobilia magni valoris *Summ. dict. num. 2.* Ideoque
9 donec doceat de sufficienti excussione dd. bonorum non potest agere contra bona fideicommissi ex *remed. d. auth.* res quæ ex iuribus in principio allegatis.

Nec dicatur bona libera, & pecunias Raínerij ad eius manus peruentas erogatas fuisse in solutionem
10 illorum debitorum, & legatorum; Quia dum ipsa erat creditrix anterior debebat de dictis bonis liberis, & pecunijs sibi satisfacere, aliàs ea dimittendo cæteris creditoribus longè posterioribus, remansit exclusa à beneficio *dict. auth.* itàut non possit hodie in præiudicium fideicommissarij habere regressum ad bona fideicommissi ad tradita per *Curt. iun. in d. auth. num. 11. ibique Ias. in fin. limit. num. 14. versic. quia intellige Bursat. cons. 180. nu. 45. lib. 2. Paris. cons. 63. num. 45. lib. 2. Cefal. cons. 344. nu. 35. Fusar. cons. 23. num. 11. & 15. & de substit. quæst. 532. num. 3. Peregr. vbi supradicto art. 42. num. 16. Rota in Romana Census 1. Martij 1641. coram Reuerendissimo D. meo Ghislerio Prodecano, §. quia cum dicta sententia circa fin. & prius in Romana Saluiatis de Casalibus 19. Nouembris 1637. coram bon. mem. Buccabella, §. Prætereà confirmata coram me dicta die 21. Iunij 1641. dicto §. Immo nulla videtur.*

Et ita resolutum Hieronymo tantum informante.

ROMANA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ. ROTA MEMORIALIVM.

Ven. 6. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Calculus factus à tertio calculatore per Iudicem electo facit probationem probatam, & habet paratam executionem non docto de errore, non obstante quod calculator ab altera ex partibus fuerit ab initio allegatus suspectus, si post dictam allegationem ipsum denuo adiuerit, & sua iura eidem exposuerit tunc enim à dicta allegatione, & recusatione recessisse censetur.

SVMMARIVM.

1 *Legitima est triens integræ hæreditatis extantibus duobus filijs.*

2 *Calculus factus à tertio calculatore per Iudicem deputato, si non doceatur de errore facit probationem probatam, & habet paratam exerutionem.*

3 *Allegans suspectum tertium calculatorẽ, si post dictam allegationem coram eo redierit, & iura sua exposuerit, videtur à recusatione illius recessisse.*

DECISIO CCXXII.

FIrmato tertia vice sub die 26. Ianuar. proximè pręteriti corã me deberi Cherubinis supplementũ legitimæ ex persona Mariæ Rotignæ in bonis hæreditarijs q. Riccardi Rotigni Patris, petierunt ijdem causæ expeditionem, etiam cum liquidatione quantitatis, ad quam dictum supplementum ascendere probarunt, & licèt altera pars agnosceret non posse impedire expeditionem in genere super supplemento, se tamen opposuit quoad dictam liquidationem, allegando, quoad eam nullum fuisse disputatum dubium, nec ipsam auditam, vnde hodie perpensis circumstantijs totius negocij diuturnitate temporis, ac omnibus rationibus vtriusque partis, fuit per DD. responsum, vt quoad vtrumque causam expedirem.

Quod enim supplementum legitimæ debeatur, satis clarè constat ex rationibus, & fundamentis in tribus decisionibus deductis, Quo vero ad quantitatem negocium transit sinè difficultate, quià cum ex testamento, inuentario hæreditatis, & calculo facto à tertio calculatore de ordine huius Tribunalis deputato, appareat, quod hęreditas Riccardi cõsistens in stabilibus, locis Montium, & nominibus debitorum, omni ære alieno detracto, ascendit ad scut. centum nouem millia ducentum nonaginta quinque baioc. 30. Et non controuertatur dictum Riccardũ reliquisse duas tantum filias, Mariam scilicet, &
1 Annam; legitima tamquam triens integræ hæreditatis *Authent. nouissima, C. de in off. testam.* constituit summam scutorum triginta sex millium quatuor centum triginta vnius baioc. 76. mez. quibus in duas partes diuisis, legitima Mariæ est scutorum decem, & octo millium ducentum, & quindecim baioc. 88. Idcóque cum consequuta fuerit dotem scutorum Decem millium, consequens est, vt illius hæredibus debeantur pro supplemento scuta octo millia, ducenta, & quindecim baioc. 88.

Nec dubitari potest, quin prædictus calculus faciat concludentem probationem; Quia cum factus
2 fuerit à tertio calculatore de ordine Rotæ deputato, vt dictum est, nec doceatur de errore, facit probationem probatam, & paratam habet exequutionem ex *Doctor. Bart. in l. instar nu. 10. C. de iur. Fis. Angel. in l. Aduersus C. de vsur. & fruct. ligat. Neuizan. cons. 94. num. 18.*

num.18. Paris. cons.96. num.3. lib. 1. Scacc. de appellat. lib.3. cap.2. quæst. 17. limit. 35. sub num. 1. Rot. coram sanct. mem. Gregor. decis.220. num.4. & in rec. decis. 47. num. 7. par.7.

Non obstat, quod Anna dictum tertium calcula-
3 torem ab initio suspectum allegauerit, quia eum post d. allegationem coram eodem redierit, & iura sua exposuerit, vt constat ex eadem relatione, ibi, *lo terzo Perito, & Calculatore eletto dalla Sacra Rota per calculare i Debiti, e Crediti della Region Bancharia del q. Riccardo Rotigni, & per liquidare lo stato dell'heredità, & hauendo più volte inteso ambe le parti collitiganti riferisco &c.* Adicta recusatione, & allegatione recessisse videtur, & eumdem calculatorem approbasse, *Alex. cons. 12. num. 6. Cæsar de Graß. dec. 9. num. 8. de sent. & reiudic. bo. me. Buratt. dec. 388. nu. 3. & 4. san. me. Gregor. decis. 466. num. 9. Rota decis. 284. num. 4. vers. & à recusatione fuit recessum part. 2. rec.* Eoque magis eum eadem Anna in calculo ferendæ sententiæ post septem annos à die relationis, Signaturam adiuerit die 14. Iunij præteriti, vbi institit pro admissione appellationis à dicta relatione, & fuerit quoad vtrumque effectum reiecta.

Deducta contra dictam relationem, scilicet, quod dictus calculator posuerit in patrimonio Testatoris effectus ad eum non spectantes, quodque inconfuso adnotauerit credita inexigibilia cum exigibilibus, ac etiam diuersa credita minus vera, non fuerunt habita in consideratione, tamquam non iustificata.

Et ita resolutum fuit pro expeditione causæ etiã respectu dictæ quantitatis cum declarationibus in sententia faciendis, vt tandem spatio tanti temporis saltem hæc instantia terminetur vtraque &c.

SENOGALLIEN. PRÆDII.

Merc. 12. Nouembris 1646.

ARGVMENTVM.

Manutentio debita est possessori anteriori non obstante deliberatione facta posteriori possessori ab executore si illa est nulla, & inualida, & ex quibus nullitas eliciatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessor anterior est manutenendus.*
2 *Possessio posterior præsumitur Clandestina, & turbatiua & non manutenibilis.*
3 *Exequutor procedens ad deliberationem non citato possessore nec cognitis illius iuribus illum sua possessione non priuat.*
4 *Exequutor efficitur mixtus stante possessore.*
5 *Gratia conditionalis non purificata conditione non potest exequutioni demandari.*
6 *Minus quando constat de contrario de non iustificatione.*
7 *Clausula in commissione adiecta* cum potestate citandi omnes alios, *operatur, vt citari possint etiam non nominati in commissione, & num 9.*
8 *Citatus legitimè arctatur ad comparendũ Iudicio.*
10 *Citatus personaliter si non comparet efficitur cõtumax & si citatus per contradictas tunc citationes fiunt potius ex vrbanitate, quàm ex necessitate.*
11 *Intimatio in interlocutorijs, quæ sunt leuis præiudicij supplet defectum citationis.*
12 *Supersessoria Signaturę Iustitia concessa sub certis conditionibus illis non adimpletis nihil operatur, & num. 14.*
13 *Decretum conditionale non purificata conditione euanescit.*
15 *Clausula* cum facultate manutenendi quem de Iure *afficit tantum exequutionem faciendam, vel minus legitimè factam non tamen rite ac legitimè factam.*

DECISIO CCXXIII.

DVm hæc causa in quarta instantia coram A.C. adhuc indecisa penderet intèr Stephanum, & Ludouicum de Suardis ex vna, ac Ioannem Baptistam Iannellum ex altera, adiuerunt Suardi fæl. rec. Vrbanum Octauum eidemque exposito quod obtinuerant immissionem in saluiano super Prædio de quo agitur vigore duarum sententiarum conformium, ac quod fructus illius erant adeò tenues, vt spatio decenij non poterant de suo Credito satisfieri, tacita tamen dicta litis pendentia coram A.C. impetrarunt anno 1640. indultum directum D.V. Legato Vrbini, vt constito quod sententiæ præfatæ in rem transierint iudicatam, & causa restitutionis in integrum non penderet indecisa, quodque ijdem esponentes satisfieri non potuissent ex fructibus spatio decennij dictum prædium subhastari, & vendi illusque æstimationem Suardi in satisfactionem eorum crediti persolui mandaret *Summ. Iannell. num. 2.* quo indulto præfato esecutori præsentato procedẽdo ad subhastationem, dictum prædium anno 1645. deliberatum fuit ad fauorem Francisci Nigri, quem Suardi creditores ab omni lite, molestia, & molestante persona defendere, ac proprijs sumptibus liberare promiserunt eodem *Summ. num. 4.*

His peractis causa ab A.C. per appellationem deuoluta fuit ad Rotam, & disputato coram R.P.D. meo M. ltio intèr eosdem Suardos, & Iannellum, an & cui esset dandum mandatum de manutenendo, quod dandum esse Iannello semel, atque iterum resolutum fuit, vt ex decisionibus *sub diebus 27. Iunij 1644. & 28. Iunij 1645.* quarum vigore expedito mandato die 23. Augusti eiusdem anni Iannellus possessionem dicti Prædij denuò fuit assecutus *Sum. num. 7.* Sed commissa per signaturam mihi causa appellationis, tam ad instantiam illorum de Suardis quam prout in prima ad instantiã Bernardini, & Simonis de Nigris filiorum, & hæredum Francisci deliberatarij cum facultate manutenendi quem de iure, Nigri ad proban. eorum possessionem, productis articulis, petierunt remissoriam, quam Domini sub die 4. Maij præteriti denegarunt, eo præcipuè fundamento, quod dùm à Iannello non controuertebatur illorum possessio, superflua erat illius probatio, vt ex decisione, proindeque proposito hodie dubio, an, & cui sit dandum, mandatum de manutenendo, pro Iannello pariter resolutum fuit, cum
1 constet de illius possessione, tàm anteriori, ex latè deductis in prædictis decisionibus, quã posteriori capta vigore mandati Rotalis, ritè, & rectè concessi, quæ propterea est manutenen. *cap. licèt causam vbi Fa. m. num. 8. de probat. l. iustè possides C. vti possid.*

Non obstat, possessio illorum de Nigris vigore deliberationis factæ ad fauorem Francisci Patris, & à Iannello non controuersa.

Quià tamquam posterior dicitur Clandestina, &
2 Turbatiua, nec est apta impedire manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato, *cap. licet Episcopus de præbend. in 6. Bart. in l. si duo, n.4. ff. vti possid. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 725. cum alijs latè adductis in Lauretana beneficij 25. Iunij coram R.P.D. meo Corrado, §. neque visa fuit in Bonon. fideicommissi de Nascentorijs 24. Nouembris coram R.P.D. meo Royas, §. vltimo non obstat, & in Alerien. Canonicatus 27. eiusdem 1645. coram R.P.D. meo Verospio, §. Quia de sua.*

Eoque non obstante, quod tradita fuerit ab executore in executionem indulti per Suardos impetrati.

Quia dùm iste ad deliberationem processit non ei-

3 citato Iannello possessore, nec illius iuribus cognitis
non priuauit illum sua antiqua possessione *ad text.
in l. de vnoquoque, ff. de re iudicata, Felin. in cap. fin.
sub num. 29. vers. Fallit, 2. & seq. extrà de præsumpt.
cum alijs allegatis in dicta Lauretana Beneficij coram
D. meo Corrado, §. Quod fortius procedit circa medium;*
nullumque ius acquisitum fuit Francisco, quod illi
suffragari possit pro manutentione, vt in terminis
firmauit *Rota in Naulien. Parochialis 31. Martij 1642
coram bo. me. Merlino, §. aut prætendit manutentionem.*
4 Executor enim, dum possessio erat plena, fuit ef-
fectus mixtus *Cardinalis cons. 67. num. 1. Achil. super
reg. de triennal. dec. 6. num. 4. sanct. mem. Greg. dec. 500.
num. 6. Adden. ad eundem dec. 413. num. 4.* & sic tene-
batur assumere partes Iudicis, ac citando possesso-
res, eorum iura discutere *Oldrad. cons. 227. nu. 3. vers.
alia est Graz. de benef. part. 6. cap. 2. num. 310. sanct. mem.
Gregor. dec. 69. num. 5. & dictu decis. 500. pariter num. 8.
Rot. dec. 236. num. 6. part. 8. rec.*

Quæ fortius procedunt hoc casu, quo indultum,
vti conditionale, ibi, *& constito tibi, quod sententiæ
præfatæ in rem transierint Iudicatam, & causa resti-
tutionis in integrum non pendeat in decisa*, non iustifi-
5 cata conditione, non poterat executioni demandari
ad tradita per *Rotam coram Card. Cuual. decis. 761.
num. 1. coram bon. mem. Buratt. decis. 459. num. pariter
1. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 278. num. 2.* Et
tantum abest, quod conditio fuerit iustificata, quod
6 immò euidentèr constat de contrario, cum præfatæ
sententiæ concedentes immissionem Suardis, tam-
quam notoriè nullæ, & iniustæ, vt dictum fuit in
decisionibus R. P. D. mei Meltij non potuerint in
iudicatum transire, *DD. in l. 4. §. condemnatum, ff. de
re iudic. Card. Seraph. dec. 1123. num. 6. Rota in recent.
decis. 574. num. 1. part. 1.* & de tempore indulti pende-
ret causa in gradu appellationis coram A. C. quæ
deinde fuit ad Rotam deuoluta, vt inter partes est
in confesso.

Nec obstat, quod in mandato de manutenen. &
in edicto citatorio, seù commissione nominati non
fuerint nigri deliberatarij, ideoque ex defectu
citationis mandatum contra eos non suffragetur.

Quia cum in commissione adesset clausula,
7 cum potestate citandi omnes alios in executione,
nominandos in curia, & extra potuerunt in parti-
bus citati, prout factum fuit, etiamsi in commissio-
ne nominati non essent, vt aduertit, *Put. decis. 190.
lib. 1. in correctis, & dixit, Rota coram sanct. mem. Greg.
decis. 94. num. 3. & in recent. decis. 516. num. 9. part. 4.*
8 Et sic citati dicuntur legitimè citati, & arctabantur
ad comparen. vt optime aduertit *Rot. apud Cusan.
decis. 2. de dol. & contum. sub num. 1.* vbi quod Rota
9 contentatur, & ita practicatur, quod possint nomi-
nari, & citari in partibus, subdens quod licèt in *de-
cis. 18. de dol. & contum. in nou.* fuerint diuisæ opi-
niones, nunc talis est obseruantia, quod idem admit-
tit, *Vant. tit. de nullit. ex defectu citat. sub num. 59. vers.*
10 *Quamuis*. Nec fuit opus complere processum per
contradictas, quia dùm aliquis personaliter citatus
non comparendo fit contumax, reliquæ citationes
per contradictas fiunt potiùs ex vrbanitate Palatij,
quàm ex necessitate vt pluriès dixit Rota; & signan-
ter coram eodem, *Put. decis. 371. circa fin. lib. 2. in
correct. Add. ad san. mem. Gregor. decis. 430. num. 6. & in
Cæsaraugustana Parochialis de Mate.la 4. Februarij
1644. coram me, §. Ideò ad occurren. versic. Immò
quando.*

Et vlterius dixerunt Domini satis esse, quod dictũ
mandatum fuerit eisdem Nigris bis intimatum di-
uersis diebus, & horis *Summ. num. 8.* Intimatio enim
11 in interlocutorijs, quæ sunt leuis præiudicij sup-
plet defectum citationis *Surd. cons. 86. num. 32. Card.
Seraph. decis. 583. num. 3. & decis. 1057. nu. 4. sanct. me.
Gregor. decis. 457. num. 8. bon. me. Buratt. dec. 606. num. 6.
Rot. dec. 227. num. 3. part. 1. rec.*

Cæterum non subsistit, quod Iannellus attenta-
uerit, nouam capiendo possessionem vigore dicti
mandati de manutenen. in spretum supersessoriæ
Eminentissimi D. Signaturæ Iustitiæ Præfecti.

Quià cum dicta supersessoria fuerit conditionalis
12 descriptis scilicet fructibus, & facta obligatione
de illis consignando ad omne mandatum eiusdem
Eminentissimi D. Cardinalis Præfecti, conditioni-
bus non impletis, nec Nigri, nec Suardi iuuari pos-
sunt illius beneficio *l. melius 54. ff. de condition. & de-
monstr. Menoch. cons. 1. num. 369. & cons. 56. num. 2. cum
seqq. Surd. cons. 186. num. 21. san. me. Greg. dec. 31. num. 7.*
13 vbi quod decretum conditionale conditione non
purificata euanescit, *bo. mem. Buratt. dec. 671. pariter.
num. 7.* Nec implementum euitatur ex eo, quod de
tempore dictæ supersessoriæ fructus essent recolle-
cti, quia præter quod, adhuc poterant describi in
horreo reconditi, dùm in Prædio, de quo agitur ar-
borato, & fructifero facillimè aderant diuersi alij
fructus durante toto tempore æstiuo, vt constat ex
libello producto ab eisdem Suardis, ibi, *Bona stabilia
arborata cum vsibus Domo, & Palumbario in eo exi-
sten. summ. num. 10.* super illis etiam descriptio cade-
bat, & semper subsistit defectus purificationis alte-
14 rius conditionis, videlicet obligationis de restituen.
quæ statim, & incontinenti impleri poterat, adhunc
enim effectum sufficit defectus implementi in obulo
l. Iulianus, §. offerri, ff. act. empt.

Prout parum releuat, quod Signatura commisse-
rit mihi causam appellationis cum facultate manu-
tenendi quem de iure, quia hæc clausula afficit qui-
15 dem vel minus legitimè factam, & in his casibus
habet vim retrotractiuam ad diem sententiæ, Pos-
sessionem tamen, & executionem, prout hic, ritè,
ac in tempore legitimo factam non afficit, nec illam
reddit attentatam, vt declarando *decis. Caualer. 619.*
dixit, *Rota decis. 305. num. 15. & 16. part. 6. recent. in
Mediolanen. beneficij 17. Decembris 1640. cor. R. P. D.
meo Bichio, §. fin. & in Romana Vineæ 30. Iulij 1644.
coram R. P. D. meo Royas.*

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA PALATII.

Lunæ 3. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda est possessori ad limites mandati à Iudice concessi & iuxtà illius tenorem censetur capta possessio. Possidens cum alio pro indiuiso potest totam rẽ locare quando tota est solita locari, & locatio est vtilis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio domus probatur ex locationibus effectum sortitis mediantibus exactionibus pensionum.*
2 *Census licet sit impositus super tota domo censetur tamen solum impositus super rata eiusdem domus spectan. ad impositorem.*
3 *Possidens rem communem potest totam locare quando res est solita locari, & locatio est vtilis.*
4 *Clausula* Constituti *fauore vocatorum ad fideicommissum consumitur in primo vocato, & quoad reliquos successiue vocatos remanet inefficax.*
5 *Titulus in Iudicio manutentionis non est iustificandus quoties possessio non pendet à titulo.*
6 *Fideicommissarius post agnitum fideicommissũ nõ potest postea illud in præiudicium Creditorum,*

qui-

quibus ex dicta agnitione fuit ius quaesitum renunciare, & agnitio fideicommissi ex quibus probetur, & num. 7. & 8.

9 *Possessio amissa censetur per negligentiam decennalem.*

10 *Possessio ammittitur si ab alio fuit occupata etiam si occupatio ignoretur.*

11 *Possessio capta non citato possessore ad nihilum suffragatur.*

DECISIO CCXXIV.

QVadriangularis est quaestio, quia manutentionem Palatij, de quo agitur, quatuor personae praetendunt, D. Tiberius Ceulus, DD. Fratres de Aquauiua, D. Philippus Costa, & Aurelius Pulottus, siuè D. Dux S. Gemini ab eo causam habens; Domini tamen pro rata scutorum 27876. baioc. 71. tantummodò dandam esse Ceulo, super residuo verò scut. 12123. nemini concedendam esse dixerunt.

Quantum enim ad Ceulum pro hac rata manutentio denegari non potest, quia in eius *Summ. nu. 1. 2. 10.* & 11. constat de eius anteriori possessione capta vigore mandati de associando obtento pro fructibus census impositi super hoc Palatio à Card. Aquauiua ad fauorem Iuliae Mattheiae Matris, & Authricis d. Ceuli effectuata mediantibus effectiuis
1 locationibus, & exactionibus pensionum, quae ipsius possessionem probant contra quoscumque iuxta *glos. in l. qui vniuersas, §. quod per Colonum, ff. de acqu. possess. vbi etiam Bart. num. 1. & in §. si conductor, nu. 2. Soccin. sen. cons. 106. num. 3. lib. 3. quos sequuta fuit Rota coram Card. Canal. dec. 5. num. 1. & dec. 391. num. 3. coram san. me. Gregor. decis. 500. num. 2. & in alijs allegatis in Portuen. Stangi 13. Iunij praeteriti coram R. P. D. meo Verospio.*

Super alia verò rata scut. 12123. nemini dandam esse dictum fuit; Non enim concedi potest eidem Ceulo, quia cum Census, pro cuius fructibus obtinuit associari, impositus tantùm fuit super dicta rata scut. 27876. baioc. 71. spectante ad Cardinalem Aquauiuam, & hanc solùm ratam cõstituerit se possidere nomine Iuliae Mattheiae, mandatum verò de associando concessum tantummodo fuerit ad fundum censuatum, *ibi, ad Palatium, &c. & bona vt supra censuata associasse Summ. Ceuli, num. 1.* vtique possessio non intelligitur capta, nisi super hac rata, & ideò super alia manutentio concedi non potest. Neque enim dubitari debet hanc ratam tantummodò fuisse censui subiugatam, cum haec tantùm liberè spectaret ad Cardinalẽ, alia verò ad fideicõmissarios Ceciliae Visinae, quorum fauore ab eodem Cardinale subrogata fuerat in limine emptionis, vt ex illius instrumento *Summ. dd. de Aquauiua num. 1. & 4.* sic
2 enim imponendo Censum super Palatio, censetur imposuisse solum pro rata ad se liberè spectante quamuis totum Palatium in instrumento Census designauerit, *cap. Pastoralis extr. de donat. l. qui Tabernas, ff. de contrab. empt. Castr. in l. 1. num. 4. C. qui testamen. facer. poss. & ibidem Bald. num. 2. Cuman. in l. locus, num. 1. vers. potest dici, ff. de acquir. poss. Socc. in l. si quis cum totum num. 2. ff. de except. re iudic. Alex. cons. 54. num. 2. vers. & hoc aperte procedit lib. 3. Rot. apud Cenc. de Cens. decis. 39. num. 3. coram bo. me. Gregor. dec. 225. num. 1. ibidem Add. num. 16. in recent. dec. 559. sub nu. 9. vers. prout in simili part. 1. & dec. 220. num. 9. part. 5. alijsque pluribus relatis dictum fuit in Bituntina Census 27. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Corrado, §. Qui cum in eodem instrumento.*

Nec dicatur, quod Ceulus totum Palatium loca-
3 uerit, & ipsius pensiones exegerit. Quia quoad exactiones non probatur exegisse pensiones vltra ratã censui subiugatam, dum enim possessio fuit taxatiuè quaesita ad solam ratam censualem, tàm ex intentione Iudicis, qui relaxauit mandatum de associando, quàm Ceuli, qui illud obtinuit, & exequutioni demandari curauit pro ea tantum debet dari manutentio, regulando possessionem à titulo, Locationes verò totius Palatij potuerunt ab eo fieri ratione possessionis indiuisae pro dicta rata, cum habens rem communem possit totam locare, quando res, vt in casu nostro solita est locari, & locatio est vtilis, vt probant *Bart. in l. hac distinctio, §. cum fundum, num. 3. ff. locati, Dec. in l. si socius n. 7. ff. si cert. petat. Soccin. cons. 58. num. 1. lib. 4. Surd. cons. 43. num. 8. Capic. Latr. decis. 39. num. 4. Rota decis. 792. sub num. 3. circa fin. vers. Sed tenebatur stare, & num. 6. par. 1. recent.*

Minus verò concedi potest DD. de Aquauiua, cum ipsi non probent suam possessionem, aut enim illam deducunt ex clausula, constituti, quàm Car-
4 dinalis Aquauiae in actu emptionis, preuuia declaratione, quod pro dicta rata Palatium subrogabatur loco alterius domus fideicomissariae Ceciliae, apposuit ad fauorem Ducis Iosiae, aliorumque ad dictum fideicommissum vocatorum constituens se possidere eorum nomine, & suffrãgari non potest, cum virtus constituti consumpta fuerit in Duce Iosia primo vocato, adeout quoad alios successiuè vocatos remanserit inefficax, vt benè declarat, *Aretin. in l. quod meo, numer. 10. ad fin. ff. de acquir. poss. Corn. cons. 173. num. 26. vers. nec etiam hodie lib. 2. Siluan. cons. 55. n. 19. vers. nec dicatur Giouagn. cons. 34. num. 35. vers. Addatur praedictis lib. 2. Natt. cons. 398. sub num. 33. vers. & si dicatur Caball. cons. 142. num. 123. cum seqq. Tiraq. de iur. constis. part. 2. ampl. 5. num. 2. & 3. Guido Papa dec. 512. post princ. vers. restat videre. Rota cor. Card. Canal. decis. 5. num. 4. & pluribus relatis dictum fuit in Ariminen. Domus 22. Iunij 1640. coram Eminentissimo D. Cardinale Panzirolo, & in Perusina Bonorum 25. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Eoque minus, cum adhuc non constet de eodem
5 fideicommisso licet enim in iudicio manutentionis non sit opus iustificare titulum, quando constat de sufficienti possessione; vbi tamen, vt hic, possessio deducitur ex constituto concepto pro vocatis ad fideicommissum, non possunt DD. de Aquauiua eo vti, nisi probẽt suam vocationem, & possessio ex hoc capite sumpta, tamquam pendens à titulo fideicommissi, non est manutenibilis, antequam eiusdem fideicommissi subsistentia discutiatur ex traditis per *Lancellot. de attent. par. 3. cap. 24. quaestion. 19. num. 4. Card. Seraph. decis. 1278. sub num. 1. & 4. vers. quibus sic stantibus Add. ad sanct. mem. Gregor. decis. 283. n. 8. Rota in recent. decis. 423. num. part. 2. post Moderu. de manut. decis. 215. num. 34. & admisit in Romana subcollectoria 17. Martij 1645. coram R. P. D. meo Bicchio §. Nec obstat, quod possessio in Ciuitate Plebis Pensionis 5. Maij eiusdem anni coram eodem, §. Non obstat, quod resolutio, & in Barchinonen. Canonicatus 26. Februarij praeteriti coram R. P. D. meo Royas, §. vltima nihil facit.*

Aut verò illam deducunt ex cessione facta per
6 Ducem Franciscum ad fauorem aliorum fratrum sub die 19. Octobris 1645. eorum *Summ. num. 6.* & minus suffragari potest, non solum quia ab altera parte praetenditur attentata, sed fortius quia post agnitum fideicommissum Ceciliae non potuit Dux Franciscus illud repudiare in praeiudicium creditorum quibus ex ipsa agnitione ius quaesitum fuerat, *l. 3. §. gesta, & l. ait praetor, §. si cum mulier, ff. quae in fraud. credit. in terminis latè comprobat Bellon. iun. cons. 32. per tot, & praecipuè nu. 12. cum seq. Fontanell.*

de

de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. part. 5. num. 101. usque ad 118. cum alijs per Cyriac. contr. 310. num. 51.

De agnitione verò dubitari non potest, dum anno 1624. Palatium cum omnibus domibus hypothecauit ad fauorem Octauij Costæ *Summ. Ceuli, num. 12.* & anno 1634. lauatorium cum dumuncula, quæ sunt de pertinentijs Palatij dedit in solutum Tiberto Ceulo pro residuo fructuum census decursorum, & non solutorum eodem *Summ. num. 13.* & anno 1645. die 25. Octobris idem Dux nomine proprio petijt, & obtinuit manutentionem in specie pro residuo vltra summam scut. 27876. baioc. 71. pro qua rata census erat impositus eodem *Summ. num. 6.*
7 *in fin.* si enim agnitio ex sola possessione præsumitur iuxtà dispositionem *textus in l. si filiusfamilias, C. de petit. hæredit. Natt. cons. 448. num. 17. & dixit, Rota in recent. decis. 164. num. 7. part. 4.* Multò magis censetur inducta ex immixtione bonorum, & acti-
8 bus, qui agnitionem necessario supponunt, prout dicitur de aditione, quæ eiusdem regulis iudicatur ex tradit. per *Peregr. cons. 55. num. 10. lib. 4.*

Ideò nihil releuat mandatum procuræ ad repudiandum factum anno 1643. quia emanauit post agnitum fideicommissum, & quæsitum ius creditoribus, & quod magis est, non habuit effectum, sed successiuè idem Dux post factam à Procuratore repudiationem, manutentionem proprio nomine obtinuit, & semper vti verus Dominus, vel exegit pensiones, vel locationes factas à Tiberio ratificauit, *Summ. dicti Tiberij, num. 11.*

Similiter nec minus concedi potest Philippo Co-
9 stæ ratione possessionis in Saluiano concessæ Octauio Auo de anno 1635. *Summ. illius, nu. 1.* & in eum continuatæ ex statuto Vrbis *lib. 1. cap. 147.* Quia cum nec Octauius capta possessione, nec Philippus hæres per decennium, & vltra vllos fecerit actus possessorios, nec obulum vnquam exegit, sed potius habuerit se pro non possessore, petens ex integro committi causam super consequutione sui crediti, cum declaratione, quod alibi iudicium cæptum nõ erat, ex huiusmodi negligentia decennali cecidit ab omni commodo possessionis, si quam habebat, vt magistraliter docuit *Bart. in l. si de eo, §. si fortè, nu. 4. ff. de acquir. poss. Bald. in l. post sententiam num. 10. vers. quaro qualiter, C. de sentent. interloq. omn. iudic. & cons. 249. num. 9. lib. 1. Alex. cons. 6. numer. 14. lib. 3. Corn. cons. 16. num. 14. lib. 2. Grat. discept. for. cap. 450. sub num. 30. & 31. Rota Bononien. diuers. dec. 86. num. 11. Rot. in recent. decis. 762. num. 5. & dec. 774. num. 2. p. 3. & decis. 496. num. 3. part. 4. & in Maceraten. hæreditatis 10. Decembris 1645. coram bon. mem. Buccabella.*
10 Tantoque magis quia possessio fuit ab alijs occupata, quo casu imittitur, etiam si quis occupationem alterius ignorauerit, vt consuluit, *Aym. cons. 235. sub num. 1. vers. secus si possessio, Rot. decis. 123. num. 4. apud Modern. de manut. Add. ad Gregor. decis. 307. sub num. 26. cum alijs ad propositum benè ponderatis in Volaterrana Prioratus 16. Martij proximè præteriti cor. D. meo Bichio, §. gratis autem dicitur.*

Nec excusari potest ab huiusmodi negligentia ex eo, quod ex lege Decreti pati teneretur, vt prius satisfieret Ceulo de suo credito; quia cum Ceulus habuisset solum associationem pro rata scut. 27876. baioc. 71. vt dictum est, potuisset Costa exigere pensiones alterius ratæ scutorum 12123. & sic ex hoc capite non cessat negligentia, ex qua cecidit à possessione ex superius deductis.

Facilius verò dictum fuit non esse conceden. D. Duci S. Gemini, seù potius Pulotto de liberatario non solum quia deliberatio videtur excessiua, ex quo totum Palatium vnà cum Domibus contiguis, omniaque iura Duci Iosiæ super eis competentia subhastata, & deliberata fuerunt pro nimis modica summa scutorum 25. sed etiam, quia licèt deliberatio facta fuerit anno 1640. possessio tamen non fuit capta, nisi anno 1646. quo tempore possessio erat plena, & occupata per Ducem Atriæ, qui à Iudice
11 obtinuerat manutentionem. Vndè non potuit postmodum à Pulotto dicto Duce non citato, capi possessio, & aliter capta non suffragatur *glos. in cap. licet Episcopus verb. te non reuocato de Præbend. in 6. Rot. in recent. decis. 476. num. 3. & 4. part. 1. cum alijs in Perusina manutentionis 21. Maij 1642. & in Ciuitaten. Archipræsbiteratus 24. Martij 1645. coram me.*

Et ita, &c. omnibus, &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Luna 30. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Deseruit pro Summario.

1 *Declaratoriam solet Rota relaxare contra Capitulum, exceptis Canonicis particularibus, qui mandatis Rotalibus parere obtulerunt.*

DECISIO CCXXV.

DVm Portionarij Ecclesiæ Cæsaraugustanæ instant pro expeditione causæ super declaratoria, quam dandã esse contra Capitulum eiusdem Ecclesiæ responsum fuerat coram me sub die 25. Maij præteriti, porrectum fuit memoriale ad instantiam sex Canonicorum d. Capituli, in quo supplices rogabant, vt sicut in dicta decisione Rota mandauerat excipiendas esse dignitates parere offerentes, ità etiam Canonicos, qua petitione in relationibus causæ per DD. hodie ponderata, dùm agebatur de expedien. dictã declaratoriam contra Capitulum parere renuens, placuit illam concedere, exceptis dd. sex
1 Canonicis, videlicet Ioanne Perat, Io. Ximenez de Murillo, Balthassare de Cisneras, Bernardo Mansebo, Hieronymo de Speula, & Francisco Ortiz.

Etenim cum mediantibus Procuratoribus specialiter ad hoc deputatis tamquam obedientiæ filij pro eorum posse promptam obedientiam offerent parendi litteris exequutorialibus, & mandatis Rotalibus, necnon attentata reuocandi, omniaque in pristinum reponendi, & Portionarios ad primeuum Statutum percipiendi sua regalia nocturna, & diurna actualiter reintegrandi, vt in dd. litteris, & mandatis continetur, & prout eamdem obedientiam præstiterunt dignitates, ideò ab incursu censurarũ, & declaratoriæ excepti fuere, vt obseruauit *Rota in hac eadem causa prius coram bon. mem. Coccino sub die 15. Ianuarij 1635. & postea coram me, dicta decisione sub dicta die 25. Maij præteriti.*

Et ita, &c.

CAIETANA BONORVM.

Luna 3. Decembr. 1646.

ARGVMENTVM.

Citatio ad sententiam concepta cum clausula, *& deinde in antea cum continuatione*, cum protrahatur per duos, vel tres dies sequentes efficit, vt sententia intra dd. dies lata sit valida. Emphiteusis Ecclesiastica alienari nequit in extraneos non obstantibus clausulis *ad habendum, & in perpetuum*, quia regulantur iuxta naturam emphiteusis, & solum operari possunt quoad comprehensos, non autem quoad alios.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum ob lapsum biennij, & non prorogationem fatalium.*

2 *Am-*

2 *Amplia etiamsi super desertione causæ nulla emanauerit expressa declaratio cum sufficiat post desertam appellationem causam ad partes remitti.*

3 *Sententiæ validitas ex quibus resultet?*

4 *Sententia lata post diem cadentis citationis est nulla declara num* 6.

5 *Stylus alicuius Curiæ probatur ex attestationibus Notariorum, & Causidicorum de partibus, quamuis sint extraiudiciales.*

6 *Citatio concepta cum clausula*, & deinde in antea cum continuatione *protrahitur ad duas, vel tres alias sequentes dies iuridicas.*

7 *Productio iurium facta sine citatione partis nihil operatur maxime, quando iudex nihil fuit interloquutus.*

8 *Circumductio non pendet à voluntate partium, sed Iudicis.*

9 *Emphiteusis Ecclesiastica finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec transit ad extraneos.*

10 *Amplia quamuis emphiteusis fuerit concessa pro hæredibus, & successoribus, quia in hac materia veniunt solum hæredes sanguinis.*

11 *Clausula* ad habendum *apposita in parte dispositiua intelligitur iuxta naturam contractus emphiteotici, & ad limites illius restringitur, & numer.* 12.

13 *Emphiteusis si de sui natura non est transitoria ad extraneos tunc clausula* ad habendum *non tribuit facultatem alienandi in extraneos in præiudicium vocatorum, ne detur in eadem inuestitura contrarietas, & repugnantia, n.* 14.

15 *Clausula* ad habendum *in Emphiteusi Ecclesiastica non extendit concessionem, quoties solemnia non fuerunt adhibita.*

16 *Clausula* ad habendum *nihil operatur, quando adest expressa prohibitio alienationis in extraneos & solum tribue repotest facultatem alienandi in comprehensos, & num.* 17.

18 *Prohibitio alienationis in contractu emphiteotico plus attendi debet, quam clausula generales per Notarios apponi solita.*

19 *Prohibitio alienationis repugnat naturæ clausulæ* ad habendum, *quæ vbi nihil aliud resistit tribuit facultatem alienandi.*

20 *Prohibitio alienationis concepta cum vna sola negatiua strictè venit intelligenda, quando vero est concepta cum duabus negatiuis, tunc resoluitur in affirmatiuam, & importat facultatem alienandi & num.* 21 *&* 22.

23 *Clausula,* In perpetuum *apposita in concessione non transitoria ad extraneos, perpetuat solum concessionem inter comprehensos non tamen illam ad extraneos extendit*, & num. 24.

24 *Clausula,* In perpetuum *regulatur, & intelligitur secundum subiectam materiam.*

26 *Clausula,* In perpetuum *apposita in concessione ex pacto non facit illam hæreditariam.*

27 *Bona Ecclesiastica emphiteotica deuenire nequeunt ad manus mortuas nec minus per viam institutionis,* num. 28.

29 *Inuestitura moderna regulatur iuxta terminos antiquarum inuestiturarum ad quas habita est relatio,* & num. 30.

31 *Bona Ecclesiastica emphiteotica stante pacto quod illa non possint alienari in Ecclesiam transferri nequeunt etiam quoad æstimationem, eo quod pactum resistit acquisitioni.*

32 *Confraternitas censetur Ecclesiastica non laicalis si habet Ecclesiam aliaque signa Ecclesiastica.*

33 *Vniuersitas siue Communitas Ecclesiastica vel laicalis nunquam moritur.*

DECISIO CCXXVI.

MOnasterium Cassinense Dominus directus bonorum, de quibus agitur concessit in emphiteusim cum pacto renouandi in 29. ad 29. annis, & iuxta formam antiquarum concessionum nonnulla bona sita in Territorio Traiette Flaminio Vellono, tam proprio nomine stipulanti, quàm vice, & nomine Fabritij fratris, ac pro eius hæredibus, & successoribus, pacto adiecto, quod bona præfata, nec aliquam ipsorum partem posset vendere, nec alienare sine licentia, & assensu præfati Monasterij.

Defuncto prius Flaminio, obijt etiam Fabritius frater scriptis sibi hæredibus Fratribus Ordinis Sancti Francisci de Obseruantia, & quatenus essent incapaces, Ecclesia Sanctissimi Sacramenti dictæ Terræ, quæ ob incapacitatem prædictorum Fratrum anno 1629. hæreditatem Fabritij adiuit, & possessionem dictorum bonorum emphiteoticorum apprehendit, sed habita de his notitia, anno 1631. Monasterium Cassinense in Curia Episcopali Caietæ iudicium deuolutionis intentauit, præcipuè ob mortem Flaminij, & Fabritij sine filijs, & quia bona deuenerunt in manus mortuas, & anno 1643. emanauit sententia pro deuolutione ad fauorem Monasterij cum condemnatione alterius partis ad restitutionem fructuum indebitè perceptorum *Summar. Monasterij num.* 2. *&* 3.

Appellarunt agentes pro Ecclesia à præfata sen-
tentia ad Auditorem Cameræ, & transportatis actis
prioris instantiæ, ac sententia in iudicatum transa-
cta ob causæ non prosequutionem intra biennium,
idem moderatus fuit inhibitionem vigore supradi-
ctæ appellationis concessam, à cuius moderatione
cum fuerit iterum appellatum pro parte Ecclesiæ,
Signatura mihi rescripsit cum solita clausula *consti-
to*, ideò dubitaui, an constet de re iudicata, quæ
veniat exequenda, vel potius de causis restitutionis
in integrum, & affirmatiuè quoad primam partem,
negatiuè verò quoad secundam DD. responderunt,
cum appellatio fuerit interposita die 1. Aprilis 1643
& toto sequenti biennio nihil actum in causa, nec
prorogata fatalia, remansit deserta, & sententia in
rem iudicatam transiuit perindè, ac si numquam
1 ab ea fuisset appellatum, *Auth. ei, qui C. de tempor.
appell. cap. Cum sit Romana extr. de appell. Clem. si ap-
pellationem eod. tit. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. num. 3.
Scacc. de appell. quæst. 15. art. 8. num. 119. cum seqq. Rota
in recent. dec. 476. num. 1. & dec. 548. num. 2. part. 6.
in Tirasionen. Vnionis 26. Iunij 1645. coram R.P.D.
meo Otthobono in Aquilana Iurispatronatus 4. Iunij
proximi præteriti coram R.P.D. meo Corrado §. non ob-
stat quod fuerit ab ea appellatum.*

2 Non obstante quod super desertione causæ nul-
la emanauit expressa declaratio, cum sufficiat deser-
ta appellatione causam ad partes remitti, & impe-
dimenta remoueri *ad text. in l. si contra maiorem C. de
appell. Card. Alex. in cap. ex ratione num. 44. vers. in
contrarium est communis relat. per Scacc. vbi supra
lib. 3. cap. 2. quæst. 11. num. 154. & 155. & dictum fuit
in Pampilonen. decimarum 19. Iunij 1628. coram Emi-
nentissimo D. meo Cardinali Verospio.*

3 De validitate sententiæ dubitari non potest, cum
omnia requisita concurrant *vulg. decis. Caputaq. 260.
par. 2.* nec obesse potest, quod citatio ad sententiam
4 fuerit executa die 13. Martij reproducta die 16. sen-
tentia verò lata non fuerit, nisi die 23. quia cum in
Curia Episcopali Caietæ tribus tantum diebus sin-
gulis hebdomadis fiat audientia, exceptis diebus
Veneris mensis Martij, vt ex fidibus, & attestatio-
nibus Notariorum, & Causidicorum illarum par-
tium,

5 tium, quæ licet extraiudiciales benè probant stylum
in ordinatorijs Rot, in recent. dec. 393. num. 2. part. 2.
& dec. 101. num. 11. vers. & cum iste stylus par. 3. cum
alijs per bon. mem. Buratt. decis. 124. num. 8. vbi Add.
littera B. dec. 148. num. 8. & dec. 690. num. 16. & cita-
tio, de qua agitur, non fuerit restricta ad primam
diem, sed concepta fuerit cum clausula, & deinde in
6 antea cum continuatione, die autem 23. fuerit tertia
dies iuridica iudicata, vt ex calculo, sententia dici-
tur lata in termino habili, quia citatio cum simili
clausula protrahitur ad duas, & tres alias sequentes
dies iuridicas Cæsar de Graf. decis. 9. num. 6. de sent. &
re iudic. Rot. in recent. dec. 307. num. 9. part. 1. & coram
bon. mem. Buratto dec. 327. num. 3. & in Toletana here-
ditatis 6. Iunij 1618. coram bon. mem. Andrea.
7 Prout etiam nihil refert subsequuta iurium pro-
ductio, dum neutra pars citata fuit, nec Iudex inter-
loquutus pro eorum admissione, circumductio enim
8 non pendet à voluntate partium, sed iudicis Grat.
discept. for. cap. 438. num. 11. in fin. vers. vbi etiam quod
ad effectum Rota in recent. dec. 277. num. 2. in fin. vers.
nec facit par. 1. & dec. 69. num. 5. par. 6. coram san. mem.
Greg. dec. 457. num. 7. Add. ad eund. dec. 140. num. 16.
vers. sed ad istum effectum, & coram bon. mem. Buratto
d. dec. 720. num. 2.
9 Iustitia verò est euidens, quia emphitheusis Ec-
clesiastica finita generatione ad Ecclesiam reuerti-
tur, nec transit ad extraneos, §. Emphiteusim, Auth.
non alien. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 19. num. 6. Cald. de
nominat. emphit. lib. 2. quæst. 33. à num. 23. vers. in em-
phiteusi verò cum seqq. Rota in recent. dec. 281. num. 2.
par. 5. & dec. 217. num. 9. par. 6. Quamuis concessa
10 fuerit pro hæredibus, & successoribus, cum in hac
materia illorum appellatione veniant soli hæredes
sanguinis, & sic descendentes ab ipsis inuestitis, vt
docuerunt Imola in l. quod dicitur ff. de verb. obligat.
Castr. in l. etiam num. 4. ff. solut. matr. Bald. cons. 114. nu.
2. vers. sed istud lib. 5. Alex. cons. 83. num. 1. & 2. lib. 7.
Roland. cons. 96. & seqq. lib. 1. Riminald. sen. cons. 457.
num. 2. Rimin. iun. cons. 165. num. ... par. 9. lib. 2. Socc.
sen. cons. 121. num. 18. lib. 4. Soccin. cons. 71. num. 3. lib. 1.
Dec. cons. 171. num. 1. & 2. Ruin. in cons. 23. nu. 34. lib. 5.
Honded. cons. 92. num. 19. & seqq. lib. 1. Bero. cons. 102.
num. 14. lib. 1. Ceph. cons. 400. num. 56. & 57. Gabriel.
cons. 84. num. 51. lib. 2. Mantic. vbi supra lib. 22. tit. 19.
num. 20. cum seqq. Clar. pluries refertus in §. emphiteu.
quæst. 28. sub num. 5. §. tertius est casus vers. funda-
mentum autem Grat. discept. for. cap. 351. num. 17. &
firmauit Rota coram Card. Seraph. dec. 868. num. 1. &
2. latius in decis. 211. num. 3. & 4. cum seqq. par. 6. rec.
& in Nouarien. bonorum 13. Ianuarij 1642. coram bon.
mem. Merlino §. peccat demum, & prima Iulij 1644.
coram Reuerendissimo Domino meo Decano §. primo
quia Alex. 6.
Non obstat clausula ad haben. apposita in parte
11 dispositiuæ, cum hæc intelligatur iuxta naturam
contractus emphiteotici, vt dixit Rot. coram Card.
Seraph. dec. 794. num. 8. & coram bon. mem. Coccinu in-
ter eius impress. dec. 75. num. 10. nec illam immutat,
12 sed restrictionem recipit ad limites ipsius contra-
ctus, cui apponitur, vt pluries dixit Rota, & signan-
ter in recent. dec. 60. num. 12. & 13. par. 5. dec. 74. num. 8.
9. 10. & 11. & dec. 211. num. 12. par. 6. & ideò quan-
do, prout hic, emphiteusis de sui natura non est
13 transitoria ad extraneos, non tribuit facultatem a-
lienandi in extraneos in præiudicium vocatorum,
14 ne in vna, eademque inuestitura induceatur manife-
sta contrarietas, & repugnantia, vt ex his rationi-
bus consulendo tradunt Bald. cons. 465. num. 5. lib. 5.
Dec. cons. ... num. 6. Simon. de Pret. cons. 20. num. 11.
lib. 11. Rub. cons. 110. num. 5. vers. & sic, Menoch. cons.
61. num. 20. Bardellon. cons. 4. num. 2. & 3. Giouagn.
cons. 44. num. 107. & 108. lib. 2. & pluries firmauit Ro-
ta coram Cardin. Seraph. dec. 1290. num. 12. coram Card.
Canal. dec. 293. num. 5. coram bon. mem. Coccino d. decis.
75. num. 9. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 212. num. 20.
in recent. dec. 294. in fin. par. 2. dec. 265. num. 5. par. 4.
dec. 60. num. 12. & dec. 86. num. 15. par. 5. & articulo
maturè discusso d. dec. 74. num. 6. cum seqq. vsque in fi-
nem, & d. dec. 211. num. 7. cum seqq. par. 6. & alijs rela-
tis in decis. 415. num. 20. & 21. par. 8.
15 Quod sine difficultate recipiendum est in casu no-
stro, quo solemnia non fuerunt adhibita, sine qui-
bus hæc clausula non potest extendere concessionē,
vt aduertit Dec. in cap. in præsentia num. 33. alias 153.
vers. sic ergo conclusio probat Aldobrand. cons. 42. num. 3.
Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 5. d. dec. 74. num. 14.
& 15. par. 6. & quod plus est, adsit expressa prohibi-
16 tio alienationis, quæ infringit, & eneruat vim præ-
cedentis clausulæ ad habendum, adeout tribuere
solum possit facultatem alienandi inter illos de li-
17 nea comprehensos in inuestitura, secus in extraneos
Dec. cons. 171. sub num. 3. Grat. discept. for. cap. 344.
num. 11. quos sequuta fuit Rota in recent. dec. 294. nu.
8. cum seqq. part. 2. vbi respondetur omnibus contra-
18 rijs, & subditur plus attendi debere prohibitionem
alienationis maturo consilio appositam, quàm hu-
iusmodi clausulas generales, vt plurimum per No-
tarios apponi solitas, & in Cesenaten. Emphiteusis 54.
Decembris 1635. coram bon. mem. Merlino in recent. dec.
781. num. 17. par. 8. Prohibitio enim repugnat natu-
19 ræ clausulæ ad habendum, quæ, vbi nihil aliud resi-
stit, tribuit facultatem alienandi, Dec. d. cons. 171. di-
cto num. 3. vers. quarto, & vltimo Curt. iun. cons. 130.
num. 6. vers. præterea, & secundo Corbul. priuil. emphit.
ob alienat. limit. 3. num. 2. & 3. Casher. decis. 164. sub n. 4.
cum allegatis in supradictis decisionibus.
20 Pro quorum comprobatione ponderarunt DD.
prohibitionem esse arctissimam cum vna solum ne-
gatiua, ibi, tali etiam pacto, quod bona præfata, nec
aliquam partem possit vendere, vel alienare sine licen-
tia, & assensu præfati Monasterij, quicquid enim
sit, quando concipitur cum duobus negatiuis, puta
21 non possit alienari, nisi cum consensu, quas in affir-
matiuam resolui, & importare positiuam licentiam
alienandi dixit Rot. in Sarsinaten. feudi 22. Iunij, &
18. Decembris 1645. cor. Reuerendissimo D. meo De-
cano. Quando, prout hic, vna solum adest negati-
ua, ibi non possit, prohibitio remanet absoluta, &
22 præceptum negatiuum importat, quod clausulæ
generales inuestituræ alias aptę comprehendere ex-
traneos restringantur ad hæredes sanguinis, vt in
fortioribus terminis tradit Afflict. in cap. 1. §. feudum
ea lege num. 35. vers. videlicet quando contractus, si de
feudo fuerit contron. inter D. & aguat. Boss. de bonor.
public. sub num. 34. Dec. cons. 171. vers. quarto, & vl-
timo Rosentall. de feud. cap. 2. concl. 36. num. 5. vers. vbi
idem Cald. de emphys. lib. 2. quæst. 10. num. 16. vers. cæ-
terum, ergo Cæsar Manent. decis. 2. num. 38. cum duobus
sequentib.
23 Hinc etiam nihil facit clausula in perpetuum, quia,
vbi, prout hic, apponitur in concessione de sui na-
tura non transitoria ad extraneos, perpetuat cōces-
sionem inter personas comprehensas, illam tamen
24 non extendit ad extraneos non vocatos, vt probat
text. in d. §. emphiteusim vers. licentia Auth. de non a-
lienand. Roland. 96. num. 7. & 19. lib. 1. Alexand. cons.
9. sub num. 9. in fin. Mantic. de tacit. lib. 27. tit. 10. nu. 23.
Cald. vbi supra d. lib. 2. quæst. 23. num. 19. cum seqq. &
alijs relatis Rota in recent. dec. 381. num. 4. par. 5. &
sæpius

sæpius d. decis.211. num.7.par.6. tritum enim est clau-
25 sulam huiusmodi *in perpetuum* regulari, & intelligi iuxtà subiectam materiam, in qua apponitur, *gloss.in l.& in perpetuum ff. de procurat. Alex.in l.2.nu.2. ff.solut.matr.Card.Seraph.dec.874.num.5. Rot.decis.... num.18. par.7. recent. & in Bonon. Census 21. Februarij 1642.coram R.P.D. meo Ghisilerio*, & ideò apposita
26 in conceßione ex pacto non facit illam hæreditariam, vt de magis communi testatur *Dec. in cap.in præsentia num. 53. vers. sit ergo conclusio de probat. Roland. cons.96. & num.6. & 18.& 19.lib.1. Mantic. de tacit. lib.2. tit.19. num.27.*
27 Sed vlterius dixerunt Domini rem esse extra difficultatem, & deuolutionem esse ineuitabilem, ex quo bona fuerunt relicta Ecclesiæ, in quam,vti manus mortuas bona Ecclesiastica deuenire non possunt, *adnot.in cap.de alienat. feud. & ibi Afflict. in prin. num.4.& 5. gloß. in cap. potuit verb. prohibeatur, & ibi Abb. num.10. & Imol. num.25.extr. locat. Bursatt.conf. 199.num.42. vers.3. Rot. coram fan.mem. Greg.dec.520. num. 11. ibi Addent. num. 14. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec.334.num.11. in fin. & dictum fuit in Neapolitana Laudemij 14. Decembris 1640. coram bo. me. Coccino*, nec minus per viam institutionis, *Rot. d. decis.211.num.20. par.6.recent.*
28 Immò cum in antiquis inuestituris, iuxtà quarum formam facta fuit hæc, de qua agitur, adsit expli-
29 cita prohibitio, ne bona deueniant ad manus mortuas, & vigore istius relationis, pactum habeatur
30 perindè, acsi etiam in ista fuisset appositum, vt in his terminis dixit *Rot. d. decis.211. num.5. & 6.par.6.*
31 non potuerunt bona in Ecclesiam transferri, nec minus pro assequenda æstimatione, quia pactum huiusmodi refissit acquisitioni, *Aldobr. cons.30.nu.9. lib.1. Bursatt. cons.299. num.48. vers. tertiò Dott. lib.2. fan. mem. Greg. dec. 529.num. 10. & latius dicta decis. 211.num.31. par.6.recent.*

Quod autem Confraternitas Ecclesiæ Terræ Traiettæ sit merè laicalis, nec iustificatur cũ institu-
32 ta sit ad pium opus venerationis Sanctissimi Sacramenti, habeatque Ecclesiam, aliaque Ecclesiastica signa per ea, quæ dixit *Rota in Romana bonorum 19. Ianuarij 1643. coram R.P.D. meo Ghisilerio in Romana Salniani, seu attentatorum 29. Maij eiusdem anni coram Reuerendissimo Domino meo Præside*
33 *Vallisoletano*, nec releuat, cum ad hunc effectum idem sit Vniuersitas Ecclesiastica, & laicalis, quæ numquam moritur,vt declarat *Petr.Pecch.de Amortizat. bonorum cap. 2. per tot. in tract. mag. tom. 11. par.1.fol.316. Cald. de renouat. Emphiteus. lib.1. qu.19. Corbul. de cauf. propriet. ob alienat. irrequisit. Domin. fact. ampliat.12.num.6. Ansbar. consult.sub num.3.vers. propter hoc videtur, & latè firmauit Rot. coram Martin. And. decis.6. num.2.& 3.*

Et ità vtraque &c.

TRIDENTINA PAROCHIALIS.

Mercurij 5. Decemb. 1646.

ARGVMENTVM.

Gratia si neutri, quo ad non ius impetrantis satis dicitur iustificata ex illiusmet confeßione, quo verò ad non ius alterius,si gratia est impetrata modo vacationis alternatiuè expresso, siue ob non publicationem litterarum in tempore, siue ex eo quod alia in Constitutione fan.mem.Gregorij XIII. de publicandis resignationibus disposita pars aduersa non adimpleuerit, qualiter iustificata remaneat? Collatio Ordinarij est nulla, si præcesserit resignatio in manibus Pontificis, & Papa manus apposuerit,etiãsi in resignatione fuerit apposita conditio, *dummodo resignans habeat unde poßit se alere, & quis poßit*, opponere de non iustificatione huius conditionis, & qualiter probata dicatur, & quando prouisio Apostolica ob non publicatas litteras prouisionis sit nulla? vbi quod intra sex menses publicari debeat, & quid si Ecclesia sit vltra montes, quodnam temporis spatium præscribatur, & quando inter duos prouisos is præferatur, qui in publicatione litterarum fuit diligentior, & quænam requirantur adimplenda ex supradicta Constitutione Greg. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Gratia si neutri, quoad non ius impetrantis iustificatur ex ipsiusmet confeßione.*

2 *Collatio Ordinarij est omninò nulla, quando præceßit valida resignatio in manibus Pontificis,& Papa illam admittendo manus apposuit, tunc enim Ecclesia adeò remanet affecta Sedi Apostolicæ,vt amplius non poßit Ordinarius in ea se intromittere.*

3 *Resignatio facta sub conditione in manibus Papæ non inducit affectionem Ecclesiæ Sedi Apostolicæ, nisi fuerit iustificata conditio.*

4 *Confeßio iudicialis, & iuramento vallata facta in respondendo positionibus plenè probat contra confitentem.*

5 *Conditio, dummodo resignans poßit se aliunde alere, cum apponatur à Pontifice in resignatione ad fauorẽ dumtaxat resignantis, ipse solus excipere potest de illius non iustificatione.*

6 *Probatio qualibet etiam extraiudicialis sufficit, quando nullus adest legitimus contradictor.*

7 *Amplia etiamsi ageretur de probandis litteris expeditis in forma dignum,vel si litteræ essent concepta cum clausula* amoto.

8 *Clausula* amoto *in litteris apposita facit executorem mixtum.*

9 *Resignatio nullum Ius tribuit Resignatario, nec à resignante ius primæuum abdicat, nisi postquam fuerit executioni demandata per actualem litterarum expeditionem.*

10 *Collatio Ordinarij non potest suffragari prouiso, cum per appositionem manus Papæ beneficium remanserit Sedi Apostolicæ affectum.*

11 *Amplia, etiamsi resignatio de tempore obitus resignantis nondum fuisset executioni demandata, & iam elapsum esset tempus præscriptum expeditioni litterarum.*

12 *Litteræ resignationis publicari debent intra sex menses à die resignationis.*

13 *Declara hoc non procedere si Ecclesia resignata sit vltra montes, tunc enim dantur nouem menses ad publicandum.*

14 *Limita hanc declarationem, vt non procedat si maior pars Ecclesiæ non sit vltra montes,sed maior pars sit in Italia,*

15 *Impedimentum ad effectum, vt quis excusetur à publicatione non facta non suffragatur, quando illud emanauit post tempus, in quo poterat publicatio procurari, & nisi fuerint facta diligentia pro illo amouendo, tunc enim publicatio non habetur pro facta.*

16 *Publicatio est actus iterabilis,ideoque ex unica facta extra tempus, non concluditur alteram non fuisse factam in tempore.*

17 *Publicationem producens longè post tempus factam exinde negatiua probatio aliarum publicationũ, quæ in tempore fieri potuissent, resultat, cum meliorem, & validiorem produxisse præsumatur.*

18 *Productio tituli inualidi,melioris tituli præsumptionem tollit.*

19 *Prouisionis nullitas resultat ex eo, quod prouisus intra tempus sex mensium litteras non expediuit, & augetur si neque institit coram exequutore pro illarum exequutione.*

20 *Prouisus ab Ordinario, quando reperitur in possessione beneficij, nō tenetur adire exequutorem litterarum Apostolicarum, sed potest continuare de facto ex superueniente prouisione Apostolica, mutato solum primæuo iure possidendi.*

21 *Declara hoc tantum procedere, si superueniens prouisio Apostolica fuerit cōcessa in forma gratiosa, in qua nulla est opus iustificatione, secus si fuerit concessa in forma dignum.*

22 *Prouisio Apostolica concessa in forma dignum, & commissa illius executione certo executori, consequens est, vt possessio propria authoritate, nec apprehendi, nec continuari possit, sed capi debeat de manu eiusdem executoris litteris expeditis, & publicatis, eidemque porrectis.*

23 *Gratia in forma dignum antequam executioni demandetur nihil ponit in esse.*

24 *Gratia in forma dignum, nullum tribuit ius in re, sed solum importat mandatum de prouidendo, quatenus idoneus fuerit repertus.*

25 *Gratia concessa certo modo titulum non præstat, sed dumtaxat actionem officium Iudicis implorandi.*

26 *Gratia si fuit concessa duobus semper anterior venit praferenda.*

27 *Gratia si duobus fuerit concessa, is venit præferendus in ea, licet posterior, qui fuit alio diligentior in publicatione.*

28 *Limita vt hoc non procedat nisi in casu de quo specialiter loquitur Constitutio san. me. Greg. XIII. de resignationibus publicandis.*

29 *Dispositio odiosa, & correctoria iuris communis trahi non potest vltra casum expressum.*

DECISIO CCXXVII.

IAcobus Licinius Rector tunc temporis Parochialis Ecclesiæ S. Marci loci Roboreti Tridentinæ Diœc. anno 1637. illam liberè resignauit in manibus fæl. rec. Vrbani Papæ VIII. & resignatione admissa die 27. Nouembris eiusdem anni, ab eodem Pontifice de ea prouisus fuit Franciscus Licinius, *Sum. illius nu.* 1. quod differente litterarum prouisionis huiusmodi expeditionem, illarumque executionem, obijt interim, scilicet anno 1638. Iacobus Resignans, & Ordinarius Tridentin. de dicta Parochiali, vti per obitum vacante, prouidit Bartholomeo Gambæ, qui vigore huius prouisionis illius possessionem fuit assecutus *Summ. Gambæ num.* 1. & 2. Et subindè idem Bartholomæus nulla facta mentione prouisionis Ordinarij, & possessionis prædictæ, eamdem Ecclesiam ab eodem fel. rec. Vrbano VIII. impetrauit, vti vacantem ob non publicatas in tempore litteras prouisionis Licinij vigore præambulæ resignationis, vt ex litteris Apostolicis d. *Summ. nu.* 3. Quibus coram exequutore productis, pronuntiatum fuit pro illarum executione, sed introducta postmodum causa appellationis in Rota, dum quærebatur originaliter de iuribus præfatæ possessionis ad effectum manutentionis, Domini sub die 22. Iunij 1640. ordinarunt, quod apposito sequestro videretur de bono iure. Quibus sic stantibus impetrauit Franciscus gratiam si neutri mihi directam, & proposito dubio, an dicta gratia sit exequenda, eoque per duas vices discusso, fuit hodiè affirmatiuè responsum, cum constet de iustificatione omnium in ea narratorum.

Litis enim pendentia, Clericatus, & habilitas Francisci, illiusque prouisio Apostolica, ac valor narratus per non excessum in duc. 60. auri de Camera, non controuertebantur, sed difficultas consistebat in non iure vtriusque collitigantis, & modo vacationis alternatiuè expresso, siue ob non publicationem litterarum Bartholomæi, siue ex eo, quod alia in Constit. san. mem. Gregor. XIII. de publicandis resignationibus disposita non adimpleuerit.

1 Et quantum attinet ad non ius collitigantium, respectu Licinij impetrantis visum fuit iustificari ex ipsiusmet confessione ibi, *Cum autem sicut eadem petitio subiungebat à nonnullis asseratur neutri Francisci, & Bartholomæi prædictorum ius in dicta Ecclesia, vel ad illam competere &c.* vulg. *l. cum precum C. de liber. caus.* vt sæpius respondit Rota, & signanter in *Fulginaten. Parochialis 25. Maij præteriti coram me, vbi multæ decis. allegantur.*

Respectu verò Bartholomæi constat de illius non iure, siue illud desumatur ex collatione Ordinarij tamquam de vacante per obitum, siue ex prouisione Apostolica de vacante ob non publicatas in tempore litteras resignationis Licinij: collatio enim Ordinarij est omninò nulla, quia cum præcesserit valida resignatio, & Papa illam admittendo manus apposuerit, ex huiusmodi appositione facta
2 per Pontificem Parochialis remansit affecta, & reseruata Sedi Apostolicæ, adeout Ordinarius non potuerit amplius in illa se intromittere, ad trad. *per Rot. in c. vt nostrum num. 3. de appell. Anchar. cons. 58. numer. 4. Rot. decis. 25. num. 3. & 4. de conceß. preb. in antiq. & decis. 616. num. 3. par. 4. diuers. Gonzal. ad regul. mens. glos. 52. num. 15. & 49. Rebuff. cons. 84. n. 1. & per tot. Paris. de resignat. lib. 10. quæst. 6. sub num. 59. vers. quare si Ordinarius.*

Nec obstat, quod resignatio fuerit conditionalis,
3 ibi, *dictum verò Iacobum aliunde viuere valere*, itaut huiusmodi conditione non iustificata, prout requiritur, non potuerit induci affectio, vt probat *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 152. & 153. & par. 11. cap. 4. num. 8. & alijs relatis dixit Rota in Leodien. Canonicatus S. Dionisij 27. Martij 1623. coram bon. mem. Coccino vers. minus facit, quod Canonicatus.*

Quia cum in Diœcesi Tridentina pro congrua substentatione vnius Sacerdotis sufficiant annua sc. 35. monetæ, & probatur ex attestatione Cancellarij Episcopalis Tridentini, & depositione vnius Testis *d. Summ. num. 3.* Non potest Bartholomæus iustificationem huius conditionis impugnare, dum ipse respondendo positionibus datis pro Licinio, & in articulis ab eo porrectis fassus fuit Iacobum resignantem, dum in humanis erat, possedisse bona annui redditus, nedum dictorum scut. 35. iuxtà morem illius Regionis, sed longè maioris quantitatis
4 *Summ. Licinij num. 1. & 2.* huiusmodi enim confessio, cum fuerit iudicialis, iuramento vallata plenè probat contra confitentem, vt de eo, qui confessus fuit respondendo positionibus tradit *Alex. cons. 17. sub num. 1. vers. confessa est etiam lib. 3. sequendo text. in l. proindè, §. notandum, ff. ad l. Aquilian. & de articulante, docet Bart. in l. certum, §. si quis absente sub num. 4. vers. et idem dico ff. de confeß. Alex. cons. 83. sub num. 3. vers. Et ideo videtur lib. 1. Dec. cons. 445. num. 17. vers. et vlterius*, dixit Rota coram *san. mem. Greg. dec. 143. num. 1. & dec. 215. num. 2.*

Idque etiamsi attestatio Cancellarij, & depositio Testis sint extraiudiciales, vt altera pars supponit, & solum concludunt hanc quantitatem sufficere pro obtinenda promotione ad ordines sacros, nihil autem de congrua substentatione in ordine ad resignationem.

Quia animaduertunt DD. huiusmodi conditionem

5 nem apponi à Pontifice, dumtaxat ad fauorem, & commodum resignantis, & propterea ipsum solum excipere posse de illius non iustificatione, *Saru.super regul.de trienn. quæst.39. num.4. Card. Seraph.dec.457. num.5. Rota dec.601.num.3. par.4. recent. in Spoletana Abbatiæ Sancti Petri de Ferentillo 27. Iunij 1625. coram bon. mem. Coccino, quæ est decis.614. num.36.& seq. par.8. recent. & in d. Legionen. Canonicatus 23. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Royas, §. minus facit.* Vndè ipso non opponente, vel nulla requiritur iustificatio, vel leuis sufficit, prout in simili, quando

6 nullus adest legitimus contradictor, sufficere quamlibet iustificationem etiam extraiudicialem, sæpius resoluit *Rota coram san. mem. Greg. dec.221.num.2.& dec.333.num. 2. par.8. recent.* vbi quod hoc procedit,

7 etiamsi litteræ essent in forma dignum, & pluribus relatis dictum fuit in *Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. §. et hinc nihil releuat in Ciuitaten. Archipræsbyteratus 24. Martij 1645. §. prout etiam, & in Verulana Beneficiorum 31. Ianuarij præteriti §. minus releuat coram me,* vbi etiam si litteræ conceptæ es-

8 sent cum clausula *amoto*, quæ facit exequutorem mixtum.

Quod autem dicta attestatio Cancellarij, & depositio Testis loquantur solum ad effectum promotionis ad Ordines sacros, non autem pro congrua substentatione resignantis, non fuit habitum in consideratione, cum sit eadem ratio in vno, & in altero casu, & vterque casus pariformiter determinetur *à Sac. Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform.* dum mandat neminem promoueri, qui non habeat vndè honestè substentari valeat, & beneficij resignationem non admitti, nisi constito, quod resignans aliundè commodè viuere possit.

9 Ideoque parum obstat, quod resignatio nullum ius tribuat Resignatario, nec à Resignante ius primæuum abdicet, nisi postquam fuerit executioni demandata per actualem litterarum expiditionem, vt firmauit *Rot. in Colimbrien. Canonicatus 4. Februarij 1632. coram bon. mem. Merlino in recentior. dec.92. num. 13. & 14. par. 6.*

Quia dato etiam, quod de tempore obitus Iacobi nullum fuisset ius quæsitum Francisco Resigna-

10 tario; adhuc tamen collatio Ordinarij non potest Gambæ suffragari, cum vt dictum est per appositio-

11 nem manus Papæ beneficium remanserit affectum, & Sedi Apostolicæ reseruatum; adeout non potuerit ab Ordinario conferri, vt tradit *Dec. in cap. vt nostrum num.3. de appell. cum alijs supra allegatis.*

Apostolica verò prouisio de vacante ob non publicatas in tempore litteras resignationis Licinij

12 nullum pariter ius ipsi Gambæ quæsiuit, cum fuerit nulla ob similem defectum publicationis in tempore, illas enim obtinuit de mense Decembris 1638. *Summ. illius nu. 3.* litteras verò publicari curauit die 31. Iulij 1639. *Summ. Licinij num. 4.* & sic elapsis sex mensibus à d. const. præfixis.

13 Nec subsistit Responsio, quod Tridentina Diœc. sit posita vltra montes, & propterea habeat nouem menses ad publicandum, vt disponitur in eadem *constit. d. §. 1.* vel saltem dum ad instantiam Licinij Dataria fecerit decretum vulgò nuncupatum *Nihil transeat*, per quod impedita fuit litterarum relaxatio, subtracto tempore impedimenti, publicatio intra sex menses facta remaneat.

Quia licèt aliqua pars præfatę Diœc. sita reperiatur vltra montes, maior tamen pars, & Castrum

14 Roboreti, in quo continetur Ecclesia, & de qua agitur, est positum in Italia, vt tradunt illius descriptores, & signanter *Leander. de Albert. fol. mihi 460. à tergo Andr. Scot. par. 1. fol. 35.* Vndè publicatio litterarum intra sex menses fieri debebat. Nec ad istũ

15 effectum sufficit allegare assertum impedimentum Datariæ, quia dum illud emanauit de mense Aprilis, & sic ferè post quinque menses à die prouisionis, quo tempore Gamba commodè poterat publicationem procurare, nec pro eo remouendo ostendit se adhibuisse aliquas diligentias, huiusmodi impedimentum ei minimè suffragatur ad effectum, vt publicatio habeatur pro facta intra d. tempus à Constitutione determinatum, ad tradita per *Felin. in cap. ex transmissa num. 1. de rescript. & in cap. Venerabilis num.7. vers. 3. limit. de iudic. Aym.cons.270.nu. 3. Dec. cons.677. num. 3. Card. Seraph. dec. 1206.num.1. & dixit Rot. decis.196.num.6. & 7. par.8. recent.*

16 Nec aliquid facit, quod publicatio sit actus iterabilis, proindeque ex vnica facta extra tempus non concludatur alteram factam non fuisse in tempore, ex allegatis per *Rotam coram san. mem. Greg. dec.210. num.5. & coram bon. memor. Buratt. decis.948. numer. 5. & 6.*

17 Quia dum ipsemet Gamba produxit hanc publicationem longè post tempus factam, resultat exindè negatiua probatio aliarum publicationum, quæ in tempore fieri potuissent, cum meliorem, & validiorem produxisse præsumatur, vt ex *doctr. Innoc. in cap. dudum num.2. vers. sed quia de dicimis, tradit in puncto Lotter. vbi supra d. lib.3. cap.21. num. 38.* Pro-

18 ductio enim inualidi, melioris tituli præsumptionem tollit *Rot. dec. 731. num. 19. par. 1. diuers. coram san. mem. Greg. dec.467. num.7. Adden. ad eundem decis. 353. num. 19. coram Reuerendissimo Vigellen. dec.285. num.148. & dec.412. num.2. par.2. rec.*

19 Augetur insuper nullitas dictæ prouisionis, ex quo Gamba infra tempus dd. sex mensium, non solum litteras non expediuit, sed nec minus instetit coram executore pro illarum exequutione, vt præcipit eadem *Constit. Greg. in §. 1. & aduertit Garz. vbi supra par. 11. cap.3. num.321.*

20 Nec iuuat allegare, quod dum Gamba reperiebatur in possessione Ecclesiæ, de qua agitur vigore collationis eidem factæ ab Ordinario, non teneretur adire exequutorem, sed potuerit suam possessionem continuare de facto ex superueniente prouisione Apostolica, mutato solum primæuo iure possidendi, vt tenuit *Rota in Alexandrina Archipræsbyteratus 28. Iunij 1627. coram bon. mem. Merlino in recent. dec. 97. num. 4. cum pluribus seqq.*

21 Fuit enim responsum, quod hoc posset procedere, si superueniens prouisio Apostolica esset concessa in forma gratiosa, quæ nulla indigeret iustificatio-

22 ne; secus autem vbi, prout hic, concessa fuit in forma dignum, tunc enim cum illius exequutio certo exequutori in ea deputato demandetur, consequens est, vt possessio propria auctoritate, nec apprehendi, nec continuari possit, sed capi debeat de manu eiusdem exequutoris, litteris expeditis, & publicatis, eidemque porrectis, vt latè firmatum fuit in *Abulen. Beneficij 26. Ianuarij 1596. & 13. Iunij 1597. coram Litta relat. à Garz. par. 6. cap. 2. num. 47. & 48.* & ad propositum distinguendo tradit idem *Garz. par.4. cap 2. numer. 55. bon. memor. Coccino decis. 347. numer. 4.*

23 Gratia enim in forma dignum antequam executioni demandetur, nihil ponit in esse, *clem. vnic. ibique Card. num. 7. & 8. & Vitalin. num. 15. de excessib. Prælat. Cassad. dec. 1. num. 1. vt lit. penden. Mandos. in regul. de annal. quæst.55. num.3. Rota decis.160. num.1. dec. 590. num.3. & decis.665. num.4. part. 2. recentior.*

24 Nullumque ius tribuit in re, sed solum importat mandatum de prouidendo, quatenus idoneus fuerit

repertus *Rebuff. in prax. tit. de rescript. in form. dign. n. 2. & 3. Gonzal. sup. regul. glos. 15. §. 2. num. 56. Rot. dec. 560. num. 3. vers. tamen gratia Anibalis ead. par. 2. rec.*

25 Multoque minus cum gratia concessa fuerit certo modo, quæ nullum propterea titulum præstat, sed dumtaxat actionem, & facultatem officium iudicis implorandi, *Card. Zabarell. in cap. sicut vnire num. 7. vers. item per impetrationem de excessib. Prælat. Lotter. vbi supra libr. 2. quæst. 47. num. 11. & libr. 3. quæst. 59. num. 53.*

His itaque firmatis iustificata etiam remanet altera pars narratiuæ, scilicet modus vocationis alternatiuè expressus, siuè ob non publicationem in tempore litterarum Gambæ, siuè ex quo alia disposita in Constit. Gregorij non adimpleuerit. Quo enim ad non publicationem in tempore de ea sufficientèr constat, dùm prouisio concessa fuit de mense Decembris 1638. & publicatio petita die 31. Iulij sequentis; non implementum verò aliorum dispositorum in d. Constit. satis, superque apparet ex quo Gamba infrà terminum supradictorum sex mensium exequutionem suæ prouisionis non petijt, vt superius dictum fuit.

26 Denique non obstat, altera Gratia si neutri per Gambam impetrata, quia cum sit posterior gratia Licinij, vt est inconfesso apud partes, & patet ex illarum inspectione, illa Licinij, tanquam Anterior est præferenda, *cap. cum cui, & cap. si à sede vbi glos. in verb. nec appareat de Præbend. in 6. cap. si eo tempore de rescript. ibid. Gonzal. vbi supra §. 3. prohem. num. 1. & 2. bo. me. Buratt. dec. 421. num. 1. bo. me. Coccin. dec. 350. num. parit. 1.*

Nec suffragatur, quod Gamba diligentior fuerit
27 Licinio in publicatione, ideoque sit præferendus, vt disponitur in d. *Constit. Gregorij §. 5. ibi, Et si pluribus gratiam huiusmodi fieri contingerit, is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem suæ impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit.*

28 Quia cum præfata Constitutio loquatur in terminis resignationis, & sit restricta ad casum, quo plures concurrunt, qui beneficium impetrarunt ex eadem causa non publicationis resignationis, non potest habere locum hoc casu, quo Licinius gratiam si neutri obtinuit, tamquam de vacante ob non publicatas à Gamba litteras suæ prouisionis certo modo impetratæ, vel non impleta disposita in eadem Constit. ad tradit per *Rotam in Virdunen. Canonicat. 13. Maij 1596. cor. rec. me. Card. Hieronym. Pamphilio relatis per Garz. d. par. 11. cap. 3. num. 331.* Cum præ-
29 sertim tamquam odiosa, & correctoria iuris communis trahi non possit vltra casum expressum *Auth. quas actiones C. de Sacrosanct. Eccles.*

Et ità parte vtraque informante resolutũ fuit &c.

VICEN. BENEFICII.

Lunæ 10. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Possessio quando est nulla semper apponitur sequestrum, Collatio Beneficij Iurispatronatus facta vigore præsentationis intra terminum decem dierum ad opponendum est nulla, & infecta decreto irritanti, prout etiam capta pendente termino ad appellandum, & subsequuta possessio est nulla, & quo tempore terminus ad appellandum currere incipiat? Attentata post rem iudicatam non reuocantur, si executio fuit directa, secus autem si fuit obliqua, & quando hoc procedat?

SVMMARIVM.

1 *Terminus à Iudice præfixus habet de iure inhibitionẽ in ventre, quod eo pendente nihil innouetur absque vitio nullitatis, & attentatorum.*
2 *Vicarius admittẽdo præsentationẽ ad iuspatronatus, & decernendo Aedicta mediante assignatione termini ad opponẽdũ procedit extraiudicialiter.*
3 *Possessio iurispatronatus capta pendente termino ad opponendum per Aedictum extraiudicialiter assignato, potest capi absque vitio attentatorum, quæ sine lite non dantur.*
4 *Declara tamen quod possessio capta intra dictum terminum, licet non sit attentata, est tamen nulla, & venit reuocanda.*
5 *Institutio præsentati facta nõ seruata forma* capit. fin. de elect. in 6. *est infecta Decreto irritanti, quod non solum inficit ipsam institutionem, sed etiam possessionem inde subsequutam.*
6 *Possessio ne sit manutenibilis sufficit, quod sit nulla, vel ex Decreto irritanti infecta.*
7 *Sequestrum apponitur, non solum quando possessio est attentata, sed etiam quando est nulla.*
8 *Possessio capta pendente termino ad appellandum à sententia, quæ de sui natura erat appellabilis, est nulla, & non manutenibilis.*
9 *Attentatorum reuocationi non est locus post rem iudicatam, quando agitur de executione directa, licèt secus si ageretur de indirecta, & obliqua.*
10 *Citatio, seu intimatio sententiæ, quando non fuit personaliter executa, excludit rem iudicatam.*
11 *Tempus ad appellandum, vbi citatio ad sententiam adfuit personalis, incipit currere solummodo à die habitę notitię.*
12 *Citatus in dubio non pręsumitur habuisse notitiam sententiæ pro exclusione rei iudicatę.*
13 *Mandato de manutenendo pro reuocatione attentatorum, vtitur ille, qui numquam habuit se pro spoliato, & debet in sua possessione conseruari vsq; ad terminationem negocij.*

DECISIO CCXXVIII.

Dubitatum fuit, cui dandum esset mandatum de manutenendo, Amatori scilicèt Carbonez, vel Mattheo Maya, & DD. resoluerunt Neutri dandum, sed apponendum esse sequestrum, prout seruatur in hoc Sacro Tribunali, quando possessio est nulla, vel attentata.

Quantum enim ad possessionem Amatoris, Dum ipse die 8. Nouembris 1639. suam præsentationem exhibuerit coram altero ex Vicarijs generalibus Vicen., qui illam admisit, si, & in quantum, literasque edicti iuxtà stylum Curiæ decreuit, assignando solitum terminum decem dierum ad opponendum, non potuit eo pendente, scilicet die 12. eiusdem mensis comparere coram altero ex eiusdem Vicarijs, collationemque beneficij, de quo agitur, obtinere, & illius possessionem apprehendere, cum
1 durante termino præfixo, officium Iudicis conquiescat, & illius præfixio habeat de Iure inhibitionem in ventre, quod eo pendente nihil innouetur absque vitio nullitatis, & attentatorum *l. sine pars C. de dilat. Paris. cons. 106. num. 14. lib. 4. Lancellott. de attent. pend. dilat. pag. 7. num. 1. Card. Caual. dec. 69. num. 4. bon. mem. Buratt. dec. 286. num. 3.*

2 Nec obstat, quod Vicarius admittendo præsentationem, & decernendo edicta procedat extraiudicialitèr, vt tradit *Gonz. sup. reg. 8. in annot. contr. nul.*
3 *num. 41. cum seqq.*, ideoque pendente termino potuerit capi possessio absque vitio attentatorum, quæ non datur sinè lite, vt fuit dictum in *Gerunden. Canonicatus, seù Sacristiæ 3. Iulij 1634. cor. Reuerendiss. D. meo Ghisilerio Prodecano.*

4 Quia etiamsi possessio non sit attentata, est ta men nulla, tamquam capta intra dictum terminum, con-

tra

tra dispositionem *text. in rapit. fin. de elect. in 6.* quod
comprehendit etiam præsentationes, vt docet *glos.
ibidem communiter recepta in verbo electione vers. &
idem puto Aym. cons. 177. nu. 1. Card. Put. dec. 477. cir-
ca med. lib. 2. in correct. lap. allegat. 8. num 4.* Et cum
habeat Decretum irritans ibi, *Nos solentes huic mor-
bo, & fraudibus obuiari præsenti Constitutione sanci-
mus confirmationes tales viribus omninò carere, ipsas-
que decernimus irritas, & inanes,* ipsius forma non
5 seruata, inficit, & irritat, tàm ipsam collationem,
quàm possessionem indè subsequutam ad trad. per
*Aym. cons. 63. num. 2. Lambertin. de iur. patr. lib. 2. par. 2.
art. 2. quæst. 6. per tot. & art. 25. antè num. primum vers.
Tu aduerte Garz. de Benef. par. 9. cap. 4. num. 1. Genuen.
in prax. Curia Archiepiscop. tit. de iur. patr. cap. 83. num.
6. Mart. Andr. dec. 108. num. 3.* cum alijs relatis in *Cre-
monen. Præpositura 23. Maij §. Nam illam Burgi, & 27.
Iunij 1644. §. fin. cor. R. P. D. meo Corrado*, Possessio
6 enim ne sit manutenibilis sufficit, quod sit nulla,
vt in *Gerunden. Beneficij 1. Iulij 1644. §. fin. coram me;*
vel ex Decreto irritanti infecta ex allegatis in *Medio-
lanen. Cimiliarcatus 15. Maij 1645. cor. R. P. D. meo Peu-
7 tingerio*, sequestrumque apponitur, non solum
quando possessio est attentata, sed etiam quando est
nulla *Card. Seraph. dec. 877. num. 1. Andr. d. decis. 108.
num. 1. Rot. in rec. dec. 554. num. 1. & dec. 594. num. 2.
par. 3. cor. Reuerendiß. Vrgell. dec. 177. num. 5. & 6. &
in Bononien. Parochialis 20. Aprilis 1646. cor. R. P. D.
meo Otthobono.*

Possessio verò Matthæi pariter est nulla, & atten-
tata, cum capta fuerit die 22. Aprilis 1640. Vigore
sententiæ per Vicarium Vicen. biduo antè ad eius
8 fauorem latæ, scilicet die 20. eiusdem, & sic intra
decem dies datos ad appellandum.

Vndè cum sententia fuerit de sui natura appella-
bilis, vel etiam in confesso, non est manutenibilis per
*text. in cap. non solum de appell. in 6. Lancell. de attent.
par. 2. cap. 4. num. 49. cap. 12. lim. 49. numer. 3. & part. 3.
cap. 31. num. 65. & num. 192.* dictum fuit in *Salerni-
tana Iurispatr. 4. Iulij 1642. coram R. P. D. meo Royas,
& in d. Gerunden. Beneficij coram me §. Non obstat,
quod Andreas.*

Nec obstat, quod dicta sententia confirmata
fuerit in tertia instantia per aliam Iudicis delegati,
quæ postmodum transitum fecerit in rem iudicatam
ob non interpositam appellationem in tempore, &
9 proindè non sit amplius locus reuocationi attenta-
torum, cũ agatur de exequutione directa, quicquid
secus dicendum esset, si ageretur de exequutione
obliqua, & indirecta, vt distinguendo firmatum fuit
in alia *Gerunden. Beneficij 16. Martij 1643. coram me
§. Et licèt, & in Rom. fideicommissi de Capiteferreo 10.
Iunij 1644. cor. R. P. D. meo Corrado, §. Præterea ex
alio.*

Dupliciter enim fuit responsum, & primò, quod
prædicta procederent, si clarè constaret sententiam
transisse in iudicatum, secus autem, vbi prout hìc,
non solum clarè non constat de re iudicata, sed im-
mò euidentèr excluditur, ex quo citatio, seu inti-
10 matio sententiæ non fuit personaliter exequuta:
cessante enim personali intimatione excluditur res
11 iudicata, cum tempus ad appellandum currere non
incipiat, nisi à die habitæ notitiæ ad trad. per *An-
gel. in l. 1. C. de temp. appell. Capic. dec. 139. num. 3. in fin.
Rot. dec. 16. num. 2. de dol. & contum.* cum alijs in *Vola-
terana Prioratus 5. Maij 1645. cor. R. P. D. meo Bichio,
§. Neque res iudicata.*

Nec releuat adhunc effectum relatio Nuncij su-
per traditione intimationis domi dimissæ, ibi, *Sibi
tradita intimatione, & ad eius Domum dim. cop.* quia
quicquid sit, an ex dd. verbis arguatur personalis in-
timatio, negari tamen non potest, quin saltem fuit
equiuoca, cum interpretari possint illi fuisse traditã
intimationem mediante dimissione copiæ ad eius
Domum, quod sufficit, vt exinde non eruatur suffi-
12 ciens notitia citati, quæ in dubio non præsumitur
pro exclusione rei iudicatæ, vt tradit idem *Capic. d.
dec. 139. sub num. 3. vers. Qui dicitur.*

13 Secundò quod dum possessio præfata tamquam
nulliter, & attentata capta vna cum sequestro per
eumdem Vicarium apposito reuocata fuit in secun-
da instantia per Iudicem appellationis, videlicet Sa-
cristam Maiorem Gerunden., qui vlterius mandauit
reponi Carbonell. ad pristinum statum suæ posses-
sionis, & in illa manuteneri, seu conseruari vsque
ad determinationem Negocij principalis *Summ. il-
lius num. 8.* iuxt. *dec. Card. Seraph. 1176.* quam pas-
sim sequuta fuit Rota, & signantèr in *Viadislauien.
Villa d. Hoppembruch. 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo
Otthobono, & 4. Iulij 1646. coram me,* cessant peni-
tus deducta in allegata *Gerunden. Beneficij, & Rom.
fideicommissi de Capiteferreo*, cum procedant solum,
vbi attentata reuocari petuntur post rem iudica-
tam, non autem prout hic si iam reuocata fuerunt
antè illius superuenientiam.

Et ita vtraque &c.

ROMANA, SEV ALBINGANEN. BONORVM.

Veneris 24. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Possessio Bonorum, ac locorum Montium probatur ex pluribus actibus possessorijs in decisione recensitis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio defuncti probat nedum in præiudicium ipsius confitentis, sed etiam hæredis, & ab eo causam habentis.*

2 *Possessio Bonorum probatur ex illorum adnotatione in libro Catastri, siuè æstimi communitatis.*

3 *Liber æstimi, licèt non probet concludenter præsumptiuè tamen probat bona fuisse possessa, & possideri ab eo, ad cuius fauorem descripta leguntur, & num 4.*

5 *Possessio probatur ex testibus etiam sine partis citatione examinatis, si eorum depositiones adminiculis fulciuntur.*

6 *Possessio posterior capta non citato anteriori possessore dicitur clandestina, & turbatiua.*

7 *Nec est apta manutentionem impedire anteriori possessori.*

8 *Possessio capta de mandato Iudicis carentis iurisdictione est nulla.*

9 *Iudex laicus nullam habet iurisdictionem contra Clericũ, etiam in possessorio siuè agatur de bonis Ecclesiæ, siuè de bonis proprijs patrimonialibus.*

10 *Possessio capta in spretum inhibitionis est attentata, & vti nulla non est manutenibilis, & num 11. & 12.*

13 *Possessio locorum montium probatur ex descriptione in litteris patentibus ad cuius fauorem sunt descripta.*

14 *Possessio locorum montium probatur ex exactionibus fructuum.*

15 *Exactio vnica sufficit ad hoc, vt exigenti detur manutentio.*

16 *Loca montium si fuerunt empta nomine alicuius, & ab eo fructus exacti eidem vsque ab initio censentur illorum dominium, ac possessio acquisita.*
Statutum vrbis lib. 1. c. 147. *continuat possessionem defuncti in hæredem ibid. num. 16.*

17 *Statutum vrbis de continuãda possessione defuncti*

in

in hæredes non suffragatur forensibus, etiamsi age-
retur de bonis sitis in Territorio statuentium, &
num. 18.
19 *Statutum excludens fœminas gratia conseruandę*
agnationis non suffragatur masculis forensibus.
20 *Emens loca montium nomine alicuius cum reserua-*
tione totalis dispositionis, tàm sortis, quàm fru-
ctuum ad fauorem ipsius emptoris ex tali reserua-
tione sibi censetur fuisse acquisitum illorum do-
minium; illum verò, ad cuius fauorem fuit facta
emptio, habere tantùm nudum nomen, & nu. 21.
22 *Præsertim quando constat loca montium empta*
fuisse de pecunijs ipsius reseruatarij.
23 *Loca montium si fuerunt empta non solum nomine*
emptoris, sed etiam nomine alterius, & commu-
ni nomine exacti fructus ex tali exactione dici-
tur acquisita cumulatiua possessio. Declara nu. 24.
& 25.
26 *Manutentio retardari nequit per exceptiones re-*
spicientes merita causæ, sed reijci debent ad pe-
titorium.

DECISIO CCXXIX.

IOanni Iacobo Pasquæ dandum esse mandatum de
manutenēdo, tā quoad bona Tabię, quā quoad loca
Montiū Vrbis DD. censuerunt, cum constet de eius
anteriori possessione *vulg. §. retinenda instit. de interd.*
Quo enim ad bona Tabiæ illius possessio visa fuit
probari ex pluribus: Et primò ex confessione q.
Bonifacij Pasquæ ipsius filij, qui in executionem
supplicationis signate à Senatu Ianuæ petijt, & ob-
tinuit à Iudice ędictum contra damnum dantes, vel
furtum committentes in bonis stabilibus Io: Iacobi
Patris in pede eiusdem ędicti descriptis *Summ. infor-*
1 *montis num.* 1. Huiusmodi enim confessio defuncti
plenè probat possessionem, nedum in præiudicium
ipsius Bonifacij confitentis, sed etiam Septimiæ il-
lius filiæ, & hæredis, aliorumque ab eo causam ha-
bentium, & quidem sufficientem ad effectum ma-
nutentionis, vt sæpius respondit Rota coram *Card.*
Seraph. dec. 1417. num. 2. in Ferrarien. Parochial. 8. No-
uembr. 1596. coram Corduba §. Quantum verò ad Mi-
chaelem cor. bo. me. Buratt. dec. 378. num. 2. cor. bon. me.
Coccino dec. 184. num. 1., & in Rec. decis. 573. num. 2.
part. 2.
Secundò ex partitis extractis ex libro publico Ca-
tastri, seu extimi Communitatis Tabiæ, in quo ad-
2 notari solent bona, prout transeunt de successore in
successorem, & descripta fuerunt ad fauorem Io: Ia-
cobi ea, de quibus agitur *Summ. num. 6.* qui liber, li-
3 cèt non concludentèr, attamèn præsumptiuè probat
bona fuisse possessa, & possideri ab eo, ad cuius fa-
4 uorem in illo descripta leguntur, quod sufficit pro
manutentione, vt tradunt *Soccin. Sen. cons. 205. nu. 2.*
lib. 2. Bero cons. 77. num. 13. & 16. & cons. 79. num. 13.
& 16. lib. 3. Ruin. cons. 40. num. 7. lib. 4. Mandell. cons. 7.
num. 8. Peregr. de fideic. art. 44. num. 7. Modern. de ma-
nut. obseru. 27. num. 1. & seqq. vbi quod contrarium
alleganti incumbit onus probandi, & dixit *Rota co-*
ram Card. Seraph. dec. 1061. num. 5. cor. bon. me. Buratt.
dec. 690. num. 2. in rec. dec. 706. nu. 6. par. 2. dec. 84. nu. 3.
par. 5. & in Arimin. fideic. 14. Martij 1640. & 28. Iunij
1641. coram me.
Tertiò Demum ex Testibus coram ordinario Al-
binganen. examinatis præfatam possessionem Io:
Iacobi concludentibus *Summ. num. 7.* qui etsi exami-
nati fuerint sinè partis citatione, nihilominus faciūt
adminiculum, ipsorumque depositiones iunctæ cum
sumptis partitis Catastri, & confessione Bonifacij fa-
5 ciunt plenam probationem, maximè in hoc summa-
rissimo manutentionis, in quo de stylo huius Sacri
Tribunalis leuiores probationes admitti solent, vt
dictum fuit coram *San. mem. Greg. dec. 258. num. 3. dec.*
324. num. 2. & dec. 458. num. 7. ac postremo in Rom. Do-
mus 27. Iunij præteriti cor. R. P. D. meo Otthobono.
Non obstat possessio postmodum capta per asser-
tos Tutores nomine Septimiæ Bonifacij filiæ, & hæ-
redis.
Quia tamquam posterior, & capta non citato Io:
6 Iacobo, dicitur clandestina, & turbatiua *cap. licèt*
causam de probat. Peregr. de fideic. art. 48. num. 36. vers.
& est notandum Card. Seraph. dec. 1106. num. 2. bon. me.
Greg. dec. 171. numer. 2. Buratt. decision. 746. numer. 2.
Rota in recentior. decision. 476. numer. 3. part. 3. Nul-
7 lumque ius ipsis Tutoribus acquisiuit, neque impe-
dit manutentionem anteriori possessori, qui non
habuit se pro Spoliato, *Cap. licèt Episcopus de Præ-*
bend. in 6. Bart. in l. si duo nu. 4. ff. vti possid. Menoch. de
retinen. remed. 3. num. 725. cum alijs relatis in *Bonon.*
fideic. de Nascentorijs 24. Decembr. 1645. cor. R. P. D.
meo Royas §. vltima non obstat in Alerinen. Canonicat.
27. eiusd. cor. R. P. D. meo Verospio, §. quia de sua, & in
Lauretana Beneficij 25. Iunij 1645. coram R. P. D. meo
Corrado, §. Neque visa fuit.
Idque tanto magis dum præfata possessio Tuto-
rum fuit nulla, & attentata, nulla ex defectu Iuris-
8 dictionis, quia Iudex tamquam laicus nullam habe-
bat Iurisdictionem aduersus Io: Iacobum Clericum,
9 & possessorem, nec etiam in possessorio, siuè aga-
tur de bonis Ecclesiæ, siuè de eius proprijs patri-
monialibus, *Auth. statuimus C. de Episcop. & Cleric.*
cap. si Clericus de for. compet. Abb. in cap. cum sit gene-
rale num. 4. d. tit. id. Menoch. remed. 3. num. 401. Mart.
de iurisdict. part. 4. cas. 18. num. 27. cum pluribus *seqq.*
Caual. dec. 23. sub num. 28. vers. etsi Clericus lib. 2. Ca-
rol. de Graß. de eff. cleric. eff. 1. num. 10. cum seqq. Ciar-
lin. contr. for. cap. 28. num. 13. & 14. Attentata verò vti
capta *sub die 8. Nouembr. 1645. Summ. num. 3.* & sic
10 in spretum inhibitionis Vicarij generalis Albinga-
nen. illis triduo antè præsentatæ, sub die scilicet
quinta eiusdem mensis Nouembris, in qua specificè
denominantur bona, de quibus agitur, omnibusque
11 inhibetur, ne audeant Io: Iacobum, tamquam per-
sonam Ecclesiasticam super illis molestare, nec tur-
12 bare, molestarique, nec perturbari facere *Sum. n. 2.*
& propterea vti nulla, & attentata non est manute-
nibilis *Reuerendiß. Vrgell. dec. 437. num. 6. bon. me. Bu-*
ratt. dec. 262. num. 4. bo. me. Cocc. dec. 492. num 3. Rota
dec. 326. nu. 4. & dec. 330. per tot. par. 6. rec. & dictum
fuit in *Bonon. Resciß. contractus 15. April. 1644. coram*
R. P. D. meo Verospio, §. ea enim.
Quo verò ad Loca Montium illius possessio pro-
batur, tùm ex illorum litteris patentibus, & descri-
ptione facta ad fauorem Io: Iacobi in libris Secreta-
rij *Summ. num. 9.* quam probare possessionem illius
13 ad cuius fauorem sunt descripta, pluries tenuit *Rot.*
in Rom. hæredit. de Cincijs 15. Decembr. 1623. coram
bo. me. Pirouano, post Moder. de manut. dec. 179. antè
numerum primum, in Rom. seù Ianuen. locorum mon-
tium 4. Iulij 1635. coram bo. me. Buccabella, in recent.
dec. 70. sub num. 1. vers. de illa enim constat. par. 7. & in
Rom. Spolij 4. Iulij 1642. coram Reuerendiß. D. meo
Ghisiler. Prodecano.
Tùm ex partitis formitèr extractis ex libris De-
positariorum cōtinentibus exactiones fructuum dd.
locorum montium continuatas per Io: Iacobum,
tàm antè, quàm post obitum Bonifacij filij *Summ.*
14 *numer.* 10. huiusmodi enim continuatæ exactiones
15 probant sine scrupulo possessionem exigentis, licèt
ad effectum, de quo agitur, etiam vnica sufficeret
ad tradit. per Rotam in dicta *Rom. Hæredit. de Cincijs*
num. 1

num.1. in Romana locorum montium 14. Martij 1629. cor. bo. me. Card. Virile in rec. 284. num.4. part.5. & in d. Romana, ſeù Ianuen. locorum montium coram bo. me. Buccabella num. 3.

Nec obſtat, quod dum nonnulla ex dictis locis montium empta fuerunt à Io: Iacobo; etiam nomine Bonifaeij, aliorumque filiorum, dictoque nomine fructus exacti, ipſi etiam Bonifaeio aequiſitum
16 fuerit dominium, & poſſeſſio dd. locorum montium vſque ab initio, quæ propterea continuetur adhuc in Septimiam Bonifaeij filiam, & ſuam hæredem iuxtà diſpoſit. *Statut. lib.1. cap.147.*

17 Quia præter quod ſtatutum Vrbis de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredes, non ſuffragatur forenſibus, prout eſt Septimia, ſed dumtaxat ijs, quorum bona, & perſonæ ſubiacent ſtatuentibus, etiam ſi agatur de Bonis ſitis ſub illorum Territo-
18 rio, vt in ſpecie tradunt *Alex. conſ.41. num.1. & 2. lib.7. Pariſ. conſ.12. num.26. lib.3. Ruin. conſ.48. num.4. lib.3. Fenz. in addit. ad idem ſtatutum d. cap.147. n.27. & dixit Rota dec.162. num.15. par.4. diuerſ. ac in Imolen. bonor. 10. Aprilis 1592. coram recol. me. Card. Hieron. Pamphil. poſt Marcheſ. de comm. par.1. fol.947. n.6. verſ. & ceſſat.* Et quod ſtatutum excludens fœmi-
19 nas gratia conſeruandæ agnationis non ſuffragetur maſculis forenſibus etiamſi bona exiſtant in noſtro Territorio reſolutum fuit in *Rom. ſupplement. legit. 18. Maij 1640. cor. me, §. Quo verò ad bona.*

Placuit reſponſio quod ex emptione locorum facta à Ioanne Iacobo, etiam nomine Boniſaeij, & aliorum filiorum, illis nec dominium, nec poſſeſſio dicitur aequiſita, dum idem Io: Iacobus emptor ſibi reſernauerit omnimodam, & totalem diſpoſitionem
20 tàm ſortis principalis, quàm illorum fructuum, vt ex dictis litteris patentibus *Summ. num. 8.* Talis
21 enim reſeruatio denotat dominium fuiſſe apud ipſum reſeruatarium, Bonifacium verò, alioſque filios habuiſſe tantummodo nudum nomen ad tradita per *Anchar. conſ. 127. ſub nu.1. verſ. hic verò animus cum ſeqq. Honded. conſ. 39. num. 21. libr.2. & dixit Rot. dec.262. num.2. & 3. par.1. diuerſ. coram Card. Seraph. dec.1303. num.11. & in rec. dec.771. num.2. par.2.*

22 Ideoque eò facilius, dum loca montium empta fuerunt de pecunijs ipſiuſmet Io: Iacobi reſeruatarij vt firmauit *Rot. in Romana de Mareſcottis 23. Martij 1635. & 28. Ianuarij 1636. coram bo. me. Buccabella in eadem cauſa ſub die 28. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Rom. Separationis bonor. 20. Aprilis, & 25. eiuſd. menſis Iunij cor. eod.*

Prout nec refragantur exactiones factæ, etiam nomine Bonifaeij, cæterorumque filiorum, quibus
23 propterea videtur cumulatiuè aequiſita poſſeſſio *l. 1. §. per Procuratorem, & l. general. §. Quod meo ff. de acquir. poſſ. Rot. poſt Modern. de manut. dec.135. nu.1.*

Fuit enim reſponſum huiuſmodi exactiones factas fuiſſe à Io: Iacobo communi nomine, non animo
24 aequirendi poſſeſſionem filijs in ſuimet præiudicium, ſed demonſtratiuè, vt ſcilicet, cum adhuc litteræ patentes eſſent ſub nomine etiam filiorum, reſeruata tamen ſibi omnimoda diſpoſitione ſortis, & fructuum, vt dictum eſt ſciretur fructus prouenire
25 ex eiſdem locis montium in dd. litteris patentibus contentis, vt in puncto Reſpondit *Rota in Romana locorum montium 14. Maij 1629. cor. bo. me. Card. Virile poſt eund. de manut. dec. 265. num.5. & 6.*

Deducta in memoriali tranſmiſſo ab altera par-
26 te non fuerunt habita in conſideratione, quia cum reſpiciant merita cauſæ reijci debent ad petitorium,
27 nec ſunt apta retardare manutentionem Io: Iacobi poſſeſſoris, vt perpetuo reſpondit, & ſignanter *Rot. in Barchinon. manut. 18. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Corrado §. fin. & alibi paſſim.*

Et ità reſolutum vnica tantùm &c.

VALENTINA PAROCHIALIS.

Mercurij 23. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Examen Teſtium, licèt de ſtylo Rotæ in curia denegari non ſoleat, tamen quando articuli ſunt irreleuantes, & calumnioſi etiam in Curia denegatur; ſi tamen articuli partim eſſent releuantes, & partim non releuantes ad conſulendum vtrique parti, admittuntur releuantes, reliqui verò calumnioſi, & impertinentes reijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Examen Teſtium in Curia, ſi de releuantia articulorum apparet de ſtylo Rota denegari non ſolet.*
2 *Examen Teſtium etiam in Curia denegatur quando articuli ſunt irreleuantes, & calumnioſi.*
3 *Probatio Teſtium non poteſt præualere ſcripturis.*
4 *Articuli irreleuantes, & inueriſimiles, nullatenus ſunt admittendi, maximè ſi de contrario appareret.*
5 *Examen etiam in materia obiectiua admittitur, quando obiectum deducitur incidenter à Poſſeſſore, & eſt de iure dantis.*
6 *Hoc autem procedit, quando datur fumus veritatis.*
7 *Secus vbi non datur talis fumus, ſed contrarium conuinceretur ex ſcripturis.*
8 *Articuli ſunt reijciendi, quando videntur conceptè ad protrahendam litem, & cauſa expeditionem in longius.*
9 *Datarij atteſtationi non creditur poſt dimiſſum officium, & quando concluſio procedat? nu. 10.*
11 *Datarij atteſtationi poſt dimiſſum officium deferendum eſt quando agitur de facto proprio, & de recognitione propria manus.*
12 *Recognitio propriæ manus à nemine melius quàm à ſcribente fieri poteſt.*
13 *Scribens atteſtando ſcripturam eſſe conſcriptam propria manu, excludit omnem ſuſpicionem alterationis.*
Et hoc caſu non habenda ſunt in conſideratione fides extraiudiciales Peritorum ſuper alteratione dicta ſcriptura ibid.
14 *Articuli non concernentes factum, ſed verſantes circa quid iuris ſunt reijciendi tamquam non ſpectantes ad Teſtes, ſed ad Iudicem.*
15 *Littera Reſignationis, & reſeruationis penſionis quando poſſint ſeparatim expediri?*
16 *Littera Reſignationis expediri poſſunt poſt ſpatiū nouem menſium obtenta prorogatione aduerſus conſtitutionem Gregorianam de publicandis.*
17 *Littera Reſignationis expediri ſolent etiam poſt nouem menſes cum licentia D. Regentis Cancellaria.*
18 *Decretum Cancellaria, quod ex non expeditione litterarum intra nouem menſes, gratia reddatur nulla, cenſeatur in ſupplicatione appoſitum propter intereſſe Cameræ.*
Ac proindè ſufficit expeditionem fuiſſe factam, vt eidem ſatisfactum dicatur num. 18.
19 *Beneficij onera perpetua reſeruata ad fauorem alicuius, in gratia exprimi non ſolent amplia, vt numer. 20.*
21 *Articuli ſunt omnes admittendi propter releuantiam vnius dummodo cæteri habeant ſimplicem defectum irreleuantiæ.*
22 *Secus quando vltra irreleuantiam haberent alios defectus, vt ſi eſſent calumnioſi, obiectiui, & impertinentes.*

Arti-

23 *Articuli, quando partim sunt releuantes, & partim irreleuantes, admittuntur releuantes, reliqui verò reyeiuntur.*

24 *Articuli, quando sunt impertinentes admitti non debent etiam cum clausula* saluo iure impertinentium.

DECISIO CCXXX.

Postquam per duas decisiones sub diebus 28. Aprilis 1645. & 18. Martij 1646. recedendo à duabus alijs præcedentibus firmatum fuit constare de valida resignatione ad fauorem Thomæ Insæ, non obstante quod ex Regestro Datariæ supplicatio apparebat signata anno 1641. quo tempore Michael resignans obierat, & non obstante etiam quod expressum non fuerat antiquum onus duorum Cafficiorum Tritici, ex quo originale supplicationis, cui magis in concursu credendum est, signatus legitur anno 1640. quo tempore resignans viuebat, & quia d. onus tamquam perpetuum, & extrahi solitum à corpore beneficij, non videbatur de necessitate exprimendū attento præsertim stylo Datariæ non exprimendi similia onera perpetua, vt ex attestationibus plurium Officialium, & Curialium tunc datis, & ex rationibus in vtraque Decisione adductis, Murillus, qui de huiusmodi Parochiali tanquam vacante per obitum prouideri obtinuit ab Ordinario Valentino, ad euitanda huiusmodi fundamenta, & responsiones, dedit in actis plures articulos, quorum primi sex continent alterationem datæ originalis supplicationis, septimus verò continet quod vbi resignatio cum pensione habet Decretum annullatiuū expediendi litteras infra nouem menses, & quod simul expediri debeant intra litteras pensionis, quàm resignationis, si non fiat intrà dictum tempus expeditio, tàm resignatio, quàm reseruatio pēsionis nullę sint inualidæ, & Octauus autem, & nonus continent inconcussum stylum exprimendi antiquas pensiones siuè magnæ sint, siuè modicæ, siuè temporales sint, siuè perpetuæ etiam reseruatę ad fauorem Ecclesiarum, & Collegiorum, siuè alterius Vniuersitatis, quodque si aliquando non fuerunt expressæ, contingit ex eo, quia non fuit de eis habita notitia, & cum peteret omnes admitti pro faciendo examine in Curia, Domini his omnibus perpensis arbitrati sunt hoc casu esse tantùm admittendos octauum, & nonum sine tamen præiudicio executionis litterarum Apostolicarum.

Ratio resolutionis fuit, quia licèt de stylo huius
1 Tribunalis denegari non soleat examen Testium in Curia, si de releuantia articulorum appareat, vt alijs omissis resolutum fuit in *Calagurit. Benefic. de Cornago 15. Ianuar. 1646. coram R. P. D. meo Verospio*. Quando tamen articuli sunt irreleuantes, &
2 calumniosi etiam in Curia denegatur examen, & illorum admissio, vt dixit *Rot. in rec. dec. 521. num. 11. cum seqq. par. 5. & in Forosempronien. Benor. 28. Ian. 1641. cor. R. P. D. meo Royas.*

Primi autem sex articuli visi sunt calumniosi, irreleuantes, & obiectiui tanquam continentes fraudolentam alterationem Datæ, cuius tamen fidelitas probata fuit concludenter non solum ex illius inspectione, sed etiam quia concordat cum parua Data, quæ pariter legitur sub eadem die, & anno, & cum ratificatione facta ab eodem Michaele sub die 26. Febr. 1640. Et vlterius ex attestatione Domini tunc temporis Datarij, qui viso diligenter dicto originali, attestatus fuit esse fidele, nullatenus alteratum, nec in aliqua parte vitiatum, & quod propterea sit potius præsumendum erratum fuisse in Regestro. Dum enim ex tot scripturis appatet de contrario,
3 probatio Testium, quæ non potest præualere scripturis, est irreleuans, & inuerisimilis, ac proindè nullatenus admittenda. *Cap. Quia inuerisimile de*
4 *præsumpt. specul. de probat. §. Nunc dicendum num. 1. Rota dec. 23. de testib. in antiq. & dec. 99. num. 1. par. 4. diuers.* cum alijs in *Aesina Bonor. 11. Ianuarij 1636. cor. bo. me. Buccabella.*

Nihil ergò refert, quod admittatur etiā examen in materia obiectiua, quando obiectum deducitur
5 incidenter à possessore, & est de iure dantis, vt per *Felin. in cap. Cum causam nu. 23. de testib. Vestr. in praxi cap. vlt. num. 1. in fin. Rota dec. 661. num. 2. & 3. & per tot. par. 2. rec.* Hoc enim procederet, quando da-
6 retur fumus veritatis, vt declarauit *Rota coram fa: me. Greg. dec. 424. num. 4. coram bo. me. Buratt. dec. 28. num. 7. in Cracouien. Iuris legendi 3. Decembris 1629. cor. R. P. D. meo Ghisil. & in d. Calagurit. de Cornago, §. Tollitur etiam altera cor. R. P. D. meo Verosp.* Secus vbi, prout hìc, non datur talis fumus, immò con-
7 trarium conuincitur ex scripturis, tunc enim non admittitur *Verall. dec. 60. num. 2. & dec. 63. nu. 3. par. 3. & dec. 503. num. 4. par. 2. rec.* dictum fuit in *Bononien. fideic. de Bologninis 16. Aprilis 1646. cor. R. P. D. meo Ghisil. & in Cremon. Parochialis 15. Iunij eiusdem anni cor. me §. Idque tantò magis circa fin.* sed articuli
8 præsumuntur concepti ad protrahendam litem, & causæ expeditionem in longius, & ad euertenda fundamenta decisionum, & sic reijciendi, prout alias reiecit Rota in *Mediol. Bonor. 9. Maij 1597. cor. recol. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, & in Bonon. Dismembrationis 11. Decembr. 1034. cor. R. P. D. meo Ghisil. & in d. dec. 521. num. 9. par. 5. rec.*

Prout etiam nihil refert, quod attestationi Da-
9 tarij non credatur post dimissum officium ex deductis *coram bo. me. Buratt. dec. 835. num. 14.* Quia in casu d. Decisionis Datarius attestatus fuerat ad in-
10 stantiam partis de quibusdam tractatis factis coram se à Partibus, & ideò eius attestatio non fuit habita in consideratione. At in casu nostro non agitur tantummodò de re spectante ad Officium Datarij, sed
11 de facto proprio, & recognitione propriæ manus, quæ à nemine melius, quam à scribente fieri potest
12 & attestatio non fuit à Partibus extorta, sed à ue... requisita de ordine Rotæ, ideò videtur eidem omninò deferendum, cum præsertim concurrant tot aliæ probationes supra deductæ.

Et ideò non fuerunt habitæ in cōsideratione fides extraiudiciales assertorū Peritorum super alteratione dicti originalis supplicationis, quia cum sint de proprio capite, non possunt præualere veritati probatæ ex tot alijs capitibus, & ex fide eiusdem scri-
13 bentis, qui attestando Datam esse conscriptam propria manu, excludit omnem prætensam alterationem.

Calumniosus paritèr, & confectus ad euertenda fundamenta decisionum videtur septimus articulus; quatenus cōtinet, quod ex non expeditione litterarū intrà 9. menses gratia reddatur nulla propter decretum in supplicatione appositum. Hoc enim non concernit factum, nec subijcitur sensui corporeo, sed
14 est quid Iuris, quod proindè non spectat ad Testes, sed ad Iudicem per *Tex. in cap. 1. de confess. in 6. Bellamer. dec. 34. per tot.* & alijs relatis dixit *Rot. in Caesaraugustana Distribut. 10. Febr. 1640. §. Et his coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.* Quatenus verò con-
15 tinet, quod litteræ Resignationis, & Pensionis debeant simul expediri, visus fuit paritèr calumniosus, & irreleuans; dum enim in termino dd. nouem mensium decessit Pensionarius, litteræ Reseruationis Pensionis amplius non erant expediendæ, & con-

consequenter literæ Resignationis separatim expe-
diri potuerunt, vt firmatum fuit in *vltima decisione*
§. vlti. Quatenus demum ponitur, quodsi litteræ Re-
signationis, & Pensionis expediantur extra dictum
tempus nulla remaneat tàm pensio, quàm resigna-
tio, dummodò tamen ante expeditionem non fue-
rit obtenta licentia, quæ concedi solet oretenus,
quando in supplicatione non est deletum d. Decre-
tum, & expeditio sequuta sit extrà tempus, tunc nec
amplius deleri possit, nec licentia præsumi concessa
est prorsus irreleuans, & frustratorius, quia cum
non doceatur expeditioni litterarum Resignationis
præfixum fuisse similem terminum, & litteræ reser-
uationis Pensionis non essent amplius expediendæ
stante obitu Pensionarij, litteræ Resignationis, etiam
eo elapso, expediri potuerunt, concurrente præser-
tim prorogatione per Insam obtenta aduersus Cō-
16 stitutionem Gregorianam de publicandis, vt res-
ponditur in dicta *vltima dec. d. §. vlt.* Estque etiam
inuerisimilis, & contra notorium stylum Cancella-
riæ, ex pluribus enim, & diuersis attestationibus
exhibitis apparet, quod litteræ Resignationis expe-
17 diri solent etiam elapso termino 9. mensium cum
licentia D. Regentis Cancellariæ ore tenus data abs-
que eo quod deleatur dictum Decretum, & obti-
neatur restitutio in integrum: Huiusmodi autem
18 Decretum apponitur propter interesse Cameræ
dumtaxat, ne scilicet ipsius Iura fraudentur solitis
emolumentis expeditionum, & proindè sufficit ex-
peditionem fuisse factam, vt eidem satisfactum di-
catur, vt in terminis similis expeditionis litterarum
faciendæ intrà certum tempus dixit Rota in *rec. dec.*
387. num. 7. cum seqq. part. 4. Frustra ergò articulatur
contrarius stylus, dum ita quotidie practicatur in
Cancellaria, quæ est organum Papæ. *Cassad. dec. 2.*
num. 7. de vnion. & aduertit *Roc. dec. 656. num. 6. in fin.*
part. 2. rec.

Octauus denique, & nonus continent stylum
exprimendi antiquas pensiones, siuè consistant in
quantitate, siuè in specie, & siuè sint temporales,
siuè perpetuæ, quodque si aliquando de eis nō fuit
habita mentio, euenit, quia non fuit de illis habita
notitia, & licèt dicti articuli ex hactenus deductis
videantur improbabiles, & inuerisimiles, cum prò
parte Insæ probatum fuerit, quod de recenti stylo
Datariæ particulariter seruato in Diœcesi, de qua
19 agitur, similia onera perpetua reseruata ad fauorē
Seminarij exprimi non solent, etiam si ab expedi-
toribus fuerit de illis habita certa notitia, vt dictum
fuit in dicta *vlt. decis. §. Quo vero ad secundum*, &
constat ex fidibus, partitis, & mandatis procuræ
hodie datis *Sum. illius num. 2.* Nihoilminus quia ar-
ticulatus stylus, si probaretur, videretur releuans,
Domini dixerunt dictos octauum, & nonum articu-
lum esse tantum admittendum, siue tamen præiu-
20 dicio executionis litterarum Apostolicarum de
qua hodie agitur, vt obseruauit Rota in *decis. vltima*
in fine par. 5. rec.

Ex releuantia autem istorum; Domini noluerunt
21 admittere alios omnes, qui sunt obiectiui, calum-
niosi, & impertinentes; Regula enim quod ex rele-
uantia vnius articuli omnes admittantur, recipitur
solum quando cæteri habent simplicem defectum
irreleuantiæ, secus autem quando vltrà irreleuan-
tiam habent etiam alios defectus, & præcipuè quan-
22 do, vt hic, sunt calumniosi, obiectiui, & imperti-
nentes ex superius adductis. Prò his enim non
suffragatur releuantia vnius, sed ad consulendum
23 vtrique parti admittuntur releuantes, reliqui verò
calumniosi etiam impertinentes reijciuntur, vt se-
quendo *Theoric. Bart. in l. si duo Patroni §. item Iulia-*
nus in 3. & 2. ff. de iur. tradit *Aym. cons. 23. n. 4.* vbi
quod quando articuli sunt omninò impertinentes,
24 admitti non debent etiam cū clausula *saluo iure im-*
pertinentium, & seruandum esse dixit *Rota in Cala-*
ritan. Praeminent. 14. Decembr. præteriti cor. R. P. D.
meo Celso §. talis autem releuantia.

Et ita resolutum parte vtraque informante.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CORONIS.

Lunæ 28. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum licet ad fauorem omnium de familia tàm effectiua, quàm contentiua, censetur inductum ex ratione conseruandæ Agnationis de per se, & independenter adiecta expressione nominis familiæ in genere, attamen, quando dispositio est restricta ad certas personas, puta ad hæredes institutos, fideicommissum non extenditur ad alias; nec egreditur familiam effectiuam personarum institutarum, & quando ratio conseruandæ Agnationis dicatur stare de per se, vel dependenter a præcedenti dispositione?

SVMMARIVM.

1 *In fideicommissis ad fauorem proximiorum de familia ordinatis, attenditur proximitas grauati, & non grauantis.*

2 *Fæminarum vocatio deficientibus masculis vbi nō est restricta ad primas fæminas, sed vlteriores etiam comprehendit vsque in infinitum debet etiam comprehendere fæminam, quæ est de familia, & Agnatione Testatoris.*

3 *Verba,* Et etiam *posita post orationem perfectam stant augmentatiuè, ac nouæ orationis principiū à præcedenti independentis important.*

4 *Ratio conseruandæ Agnationis quando stat independenter, & de per se in noua, ac separata oratione perpetuum, & absolutum fideicommissum inducit ad fauorem omnium de familia in præcedenti dispositione non comprehensorum.*

5 *Familiæ nomen quando fuit à Testatore generaliter expressum, tunc censetur contemplata vniuersa Agnatio, & veniunt etiam transuersales, ac illi de familia contentiua.*

6 *Familiæ appellatione genericè à Testatore prolatæ censetur etiam vocata familia contentiua, dum Testator nullis relictis filijs, hæredes sibi instituit transuersales, & contentiuè sibi coniunctos.*

7 *Linea masculina posita in conditione tacitè vocata censetur ex* dispositione Statut. Vrb. libr. primo cap. 142.

8 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 142. *licet loquatur de solis filijs in conditione positis, habet etiam locū in consanguineis, Affinibus, Agnatis, & cognatis.*

9 *Lineæ nomen tàm effectiuè, quàm contentiuè potest intelligi.*

10 *Lineæ nomen est intelligendum etiā de contentiua quando sumus in materia fauorabili, puta in fideicōmisso relicto pro conseruatione Agnationis.*

11 *Lineæ nomen prolatum à Testatore, qui de tempore Testamenti & eius obitus carebat descendentibus, necessario est intelligendum de linea contentiua.*

12 *Testator dùm masculis deficientibus vocauit fæminas etiam remotissimas, multò magis præsumitur vocasse masculos proximiores.*

13 *Agnationis familiæ, & domus appellatione comprehenditur etiam Frater Testatoris, licet proprio nomine vocatus non fuerit.*

14 *Testator, licet eius fratrem, quem notum habebat*

expresse non vocauerit illi tamen sufficit quod sit vocatus, & comprehensus sub generali vocatione familiæ, & agnationis.

15 *Testator sicuti dilexit institutum ità pariter omnem illius posteritatem etiam fœminam dilexisse censetur.*

16 *Fœmina, licet nupta in aliena familia comprehenditur in fideicomisso relicto pro conseruatione Agnationis.*

17 *Fœmina, licet nupta, in aliena familia, adhuc dicitur de familia, & Agnatione Testatoris.*

18 *Filiæ fœminæ dum fuerunt vocatæ in defectum lineæ masculinę institutorum vocatio intelligitur de fœminis descendentibus ex iisdem hæredibus, nec comprehendit fœminas quæ ab illis non descendunt.*

19 *Fœmina quando non fuerunt vocatę simpliciter, nec indefinitè, sed cum qualitate filiationis, non potest dici comprehensa fœmina quę non venit appellatione filiarum.*

20 *Filiorum appellatione veniunt etiam neptes ex verisimili mente Testatoris concurrentibus coniecturis.*

21 *Filiorum appellatione numquam comprehenduntur nepotes, ex fratre cum isti impropriè tantum, & abusiue hoc nomine appellentur.*

22 *Filiorum appellatione numquam veniunt fratres, vel sorores siue ex propria, siuè impropria verborum significatione.*

23 *Ratio conseruandæ Agnationis cum expressione nominis generice familiæ, vbi non est restricta ad certos casus, vel personas inducit perpetuum, & absolutum fideicomissum ad fauorem omnium de familia tàm effectiuè, quàm contentiuè.*

24 *Secùs si sit restricta ad præcedentem vocationem descendentium, & hæredum institutorum.*

25 *Ratio conseruandę Agnationis cum expressione nominis familiæ in genere, quando est restricta ad præcedentem vocationem, non ampliat nec extendit fideicomissum vltra personas expressè consideratas.*

26 *Ratio conseruandæ Agnationis cum expressione nominis familiæ in genere restringitur, & declaratur secundum qualitatem substitutionis cui adnectitur.*

27 *Ratio conseruandæ Agnationis, cum expressione nominis familiæ in genere, quando est restricta ad præcedentes vocatos, tunc nō egreditur descendentes tàm effectiuæ personarum institutarum.*

28 *Verba,* Vt supius est expressum, & per modum supra expressum *operantur vt dispositio referatur, & restringatur ad substitutos in parte præcedenti expressos.*

29 *Verba restrictiua sæpius geminata, ac apposita tàm in principio, quàm medio, & fine, totam dispositionem, omnesque substitutiones in ea contentas qualificant perinde ac si singulis fuissent apposita.*

30 *Clausula restrictiua sæpius geminata restringunt dispositionem ad personas superius expressas, omnemque impediunt extensionem, siuè comprehensionem aliarum præter nominatas.*

31 *Hæredum appellatione veniunt etiam hæredes hæredum.*

32 *Hoc tamen fallit, quando Testator prius nominauit aliquos hæredes, & deinde aliquid in eis disposuit appellando dictos, seu supradictos hæredes*

33 *Verba,* dicti mei hæredes *intelliguntur solum de primis hæredibus nominatis.*

34 *Verba,* dictis vt supra, *tamquam restrictiuè ad supra nominatos adiecta, non debent inducere ampliationem, sed potius limitationem.*

35 *Testator, si post generalem mentionem familiæ adiungat specificationem Nepotum, & descendentium hoc solum importāt prælationem eorumdem ad successionem non autem exclusionem aliarum personarum sub præcedenti generali mentione contentarum.*

36 *Declara hoc tantum procedere, si Testator in parte dispositiua, & vocatiua, vltra certas personas vocasset etiam totam familiam.*

37 *Secus autem, si in parte dispositiua, & vocatiua nulla fuit facta mentio familiæ, sed tantum in parte prohibitiua.*

38 *Vocatio quando ab initio fuit restricta ad certas personas non potest fieri extensio ad alias quamuis in parte prohibitiua facta fuerit expressio familiæ.*

39 *Declara hoc tantum procedere, quando expressio familiæ facta est cum relatione, & taxatiua ad personas superius vocatas.*

40 *Specificatio personarum adiecta à Testatore post generalem vocationem familiæ stantibus dictionibus taxatiuis, & relatiuis non tribuit solam prælationem personis specificatis, sed restringit dispositionem ad illas tantum expressas.*

41 *Genus, quando pręcedit, & sequitur enumeratio specierum per modum taxationis tunc genus restringitur ad illas species tantum.*

42 *Lineæ appellatione in dubio venit solum linea effectiua, & descensiua ab ipsis institutis.*

43 *Testator dum restrinxit vocationem lineæ ad hæredes institutos illorumque descendentes absque dificultate linea contentiua censetur exclusa.*

44 *Ampliaetiam si agatur de fideicommisso fauorabili relicto pro conseruatione Agnationis.*

45 *In fideicommisso fauorabili relicto pro conseruatione Agnationis latior fieri solet interpretatio.*

46 *Ratio conseruandę Agnationis, vbi est restricta ad certas personas, non est apta vltra illas fideicommissum extendere.*

47 *Lineæ vocatio est restringenda ad terminos cōsideratę Agnationis, ita vt si ratio conseruandę Agnationis sit restricta ad certas personas ipsa pariter vocatio linęę censeatur ad illas restricta.*

48 *Fideicommissa tamquam odiosa debent strictè interpretari, vel extendi debent de persona ad personam contra mentem, & verba Testatoris.*

49 *Masculus proximior non censetur prędilectus fœminis remotioribus quando de tempore Testamēti extabat, & erat Testatori bene cognitus, & nihilominus ad successionem inuitatus non fuit.*

50 *Maxime si Testator extincta linea masculina hęredum institutorum fœminas descendentes pręfulit absque ipsius mentione.*

51 *Testator si ad fideicomissum fratrem vocare voluisset vtique proprio nomine expressisset prout ipsius filios, & descendentes expressit.*

52 *Proximior licet proprio nomine non vocatus comprehenditur tamen virtualiter sub generali nomine proximioris à Testatore vocati.*

DECISIO CCXXXI.

Simon de Coronis in suo, cum quo decessit Testamento quantum attinet ad rem nostram, ita disposuit, *In omnibus autem ipsius Testatoris bonis mobilibus, & immobilibus præsentibus, & futuris vbique existen. iuribus, &c. hæredes suos vniuersales fecit, instituit, & ore proprio nominauit DD. Martinum Melchiorem, Paulum, & Franciscum ipsius Testatoris Nepotes ex dicto D. Anastasio Corona eius germano fratre, &c. & etiam quia mediantibus facultatibus conseruantur familiæ, & Agnationes, & memoria de-*

fun-

functorum, propterea d. D. Testator pro ipsa familia, & Agnatione, conseruanda, ac honore Domus de Coronis, & vt bona ipsius D. Testatoris in dicta Agnatione, & familia, ac posteris, & descendentibus ipsius familiæ perpetuo, & vsq; in infinitum conseruentur voluit, atq. mandauit, vt bona præfata titulo vniuersalis institutionis relicta, & in quibus præsenti eius nepotes instituti sunt semper, & perpetuo in infinitum de gradu in gradum sint, permaneant, & conseruentur in ipsa familia, & Agnatione de Coronis, & penes supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra, & ipsorum nepotum, & hæredum filios nepotes, & *alios descendentes masculos per masculos legitimos*, & *naturales in perpetuo*, & *in infinitum*, & *prohibuit bona prædicta pro dicta conseruatione familiæ quouis modo vendi, distrahi pignorari*, &c. *sed semper*, & *perpetuo in infinitum, vt supra permaneant*, & *permanere debeant, ac sint penes supradictos hæredes eius nepotes, & alios descendentes masculos, per masculos legitimos*, & *naturales ex eisdem respectiuè vsque in infinitum descenden. modo, & forma vt supra in omnibus dictum fuit, & non alias*, & *deficiente linea masculina succedant in huiusmodi hæreditate filiæ fæminæ proximiores*, & *sic de gradu in gradum vsq. in infinitum, &c. etsi contigerit eosdem suos descendentes*, & *alios vt supra nominatos, vel ipsorum aliquem contrafacere volentem, eumdem, vel eos sic alienare volentes, vel alienantes statim*, & *incontenti priuatum, seu priuatos respectiuè dictis bonis remanere*, & *bona ipsa statim deuenire, & transferri debere ad ipsius alienantis, vel alienare volentis liberos masculos, &c. & ijs non extan. ad cohæredes, vel proximiores eiusdem, qui alienauerit, &c. & hoc pro honore, honestate*, & *dignitate Domus, & familiæ de Coronis, ac dd. eius nepotum, & descendentium vt supra.*

Prędecessesunt testatori Melchior, & Paulus, Frãciscus verò professionem emisit in Religione Siluestrinorum, vndè post obitum Simonis omnia illius bona fideicommissaria deuenerunt ad Martinum vnum ex hæredibus institutis superstitem, qui cum obierit relicta Sulpitia vnica filia, Laura de Coronis Anastasij filia, & respectiuè Soror hæredum institutorum prætendens, se tanquam proximiorem Testatori, ad dictum fideicommissum vocatam, introduxit Iudicium *coram bon. mem. Card. Virile*, super immissione in possessionem bonorum illi suppositorum, sed disputato dubio *sub die 27. Nouembris* 1627. contra ipsam fuit resolutum, eo prępipuè fundamento, quia attendenda erat pro-
1 ximitas grauati, & consequentès admittenda Sulpitia Martini filia non autem proximitas grauantis, in quo gradu se prætendebat Laura, vt ex *decis. 109. part. 5. recent.*

Superstite Sulpitia huic resolutioni aequieuit Laura, sed ea defuncta reassumpsit eamdem prætensionem contra Sulpitiam Annam Mariam de Rosis illius filiam, & hæredem, eodemque dubio reproposito *coram bon, mem. Merlino*, subrogato in locum dicti Cardinalis Virilis antecedens resolutio fuit confirmata, *vt ex decis. 519. ead, part. 5. rec.* Verum quia Sulpitia, Anna Maria Monasterium ingressa præuia renunciatione omnium suorum bonorum ad fauorem Stephani de Rosis eius Patris, ibidem professionem emisit, prætendente Angelica de Coronis hæredum institutorum, ac eiusdem Lauræ germana soror, se successusam in bonis dicto fideicommisso suppositis, saltem post obitum præfatæ Monialis; commissa mihi causa ad instantiam Stephani iactationis, & iactationum dedi dubium, An constet de fideicommisso, ad quod Angelica sit vocata, pro cuius affirmatiua resolutione multa difficultatem faciebant.

Et primò quod dum vocatio fœminarum defi-
2 cientibus masculis, restricta non fuit ad primas fæminas sed vlteriores comprehendit, vsque in infinitum, ibi, *& deficiente linea masculina succedant in huiusmodi hæreditate filiæ fæminæ proximiores, & sic de gradu in gradum vsque in infinitum, &c.* sicut non expirauit in Sulpitia primo admissa, sed durauit, & adhuc durat ad fauorem Sulpitiæ Annę Mariæ eius filiæ, ità etiam deficiente eadem Sulpitia Anna Maria durare debeat, & comprehendere Angelicam, quæ est de familia, & Agnatione Testatoris, *ad trad. per Castr. cons. 198. num. 1. & 2. lib. 1. Gabr. cons. 96. sub num. 31. vers. primo quia & num. 32. cum seqq. lib. 1. Fusar. de subst. quæst. 484. num. 38.*

Secundò quod Testator post institutionem hæredum, & prohibita quacumque detractione, ac alienatione subiunxit illa verba; *Et etiam quia mediantibus facultatibus conseruantur familia, & Agnationes, & memoria defunctorum, propterea dictus D. Testator pro ipsa familia*, & *Agnatione conseruanda, ac honore Domus de Coronis*, & *vt bona ipsius D. Testatoris in dicta Agnatione, & familia, ac Posteris, & descendentibus ipsius familiæ perpetuo, & vsque in infinitum conseruentur, voluit atq. mandauit, vt bona præfata titulo vniuersalis institutionis relicta*, & *in quibus præsenti eius nepotes instituti sunt semper*, & *perpetuo in infinitum de gradu in gradum sint, permaneant*, & *conseruentur in ipsa familia*, & *Agnatione de Coronis*, & *penes supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra*, & *ipsorum nepotum*, & *hæredum filios*, & *nepotes, ac alios descendentes masculos per masculos, &c.* Testamentumque clausit præcisis his verbis. *Et hoc pro honore honestate*, & *dignitate Domus*, & *familiæ de Coronis, ac dd. eius nepotum*, & *descendentium, vt supra*. Vndè dum ratio conseruandæ Agnationis adiecta non fuit per modum enunciationis, vel dependenter ab institutione, sed independenter, & de
3 per se, vt ostendunt verba illa, *& etiam*, quæ cum sequantur post orationem perfectam, stant augmentatiuè, ac nouæ orationis principium à præcedenti independentis important, vt tradunt, *Rum. cons. 53. num. 19. lib. 2. Rimin. iun. cons. 246. n. 83. lib. 3. Paris. cons. 46. num. 31. & cons. 144. nu. 15. lib. 4. Surd. decis. 8. num.* 12. Perpetuum, & absolutum fidei-
4 commissum inducit ad fauorem omnium familiæ de Coronis in prima institutione, & substitutione non comprehensorum iuxtà *Doctor. Bart. in l. Pater filium, §. fundum sub num. 3. vers. sed si essent, ff. de legat. 3. Socc. sen. cons. 251. sub num. 6. vers. Aliquando*, & *secundo Testator non simpliciter lib. 2.* & *cons. 43. n. 2. lib. 3. Alex. cons. 59. n. 2.* & *4. lib. . . Curt. iun. cons. 43. num. 11. lib. 1. Paris. cons. 52. num. 16. lib. 1. Surd. cons. 96. num. 23.* & *43. cum seqq. Aldobrand. cons. 31. nu. 14.* & *16. lib. 1. cum alijs relatis per Grat. discept. for. cap.* 828. *num.* 7. & 8. & hanc sententiam sequuta fuit, *Rosa diuers. decis. 133. num. 6. part. 4. in recens. dec. 193. num. 6.* & *7. part. 1. Perusina fideicommissi de Bigazzinis 14. Decembris 1605. cor. Litta impress. apud Giouagn. cons. 75. num. 79.* & *80. lib. 1. in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 26. Iunij 1626. coram bon. mem. Merlino in recent. decis. 21. num. 31. 32.* & *33. part. 5. in Romana fideicommissi de Guidis 29. Maij 1628. coram Eminentissimo D. Card. Verospio decis. 180. num. 9. ead. part. 5. in Romana Retentionis Domorum 23. Maij 1642.* & *2. Martij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Ghisiliero Prodecano*, & *in Romana fideicommissi de Spiritibus 22. Maij eiusdem anni coram R. P. D. meo Bichio.*

Idemque non solum ad fauorem omnium de fa-

milia effectiua, sed etiam contentiua, attentis illis
verbis; *Sint, permaneant, & conseruentur in ipsa fami-*
5 *lia, & Agnatione de Corouis.* Dum enim Testator
non dixit velle bona remanere in familia sua, vel
simpliciter, sed expressit generale nomen totius fa-
miliæ, scilicet de Coronis censetur contemplata
vniuersa Agnatio, & veniunt etiam transuersales, ac
illi de familia contentiua, vt firmat *Bart. in l. vnica,*
num. 4. C. de conduct. lib. 11. Ruin. cons. 24. numer. 5. &
cons. 110. num. 14. lib. 2. Roland. cons. 23. nu. 29. cum plu-
ribus seqq. lib. 4. Gabr. cons. 132. num. 59. & seqq. &
num. 70. lib. 1. Paris. cons. 92. num. 32. lib. 2. Dec. cons. 23.
num. 3. Giouagn. d. cons. 75. num. 5. lib. 1. Peregr. cons. 16.
num. 11. lib. 3. cons. 31. num. 6. ante fin. lib. 4. & cons. 149.
num. 18. vers. Secundo extat, & numer. 21. lib. 5. Fusar.
cons. 72. num. 13. & cons. 168. num. 46. & 53. & in tract.
de substi. quæst. 381. num. 37. Rimin. d. cons. 482. num. 46.
cum plur. seqq. Rota diuers. decis. 490. num. 10. versic.
Addebant etiam aliqui ex Dominis part. 4. cum alijs in
Bononien. fideicommissi de Pancaldis 10. Febr. 1640. co-
ram Eminentissimo D. Card. Panzirolo, §. Idque nedum
confirmata 10. Iunij 1642. coram me, §. Quod autem
6 *fideicommissum.* Eoque libentius cum non adsit fa-
milia effectiua Testatoris, sed ille nullos habens li-
beros, nec spem illos procreandi, hæredes instituit
vniuersales prædictos suos nepotes ex Anastasio fra-
tre, qui respectu ipsius sunt de familia contentiua,
institutis itaque proprio nomine transuersalibus,
& contentiuè Testatori coniunctis, consequens est,
vt proferendo nomen familiæ de Coronis intellexe-
rit genericè, & contentiuè de omnibus agnatis, sub
quibus includuntur cæteri omnes transuersales, vt
sic arguendo firmat *Rota decis. 193. num. 10. par.*
1. recentior.

Tertiò prædicta corroborantur ex alijs verbis
eiusdem Testamenti, *& dificiente linea masculina suc-*
cedant in huiusmodi hæreditate filiæ fœminæ pro-
7 *ximiores, &c.* Dum enim linea masculina posita fuit
in conditione tacitè vocata censetur ex dispositione
8 Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 142.* quod licet loquatur de
solis filijs, habet etiam locum in consanguineis, af-
finibus agnatis, & cognatis, vt dixit, *Rota in Roma-*
na fideicommissi de Paluzzellis 28. Februarij 1611. &
7. Iunij 1612. coram Manzanedo in recent decis. 332.
num. 2. & decis. 403. num. 1 part. 2. & in Romana fidei-
commissi de Incoronatis 13. Nouembris 1637. coram
9 *bon. mem. Pirouano.* Et cum nomen lineæ tàm effe-
ctiuè, quàm contentiuè intelligi possit, in casu, de
10 quo agitur contentiuè est intelligen; Tùm quia
materia est fauorabilis, cùm agatur de fideicom-
misso relicto pro conseruatione Agnationis ad trad.
per Ruin. cons. 149. num. 10. lib. 2. Menoch. cons. 924. nu-
mer. 8. 9. & 10. Giouagn. d. cons. 75. num. 8. lib. 1. Sim. de
Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 3. sol. 11. sub num. 4. vers.
Adeò quod in materia Fusar. de substit. q. 345. num. 15.
11 Tùm quia habito respectu ad lineam Testatoris,
ipse, vt dictum fuit de tempore testamenti, & eius
obitus carebat descendentibus, vndè necessariò fa-
tendum est de linea tantum contentiua intellexisse,
vt ad nostrum propositum arguit, *Aym. cons. 656. n. 6.*
benè Ruin. d. cons. 149. num. 8. lib. 2. Menoch. cons. 106.
num. 229. & d. cons. 924. num. 5. & 6. Fusar. vbi su-
pradicta quæst. 345. num. 13. Card. Caual. decis. 241.
num. 2.

Quartò denique attenta verisimili mente Testa-
12 toris, dum enim deficientibus masculis, vocauit fœ-
minas, etiam remotissimas, ibi, *Succedant in huius-*
modi hæreditate filiæ fœminæ proximiores, & sic
de gradu in gradum vsque in infinitum, multo ma-
gis censeri debet vocasse masculos proximiores,
cum in illis maximus amor, & beneuolentia inter-
cedere soleat, vt tradit, *Castrens. cons. 454. num. 1. &*
per tot. lib. 2. Gabr. d. cons. 96. num. 15. lib. 1. Sim. de Pret.
de interpret. vlt. vol. lib. 1. solut. 4. num. 3. Fusar. de substit
quæst. 484. num. 28. & 36.

Ex his enim resultare videtur vocatio Anastasij
13 quia licèt proprio nomine uocatus non fuerit com-
prehenditur tamen sub appellatiuo Agnationis,
familiæ, & domus de Coronis, tanquam Pater hæ-
redum institutorum, & respectiuè frater Testatoris,
vt firmatum fuit in supracitata *Bononien. fideicomissi*
de Pancaldis coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo,
14 *& coram me.* Nec eo quod testator notam habens
illius personam, de eo specialem mentionem non
fecerit, argui potest, quod noluerit in vocatione
comprehendi, cum hoc contingere potuerit, ex
quo non credidit illum turbato mortalitatis ordi-
ne filijs suis superstitem fore, & ideò sufficit, quod
sit vocatus; & comprehendatur sub generali voca-
tione familiæ, & Agnationis, vt respondit, *Rot. coram*
sanct. mem. Gregor. decis. 464. sub numer. 19. vers. Non
obstat, & in Tiburtina fideicommissi 16. Martij 1640.
coram eodem Card. Panzirolo.

Firmata vero vocatione Anastasij informantes
pro Angelica ex duplici inferebant illius compre-
hensionem, altero ex persona eiusdem Anastasij ip-
15 sius Patris, cùm Testator sicut illum dilexit, ità pa-
riter omnem illius posteritatem etiam fœminam
dilexisse censeatur ex *Theorica Bald. in l. cum acutis-*
simi, num. 5. C. de fideicom. quam sequuti fuerunt, *Socc.*
sen. in l. cum Auus num. 39. C. de condit. & demonstr.
Socc. iun. cons. 126. num. 20. lib. 1. Roman. cons. 170. nu. 1.
& 2. & admisit *Rot. in decisione huius causæ coram*
bo. mem. Merlino, num. 18. & 19. Altero ex persona
16 propria ipsiusmet Angelicæ, quia cùm agatur de
fideicommisso relicto pro conseruatione Agnatio-
nis, & sic comprehendente omnes de familia tàm
effectiuè, quàm contentiuè, vt firmatum fuit, conse-
quens est vt ipsa etiã in eo comprehendatur, quam-
17 uis nupta in aliena familia, cùm adhuc dicatur de
familia, & Agnatione de Corouis *l. Pronunciatio 95.*
§. familiæ, ff. de verbor. signific. l. voluntas, C. de fideic.
dixit, Rot. cor. sanct. mem. Gregor. dict. decis. 464. num. 5.
& 6. & in rec. dec. 329. num. 30. p. 6. & in vna bonon.
fideicommissi de Boatterijs 13. Maij 1641. & 17. Fe-
bruarij 1642. cor. bo. me. Merlino, ac in sæpius allegata
Bononien. fideicommissi de Pancaldis coram me, §. minus
facit, quod Thomasia.

His tamen minimè obstantibus Domini in nega-
tiuam sententiam inclinarunt, non constare scilicet
de fideicommisso, ad quod Angelica sit vocata, quia
18 cùm deficiente linea masculina institutorum vocatę
fuerint filiæ fœminæ proximiores, vocatio
intelligitur de fœminis descendentibus ex ijsdem
hæredibus, nec comprehendit Angelicam, quæ ab
illis non descendit, vt contra Lauram in pari gradu
existentem firmauit *Rot. coram bo. me. Merlino dicta*
decis. 519. num. 24. part. 2. rec.

Et primò non obstat, quod vocatio fœminarum
restricta non fuerit ad fœminas primo admissas, sed
omnes proximiores includat de gradu in gradum
19 vsque in infinitum; Quia dùm fœminæ non fue-
runt vocatę simpliciter, nec indeffinitè, sed cum qua-
litate filiationis, ibi, *Succedant in huiusmodi hæredi-*
tate filiæ fœminæ proximiores, Angelica dici ne-
quit comprehensa, eum non veniat appellatione
filiarum, siuè vocatio referatur ad Simonem fidei-
committentem, siuè ad hæredes institutos; Respe-
ctu enim fideicommittentis est neptis transuersalis
20 ex Anastasio fratre, vndè licèt appellatione filiorũ
ali-

aliquando veniant etiam nepotes ex verisimili men-
te Testatoris, alijsque concurrentibus coniecturis
late congestis in dicta Bonon. Fideic. de Desiderijs co-
ram bo.me. Merlino in rec. dec. 6. num. 12. & 13. &
dec. 21. num. 5. iuncto num. seq. par. 1. Nunquam tamen
21 comprehenduntur transuersales, nepotes scilicet ex
fratribus, cum isti impropriè tantum, & abusiuè
hoc nomine appellentur, vt docet Bald. in l. si dotali
num. 2. ibique Alex. paritèr num. 2. caeteriq. scrib. ff. sol.
matr. idem Bald. in l. si Auia num. 2. vbi etiam Angel.
num. 1. C. de success. edict. Rip. in l. Haeredes mei, §. cum
ita num. 64. ff. ad Trebell. Bald. cons. 186. sub num. 1 vers.
Praeterea quaestio lib. 4. Feder. de sen. cons. 39 num. 2. be-
nè Franc. Aretin. cons. 37. num. 5. Andr. de Barsholom.
post cons. Socc. sen. 52. lib. 1. in 3. subscr. num. 10. & 11.
Rim. Iun. cons. 246. num. 102. & 103. Respectu ve-
rò haeredum institutorum, est germana Soror, quae
22 nunquam venit appellatione filiarum ex propria
vel impropria verborum significatione, nec ex com-
muni vsu loquendi, cum alitèr filiae, alitèr Sorores
appellentur ex latè congestis per Fusar. cons. 75. &
76. per tot. quem sequuta fuit Rota coram Merlino,
num. 8.

Secundò nec obstat, quod ex ratione conseruan-
dae Agnationis, & expressione nominis genericè fa-
miliae de Coronis inductum fuerit perpetuum, &
absolutum fideicommissum ab fauorem omnium
de dicta familia tàm effectiuè, quàm contentiuè
ex deductis in dicta Bononien. fideic. de Pancaldis cor.
Eminentiss. D. Card. Panz. & cor. me.

23 Fuit enim responsum praedicta procedere, vbi
ratio conseruandae Agnationis non est restricta ad
certos casus, vel personas, prout in dicta dec. Bo-
non. fideic. de Pancaldis, vbi Testator, prohibita alie-
natione suorum bonorum, addidit haec precisa ver-
ba, quia voluit ipsa bona perpetuò remanere in fami-
lia ipsorum de Pancaldis, nec orationem restrinxit,
quo casu tota familia effectiuè, & contentiuè cense-
tur comprehensa iuxtà Doctor. Bart. in l. Pater filium
36. §. fundum sub num. 3. ff. de legat. 3. cuius lecturam
sequuti fuerunt omnes suprà relati. Secus autem
24 vbi, prout hic, restricta fuit ad praecedentem vo-
cationem Descendentium, & haeredum institutorũ,
ibi, semper, & perpetuò in infinitum de gradu in gra-
dum sint, permaneant, & conseruentur in ipsa familia,
& agnatione de Coronis, & penès supradictos eius Ne
potes, & haeredes institutos vt suprà, & ibi. Et hoc prò
honore, honestate, & dignitate Domus, & familiae de
Coronis, dictorumque eius Nepotum, & Descenden-
25 tium vt supra Tunc enim non ampliat, nec exten-
dit fideicommissum vltrà personas expressè consi-
deratas, sed restringitur, & declaratur secundum
26 qualitatem ipsius substitutionis, cui adnectitur, nec
27 egreditur descendentes lineae effectiuae persona-
rum institutarum iuxtà celebre cons. Dec. 636. num. 7.
& 12. vers. Nec supradictis obstare videtur Alex. d.
cons. 59. numer. 8. vers. Nec obstant illa verba, & sub
num. 21. vers. non obstat quod illa verba lib. 3. vbi ad
nostrum propositum ponderat, quod verba illa, vt
28 saepius est expressum, & per modum supra expressum,
operantur, vt dispositio referatur, & restringatur.
ad substitutos in parte praecedenti expressos, Ruin.
cons. 96. nu. 12. vers. Praetereà lib. 2. & cons. 124. nu. 17.
lib. 3. Alciat. cons. 9. sub num. 13. lit. F. vers. Et inprimis
& cons. 35. num. 12. litt. B. vers. Quinto respondetur,
lib. 9. Cephal. cons. 17. num. 24. cons. 477. n. 16. & cons.
544. nu. 15. Decian. cons. 1. nu. 178 & seqq. lib. 2. Menoch
cons. 85. num. 119. & cons. 682. num. 2. vers. Nam respon-
ditur Peregr. cons. 45. num. 8. lib. 1. & cons. 44. num. 13.
versic. Secundo quia prohibitio lib. 3. Odd. cons. 66. n. 53.
& cons. 67. num. 15. & 19. Honded. cons. 78. num. 49. &
seqq. lib. 1. Gabr. cons. 138. num. 26. cum 2. seqq. lib. 2.
Beilon. iun. cons. 12. num. 43. & melius num. 45. cum seq.
Fusar. cons. 100. num. 21. Gionagn. cons. 97. nu. 9. lib. 1.
Altograd. cons. 60. num. 124. Peregr. de fideic. art. 29.
num. 39. Surd. dec. 85. num. 2. & hanc opinionem mil-
lies amplexa fuit Rot. inter diuers. dec. 698. num. 16.
& 17. p. 1. cor. Card. Seraph. dec. 482. n. 6. dec. 513. n. 3.
cor. bo. me. Coce. dec. 294. num. 7. in rec. dec. 100. num. 7.
dec. 300. num. 20. cum plur. seqq. & dec. 316. num. 61.
par. dec. 267. sub num. 6. vers. Et quando fuisset, & de-
cis. 368. num. 2. & 7. vers. Et cum post huiusmodi par. 2.
dec. 368. num. 6. & 7. p. 5. dec. 15 num. 5. cum seqq. par. 7.
& alijs relatis dictum fuit in Spoletana fideicommissi
29. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Peuting. & in
Romana fideicommissi de Ferratiais 19. Nouemb. prat.
coram eodem, §. Non obstat quod Gaspar. circa fin. vers.
29 Adeò quod euidenter clausulae enim illę, penès su-
pradictos eius nepotes haeredes institutos vt supra,
dictorumque eius nepotum, & descendentium vt su-
pra, saepius geminatae, ac positae tàm in principio,
quàm medio, & fine totam dispositionem, omnesq;
substitutiones in ea contentas qualificant perindè
ac si singulis fuissent appositae per text. in l. 3. §. filius
inter medias, ff. de liber. & posthum. Angel. cons. 28. n. 2.
Anchar. cons. 68. num. 2. Decian. cons. 70. num. 19. lib. 3.
30 Grat. decisione March. 135. num. 14. Et restringunt
dispositionem ad personas superiùs expraessas, om-
nemque impediunt extensionem, siuè comprehen-
sionem aliarum praeter nominatas ad text. in l. Qui
liberis, §. Haec verba, ff. de vulg. & pupill. Dec. cons. 377.
num. 4. circa fin. vers. Et in hoc primo considerandum est
Ruin. cons. 181. nu. 2. vers. Cum ergo in eadem oratione
31 lib. 2. bene Aym. cons. 98. num. 8. Vbi quod licet ap-
pellatione haeredum veniant haeredes haeredũ istud
32 tamen fallit quando Testator priùs nominasset ali-
quos haeredes, & deindè aliquid in eis disposuisset
appellandò dictos, seù supradictos haerędes Menoch.
cons. 86. num. 43. & 44. & cons. 610. num. 2. cum plur.
33 seqq. vbi quod verba, illi dicti mei haeredes, &c. in-
telliguntur solum de primis haeredibus nominatis,
Fusar. cons. 89. num. 4. Mont. de coniect. vlt. vol. lib. 8.
tit. 14. num. 22. Sim. de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 2.
dub. 2. sol. 2. num. 214. fol. 171. à tergo, Surd. cons. 123.
num. 13. & d. dec. 85. num. 3. Rota dec. 272. num. 6. & 8.
34 & dec. 283. num. 9. part. 6. rec. vbi quod verba illa,
dicti vt supra, tanquam restrictiue ad supranomi-
natos non debent inducere ampliationem, sed po-
tius limitationem.

Nec releuat, quod specificatio nepotum, & de-
35 scendentium post generalem mentionem familiae,
importet solum praelationem eorumdem, non au-
tem exclusionem aliarum personarum contenta-
rum sub praecedenti generali mentione ex doctrina
gloss. in l. cum ii à 33. §. in fideicommisso vers. nominati
sunt vbi etiam Bart. n. 1. &. Castr. num. 4. ff. de legati 2.
quam sequuti fuerunt Menoch. cons. 200. nu. 12. & 13.
& cons. 706. num. 8. Molin. de primogen. Hisp. lib. 1. c. 4.
num. 33.

Obiectum enim procederet, si Testator in parte
36 dispositiua, & vocatiua vltra certas personas vocas-
set etiam totam familiam, vt figuratur à gloss. & cae-
teris DD. eam sequentibus in dicto §. fideicommisso,
vbi quod instituta erat familia Petrus, & Ioannes,
quo casu genus praecedens, vel subsequens non re-
stringitur à specie, sed nominatio, & specificatio
37 personarum solum tribuit nominatis prelationem.
Secus autem vbi, prout hic in parte dispositiua, &
vocatiua nulla fuit facta mentio familiae, sed vocati
tantum fuere haeredes instituti, illorumque descen-
den-

dentes; Dùm enim vocatio ab initio restricta fuit
38 ad certas personas, non pòtest fieri extensio ad a-
lias, quamuis in pacte prohibitiua facta fuerit ex-
39 præssio familiæ, dum, vt hìc, expræssio facta est eùm
relatione, & taxatiua ad personas superiùs vocatas,
ibi, *Et penes supradictos eius nepotes heredes institu-
tos, vt supra, & ipsorum nepotum hæredum filios*, &
descendentes masculos, & ibi, *dictorumque eius nepo-
40 tum, et descendentium vt supra*. Hinc enim stanti-
bus dictis Dictionibus taxatiuis, & relatiuis, speci-
ficatio personarum non tribuit solam prælationem
sed restringit dispositionē ad personas tantū expres-
sas, vt sequendo *text. in l. legata supellectili, ff. de su-
pell. leg.* docet idem *Bart. in d. §. in fideicommisso, nu.* 1.
41 ibi Ratio est, quia quando præcedit genus, & sequi-
tur enumeratio specierum per modum, taxationis
tunc genus restringitur ad illas species tantum,
idemque tradit *Castrens. d. num.* 4. & *agnouit Molin.
dicto cap 4. sub. num. 35. uersic. Quidquid autem, cum
alijs benè relatis in nostris terminis per Fusar. quæstion.
359. num.* 14. & 15.

Prout tertiò nonobstat, quod linea masculina in
conditione posita intelligi debeat de linea conten-
tiua Testatoris.

Quia etiamsi respectu ipsius intelligi non possit
nisi de contentiua, in casu tamen nostro sensus sumi
non debet à Testatore, sed ab hæredibus institutis,
& sic est intelligendus de illorum tantum linea, &
42 familia effectiua, nedum quia in dubio appellatio-
ne lineæ venit solum linea effectiua, & descensiua
ab ipsis institutis *argum. text. in l. qui liberis, §. hac
verba, ff. de uulg. & pupill. Bald. cons. 321. numer. 1.
uers. Item cum facimus mentionem lib. 1. & cons. 334.
num. 9. & 10. lib. 3. Ruin. d. cons. 153. num. 10. & 11.
lib. 2. Sim. de Pret. ubi supra lib. 3. fol. 11. num. 41. uers.
in dubio tamen cum alijs relatis per Rota in Romana fi-
deicommissi de Marianis 16. Martij 1643. coram Reue-
rendissimo D. meo Decano, §. Respectu uocationis.*
43 Sed etiam quia dum Testator restrinxit vocatio-
nem ad hæredes institutos, illorumque filios, & de-
scendentes non est amplius ambigen. de non com-
prehensione alterius lineæ contentiuæ. Idque
44 etiamsi agatur de fideicommisso fauorabili relicto
pro consecuatione agnationis, in quo latior fieri
45 solet interpretatio, quia dum ipsa ratio consecuan-
dæ agnationis est restricta ad filios, & descendentes
46 hæredum institutorum, nec est apta vltra illos fi-
47 deicommissum estendere, vt supra firmatum fuit,
vocatio lineæ ad illius pariter terminos est restrin-
48 genda, fideicommissa enim tanquam odiosa strictè
sunt interpretanda, nec extendi debent de persona
ad personam contra mentem; & verba expressa
Testatoris *Aret. in l. Gallus, §. & quid si tantum nu. 19.
ff. de lib. & Posthum. Dec. in l. illam num. 11. C. de collat.*
cum alijs ad nostrum propositum relatis per *Rotam
coram Card. Seraph. d. dec. 883. num. 2.*

Quartò demum nec releuat, quod sicut Testator
vocauit fœminas etiam remotissimas, ita pariter,
& multò magis vocasse censeatur proximiores ma-
sculos, & consequenter Anastasium proprium fra-
trem, quem summo amore, & affectione proseque-
batur.

Quantum enim attinet ad alios proximiores,
quamuis etiam extarent non essent comprehensi ni-
si descenderent ab ipsis hæredibus institutis ex su-
pra deductis, quo verò ad Anastasium, dum ille
49 de tempore Testamenti viuus erat, ac Testatori
bene cognitus, & nihilominus ad successionem
50 inuitatus non fuit, argumentum prædilectionis re-
torquetur, eoque magis dum extincta linea ma-
sculina fæminas descendentes prætulit absque ip-
51 sius mentione, hinc enim si Testator illum vocare
& comprehendere noluisset, vtique proprio nomi-
ne expressisset, prout ipsius filios, & descendentes
expressit *argumento l. unic. C. de caduc. toll.* Nec ap-
plicantur deducta per *Rotam coram san. mem. Greg.
dec. 464. num. 19. & in Tiburtina fideicommissi coram
Eminentissimo D. Card. Panzirolo.* Quia Rota ibidem
non deduxit vocationem proximioris ex sola voca-
tione personarum remotioris gradus, sed ex eo
52 quod etiamsi proximior proprio nomine vocatus
non fuerit, comprehendebatur tamen sub generali
nomine proximioris, seu maioris natu, qui non est
casus noster, cum Anastasius nullo modo compre-
hendi possit stantibus enixis restrictiuis per fidei-
committentem appositis, vt latè superius firma-
tum fuit.

Ex his igitur, cum clarè liqueat vocationem
tàm masculorum, quàm fæminarum restrictam
fuisse ad filios, & descendentes hæredum instituto-
rum, illorumque lineam effectiuam, Domini resol-
uerunt non constare de fideicommisso, ad quod An-
gelica sit vocata, siue vocationem prætendat ex
persona Anastasij eius Patris, siue ex persona
propria, vel ob contemplatam conseruandæ agna-
tionis rationem.

Et ità vtraque &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Veneris 1. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Cessio crediti facta pluribus cum dictione *cuiuslibet*
dicitur facta in solidum, quid si talis dictio non fue-
cit apposita cessionarijs, sed illorum hæredibus? sen-
tentia excessiua, si non est executa an sustineatur pro
quantitate debita, & an sit appellabilis ob iniusti-
tiam excessus?

SVMMARIVM.

1 *Creditum cessum pluribus dicitur acquisitum pro
virili.*
2 *Dictio cuiuslibet tribuit unicuique actum insoli-
dum.*
3 *Licet sit distributiua non inducit solidum inter
illas personas, ad quas non refertur.*
4 *Dictio cuiuslibet apposita hæredibus stipulantium
non operatur solidum quoad ipsos stipulantes.*
5 *Obligatio non extenditur ultra id quod in Instru-
mento, & scriptura est expressum licèt maior ra-
tio concurrat in casu ommisso.*
6 *Obligatio expressa fauore unius arguit contra-
riam mentionem contrahentium erga alterum.*
7 *Argumentum à contrario sensu valet in contracti-
bus.*
8 *Dictio cuiuslibet apposita obligationi cessionario-
rum non operatur solidum respectu ipsius cessionis
facta de per se, & simpliciter.*
9 *Cessio in solidum facta censetur ratione oneris in-
solidum iniuncti cessionarijs.*
10 *Declara procedere si adsint alia coniectura secus si
deficiant.*
11 *Cessio facta pluribus de re indiuidua potest exerce-
ri à quolibet in solidum.*
12 *Limita si petita fuerit certa quantitas, licet ces-
sum fuerit ius indiuiduum.*
13 *Crediti veritas debet constare aliunde quàm per
confessionem cedentis.*
14 *Sententia excessiua si non est executa sustinetur pro
quantitate verè debita.*
*Declara ubi agitur de illius confirmatione, vel in-
firmatione coram Iudice appellationis, secus de*

eximit-

admittenda, vel reijcienda appellatione.

16 *Sententia in vna parte appellabilis est appellabilis in totum ob indiuiduitatem formæ licet sit diuidua ratione materiæ.*

DECISIO CCXXXII.

Reproposita hodie causa super resolutis 23. Martij 1639. coram bon. mem. Buccabella, & prima Februarij 1641. coram me, Domini persisterunt in decisis ex vltimo fundamento postremæ decisionis ratione scilicet excessus tàm inspecta obligatione Ioannis Baptistæ, quàm cessione Marchionis Iulij iun. Vndè sententia remanet iniusta, & propterea non est locus Ægidianæ.

Excessus enim inspecta oblatione Ioannis Baptistæ denuò visus fuit ineuitabilis, nam cum ipse se constituisset debitorem Liuij Petrocchij, & Margharitæ de Magalottis, non poterat sola Margharita agere pro toto credito, sed dumtaxat pro eius rata, cum huiusmodi creditum vtriq; ipsorum debeatur
1 pro virili ex *text. in l. Reos, §. cum tabulis vbi Ronchegall. num. 23. ff. de duobus reis cum alijs in decisione alleg. §. Ceterum.*

Nec obstat, quod in instrumento addita fuerit di-
2 ctio, & cuiuslibet ipsorum, quam tribuere vnicuique actum in solidum voluerunt, *Socc. sen. cons. 50. num. 1. lib. 1. & cons. 66. num. 14. lib. 3. Alciat. cons. 24. num. 3. vers. Præterea lib. 3. Mansic. de tacit. lib. 7. tit. 17. n. 7. & lib. 15. tit. 3. num. 16. Rota in Forolinien. Bonorum 4. Decembris 1618. coram Remboldo, & 13. Martij 1620. coram bon. mem. Pirouano in recent. decis. 192. num. 2. par. 8. ac in Rauennaten. Emphyteusis 22. Maij 1628. coram bon. mem. Coccino pariter in recent. decis. 176. num. 7. par. 5.*

Pro responsione, enim iterum DD. ponderarunt totum Instrumenti contextum per hæc præcisa verba conceptum, ibi, *D. Io. Baptista Castellus supradictus, ac DD. Gabriel, & Gaudius eius filij fuerunt confessi esse debitores prædicti Liuij præsentis, & acceptantis pro se, & Nepotibus, nempe Petrocho, & Margherita, & eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredibus.* Hinc enim satis clarè dignoscitur dictionem illam, *Et cuiuslibet ipsorum* non fuisse adiectam personis creditorum stipulantium, nec ad eos salua ratione recti sermonis referri posse, sed respicere tantummodo personas hæredum, & proinde licet sit distributiua, non est apta attribuere actum insolidum,
3 personis creditorum, ad quos non refertur, vt eleganter ad propositum probant *Anchar. cons. 245. n. 4. vers. sed in casu nostro Alex. cons. 13. sub num. 14. vers. tamen hoc non obstante lib. 5. Ruin. cons. 47. num. 5. vers. & idem etiam si esset distributiuum lib. 1. Curt. iun. cons. 55. sub num. 13. vers. ego enim in hoc nullatenus maior. Gabr. cons. 87. sub num. 3. vers. tamen illud verbum lib. 1. Cephal. cons. 345. num. 19. lib. 3. Ronchegall. in l. eumdem in princ. num. 132. ff. de duob. Reis. Bellon. sen. cons. 20. num. 4. & de iur. accresc. cap. 6. quæst. 37. n. 141. cum duob. seqq. & quæst. 38. num. 103. cum cæteris in d. decis. relatis.*

Doctores verò, & authoritates ex aduersò allegati procedunt vbi dictio distributiua est apposita inter primò nominatos videlicet si dictum fuisset *Petrocho, & Margherita, & cuilibet ipsorum,* ità consulerunt, *Socc. sen. d. cons. 50. num. 1. lib. 1. Surd. d. cons. 548. num. 5.* & tradit Mant. vbi supra, & tenuit *Rota in d. Rauennaten. Emphiteusis coram bon. memor. Coccino num. 7.* Secus vero, vbi, prout hic, apposita fuit in persona hæredum, ibi, *Petrocho, & Margharita, & eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredibus;* Hoc enim casu cū nō respiciat primò nominatos, non inducit actum insolidum inter ipsos, sed dumtaxat
4 inter illorum hæredes, ad quos refertur, vt magistraliter distinxerunt, *Alex. d. cons. 13. d. n. 14. vers. Vnde si dictum, & vers. tamen hoc non obstante lib. 5. Bellon. sen. d. cons. 20. d. n. 4. Corbul. de emph. tit. de caus. priuat. ob lin. fin. num. 87. & 88.* & hanc distinctionem amplexa fuit *Rota coram bon. mem. Buratto dec. 838. n. 4.* Quod autem Doctores præfati loquantur in terminis concessionis emphyteuticæ, & fæudalis, non autem in materia indifferenti stipulationis, non fuit per DD. habitum in consideratione, cum restrictio non fiat ratione subiectæ materiæ, sed ex quo verba directa ad personas hæredum non comprehendunt personas stipulantium, quæ ratio applicatur æqualiter vtrique casui.

Non obstante quod melior esset conditio hæredū quàm principalium creditorum, quodque debitoris nihil intersit, an creditores stipulati sint in solidum, vel pro virili, cum semper siue vni in totum, siue in partes diuisum teneatur integraliter ad totum debitum.

Quia in obligationibus quod sunt stricti iuris non attenditur nisi id, quod in Instrumento est scriptum licèt maior ratio concurreret in casu omisso, quàm
5 in expresso, vt docet *Bald. in l. fin. in princ. C. de fals. caus. adiect. legat, Cephal. cons. 626. num. 10. & 11. lib. 5. Surd. dec. 202. num. 9. & 10. Rota in recent. decis. 403. num. 1. par. 1.* Et non parum interest Debitoris, quod saltem in vita stipulatorum non possit insolidum conueniri, satisque est, quod erga ipsos non adsit obligatio solidalis, quinimmò ex expressa fauore hæredum arguitur contraria mens contrahentium
6 erga stipulatores *l. inter Socerum, §. cum inter ff. de pact. dotal. cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælas. Bald. in l. venditi C. de action. emph.* In contractibus enim non valet argumentum à contrario sensu
7 ex cumulatis per *Surd. d. decis. 202. num. 11.*

Subsistit pariter excessus respectu cessionis factæ à Marchione Iulio iuniori, cum illa facta fuerit Margharitæ, & Petrocho, & sic vnicuique pro sua rata.

Nec releuat, quod in Instrumento dictæ cessionis additum fuerit, *Che detti Magalotti, e ciaschedun di essi siano tenuti proseguire detta recuperatione à tutte loro spese*, quia, vt respondetur in vltima decisione dicta verba, *& ciascheduno di essi* non fuerunt apposita cessioni, sed obligationi cessionariorum, eamque
8 respiciunt, & determinant, proindeque non possunt operari solidum respectu cessionis factæ de per se simpliciter, & absque dicta clausula ex traditis in fortioribus terminis per *Alciat. cons. 7. num. 10. in fin. & num. seq. lib. 1. Mant. de tac. lib. 22. tit. 34. numer. 6.* quos sequuta fuit *Rota in Portuen. Stagni 27. Aprilis 1640. §. nec contrarium suadetur, 10. Iunij 1641. §. nec obstat quod ex verbis, & 16. Decembris eiusdem anni §. nec obstat, quod singuli coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo.*

9 Nec facit, quod ratione oneris in solidum iniuncti cessionarijs, cessio pariter in solidum eis facta censeatur, vt ex *Ruin. cons. 159. num. 10. lib. 1. & Decian. respons. 73. num. 8. lib. 2. tenuit Rota coram Card. Canal. dec. 219. num. 6. repetita in rec. dec. 435. num. 9. part. 1.*

Quia præter quod præfatum onus intelligi potest pro ea tantum rata ad vnumquemque ipsorum spectante placuit responsio, quod tunc ex onere in solidum iuncto infertur ad acquisitionem solidi, vbi insimul etiam aliæ coniecturæ concurrunt, in quibus terminis loquuntur *Ruin. Decian. & Rota in allegata decis. Card. Canal.* Secùs verò, vbi, prout hic,
10 cæteræ aliæ coniecturæ deficiunt, tunc enim procedit

cedit contraria opinio, & onus non sufficit ad effectum, vt cessio vnicuique insolidum facta censeatur, vt sequendo *Aleiat. & Mant.* supra relatos firmauit *Rota in dicta Portuen. Stagni.*

Prout nec refragatur, quod cessum fuerit ius re-
11 cuperandi bona, competens Marchioni cedenti vigore fideicommissi ad eius fauorem purificati, quod tanquam indiuiduum exerceri potuit à quolibet ex cessionarijs in solidum ad *trad. per Alex. in l. Pupillo §. si plurium ff. de non. oper. nunc. Roudegall. in l. eamdem num. 97. in fin. ff. de duobus reis Bellon. de iur. accresc. cap. 6. quæst. 72 num. 29.*

Fuit enim responsum, Margharitam petijsse certam quantitatem scutorum 1314. ac sententiam immissionis in Saluiano obtinuisse, donec de ea sibi
12 satisfieret; Vnde cum quantitas sit de sui natura diuidua, ipsoque iure illius diuisio fiat inter stipulatores, vt tradit *Aleiat. in l. si mihi & Titio numer. 2.* vbi etiam *Ias. num. 9. ff. de verb. oblig.* quem sequitur *Bellon. d. cap. 6. quæst. 37. num. 49. vers. quamobrem.* Licet cessum fuerit ius indiuiduum, per petitionem tamen certæ quantitatis diuisionem recepit, effectumque fuit diuisibile, itaut Margharita pro eius
13 tantum rata, non autem pro integro credito agere valerit, vt bene in his terminis respondit *Rota in dicta Portuen. Stagni 16. Decembris 1641. §. Nec refragatur.*

Cæterum ipsa etiam quantitas, pro qua fuit concessa immissio detegitur excessiua; dum creditum non iustificatur, nisi in scutis 950. Et immissio data fuit pro summa scutorum 1341. non attento quod Marchio Iulius in dicto Instrumento cessionis confessus fuerit, in præfata summa ipsos esse creditores Io: Baptistæ, & aliorum de Castellis, quia de veritate crediti debet constare aliunde, quam per confes-
14 sionem cedentis ex iuribus cumulatis in dicta *decis. §. Et demum*

Nec releuat, quod sententia immissionis adhuc non fuerit executioni demandata.

Licet enim vera sit conclusio, quod sententia excessiua, dum non est exequuta, sustineatur, & confirmari potest pro quantitate verè debita, vt firma-
15 tum fuit in *in Romana fideicommissi de Spiritibus 4. Iulij 1646. coram me § Quia prædicta*; procedit tamen
16 vbi agitur de illius confirmatione coram Iudice appellationis; secus verò vbi agitur, prout hic, de admittenda, vel reijcienda appellatione, tunc enim sufficit, sententiam esse iniustam in parte tanquam excessiuam, vt admittatur appellatio in totum, & non sit locus Egidianæ, vt pluribus relatis dictum fuit in eadem *Romana fideicommissi de Spiritibus 10. Ianuarij eiusdem anni coram me.* Sententia enim in
17 vna parte appellabilis, remanet appellabilis in totum ob indiuiduitatem ex deductis in *Ariminen. Saluiani 19 Iunij 1643. confirmata 30. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, & in Viterbien. fideicommissi, seu Attentatorum 13. Maij 1644. cor. me, §. Quia conclusio procedit circa med.* vbi quod nulla est habenda ratio, quod sententia ratione materiæ sit diuidua, quando ratione formæ est indiuidua.

Et ita vtraque &c.

IANVEN. FRVCTVVM DOTIS.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Appellatio licet reddat attentatum, quicquid postea geritur tàm ab appellato, quàm appellante, & inhibitio quicquid ab inhibito, & obtinente fuerit gestum attamen excluduntur attentata, vbi appellatio fuit deserta, & vbi inhibitio non est iudicialis, sed extraiudicialis habens dumtaxat vim sequestri, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio A.C. reddit attentatum, quicquid postea geritur.*
2 *Appellationem non interponere, vel interposita renunciare paria sunt.*
3 *Appellatio reddit attentatum, quicquid postea tam ab appellatio, quàm appellante geritur.*
4 *Inhibitio tàm inhibitum, quàm obtinentem afficit.*
5 *Appellatio ab vno interposita prodest etiam alteri ex correis, quando causa defensionis est eadem in vtroque.*
6 *Inhibitio iudicialis concessa in causa litigiosa, & iam instructa tàm inhibitum, quàm obtinentem afficit.*
7 *Secus autem in simplici inhibitione extraiudiciali habente dumtaxat vim sequestri.*
8 *Inhibitio extraiudicialis habens dumtaxat vim sequestri, nullam litem inducit.*
9 *Inhibitio extraiudicialis habens dumtaxat vim sequestri non afficit obtinentem, nec impedit quin ipse pro suo credito possit insolutum recipere ab inhibito bona in inhibitione contenta.*
10 *Appellatio, quæ in termino biennij non fuit prosequuta, sed elapsis fatalibus remansit deserta, perinde est ac si nunquam fuisset interposita.*
11 *Attentata in spretum litis pendentiæ excluduntur ex diuersitate causarum.*
12 *Attentata, vt dicantur commissa in spretum litis pendentiæ, lit trahitur etiam ad annexa, & connexa.*
13 *Dummodo tamen ius, quod innouatur implicitè saltem, & indirectè deductum fuerit in causa, & ab ea aliquo modo dependeat.*
14 *Secus si nullam habeat dependentiam ab ea, nec connexionem.*
15 *Causæ sunt diuersæ, quando id, de quo agitur, numquam explicitè, seu implicitè fuit in lite deductum.*
16 *Attentata non dantur, vbi causæ sunt diuersæ.*

DECISIO CCXXXIII.

ITerum DD. responderunt impedimenta à locis 50. Montis fidei, de quibus agitur, esse remouenda eo potissimum fundamento posito in inhibitione A. C. quæ reddit attentatam cessionem postea factam, vt in *decis. sub die 29. Ianuarij 1646.*

Nec obstat, quod à dicta inhibitione fuerit appellatum, & causa appellationis simpliciter commissa *hodierno Summ. Marchionis num. 15.*

Quia appellatio interposita non fuit à D. Marchione Marcello ab Auria, qui impedimenta præstitit, sed à Io: Baptista eius filio deliberatario, qui postmodum recessit à lite, & loca, de quibus agitur, præuio speciali Procuratore Barbaræ matri resignauit, & resignationem factam ratificauit *nono Summ. Barbara num. 1.* Cum enim ex his videatur appellationi interpositæ renunciasse, effectus dictæ inhibitionis remansit illæsus, ac in suo robore, cum
2 paria sint non appellare, vel appellationi interpositæ renunciare, *cap. cum sit Romana, & cap. sollicitudinem de appell. Rota decis. 1. ante num. 3. eod. tit. in nou. Caputaqu. dec. 177. num. 1. & 3. par. 3. Lancell. de atten. par. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 21. cum alijs per bon. memor. Buratt. dec. 301. num. 17.* Et nihilominus, supposita
3 etiam appellatione, dixerunt DD. impedimenta fore remouenda tanquam pariter attentata, cum ipsa quoque appellato reddat attentatũ quidquid postea tàm ab appellatio, quã ab appellante agitur *cap. non solum de appell. in 6. Auth. hodie C. eod. Rota*

in

in recent. dec. 296. num. 1. par. 6. & in Bonon. fideicommissi de Bologninis 15. Martij 1641. coram bon. memor. Merlino.

Nec subsistit, quod fuerit etiam attentata secunda cessio eorumdem locorum montium facta ad fauorem Barbaræ matris nedum ob prædictam inhibitionem, quæ tàm inhibitum, quàm obtinentem afficit *iuxtà decis. Castad. 6. num. 1. super regul.* sed
5 etiam ob præfatam appellationem, quæ licèt interposita à Io: Baptista, prodest tamen etiam Marchioni Patri alteri ex correis cum causa defensionis sit eadem in vtroque *cap. vna sententia de appell. l. si quis separatam §. fin. ff. eod. & l. minoribus, vbi Iaf. in 3. notab. C. de ijs quib. vti indigu. cum alijs per Rotam post tract. de Salu. interd. dec. 298. num. 12.*
6 Quia quantum attinet ad inhibitionem superius allegata possent procedere, si ageretur de inhibitione iudiciali concessa in causa litigiosa, etiam instru-
7 cta, secus autem vbi agitur, prout hic, de simplici inhibitione, seù promissione extraiudiciali habente dumtaxat vim sequestri, hæc enim eum nullam in-
8 ducat litem *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. num. 210. Carocc. de sequestr. par. 4. quæst. 13. fol 248. Grat. decis. for. cap. 906. num. 23.* non afficit obtinentem, nec im-
9 pedit, quin ipse pro suo credito possit in solutum recipere ab inhibito bona in inhibitione contenta, vt ad nostrum propositum explicat *Natta conf. 2. num. 1. 2. & 3. ac per tot. lib. 1.* Prætensa verò appel-
10 latio non est attendenda in præiudicium Barbaræ, dum in termino biennij, & integri quadriennij prosequuta non fuit, sed elapsis fatalibus remansit deserta, perinde, ac si nunquam fuisset interposita, *l. tempora. & l. per hanc C. de tempor. & reparat. appell. Bald. in l. cum anterioribus C. eod. Io. Andr. in cap. licèt de sent. excom. in 6. Rot. dec. 1. sub num. 3. ibique Add. num. 5. de appell. in nou. Lancellott. vbi supra p. 2. d. cap. 12. ampl. 1. num. 12. Afflict. decis. 78. sub num. 2. vers. Item quia est regia pragmatica bon. mem. Buratt. d. dec. 301. num. 10.*

Prout minus dici potest Isabellam de Franchis attentasse consentiendo dictæ resignationi factæ ad fauorem Barbaræ non citato, nec vocato Marchione, dum inter ipsam, & eumdem Marchionem super dictis locis montium pendet lis coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Quia cum dicta lis agatur super realitate crediti Marchionis pro sustinenda deliberatione facta ad fauorem Io: Baptistæ, consensus verò præstitus fuerit ab Isabella ad effectum remouendi sequestrum, quod licèt impetratum, nedum super fructibus, vt deducitur in altera *decis.* sed etiam super forte principali dictorum locorum Montium, nihilominus semper remanet penitus diuersa, nec primariò, vel
11 secundariò influit ad præfatum consensum, ex diuersitate enim causarum excluduntur attentata, vt præter allegatos *in dicta decis.* dixit *Rota coram Cardin. Mantic. decis. 322 num. 13. & 14. in Romana Domus 8. Maij 1616. coram Card. Sacrato, & 26. Martij 1618. coram bon. mem. Andr. relat. per Add. ad san. memor. Gregor. dec. 345. num. 6.*
12 Nec releuat, quod ad istum effectum lis trahatur etiam ad annexa, & connexa, vt dictum fuit in *Barchinonen. Iurisdictionis 18. Iunij 1640. coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo, & in Cæsaraugustana Distributionum, seù Attentatorum 26. Iunij 1645. coram me.*
13 Placuit enim responsio, quod hoc posset procedere, si præfatus consensus aliquam haberet dependentiam, & connexitatem cum antedicta lite, in quibus terminis loquitur *decisio Barchinonen. Iurisdictionis coram Eminentissimo D. Cardin. Panzirolo*, vel si ius, & prætensio sequestri implicitè saltem, & indirectè in ea deducta fuisset, vt explicat *d. decisio Cæsaraugustana distributionum*. Contrarium verò dicendum est, vbi, prout hic, nec vllam dependentiam, aut
14 connexitatem habet, nec in lite peracta *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, vllo vnquam modo siuè explicito, siuè implicito ius sequestri deductum
15 fuit, tunc enim causæ dicuntur omninò diuersæ, &
16 independentes, itaut gesta in vna non pariant attentata in altera, *ad trad. per Lancellott. hoc tract. p. 2. cap. 4. lim. 3. in princ. & num. 7. Card. Mant. d. dec. 322. num. 14.* cum alijs supra allegatis.

Cæterum prætensa satisfactio deducta ex adiudicatione redditiuum fiscalium facta Barbaræ ex Decreto consilij Neapolitani, remouetur ex facto cum facta fuerit in satisfactionem sortis principalis, non autem fructuum, pro quibus hodiè agitur, vt respondetur in altera *decis. §. secundo non iustificatur.* Quæ verò longa serie deducta fuere per Marchionem in præsenti dispositione, non fuerunt habita in consideratione, cum non tangant articulum exequutionis mandati Rotalis relaxati à *bon. mem. Coccino*, qui solum pendet coram me vti Iudice exequente, & ideò erunt discutienda eoram *R. P. D. meo Merlino* in gradu restitutionis in integrum super negocio principali.

Et ità resolutum vtraque &c.

ROMANA SVBHASTATIONIS DE ALEXIIS.

Veneris 15. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Creditor an, & quando possit executiuè agere contra tertium, bona possidentem per dationem in solutum, vel alio titulo dominij, quid si iure pignoris mandatum præsumptum in Procuratore ex quibus inducatur?

SVMMARIVM.

1 *Tertius possessor non potest executiuè conueniri, num. 1.*
2 *Tertius possidens iure dominij non tenetur iustificare titulum, sed sufficit illum allegare, vel tantùm probare possessionem, & num. 18.*
3 *Datio in solutum extinguit ab initio debitum, & inducit liberationem debitoris, & num. 3.*
4 *Pro expresso habetur, quod non potest nisi in vno solo verificari.*
5 *Assertioni Iudicis sine actis pro facti iustificatione non creditur.*
6 *Mandatum de immittendo remanet ipso iure nullum, & iniustum stante notorio errore.*
7 *Neque nocet Creditoribus possidentibus, & in illius relaxatione non citatis.*
8 *Clausula sine præiudicio possidentium operatur, vt respectu ipsorum immissio habeatur pro non tradita.*
9 *Mandatum sufficiens in Procuratore præsumitur si ab initio vsque ad finem litem egit, & plures fecit impensas, in qua autem summa vide ibid.*
10 *Mandatum præsumptum facilius inducitur ad vnũ actum, si in alijs erat etiam constitutus Procurator.*
11 *Ecclesiæ nomine potest quilibet de populo possessionem adipisci sine mandato.*
12 *Procurator vti talis recognitus non potest impugnari esse talem, nisi contrarium clarè probetur.*
13 *Recognitio in Procuratorem facta à muliere sustinetur sine solemnitatibus.*
14 *Mandatum simplex ad lites non suffragatur pro capienda possessione.*

15 *Mandatum expressum, & præsumptum dari potest in vna, & eadem persona.*

16 *Debitor detectis creditoribus non potest insolutũ dare bona in fraudem parata exequutionis alias ensi cõtra tertiũ acquirentẽ exeeutiuè proceditur.*

17 *Maximè si acquirens habuerit scientiam litis, & executionis capta à creditoribus, & datio insolutum fuerit de omnibus bonis.*

19 *Possessor allegans titulum aliunde habitum, quàm à debitore non tenetur illum plenè iustificare.*

20 *Secus si dixisset causam habuisse ab ipso debitore, & num. 22.*

21 *Filius emancipatus asserens bona possessa fuisse sibi à Patre donata tenetur hoc probare.*

23 *Subhastatio non impeditur à tertio possidente tantummodo iure pignoris, licèt anteriori.*

24 *Maximè si possit expleri sine præiudicio possessoris.*

DECISIO CCXXXIV.

SVb die 12. Decembris 1644. dictum fuit non esse proceden. ad subhastationem bonorum ab Antonina possessorum, cum ab ea possiderentur titulo Dominij, & proprietatis vigore dationis in solutum habitæ à Iulio Vrsino, propter quam vti tertia non
1 poterat exequutiuè conueniri, iuxtà *Theor. Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.* Quantumuis huiusmodi dationem plenè non iustificaret, cum tertius possidens iure dominij non teneatur pro impedienda exequutione titulum iustificare, sed suf-
2 ficiat illum allegare, & probare possessionem per ea, quæ tradunt Doctores, & in specie *Bart. in d. l. à Diuo Pio d. §. Si super rebus num. 4. cum alijs in decision.* sub dicta die emanata adductis, à qua tamen hodie DD. recesserunt. Quia per exhibitionem Instrumenti consensus apparet euidenter Iulium non dedisse Antoninæ bona huiusmodi insolutum, sed solum eidem assignasse certam ratam fructuum, & pensionum temporaliter duraturam donec, & quousque eidem restituerentur scuta 3000. pro residuo suæ dotis, ibi, *Deliberauit eidem Antonina eius germana sorori ad bonum computum scutorum 4500. vt supra debitorum soluere, & exbursare scuta 1500. & pro fructibus aliorum scutorum 3000. cedere, & assignare pensiones domorum ad rationem sex cum dimidio pro quolibet centenario, & anno donec, & quousque totam integram summam scutorum 3000. eidem Antonia solueret &c.* & ibi, *Pro fructibus eorumdem scutorum 3000. tantùm, & non vltra pro residuo, & sorte principali dotis prædicta, vt supra debita vsque tamen ad integram solutionem, & illius restitutionem cessit, & transtulit, & assignauit eidem D. Antonina Vrsina sine præiudicio anterioritatis, & aliorum quorumcumque Iurium, &c. tot pensiones annuas ad rationem sex cum dimidio pro quolibet centenario, & anno domorum ad d. Iulium spectan. & pertinen. &c.* Licèt enim verbum, *assignare*, quando patitur subiecta materia importet dominij translationem, & dationem in solutum, vbi tamen, prout hic, assignantur tantummodò fructus temporaliter quousque creditori de sorte satisfiat adiecto pacto, quod non cēseatur facta nouatio, nec inducta liberatio obligatorum, impossibile est, quod importet dationem in solutum, cum hæc tanquam habens vim solutionis extinguat ab initio debitum, & inducat liberationem debitoris, aliorum-
3 que obligatorum, vt notat *Bart. in l. si quis aliam in princ. ff. de solut. & in l. si quis aliam in princ. ff. de solut. & in l. libera, C. de sent. & interloqut. iudic. Parisf. cons. 8t. num. 35. lib. 2. Surd. cons. 243. nu. 7. Rota in recent. dec. 261. num. 15. & 17. par. 7.*

Proindè nihil releuat enunciatiua mandati de immittendo concessi ab A. C. Anno 1622. tum quia non doctõ de alio consensu referri debet, & intelligi
4 de consensu præcedenti supra expresso præstito per Iulium die 13. Iulij 1617. qui tamen, vt dictum est continet simplicem assignationem fructuum ad *text. in l. 2. ff. de liber. & posthum. Ruin. cons. 165. num. 8. lib. 2. Giurb. dec. 45. num. 9. Rota coram san. memor. Greg. dec. 90. num. 3.* Tùm quia assertioni Iudicis si-
5 ne actis pro facti iustificatione non creditur, vt consuluit *Menoch. cons. 439. num. 28. Mastrill. dec. 80. num. 10.* & dixit *Rota in recent. decis. 451. num. 12. par. 2. & in Anconitana Spolij 9. Iulij 1610. coram Card. Sacrato impressa apud Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 235. num. 2.*

Eoque minus, quia præfatum mandatum laborat aperto vitio nullitatis, & iniustitiæ, dum A. C. in illius relaxatione supposuit consensum à Iulio præstitum continere veram dationem insolutum cum dominij translatione ibi, *Et suum consensum perfectum dedit, & præstitit, vt iure medio dicta Domina Antonina pro satisfactione &c. dicta bona possideat, fruaturque, & gaudeat naturali, & titulari dominio &c.* atque ad illum expressam relationem habuit, ibi. *Quoniam stante Instrumento dotali respectiuè cessionis, & consensus præstiti &c.* Hinc enim dum præfatus consensus in effectu continet tantùmodo simplicem assignationem ratæ fructuum, & pensionum temporaliter duraturam, vt dictum est, ex capite
6 notorij erroris mandatum remanet ipso iure nullũ, & iniustum, vt notant *Ant. de Butr. in cap. cum Bertoldus sub num. 22. vers. quintus casus est de sent. & re iud. Dec. in l. errorem calculi sub num. 11. vers. secunda Bartoli cons. 603. num. 14. benè Alex. cons. 123. num. 6. & 7. vers. tamen quoad propositum lib. 1. Curt. iun. cons. 170. num. 7. & 8. Surd. cons. 223. num. 4 Paut. de nullit. ex defect. process. num. 129. Afflict. decis. 47. num. 3. & 4. Cardin. Seraphin. dec. 641. num. 1. & 2.* Ideoque noce-
7 re nequit creditoribus, qui vlterius in possessione reperiebantur, nec in illius relaxatione vocati, seù citati fuerunt *l. de vnoquoque ff. de re iud. Clem. sæpè ibique gloss. de verb. signific. Rota penes Achill. dec. 3. num. 2. de re iud. Card. Seraph. decis. 1477. num. 2. vers. num in sententia, & dixit Rota in Bonon. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Bichio,* alijsque relatis *in Bituntina Census 29. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Corrado §. fin.* Cum præsertim Iu-
8 dex addiderit clausulam *sine præiudicio possidentium, & habentium meliora, & potiora iura,* quæ operatur, vt respectu possidentium immissio habeatur pro non tradita, vt benè declarat *Peregr. de fideicomm. art. 47. num. 29. & art. 48. num. 36. vers. & indubitanter,* pluribusque adductis firmauit *Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitima 24. Nouembris 1621. coram bon. mem. Pirouano apud Aterlin. de legit. dec. 32. nu. 5. & 23. Ianuarij 1630. & 30. Aprilis 1632. coram eodem altera in recent. dec. 340. num. 14. & 15 par. 5. altera decis. 10. num. 6. post Tambur. de iur. Abbatiss. & coram Card. Caual. decis. 62. num. 6. inferens num. 7.* posse adhuc creditores exequutiuè procedere.

De possessione autem creditorum Domini non dubitarunt, cum sola exceptio, quod capta fuerit à Castano Procuratore sine speciali mandato non sit releuans, dum idē Castanus litē hanc ab initio vsq;
9 ad finem pro creditoribus egit, pluresque fecit impensas in ea capienda, ex quibus mandatum sufficiens præsumi dixit *Rota coram Card. Serap. dec. 856. num. 5. & dec. 933. num 2. coram san. mem. Greg. dec. 324. vbi Add. num. 6.* firmant sufficere impensam vnius ducati *in recent. dec. 187. num. 6 par. 6.* vbi quod reputatur sufficiens impensa, quæ excedit iulios decem cum alijs *in Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij 1645.*

1645. §. *primo autem circa fin. & in Bonon. Rescissionis
Contractus 28. Iunij eiusdem anni coram me §. nec satis-
facit*. Iuncto præsertim, quod idem erat etiam Pro-
curator in alijs, vndè facilius etiam præsumitur con-
10 stitutus ad hunc actum, vt in his terminis ponde-
rauit *Rota in Maceraten. Magazzeni, seu Manutentio-
nis 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendissimo D. Epi-
scopo Patauino*. Vltra quod possessio fuerat etiam
11 capta pro Ecclesijs, & locis Pijs pariter creditori-
bus, quorum respectu non erat opus alio mandato,
cum quilibet de populo possit Ecclesiæ nomine
possessionem adipisci, vt monuit *Burat. in l. Ciuitati-
bus 125. num. 3. & seqq. ff. de leg. 1. Felin. in cap. cum olim
num. 2. de testibus* cum cæteris adductis in alia *Ma-
ceraten. Magazzeni, seu Manutentionis 28. Iunij 1641.
coram bon. mem. Merlino*.

Antonina tamen nullatenus opponere potest hu-
iusmodi defectum, dum Castanus possessionem cæ-
pit vti Procurator, & ipsa vti talem illum recogno-
12 uit, eidemque vti Procuratori creditorum promisit
pensiones soluere. Hinc enim non potest amplius
negare esse talem, nisi contrarium clarè probet, vt
tradunt *gloss. & Doctores in l. Pomponius, §. Rathia-
bitionis, ff. de Procurat. Natta cons. 262. num. 7. Surd.
dec. 104. num. 12. & seqq. bon. mem. Buratt. dec. 409. num.
12.* & dictum fuit *in Spoletana hareditatis 2. Aprilis
1618. coram Sanctiss. D. N.*

Recognitio autem huiusmodi non potest impu-
13 gnari ex defectu solemnitatum, dum ex ea non de-
sumitur obligatio, sed dumtaxat probatio, vt fuit
dictum in *Romana Dotis 10. Ianuarij 1600. coram
bon. mem. Card. Sacrato*.

14 Ideò nihil releuat, quod simplex mandatum ad
lites non suffragatur pro capienda possessione, quan-
tumuis habeat clausulas amplissimas cum facultate
faciendi omnia, quæ principales ipsi facere possent
pro finali complemento exactionis crediti ex latè
deductis in *Romana Palatij 29. Aprilis 1633. coram
R. P. D. meo Ghisilerio*. Quia vltra mandatum expres-
15 sum allegatur etiam præsumptum ad capiendam
possessionem, quæ simul concurrere possent, vt con-
suluit *Ruin. cons. 35. nu. 20. lib. 1.* & dixit *Rota coram
Reuerendissimo Vrgellen. dec. 9. num. 25. cum alijs in
Romana Alimentorum 4. Decembris 1641. coram R.
P. D. meo Bichio*, & in supracitata *Maceraten. Magaz-
zeni, seu manutentionis coram Reuerendissimo Pataui-
no*, in vna enim, & eadem persona datur multipli-
catio mandatorum, expressi scilicet, & præsumpti,
vt dixit *Rota in dd. Ciuitaten. Archipræsbiteratus,
fin. & Bononien. rescissionis contractus d. §. nec satisfacit
in fin. coram me*.

Sed vlterius dixerunt Domini perperam allegari
dationem insolutum, quæ probata non esset efficax
ad impediendam executionem creditorum, dum illi
non solum erant detecti, sed executionem cæperant,
reportando sententiam in Saluiano, & illius vigore
16 capiendo possessionem; debitor enim detectis cre-
ditoribus non potest in fraudem paratæ executionis
bona distrahere, & vni in solutum dare, alioquin
cōtra tertium acquirentem exequutiuè procedatur
etiam absque reuocatoria, vt tradit *Cancer. var. re-
sol. lib. 3. cap. 17. num. 362. cum seqq.* & pluribus relatis
firmauit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 364.
num. 26. & 32. & bon. mem. Buratt. dec. 627. sub num. 5.
vers. quia vltra quod, Add. ad eumdem dec. 450. num. 6.*
& in terminis, quod agi possit contra mulierem
se tuentem titulo dotis decisum fuit *in Narnien. Do-
tium, & Alimentorum 29. Maij 1630. coram R. P. D.
meo Ghisilerio impress. apud Modern. Perus. de subhast.
dec. 84. num. 3. & 4.*

17 Quod sine difficultate procedit hoc casu concur-
rente in Antonina scientia litis, & executionis iam
cęptæ ob recognitionem factam in Dominum erga
creditores in actu captæ possessionis, & quia datio
in solutum fuisset de omnibus bonis: contra scien-
tem enim litem, & executionem facilius procedatur
recta via per ea, quæ in his terminis dicta sunt in
supracitata *Narnien. Dotium, & Alimentorum nu. 6.*
Et quando alienatio est vniuersalis omnium bono-
rum eo magis præsumitur in fraudem aliorum, ne
aliundè consequi possint satisfactionem, vt ponde-
rauit *Rota coram Vrgellen. d. decis. 364. num. 12. & 13.*
& admittitur in alia *decis. huius causæ, vers. Neque
DD. voluerunt*.

Ex his itaque habetur responsio ad theoricam
*Bart. in supracitata l. à Diuo Pio, §. si super rebus nu-
mer. 4. ff. de re iud.* Vt possidens non teneatur iustifi-
18 care titulum, sed solum dicit se possidere: tunc
enim non cogitur docere de titulo, cum hic ex pos-
sessione præsumatur, & in his terminis loquuntur
*Couar. pract. quæst. cap. 16. num. 4. Parlador. rer. quotid.
lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 5. num. 3. Peguer. dec. 205. numer. 7.
Greg. dec. 22. num. 3.* cæterique omnes ad proposi-
19 tum allegati: vel quando allegat titulum aliundè
habitum, quàm à debitore, tunc enim sufficit do-
cere de titulo colorato, & apparenter absque onere
plenioris iustificationis, in quibus terminis loquun-
tur *Felin. in cap. super num. 16. vers. Intellige tamen de
re iud. Gozzad. cons. 103. num. 10. vers. secundo respon-
deo Sessa de inhibit. cap. 5. §. 10. num. 48.* Secus autem
20 quando, vt hic, possidens allegat titulum habitum
ab eodem debitore ex donatione, datione in solutum
& similibus, allegando enim titulum adstringitur
ad illius iustificationem, ad quam alias non adstrin-
geretur, & allegando illum habuisse à debitore, fa-
tetur debitorem olim fuisse Dominum. Dum ergo
subdit debitorem amplius non possidere, sed pos-
sessionem ad se deuenisse titulo dationis in solu-
tum, tenetur validè docere, & legitimè deuenisse,
sic concludenter probare validitatem dationis in
solutum, vt magistraliter distinguendo consuluit,
Castr. cons. 143. sub num. 3. vers. Probatio autem lib. 1.
reddens optimam rationem, quia intentio petentis
executionem sufficienter fundatur in eo, quod pos-
sidens causam habeat à debitore, ex quo enim se-
mel fatetur fuisse Dominum, præsumitur etiā nunc
Dominus, nisi contrarium ostendatur, & sic onus
huiusmodi probationis incumbit ipsi possessori, al-
legatque bonum *text. in l. sine possidetis, C. de probat.*
21 vbi filius emancipatus asserens bona prouenire à
Patre, sed sibi ab eo fuisse donata, tenetur hoc pro-
bare, siue agat, siue conueniatur, & in his terminis
emanarunt resolutiones *in Romana, seu Æsina Dona-
tionis 23. Martij 1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio*,
vbi quia possidens allegauerat donationem habitā
à debitore, protestando ne fieret executio super bo-
nis sibi ab eodem debitore donatis, Rota censuit
huiusmodi protestationem non releuare non docto
22 de valida donatione, & legitimo dominio bonorū,
& in Anconitana dotis 28. Aprilis 1643. coram me,
vbi in specie dictum fuit contraria procedere, quan-
do possessor non habet causam à debitore: & cum
hac distinctione conciliantur omnes authoritates, &
decisiones ad id allegari solitæ: cum ergò Antoni-
na non steterit in terminis simplicis possessionis, sed
vlterius allegauerit titulum dationis in solutum ha-
bitæ ab Vrsino hærede debitoris, obligauit se ad il-
lius iustificationem adeo, vt non iustificata datione
in solutum, nec possessio, nec protestatio desuper
facta iuxta cautelam *Angeli in d. l. à Diuo Pio* suffra-

getur, ac impediendo executionem ex adductis in dd. *Rom. seu Æsina Donationis, & Ancovit. Dotis supra relatis.*

Consequens ergo est, vt actis iam transportatis deueniatur ad subhastationem, quæ impediri non
23 potest à tertio possidente tantummodo iure pignoris, licet anteriori per *Text. ...rum in d. l. à Diuo Pio, §. Quod si res fuerit pignorata, ibiq; communiter scribentes de re indic.* Etiam absque alia relaxatione mandati, quando, prout hic, petens exequutionem possidet, & licentiam obtinuit à *Sanctiss. Mangil. de subhast. qu. 126. num. 14.* & sæpius firmauit Rota in pluribus causis relatis in alia decisione, vbi admittitur hæc conclusio, licèt ex diuersitate facti, ex quo suppositum fuerat Antoninam esse dominam, contrarium firmatum fuerit.

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini, aducrtentes ex forma rescripti, Antoninam non fore amouendam à sua possessione, sed ea firma manente procedendum esse ad subhastationem ad effectum in primis, & antè omnia sibi integraliter satisfaciendi de suo credito, & de eo, quod superest cæteris creditoribus posterioribus, ex quo illis magnum commodum paratur, sibi verò nullum infer-
24 tur præiudicium, nec in aliquo eius conditio deterior efficitur, dum pignus interim dimissura non est, adeò vt proinde facilius permitti debeat hæc exequutio penitus explenda sine præiudicio possessoris, vt monuit *Bart. in d. l. à Diuo Pio, §. si super rebus num. 8. & tradit Couar. pract. qu. cap. 16. nu. 4. vers. Quintum Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 78. Peregr. d. dec. 205. sub num. 7. vers. Couaruuias.* Et in terminis de muliere tenente pignus pro sua dote *Cuman. in d. l. §. Quod si res fuerit pignorata num. 1. et 2.* quem refert, & sequitur *Grotian. discept. forens. cap. 941. num. 3. cum plur. seqq. subdens num. 6.* hoc esse multum notandum ad fauorem posteriorum creditorũ.

Et ità vtraque &c.

RAVENATEN. SEV FERRARIEN. DECIMARVM.

Luna 25. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Dominium directum probatur ex enunciatiuis concessionum. Laici sunt incapaces iuris decimandi. Constitutio Bonifaciana, & Paulina declaratur, & aliqua de purgatione Moræ ob incursam caducitatem.

SVMMARIVM.

1 *Datur reintegratio docto de dominio bonorum, & nullitate concessionis.*
2 *Dominium probatur ex enunciatiua in inuestitura apposita rem esse de iure Ecclesiæ iuncta solutione canonum.*
3 *Ius decimandi Laicis non potest concedi.*
4 *Beneplacitum Apostolicum ex cursu temporis præsumptum non sufficit, quãdo adest incapacitas, secus si cõcurrit immemorabilis cũ fama priuilegij.*
5 *Constitutio Bonifaciana quid disponat ad fauorem Ferrariensium.*
6 *Fructus Decimales non possunt concedi laicis, sed solum emolumentum.*
7 *Concessio de iure decimandi non potest sustineri ratione emolumenti.*
8 *Priuilegio non vtitur, qui non adimplet conditiones in eo requisitas.*
9 *Renouatione non petita in tempore præfixo incurritur caducitas etiamsi pœna non fuerit expressa.*
10 *Dominus lapso tempore non tenetur concedere renouationem.*
11 *Mora purgatur de æquitate canonica si non est geminata, & num. 12.*
13 *Oblatio ad effectum purgandi moram debet esse realis, non verbalis.*
14 *Minores habent restitutionem in integrum ad petendam inuestituram.*
15 *Restitutio in integrum post maiorem ætatem non datur nisi infrà quadriennium.*

DECISIO CCXXXV.

Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Rauennaten. dandam esse reintegrationem Domini responderunt, cum de Dominio bonor. de quibus agitur, dubitari
1 non potest, & concessiones factæ à Capitulo antecessoribus de Tassonis fuerint nullæ. *Capuaq. dec. 170. num. 3. & seqq. & dec. 182. par. 3. & in Neapolit. Spolij penes Marches. p. 1. fol. 102. & in Salamant. stipendior. post tract. de manut. dec. 96. num. 4. & in Messanen. Testamenti 28. Iunij 1634. coram Eminentiss. D. Card. Verospio.*

Dominium enim, & antiqua possessio Ecclesiæ, præter quod non controuertitur à Tassonis abundè probatur ex multis Instrumentis concessio-
2 num ab eodem Capitulo factarum cum assertione proprij dominij, iuncta solutione canonum per longissimum tempus alijsque pluribus, quæ simul iuncta probant concludenter dominium ad quemcumque effectum iuxtà theoricam *Bart. communitèr receptam in l. ad probationem C. locat. Rip. in l. si aliquam rem num. 39. ff. de acquir. poss. quam sæpius sequuta fuit Rota in decision. relatis, & approbatis in Rom. Denominationis 28. Maij & 14. Decembr. 1625. coram bon. me. Pirouano, & in Æsina Bonor. 27. Aprilis 1635. coram bo. me. Buccab. in Nonarien. Bonor. 15. Decembr. 1632. coram bo. me. Coccino, & in Portuen. Stagni 19. Iunij 1637. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.* Accedente præsertim Bulla fel. record. Pauli V. impressa post Statutum Ferrariæ §. *Præterea*, vbi expressè disponitur, quod si in aliquo instrumento enuncietur rem esse de iure Ecclesiæ, fundata exindè sit intentio eiusdem super iure, & Dominio enunciato.

Nullitas autem concessionum est euidens, quia
3 concessum fuit ius decimandi laycis, cuius ipsi sunt prorsus incapaces resistente Concilio Lateranen. de quo in *cap. Prohibemus de decim. & in c. cum, & plantare de priuil. Rebuff. de decim. qu. 13. num. 78. & seqq. Paseth. cons. 55. num. 10. & cons. 57. num. 11. Rota in Placentino decim. 31. Ianuar. 1586 & 29. Maij 1587. coram Bubalo in Mediolanen. rescissionis permut. coram recol. me. Card. Pamphilio 21. Maij 1597. in Cæsaraugustana Decim. 29. Ianuar. 1618. coram S. D. N. in Albinganen. Decim. 23. Iunij 1627. cor. Card. Virile, & in terminis huius Ciuit. in Ferrarien. Decim. quæ est dec. 545. num. 1. par. 4. rec.*

Nec sustineri possunt ex præsumpto Beneplacito Apostolico propter obseruantiam longissimi temporis: Quia propter incapacitatem laycorum Beneplacitum præsumptum non sufficit; sed requiritur particulare priuilegium Apostolicum cum derogatione *cap. Nuper de Decim.* & Concilij Lateranen. vel Immemorabilis cum fama priuilegij, quæ tamen hic deficiunt, vt *Io: Andr. in cap. cum Apostolica n. 9.* aliįque scribentes de his, quæ fiunt à *Prælat. benè Felin. in cap. causam num. 3. de præscript. & in cap. cum contingat sub num. 4. vers. Si tamen simus de for. compet. Rebuff. dicta qu. 13. num. 69. Garz. de Benef. part. 1. cap. 2. num. 38. Monet. de Decim. cap. 5. qu. 5. à num. 14. vsque, & per tot. num. 118. firmauit Rota in præcitat. decision.* cum alijs in *Corduben. decim. de Luccna 27. Febr. 1636. coram bo. me. Coccino, quæ est dec. 103. n. 10. & seqq. par. 7. rec.* vbi quod ad immemorabilem requiritur

ritur fama Priuilegij, vel recognitio feudalis antè
Concilium Lateranen., vel æquipollens.
Minùs refragatur Constitutio Bonifaciana præ-
cipiens, quod omnia bona stabilia, & feuda quæcū-
5 que in Ciuitate, comitatu, & districtu Ferrarien. exi-
stentia, quæ vel ab Ecclesiasticis locis, vel particu-
laribus Hominibus, & Incolis recognoscuntur, &
tenentur propter canonem non solutum, & serui-
tium non impensum, aut inuestituram debitis tem-
poribus non petitam, vel electionem non factam
in commissum, non cadant, nec ad Dominos de-
luantur: Quia hodie non agitur ad reintegratio-
nem aliquo ex his capitibus, sed ob nullitatem ex
concessione decimarum facta laycis, de quibus Bo-
nifaciana constitutio non loquitur, vt declarauit
*Fel. record. Paulus V. in sua Constit. edita anno 1619.
§. Et insuper ad consulendum.*
Vndè nihil refert, quod concessiones loquantur
etiam de fructibus Decimalibus: Quia præterquod
6 nec minùs fructus decimales possunt concedi laycis,
sed sola commoditas, & emolumentum, ex quo fru-
ctus decimales tanquàm dependentes à Iure decimā-
di, spectant ad eum, qui huiusmodi ius habet ad
*Text. in l. vsufructu legato 7. in princ. ff. de vsufr. Bar-
bos. de iur. vniuers. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. in princ. nu.
2. & 3.* cum non sola commoditas, & fructus con-
cessi fuerint, sed ius ipsum decimandi, vt expressè
dicitur in prima locatione Anni 1343. ibi, *decimas
& ius decimandi, & ius percipiendi decimas, & in 2.
anni* 1457. ibi, *Iure Affictus perpetualis inuestiuit,
&c. de duabus partibus decimarum, & iuris deci-
mandi, & fructus decimales percipiendi pro dua-
bus omnium fructuum*, & in 3. anni 1649. ibi, *&
Et dixit possidere d. ius à Capitulo, & Canonici d. Ec-
clesiæ, & in empt. Iuris decimandi facta à Duce Fer-
rariæ ab illis de Orlando anno* 1641. ibi, *Ac etiam de-
cimam, & ius decimandi pro duabus partibus, & in
instrumento Donationis facta à Decano Ferrariæ Iulio
Tassono sen. anno* 1487. ibi, *Item de decimis, seù iure
decimandi, & demum in vltimo instrumento inuestitu-
ræ anni* 1608. ibi, *eamque decimam, seù ius deciman-
di fuisse, & esse Summ. Capituli num. 2. 3. 4. 5. 6. & 8.*
7 si enim concessiones sunt nullæ ratione iuris deci-
mandi, quod laycis concedi non poterat, non pos-
sunt sustineri ratione fructuum, & commoditatis,
vt in terminis respondit *Rota in Placent. Decim. cor.
Bubalo in Albinganen. decim. coram Card. Virile, & in
Ferrarien. decim. quæ est dec. 545. num. 2. par. 4. rec. su-
pra allegatis.*
Firmata nullitate concessionum reintegratio cui-
tari non potest ex eo, quod in eadem Constitutione
Paulina indulgetur, quod decimarum inuestituræ
antè quadraginta annos concessæ ad fauorem de
nouo fiant in fauorem eorumdem, vel aliorum ab
ipsis causam habentium, quoad decimarum emo-
lumenta tantùm, vt in dicto §. *Et nuper ad consu-
len.* Quia cum huiusmodi facultas petendi renoua-
tionem sit restricta ad biennium cum conditione,
quod augeatur canon, ibi, *de quo ipsi laycí teneantur
infrà biennium proximum accipere Inuestituras, seù
Renouationes prædictas ab Ecclesiasticis personis præ-
dictis, qui aucto tamen canone pro vtilitate Eccle-
siarum, &c.* Et nec intra dictum biennium, nec non
augumento Canonis renouatio petita fuerit ex de-
8 fectu qualitatis per Pontificem requisitæ non pos-
sunt vti constitutione, vt docet *Bart. in l. 1. §. ait Præ-
tor ff. ne quid in flum. pub. &c. Alex. cons. 172. numer. 5.
lib. 2. Curt. sen. cons. 59. num. 7.* cum alijs per *Rot. cor.
Card. Mant. dec. 163. num. 3. in rec. dec. 234. num. 13. &
dec. 578 num. 4. par. 1. dec. 603 num. 1. par. 4. coram Reue-
rendissimo Vrgellen. decis. 19. numer. 15.*
Nec refert, quod Constitutio non petenti intrà
biennium, non imponat pœnam caducitatis; Quia
cum non petenti renouationem in tempore præfixo
9 pœnam caducitatis sit imposita à iure communi *cap.
longinquitate 12. qu. 2. cap. 1. §. Titius filios si de feud.
defunct. content. sit inter domin. & Agnat. & cap. 1. §.
Præterea il 1. de probib. feud. alien. per Feder. Ias. in l.
2. num. 23. C. de Iur. emphit. Bero. cons. 119. num. 5. lib.
1. Riminald. iun. cons. 94. num. 10. & 11. Caldas. de em-
phit. lib. 1. qu. 5. num. 11. Corbul. de caus. priuat. ob non
petit. reinuest. num. 1. et seq.* Subintelligitur etiam si
expressè non fuerit apposita, cum Constitutio in-
terpretationem recipiat à iure, & quatenus opus sit
ab eo suppleatur, vt aduertit *Castr. cons. 106. num. 2.
lib. 2. Tiraq. de legib. connub. glos. 8. num. 49.* cum alijs
per *Rot. in Rom. Dotis 10. Iunij 1626. cor. bon. me. Coc-
cino §. fin.*
Eoque magis, quia terminus præfixus Emphyteu-
tæ ad peten. renouationem, censetur etiam præfi-
10 xus Domino ad eam concedendam: Cum ergò
eo lapso Dominus concedere non teneatur *Bero.
cons. 116. num. 6. & d. cons. 119. num. 5. libr. 5. Corbul.
vbi sup. num. 7. & Cald. pariter vbi sup. num. 13.* con-
sequens est, vt lapso tempore emphyteuta rema-
neat sine actione, & sine titulo, quibus deficienti-
bus bona Ecclesiæ retineri non possunt ex iuribus su-
pra deductis.
Prout etiam nihil refert, quòd aliàs iudicialitèr
fuerit petita renouatio: Quia cum petita non fue-
rit ad præscriptum Paulinæ, scilicet nec infrà bien-
nium, nec cum Augumento canonis, nec prò solo
emolumento decimarum, sed potius ad formam
antiquarum inuestiturarum absque vllo augumen-
to canonis, & quod peius est pro iure decimandi, vt
expressè habetur *in processu fol. 167. vsque ad 169.* ibi,
*ad renouan. in eius personam inuestit. alias factam Com.
Iulio Patri, ac Com. Galeatio Patruo decimarum, &
iuris decimandi in Villis, &c. & quatenus opus sit ad
ipsum inuestien. &c.* & ibi, *& sic se obtulit in effectu
paratum accipere dictam inuestituram dd. decimar. ad
tenorem, & formam antiquarum inuestiturarum Summ.
earumdem de Tassonis num. 6.* Tantùm abest, quod
dicatur petita renouatio iuxtà Constitutionem Pau-
linam, quod immò eruitur proteruia petentis per-
sistendi in antiquis inuestituris, ob quam eo minus
euitari potest eadem Constitutio.
Et hinc frustra dicitur locū esse purgationi mo-
ræ, quia præterquod hodie de hoc non quæritur,
sed solum de reintegratione, pro qua sufficit inue-
stituras huc vsque factas, esse nullas, & nouam re-
nouationem Paulinam non fuisse petitam, licèt ali-
11 quando Rota sulcat purgationē huiusmodi admit-
tere æquitatem Canonicam sequendo, vt in *dec. 577.
n. 2. & 4. p. 2. rec.* & in alijs relatis per *Add. ad fa. me.
Greg. dec. 559. num. 10.* Hoc tamen procederet, si
infrà modicum tempus post lapsum termini Tassoni
renouationes petijssent secundum formam præscri-
ptam à dicta constitutione Paulina, & canones de-
corsos obtulissent, cum æquitas canonica, celerem
solum purgationem admittat *cap. potuit ibiq; glos. in
verb. celeri extr. de locat.* secùs autem vbi, prout hìc,
biennium ad peten. renouationem terminauit an-
no 1621. & ab indè citrà effluxi fuere anni 25. tunc
12 enim ob nimiam longitudinem, & cursum plurium
annorum mora dicitur geminata, quæ nec etiam
ex æquitate canonica ad purgationem admittitur
iuxta *Theoric. Bart. in l. si Insulam num. 2. vers. secun-
dò opinor, & quam sequuti fuerunt Rip. ibid. num. 77.
Alex. sub num. 29. vers. Ex quo infert, cæterique scriben-*
tes

tes ff. de verb. oblig. Gozzad. cons.57. numer.18. vers.4. quoties Decian. cons.10. num. 13. lib. 3. Bero. cons. 120. num.23.lib.1. Seraph. de priuil. Iuram. priuil. 48.num.3. & 25.Grat. discept.for.cap.708. num.21. cum alijs per *Modern. de Saluian. interd. inspect.5.cap.vnic.num.199. senat. Pedem.dec.71.num.7. Cyriac. contr.for.capit.156. num. 37.* & dictum fuit in *Mediolanen. Donat. 29. Iuny 1645. coram R. P. D. meo Ghisilerin §. Vlterius cum agatur*, nec allegari potest prætensa petitio, & oblatio soluendi canones decursos per 20. annos, & ad reficienda damna, ac litium expensas, cum fuerit
13 tantummodò verbalis, ad hunc enim effectum requiritur oblatio realis, & actualis solutio fine aliqua dilatione, vt notat *Ancharan. cons. 420. numer.4. vers. venio ad tertium dubium Grat. disc. for. cap. 515. num. 22.* cum alijs relatis per *Add. bon. me. Buratt. dec. 517. num.5. & 6.*

Quod autem dicebatur tempore constitutionis Paulinæ aliquos ex inuestitis fuisse pupillos, quibus non cucrit tempus ad petendam inuestituram, alios
14 verò fuisse minoees, quibus ad eam petendam datur restitutio in integrum cs deductis per *Cald. de emphyt. lib. 1. qu. 5. num. 21. & 22. & Corbul. de caus. priuat.* ob non petit. *Inuest. num.27. & seq* Domini non habuerunt in consideratione, tùm quia tunc temporis erant maiores Iulius Pater, & Galeatius Patruus, quibus facta fuerat inuestituea, adeò vt proinde dum illi non petierunt, non potest ex ipsorum negligentia concedi hæredibus restitutio. Tum quia ab indè citrà spatio 25. annorum omnes fuint effecti maiores, & tamen nunquam renouationes legitimè petierunt, Vndè non competit amplius restitutio in integrum, cum hæc post maio-
15 rem ętatem non detur nisi infra quadriennium *l. fin. vbi DD. omnes C. de temp. in integr. restit. cap.1. eod. tit. in 6. Odd. de restit. in integr. par.1. qu.20. nu.12. & seqq. Rota in Rom. Casatis Paluzzetti 11. Martij 1619. coram Manzanedo, & apud bon. mem. Buratt. decis. 75. numer. 22.*

Et ita vtraque parte informante &c.

BONONIEN. NVLLITATIS CONCORDIÆ.

Luna 11. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Transactio facta ex falsu supposito, & causa minus vera currit ipso iure, obligatus ad francandum, si intra tempus præfisum non francaueeit, tenetur ad solutionem fructuum loco damnorum; & interesse, & ex quibus solutio præsumatur facta potius pro fructibus, quàm pro francatione Census?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad solutionem pecuniarum pro francatione census, non docto de earum vera, & reali solutione, adeout francatio fieri potuisset, tenetur ad damna, & interesse.*

2 *Transactio extorta ex falso supposito, & causa minus vera corruit ipso iure.*

3 *Confessus cum iuramento non potest à sua confessione recedere.*

4 *Confessio contra confitentem ponit rem in claris, & quamlibet superat probationem.*

DECISIO CCXXXVI.

TRansactionem initam anno 1630. non obstare Com. Iulianæ bis resolutum fuceat sub diebus 12. Iunij 1645. & 15. Iunij 1646. contra quas eesolutiones cum Com. Alemannus iterùm repetijsset solutionem factam Officialibus Hospitalis Puerorum S. Mariæ Magdalenæ Bononiæ in summa libr. 2100. cessisse in satisfactionem debiti paterni libr. 2662. & sic transactionem adhuc subsistere, facto priùs verbo in Rota causam reproposui, & Domini hoc minimè obstante perstiterunt in decisis.

Ratio resolutionis fuit, quia cùm, vt in secunda decisione dicebatur, idem Alemannus anno 1614. sub obligatione Camerali promiserit soluere de proprio infra triennium in manibus Pirri, & Gozzadini libras bis mille ad cōputum, & diminutionem debiti paterni, quibus francari, & extingui debuisset census similis summæ, cùm Officialibus prædicti
1 Hospitalis non docto de earum eeali, & vera solutione, ità vt francatio, & extinctio fieri potuisset, tenebatur ad damna, & interesse, vt tradūt cōmuniter *DD. in l. Stipulationes non diuidunt, ff. de verb. oblig. Angel. in l. prima, § si hæres, ff. ad Trebellian. Alex. cons. 63. num.11. lib.6. Honded. cons. 39. nu.3. lib.2 Surd. cons. 330. num.5. Card. Seraph. dec.671. num.7. bon. me. Bur. dec.234. num.5. Card. Caual. dec.605. num. 1.* Et loco illorum adstringi poterat ad solutionem fructuum decursorum, & decurrendorum, *Hond. d. cons. 39. n.4. & cons. 82. num. 22. lib.2.* cùm alijs in vltima decisione alleg. quibus addi possunt, *Bald. in l. si quid pars num. 3. C. de ser. & aqu. Natt. cons. 536. num. 7. Gabr. cons. 57. num.2. lib.1. Rota diuers. dec.444. num.3. vers. Quibus non obstan. part. 1. Grat. disc. for. c.240. num.35. sanct. mem. Gregor. dec. 156. ibique Add. num. 13. & firmanit Rota in Tiburtina Census 26. May 1600. coram Iusto impress. post Cenc. de Cens. decis. 338. nu. 8. & coram Card. Caual. decis. 510. num. 1. & 2.*

Quæ veeitas hodiè clariùs liquet ex verbis, eiusdem transactionis, ibi, *Sed in vim verbi per eum sæpius dati soluisse dd. Officialibus mediante D. Com. Pirro de Bianchis pro Censibus decursis dictis assumptis, & Officialibus summam libr. 2100. vt ex partitis, &c.* Dùm itaque ex assertione, & confessione ipsiusmet Alemanni prædictæ libræ 2100. peesolutæ fuerunt pro Censibus, seù fructibus decursis, solutio cessit in extinctionem debiti proprij iuxtà foemam suæ obligationis, non autem in satisfactionem debiti paterni, quæ allegari non potest nisi sequuta reali,
2 & effectiua Census extinctione, & consequenter trāsactio sempee remanet extorta ex falso supposito, & causa minus vera, quæ corruit ipso iure, vt prætèr allegatos in vtraque decisione sæpiùs dixit *Rota, & signantèr in Meleuitana hæreditatis prima Iuly 1633. coram R. P. D. meo Ghisuerio, §. iniustè etiam pronunciatum fuit in eadem causa coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo 26. Ianuarij 1637. §. Respectu alterius, & 29. Maij eiusdem anni, §. non obstat, & in Bononien. fideicommissi de Leonorijs 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, §. Sicuti neque obstat.*

Nec mouit DD. replicatio, quod solutio facta fuit Officialibus mediante Pirro de Bianchis, cui iniunctum erat onus francandi, & extinguendi censum, & sic potiùs videatur facta pee Alemaunum in causam extinctionis sortis, quàm fructuum decursorum.

Quià dùm ipse in dicta transactione medio iuramento confessus fuit, & asseruit d. quantitatem persolutam fuisse prò fructibus decursis non potest am-
3 plius à dicta confessione recedeee, prætendendo solutionem cessisse in causam estinctionis sortis ex regula, quod *semel de reg. iur. in 6.* Si enim dictam quantitatem Pirro persoluisset ad effectum extinguendi censum, fassus minimè fuisset solutiones cessisse pro fructibus, sed veram, & effectiuam extinctionem procurasset, cùm maxime inspecta propeia obligatione potuisset reddi clarum, quod quousque cēsus extingueretur, fructus illius soluere tenebatur saltem loco damnorum, & interesse ex supra dedu-
4 ctis, confessio enim contra confitentem ponit rem in claris, & quamlibet superat probationem *l. primo,*

C. de

C. de confess. leg. proindè, §. notandum, ff. ad l. Aquil. Et ità vtraque &c.

LEODIEN. PRÆPOSITVRÆ TONGREN.

Ven. 22. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Manutentio, quia non conceditur sine possessione, ideò disputatur hic, an sufficiat possessio instrumentalis capta non citato possessore, qui eo tempore reperiebatur immissus ab ordinario in administratione Præposituræ, de qua agitur, tamquam ad eam, electus in paritate votorum cum altero à capitulo, per facultatem illi à Pontifice concessam; & resolutio est affirmatiua, quia Administratores sunt tamquã Oeconomi, qui tamdiù Ecclesiam, seù beneficium detinent, quamdiù aliquis de eo prouideatur. Vndè quia possessio administratoris expirauit per prouisionem Apostolicam benè potuit, & soluuntur difficultates in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis apprehensa alio non possidente est manutenibilis.*

2 *Possessio naturalis, & realis quamuis vnica, sufficit pro manutentione.*

3 *Possessio Canonicatus, licèt instrumentalis, quando fuit approbata à Capitulo sufficit pro manutentione.*

4 *Possessio tacita Canonicatus ex quibus resultet?*

5 *Possessio prouiso Apostolico tradi non potest ab executore litterarum Apostolicarum, possessore non citato.*

6 *Ad immissionem, & executionem litterarum Apostolicarum, quando possit procedi possessore non citato?*

7 *Administrator beneficij tamquam ad id nominatus à facultatem habentibus non dicitur verus possessor amplia num 11.*

8 *Possessio non dicitur plena, quando immissio tradita fuit dumtaxat pro simplici, & nuda administratione.*

9 *Executor litterarum Apostolicarum, quando efficiatur mixtus, & teneatur partes Iudicis assumere.*

10 *Executor litterarum Apostolicarum, vt efficiatur mixtus, & teneatur partes Iudicis assumere quid requiratur?*

12 *Oeconomus tamdiù beneficium detinet, quandiù aliquis de eo prouideatur.*

13 *Administratio beneficij expirat, & possessio remanet vacua, quando de eo aliquis prouisus fuit à Sede Apostolica.*

14 *Administrator beneficij ex superuenienti prouisione Apostolica sub eadem data alteri concessa, continuat anteriorem possessionem mutato solum titulo possidendi.*

15 *Procedit conclusio si medio tempore nullum ius tertio quæsitum fuit, & ipsa possessio remansit apud eumdem administratorem secus è contra, num: 16. & seqq.*

17 *Possessio beneficij iure administrationis retenta resoluta extitit per illius prouisionem num 19.*

18 *Prouisio Apostolica superueniens non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

20 *Possessionem quam quis non habet, non potest continuare.*

21 *Prouisus Apostolicus de beneficio, quod administrabat, & quod alter medio tempore impetrauit, tenetur capere possessionem de manu executoris iuris ordine seruato.*

22 *Executor litterarum Apostolicarum in duplici prouisione, & paritate tituli tenetur omittere possessorium, & assumere partes Iudicis.*

23 *Executor litterarũ Apostolicarũ tunc tenetur assumere partes Iudicis, quando contradictor vltra paritatem tituli esset verus, & legitimus possessor, secus è contra, num 26.*

24 *Executor litterarũ Apostolicarũ tunc tenetur assumere partes Iudicis, quando corã ipso cõparuisset alter prouisus, & quilibet ipsorum ageret remedio adipiscendæ, secus è contra, num. 25.*

27 *Executor litterarum Apostolicarum, quando potest ad executionem procedere se extraiudicialiter informando?*

28 *Clausula,* Amoto, *nihil penitus operatur dum non adest legitimus contradictor, & possessio est vacans.*

29 *Clausula,* Amoto, *& similes non faciunt executorem mixtum, sed adhuc remanet merus, & procedere potest forma iudiciaria non seruata.*

DECISIO CCXXXVII.

VAcante Præpositura Ecclesiæ Collegiatæ B. M. Virginis Tongren. & electis à Capitulo Laurentio de Mean, & Arnoldo Hoensbrouch, cùm vterque prætenderet se electum in paritate votorum Sanctissimum adiuerunt, à quo prouisionem Apostolicam impetrarunt; Laurentius verò litteris expeditis, & coram exequutore ibidem deputato porrectis, præuio illius mandato, & mediante speciali Procuratore die 18. Septembris 1646. possessionem capitulariter fuit assequutus *Summ. num. 4.* Vndè introducta causa in *Rota ex remed. l. diffamari de Ingen. & manum.* dubitatum fuit, an, & cui dandum esset mandatum de manutenendo, dubioque proposito pro Laurentio Domini responderunt.

Constat enim de illius anteriori possessione ne-
1 dum instrumentali semel, & bis apprehensa, quæ
alio non possidente est manutenibilis *vnig. l. prædia,*
vbi Bart. & alij ff. de acquir. poss. Verùm etiam naturali, & reali mediante effectiua exactione decimarum, quæ licèt vnica sufficit pro manutentione *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 23. ibiq. Rip. numer. 52. & 53. de caus. poss. & propriet. Bald. cons. 251. per tot. lib. 5. Rota in Romana locorum montium 14. Maij 1629. coram bo. me. Card. Vitile, post Modern. de manutent. dec. 265. num. 10. & in Bergomen. pensionis 23. Martij 1640. coram bo. me. Coccino,* concurrente præsertim approbatione Capituli, tàm expressa, dum
2 possessionem instrumentalem confirmauit *Sum. n. 6.*
quàm tacita resultante ex distributione facta de Regalijs fabricæ solui solitis, & ab eodem Laurentio solutis considerauit *Rota cora. Caßad. dec. 8. de caus. poss. & propr. & in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. coram me, §. cessatque difficultas.*

Non obstante, quod huiusmodi possessio tradita
fuerit ab executore Arnoldo minimè citato. Quia
3 dum non constabat de ipsius possessione, potuit eo
non vocato ad exequutionem, & immissionem procedere, vt tradit *Rebuff. in prax. de form. & declar. non promis. verbo Amoto ex indè versic.* Nec virtute huius clausula *Gonz. ad reg. 8. glos. 9. num. 226. Garz. de benef. pars. 6. cap. 2. num. 141. alijsque relatis dictum fuit in Ciuitaten. Archipræsbyteratus 24. Martij 1645. coram me, §. prout etiam non obstat.*

Nec releuat, quod eo tempore immissus reperire-
4 tur per Nuncium Apostolicum in administratione
Præpositurae, de qua agitur, tamquam ad eam electus iuxtà *Indultum san. mem. Sixti V. eidem Capitulo Leodien. concessum eius, Summ. num. 2. & 3.*

Quià cùm huiusmodi immissio tradita fuerit
5 dumtaxat pro simplici, & nuda administratione
cùm cautione de fideliter administrando, ac resti-
tuen-

tuendo fructus ex actos, quatenus electio infrà sex
menses approbata, vel reprobata fuerit, præcipitur
in eodem indulto, ibi, Præstita tamen cautione idonea
in manibus nostris. & Sedis Apostolicæ Nuncij pro
tempore in illis partibus existentis de fideliter admi-
6 nistrando, necnon quatenus eorum electiones infrà sex
menses non fuerint confirmatæ de reddendo fidele
computum Administrationis huiusmodi, ac de resti-
tuendo redditus per eosdem exactos in manibus, &c.
idemque legitur in ipsa immissione, seù deputatio-
ne, ibi, Nec non cautione tua per te ipsum solem-
7 niter quàmprimum præstanda de Præpositura præ-
dicta fideliter administrando, quatenus tuam appro-
bari, vel reprobari contigerit electionem de redden-
do fidele computum Administrationis, & de restituen-
8 do redditus per te exactos, &c. Possessio non
dicitur plena, nec exequutor effectus fuit mixtus,
9 ità vt teneretur partes Iudicis assumere, & posses-
sorem huiusmodi in Iudicio vocare, cum ad istum
effectum requiratur, vt intùs sit aliquis non sim-
plicis administrationis, vel custodiæ gratia, sed ani-
mo possidendi, vt post Achill. decis. 1. num. 2. de caus.
poss. & propr. respondit, Rota in Celsonen. Parochia-
lis 22. Iunij, & 17. Iunij, & 15. Nouembris 1642.
coram R.P.D. meo Peutingerio, in Florentina Parochia-
lis 19. Ianuarij 1643. coram Reuerend. P. D. meo
Bichio, & in Perusina Parochialis 4. Iulij 1646. co-
ram me.

Idque eò facilius ponderando, quod huiusmodi
10 administratores prouisionalem tantummodo de-
putationem obtinent, ac administrationem tempo-
raliter exercent, donec scilicet, & quousque Proui-
sio, & confirmatio Apostolica per Pontificem con-
cedatur, vt satis clarè colligitur ex verbis eiusdem
11 Indulti, ibi, Et in concordia huiusmodi Caueatur ex-
pressè, quod pro tempore electi antè confirmationem
Apostolicam nullo modo in administrationem præpositu-
rarum, earumdemq; fructuum se ingerere possint, &c. cu-
pientes itaq; &c. Statuimus, &c. quod Præpositi ad dd.
Præposituras pro tempore electi à die electionis ad sex
menses, &c. iurisdictionem prædictã exercere, nec nõ bona,
res, fructus, redditus, & prouentus Præpositurarum exi-
gere, &c. præstita tamen, &c. idemq; seruatur in Oeco-
12 nomo, qui tandiù Ecclesiam, seù beneficium detinet,
illudque custodit, quandiù aliquis de eo prouidea-
tur, vt statuitur per Sacr. Concil. Trid. sess. 24. c. 18.
de reform. Vndè quamuis etiam Arnoldus immis-
13 sus esset in huiusmodi administrationem, nihilomi-
nus obtenta per Laurentium Apostolica prouisio-
ne, & electionis confirmatione cessauit penitus om-
ne ius administratoris, ipsaque administratio expi-
rauit, & possessio remansit vacua ex Doctor. Innoc. in
cap. ex parte, num. 3. de arbitr. quam probauit Rota in
supra allegatis Celsonen. Parochialis, §. tollebatur etiam,
& Florentina Parochialis, ac priùs in Naulen. Paro-
chialis 31. Martij 1642. coram bo. me. Merlino, §. Non
obstat allegata confirmata 10. Iunij 1643. coram R. P.
D. meo Peutingerio, §. Quia possessio prouisionalis, nec
non in dictis Treueren. Archidiaconatus, §. Non obstat,
primò, & Perusina Parochialis, §. fin. coram me.
14 Ideòque non subsistit, quod ex superuenienti pro-
uisione Apostolica eidem Arnoldo sub eadem data
concessa, ipse continuare potuerit suam anteriorem
possessionem, mutando solum primæua iura, & ti-
tulum possidendi iuxtà doctrinam Bald. in leg. 2. nu-
mer. 63. versic. Sed pone aliquis, ff. de seruit. & aqu.
15 Conclusio enim procederet, si medio tempore
antè huiusmodi prouisionem nullum ius tertio quæ-
situm fuisset, ipsaque possessio apud eundem admi-
nistratorem adhuc existeret, vt dixit, Rot. in Alexan-
drina Archipræsbyteratus 28. Iunij 1627. coram bon.
mem. Merlino post Modern. de manut. dec. 57. num. 3. 4.
16 & 7. Secùs autem, vbi prout hìc, medio tempore
quæsitum fuit ius tertio per alteram Apostolicam
17 prouisionem, & possessio iure administrationis re-
tenta resoluta extitit ex supra deductis; Tunc enim
18 fieri non potest conuersio, seù mutatio possessionis,
nec superueniens Apostolica Prouisio trahitur re-
tro in ipsius tertij præiudicium, vt sic distinguen-
do doctrinam Bald. firmauit in nostris terminis, Aym.
cons. 171. num. 19. Hipol. Riminald. cons. 100. num. 25.
bene Lotter. de re benef. lib. 3. quæstion. 5. num 43. quod
etiam admisit Rot. in dicta Alexandrina Archipræs-
19 byteratus, num. 6. Dùm enim Laurentius medio tem-
pore prouisionem obtinuit, illiusque vigore posses-
sionem capitulariter fuit assequutus, non potuit Ar-
noldus, cuius prouisionalis deputatio fuerat resolu-
ta, possessionem, quàm non habebat, continuare, sed
litteris expeditis suæ prouisionis, & coram exe-
20 quutore porrectis, ac citato Laurentio legitimo pos-
sessore, possessionem de manu eiusdem exequuto-
ris iuris ordine seruato capere tenebatur, vt in si-
mili firmatum fuit in Tridentina Parochialis 5. De-
cembris 1646. coram me, §. Nec iuuat allegare.
21 Et propterea nihil releuat, quod exequutor litte-
rarum Laurentij prætèr duplicem prouisionem
22 Apostolicam, & paritatem titulorum teneretur as-
sumere partes Iudicis cum plena causæ cognitione
super illorum releuantia omisso penitùs possessorio
ad tradit Bart. num. 21. Dec. num. 46. & Zuccard. num.
34. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. quos sequuta fuit,
Rota in rec. dec. 233. num. 37. & 38. part. 5.
Fuit enim responsum, quod obiectum procede-
23 ret, si Arnoldus vltrà paritatem tituli habuisset ve-
ram, & legitimam possessionem, vt tradit, Lotter.
vbi supra lib. 2. q. 20. num. 217. & dixit, Rota dec. 197.
num. 1. vers. tamen illa part. 2. & Melius decis. 641. sub
num. 1. vers. Quia conclusio part. 4. rec. ac in Tirasonen.
Cappellaniæ 13. Martij, & 7. Aprilis 1606. coram San-
24 ctissimo D. N. §. nec potest Michael. Vel si expeditis
litteris suæ prouisionis coram eodem exequutore
comparuisset, antequam in possessionem immissus
fuisset, & cùm eo concurrendo quilibet ipsorum
ageret remedio adipiscendæ, vt explicat, Gorz. de
benef. part. 6. cap. 2. num. 143. cum seqq. & respondit,
Rota coram Mohed. dec. 5. per tot. & signanter sub nu. 2.
vers. Et ratio est, & decis. 13. per tot. ac præcipuè vers.
Et fuit tantùm vt lit. pen. Modern. Bonon. de legitim.
25 contrad. qu. 2. art. 1. nu. 45. Secùs autem dicendum
est in proposito, quo Arnoldus, nec cum pari titulo
26 litteris expeditis comparuit coram exequutore an-
tequàm traderet possessionem Laurentio, nec repe-
riebatur in legitima possessione, vt supra firmatum
27 fuit; Tunc enim quia possessio erat vacans, nec
aliquis comparuit legitimus contradictor, potuit
exequutor tanquàm merus ad executionem proce-
dere se extraiudicialiter informando; vt prætèr su-
prà relatos dictum fuit in Dertusen. Parochialis 14.
Nouemb. 1631. cor. bo. me. Card. Vbaldo, in rec. dec. 71.
num. 6. part. 6. alijsque adductis in Verulana beneficio-
rum 31. Ianuarij 1646. coram me.
28 Vndè clausula, Amoto, & similes nihil penitus o-
perantur; Dum enim nullus aderat legitimus con-
tradictor, & possessio erat vacans, huiusmodi clau-
sulæ non faciunt exequutorem mixtum, sed adhuc
remanet merus, & procedere potest forma iudicia-
ria, minimè seruata, vt alijs omissis plenè, & ma-
gistraliter firmatum fuit in Leodien. Abbatiæ 14. Ia-
nuarij 1622. coram eodem bo. me. Card. Vbaldo, in rec.
decis. 333. num. 2. 3. & 4. part. 8. in dictis Treueren.

Archi-

Archidiaconatus, §. Et hinc nihil, releuat, Ciuitaten. Archipræsbiteratus, §. Prout etiam non obstat, & Verulana beneficiorum, §. Minus releuat, post medium coram me.

Et ita resolutum vtraque &c.

VLADISLAVIEN. VILLÆ DE OPPEMBVRCH.

Ven. 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Remissoria quando concedenda, & an super omnibus articulis, si vnus tantum sit releuans.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur etiam absque fumo quando causa est prophana, & articuli sunt releuantes.*
2 *Attentata debent in primis reuocari.*
3 *Immemorabilis deficit constito de certo initio.*
4 *Scripturis magis, quàm Testibus deferendum est.*
5 *Remissoria conceditur super omnibus, si vnus tantum articulus sit releuans.*
6 *Articuli calumniosi, & impertinentes reijciuntur.*
7 *Testes admittuntur ad coadiuuandam probationem orientem ex scripturis.*
8 *Remissoria conceditur ad probandum ea, quæ sine Testibus probari non possunt.*

DECISIO CCXXXVIII.

ABbas, & Monachi Pelplini egerunt coram R.P.D. meo Otthobono pro reuocatione attentatorum commissorum per Reuerendissimum D. Episcopum Vladislauiæ, & præuia vnica decisione sub die 3. Iulij 1635. loco reuocationis illorum obtinuerunt manutentionem in possessione Villæ, de qua agitur; Deuolutaque postmodum causa appellationis coram me cùm facultate manutenendi quē de iure præuijs duabus alijs decisionibus sub diebus 13. Aprilis, & 4. Iulij 1647. ipsis paritèr fuit concessa manutentio in quasi possessione vtilis dominij tantum. Verum quia prædicta attentata non consistunt simpliciter, vt prætenditur, in nuda occupatione dicti vtilis dominij, sed in quibusdam alijs pluribus actibus præiudicialibus, propterea ijdem Abbas, & Monachi, productis articulis, petierunt remissoriam, quam, disputato dubio, dandam esse DD. existimarunt.

Causa enim est prophana, & propterea concurrēte articulorum releuantia etiam absque fumo veri-
1 tatis materię articulatę in qualibet instantia remissoria conceditur iuxtà *decisionem Caputaq. 68. n. 1. p. 3. quam passim Rota approbauit, & signanter in Pampilonen. Vicaria de Stella 3. Iunij 1643. §. Quia licet, & in Auenionen. dilapidationis bonorum 7. Maij 1646. coram me, ac postremò in Tullen. nullitatis matrimonij 18. Martij proximè præteriti coram R. P. D. meo Ghisiliero.*

Releuantiam autem dixerunt Domini satis desumi ex nono articulo continente post *diem 19. Ianuarij*, modernum Episcopum Vladislauiæ mediantibus eius ministris edictis, & mandatis per diem sub arresto detinuisse Sculterum, & Scabinos Oppemburcenses, eosdemque coegisse ad præstan. fidelitatis iuramentum, Apparitorem incarcerasse, demoliri fecisse carceres Oppembruchi exegisse à pluribus, & diuersis personis eiusdem Villæ census, & mulctas ad Abbatē spectantes, deuenisseque ad multos alios actus, & præiudicialia tàm in exigendo, quàm in fabricando, & respectiuè demoliendo, Dùm enim hęc omnia, vt articulatur, gesta fuerunt post d. diem 19. Ianuarij, & sic post legitimam recusationem eiusdem Episcopi, eiusque Tribunalis, ac post præsentatam inhibitionem Rotalem, quatenus probarentur, à vitio nullitatis, & attentatorum
2 minimè possent excusari, & in primis, & ante omnia venirent reuocanda, vt de gestis post recusationem Iudicis vti suspecti præter allegatos *in decisione coram R. P. D. meo Otthobono, §. Cum enim actus, est text. apertus in cap. Quoties Episcopi secundo quæst. 3. Bald. in cap. Suspicionis, num. 2. ibique Imol. num. 18. de offic. deleg. Bart. cons. 105. n. 1. Paul. de Castr. cons. 121. num. 2. lib. 2. Roman. cons. 220. num. 7. Lap. alleg. 1. n. 1. 2. & 3. cum seqq. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 7. sub num. 2. vers. aliàs omnia per ipsum gesta, & num. 21. Rota diuers. dec. 2. num. 17. part. 2. & in rec. dec. 165. num. 2. & 3. part. 3. Et tenuit Rota, & signanter in Cæsaraugustana distributionum, seù attentatorum 17. Februarij 1645. & in Bonon. attentatorum 18. Iunij 1646. coram me.*

Nec obstat, quod alij articuli tendentes ad proban. Immemorialem possessionem Abbatis, & Monachorum duorum aggerum fluminis Raduniensis & Ohranæ, necnon eligendi Sculterum, ac recipiendi bona caduca, & obuentiones sint irreleuantes, nec super eis concedi possit remissoria, cum vel prætendant hæc possidere tanquam libera, & super illis nulla pendet lis, nec est commissa causa in Rota, aut prætendant ea possidere vti emphyteutica, ac fæudalia, & petitio remissoriæ est irreleuans, dum constat de initio illorum possessionis ex instrumentis acquisitionum *Summ. D. Episcopi, num. 1.*

Fuit enim responsum, quod licèt deficiat immemorabilis possessio constito de certo initio ex in-
3 strumentis publicis ad tradita per *Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 50. & dixit, Rota coram Card. Put. dec. 426. num. 3. lib. 2. in correct. coram fa. mem. Gregor. dec. 467. num. 6. in recent. dec. 285. n. 4. part. 2. dec. 101. num. 8. & dec. 425. num. 12. par. 8. & alijs relatis in dicta Pampilonen. Vicaria de Stella coram me, §. Talem au-*
4 *tem circa fin.* Illiusque probatio reddatur irreleuans, cum in concursu scripturis magis quàm testibus deferen. sit ex allegatis in *Cæsaraugustana Distributionum 13. Martij 1643. pariter coram me, §. quæ conclusio, vers. Aut deponent*; Nihilominus semper remanet omnino releuans nonus articulus tēdens ad probandum tot actus, & præiudicialia per D. Episcopū gesta post recusationem, & inhibitionem Rotalem,
5 & propterea intrat cōclusio, quod articulus releuās trahit secum irreleuantem, & vnius tantum articuli releuantia sufficit ad effectum, vt super omnibus remissoria concedatur iuxtà opinionem, quàm perpetuò seruauit *Rota, & signanter coram fa. me. Greg. dec. 124. nu. 3. & dec. 403. num. 7. coram bo. me. Buratto, dec. 392. num. 5. coram Card. Mant. dec. 312. num. 2. coram Card. Canaler. dec. 289. num. 2. coram bo. me. Coccino, dec. 149. num. 3. in rec. dec. 677. nu. 1. par. 1. & dec. 661. num. 4. part. 2. in Mediolanen. Cimiliarcatus 3. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio, in d. Auenion. Dilapidationis bonorum coram me, §. Quo verò ad inuerisimilitudinem, & in Vladislauien. Parochialis, 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec aliter videtur dicendum, cùm cæteri prædicti articuli habeant solum simplicem defectum
6 irreleuantiæ, quicquid secus, si vltrà irreleuantiam fuissent etiam calumniosi, obiectiui, & impertinentes, quod hic penitus cessat. Quo casu admittendi essent releuantes, & reijciendi alij sic defectuosi, vt distinguendo firmatum fuit in *Calaritana præeminentiarum 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in Valentina Parochialis 23. Ianuarij proximi præteriti coram me, §. Ex releuantia autem.*

Prout minùs releuat, quod arrestum contra Sculterum, & Scabinos, ac carceratio Apparitoris probari possint per scripturas.

Quia præterquod probatio per testes passim ad-
7 mittitur ad coadiuuan. probationem orientem ex scripturis, *Cas. de Graf. dec. 1. num. 8. cum seqq. de dilat. Rota in rec. dec. 199. num. 6. par. 6. cum alijs alleg. in Auellina iurisdictionis 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, §. neque obstat, quod fere omnes.* Dudùm vlteriùs articulati fuerunt multi alij actus scilicet fabricatio, & respectiuè demolitio, exactio Censuum decimarum, & mulctarũ ad Abbatem, & Monachos spectan. qui solum per testes probari possunt, etiamsi quoad alios probatio resultet ex scri-
8 pturis, nihilominus dum constat de illorum releuãtia, operantur, vt super omnibus admittatur per testes mediante remissoria, vt dixit, *Rota dec. 17. num. 1. de testib. in nou. Card. Caual. dec. 271. num. 5.* & dictum fuit in decisionibus supra relatis.

Quod autem dicebatur nõ articulari, nec percuti præcisum tempus recusationis, & inhibitionis, minusuè quod hęc omnia gesta fuerint post recusationem, & inhibitionem, vt esset opus ad inducen. attentata, tollitur, aduertendo recusationem factam fuisse *sub diebus 29. Iulij 20. Augusti, & 15. Aprilis 1644. Summ. Positionis dici 13. Aprilis 1646. coram me, nu. 1.* inhibitionem verò præsentatam legi *dicta die 19. Ianuarij 1645. Summar. Positionis dici 4. Iulij, num. 4.* Hinc enim alia expræssio non fuit necessaria, dùm ex connexione dierum apparuit omnia gesta fuisse post recusationem, & in spretum præcedentis inhibitionis, quæ consequenter erunt nulla, & attentata ex iuribus supra allegatis.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI.

Lunæ 8. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Legatarius non habet actionem insolidum contra cohæredem. Sententia excessiua an, & quando corruat in totum.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius pro solutione legati non habet actionẽ contra cohæredem nisi pro virili.*
2 *Sententia excessiua si est executa corruit in totum.*
3 *Solutio facta à fratribus de re communi censetur facta ab vtroque pro rata.*
4 *Executio sententia non sustinetur pro parte debita si vnicus sit debitor.*
5 *Sententia contra plures si non potest sustineri quoad vnum, sustinetur quoad alterum.*
6 *Excessus ratione personæ non vitiat executionem in totum, secus si ratione debiti.*

DECISIO CCXXXIX.

AD impedien. vlteriorem executionem contra bona Lucæ defuncti iuxtà binas præcedentes resolutiones informantes pro Gandulfo duo nouitèr deduxerunt. Alterum, quod cum Ludouicus de Muzzolis decesserit relictis duobus filijs, Luca scilicet, & Gandulfo, qui illius hæreditatem adiuerunt, vnusquisque ipsorum pro solutione legati, de quo
1 agitur, Eleonoræ relicti in summa scut. 3. mil. tenetur tantummodo pro virili scilicet ad libr. 6000. iuxtà dispositionem *text. in l. 1. §. in omnibus vbi glos. & DD. C. comm. deleg.* Ideoque dum Lucas in actu sponsalium eidem legatariæ, illiusque coniugi persoluit libras 800. & cessit creditum librarum 4000. consequens est, vt pro complemento dd. libr. 6000. remanserit solum debitor in libris 1200. & proindè contra illius bona hæreditaria procedi non possit ad vlteriorem executionem pro medietate summæ contentæ in mandato A.C. quod fuit relaxatum pro libris 7200.

Alterum quod cum dictum mandatum pro præfata integra summa fuerit executioni demandatum dum non sustinetur quoad dimidiã debitam à Gandulfo ob resistentiam pacti initi in contractu matrimonij, nec sustineri possit quoad alteram dimidiam debitam à Luca cùm mandatum, vel sententia in
2 parte excessiua si fuerit executioni demandata ob illius indiuiduitatem corruat in totum *l. si non sortem § si centum, vbi Ias. num. 2. & Castr. num. 1. & 2. ff. de cond. indeb. Card. Caual. decis. 84. num. 1. & 2.* loquens in specie de mandato relaxato contra plures hæredes.

Verùm his non obstat. reproposita causa Domini steterunt in Decisis.

Primum enim corruit ex facto quia licet vera sit conclusio quod hæredes in actione personali, ad solutionẽ legatorum teneantur solùm pro virili, attamen non subsistit, quod solutio, & respectiuè assignatio dd. librarum 4800. facta fuerit solum à Luca sed contrarium apparet ex instrumento dotali, in quo Gandulfus etiam interuenit, ac in solidum soluit, cessit, & sponsis dictũ creditum intèr ipsos commune assignauit, ibi, *Ipse D. Lucas necnon D. Gandulfus eius frater, &c.* & quilibet eorum dedit, cessit, &c. eidem Alexandro Sponso præsenti, &c. tantam partem crediti, quod ipsi *Muzzoli* habent cum prædictis hæredibus D. Vincentij Bantij, &c. quod quidem creditum ipsi DD. Muzzoli vna etiam principaliter, & in solidum se obligantes, & promiserunt, & quilibet eorum promisit dictum creditum, &c. manutenere, & verum, & reale iuxtà formam, &c. processu de partibus fol. 87. Dum enim quantitas assignata communis erat inter ipsos fratres, qui communitèr pariter illam solue-
3 runt, & respectiuè assignarunt, solutio censetur facta ab vtroque pro rata, ita vt ipsorum singulis liberatio prodesse debeat per *text. in l. cum duo, ff. de duob. reis Castr. cons. 392. circa fin. vers. In eo verò lib. primo Cuman. cons. 24. n. 2.*

Secundum verò obiectum procederet, si vnicus
4 tantum adesset debitor, & contra ipsum solùm mandatum fuisset relaxatum, & lata sententia, in quibus terminis procedunt etiam deducta per *Afflict. decis. 218. per tot.* quem sequuta fuit, *Rota in Viterbien. fideicommissi, seu Attentatorum 13. Maij 1644. coram me, §. nullamque hic articulus.* Secùs autem vbi, prout hic, duo, vel plures adsunt debitores, & contra omnes mandatum relaxatum fuit, & sententia promulgata; Tunc enim propter diuersificatem personarum diuersæ dicuntur petitiones, *Ias. in l. scire debemus, numer. 5. vers. Secundo amplia, ff. de verb. oblig.*
5 ità vt licet sustineri non possit aduersus vnum, sustineatur tamen aduersus alterum iuxtà *Theoric. Bald. in l. ordo sub nu. 10. vers. qua de duobus, C. de exequut. rei iud. communiter approbatam, vt per Socc. in l. certi conditio, §. Quoniam igitur num. 31. vers. limitatur secundo, ff. si cert. pet. Alex. cons. 36. num. 20. lib. 4. Caball. cons. 31. num. 3. & 4. Carpan. ad Stat. Mediolan. lib. 1. cap. 168. sub num. 6. vers. fallit si sit facta Asin. de exequut. §. 7. cap. 302. n. 2. Margil. de subhast. qu. 76. num. 18. Posth. eodem tract. inspect. 50. num. 80. cum seq. Rota dec. 33. n. 15. p. 2. diuers.*

Nec applicantur deducta *coram Card. Caual. decis. 84. num. 1. & 2.* Ibidem enim excessus erat in ipsa quantitate crediti, cum creditor in scutis 1125. obtinuerit sibi adiudicari quasdam vineas pro scutis 1500. qui cum influat proportionabiliter in rata
6 vniuscuiusque debitoris, operatur nullitatem sententiæ quoad omnes, secùs vero quando excessus, prout hic, est solum ratione personæ, tunc enim etiam

etiar asi mandatum, & exequutio corruant quoad vni am, sustinetur tamen quoad alterum, vt deducta am est.

Cæterum nihil releuat, quod mandatum fuerit exequutum super Domo, alijsque bonis Io. Paulo Lucæ filio per Eleonoram assignatis pro sua legitima materia.

Quià præter quod huiusmodi assignatio facta fuit sine præiudicio Iudicij vertentis ex causa præfatæ dotis eidem Eleonoræ legatæ; Dùm bona assignata proueniunt à Ludouico Auo paterno, qui legatũ reliquit, vt constat ex inuentario per eumdem Gandulsum confecto, illius prætextu retardari non potest vlterior executio, cùm legatum meliora, & potiora iura supra illis obtineat.

Et ita vtraque, &c.

REATINA VICARIÆ.

Veneris 10. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij ex pluribus inducitur appellatio suspensiua an in Parochialibus admittatur?

SVMMARIVM.

1 *Vnio beneficij facta Cathedrali dat ius nominandi Capitulo.*
2 *Institutio debet fieri cum approbatione Ordinarij.*
3 *Attentata dicuntur gesta post interpositam appellationem, & debent in primis reuocari, & num. 14.*
4 *Assignatio domus, & Salarij arguit vnionem.*
5 *Electio, & deputatio vnionem iustificat.*
6 *Visitatio beneficij facta ab Episcopo vti vniti comprobat vnionem.*
7 *Episcopi attestationi quoad statũ Ecclesiæ defertur*
8 *Enunciatiuæ in instrumentis antiquis plurimum deseruiunt.*
9 *Enunciatiua vnionis emissa ab Episcopo inducit vnionem.*
10 *Appellatio vt admittatur sufficit docere de grauamine per leuiores probationes.*
11 *Vnio potest virtualiter ex instrumentis desumi.*
12 *Appellatio suspensiua non admittitur in Parochialibus.*
13 *Limita quando conceditur super pertinentia iuris conferendi.*
14 *Sequestrum apponitur ex stylo Rotæ firmatis Attentatis.*

DECISIO CCXL.

VAcante die 22. Nouembris 1646 perpetua Vicaria Ecclesiæ Parochialis Sancti Ioannis in Fontibus vnita, vt infrà dicetur Ecclesiæ Cathedrali Ciuitatis Reatinæ, Reuerendissimus D. Episcopus indixit concursum, a qua indictione habita notitia per Capitulum, & Canonicos dictæ Cathedralis Ecclesiæ fuit die 23. eiusdem interposita appellatio, sed ea minimè attenta concursum compleuit, iterumque appellatione interposita, nec pariter attenta Petrum Scossam in Vicarium elegit, qui cum vlterius die 14. Decembris in spretum inhibitionis Rotalis sibi, & Vicario D. Episcopi personaliter præsentatæ possessionem illius fuerit assequutus, dubitaui, an constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & sit apponendum sequestrum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Constat siquidem de attentatis tàm respectu Reuerendissimi Domini Episcopi quàm Scossæ ab eo-
1 dem electi, respectu enim Episcopi, dum prædicta Vicaria vnita fuit dictæ Cathedrali Ecclesiæ ius nominandi, seù deputandi Vicarium spectat ad Capitulum, & Canonicos, quorum Ecclesiæ reperitur facta vnio iuxta Constitutionem sanct. mem. Pij Quinti pluries Canonizatam à Sac. Congregatione Concilij, vt referunt, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 3. num. 53. & 54. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 291. cum seqq. quam à Rota vt coram bon. mem. Buratt. decis. 214. num. 1. coram Card. CAual. dec. 419. nu. 2. & 3. & alijs relatis in Pampilonen. Vicariæ de Stella 16. Iunij 1642. coram me, §. cum eorum;* nec est locus con-
2 cursui, sed institutio fieri debet ad electionem, & nominationẽ illorum cùm approbatione Ordinarij, *Bur. dec. 923. num. 2. Card. Caual. dec. 595. num. 4. & 5. Rot. in recent. dec. 102. num. 9. & 10. p. 1. dec. 777. num. 1. part. 2. in Barchinonen. Vicariæ 17. Maij 1624. cor bon. mem. Merlino, & 4. Decembris eiusdem anni cor. bo. me. Vbaldo in rec. dec. 445. num. 1. & 2. part. 5. & dec. 580. num. 5. & 6. par. 8. in Dertusen. Vicariæ 22. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Ghislerio, quæ sunt decis. 443. num. 1. ead. p. 5. & dec. 16. num. 12. cum seqq. p. 6.* indicto itaque concursu licuit dictis Capitulo, & Canonicis appellare, vt in terminis firmatum fuit *in Gerunden. Vicariæ 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Bichio §. in casu autem nostro,* & consequenter tàm complementum illius, quàm ipsa electio, omniaque gesta post interpositam appellationem sunt omninò attentata
3 iuxtà dispositionem *text. in cap. non solum de appell. in 6. & fuit dictum alijs omissis in d. Gerunden. Vicariæ, & in Calaguritana Beneficij de Lumbreras 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & 17. Decembris eiusdem anni cor. R. P. D. meo Peutingerio.*

Vnio autem etiamsi non detur instrumentum super ea confectum, iustificatur ex pluribus, & primũ ex quodam instrumento rogato anno 1522. *Summ. Informationis num.* 1. in quo Canonici capitulariter congregati Domum, & Salarium assignarunt Sacristæ in Vicarium electo, quam assignationem postmodum confirmauit Vicarius tunc tẽporis Episcopi Reatini *eod. num.* 1. Huiusmodi enim Domus, &
4 Salarij assignationem arguere vnionem tradit, *Caputaq. dec. 339. num. 3. cum seqq. par. 3. & dixit Rota in recent. dec. 626. num. 3. p. 1. d. dec. 441. numer. 3. & dicta dec. 446. num. 7. p. 5. d. dec. 16. nu. 8. p. 6. dec. 485. num. 14. & 15. & d. dec. 580. num. 8. p. 8.*

Secundò ex tribus capitularibus Decretis diuersis temporibus emanatis, primum scilicèt anno 1538. Secundum verò anno 1545. Capitulum deputauit ad curam Animarum quẽdam Lucianum cum onere baptizandi, & celebran. missas in die Dominico ad ipsius tamen eligentis beneplacitum, tertium demum initum anno 1572. in quo elegit in Cappellanum Thomam Buctionum, *Summ. num. 2. & 3.* Ex quibus Decretis electionem, & deputationem, quæ suum effectum sortitæ fuerunt resultat subsequuta
5 obseruantia apta vnionem iustificare, ex allegatis *cor. bo. me. Bur. dec. 660. num. 3. vers. Iunctis præsertim, dec. 698. sub num. 3. vers. nec minus extrinsecus, par. 2. decis. 58. num. 7. par. 4. d. dec. 441. num. 4. & 5. & d. decis. 445. num. 8. p. 5. rec.*

Tertiò, & hæc comprobantur ex visitatione facta per Episcopum Reatinum Sedis Apostolicę Generalem Visitatorem anno 1573. *Summ. num. 4.* qui hanc
6 Parochialem vti vnitam visitauit, *Card. Seraph. decis. 1127. num. 2. & dec. 1272. ante num. 3. vers: Et postremo adminiculantur, Rot. in rec. dec. 724. num. 3. vers. Et demum difficultatem remouere videbatur, par. 2.* Præsertim in proposito, quo insuper attestatus fuit Capitulum consueuisse deputare Vicarium amouibilem, & eligi mandauit perpetuum cum assignatione congruæ portionis scutorum 50. prout in illius exe-
7 cutionem electus fuit, *Summ. 5. & 6.* cuius attestationi quoad Statum Ecclesiæ plurimum esse deferendũ tenuit *Rota coram Caputaqu. decis. 158. part. 2. coram*

Card. Seraph. dec. 780. num. 1. & 2. & d. dec. 1272. nu. 3. in rec. dec. 371, nu. 2. par. 1. dec. 573. n. 4. p. 5. dec. 5. nu. 5. & dec. 165. n. 8. p. 5.

Quartò Demùm præfatis accedunt quamplures;
ac diuersę enunciatiuæ emissæ in omnibus supra
deductis instrumentis, decretis, & visitatione, quæ
8 cũ emanuerint à diuersis personis, & sint autiquis-
simæ, & nonnullæ vltrà centum annos, plurimum
inseruiunt pro iustificatione vnionis. *Caputaq. decis. 344. num. 2. & dec. 347. num. 3. cum seqq. part. 3. Card. Puc. dec. 204. num. 3. 4. & 5. lib. 2. in correct. Card. Seraphin. dec. 886. sub num. 1. vers. vel saltem per enunciatiuas, dec. 1146. num. 1. & dec. 1272. num. 1. fa. mem. Greg. dec. 196. ibique Add. num. 3. vers. Secundo probatur; Card. Caual. dec. 599. num. 5. & 6. bon. mem. Buratt. d. dec. 660. ibique Add. num. 6. Rota in recentior. dicta dec. 626. sub num. 2. versic. Ex enunciatiuis autem p. 1. d. dec. 724. num. 3. part. 2. d. dec. 441. num. 1. part. 5. dicta dec. 16. num. 2. part. 6. & dict. decis. 580. num. 1. part. 8.*
9 Idque eo magis cùm emissæ fuerint a personis ha-
bentibus facultatem vniendi, *Card. Mancic. dec. 355. num. 6. & dec. 359. num. 7. cum alijs per Add. ad bo. me. Bur. d. dec. 660. num. 6. vers. Et hoc maximè.* Saltem
in præsenti, vbi non agitur, principaliter de canoni-
zanda ipsa vnione, sed dumtaxat incidenter ad effe-
10 ctum scilicet cognoscen. an ab indictione con-
cursus per Episcopum facta daretur appellatio quo
casu nedum concludentes sed etiam leuiores pro-
bationes sufficiunt. *Card. Seraphin. dict. dec. 1246. nu. 2. Rota in recentior. dicta decis. 485. numer. 17. parc. 8.*
11 Nec est necessarium, quod in ipsis instrumentis,
alijsque scripturis clarè fiat mentio de vnione, sed
sufficit, quod id virtualiter in eis contineatur ad
trad. per *Garz. de benef. part. 12. cap. 2. nu. 256. Card. Seraph. d. dec. 1272. num. 1. vers. nec obstaret. Rota in rec. d. dec. 626. num. 2. par. 1.*

Nec dicatur, quod in Ecclesijs Parochialibus pro-
12 hibeatur appellatio suspensiua tam per *Sacr. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reformat. quàm per constit. sanct. mem. Pij Quinti in Bull. nou. tom. 2. const. 33. §. 8.* Et proindè non sit locus attentatis, vt tradit, *Lancel. lott. part. 2. cap. 12. lim. 25. nu. 1. & dixit, Rota in Pampilonen. Abbatia de Arreso 22. Aprilis 1622. coram Nauarro in recent. dec. 379. num. 6. & 7. p. 8.*

Quia prædicta procedunt vbi agitur de illis, quæ prouidentur ab Ordinario per concursum, & eo facto appelletur à relatione examinatorum, vel à mala electione Ordinarij, vt in dicta Pampilonen. Abbatiæ de Arreso, in cuius casu appellatum fuerat à mala electione ex pluribus præsentatis, & eque idoneis ab examinatoribus renunciatis; Secùs autem vbi agitur, prout hìc, de Parochiali vnita, cuius Vicarij electio, & nominatio pertinet ad Capitulũ, & Canonicos, quorum Ecclesiæ fuit facta vnio, tunc enim si ab ordinario indicetur concursus, Capitulo, & Canonicis, quibus spectat ius nominandi licet ap-
pellare, & appellatio admittitur etiam ad effectum
13 suspensiuum, vt in simili quando contenditur super
pertinentia iuris conferendi, & præsentans appellat quod detur appellatio suspensiua etiamsi agatur de Parochiali, distinguendo respondit, *Rota in recentior dec. 656. num. 2. part. 1. dec. 197. num. 9. 10. & 11. par. 5. coram bon. mem. Bur. dec. 625. num. 5. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 160. num. 3.* idemque admisit in dicta *Pampilonen. Abbatia de Arreso num. 4. dictum fuit in Compostellana Parochialis 4. Febr. 1641. cor. Eminentissimo D. Card. Panzirolo, §. Neque obstare circa finem, & in dicta Gerunden. Vicariæ coram R. P. D. meo Bichio.*

Respectu verò Petri Scossæ electi facilior fuit re-
solutio, quia dum possessionem apprehendidit die
12. Decembris 1646. & sic in spretum inhibitionis
14 Rotalis sibi antecedenter personaliter pręsentatæ,
scilicet die 11. eiusdem *Summ. num. 11. & 12.* à vitio attentatorum minimè potest excusari, quæ in primis, & ante omnia veniunt reuocanda, vt centies resolutum fuit, & præcipuè *in Bonon. Pecuniaria, seu attentatorum 28. Aprilis 1645. coram R. P. D. meo Bichio, in Vladislauien. Villa de Oppembruch. 4. Iulij eiusdem anni coram R. P. D. meo Ottbobono, & prius in Cæsaraugustana Distributionum, seu attentatorum 17. Februarij pariter eiusdem anni, & in Bonon. Attentatorum 18. Iunij 1646. coram me.*

Firmatis attentatis possessio est sequestranda iux-
15 tà inueteratum stylum Tribunalis, de quo testatur
Castad. dec. 3. num. 6. de rest. spol. Caputaq. dec. 157. part. 3. Cæsar. de Grass. dec. 2. nu. 1. de appellat. in dicta Gerunden. Vicaria, & in Vicen. Beneficij 11. Nouembris 1646. coram me, & alibi passim.

Et ita resolutum Capitulo tantum informante, altera vero parte diù expectata, & monita.

ROMANA DOTIS.

Lunæ 27. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Testator licet post perfectum Testamentum possit per epistolam duobus tantum Testibus munitam voluntatem suam declarare, quando eius dispositio est dubia, non potest tamen facere declarationem, quæ contineat nouam dispositionem non adhibitis septem Testibus, alijsque solemnitatibus in Testamento requisitis. Legatarius in re legata præfertur creditoribus Chirografarijs nullam habentibus hypothecam, quando hæreditas est soluendo, licet secus quo ad alios agentes hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 *Testator non potest derogare eius dispositioni in Testamento facta, & perfecta per simplicem epistolam, aliter disponendo non adhibitis septem Testibus, alijsque solemnitatibus in Testamento requisitis.*
2 *Testator post factum testamentum potest suam voluntatem per simplicem Epistolam declarare adhibitis duobus testibus.*
3 *Declara hoc tantum procedere, vbi eius dispositio est dubia, nam si sit clara, & perfecta non recipit declarationem.*
4 *Testator post factum Testamentũ non potest facere declarationem suaque voluntatis nouam dispositionem continens non adhibitis septem Testibus, alijsque solemnitatibus in Testamento requisitis.*
5 *Obligatio, & exhibitio, nisi ad actum producatur nihil ponit in esse.*
6 *Testator dum nouam dispositionem nõ fecit in eadem permansisse censetur, quamuis per epistolam declarauit se velle eius Testamentum mutare.*
7 *Epistola, in qua Testator dixit se velle eius Testamentum mutare, dum postea non fuit ad actum producta resoluitur in simplex raciocinium, & perinde habetur, ac si scripta non fuisset.*
8 *Hæres particularis non potest repelli exceptione* l. Vindicantem ff. de euict.
9 *Bona omnia hæreditaria, sequuta acceptatione hæreditatis, efficiuntur proprium patrimonium hæredis.*
10 *Bona omnia hæreditaria, sequuta acceptatione hæreditatis cadunt sub hypotheca ad fauorem omnium creditorum hæredis.*
11 *Hæres particularis habetur loco legatarij.*
12 *Legatum non debetur legatario, nisi prius deducto*

are

ære alieno legantis.
13 *Creditoribus defuncti pro eorum creditis competit aduersus legatarium prælatio.*
Legatarius in re legata præfertur cæteris creditoribus defuncti, quando hæreditas est soluendo, licet secus si ea reperta fuerit non soluendo.
14 *Intellige, vt ipsis Creditoribus incumbat onus probandi inopiam hæreditatis.*
15 *Creditores defuncti non tenentur excutere res debitoris intricatas, & litibus inuolutas, sed possunt agere contra legatarium pro re legata.*
16 *Legatarius quando hæreditas est soluendo præfertur tantum in re legata creditoribus Chirographarijs defuncti nullam hy othecam habentibus.*
17 *Secus autem quoad Credi es habentes hypothecam cum obligatione Ca rali.*
18 *Creditor defuncti haben ypothecā præfertur legatario in re legata eti si hæreditas sit soluēdo.*
19 *Creditor cum obligatio Camerali potest eligere vnum ex pignoribus bitoris sibi benè visum pro satisfactione sui editi.*
20 *Legatarius non potes certere tacitam hypothecam sibi pro legator petentem nisi super eo quod superest satisfactis editoribus defuncti.*
21 *Institutio quando al itio est pura verba cōditionalia censentur à statore apposita nō ad suspēdendā dispositior sed pro maiori declaratione*
12 *Onus soluendi del Testatoris in hærede inest de iure, absque ale essione Testatoris.*

DE SIO CCXLI.

POstquam bis re um fuerat Instrumentum dotale, de quo a , non esse exequen. repropofito
iterum eodem a lo, idem pariter decisum fuit
pro tertia vice obstante, quod etiam hodiè informantes pro aeriter contenderent, repetendo, ipsam no e hæredem Crescentij, sed Lauræ
cum hoc abunde iublatum fuit ex responsionibus
latè deductis in decisionibus sub diebus 15. Iunij
1643. & 2. Decembris 1644. cum quibus etiam hodie Domini transierunt.

Nec releuat epistola nouiter producta post conditum Testamentum transmissa Crescentio, in qua Laura declarauit suæ voluntatis esse, quod creditores non possent consequi satisfactionem super bonis à se illi relictis, sed quod Crescentius posset ex illis extinguere aliquod debitum magis sibi bene visum, ibi, *E questo è contro la mia volontà, che è stata, & è che della robba mia V. S. se ne possa seruire per pagare qualche suo debito proprio, che à lui più parerà, ò per altro suo bisogno, ne che non possi mai esser forzato da nessuno sopra la mia hæredità ne V.S. ne chi l'hauerà da lei, ò in vita, ò in morte.*

Quia omissa exceptione non factæ recognitionis, de qua valde poterat dubitari, & hæc sola interim sufficeret, fuit animaduersum huiusmodi epistolam aduersari testamentariæ dispositioni, vbi Laura concessit eidem Crescentio hæredi instituto amplissimam facultatem disponendi de bonis sibi relictis tam in vita, quàm in morte, ibi, *In tutti, e singoli miei beni &c. Instituisco mio vniuersale herede il Signor Crescentio Crescentij mio fratello, al quale lascio l'vniuersal mia hæredità, e li concedo facoltà amplissima di poter disporre del Testamento di suo arbitrio in vita, & in tempo di morte &c.* Dum enim voluit posse Crescentium ad libitum suæ voluntatis disponere etiam in vita, censetur etiam voluisse,
quod posset illa hypothecare, vel vendere pro satis-
1 faciendis creditoribus, & sic non potuit Laura dispositioni in testamento factæ, & perfectæ derogare per simplicem epistolam aliter disponendo non adhibitis septem testibus, alijsque solemnibus adhiberi solitis *l. hæredes palam, §. si quid post factum, vbi gloss. & Bart. in l. 2. in quæst. 5. princ. vers. quæro ergo, & reuoco, ff. de vulg. & pupill. Bero. cons. 127. num. 1. lib. 2. Honded. cons. 51. num. 76. lib. 2. Surd. cons. 129. num. 29. Mantic. de coniect. vlt. vol. libr. 12. tit. 16. num. 10. & 11. Rota in recent. dec. 604. num. 21. par. 5.*
2 Nec facit, quod liceat Testatori voluntatem suam
per epistolam declarare *l. epistola 75. ff. ad Trebell.* &
duo tantum testes sufficiant *ad notat. per gloss. in d. l. hæredes palam d. §. si quid post factum de test.* quam
sequuta fuit *Rota in Romana Successionis 21. Iunij 1641. coram Reuerendissimo D. Præside Vallisoletano*
3 *§. Quoniam obiectum*: Procedunt enim vbi dispositio est dubia, secus vbi est omninò clara, & perfecta
4 hæc enim non recipit declarationem, nec potest
fieri declaratio continens nouam dispositionem,
neque adhibitis septē Testibus, alijsque solemnibus
in testamento requisitis, vt præter allegatos tradunt
ad propositum *Io: de Anania cons. 84. numer. 1. vers. præterea licet communiter, & Sard. cons. 380. num. 51.*
Præterea dicta Epistola continet potius quandā
oblationem, & exhibitionem aliter disponendi, si
Crescentius voluerit, quàm nouam actualem dispo-
sitionem, vt clarè indicant verba illa, *Hò mandato perciò à V.S. la copia del mio Testamento, che vedesse se era di suo gusto, perche altrimenti ne farò vn'altro,* & ibi, *Se poi vuol, che specifichi più chiaro, me l'auuisi che ne farò vn'altro*: oblatio autem. & exhibitio,
5 nisi ad actum producatur, nihil ponit in esse argu-
mento *text. in l. qui decem, § idem responsum est, ibique Bart. ff. de solut. & in l. seruus si hæred. in fin. ff. de*
6 *stat. liber.* Ideo dum Laura nouam dispositionem
non fecit, in eadem permansisse censetur, & episto-
la resoluitur in simplex ratiocinium, itaut haberi
7 debeat perinde ac si scripta non fuisset ad *text. in l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omissa caus. test l. peruaiā 36. in fin ff. si cert. pet. Menoch. cons. 660. num. 3. cum alijs in Arboren. Canonicatus 24. Ianuarij 1633. coram bon. mem. Merlino in recent. dec. 173. num. 2. par. 6.*
8 Prout etiam nihil releuat, quod Anna fuerit tan-
tummodò instituta hæres particularis, proindeque
non intret exceptio *l. vindicantem ff. de euict.* Quan-
9 dum omnia bona actiones, & iura dotalia Lauræ
sequutā acceptatione hæreditatis, effecta fuerunt
proprium patrimoniū Crescentij hæredis instituti,
illicò ceciderunt sub hypotheca ad fauorem suorū
10 creditorum: Vndè licet Anna fuerit tantummodo
hæres particularis, quæ habetur loco legatarij, ad-
11 huc tamen vindicare nō potest hæreditatē Lauræ à
creditoribus Crescentij, cum legatum non debeatur
12 legatario nisi prius deducto ære alieno legantis *l. vniuersa C. de legat. Bald. cons. 222. num. 1. lib. 4. Alex. cons. 5. sub num. 2. lib. 6.* Et creditoribus competat ad-
uersus eum retentio *l. si non sortem 26. §. si centum vbi Bart. & alij ff. de cond. & demonstr. Rota in Fauentina Bouorum 27. Iunij 1586. coram Platto, apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 976. num. 2. & coram san. memor. Gregor. dec. 254. num. 3. ibique Add. num. 7. & in recen. decis. 612. num. 5. par. 3. & in Maceraten. Saluiani, seu Spolij 12. Maij 1603. cor. bon. me. Manzanedo post Zacch de obligat. Camer. dec. 130. nu. 6.*
13 Non obstat, quod legatarius in re legata præfe-
ratur cæteris creditoribus testatoris, quando hære-
ditas est soluendo licet secus ea reperta non soluen-
do, vt tradit *Cyn. in l. 2. circa med. ibique Albric. num. 2. C. qui potior. in pign. haben. quem sequitur Bart. in l. is, cui §. postquam circa fin. ff. vt in poss. legat. Nata. cons. 199. num. 8. Surd. dec. 316. num. 12.* Eisdemque
14 creditoribus incumbat onus probandi inopiam
hæ-

hæreditatis ex allegatis per *Surd.d. decis. 316,nu.14. cum concord.*

Quia præter quod (si verum est, prout dicebant
informantes) pro creditoribus ex inuentario ab hæ-
redibus vniuersalibus confecto apparet in hæredi-
tate Crescentij nulla alia bona adesse præter iura
dotalia Lauræ, & mobilia Vrbis ipsi Annæ relicta:
prætensiones verò palatium, & domus ad vsum
Salsamentariæ ad Rotundam, de quibus meminit,
Rota in Romana Saluiani 7. Maij 1646. coram R.P.D.
15 *meo Pentingerio*, cum sint admodum intricatæ, &
inuolutæ litibus desumi non debent à creditoribus,
vt probat *text. in l. vel à debitoribus, ff. de relig. & sum-
ptibus funer.* & firmauit *Rota coram Reuerendissimo Vr-
gellen. dec. 212. num. 12.*
16 Conclusio procedit in creditore Chyrographario
non habente hypothecam, in quibus terminis lo-
quitur *gloss. huius opinionis magistra in d. l. Is cui,
§. postquam in verbo non habebitur, ff. vt in poss. legat.*
17 Secus verò vbi, prout hic, creditor ex obligatione
Camerali habet hypothecam: tunc enim præfertur
18 legatario in re legata etiam si hæreditas sit soluen-
da, vt in terminis egregè firmauit *Rota in Asculana
Domus 3. Iunij 1602. coram bon. mem. Coccino inter eius
impress 67. num. 7. cum plur. seqq. & in Venusina Lega-
ti 28 Iunij 1623. coram eodem in recent. dec. 493. num.
26. & 27. part. 8.* Creditor enim subobligatione
19 Camerali potest eligere vnum ex pignoribus debi-
toris sibi benè visum pro satisfactione sui crediti *l.
qui generaliter ff. qui potior. in pign. habean. & l. credito-
ris ff de distract. pignor. Sura. dec. 44. nu 6. Rot. dec. 741.
num. 1. par. 3. recent. & coram bon. mem. Coccino d. dec.
67. num. 9* ponderans pro ratione quod Testator non
20 potest hoc ius creditoribus impedire: legatarius
verò exercere non valet tacitam hypothecam sibi
pro legato competentem, nisi in eo quod remanet
satisfactis creditoribus, vt monuit *Bart. in l. credito-
ribus num 3. ff. de separat.*

Quod dicitur facultatem disponendi fuisse con-
ditionaliter datam Crescentio sub conditione scili-
cet quod infra biennium à die obitus Testatricis te-
neretur extinguere omnia debita, quibus eadem
Testatrix reperiebatur obnoxia, ibi, *Con obligo però,
e peso preciso di sodisfare in termine di duoi anni doppo la
mia morte tutti li miei debiti, nelli quali mi trouo o-
bligata*, DD. non habuerunt in consideratione ad-
uertentes institutionem fuisse puram, & verba supe-
21 rius relata non fuisse apposita ad suspenden. disposi-
tionem, sed solum pro maiori declaratione, & ad
inducen. in hærede obligationem, & onus soluendi
22 debita Testatoris, quæ de iure inerat ex deductis in
*Viterbien. fideicommissi 17. Febr. 1617. coram Manza-
nedo in rec. dec. 401. num. 1. par. 4.*

Et ità vtraque &c.

AVENIONEN. DILAPIDATIONIS BONORVM.

Lunæ 27. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Sequestrum apponitur, quando adest timor dilapida-
tionis, vel interitus rei, & possessor studiosè pro-
trahit iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio pendente lite prohibetur.*
2 *Sequestrum apponitur quando adest timor dilapi-
dationis, vel interitus rei.*
3 *Sequestratio facilius conceditur, quando probatur
dilapidatio.*
4 *Mater nec carcerari valet, nec à filio conueniri nisi
in quantum facere potest.*
5 *Sequestrum conceditur ne iudicium reddatur frus-
tratorium.*
6 *Sequestrum eo magis apponitur si possessor mali-
tiosè protrahat iudicium.*

DECISIO CCXLII.

IOannes Cardon in suo vltimo Testamento hæredē
sibi scripsit vniuersalem Stephanam Serenam vxo-
rem, quam excepta domo magna ipsius propriè ha-
bitationis restituere grauauit integram hæreditatē
Andreæ Cardon communi filio in casu transitus ad
secunda vota, monacationis, vel obitus, qua hære-
ditate per Serenam adita, prætendens Andreas in
magno sui præiudicio illam multa bona fideicom-
missaria subtraxisse, & dilapidasse, super huiusmo-
di dilapidatione iudicium introduxit, & ab A.C. fa-
uorabilem sententiam reportauit, declarantem Sere-
nam teneri hæreditatem, & fideicommissum præ-
fatum reintegrare de bonis, & pecunijs ibidem spe-
cificatis, quæ cum fecerit transitum in iudicatum
ob non interpositam appellationem in tempore cō-
missa mihi causa restitutionis in integrum, dubitaui
ad instantiam eiusdem Andreæ an esset apponen. se-
questrum, & affirmatiuè per DD. fuit resolutum.
1 Ratio resolutionis fuit, quia licet regulariter pen-
dente lite prohibita sit sequestratio *per text. in l. v-
nic. C. de probib. sequestri pecun, Bald. cons. 95. numer. 1.
lib. 1.* ab huiusmodi tamen regula receditur quando
timor dilapidationis, vel interitus rei, quæ seque-
2 strari petitur, tunc enim sequestrationi locum esse
probat *text. in l. Imperatores sub vers. ijdem restripse-
runt*, ibi, *tamen cum depopularentur ab aduersario
æquum sibi videri fructus apud sequestrationem de-
poni* vbi etiam *Bart. Angel. & Imol. ff. de appell.
in l. si cum dotem §. si autem in leuissimo, vers. si dotem
ibi, si verò dotem ita eum dissipare manifestum est,
vt hominem non frugi oportet hanc dotem seque-
strari ff. solut. matrim. & in cap. dilectus ibique Abb.
num. 20. de sequestr. poss. & fruct. Paris. cons. 41. num. 44.
lib. 1. Natta cons. 554. num. 1. & 2. Laderch. cons. 161.
num. 2. Angel. de Perus. de sequestr. num. 7. Iacob. de
Aret. num. 3. vers. item si super, & Curt. sen. num. 7.
vers. secundo fallit eodem tit. inter tract. magn. tom. 3.
par. 2. fol. 143. & 144. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru.
147. num. 3. & 4. & obseru. 148. num. 2. cum seqq. Scacc.
de iudic. lib. 1. cap. 381. num. 7. 8. & 9. Guidopap. decis.
246. num. 2. Add. ad Cappell. Tholos. dec. 478. numer. 3.
Mut. decis. Sicul. 92. num. 4. cum seqq. Rota decis. 326.
num. 3. par. 2. & decis 215. num. 1. & 2. par. 8. rec.*

In proposito autem non solum adest timor dila-
pidationis, sed illius concludens probatio ex præ-
3 fata sententia A.C. in iudicatum transacta *Summ. in-
formationis num. 1.* Hinc enim resultat præsumptio
iustitiæ, & rectitudinis, ac boni iuris Andreæ A-
ctoris, ex quibus facilius conceditur sequestratio, vt
notat *Abb. in cap. ab eo num. 6. de sequestr. poss. & fruct.
Paris. d. cons. 41. num. 45. cum seqq. lib. 1. Natt. d. cons.
584. sub num 5. vers. Et fiet sequestr. Curt. sen. vt supra
num. 14.* & distinguendo admisit, *Rota coram Card.
Canal. dec. 314. sub num. 4. vers. quæ hæc omnia.*

Eoque libentius cum agatur contra matrem, quæ
nec carcerari valet, nec à filio conueniri nisi in quā-
4 tum facere potest, vt probat *Text. in l. sunt hi qui
in fine ff. de re iudic. Bart. in l. si quis sub conditione
num. 20. ff. de testam. tutel. Farin. in par. 1. lib. 2. quæst. 27.
num. 63. Amat. decis. Marchiæ 19. num. 5 & 6.* Proinde-
5 que quia difficilis esset recuperatio fructuū sequu-
ta dilapidatione, æquitas suadet, vt sequestrum con-
cedatur, ne alias iudicium reddatur frustratorium,
*Abb. in dicto cap. Dilectus sub num. 16. vers. sed quan-
doque Gaill. d. obser. 147. num. 3. & d. obser. 148. num. 2.*

Rot.

Rot.diu. decis. 13.num. 1. par. 2. in Bituntina Separationis Thori 15. Ianuarij 1547. coram recol. mem. Cardin. Pamphilio, & in Monopolitana Pensionis 26. Februar. eiusdem anni coram Orano Grat. discept. forens. cap. 114. num.6.bon.mem. Buratt. decis. 545.nu.5. Rota in rec.d. dec.215.num.2. par. 8. eum præsertim suspicari possit, quod Serena studiosè iudiciū diutius protrahat, vt interim fructus capiat sicut apparet ex nuper à nouæ remissoriæ concessione post lapsum terminum in prima præfixum, ex hac enim suspicione differēdi iudicij procliuior debet esse iudex pro concessione sequestri, per quod occuritur malitiæ posses-
6 soris absque quod sua possessione priuetur, vt tradit *Abb. vbi proxime num.* 18. *vers. non oritur aliqua præsumptio Mut.d.decis.92.num. 7. & 8.*

Et itá resolutum Andrea tantum informante &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE STROZZIIS.

Luna 3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Hæres agens pro exhibitione scripturarum defuncti contra eum qui se immiscuit hæreditati, releuatur ob onere concludentis probationis illarum existentiæ penès reum conuentum cuius iuramento non statur, quod penès se alias scripturas non detineat vltra exhibitas, quando adest sola suspicio existentię aliarum scripturarum, & agitur de maxima successione, & graui pręiudicio Actoris, quo casu non attenditur nobilitas petentis iuramentum, nec illius honesta fama, & ex quibus existentia aliarum scripturarum vltra exhibitas apud reum pręsumatur, nec dicatur constare de sufficienti omnium exhibitione?

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio scripturarum præsumitur integra, & sufficiens itaut allegan'i contrarium incumbat onus plenè, & concludenter probandi aliarum existentiam.*

2 *Existentia aliarum scripturarum penes reum vltra exhibitas, nō probatur per Testes, qui nō deponunt constanter de numero excedente numerū exhibitarum, nec enunciant certum numerum sacculorum in quibus fuerunt reposita, & asportata.*

3 *In alternatiuis sufficit minorem partem verificare*

4 *Existentia scripturarum penes reum non probatur per Testes, qui non percutiunt tempus motæ litis cum ex supposita existentia de tempore depositionis non inferatur ad existentiam de tempore motæ litis.*

5 *Exhibere debens scripturas debet admitti ad iuramentum, quod ipse illas non habet, nec vnquam habuit, quando scripturæ fuerunt ab alio ad eius domum asportata absque eius ordine.*

6 *Maximè si agatur de viro nobili, & bona fama.*

7 *Existentia aliarum scripturarum penès reum vltra exhibitas probatur per Testes, quamuis non deponant de maiori numero saculorum in quibus erant reposita.*

8 *Exhibitio scripturarū nō pręsumitur integra, vbi Testes deponunt quod scripturæ per reum asportatę implebant tres magnas saccocias, & illæ fuerunt exhibitæ in tribus sacculis admodum paruulis vix implentibus vnicam saccociam magnam.*

9 *Exhibitio scripturarum ad hoc vt non sit integra sufficit vnius tantum scripturæ defectus.*

10 *Leuiores probationes, & verisimilitudines sufficiūt aduersus eum, qui se immiscuit alienæ hæreditati*

11 *Hæres agens contra eum, qui se immiscuit in hæreditate in illius odium releuatur ab onere concludentis probationis.*

12 *Exhibitio scripturarum non præsumitur integra, vbi scripturæ per reum asportatæ erant numeratæ litteris Alphabeti, & numeris Abbacalibus, & illæ exhibitæ non habent perfectam, & continuatam seriem numerorum.*

13 *Scripturæ per reum asportatæ, & dum erant litteris Alphabeti, & numeris Abbacalibus numeratæ tot deficere præsumuntur in illarum exhibitione quot cæteris numeris, ac litteris deficientibus verisimiliter adequari possent.*

14 *Testis licet vnicus, dum deponit de facto proprio facit plusquam semiplenam probationem.*

15 *Maxime vbi agitur de facto secreto, in quo veritas difficilius haberi potuisset.*

16 *Prima exhibitio scripturarum, quando non fuit integra, ita nec pariter integra præsumi debet secunda.*

17 *Exhibitio scripturarum si fuit facta à detentore cum iuramento quod penes se nullam aliam habebat, & ex post alias scripturas exhibeat primo loco non exhibitas, intrat suspicio quod adhuc alias occultet, adeout integram illarum exhibitionem allegare non valeat.*

18 *Cautio iuratoria ei amplius non competit, qui ad eam semel admissus falsum iurauit.*

19 *Scripturę vbi adest sola suspicio, quod extent penes reum conuentum, & agitur de magna successione, & graui præiudicio Actoris, Rota solet reo iuramentum denegare.*

20 *Amplia etiam non attenta nobilitate petentis iuramentum, nec illius honesta fama.*

21 *Existentia scripturarum penes reum conuentum semel probata ante motam litem suffragatur actori, quando reus illas asportauit, cum teneretur illas conseruare, eidemque actori restituere.*

22 *Petens scripturas exhiberi, docet de ipsius interesse, dum petit scripturas vti proprias ratione dominij.*

DECISIO CCXLIII.

PRoposito dubio an constet de sufficienti scripturarum exhibitione informantes pro D. Marchione Mario Frāgipano principaliter deduxerūt, quod cum prima vice coram R. P. D. meo Bichio, tunc A.C. in ciuilibus Locumtenente exhibitæ fuerint sexaginta nouem scripturæ, secunda verò coram me aliæ ad numerum centum ascendentes *Summ. ipsius*
1 *num.4.* Constare videatur de sufficienti, & integra illarum exhibitione, ita vt contrarium alleganti incumbat onus plenè, & concludenter aliarum existentiam probandi per *text. in l. 3. §. sciendum vbi gloss. in verb. summatim prope fin. ff. ad exhib.* quem sequuta fuit *Rota decis. 235. & dec. 239. vtrobique num. 1. par. 4. diuers. decis. 259. num. 1. par. 1. recentior. & coram bon.mem. Coccino dec. 63. pariter num. 1.*

2 Nec huiusmodi existentiam concludere Testes hinc inde examinatos, cum nullus ex ijs deponat de numero excedente numerum exhibitarum, nec enūciet certum numerum sacculorum, quibus mediantibus scripturæ è Domo Leonis Strozzij asportatæ fuerunt ad domum DD. de Frangipanis, sed solum dubitatiuè, & alternatiuè, duo scilicet de tribus, vel quatuor sacculis, alius verò de duobus, vel tribus,
3 Vndè cum in alternatiuis sufficiat minorem partem verificare *l. si ita stipulatus fuero, vbi gloss. ff. de verb. oblig.* Satis sit, quod scripturæ exhibitæ tres sacculos impleant. Accedente præsertim quod dicti Te-
4 stes non percutiunt tempus motæ litis, prout necessariò requiritur, cum ex supposita existentia de tempore depositionis non inferatur ad existentiam de tempore motæ litis ex doctrina *Castr. in l. si minorem*

num.4.

cedit contraria opinio, & onus non sufficit ad effe-
ctum, vt cessio vnicuique insolidum facta censeatur,
vt sequendo *Alciat. & Mant.* supra relatos firmauit
Rota in dicta Portuen. Stagni.

Prout nec refragatur, quod cessum fuerit ius re-
11 cuperandi bona, competens Marchioni cedenti vi-
gore fideicommissi ad eius fauorem purificati, quod
tanquam indiuiduum exerceri potuit à quolibet ex
cessionarijs in solidum ad *trad. per Alex. in l. Pupillo
§. si plurium ff. de non. oper. nunc. Rondegall. in l. eam-
dem num. 97. in fin. ff. de duobus reis Bellon. de iur. ac-
cresc. cap. 6. quaest. 72 num. 29.*

Fuit enim responsum, Margharitam petijsse cer-
tam quantitatem scutorum 1314. ac sententiam im-
missionis in Saluiano obtinuisse, donec de ea sibi
12 satisfieret; Vnde cum quantitas sit de sui natura
diuidua, ipsoque iure illius diuisio fiat inter stipu-
latores, vt tradit *Alciat. in l. si mihi & Titio numer. 2.*
vbi etiam *Ias. num. 9. ff. de verb. oblig.* quem sequitur
Bellon. d. cap. 6. quaest. 37. num. 49. vers. quamobrem.
Licet cessum fuerit ius indiuiduum, per petitionem
tamen certae quantitatis diuisionem recepit, effe-
ctumque fuit diuisibile, itaut Margharita pro eius
13 tantum rata, non autem pro integro credito agere
valerit, vt bene in his terminis respondit *Rota in
dicta Portuen. Stagni 16. Decembris* 1641. *§. Nec re-
fragatur.*

Caeterum ipsa etiam quantitas, pro qua fuit con-
cessa immissio detegitur excessiua; dum creditum
non iustificatur, nisi in scutis 950. Et immissio data
fuit pro summa scutorum 1341. non attento quod
Marchio Iulius in dicto Instrumento cessionis con-
fessus fuerit, in praefata summa ipsos esse creditores
Io: Baptistae, & aliorum de Castellis, quia de verita-
te crediti debet constare aliunde, quam per confes-
14 sionem cedentis ex iuribus cumulatis in dicta *decis.
§ Et demum*

Nec releuat, quod sententia immissionis adhuc
non fuerit executioni demandata.

Licet enim vera sit conclusio, quod sententia ex-
cessiua, dum non est exequuta, sustineatur, & con-
firmari potest pro quantitate verè debita, vt firma-
15 tum fuit in *in Romana fideicommissi de Spiritibus 4. Iu-
lij 1646. coram me § Quia praedicta*; procedit tamen
16 vbi agitur de illius confirmatione coram Iudice
appellationis; secus verò vbi agitur, prout hic, de
admittenda, vel reijcienda appellatione, tunc enim
sufficit, sententiam esse iniustam in parte tanquam
excessiuam, vt admittatur appellatio in totum, &
non sit locus Egidianae, vt pluribus relatis dictum
fuit in eadem *Romana fideicommissi de Spiritibus* 10.
Ianuarij eiusdem anni coram me. Sententia enim in
17 vna parte appellabilis, remanet appellabilis in to-
tum ob indiuiduitatem ex deductis in *Ariminen.
Saluiani 19 Iunij 1643. confirmata 30. Maij 1646. co-
ram R. P. D. meo Bichio, & in Viterbien. fideicommis-
si, seu Attentatorum 13. Maij 1644. cor. me, §. Quia
conclusio procedit circa med.* vbi quod nulla est ha-
benda ratio, quod sententia ratione materiae sit di-
uidua, quando ratione formae est indiuidua.

Et ita vtraque &c.

IANVEN. FRVCTVVM DOTIS.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Appellatio licet reddat attentatum, quicquid postea
geritur tàm ab appellato, quàm appellante, & in-
hibitio quicquid ab inhibito, & obtinente fuerit ge-
stum attamen excluduntur attentata, vbi appellatio
fuit deserta, & vbi inhibitio non est iudicialis, sed
extraiudicialis habens dumtaxat vim sequestri, &
quare?

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio A.C. reddit attentatum, quicquid postea
geritur.*
2 *Appellationem non interponere, vel interposita
renunciare paria sunt.*
3 *Appellatio reddit attentatum, quicquid postea
tam ab appellatio, quàm appellante geritur.*
4 *Inhibitio tàm inhibitum, quàm obtinentem afficit.*
5 *Appellatio ab vno interposita prodest etiam alteri
ex correis, quando causa defensionis est eadem in
vtroque.*
6 *Inhibitio iudicialis concessa in causa litigiosa, &
iam instructa tàm inhibitum, quàm obtinentem
afficit.*
7 *Secus autem in simplici inhibitione extraiudicia-
li habente dumtaxat vim sequestri.*
8 *Inhibitio extraiudicialis habens dumtaxat vim
sequestri, nullam litem inducit.*
9 *Inhibitio extraiudicialis habens dumtaxat vim
sequestri non afficit obtinentem, nec impedit
quin ipse pro suo credito possit insolutum recipere
ab inhibito bona in inhibitione contenta.*
10 *Appellatio, quae in termino biennij non fuit prose-
quuta, sed elapsis fatalibus remansit deserta, per-
inde est ac si nunquam fuisset interposita.*
11 *Attentata in spretum litis pendentia excluduntur
ex diuersitate causarum.*
12 *Attentata, vt dicantur commissa in spretum litis
pendentia, lis trahitur etiam ad annexa, &
connexa.*
13 *Dummodo tamen ius, quod innouatur implicitè
saltem, & indirectè deductum fuerit in causa, &
ab ea aliquo modo dependeat.*
14 *Secus si nullam habeat dependentiam ab ea, nec
connexionem.*
15 *Causae sunt diuersae, quando id, de quo agitur, num-
quam explicitè, seu implicitè fuit in lite de-
ductum.*
16 *Attentata non dantur, vbi causae sunt diuersae.*

DECISIO CCXXXIII.

ITerum DD. responderunt impedimenta à locis 50.
Montis fidei, de quibus agitur, esse remouenda eo
potissimum fundamento posito in inhibitione A. C.
quae reddit attentatam cessionem postea factam, vt
in *decis. sub die 29. Ianuarij 1646.*

Nec obstat, quod à dicta inhibitione fuerit ap-
pellatum, & causa appellationis simpliciter com-
missa *hodierno Summ. Marchionis num. 15.*

Quia appellatio interposita non fuit à D. Mar-
chione Marcello ab Auria, qui impedimenta prae-
stitit, sed à Io: Baptista eius filio deliberatario, qui
postmodum recessit à lite, & loca, de quibus agitur,
praeuio speciali Procuratore Barbarae matri resi-
gnauit, & resignationem factam ratificauit *nouo
Summ. Barbarae num.* 1. Cum enim ex his videatur
appellationi interpositae renunciasse, effectus dictae
inhibitionis remansit illaesus, ac in suo robore, cum
2 paria sint non appellare, vel appellationi interposi-
tae renunciare, *cap. cum sit Romana, & cap. sollicitudi-
nem de appell. Rota decis. 1. ante num. 3. eod. tit. in nou.
Caputaqu. dec. 177 num. 1. & 3. par. 3. Lancell. de atten.
par. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 21. cum alijs per bon. memor.
Buratt. dec. 301. num.* 17. Et nihilominus, supposita
3 etiam appellatione, dixerunt DD. impedimenta
fore remouenda tanquam pariter attentata, cum
ipsa quoque appellatio reddat attentatũ quidquid
postea tàm ab appellatio, quã ab appellante agitur
cap. non solum de appell. in 6. Auth. hodie C. eod. Rota

in

in recent. dec. 296. num. 1. par. 6. & in Bonon. fideicommissi de Bologninis 15. Martij 1641. coram bon. memor. Merlino.

Nec subsistit, quod fuerit etiam attentata secunda cessio eorumdem locorum montium facta ad fauorem Barbaræ matris nedum ob prædictam inhibitionem, quæ tàm inhibitum, quàm obtinentem afficit *iuxtà decis. Casad. 6. num. 1. super regul.* sed
5 etiam ob præfatam appellationem, quæ licèt interposita à Io: Baptista, prodest tamen etiam Marchioni Patri alteri ex correis cum causa defensionis sit eadem in vtroque *cap. vna sententia de appell. l. si quis separatam §. fin. ff. eod. & l. minoribus, vbi Ias. in 3. notab. C. de ijs quib. vti indign. cum alijs per Rotam post tract. de Salu. interd. dec. 298. num. 12.*
6 Quia quantum attinet ad inhibitionem superius allegata possent procedere, si ageretur de inhibitione iudiciali concessa in causa litigiosa, etiam instru-
7 cta, secus autem vbi agitur, prout hic, de simplici inhibitione, seù promissione extraiudiciali habente dumtaxat vim sequestri, hæc enim cum nullam in-
8 ducat litem *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. num. 210. Caroce. de sequestr. par. 4. quæst. 13. fol. 248. Grat. decis. for. cap. 906. num. 23.* non afficit obtinentem, nec im-
9 pedit, quin ipse pro suo credito possit in solutum recipere ab inhibito bona in inhibitione contenta, vt ad nostrum propositum explicat *Natta cons. 2. num. 1. 2. & 3. ac per tot. lib. 1.* Prætensa verò appel-
10 latio non est attendenda in præiudicium Barbaræ, dum in termino biennij, & integri quadriennij prosequuta non fuit, sed elapsis fatalibus remansit deserta, perinde, ac si nunquam fuisset interposita, *l. tempora. & l. per hanc C. de tempor. & reparat. appell. Bald. in l. cum anterioribus C. eod. Io. Andr. in cap. licèt de sent. excom. in 6. Rot. dec. 1. sub num. 3. ibique Add. num. 5. de appell. in nou. Lancellott. vbi supra p. 2. d. cap. 12. ampl. 1. num. 12. Afflict. decis. 78. sub num. 2. vers. Item quia est regia pragmatica bon. mem. Buratt. d. dec. 301. num. 10.*

Prout minus dici potest Isabellam de Franchis attenrasse consentiendo dictæ resignationi factæ ad fauorem Barbaræ non citato, nec vocato Marchione, dum inter ipsam, & eumdem Marchionem super dictis locis montium pendet lis coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Quia cum dicta lis agatur super realitate crediti Marchionis pro sustinenda deliberatione facta ad fauorem Io: Baptistæ, consensus verò præstitus fuerit ab Isabella ad effectum remouendi sequestrum, quod licèt impetratum, nedum super fructibus, vt deducitur in altera *decis.*, sed etiam super sorte principali dictorum locorum Montium, nihilominus semper remanet penitus diuersa, nec primariò, vel
11 secundariò influit ad præfatum consensum, ex diuersitate enim causarum excluduntur attentata, vt præter allegatos *in dicta decis.* dix it *Rota coram Cardin. Mantic. decis. 322 num. 13. & 14. in Romana Domus 8. Maij 1616. coram Card. Sacrato, & 26. Martij 1618. coram bon. mem. Andr. relat. per Add. ad san. memor. Gregor. dec. 345. num. 6.*
12 Nec releuat, quod ad istum effectum lis trahatur etiam ad annexa, & connexa, vt dictum fuit in *Barchinonen. Iurisdictionis 18. Iunij 1640. coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo, & in Cæsaraugustana Distributionum, seù Attentatorum 26. Iunij 1645. coram me.*
13 Placuit enim responsio, quod hoc posset procedere, si præfatus consensus aliquam haberet dependentiam, & connexitatem cum antedicta lite, in quibus terminis loquitur *decisio Barchinonen. Iurisdictionis coram Eminentissimo D. Cardin. Panzirolo*, vel si ius, & prætensio sequestri implicitè saltem, & indirectè in ea deducta fuisset, vt explicat *d. decisio Cæsaraugustana distributionum.* Contrarium verò dicendum est, vbi, prout hic, nec vllam dependentiam, aut
14 connexitatem habet, nec in lite peracta *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, vllo vnquam modo siuè explicito, siuè implicito ius sequestri deductum
15 fuit, tunc enim causæ dicuntur omninò diuersæ, &
16 independentes, itaut gesta in vna non pariant attentata in altera, ad *trad. per Lancellott. hoc tract. p. 2. cap. 4. lim. 3. in princ. & num. 7. Card. Mant. d. dec. 322. num. 14.* cum alijs supra allegatis.

Cæterum prætensa satisfactio deducta ex adiudicatione reddituum fiscalium facta Barbaræ ex Decreto consilij Neapolitani, remouetur ex facto cum facta fuerit in satisfactionem sortis principalis, non autem fructuum, pro quibus hodiè agitur, vt respondetur in altera *decis. §. secundo non iustificatur.* Quæ verò longa serie deducta fuere per Marchionem in præsenti dispositione, non fuerunt habita in consideratione, cum non tangant articulum executionis mandati Rotalis relaxati à *bon. mem. Coccino*, qui solum pendet coram me vti Iudice exequente, & ideò erunt discutienda coram *R. P. D. meo Merlino* in gradu restitutionis in integrum super negocio principali.

Et ità resolutum vtraque &c.

ROMANA SVBHASTATIONIS DE ALEXIIS.

Veneris 15. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Creditor an, & quando possit executiuè agere contra tertium, bona possidentem per dationem in solutum, vel alio titulo dominij, quid si iure pignoris mandatum præsumptum in Procuratore ex quibus inducatur?

SVMMARIVM.

1 *Tertius possessor non potest executiuè conueniri, num. 1.*
2 *Tertius possidens iure dominij non tenetur iustificare titulum, sed sufficit illum allegare, vel tantum probare possessionem, & num. 18.*
3 *Datio in solutum extinguit ab initio debitum, & inducit liberationem debitoris, & num. 3.*
4 *Pro expresso habetur, quod non potest nisi in vno solo verificari.*
5 *Assertioni Iudicis sine actis pro facti iustificatione non creditur.*
6 *Mandatum de immittendo remanet ipso iure nullum, & inniustum stante notorio errore.*
7 *Neque nocet Creditoribus possidentibus, & in illius relaxatione non citatis.*
8 *Clausula sine præiudicio possidentium operatur, vt respectu ipsorum immissio habeatur pro non tradita.*
9 *Mandatum sufficiens in Procuratore præsumitur si ab initio vsque ad finem litem egit, & plures fecit abinstantias, in qua autem summa vide ibid.*
10 *Mandatum præsumptum facilius inducitur ad vnũ actum, si in alijs erat etiam constitutus Procurator.*
11 *Ecclesiæ nomine potest quilibet de populo possessionem adipisci sine mandato.*
12 *Procurator vti talis recognitus non potest impugnari esse talem, nisi contrarium clarè probetur.*
13 *Recognitio in Procuratorem facta à muliere sustinetur sine solemnitatibus.*
14 *Mandatum simplex ad lites non suffragatur pro capienda possessione.*

15 Mandatum expressum, & præsumptum dari potest in vna, & eadem persona.
16 Debitor detectis creditoribus non potest insolutū dare bona in fraudem parata exequutionis alias enī cōtra tertiū acquirentē executiuè proceditur.
17 Maximè si acquirens habuerit scientiam litis, & executioni scapta à creditoribus, & datio insolutum fuerit de omnibus bonis.
19 Possessor allegans titulum aliunde habitum, quàm à debitore non tenetur illum plenè iustificare.
20 Secus si dixisset causam habuisse ab ipso debitore, & num.22.
21 Filius emancipatus asserens bona possessa fuisse sibi à Patre donata tenetur hoc probare.
23 Subhastatio non impeditur à tertio possidente tantummodo iure pignoris, licèt anteriori.
24 Maximè si possit expleri sine præiudicio possessoris.

DECISIO CCXXXIV.

SVb die 12. Decembris 1644. dictum fuit non esse
proceden. ad subhastationem bonorum ab Antonina possessorum, eum ab ea possiderentur titulo
Dominij, & proprietatis vigore dationis in solutum
habitæ à Iulio Vrsino, propter quam vt tertia non
1 poterat exequutiuè conueniri, iuxtà Theor. Alex. in
l. à Dino Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. Quantumuis huiusmodi dationem plenè non iustificaret,
eum tertius possidens iure dominij non teneatur pro
impedienda exequutione titulum iustificare, sed suf-
2 ficiat illum allegare, & probare possessionem per
ea, quæ tradunt Doctores, & in specie Bart. in d. l. à
Dino Pio d. §. Si super rebus num 4. cum alijs in decision.
sub dicta die emanata adductis, à qua tamen hodie
DD. recesserunt. Quia per exhibitionem Instrumenti consensus apparet euidenter Iulium non dedisse
Antoninæ bona huiusmodi insolutum, sed solum
eidem assignasse certam ratam fructuum, & pensionum temporaliter duraturam donec, & quousque
eidem restituerentur scuta 3000. pro residuo suæ
dotis, ibi, Deliberauit eidem Antoninæ eius germanæ
sorori ad bonum computum scutorum 4500. vt supra
debitorum soluere, & exbursare scuta 1500. & pro
fructibus aliorum scutorum 3000. cedere, & assignare
pensiones domorum ad rationem sex cum dimidio pro
quolibet centenario, & anno donec, & quousque totam
integram summam scutorum 3000. eidem Antoniæ solueret &c. & ibi, Pro fructibus eorumdem scutorum
3000. tantùm, & non vltra pro residuo, & sorte principali dotis prædictæ, vt supra debita vsque tamen ad
integram solutionem, & illius restitutionem cessit, &
transtulit, & assignauit eidem D. Antoninæ Vrsinæ sine
præiudicio anterioritatis, & aliorum quorumcumque
Iurium, &c. tot pensiones annuas ad rationem sex cum
dimidio pro quolibet centenario, & anno domorum ad d.
Iulium spectan. & pertinen. &c. Licèt enim verbum,
assignare, quando patitur subiecta materia importet dominij translationem, & dationem in solutum,
vbi tamen, prout hic, assignantur tantummodò fructus temporaliter quousque creditori de sorte satisfiat adiecto pacto, quod non censeatur facta nouatio,
nec inducta liberatio obligatorum, impossibile est,
quod importet dationem in solutum, cum hæc tanquam habens vim solutionis extinguat ab initio debitum, & inducat liberationem debitoris, aliorum-
3 que obligatorum, vt notat Bart. in l. si quis aliam in
princ. ff. de solut. & in l. si quis aliam in princ. ff. de solut. & in l. libera, C. de sent. & interloquut. iudic. Paris. cons. 81. num. 35. lib. 2. Surd. cons. 243. nu. 7. Rota
in recent. dec. 261. num. 15. & 17. par. 7.

Proindè nihil releuat enunciatiua mandati de
immittendo concessi ab A. C. Anno 1622. tum quia
non docto de alio consensu referri debet, & intelligi
4 de consensu præcedenti supra expresso præstito per
Iulium die 13. Iulij 1617. qui tamen, vt dictum est
continet simplicem assignationem fructuum ad
text. in l. 2. ff. de liber. & posthum. Ruin. cons. 165. num. 8.
lib. 2. Giurb. dec. 45. num. 9. Rota coram san. memor.
Greg. dec. 90. num. 3. Tùm quia assertioni Iudicis si-
5 ne actis pro facti iustificatione non creditur, vt consuluit Menoch. cons. 439. num. 28. Mastrill. dec. 80. num. 10.
& dixit Rota in recent. decis. 451. num. 12. par. 2. & in
Anconitana Spolij 9. Iulij 1610. coram Card. Sacrato
impressa apud Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 235.
num. 2.

Eoque minus, quia præfatum mandatum laborat
aperto vitio nullitatis, & iniustitiæ, dum A. C. in illius relaxatione supposuit consensum à Iulio præstitum continere veram dationem insolutum cum
dominij translatione ibi, Et suum consensum perfectum dedit, & præstitit, vt iure medio dicta Domina
Antonina pro satisfactione &c. dicta bona possideat,
fruaturque, & gaudeat naturali, & titulari dominio
&c. atque ad illum expressam relationem habuit,
ibi. Quoniam stante Instrumento dotali respectiuè cessionis, & consensus præstiti &c. Hinc enim dum præfatus consensus in effectu continet tantùmodo simplicem assignationem ratæ fructuum, & pensionum
temporaliter duraturam, vt dictum est, ex capite
6 notorij erroris mandatum remanet ipso iure nullū,
& iniustum, vt notant Ant. de Butr. in cap. cum Bertoldus sub num. 22. vers. quintus casus est de sent. & re
iud. Dec. in l. errorem calculi sub num. 11. vers. secunda
Bartoli cons. 603. num. 14. benè Alex. cons. 123. num. 6. &
7. vers. tamen quoad propositum lib. 1. Curt. iun. cons. 170.
num. 7. & 8. Surd. cons. 223. num. 4 Vaut. de nullit. ex
defect. process. num. 129. Afflict. decis. 47. num. 3. & 4.
Cardin. Seraphin. dec. 641. num. 1. & 2. Ideoque noce-
7 re nequit creditoribus, qui vlterius in possessione
reperiebantur, nec in illius relaxatione vocati, seù
citati fuerunt l. de vnoquoque ff. de re iud. Clem. sæpè
ibique gloss. de verb. signific. Rota penes Achill. dec. 3.
num. 2. de re iud. Card. Seraph. decis. 1477. num. 2. vers.
num in sententia, & dixit Rota in Bonon. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Bichio, alijsque relatis in Bituntina Census 29. Nouembris 1645.
coram R. P. D. meo Corrado. §. fin. Cum præsertim Iu-
8 dex addiderit clausulam sine præiudicio possidentium,
& habentium meliora, & potiora iura, quæ operatur,
vt respectu possidentium immissio habeatur pro
non tradita, vt benè declarat Peregr. de fideicomm.
art. 47. num. 29. & art. 48. num. 36. vers. & indubitanter,
pluribusque adductis firmauit Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 24. Nouembris 1621. coram
bon. mem. Pirouano apud Merlin. de legit. dec. 32. nu. 5.
& 23. Ianuarij 1630. & 30. Aprilis 1632. coram eodem
altera in recent. dec. 340. num. 14. & 15. par. 5. altera
decis. 10. num. 6. post Tambur. de iur. Abbatiss. & coram
Card. Cæual. decis. 62. num. 6. inferens num. 7. posse adhuc creditores exequutiuè procedere.

De possessione autem creditorum Domini non
dubitarunt, cum sola exceptio, quod capta fuerit à
Castano Procuratore sine speciali mandato non sit
releuans, dum idē Castanus litē hanc ab initio vsq;
9 ad finem pro creditoribus egit, pluresque fecit impensas in ea capienda, ex quibus mandatum sufficiens præsumi dixit Rota coram Card. Serap. dec. 856.
num. 5. & dec. 933. num 2. coram san. mem. Greg. dec. 324.
vbi Add. num. 6. firmant sufficere impensam vnius
ducati in recent. dec. 187. num. 6 par. 6. vbi quod reputatur sufficiens impensa, quæ excedit iulios decem
cum alijs in Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij
1645.

1645. §. *primo autem circa fin.* & *in Bonon. Rescissionis Contractus* 28. *Iunij eiusdem anni coram me* §. *nec satisfacit*. Iuncto præsertim, quod idem erat etiam Procurator in alijs, vndè facilius etiam præsumitur con-
10 stitutus ad hunc actum, vt in his terminis ponderauit *Rota in Maceraten. Magazzeni, seu Manutentionis* 24. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendissimo D. Episcopo Patauino*. Vltra quod possessio fuerat etiam
11 capta pro Ecclesijs, & locis Pijs pariter creditoribus, quorum respectu non erat opus alio mandato, cum quilibet de populo possit Ecclesiæ nomine possessionem adipisci, vt monuit *Burat. in l. Ciuitatibus* 125. *num.* 3. & *seqq. ff. de leg.* 1. *Felin. in cap. cum olim num.* 2. de testibus cum cæteris adductis in alia *Maceraten. Magazzeni, seu Manutentionis* 28. *Iunij* 1641. *coram bon. mem. Merlino*.

Antonina tamen nullatenus opponere potest huiusmodi defectum, dum Castanus possessionem cæpit vti Procurator, & ipsa vti talem illum recogno-
12 uit, eidemque vti Procuratori creditorum promisit pensiones soluere. Hinc enim non potest amplius negare esse talem, nisi contrarium clarè probet, vt tradunt *gloss. & Doctores in l. Pomponius*, §. *Rathabitionis*, *ff. de Procurat. Natta cons.* 262. *num.* 7. *Surd. dec.* 104. *num.* 12. & *seqq. bon. mem. Buratt. dec.* 409. *num.* 12. & dictum fuit *in Spoletana hæreditatis* 2. *Aprilis* 1618. *coram Sanctiss. D. N.*

Recognitio autem huiusmodi non potest impu-
13 gnari ex defectu solemnitatum, dum ex ea non desumitur obligatio, sed dumtaxat probatio, vt fuit dictum in *Romana Dotis* 10. *Ianuarij* 1600. *coram bon. mem. Card. Sacrato*.

14 Ideò nihil releuat, quod simplex mandatum ad lites non suffragatur pro capienda possessione, quantumuis habeat clausulas amplissimas cum facultate faciendi omnia, quæ principales ipsi facere possent pro finali complemento exactionis crediti ex latè deductis in *Romana Palatij* 29. *Aprilis* 1633. *coram R. P. D. meo Ghisilerio*. Quia vltra mandatum expres-
15 sum allegatur etiam præsumptum ad capiendam possessionem, quæ simul concurrere possent, vt consuluit *Ruin. cons.* 35. *nu.* 20. *lib.* 1. & dixit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. dec.* 9. *num.* 25. *cum alijs in Romana Alimentorum* 4. *Decembris* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio*, & in supracitata *Maceraten. Magazzeni, seu manutentionis coram Reuerendissimo Patauino*, in vna enim, & eadem persona datur multiplicatio mandatorum, expressi scilicet, & præsumpti, vt dixit *Rota in dd. Ciuitaten. Archipresbiteratus*, *fin.* & *Bononien. rescissionis contractus* d. §. *nec satisfacit in fin. coram me*.

Sed vlterius dixerunt Domini perperam allegari dationem insolutum, quæ probata non esset efficax ad impediendam executionem creditorum, dum illi non solum erant detecti, sed executionem cæperant, reportando sententiam in Saluiano, & illius vigore
16 capiendo possessionem; debitor enim detectis creditoribus non potest in fraudem paratæ executionis bona distrahere, & vni in solutum dare, alioquin cōtra tertium acquirentem exequutiuè procedatur etiam absque reuocatoria, vt tradit *Caucer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 362. *cum seqq.* & pluribus relatis firmauit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. dec.* 364. *num.* 26. & 32. & *bon. mem. Buratt. dec.* 627. *sub num.* 5. *vers. quia vltra quod*, *Add. ad eundem dec.* 450. *num.* 6. & in terminis, quod agi possit contra mulierem se tuentem titulo dotis decisum fuit *in Narnien. Dotium*, & *Alimentorum* 29. *Maij* 1630. *coram R. P. D. meo Ghisilerio impress. apud Modern. Perus. de subbast. dec.* 84. *num.* 3. & 4.

17 Quod sine difficultate procedit hoc casu concurrente in Antonina scientia litis, & executionis iam cæptæ ob recognitionem factam in Dominum erga creditores in actu captæ possessionis, & quia datio in solutum fuisset de omnibus bonis: contra scientem enim litem, & executionem facilius procedatur rectà via per ea, quæ in his terminis dicta sunt in supracitata *Narnien. Dotium*, & *Alimentorum nu.* 6. Et quando alienatio est vniuersalis omnium bonorum eo magis præsumitur in fraudem aliorum, ne aliundè consequi possint satisfactionem, vt ponderauit *Rota coram Vrgellen. d. decis.* 364. *num.* 12. & 13. & admittitur in alia *decis. huius causæ*, *vers. Neque DD. voluerunt*.

Ex his itaque habetur responsio ad theoricam *Bart. in supracitata l. à Diuo Pio*, §. *si super rebus numer.* 4. *ff. de re iud.* Vt possidens non teneatur iustifi-
18 care titulum, sed solum dicit se possidere: tunc enim non cogitur docere de titulo, cum hic ex possessione præsumatur, & in his terminis loquuntur *Couar. pract. quæst. cap.* 16. *num.* 4. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 4. §. 5. *num.* 3. *Peguer. dec.* 205. *numer.* 7. *Greg. dec.* 22. *num.* 3. cæterique omnes ad proposi-
19 tum allegati: vel quando allegat titulum aliunde habitum, quàm à debitore, tunc enim sufficit docere de titulo colorato, & apparenter absque onere plenioris iustificationis, in quibus terminis loquuntur *Felin. in cap. super num.* 16. *vers. Intellige tamen de re iud. Gozzad. cons.* 103. *num.* 10. *vers. secundo respondeo Sessa de inhibit. cap.* 5. §. 10. *num.* 48. Secus autem
20 quando, vt hic, possidens allegat titulum habitum ab eodem debitore ex donatione, datione in solutum & similibus, allegando enim titulum adstringitur ad illius iustificationem, ad quam alias non adstringeretur, & allegando illum habuisse à debitore, fatetur debitorem olim fuisse Dominum. Dum ergo subdit debitorem amplius non possidere, sed possessionem ad se deuenisse titulo dationis in solutum, tenetur validè docere, & legitimè deuenisse, sic concludenter probare validitatem dationis in solutum, vt magistraliter distinguendo consuluit, *Castr. cons.* 143. *sub num.* 3. *vers. Probatio autem lib.* 1. reddens optimam rationem, quia intentio petentis executionem sufficienter fundatur in eo, quod possidens causam habeat à debitore, ex quo enim semel fatetur fuisse Dominum, præsumitur etiā nunc Dominus, nisi contrarium ostendatur, & sic onus huiusmodi probationis incumbit ipsi possessori, allegatque bonum *text. in l. fine possidetis*, *C. de probat.*
21 vbi filius emancipatus afferens bona prouenire à Patre, sed sibi ab eo fuisse donata, tenetur hoc probare, siue agat, siue conueniatur, & in his terminis emanarunt resolutiones *in Romana, seu Æsina Donationis* 23. *Martij* 1640. *coram R. P. D. meo Ghisilerio*, vbi quia possidens allegauerat donationem habitā à debitore, protestando ne fieret executio super bonis sibi ab eodem debitore donatis, Rota censuit huiusmodi protestationem non releuare non docto
22 de valida donatione, & legitimo dominio bonorū, & *in Anconitana dotis* 28. *Aprilis* 1643. *coram me*, vbi in specie dictum fuit contraria procedere, quando possessor non habet causam à debitore: & cum hac distinctione conciliantur omnes authoritates, & decisiones ad id allegari solitæ: cum ergò Antonina non steterit in terminis simplicis possessionis, sed vlterius allegauerit titulum dationis in solutum habitæ ab Vrsino hærede debitoris, obligauit se ad illius iustificationem adeo, vt non iustificata datione in solutum, nec possessio, nec protestatio desuper facta iuxta cautelam *Angeli in d. l. à Diuo Pio* suffra-

getur, ac impediendo executionem ex adductis in dd. *Rom. seù Æsina Donationis, & Ancont. Dotis supra relatis.*

Consequens ergo est, vt actis iam transportatis deueniatur ad subhastationem, quæ impediri non
23 potest à tertio possidente tantummodo iure pignoris, licèt anteriori per *Text. clarum in d. l. à Diuo Pio, §. Quod si res fuerit pignorata, ibiq; communiter scribentes de re iudic.* Etiam absque alia relaxatione mandati, quando, prout hic, petens exequutionem possidet, & licentiam obtinuit à *Sanctiss. Mangil. de subhast. qu. 126. num. 14.* & sæpius firmauit Rota in pluribus causis relatis in alia decisione, vbi admittitur hæc conclusio, licèt ex diuersitate facti, ex quo suppositum fuerat Antoninam esse dominam, contrarium firmatum fuerit.

Et in hanc sententiam facilius iuerunt Domini, aduertentes ex forma rescripti, Antoninam non fore amouendam à sua possessione, sed ea firma manente procedendum esse ad subbastationem ad effectum in primis, & antè omnia sibi integraliter satisfaciendi de suo credito, & de eo, quod superest cæteris creditoribus posterioribus, ex quo illis magnum commodum paratur, sibi verò nullum infer-
24 tur præiudicium, nec in aliquo eius conditio deterior efficitur, dum pignus interim dimissura non est, adeò vt proinde facilius permitti debeat hæc exequutio penitùs explenda sine præiudicio possessoris, vt monuit *Bart. in d. l. à Diuo Pio, §. si super rebus num. 8. & tradit Couar. pract. qu. cap. 16. nu. 4. vers. Quintum Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 78. Peregr. d. dec. 205. sub num. 7. vers. Couaruuias.* Et in terminis de muliere tenente pignus pro sua dote *Cuman. in d. l. §. Quod si res fuerit pignorata num. 1. et 2.* quem refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. cap. 941. num. 3. cum plur. seqq. subdens num. 6.* hoc esse multum notandum ad fauorem posteriorum creditorũ.

Et ita vtraque &c.

RAVENATEN. SEV FERRARIEN. DECIMARVM.

Luna 25. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Dominium directum probatur ex enunciatiuis concessionum. Laici sunt incapaces iuris decimandi. Constitutio Bonifaciana, & Paulina declaratur, & aliqua de purgatione Moræ ob incursam caducitatem.

SVMMARIVM.

1 *Datur reintegratio docto de dominio bonorum, & nullitate concessionis.*

2 *Dominium probatur ex enunciatiua in inuestitura apposita rem esse de iure Ecclesia iuncta solutione canonum.*

3 *Ius decimandi Laicis non potest concedi.*

4 *Beneplacitum Apostolicum ex cursu temporis præsumptum non sufficit, quãdo adest incapacitas, secus si cõcurrit immemorabilis cũ fama priuilegij.*

5 *Constitutio Bonifaciana quid disponat ad fauorem Ferrariensium.*

6 *Fructus Decimales non possunt concedi laicis, sed solum emolumentum.*

7 *Concessio de iure decimandi non potest sustineri ratione emolumenti.*

8 *Priuilegio non iuuatur, qui non adimplet conditiones in eo requisitas.*

9 *Renouatione non petita in tempore præfixo incurritur caducitas etiam si pæna non fuerit expressa.*

10 *Dominus lapso tempore non tenetur concedere renouationem.*

11 *Mora purgatur de æquitate canonica si non est geminata, & num. 12.*

13 *Oblatio ad effectum purgandi moram debet esse realis, non verbalis.*

14 *Minores habent restitutionem in integrum ad petendam inuestituram.*

15 *Restitutio in integrum post maiorem ætatem non datur nisi infrà quadriennium.*

DECISIO CCXXXV.

CApitulo, & Canonicis Ecclesiæ Rauennaten. dandam esse reintegrationem Domini responderunt, cum de Dominio bonor. de quibus agitur, dubitari
1 non potest, & concessiones factæ à Capitulo antecessoribus de Tassonis fuerint nullæ. *Caputaq. dec. 170. num. 3. & seqq. & dec. 182. par. 3. & in Neapolit. Spolij penes Marches. p. 1. fol. 102. & in Salamant. stipendior. post tract. de manut. dec. 96. num. 4. & in Messanen. Testamenti 28. Iunij 1634. coram Eminentiss. D. Card. Verospio.*

Dominium enim, & antiqua possessio Ecclesiæ, præter quod non controuertitur à Tassonis abundè probatur ex multis Instrumentis concessio-
2 num ab eodem Capitulo factarum cum assertione proprij dominij, iuncta solutione canonum per longissimum tempus alijsque pluribus, quæ simul iuncta probant concludenter dominium ad quemcumque effectum iuxtà theoricam *Bart. communitèr receptam in l. ad probationem C. locat. Rip. in l. si aliquam rem num. 39. ff. de acquir. poss. quam sæpius sequuta fuit Rota in decision. relatis, & approbatis in Rom. Deuolutionis 28. Maij & 14. Decembr. 1625. coram bon. me. Pirouano, & in Æsina Bonor. 27. Aprilis 1635. coram bo. me. Buccab. in Nouarien. Bonor. 15. Decembr. 1632. coram bo. me. Coccino, & in Portuen. Stagni 19. Iunij 1637. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.* Accedente præsertim Bulla fel. record. Pauli V. impressa post Statutum Ferrariæ §. *Præterea*, vbi expresè disponitur, quod si in aliquo instrumento enuncietur rem esse de iure Ecclesiæ, fundata exindè sit intentio eiusdem super iure, & Dominio enunciato.

Nullitas autem concessionum est euidens, quia
3 concessum fuit iusdecimandi laycis, cuius ipsi sunt prorsùs incapaces resistente Concilio Lateranen. de quo in *cap. Prohibemus de decim, & in c. cum, & plantare de priuil. Rebuff. de decim. qu. 13. num. 78. & seqq. Paseth. cons. 55. num. 10. & cons. 57. num. 11. Rota in Placentina decim. 31. Ianuar. 1586. & 29. Maij 1587. coram Bubalo in Mediolanen. rescissionis permut. coram recol. me. Card. Pamphilio 23. Maij 1597. in Cæsaraugustana Decim. 29. Ianuar. 1618. coram S. D. N. in Albinganen. Decim. 23. Iunij 1627. cor. Card. Virile, & in terminis huius Ciuit. in Ferrarien. Decim. quæ est dec. 545. num. 1. par. 4 rec.*

Nèc sustineri possunt ex præsumpto Beneplacito Apostolico propter obseruantiam longissimi temporis: Quia propter incapacitatem laycorum Beneplacitum præsumptum non sufficit; sed requiritur particulare priuilegium Apostolicum cum derogatione *cap. Nuper de Decim:* & Concilij Lateranen. vel Immemorabilis cum fama priuilegij, quæ tamen hic deficiunt, vt *Io: Andr. in cap. cum Apostolica n. 9.* alijque scribentes de his, quæ fiunt à *Prælat. benè Felin. in cap. causam num. 3. de præscript. & in cap. cum contingat sub num. 4. vers. Si tamen simus de for. compet. Rebuff. dicta qu. 13. num. 69. Garz. de Benef. part. 1. cap. 2. num. 38. Monet. de Decim. cap. 5. qu. 5. à num. 114. vsque, & per tot. num. 118. firmauit Rota in præcitat. decision. cum alijs in Corduben. decim. de Lucena 27. Febr. 1636. coram bo. me. Coccino, quæ est dec. 103. n. 10. & seqq. par. 7. rec.* vbi quod ad immemorabilem requi-

ritur

ritur fama Priuilegij, vel recognitio feudalis antè
Concilium Lateranen., vel æquipollens.

Minùs refragatur Constitutio Bonifaciana præ-
cipiens, quod omnia bona stabilia, & feuda quæcũ-
5 que in Ciuitate, comitatu, & districtu Ferrarien. exi-
stentia, quæ vel ab Ecclesiasticis locis, vel particu-
laribus Hominibus, & Incolis recognoscuntur, &
tenentur propter canonem non solutum, & serui-
tium non impensum, aut inuestituram debitis tem-
poribus non petitam, vel electionem non factam
in commissum, non cadant, nec ad Dominos de-
luantur: Quia hodie non agitur ad reintegratio-
nem aliquo ex his capitibus, sed ob nullitatem ex
concessione decimarum facta laycis, de quibus Bo-
nifaciana constitutio non loquitur, vt declarauit
*Fel. record. Paulus V. in sua Constit. edita anno 1619.
§. Et insuper ad consulendum.*

Vndè nihil refert, quod concessiones loquantur
etiam de fructibus Decimalibus: Quia præterquod
6 nec minùs fructus decimales possunt concedi laycis,
sed sola commoditas, & emolumentum, ex quo fru-
ctus decimales tanquàm dependentes à Iure decimã-
di, spectant ad eum, qui huiusmodi ius habet ad
*Text. in l. vsufructu legato 7. in princ. ff. de vsufr. Bar-
bos. de iur. vniuers. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. in princ. nu.
2. & 3.* cum non sola commoditas, & fructus con-
cessi fuerint, sed ius ipsum decimandi, vt expressè
dicitur in prima locatione Anni 1343. ibi, *decimas
& ius decimandi, & ius percipiendi decimas, & in 2.
anni* 1457. ibi, *Iure Affictus perpetualis inuestiuit,
&c. de duabus partibus decimarum, & iuris deci-
mandi, & fructus decimales percipiendi pro dua-
bus omnium fructuum,* & in 3. anni 1649. ibi, *&
Et dixit possidere d. ius à Capitulo, & Canonici d. Ec-
clesiæ, & in empt. Iuris decimandi facta à Duce Fer-
rariæ ab illis de Oelando anno* 1641. ibi, *Ac etiam de-
cimam, & ius decimandi pro duabus partibus, & in
instrumento Donationis facta à Decano Ferrariæ Iulio
Tassono sen. anno* 1487. ibi, *Item de decimis, seù iure
decimandi, & demum in vltimo instrumento inuestitu-
ræ anni* 1608. ibi, *eamque decimam, seù ius deciman-
di fuisse, & esse Summ. Capituli num. 2. 3. 4. 5. 6. & 8.*
7 si enim concessioues sunt nullæ ratione iuris deci-
mandi, quod laycis concedi non poterat, non pos-
sunt sustineri ratione fructuum, & commoditatis,
vt in terminis respondit *Rota in Placent. Decim. cor.
Bubalo in Albinganen. decim. coram Card. Virile, & in
Ferrarien. decim. quæ est dec. 545. num. 2. par. 4. rec. su-
pra allegatis.*

Firmata nullitate concessionum reintegratio eui-
tari non potest ex eo, quod in eadem Constitutione
Paulina indulgetur, quod decimarum inuestituræ
antè quadraginta annos concessæ ad fauorem de
nouo fiant in fauorem eorumdem, vel aliorum ab
ipsis causam habentium, quoad decimarum emo-
lumenta tantùm, vt in dicto §. *Et nuper ad consu-
len.* Quia cum huiusmodi facultas petendi renoua-
tionem sit restricta ad bienniium cum conditione
quod augeatur canon, ibi, *de quo ipsi layci teneantur
infrà biennium proximum accipere Inuestituras, seù
Renouationes prædictas ab Ecclesiasticis personis præ-
dictis, qui aucto tamen canone pro vtilitate Eccle-
siarum, &c.* Et nec intra dictum biennium, nec non
augumento Canonis renouatio petita fuerit ex de-
8 fectu qualitatis per Pontificem requisitæ non pos-
sunt vti constitutione, vt docet *Bart. in l. 1. §. ais Præ-
tor ff. ne quid in flum. pub. &c. Alex. cons. 172. numer. 5.
lib. 2. Curt. sen. cons. 59. num. 7.* cum alijs per *Rot. cor.
Card. Mant. dec. 163. num. 3. in rec. dec. 234. num. 13. &
dec. 578 num. 4. par. 1. dec. 603 num. 1 par. 4. coram Reue-
rendissimo Vigellen. decis. 19. numer. 15.*

Nec refert, quod Constitutio non petenti intrà
biennium, non imponat pœnam caducitatis; Quia
cum non petenti renouationem in tempore præfixo
9 pœnam caducitatis sit imposita à iure communi *cap.
longinquitate 12. qu. 2. cap 1. §. Titius filios si de feud.
defunct. content. sit inter domin. & Agnat. & cap. 1. §.
Præterea il 1. de probib. feud. alien. per Feder. Ias. in l.
2. num. 23. C. de Iur. emphit. Bero. cons. 119. num. 5. lib.
1. Riminald. iun. cons. 94. num. 10. & 11. Caldas. de em-
phit. lib. 1. qu. 5. num. 11. Corbul. de caus. priuat. ob non
petit. reinuest. num. 1. et seq.* Subintelligitur etiam si
expressè non fuerit apposita, cum Constitutio in-
terpretationem recipiat à iure, & quatenus opus sit
ab eo suppleatur, vt aduertit *Castr. cons. 106. num. 2.
lib. 2. Tiraq. de legib. connub. glos. 8. num. 49.* cum alijs
per *Rot. in Rom. Dotis 10. Iunij 1626. cor. bon. me. Coc-
cino §. fin.*

Eoque magis, quia terminus præfixus Emphyteu-
tæ ad peten. renouationem, censetur etiam præfi-
10 xus Domino ad eam concedendam: Cum ergò
eo lapso Dominus concedere non teneatur *Bero.
cons. 116. num. 6. & d. cons. 119. num. 5. libr. 5. Corbul.
vbi sup. num. 7. & Cald. pariter vbi sup. num. 13.* con-
sequens est, vt lapso tempore emphyteuta rema-
neat sine actione, & sine titulo, quibus deficienti-
bus bona Ecclesiæ retineri non possunt ex iuribus su-
pra deductis.

Prout etiam nihil refert, quòd aliàs iudicialitèr
fuerit petita renouatio; Quia cum petita non fue-
rit ad præscriptum Paulinæ, scilicet nec infrà bien-
nium, nec cum Augumento canonis, nec prò solo
emolumento decimarum, sed potius ad formam
antiquarum inuestiturarum absque vllo augumen-
to canonis, & quod peius est pro iure decimandi, vt
expressè habetur *in processu fol. 167. vsque ad 169.* ibi,
*ad renouan. in eius personam inuestit. alias factam Com.
Iulio Patri, ac Com. Galeatio Patruo decimarum, &
iuris decimandi in Villis, &c. & quatenus opus sit ad
ipsum inuestien. &c.* & ibi, *& sic se obtulit in effectu
paratum accipere dictam inuestituram dd. decimar. ad
tenorem, & formam antiquarum inuestiturarum Summ.
earumdem de Tassonis num. 6.* Tantùm abest, quod
dicatur petita renouatio iuxtà Constitutionem Pau-
linam, quod immò eruitur proteruia petentis per-
sistendi in antiquis inuestituris, ob quam eo minus
euitari potest eadem Constitutio.

Et hinc frustra dicitur locũ esse purgationi mo-
ræ, quia præterquod hodie de hoc non quæritur,
sed solum de reintegratione, pro qua sufficit inue-
stituras hùc vsque factas, esse nullas, & nouam re-
nouationem Paulinam non fuisse petitam, licèt ali-
11 quando Rota soleat purgationẽ huiusmodi admit-
tere æquitatem Canonicam sequendo, vt in *dec. 577.
n. 2. & 4. p. 2. rec.* & in alijs relatis per *Add. ad sa. me.
Greg. dec. 559. num. 10.* Hoc tamen procederet, si
infra modicum tempus post lapsum termini Tassoni
renouationes petijssent secundum formam præscri-
ptam à dicta constitutione Paulina, & canones de-
cursos obtulissent, cum æquitas canonica, celerem
solum purgationem admittat *cap. potuit ibiq; glos. in
verb. celeri extr. de locat.* secùs autem vbi, prout hìc,
biennium ad peten. renouationem terminauit an-
no 1621. & ab indè citrà effluxi fuere anni 25. tunc
12 enim ob nimiam longitudinem, & cursum plurium
annorum mora dicitur geminata, quæ nec etiam
ex æquitate canonica ad purgationem admittitur
iuxta *Theoric. Bart. in l. si Insulam num. 2. vers. secun-
dò opinor, & quam secuti fuerunt Rip. ibid. num. 77.
Alex. sub num. 29. vers. Ex quo infert, cæterique scriben-*

tes

tes ff. de verb. oblig. Gozzad. cons. 57. numer. 18. vers. 4. quoties Decian. cons. 10. num. 15. lib. 1. Bero. cons. 120. num. 21. lib. 1. Seraph. de priuil. Iuram. priuil. 48. num. 3. & 25. Grat. discept. for. cap. 708. num. 21. cum alijs per *Modern. de Saluian. interd. inspect. 5. cap. vnic. num. 199. senat. Pedem. dec. 71. num. 7. Cyriac. coatr. for. capit. 156. num. 37.* & dictum fuit in *Mediolanen. Donat. 29. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Ghisilerio §. Vlterius cum agatur*, nec allegari potest prætensa petitio, & oblatio soluendi canones decursos per 20. annos, & ad reficienda damna, ac litium expensas, cum fuerit
13 tantummodò verbalis, ad hunc enim effectum requiritur oblatio realis, & actualis solutio sine aliqua dilatione, vt notat *Ancharan. cons. 420. numer. 4. vers. venio ad tertium dubium Grat. disc. for. cap. 515. num. 22.* cum alijs relatis per *Add. bon. me. Buratt. dec. 517. num. 5. & 6.*

Quod autem dicebatur tempore constitutionis Paulinæ aliquos ex inuestitis fuisse pupillos, quibus non currit tempus ad petendam inuestituram, alios
14 verò fuisse minores, quibus ad eam petendam datur restitutio in integrum es deductis per *Cald. de emphyt. lib. 1. qu. 5. num. 11. & 22. & Corbul. de caus. priuat.* ob non petit. *Inuest. num. 27. & seq.* Domini non babuerunt in consideratione, tùm quia tunc temporis erant maiores Iulius Pater, & Galeatius Patruus, quibus facta fuerat inuestitura, adeò vt proinde dum illi non petierunt, non potest ex ipsorum negligentia concedi bæredibus restitutio. Tum quia ab indè citrà spatio 25. annorum omnes sunt effecti maiores, & tamen nunquam renouationes legitimè petierunt, Vndè non competit amplius restitutio in integrum, cum hæc post maio-
15 rem ętatem non detur nisi infra quadriennium *l. fin. vbi DD. omnes C. de temp. in integr. restit. cap. 1. eod. tit. in 6. Odd. de restit. in integr. par. 1. qu. 20. nu. 12. & seqq. Rota in Rom. Casalis Paluzzerti 11. Martij 1619. coram Manzanedo, & apud bon. mem. Buratt. decis. 75. numer. 22.*

Et ità vtraque parte informante &c.

BONONIEN. NVLLITATIS CONCORDIÆ.

Luna 11. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Transactio facta ex falso supposito, & causa minus vera currit ipso iure, obligatus ad francandum, si intra tempus præfisum non francauerit, tenetur ad solutionem fructuum loco damnorum; & interesse, & ex quibus solutio præsumatur facta potius pro fructibus, quàm pro francatione Census?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad solutionem pecuniarum pro francatione census, non docto de earum vera, & reali solutione, adeout francatio fieri potuisset, tenetur ad damna, & interesse.*

2 *Transactio extorta ex falso supposito, & causa minus vera corruit ipso iure.*

3 *Confessus cum iuramento non potest à sua confessione recedere.*

4 *Confessio contra confitentem ponit rem in claris, & quamlibet superat probationem.*

DECISIO CCXXXVI.

TRansactionem initam anno 1630. non obstare Com. Iulianæ bis resolutum fuerat sub diebus 12. Iunij 1645. & 15. Iunij 1646. contra quas resolutiones cum Com. Alemannus iterùm repetijsset solutionem factam Officialibus Hospitalis Puerorum S. Mariæ Magdalenæ Bononiæ in summa libr. 2100. cessisse in satisfactionem debiti paterni libr. 2662. & sic transactionem adhuc subsistere, facto priùs verbo in Rota causam reproposui, & Domini hoc minimè obstante perstiterunt in decisis.

Ratio resolutionis fuit, quia cùm, vt in secunda decisione dicebatur, idem Alemannus anno 1614. sub obligatione Camerali promiserit soluere de proprio infra triennium in manibus Pirri, & Gozzadini libras bis mille ad cõputum, & diminutionem debiti paterni, quibus francari, & extingui debuisset census similis summæ, cùm Officialibus prædicti
1 Hospitalis non docto de earum reali, & vera solutione, ità vt francatio, & extinctio fieri potuisset, tenebatur ad damna, & interesse, vt tradũt cõmuniter *DD. in l. Stipulationes non diuidunt, ff. de verb. oblig. Angel. in l. prima, § si hares, ff. ad Trebellian. Alex. cons. 63. num. 11. lib. 6. Honded. cons. 39. nu. 3. lib. 2. Surd. cons. 330. num. 5. Card. Seraph. dec. 671. num. 7. bon. me. Bur. dec. 234. num. 5. Card. Caual. dec. 605. num. 1.* Et loco illorum adstringi poterat ad solutionem fructuum decursorum, & decurrendorum, *Hond. d. cons. 39. n. 4. & cons. 82. num. 22. lib. 2.* cùm alijs in vltima decisione alleg. quibus addi possunt, *Bald. in l. si quid pars num. 3. C. de ser. & aqu. Natt. cons. 536. num. 7. Gabr. cons. 57. num. 2. lib. 1. Rota diuers. dec. 444. num. 3. vers. Quibus non obstan. part. 1. Grat. disc. for. c. 240. num. 35. sanct. mem. Gregor. dec. 156. ibique Add. num. 13. & firmauit Rota in Tiburtina Census 26. Maij 1600. coram Iusto impress. post Cent. de Cens. decis. 138. nu. 8. & coram Card. Caual. decis. 110. num. 1. & 2.*

Quæ veritas hodiè clariùs liquet ex verbis, eiusdem transactionis, ibi, *Sed in vim verbi per eum sępius dati soluisse dd. Officialibus mediante D. Com. Pirro de Blanchis pro Censibus decursis dictis assumptis, & Officialibus summam libr. 2100. vt ex partitis, &c.* Dùm itaque ex assertione, & confessione ipsiusmet Alemanni prædictæ libræ 2100. persolutæ fuerunt pro Censibus, seù fructibus decursis, solutio cessit in extinctionem debiti proprij iustà formam suæ obligationis, non autem in satisfactionem debiti paterni, quæ allegari non potest nisi sequuta reali,
2 & effectiua Census extinctione, & consequenter trãsactio semper remanet extorta ex falso supposito, & causa minus vera, quæ corruit ipso iure, vt prætèr allegatos in vtraque decisione sæpiùs dixit *Rota, & signantèr in Meleuitana bareditatis prima Iulij 1633. coram R. P. D. meo Ghisuerio, §. iniustè etiam pronunciatum fuit in eadem causa coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo 26. Ianuarij 1637. §. Respectu alterius, & 29. Maij eiusdem anni, §. non obstat, & in Bononien. fideicommissi de Leonorijs 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, §. Sicuti neque obstat.*

Nec mouit DD. replicatio, quod solutio facta fuit Officialibus mediante Pirro de Blanchis, cui iniunctum erat onus francaudi, & extinguendi censum, & sic potiùs videatur facta per Alemannum in causam extinctionis sortis, quàm fructuum decursorum.

Quia dùm ipse in dicta transactione medio iuramento confessus fuit, & asseruit d. quantitatem persolutam fuisse prò fructibus decursis non potest am-
3 plius à dicta confessione recedere, prætendendo solutionem cessisse in causam extinctionis sortis ex regula, quod *semel de reg. iur. in 6.* Si enim dictam quantitatem Pirro persoluisset ad effectum extinguendi censum, fassus minimè fuisset solutiones cessisse pro fructibus, sed veram, & effectiuam extinctionem procurasset, cùm maxime inspecta propria obligatione potuisset reddi clarum, quod quousque cẽsus extingueretur, fructus illius soluere tenebatur saltem loco damnorum, & interesse ex supra dedu-
4 ctis, confessio enim contra confitentem ponit rem in claris, & quamlibet superat probationem *l. primo, C. de*

C. de confess. leg. proindè, §. notandum, ff. ad l. Aquil. Et ità vtraque &c.

LEODIEN. PRÆPOSITVRÆ TONGREN.

Ven. 22. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Manutentio, quia non conceditur sine possessione, ideò disputatur hic, an sufficiat possessio insteumentalis capta non citato possessore, qui eo tempore reperiebatue immissus ab ordinario in administratione Præpositurae, de qua agitue, tamquam ad eam, electus in pacitate votorum cum altero à capitulo, pee facultatem illi à Pontifice concessam; & eesolutio est affirmatiua, quia Administeatoees sunt tamquã Oeconomi, qui tamdiù Ecclesiam, seù beneficium detinent, quamdiù aliquis de eo prouideatur. Vndè quia possessio administratoris expicauit pee prouisionem Apostolicam benè potuit, & soluuutur difficultates in contracium.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis apprehensa alio non possidente est manutenibilis.*

2 *Possessio naturalis, & realis quamuis vnica, sufficit pro manutentione.*

3 *Possessio Canonicatus, licèt instrumentalis, quando fuit approbata à Capitulo sufficit pro manutentione.*

4 *Possessio tacita Canonicatus ex quibus resultet?*

5 *Possessio prouiso Apostolico tradi non potest ab executore litterarum Apostolicarum, possessore non citato.*

6 *Ad immissionem, & executionem litterarum Apostolicarum, quando possit procedi possessore non citato?*

7 *Administrator beneficij tamquam ad id nominatus à facultatem habentibus non dicitur verus possessor amplia num 11.*

8 *Possessio non dicitur plena, quando immissio tradita fuit dumtaxat pro simplici, & nuda administratione.*

9 *Executor litterarum Apostolicarum, quando efficiatur mixtus, & teneatur partes Iudicis assumere.*

10 *Executor litterarum Apostolicarum, vt efficiatur mixtus, & teneatur partes Iudicis assumere quid requiratur?*

12 *Oeconomus tamdiù beneficium detinet, quandiù aliquis de eo prouideatur.*

13 *Administratio beneficij expirat, & possessio remanet vacua, quando de eo aliquis prouisus fuit à Sede Apostolica.*

14 *Administrator beneficij ex superuenienti prouisione Apostolica sub eadem data alteri concessa, continuat anteriorem possessionem mutato solum titulo possidendi.*

15 *Procedit conclusio si medio tempore nullum ius tertio quæsitum fuit, & ipsa possessio remansit apud eumdem administratorem secus è contra, num. 16. & seqq.*

17 *Possessio beneficij iure administrationis retenta resoluta extitit per illius prouisionem num 19.*

18 *Prouisio Apostolica superueniens non retrotrahitur in praeiudicium tertij.*

20 *Possessionem quam quis non habet, non potest continuare.*

21 *Prouisus Apostolicus de beneficio, quod administrabat, & quod alter medio tempore impetrauit, tenetur capere possessionem de manu executoris iuris ordine seruato.*

22 *Executor litterarum Apostolicarum in duplici prouisione, & paritate tituli tenetur omittere posteriorum, & assumere partes Iudicis.*

23 *Executor litterarũ Apostolicarũ, tunc tenetur assumere partes Iudicis, quando contradictor vltra paritatem tituli esset verus, & legitimus possessor, secus è contra, num. 26.*

24 *Executor litterarũ Apostolicarũ tunc tenetur assumere partes Iudicis, quando corã ipso cõparuisset alter prouisus, & quilibet ipsorum ageret remedio adipiscenda, secus è contra, num. 25.*

27 *Executor litterarum Apostolicarum, quando potest ad executionem procedere se extraiudicialiter informando?*

28 *Clausula*, Amoto, *nihil penitus operatur dum non adest legitimus contradictor, & possessio est vacans.*

29 *Clausula*, Amoto, *& similes non faciunt executorem mixtum, sed adhuc remanet merus, & procedere potest forma iudiciaria non seruata.*

DECISIO CCXXXVII.

VAcante Præpositura Ecclesiæ Collegiatæ B. M. Vieginis Tongren. & electis à Capitulo Laurentio de Mean, & Arnoldo Hoensbrouch, cùm vterque prætenderet se electum in paritate votorum Sanctissimum adiuerunt, à quo prouisionem Apostolicam impetraeunt; Laurentius verò litteeis expeditis, & coeam exequutore ibidem deputato porrectis, præuio illius mandato, & mediante speciali Peocuratore die 18. Septembeis 1646. possessionem capitulacitèr fuit assequutus *Summ. num. 4.* Vndè introducta causa in *Rota ex remed. l. diffamari de Ingen. & manum.* dubitatum fuit, an, & cui dandum esset mandatum de manutenendo, dubioque peoposito pro Laurentio Domini responderunt.

Constat enim de illius anteriori possessione ne-
1 dum instrumentali semel, & bis apprehensa, quæ alio non possidente est manutenibilis *vulg. l. prædia, vbi Bart. & alij ff. de acquir. poss.* Verùm etiam naturali, & eeali mediante effectiua exactione decimarum, quæ licèt vnica sufficit pro manutentione *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 23. ibiq. Rip. numer. 52. & 53. de caus. poss. & propriet. Bald. cons. 251. per tot. lib. 5. Rota in Romana locorum montium 14. Maij 1629. coram bo. me. Card. Vitile, post Modern. de manutent. dec. 265. num. 10. & in Bergomen. pensionis 23. Martij 1640. coram bo. me. Coccino,* concuerente præsertim approbatione Capituli, tàm expressa, dum
2 possessionem instrumentalem confirmauit *Sum. n. 6.* quàm tacita resultante ex distributione facta de Regalijs fabeicæ solui solitis, & ab eodem Laurentio solutis consideeauit *Rota cora. Cassad. dec. 8. de caus. poss. & propr. & in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. coram me, §. cessatque difficultas.*

Non obstante, quod huiusmodi possessio teadita fueeit ab executore Aenoldo minimè citato. Quia
3 dum non constabat de ipsius possessione, potuit eo non vocato ad exequutionem, & immissionem procedere, vt tradit *Rebuff. in prax. de form. & declar. non promis. verbo Amoto exindè versic. Nec virtute huius clausula Gonz. ad reg. 8. glos. 9. num. 226. Garz. de benef. part. 6. cap. 2. num. 141. alijsque relatis dictum fuit in Ciuitatem. Archipresbyteratus 24. Martij 1645. coram me, §. prout etiam non obstat.*

Nec releuat, quod eo tempore immissus repeeire-
4 tue per Nuncium Apostolicum in administrationẽ Præposituræ, de qua agitue, tamquam ad eam electus iuxtà *Indultum san. mem. Sixti V. eidem Capitulo Leodien. concessum eius, Summ. num. 2. & 3.*

Quià cùm huiusmodi immissio tradita fueeit
5 dumtaxat pro simplici, & nuda administratione cùm cautione de fideliter administrando, ac resti-

tuen-

tuendo fructus ex actos, quatenus electio infrà sex
menses approbata, vel reprobata fuerit, præcipitur
in eodem indulto, ibi, *Præstita tamen cautione idonea*
in manibus nostris, & Sedis Apostolicæ Nuncij pro
tempore in illis partibus existentis de fideliter admi-
6 *nistrando, necnon quatenus eorum electiones infrà sex*
menses non fuerint confirmatæ de reddendo fidele
computum Administrationis huiusmodi, ac de resti-
tuendo redditus per eosdem exactos in manibus, &c.
idemque legitur in ipsa immissione, seù deputatio-
ne, ibi, *Nec non cautione tua per te ipsum solem-*
7 *niter quàmprimum præstanda de Præpositura præ-*
dicta fideliter administrando, quatenus tuam appro-
bari, vel reprobari contigerit electionem de redden-
do fidele computum Administrationis, & de restituen-
8 *do redditus per te exactos, &c.* Possessio non
dicitur plena, nec exequutor effectus fuit mixtus,
9 ità vt teneretur partes Iudicis assumere, & posses-
sorem huiusmodi in Iudicio vocare, cum ad istum
effectum requiratur, vt intùs sit aliquis non sim-
plicis administrationis, vel custodiæ gratia, sed ani-
mo possidendi, vt post *Achill. decis. 1. num. 2. de caus.*
poss. & propr. respondit, Rota in Celsonen. Parochia-
lis 22. Iunij, & 17. Iunij, & 15. Nouembris 1642.
coram R. P. D. meo Peutingerio, in Florentina Parochia-
lis 19. Ianuarij 1643. coram Reuerend. P. D. meo
Bichio, & in Perusina Parochialis 4. Iulij 1646. co-
ram me.

Idque eò facilius ponderando, quod huiusmodi
10 administratores prouisionalem tantummodo de-
putationem obtinent, ac administrationem tempo-
raliter exercent, donec scilicet, & quousque Proui-
sio, & confirmatio Apostolica per Pontificem con-
cedatur, vt satis clarè colligitur ex verbis eiusdem
11 Indulti, ibi, *Et in concordia huiusmodi Caueatur ex-*
præssè, quod pro tempore electi antè confirmationem
Apostolicam nullo modo in administrationem præpositu-
rarum, earumdemq; fructuum se ingerere possint, &c. cu-
pientes itaq; &c. Statuimus, &c. quod Præpositi ad dd.
Præposituras pro tempore electi à die electionis ad sex
menses, &c. iurisdictionem prædictā exercere, nec nō bona,
res, fructus, redditus, & prouentus Præpositurarum exi-
gere, &c. præstita tamen, &c. idemq; seruatur in Oeco-
12 nomo, qui tandiù Ecclesiam, seù beneficium detinet,
illudque custodit, quandiù aliquis de eo prouidea-
tur, vt statuitur per *Sacr. Concil. Trid. sess. 24. c. 18.*
de reform. Vndè quamuis etiam Arnoldus immis-
13 sus esset in huiusmodi administrationem, nihilomi-
nus obtenta per Laurentium Apostolica prouisio-
ne, & electionis confirmatione cessauit penitus om-
ne ius administratoris, ipsaque administratio expi-
rauit, & possessio remansit vacua ex *Doctor. Innoc. in*
cap. ex parte, num. 3. de arbitr. quam probauit Rota in
supra allegatis Celsonen. Parochialis, §. tollebatur etiam,
& Florentina Parochialis, ac priùs in Naulen. Paro-
chialis 31. Martij 1642. coram bo. me. Merlino, §. Non
obstat allegata confirmata 10. Iunij 1643. coram R. P.
D. meo Peutingerio, §. Quia possessio prouisionalis, nec
non in dictis Treueren. Archidiaconatus, §. Non obstat,
primò, & Perusina Parochialis, §. fin. coram me.
14 Ideòque non subsistit, quod ex superuenienti pro-
uisione Apostolica eidem Arnoldo sub eadem data
concessa, ipse continuare potuerit suam anteriorem
possessionem, mutando solum primæua iura, & ti-
tulum possidendi iuxtà doctrinam *Bald. in leg. 2. nu-*
mer. 63. versic. Sed pone aliquis, ff. de seruit. & aqu.
15 Conclusio enim procederet, si medio tempore
antè huiusmodi prouisionem nullum ius tertio quę-
situm fuisset, ipsaque possessio apud eundem admi-
nistratorem adhuc existeret, vt dixit, *Rot. in Alexan-*
drina Archipræsbyteratus 28. Iunij 1627. coram bon.
mem. Merlino post Modern. de manut. dec. 57. num. 3. 4.
16 *& 7.* Secùs autem, vbi prout hic, medio tempore
quæsitum fuit ius tertio per alteram Apostolicam
17 prouisionem, & possessio iure administrationis re-
tenta resoluta extitit ex supra deductis; Tunc enim
18 fieri non potest conuersio, seù mutatio possessionis,
nec superueniens Apostolica Prouisio trahitur re-
tro in ipsius tertij præiudicium, vt sic distinguen-
do doctrinam *Bald. firmauit in nostris terminis, Aym.*
cons. 171. num. 19. Hipol. Riminald. cons. 100. num. 25.
bene Lotter. de re benef. lib. 3. quæstion. 5. num. 43. quod
etiam admisit *Rot. in dicta Alexandrina Archipræs-*
19 *byteratus, num. 6.* Dùm enim Laurentius medio tem-
pore prouisionem obtinuit, illiusque vigore posses-
sionem capitulariter fuit assequutus, non potuit Ar-
noldus, cuius prouisionalis deputatio fuerat resolu-
ta, possessionem, quàm non habebat, continuare, sed
litteris expeditis suæ prouisionis, & coram exe-
20 quutore porrectis, ac citato Laurentio legitimo pos-
sessore, possessionem de manu eiusdem exequuto-
ris iuris ordine seruato capere tenebatur, vt in si-
mili firmatum fuit *in Tridentina* Parochialis *5. De-*
cembris 1646. coram me, §. Nec iuuat allegare.
21 Et propterea nihil releuat, quod exequutor litte-
rarum Laurentij prætèr duplicem prouisionem
22 Apostolicam, & paritatem titulorum teneretur as-
sumere partes Iudicis cum plena causæ cognitione
super illorum releuantia omisso penitùs possessorio
ad tradit *Bart. num. 21. Dec. num. 46. & Zuecard. num.*
34. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. quos sequuta fuit,
Rota in rec. dec. 233. num. 37. & 38. part. 5.

Fuit enim responsum, quod obiectum procede-
23 ret, si Arnoldus vltrà paritatem tituli habuisset ve-
ram, & legitimam possessionem, vt tradit, *Lotter.*
vbi supra lib. 2. q. 20. num. 217. & dixit, Rota dec. 197.
num. 1. vers. tamen illa part. 2. & Melius decis. 641. sub
num. 1. vers. Quia conclusio part. 4. rec. ac in Tirasonen.
Cappellaniæ 13. Martij, & 7. Aprilis 1606. coram San-
24 *ctissimo D. N. §. nec potest Michael.* Vel si expeditis
litteris suæ prouisionis coram eodem exequutore
comparuisset, antequam in possessionem immissus
fuisset, & cùm eo concurrendo quilibet ipsorum
ageret remedio adipiscendæ, vt explicat, *Garz. de*
benef. part. 6. cap. 2. num. 143. cum seqq. & respondit,
Rota coram Mohed. dec. 5. per tot. & signanter sub nu. 2.
vers. Et ratio est, & decis. 13. per tot. ac præcipuè vers.
Et fuit tantùm vt lit. pen. Modern. Bonon. de legitim.
25 *contrad. qu. 2. art. 1. nu. 45.* Secùs autem dicendum
est in proposito, quo Arnoldus, nec cum pari titulo
26 litteris expeditis comparuit coram exequutore an-
tequàm traderet possessionem Laurentio, nec repe-
riebatur in legitima possessione, vt supra firmatum
27 fuit; Tunc enim quia possessio erat vacans, nec
aliquis comparuit legitimus contradictor, potuit
exequutor tanquàm merus ad executionem proce-
dere se extraiudicialiter informando; vt prætèr su-
prà relatos dictum fuit *in Dertusen.* Parochialis *14.*
Nouemb. 1631. cor. bo. me. Card. Vbaldo, in rec. dec. 71.
num. 6. part. 6. alijsque adductis in Verulana beneficio-
rum 31. Ianuarij 1646. coram me.
28 Vndè clausula, *Amoto*, & similes nihil penitus o-
perantur; Dum enim nullus aderat legitimus con-
tradictor, & possessio erat vacans, huiusmodi clau-
sulæ non faciunt exequutorem mixtum, sed adhuc
remanet merus, & procedere potest forma iudicia-
ria, minimè seruata, vt alijs omissis plenè, & ma-
gistraliter firmatum fuit in *Leodien. Abbatiæ 14. Ia-*
nuarij 1622. coram eodem bo. me. Card. Vbaldo, in rec.
decis. 333. num. 2. 3. & 4. part. 8. in dictis Treueren.

Archi-

Archidiaconatus, §. *Et hinc nihil, releuat, Ciuitaten. Archipræsbiteratus*, §. *Prout etiam non obstat, & Verulana beneficiorum*, §. *Minus releuat, post medium coram me.*

Et ita resolutum vtraque &c.

VLADISLAVIEN. VILLÆ DE OPPEMBVRCH.

Ven. 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Remissoria quando concedenda, & an super omnibus articulis, si vnus tantum sit releuans.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur etiam absque fumo quando causa est prophana, & articuli sunt releuantes.*
2 *Attentata debent in primis reuocari.*
3 *Immemorabilis deficit constito decerto initio.*
4 *Scripturis magis, quàm Testibus deferendum est.*
5 *Remissoria conceditur super omnibus, si vnus tantum articulus sit releuans.*
6 *Articuli calumniosi, & impertinentes reijciuntur.*
7 *Testes admittantur ad coadiuuandam probationem orientem ex scripturis.*
8 *Remissoria conceditur ad probandum ea, quæ sine Testibus probari non possunt.*

DECISIO CCXXXVIII.

Abbas, & Monachi Pelplini egerunt coram R.P. D. meo Otthobono pro reuocatione attentatorum commissorum per Reuerendissimum D. Episcopum Vladislauiæ, & præuia vnica decisione sub die 3. Iulij 1635. loco reuocationis illorum obtinuerunt manutentionem in possessione Villæ, de qua agitur; Deuolutaque postmodum causa appellationis coram me cùm facultate manutenendi quê de iure præuijs duabus alijs decisionibus sub diebus 13. Aprilis, & 4. Iulij 1647. ipsis paritèr fuit concessa manutentio in quasi possessione vtilis dominij tantum. Verum quia prædicta attentata non consistunt simpliciter, vt prætenditur, in noda occupatione dicti vtilis dominij, sed in quibusdam alijs pluribus actibus præiudicialibus, propterea ijdem Abbas, & Monachi, productis articulis, petierunt remissoriam, quam, disputato dubio, dandam esse DD. existimarunt.

Causa enim est prophana, & propterea concurrête acticulorum releuantia etiam absque fumo veri-
1 tatis materiæ articulatæ in qualibet instantia remissoria conceditur iuxtà *decisionem Caputaq. 68. n. 1. p. 3. quam passim Rota approbauit, & signanter in Pampiloaen. Vicariæ de Stello 3. Iunij 1643. §. Quia licet, & in Auenionen. dilapidationis bonorum 7. Maij 1646. coram me, ac postremò in Tullen. nullitatis matrimonij 18. Martij proximè præteriti coram R. P. D. meo Ghisiliero.*

Releuantiam autem dixerunt Domini satis desumi ex nono articulo continente post diem 19. Ianuarij, modernum Episcopum Vladislauiæ mediantibus eius ministris edictis, & mandatis per diem sub arresto detinuisse Sculterum, & Scabinos Oppemburcenses, eosdemque coegisse ad præstan. fidelitatis iuramentum, Apparitorem incarcerasse, demoliri fecisse carceres Oppembruchi exegisse à pluribus, & diuersis personis eiusdem Villæ census, & mulctas ad Abbatê spectantes, deuenisseque ad multos alios actus, & præiudicialia tàm inexigendo, quàm in fabricando, & respectiuè demoliendo, Dùm enim hęc omnia, vt articulatur, gesta fuerunt post d. diem 19. Ianuarij, & sic post legitimam recusationem eiusdem Episcopi, eiusque Tribunalis, ac post præsentatam inhibitionem Rotalem, quatenus probarentur, à vitio nullitatis, & attentatorum
2 minimè possent excusari, & in primis, & ante omnia venirent reuocanda, vt de gestis post recusationem Iudicis vti suspecti prætec allegatos *in decisione coram R. P. D. meo Otthobono, §. Cum enim actus, est text. apertus in cap. Quoties Episcopi secundo quæst. 3. Bald. in cap. Suspicionis, num. 2. ibique Imol. num. 18. de offic. deleg. Bart. cons. 105. n. 1. Paul. de Castr. cons. 121. num. 2. lib. 2. Roman. cons. 220. num. 7. Lap. alleg. 1. n. 1. 2. & 3. cum seqq. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 7. sub num. 2. vers. aliàs omnia per ipsum gesta, & num. 21. Rota diuers. dec. 2. num. 17. part. 2. & in rec. dec. 165. num. 2. & 3. part. 3. Et tenuit Rota, & signanter in Cæsaraugustana distributionum, seù attentatorum 17. Februarij 1645. & in Bonon. attentatorum 18. Iunij 1646. coram me.*

Nec obstat, quod alij articuli tendentes ad proban. Immemorialem possessionem Abbatis, & Monachorum duorum aggerum fluminis Radunicusis & Ohranæ, necnon eligendi Sculteetum, ac recipiendi bona caduca, & obuentiones sint irreleuantes, nec super eis concedi possit remissoria, cum vel prætendant hæc possidere tanquam libera, & super illis nulla pendet lis, nec est commissa causa in Rota, aut prætendant ea possidere vti emphyteutica, ac fæudalia, & petitio remissoriæ est irreleuans, dum constat de initio illorum possessionis ex instrumentis acquisitionum *Summ. D. Episcopi, num. 1.*

Fuit enim responsum, quod licèt deficiat immemorabilis possessio constito de certo initio ex in-
3 strumentis publicis ad tradita per *Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 50. & dixit, Rota coram Card. Pat. dec. 426. num. 3. lib. 2. in correct. coram fo. mem. Gregor. dec. 467. num. 6. in recent. dec. 285. n. 4. part. 2. dec. 101. num. 8. & dec. 425. num. 12. par. 8. & alijs relatis in dicta Pampilonen. Vicariæ de Stella coram me, §. Talem au-*
4 *tem circa fin.* Illiusque probatio reddatur irreleuans, cum in concursu scripturis magis quàm testibus deferen. sit ex allegatis in *Cæsaraugustana Distributionum 13. Martij 1643. pariter coram me, §. qua conclusio, vers. Nec deponent*; Nihilominus semper remanet omnino releuans nonus articulus têdens ad probandum tot actus, & præiudicialia per D. Episcopû gesta post recusationem, & inhibitionem Rotalem,
5 & propterea intrat côclusio, quod articulus releuâs trahit secum irreleuantem, & vnius tantum articuli releuantia sufficit ad effectum, vt super omnibus remissoria concedatur iuxtà opinionem, quàm perpetuò seruauit *Rota, & signanter coram fe. me. Greg. dec. 124. nu. 3. & dec. 403. num. 7. coram bo. me. Buratto, dec. 392. num. 5. coram Card. Mant. dec. 312. num. 2. coram Card. Canaler. dec. 289. num. 2. coram bo. me. Coccino, dec. 149. num. 3. in rec. dec. 677. nu. 1. par. 1. & dec. 661. num. 4. part. 2. in Mediolanen. Cimiliarcatus 3. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio, in d. Auenion. Dilapidationis bonorum coram me, §. Quo verò ad inuerisimilitudinem, & in Vladislauien. Parochialis, 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec aliter videtur dicendum, cùm cæteri prædicti articuli habeant solum simplicem defectum
6 irreleuantiæ, quicquid secus, si vltrà irreleuantiam fuissent etiam calumniosi, obiectiui, & impertinentes, quod hic penitus cessat. Quo casu admittendi essent releuantes, & reijciendi alij sic defectuosi, vt distinguendo firmatum fuit in *Calaritana præeminentiarum 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in Valentina Parochialis 23 Ianuarij proximi præteriti coram me, §. Ex releuantia autem.*

Prout minùs releuat, quod arrestum contra Sculterum, & Scabinos, ac carceratio Apparitoris probari possint per scripturas.

Quia præterquod probatio per testes passim ad-
7 mittitur ad coadiuuan. probationem orientem ex
scripturis, *Cas. de Graf. dec.* 1. *num.* 8. *cum seqq. de*
dilat. Rota in rec. dec. 199. *num.* 6. *par.* 6. *cum alijs alleg.*
in Auellina iurisdictionis 4. *Iulij* 1646. *coram R. P. D.*
meo Ottobono, §. *neque obstat, quod fere omnes.* Du-
dùm vlterius articulati fuerunt multi alij actus sci-
licet fabricatio, & respectiuè demolitio, exactio Cen-
suum decimarum, & mulctarũ ad Abbatem, & Mo-
nachos spectan. qui solum per testes probari pos-
sunt, etiamsi quoad alios probatio resultet ex scri-
8 pturis, nihilominus dum constat de illorum releuá-
tia, operantur, vt super omnibus admittatur per te-
stes mediante remissoria, vt dixit, *Rota dec.* 17. *num.* 1.
de testib. in nou. Card. Caual. dec. 271. *num.* 5. & dictum
fuit in decisionibus supra relatis.

Quod autem dicebatur nõ articulari, nec percuti
præcisum tempus recusationis, & inhibitionis, mi-
nusuè quod hęc omnia gesta fuerint post recusatio-
nem, & inhibitionem, vt esset opus ad inducen. at-
tentata, tollitur, aduertendo recusationem factam
fuisse *sub diebus* 29. *Iulij* 20. *Augusti*, & 15. *Apri-*
lis 1644. *Summ. Positionis diei* 13. *Aprilis* 1646. *coram*
me, nu. 1. inhibitionem verò præsentatam legi *dicta*
die 19. *Ianuarij* 1645. *Summar. Positionis diei* 4. *Iulij,*
num. 4. Hinc enim alia expræssio non fuit necessa-
ria, dùm ex connexione dierum apparuit omnia
gesta fuisse post recusationem, & in spretum præce-
dentis inhibitionis, quæ consequenter erunt nulla,
& attentata ex iuribus supra allegatis.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI.

Lunæ 8. *Aprilis* 1647.

ARGVMENTVM.

Legatarius non habet actionem insolidum contra co-
hæredem. Sentenția excessiua an, & quando cor-
ruat in totum.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius pro solutione legati non habet actionẽ*
contra cohæredem nisi pro virili.
2 *Sententia excessiua si est executa corruit in totum.*
3 *Solutio facta à fratribus de re communi censetur*
facta ab vtroque pro rata.
4 *Executio sententia non sustinetur pro parte debita*
si vnicus sit debitor.
5 *Sententia contra plures si non potest sustineri quo-*
ad vnum, sustinetur quoad alterum.
6 *Excessus ratione persona non vitiat executionem*
in totum, secus si ratione debiti.

DECISIO CCXXXIX.

AD impedien. vlteriorem executionem contra
bona Lucæ defuncti iuxtà binas præcedentes re-
solutiones informantes pro Gandulfo duo nouitèr
deduxerunt. Alterum, quod cum Ludouicus de
Muzzolis decesserit relictis duobus filijs, Luca scili-
cet, & Gandulfo, qui illius hæreditatem adiuerunt,
vnusquisque ipsorum pro solutione legati, de quo
1 agitur, Eleonoræ relicti in summa scut. 3. mil. tene-
retur tantummodo pro virili scilicet ad libr. 6000.
iuxtà dispositionem *text. in l.* 1. §. *in omnibus vbi glos.*
& *DD. C. comm. de leg.* Ideoque dum Lucas in actu
sponsalium eidem legatariæ, illiusque coniugi per-
soluit libras 800. & cessit creditum librarum 4000.
consequens est; vt pro complemento dd. libr. 6000.
remanserit solum debitor in libris 1200. & proindè
contra illius bona hæreditaria procedi non possit
ad vlteriorem executionem pro medietate summæ
contentæ in mandato A. C. quod fuit relaxatam pro
libris 7200.

Alterum quod cum dictum mandatum pro præ-
fata integra summa fuerit executioni demandatum
dum non sustinetur quoad dimidiã debitam à Gan-
dulfo ob resistentiam pacti initi in contractu matri-
monij, nec sustineri possit quoad alteram dimidiam
debitam à Luca cùm mandatum, vel sententia in
2 parte excessiua si fuerit executioni demandata ob
illius indiuiduitatem corruat in totum *l. si non sor-*
tem §. *si centum, vbi Ias. num.* 2. & *Castr. num.* 1. & 2. *ff.*
de cond. indeb. Card. Caual. decis. 84. *num.* 1. & 2. lo-
quens in specie de mandato relaxato contra plures
hæredes.

Verùm his non obstat. reproposita causa Domi-
ni steterunt in Decisis.

Primum enim corruit ex facto quia licet vera
sit conclusio quod hæredes in actione personali, ad
solutionẽ legatorum teneantur solùm pro virili, at-
tamen non subsistit, quod solutio, & respectiuè assi-
gnatio dd. librarum 4800. facta fuerit solum à Luca
sed contrarium apparet ex instrumento dotali, in
quo Gandulfus etiam interuenit, ac in solidum sol-
uit, cessit, & sponsis dictũ creditum intèr ipsos com-
mune assignauit, ibi, *Ipse D. Lucas necnon D. Gan-*
dulfus eius frater, &c. & quilibet eorum dedit, ces-
sit, &c. eidem Alexandro Sponso præsenti, &c. tan-
tam ratam partem crediti, quod ipsi *Muzzoli* ha-
bent cum prædictis hæredibus D. Vincentij Ban-
tij, &c. quod quidem creditum ipsi DD. Muzzoli
vna etiam principaliter, & in solidum se obligan-
tes, &c. promiserunt, & quilibet eorum promisit
dictum creditum, &c. manutenere, & verum, & rea-
le iuxtà formam, &c. processu de partibus fol. 87.
Dum enim quantitas assignata communis erat inter
ipsos fratres, qui communitèr paritèr illam solue-
3 runt, & respectiuè assignarunt, solutio censetur facta
ab vtroque pro rata, ita vt ipsorum singulis libera-
tio prodesse debeat per *text. in l. cum duo, ff. de duob.*
reis Castr. cons. 392. *circa fin. vers. In eo verò lib. primo*
Cuman. cons. 24. *n.* 2.

Secundum verò obiectum procederet, si vnicus
4 tantum adesset debitor, & contra ipsum solùm man-
datum fuisset relaxatum, & lata sententia, in quibus
terminis procedunt etiam deducta per *Afflict. de-*
cis. 218. *per tot.* quem sequuta fuit, *Rota in Viterbien.*
fideicommissi, seu Attentatorum 13. *Maij* 1644. *coram*
me, §. *nullamque hic articulus*. Secùs autem vbi, pro-
ut hìc, duo, vel plures ad sunt debitores, & contra
omnes mandatum relaxatum fuit, & sententia pro-
mulgata; Tunc enim propter diuersitatem perso-
narum diuersæ dicuntur petitiones, *Ias. in l. scire, de-*
bemus, numer. 5. *vers. Secundo amplia, ff. de verb. oblig.*
5 ità vt licet sustineri non possit aduersus vnum, susti-
neatur tamen aduersus alterum iuxtà *Theorie. Bald.*
in l. ordo sub nu. 10. *vers. qua de duobus, C. de exequut.*
rei iud. communiter approbatam, vt per Socc. in l. certi
conditio, §. *Quoniam igitur num.* 31. *vers. limitatur se-*
cundo, ff. si cert. pet. Alex. cons. 36. *num.* 20. *lib* 4. *Ca-*
ball. cons. 31. *num.* 3. & 4. *Carpan. ad Stat. Mediolan.*
lib. 1. *cap.* 168. *sub num.* 6. *vers. fallit si sit facta Asin.*
de exequut. §. 7. *cap.* 302. *n.* 2. *Margil. de subhast. qu.* 76.
num. 18. *Postb. eodem tract. inspect.* 50. *num.* 80. *cum seq.*
Rota dec. 33. *n.* 15. *p.* 2. *diuers.*

Nec applicantur deducta *coram Card. Caual. de-*
cis. 84. *num.* 1. & 2. Ibidem enim excessus erat in ip-
sa quantitate crediti, cum creditor in scutis 1125.
obtinuerit sibi adiudicari quasdam vineas pro scu-
tis 1500. quicum influat proportionabiliter in rata
6 vniuscuiusque debitoris, operatur nullitatem sen-
tentiæ quoad omnes, secùs vero quando excessus,
prout hìc, est solum ratione personæ, tunc enim
etiam

etiam si mandatum, & executio corruant quoad vnum, sustinetur tamen quoad alterum, vt deductum est.

Cæterum nihil releuat, quod mandatum fuerit exequutum super Domo, alijsque bonis Io. Paulo Lucæ filio per Eleonoram assignatis pro sua legitima materia.

Quia præter quod huiusmodi assignatio facta fuit sine præiudicio Iudicij vertentis ex causa præfatæ dotis eidem Eleonoræ legatæ; Dùm bona assignata proueniunt à Ludouico Auo paterno, qui legatū reliquit, vt constat ex inuentario per eumdem Gandulfum confecto, illius prætextu retardari non potest vlterior executio, cùm legatum meliora, & potiora iura supra illis obtineat.

Et ita vtraque, &c.

REATINA VICARIÆ.

Veneris 10. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij ex pluribus inducitur appellatio suspensiua an in Parochialibus admittatur?

SVMMARIVM.

1 *Vnio beneficij facta Cathedrali dat ius nominandi Capitulo.*

2 *Institutio debet fieri cum approbatione Ordinarij.*

3 *Attentata dicuntur gesta post interpositam appellationem, & debent in primis reuocari, & num. 14.*

4 *Assignatio domus, & Salarij arguit vnionem.*

5 *Electio, & deputatio vnionem iustificat.*

6 *Visitatio beneficij facta ab Episcopo vti vniti comprobat vnionem.*

7 *Episcopi attestationi quoad statū Ecclesiæ defertur.*

8 *Ennuciatiua in instrumentis antiquis plurimum deseruiunt.*

9 *Ennunciatiua vnionis emissa ab Episcopo inducit vnionem.*

10 *Appellatio vt admittatur sufficit docere de grauamine per leuiores probationes.*

11 *Vnio potest virtualiter ex instrumentis desumi.*

12 *Appellatio suspensiua non admittitur in Parochialibus.*

13 *Limita quando conceditur super pertinentia iuris conferendi.*

14 *Sequestrum apponitur ex stylo Rotæ firmatis Attentatis.*

DECISIO CCXL.

VAcante die 22. Nouembris 1646 perpetua Vicaria Ecclesiæ Parochialis Sancti Ioannis in Fontibus vnita, vt infrà dicetur Ecclesiæ Cathedrali Ciuitatis Reatinæ, Reuerendissimus D. Episcopus indixit concursum, à qua indictione habita notitia per Capitulum, & Canonicos dictæ Cathedralis Ecclesiæ fuit die 23. eiusdem interposita appellatio, sed ea minimè attenta concursum compleuit, iterumque appellatione interposita, nec pariter attenta Petrum Scossam in Vicarium elegit, qui cum vlterius die 14. Decembris in spretum inhibitionis Rotalis sibi, & Vicario D. Episcopi personaliter præsentatæ possessionem illius fuerit assequutus, dubitaui, an constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & sit apponendum sequestrum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Constat siquidem de attentatis tàm respectu Reuerendissimi Domini Episcopi quàm Scossæ ab eo-

1 dem electi, respectu enim Episcopi, dùm prædicta Vicaria vnita fuit dictæ Cathedrali Ecclesiæ ius nominandi, seu deputandi Vicarium spectat ad Capitulum, & Canonicos, quorum Ecclesiæ reperitur facta vnio iuxta Constitutionem sanct. mem. Pij Quinti pluries Canonizatam à Sac. Congregatione Concilij, vt referunt, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 3. num. 53. & 54. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 291. cum seqq. quam à Rota vt coram bon. mem. Buratt. decis. 214. num. 1. coram Card. Canal. dec. 419. nu. 2. & 3. & alijs relatis in Pampilonen. Vicariæ de Stella 16. Iunij 1642. coram me, §. cum eorum;* nec est locus con-

2 cursui, sed institutio fieri debet ad electionem, & nominationē illorum cùm approbatione Ordinarij, *Bur. dec. 923. num. 2. Card. Canal. dec. 595. num. 4. & 5. Rot. in recent. dec. 102. num. 9. & 10. p. 1. dec. 777. num. 1. part. 2. in Barchinonen. Vicariæ 27. May 1624. cor. bon. mem. Merlino, & 4. Decembris eiusdem anni cor. bo. me. Vbaldo in rec. dec. 445. num. 1. & 2. part. 5. & dec. 580. num. 5. & 6. par. 8. in Dertusen. Vicariæ 22. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Ghisilerio, quæ sunt decis. 443. num. 1. ead. p. 5. & dec. 16. num. 12. cum seqq. p. 6.* indicto itaque concursu licuit dictis Capitulo, & Canonicis appellare, vt in terminis firmatum fuit *in Gerunden. Vicariæ 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Bichio §. in casu autem nostro*, & consequenter tàm complementum illius, quàm ipsa electio, omniaque gesta post interpositam appellationem sunt omninò attentata

3 iuxtà dispositionem *text. in cap. non solum de appell. in 6. & fuit dictum alijs omissis in d. Gerunden. Vicariæ, & in Calagurritana Beneficij de Lumbreras 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & 17. Decembris eiusdem anni cor. R. P. D. meo Peutingerio.*

Vnio autem etiamsi non detur instrumentum super ea confectum, iustificatur ex pluribus, & primò ex quodam instrumento rogato anno 1522. *Summ. Informationis num. 1.* in quo Canonici capitulariter congregati Domum, & Salarium assignarunt Sacristæ in Vicarium electo, quam assignationem postmodum confirmauit Vicarius tunc tēporis Episcopi Reatini *eod. num. 1.* Huiusmodi enim Domus, &

4 Salarij assignationem arguere vnionem tradit, *Caputaq. dec. 339. num. 3. cum seqq. par. 3. & dixit Rota in recent. dec. 626. num. 3. p. 1. d. dec. 441. numer. 3. & dicta dec. 446. num. 7. p. 5. d. dec. 16. nu. 8. p. 6. dec. 485. num. 14. & 15. & d. dec. 580. num. 8. p. 8.*

Secundò ex tribus capitularibus Decretis diuersis temporibus emanatis, primum scilicèt anno 1538. Secundum verò anno 1545. Capitulum deputauit ad curam Animarum quēdam Lucianum cum onere baptizandi, & celebran. missas in die Dominico ad ipsius tamen eligentis beneplacitum, tertium demum initum anno 1572. in quo elegit in Cappellanum Thomam Buccionum, *Summ. num. 2. & 3.* Ex quibus Decretis electionem, & deputationem, quæ suum effectum sortitæ fuerunt resultat subsequuta

5 obseruantia apta vnionem iustificare, ex allegatis *cor. bo. me. Bur. dec. 660. num. 3. vers. iunctis præsertim, dec. 698. sub num. 3. vers. nec minus extrinsecus, par. 2. decis. 58. num. 7. par. 4. d. dec. 441. num. 4. & 5. & d. decis. 445. num. 8. p. 5. rec.*

Tertiò, & hæc comprobantur ex visitatione facta per Episcopum Reatinum Sedis Apostolicę Generalem Visitatorem anno 1573. *Summ. num. 4.* qui hanc

6 Parochialem vti vnitam visitauit, *Card. Seraph. decis. 1127. num. 2. & dec. 1272. ante num. 3. vers. Et postremo adminiculantur, Rot. in rec. dec. 724. num. 3. vers. Et demum difficultatem remouere videbatur, par. 2.* Præsertim in proposito, quo insuper attestatus fuit Capitulum consueuisse deputare Vicarium, amouibilem, & eligi mandauit perpetuum cum assignatione congruæ portionis scutorum 50. prout in illius exe-

7 cutionem electus fuit, *Summ. 5. & 6.* cuius attestationi quoad Statum Ecclesiæ plurimum esse deferendū tenuit *Rota coram Caputaqu. decis. 158. part. 2. coram*

 Card.

Card.Seraph.dec. 780.num.1. & 2.& d.dec.1272. nu.3. in rec.dec.371,nu.2,par.1,dec.573.n.4.p.5.dec.5.nu.5. & dec.165.n.8.p.5.

Quartò Demùm præfatis accedunt quam plures; ac diuersę enunciatiuæ emissæ in omnibus supra deductis instrumentis, decretis, & visitatione, quæ
8 cũ emanuerint à diuersis personis, & sint antiquissimæ, & nonnullæ vltrà centum annos, plurimum inseruiunt pro iustificatione vnionis. *Caputaq. decis. 344. num.2.& dec.347. num. 3. cum seqq. part.3.Card. Put. dec. 204.num.3. 4. & 5. lib.2. in correct. Card. Seraphin. dec. 886. sub num. 1. vers. vel saltem per enunciatiuas,dec.1146.num. 1.& dec. 1272. num.1.sa. mem. Greg. dec.196.ibique Add.num. 3.vers. Secundo probatur; Card.Caual. dec. 599.num.5.& 6. bon.mem.Buratt. d.dec.660. ibique Add. num. 6. Rota in recentior. dicta dec.626.sub num.2. versic. Ex enunciatiuis autem p. 1. d.dec. 724.num.3.part.2.d.dec. 441.num.1.part. 5. dicta dec. 16.num. 2. part.6.& dict.decis. 580.num.1.part.8.*
9 Idque eo magis cùm emissæ fuerint a personis habentibus facultatem vniendi, *Card. Mantic. dec.355. num. 6.& dec.359.num.7.cum alijs per Add.ad bo. me. Bur. d. dec. 660. num. 6. vers. Et hoc maximè.* Saltem in præsenti,vbi non agitur,principaliter de canonizanda ipsa vnione,sed dumtaxat incidenter ad effe-
10 ctum scilicet cognoscen. an ab indictione concursus per Episcopum facta daretur appellatio quo casu nedum concludentes sed etiam leuiores probationes sufficiunt.*Card.Seraphin. dict.dec.1246.nu. 2. Rota in recentior. dicta decis. 485. numer. 17. part.8.*
11 Nec est necessarium, quod in ipsis instrumentis, alijsque scripturis clarè fiat mentio de vnione, sed sufficit, quod id virtualiter in eis contineatur ad trad. per *Garz.de benef. part.12.cap. 2. nu.256. Card. Seraph.d.dec.1272.num.1.vers.nec obstaret.Rota in rec. d.dec. 626.num.2.par. 1.*

Nec dicatur,quod in Ecclesijs Parochialibus pro-
12 hibeatur appellatio suspensiua tam per *Sacr.Concil. Trident. sess.24. cap. 18. de reformat. quàm per constit. sanct.mem.Pij Quinti in Bull. nou. tom.2. const:33. §.8.* Et proindè non sit locus attentatis, vt tradit, *Lancellott.part.2.cap.12.lim.25.nu.1.& dixit, Rota in Pampilonen. Abbatia de Arreso 22. Aprilis 1622. coram Nauarro in recent.dec.379:num.6.&.7.p.8.*

Quia prædicta procedunt vbi agitur de illis,quæ prouidentur ab Ordinario per concursum, & eo facto appelletur à relatione examinatorum,vel à mala electione Ordinarij, vt in dicta Pampilonen. Abbatiæ de Arreso, in cuius casu appellatum fuerat à mala electione ex pluribus præsentatis, & eque idoneis ab examinatoribus renunciatis; Secùs autem vbi agitur,prout hìc,de Parochiali vnita,cuius Vicarij electio, & nominatio pertinet ad Capitulũ, & Canonicos,quorum Ecclesiæ fuit facta vnio, tunc enim si ab ordinario indicetur concursus,Capitulo, & Canonicis,quibus spectat ius nominandi licet appellare,& appellatio admittitur etiam ad effectum
13 suspensiuum,vt in simili quando contenditur super pertinentia iuris conferendi, & præsentans appellat quod detur appellatio suspensiua etiamsi agatur de Parochiali,distinguendo respondit, *Rota in recentior dec.656.num.2.part. 1.dec.197.num.9.10. & 11. par. 5. coram bon.mem.Bur.dec.625.num.5.coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 160. num. 3.* idemque admisit in dicta *Pampilonen. Abbatiæ de Arreso num. 4.dictum fuit in Compostellana Parochialis 4. Febr. 1641. cor. Eminentissimo D. Card. Panzirolo, §. Neque obstare circa finem, & in dicta Gerunden. Vicariæ coram R. P. D. meo Biebio.*

Respectu verò Petri Scossæ electi facilior fuit resolutio, quia dum possessionem apprehendidit die 12.Decembris 1646.& sic in spretum inhibitionis
14 Rotalis sibi antecedenter personaliter pręsentatæ, scilicet die 11.eiusdem *Summ.num. 11. & 12.* à vitio attentatorum minimè potest excusari, quæ in primis, & ante omnia veniunt reuocanda,vt centies resolutum fuit, & præcipuè *in Bonon. Pecuniaria, seù attentatorum 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Bichio, in Vladislauien. Villæ de Oppembruch. 4. Iulij eiusdem anni coram R P.D. meo Ottbobono, & prius in Cæsaraugustana Distributionum, seu attentatorum 17. Februarij pariter eiusdem anni, & in Bonon. Attentatorum 18.Iunij 1646. coram me.*

Firmatis attentatis possessio est sequestranda iux-
15 tà inueteratum stylum Tribunalis, de quo testatur *Cassad. dec. 3. num. 6. de rest. spol. Caputaq. dec. 157. part. 3. Cæsar. de Grass. dec. 2. nu.1.de appellat.in dicta Gerunden.Vicariæ, & in Vicen. Beneficij 11. Nouembris 1646. coram me,* & alibi passim.

Et ita resolutum Capitulo tantum informante, altera vero parte diù expectata, & monita.

ROMANA DOTIS.

Lunæ 27. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Testator licet post perfectum Testamentum possit per epistolam duobus tantum Testibus munitam voluntatem suam declarare,quando eius dispositio est dubia,non potest tamen facere declarationem, quæ contineat nouam dispositionem non adhibitis septem Testibus,alijsque solemnitatibus in Testamento requisitis. Legatarius in re legata præfertur creditoribus Chirografarijs nullam habentibus hypothecam, quando hæreditas est soluendo, licet secus quo ad alios agentes hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 *Testator non potest derogare eius dispositioni in Testamento facta,& perfecta per simplicem epistolam, aliter disponendo non adhibitis septem Testibus, alijsque solemnitatibus in Testamento requisitis.*

2 *Testator post factum testamentum potest suam voluntatem per simplicem Epistolam declarare adhibitis duobus testibus.*

3 *Declara hoc tantum procedere,vbi eius dispositio est dubia,nam si sit clara, & perfecta non recipit declarationem.*

4 *Testator post factum Testamentũ non potest facere declarationem suæque voluntatis nouam dispositionem continens non adhibitis septem Testibus, alijsque solemnitatibus in Testamento requisitis.*

5 *Obligatio,& exhibitio, nisi ad actum producatur nihil ponit in esse.*

6 *Testator dum novam dispositionem nõ fecit in eadem permansisse censetur, quamuis per epistolam declarauit se velle eius Testamentum mutare.*

7 *Epistola,in qua Testator dixit se velle eius Testamentum mutare, dum postea non fuit ad actum producta resoluitur in simplex ratiocinium, & perinde habetur,ac si scripta non fuisset.*

8 *Hæres particularis non potest repelli exceptione* l. Vindicantem ff.de euict.

9 *Bona omnia hæreditaria, sequuta acceptatione hæreditatis, efficiuntur proprium patrimonium hæredis.*

10 *Bona omnia hæreditaria,sequuta acceptatione hæreditatis cadunt sub hypotheca ad fauorem omnium creditorum hæredis.*

11 *Hæres particularis habetur loco legatarij.*

12 *Legatum non debetur legatario, nisi prius deducto*

are

ære alieno legantis.
13 *Creditoribus defuncti pro eorum creditis competit aduersus legatarium prælatio.*
Legatarius in re legata præfertur cæteris creditoribus defuncti, quando hæreditas est soluendo, licet secus si ea reperta fuerit non soluendo.
14 *Intellige, vt ipsis Creditoribus incumbat onus probandi inopiam hæreditatis.*
15 *Creditores defuncti non tenentur excutere res debitoris intricatas, & litibus inuolutas, sed possunt agere contra legatarium pro re legata.*
16 *Legatarius quando hæreditas est soluendo præfertur tantum in re legata creditoribus Chirographarijs defuncti nullam hypothecam habentibus.*
17 *Secus autem quoad Creditores habentes hypothecam cum obligatione Camerali.*
18 *Creditor defuncti habens hypothecã præfertur legatario in re legata etiam si hæreditas sit saluẽdo.*
19 *Creditor cum obligatione Camerali potest eligere vnum ex pignoribus debitoris sibi benè visum pro satisfactione sui crediti.*
20 *Legatarius non potest exercere tacitam hypothecam sibi pro legato competentem nisi super eo quod superest satisfactis creditoribus defuncti.*
21 *Institutio quando ab initio est pura verba cõditionalia censentur à Testatore apposita nõ ad suspẽdendã dispositionem, sed pro maiori declaratione*
12 *Onus soluendi debita Testatoris in hærede inest de iure, absque alia expressione Testatoris.*

DECISIO CCXLI.

POstquam his resolutum fuerat Instrumentum dotale, de quo agitur, non esse excquen. repropofito
iterum eodem articulo, idem pariter decisum fuit
pro tertia vice non obstante, quod etiam hodiè informantes pro Anna acriter contenderent, repetendo, ipsam non fuisse hæredem Crescentij, sed Lauræ
cum hoc abundè sublatum fuit ex responsionibus
latè deductis in decisionibus sub diebus 15. Iunij
1643. & 2. Decembris 1644. cum quibus etiam hodie Domini transierunt.

Nec releuat epistola nouiter producta post conditum Testamentum transmissa Crescentio, in qua
Laura declarauit suæ voluntatis esse, quod creditores non possent consequi satisfactionem super bonis
à se illi relictis, sed quod Crescentius posset ex illis
extinguere aliquod debitum magis sibi bene visum,
ibi, *E questo è contro la mia volontà, che è stata, & è che della robba mia V. S. se ne possa seruire per pagare qualche suo debito proprio, che à lui più parerà, ò per altro sua bisogno, ne che non possi mai esser forzato da nessuno sopra la mia hæredità ne V. S. ne chi l'hauerà da lei, ò in vita, ò in morte.*

Quia omissa exceptione non factæ recognitionis,
de qua valde poterat dubitari, & hæc sola interim
sufficeret, fuit animaduersum huiusmodi epistolam
aduersari testamentariæ dispositioni, vbi Laura
concessit eidem Crescentio hæredi instituto amplissimam facultatem disponendi de bonis sibi relictis tam in vita, quàm in morte, ibi, *In tutti, e singoli miei beni &c. Instituisco mio vniuersale harede il Signor Crescentio Crescentij mio fratello, al quale lascio l'vniuersal mia hæredità, e li concedo facoltà amplissima di poter disporre del Testamento di suo arbitrio in vita, & in tempo di morte &c.* Dum enim
voluit posse Crescentium ad libitum suæ voluntatis
disponere etiam in vita, censetur etiam voluisse,
quod posset illa hypothecare, vel vendere pro satis-
1 faciendis creditoribus, & sic non potuit Laura dispositioni in testamento factæ, & perfectæ derogare per simplicem epistolam aliter disponendo non
adhibitis septem testibus, alijsque solemnibus adhiberi solitis *l. hæredes palam, §. si quid post factum, vbi gloss. & Bart. in l. 2. in quæst. 5. princ. vers. quæro ergo, & reuoco, ff. de vulg. & pupill. Bero. cons. 127. num. 1. lib. 2. Honded. cons. 51. num. 76. lib. 2. Surd. cons. 129. num. 29. Mantic. de coniect. vlt. vol. libr. 12. tit. 16. num. 10. & 11. Rota in recent. dec. 604. num. 21. par. 5.*
2 Nec facit, quod liceat Testatori voluntatem suam
per epistolam declarare *l. epistola 75. ff. ad Trebell.* &
duo tantum testes sufficiant *ad notat. per gloss. in d. l. hæredes palam d. §. si quid post factum de test.* quam
sequuta fuit *Rota in Romana Successionis 21. Iunij 1641. coram Reuerendissimo D. Præside Vallisoletano*
3 *§. Quoniam obiectum*: Procedunt enim vbi dispositio est dubia, secus vbi est omninò clara, & perfecta
4 hæc enim non recipit declarationem, nec potest
fieri declaratio continens nouam dispositionem,
neque adhibitis septẽ Testibus, alijsque solemnibus
in testamento requisitis, vt præter allegatos tradunt
ad propositum *Io: de Anania cons. 84. numer. 1. vers. præterea licet communiter, & Surd. cons. 380. num. 51.*

Præterea dicta Epistola continet potius quandã
oblationem, & exhibitionem aliter disponendi, si
Crescentius voluerit, quàm nouam actualem dispositionem, vt clarè indicant verba illa, *Hò mandato perciò à V. S. la copia del mio Testamento, che vedesse se era di suo gusto, perche altrimenti ne farò vn'altro,* & ibi, *Se poi vuol, che specifichi più chiaro, me l'auuisi che ne farò vn'altro*: oblatio autem. & exhibitio,
5 nisi ad actum producatur, nihil ponit in esse argumento *text. in l. qui decem, § idem responsum est, ibique Bart. ff. de solut. & in l. seruus si hæred. in fin. ff. de*
6 *stat. liber.* Ideo dum Laura nouam dispositionem
non fecit, in eadem permansisse censetur, & epistola resoluitur in simplex ratiocinium, itaut haberi
7 debeat perinde ac si scripta non fuisset ad *text. in l. si quis sub conditione 8. ff si quis omissa caus. test l. pecuniã 36. in fin ff. si cert. pet. Menoch. cons. 660 num. 3. cum alijs in Arboren. Canonicatus 24. Ianuarij 1633. coram bon. mem. Merlino in recent. dec. 173. num. 2. par. 6.*
8 Prout etiam nihil releuat, quod Anna fuerit tantummodò instituta hæres particularis, proindeque
non intret exceptio *l. vindicantem ff. de euict.* Quia
9 dum omnia bona actiones, & iura dotalia Lauræ
sequuta acceptatione hæreditatis, effecta fuerunt
proprium patrimoniũ Crescentij hæredis instituti,
illicò ceciderunt sub hypotheca ad fauorem suorũ
10 creditorum: Vndè licet Anna fuerit tantummodo
hæres particularis, quæ habetur loco legatarij, ad-
11 huc tamen vindicare nõ potest hæreditatẽ Lauræ à
creditoribus Crescentij, cum legatum non debeatur
12 legatario nisi prius deducto ære alieno legantis *l. vniuersa C. de legat. Bald: cons. 222. num. 1 lib. 4. Alex. cons. 5. sub num. 2. lib. 6.* Et creditoribus competat aduersus eum retentio *l. si non sortem 26. §. si centum vbi Bart. & alij ff. de cond. & demonstr. Rota in Fauentina Bonorum 27. Iunij 1586. coram Platto, apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 976. num. 2. & coram san. memor. Gregor. dec. 254. num. 3. ibique Add. num. 7. & in recen. decis. 612. num. 5. par. 3. & in Maceraten. Saluiani, seu Spolij 12. Maij 1603. cor. bon. me. Manzanedo post Zacch de obligat. Camer. dec. 130. nu. 6.*
13 Non obstat, quod legatarius in re legata præferatur cæteris creditoribus testatoris, quando hæreditas est soluendo licet secus ea reperta non soluendo, vt tradit *Cyn. in l. 2. circa med. ibique Alberic. num. 2. C. qui potior. in pign. haben. quem sequitur Bart. in l. is, cui §. postquam circa fin. ff. vt in poss. legat. Natt. cons. 199. num. 8. Surd. dec. 316. num. 12.* Eisdemque
14 creditoribus incumbat onus probandi inopiam
hæ-

hæreditatis ex allegatis per *Surd.d.decis. 316,nu,14. cum concord.*

Quia præter quod (si verum est, prout dicebant
informantes) pro creditoribus ex inuentario ab hæ-
redibus vniuersalibus confecto apparet in hæredi-
tate Crescentij nulla alia bona adesse præter iura
dotalia Lauræ, & mobilia Vrbis ipsi Annæ relicta:
prætensiones verò palatium , & domus ad vsum
Salsamentariæ ad Rotundam, de quibus meminit,
Rota in Romana Saluiani 7. Maij 1646. coram R.P.D.
15 *meo Peutingerio*, cum sint admodum intricatæ, &
inuolutæ litibus desumi non debent à creditoribus,
vt probat *text.in l.vel à debitoribus,ff. de relig.& sumptibus funer.* & firmauit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. dec,212.num. 12.*
16 Conclusio procedit in creditore Chyrographario
non habente hypothecam, in quibus terminis lo-
quitur *gloß. huius opinionis magistra in d. l. Is cui, §. postquam in verbo non habebitur , ff. vt in poß. legat.*
17 Secus verò vbi , prout hic ,creditor ex obligatione
Camerali habet hypothecam : tunc enim præfertur
18 legatario in re legata etiam si hæreditas sit soluen-
da,vt in terminis egregè firmauit *Rota in Asculana Domus 3.Iunij 1602. coram bon.mem.Coccino inter eius impreß 67. num.7. cum plur.seqq. & in Venusina Legati 28.Iunij 1623. coram eodem in recent. dec. 493.num. 26. & 27. part. 8.* Creditor enim sub obligatione
19 Camerali potest eligere vnum ex pignoribus debi-
toris sibi benè visum pro satisfactione sui crediti *l. qui generaliter ff.qui potior, in pign.habean.& l.creditoris ff de distract.pignor Suro. dec,44.nu 6.Rot. dec.741. num.1. par. 3. recent. & coram bon. mem.Coccino d.dec. 67.num.9* ponderans pro ratione quod Testator non
20 potest hoc ius creditoribus impedire : legatarius
verò exercere non valet tacitam hypothecam sibi
pro legato competentem , nisi in eo quod remanet
satisfactis creditoribus , vt monuit *Bart. in l. creditoribus num 3.ff. de separat.*

Quod dicitur facultatem disponendi fuisse con-
ditionaliter datam Crescentio sub conditione scili-
cet quod infra biennium à die obitus Testatricis te-
neretur extinguere omnia debita , quibus eadem
Testatrix reperiebatur obnoxia , ibi , *Con obligo però, e peso preciso di sodisfare in termine di duoi anni doppo la mia morte tutti li miei debiti , nelli quali mi trouo obligata* , DD. non habuerunt in consideratione ad-
uertentes institutionem fuisse puram, & verba supe-
21 rius relata non fuisse apposita ad suspenden. disposi-
tionem , sed solum pro maiori declaratione, & ad
inducen. in hærede obligationem , & onus soluendi
22 debita Testatoris, quæ de iure inerat ex deductis in
Viterbien. fideicommissi 17. Febr. 1617. coram Manzanedo in rec. dec. 40' .num.1.par.4.

Et ità vtraque &c.

AVENIONEN. DILAPIDATIONIS BONORVM.

Luna 27. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Sequestrum apponitur, quando adest timor dilapida-
tionis , vel interitus rei , & possessor studiosè pro-
trahit iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio pendente lite prohibetur.*
2 *Sequestrum apponitur quando adest timor dilapidationis, vel interitus rei.*
3 *Sequestratio facilius conceditur, quando probatur dilapidatio.*
4 *Mater nec carcerari valet, nec à filio conueniri nisi in quantum facere potest.*
5 *Sequestrum conceditur ne iudicium reddatur frustratorium.*
6 *Sequestrum eo magis apponitur si possessor malitiose protrahat iudicium.*

DECISIO CCXLII.

IOannes Cardon in suo vltimo Testamento hæredē
sibi scripsit vniuersalem Stephanam Serenam vxo-
rem,quam excepta domo magna ipsius propriç ha-
bitationis restituere grauauit integram hæreditatē
Andreæ Cardon communi filio in casu transitus ad
secunda vota,monacationis , vel obitus , qua hære-
ditate per Serenam adita , prætendens Andreas in
magno sui præiudicio illam multa bona fideicom-
missaria subtraxisse, & dilapidasse , super huiusmo-
di dilapidatione iudicium introduxit,& ab A.C. fa-
uorabilem sententiam reportauit, declarantem Sere-
nam teneri hæreditatem , & fideicommissum præ-
fatum reintegrare de bonis, & pecunijs ibidem spe-
cificatis , quæ cum fecerit transitum in iudicatum
ob non interpositam appellationem in tempore cō-
missa mihi causa restitutionis in integrum, dubitaui
ad instantiam eiusdem Andreæ an esset apponen. se-
questrum,& affirmatiuè per DD. fuit resolutum.
1 Ratio resolutionis fuit,quia licet regulariter pen-
dente lite prohibita sit sequestratio *per text. in l.vnic.C.de probib. sequestri pecun, Bald.cons. 95 numer. 1. lib.1.* ab huiusmodi tamen regula receditur quando
timor dilapidationis , vel interitus rei , quæ seque-
2 strari petitur, tunc enim sequestrationi locum esse
probat *text. in l. Imperatores sub vers. ijdem restripserunt*, ibi , *tamen cum depopularentur ab aduersario æquum sibi videri fructus apud sequestrationem deponi* vbi etiam *Bart. Angel. & Imol. ff. de appell. in l.si cum dotem §. si autem in leuissimo , vers. si dotem ibi , si verò dotem ita cum dissipare manifestum est, vt hominem non frugi oportet hanc dotem sequestrari ff. solut. matrim. & in cap. dilectus ibique Abb. num.20. de sequestr.poss.& fruct. Paris. cons.41.num.44. lib.1. Natta cons. 554.num. 1. & 2. Ladercb. cons.161. num.2. Angel.de Perus. de sequestr. num. 7. Iacob. de Aret.num.3.vers. item si super, & Curt. sen. num. 7. vers.secundo fallit eodem tit. inter tract. magn. tom. 3. par.2.fol. 143. & 144. Gail. pract. obseru. lib. 1.obseru, 147. num.3.& 4.& obseru.148. num,2. cum seqq.Scacc. de iudic. lib.1. cap. 381. num. 7.8. & 9. Guidopap. decis. 246.num.2. Add. ad Cappell. Tholos. dec. 478. numer. 3. Mut.decis. Sicul. 92. num. 4. cum seqq. Rota decis. 326. num.3.par.2.& decis 215.num.1.& 2.par. 8.rec.*

In proposito autem non solum adest timor dila-
pidationis , sed illius concludens probatio ex præ-
3 fata sententia A.C. in iudicatum transacta *Summ. informationis num. 1.* Hinc enim resultat præsumptio
iustitiæ , & rectitudinis , ac boni iuris Andreæ A-
ctoris, ex quibus facilius conceditur sequestratio, vt
notat *Abb. in cap. ab eo num.6. de sequestr. poß. & fruct. Paris.d.cons.41.num.45.cum seqq. lib. 1. Natt. d. cons. 584.sub num 5. vers. Et fiet sequestr. Curt. sen. vt supra num.14.* & distinguendo admisit , *Rota coram Card. Canal. dec.314.sub num.4. vers. quæ hæc omnia.*

Eoque libentius cum agatur contra matrem, quæ
nec carcerari valet, nec à filio conueniri nisi in quā-
4 tum facere potest, vt probat *Text. in l.sunt hi qui in fine ff. de re iudic. Bart. in l.si quis sub conditione num.20.ff. de testam. tutel.Farin.in par. 1.lib.2.quæst.27. num.63.Amat.decis. Marchiæ 19.num.5 & 6.* Proinde-
5 que quia difficilis esset recuperatio fructuū sequu-
ta dilapidatione, æquitas suadet, vt sequestrum con-
cedatur, ne alias iudicium reddatur frustratorium,
Abb. in dicto cap. Dilectus sub num. 16. vers. sed quandoque Gaill. d. obser.147.num.3.& d.obser. 148. num. 2.

Rot. diu. decis. 13. num. 1. par. 2. in Bituntina Separationis Thori 15. Ianuarij 1547. coram recol. mem. Cardin. Pamphilio, & in Monopolitana Pensionis 26. Februar. eiusdem anni coram Orano Grat. discept. forens. cap. 114. num. 6. bon. mem. Buratt. decis. 545. nu. 5. Rota in rec. d. dec. 215. num. 2. par. 8. cum præsertim suspicari possit, quod Serena studiosè iudiciũ diutius protrahat, vt interim fructus capiat sicut apparet ex nupee à nouæ remissoriæ concessione post lapsum terminum in prima præfixum, ex hac enim suspicione differẽdi iudicij procliuior debet esse iudex pro conces-sione sequestri, per quod occuritur malitiæ posses-
6 soris absque quod sua possessione priuetur, vt tradit *Abb. vbi proxime num. 18. vers. non oritur aliqua præsumptio Mut. d. decis. 92. num. 7. & 8.*

Et ità resolutum Andrea tantum informante &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE STROZZIIS.

Luna 3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Hæres agens pro exhibitione scripturarum defuncti contra eum qui se immiscuit hæreditati, releuatue ob onere concludentis probationis illarum existentiæ penès reum conuentum cuius iuramento non statue, quod penès se alias seipturas non detineat vltra exhibitas, quando adest sola suspicio existentię aliarum scripturarum, & agitur de maxima successione, & graui pręiudicio Actoris, quo casu non attenditur nobilitas petentis iuramentum, nec illius honesta fama, & ex quibus existentia aliarum scripturarum vltra exhibitas apud reum pręsumatur, nec dicatue constare de sufficienti omnium exhibitione?

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio scripturarum præsumitur integra, & sufficiens itaut allegant contrarium incumbat onus plenè, & concludenter probandi aliarum existentiam.*

2 *Existentia aliarum scripturarum penes reum vltra exhibitas, nõ probatur per Testes, qui nõ deponunt constanter de numero excedente numerũ exhibitarum, nec enunciant certum numerum sacculorum in quibus fuerunt reposita, & asportata.*

3 *In alternatiuis sufficit minorem partem verificare*

4 *Existentia scripturarum penes reum non probatur per Testes, qui non percutiunt tempus motæ litis cum ex supposita existentia de tempore depositionis non inferatur ad existentiam de tempore motæ litis.*

5 *Exhibere debens scripturas debet admitti ad iuramentum, quod ipse illas non habet, nec vnquam habuit, quando scripturæ fuerunt ab alio ad eius domum asportatæ absque eius ordine.*

6 *Maximè si agatur de viro nobili, & bonæ fama.*

7 *Existentia aliarum scripturarum penès reum vltra exhibitas probatur per Testes, quamuis non deponant de maiori numero sacculorum in quibus erant reposita.*

8 *Exhibitio scripturarũ nõ pręsumitur integra, vbi Testes deponunt quod scripturæ per reum asportatę implebant tres magnas saccocias, & illæ fuerunt exhibitæ in tribus sacculis admodum paruulis vix implentibus vnicam saccociam magnam.*

9 *Exhibitio scripturarum ad hoc vt non sit integra sufficit vnius tantum scripturæ defectus.*

10 *Leuiores probationes, & verisimilitudines sufficiũt aduersus eum, qui se immiscuit alienæ hæreditati*

11 *Hæres agens contra eum, qui se immiscuit in hæreditate in illius odium releuatur ab onere concludentis probationis.*

12 *Exhibitio scripturarum non præsumitur integra, vbi scripturæ per reum asportatæ erant numeratæ litteris Alphabeti, & numeris Abbacalibus, & illæ exhibitæ non habent perfectam, & continuatam seriem numerorum.*

13 *Scripturæ per reum asportatæ, & dum erant litteris Alphabeti, & numeris Abbacalibus numeratæ tot deficere præsumuntur in illarum exhibitione quot cæteris numeris, ac litteris deficientibus verisimiliter adequari possent.*

14 *Testis licet vnicus, dum deponit de facto proprio facit plusquam semiplenam probationem.*

15 *Maxime vbi agitur de facto secreto, in quo veritas difficilius haberi potuisset.*

16 *Prima exhibitio scripturarum, quando non fuit integra, ita nec pariter integra præsumi debet secunda.*

17 *Exhibitio scripturarum si fuit facta à detentore cum iuramento quod penes se nullam aliam habebat, & ex post alias scripturas exhibeat primo loco non exhibitas, intrat suspicio quod adhuc alias occultet, adeout integram illarum exhibitionem allegare non valeat.*

18 *Cautio iuratoria ei amplius non competit, qui ad eam semel admissus falsum iurauit.*

19 *Scripturę vbi adest sola suspicio, quod extent penes reum conuentum, & agitur de magna successione, & graui præiudicio Actoris, Rota solet reo iuramentum denegare.*

20 *Amplia etiam non attenta nobilitate petentis iuramentum, nec illius honesta fama.*

21 *Existentia scripturarum penes reum conuentum semel probata ante motam litem suffragatur actori, quando reus illas asportauit, cum teneretur illas conseruare, eidemque actori restituere.*

22 *Petens scripturas exhiberi, docet de ipsius interesse, dum petit scripturas vti proprias ratione dominij.*

DECISIO CCXLIII.

PRoposito dubio an constet de sufficienti scripturarum exhibitione informantes pro D. Marchione Mario Frãgipano principaliter deduxerũt, quod cum prima vice coram R. P. D. meo Bichio, tunc A.C. in ciuilibus Locumteneute exhibitæ fuerint sexaginta nouem scripturæ, secunda veiò coram me aliæ ad numerum eentum ascendentes *Summ. ipsius*
1 *num. 4.* Constare videatur de sufficienti, & integra illarum exhibitione, ita vt contrarium alleganti incumbat onus plenè, & concludenter aliaeum existentiam probandi per *text. in l. 3. §. sciendum vbi gloss. in verb. summatim prope fin. ff. ad exhib.* quem sequuta fuit *Rota decis. 235. & dec. 239. vtrobique num. 1. par. 4. diuers. decis. 259. num. 3. par. 1. recentior. & coram bon. mem. Coccino dec. 63. pariter num. 1.*

2 Nec huiusmodi existentiam concludere Testes hine inde examinatos, cum nullus ex ijs deponat de numero excedente numerum exhibitarum, nec enũciet certum numerum sacculorum, quibus mediantibus scripturæ è Domo Leonis Strozzij asportatæ fuerunt ad domum DD. de Frangipanis, sed solum dubitatiuè, & alternatiuè, duo scilicet de tribus, vel quatuor sacculis, alius verò de duobus, vel teibus,
3 Vndè cum in alternatiuis sufficiat minorem partem verificare *l. si ita stipulatus fuero, vbi gloss. ff. de verb. oblig.* Satis sit, quod scripturæ exhibitæ tres sacculos impleant. Accedente præsertim quod dicti Te-
4 stes non percutiunt tempus motæ litis, prout necessariò requiritur, cum ex supposita existentia de tempore depositionis non inferatur ad existentiam de tempore motæ litis ex doctrina *Castr. in l. si minorem*

num. 4.

num.4.C.de integr. restit. & in l.2. num. 7. C. de testam.
ordin. quam refert, & sequitur Rota coram bon. mem.
Coccino d. dec.63.num.2.

Præterea ad tollendum omnem scrupulum D.
Marius offerebat se paratum iurare alias scripturas
5 non adesse, nec vnquam penès eum extitisse, quod
iuramentum illi equidem admittendum videbatur,
dum scripturæ non fuerunt ab ipso asportatæ, nec
de eius ordine, sed de ordine, & mandato D. Pom-
pei fratris, vt probat Franc. Aret. cons.120. sub num.2.
vers. sed tamen his non obstan. & admisit Rota dec. 241.
num.2. par.4. diuers. coram Card. Seraph. decis.695.n. 5.
& 6. & coram san. mem. Greg. dec.199.num. 2. maximè
6 cum agatur de viro nobili, & bonæ famæ, vt aduer-
tit Rota dec. 238. num.5. ead. par.4. diuers.

Informantes verò pro D. Duce Strozzio deduce-
bant sufficienter probari existentiam aliarum scrip-
turarum vltrà iam exhibitas ab ijsdemmet testibus
pro altera parte examinatis deponentibus, scriptu-
ras, de quibus agitur, contineri in quadam capsa
longitudinis mediæ cannæ existen. in domo Leonis
Strozzij, & sequuto illius obitu extractas fuisse à D.
Pompeo, & repositas in tribus, vel quatuor ma-
gnis saccoccijs plenis, quæ postmodum asportatæ
fuerunt ad domum eorumdem DD. Pompei, &
Marij, vt secundus iuxtà sextum interrogatorium
ibi, Et il Signor Pompeo, con le sue mani aperse il
Baullo &c. che era longo più di mezza canna, che vi
erano molte scritture, che furono messe in trè, ò quattro
saccoccie grandi, qualli saccoccie furano piene di dette
scritture, & le dette saccoccie furono prese dalli detti
Seruitori del Signor Pompeo presente esso Signor Pom-
peo, e messe dentro la carrozza del medemo Signor Pom-
peo, & io Testimonio medemo entrai nella medema car-
rozza, con la quale andai à casa di detti Signori Fran-
gipani con le dette scritture, quali feci leuare dalla car-
rozza, e feci portare di sopra nell'appartamento del d.
Signor Pompeo &c. Et tertius iuxta 12. ibi, Perche
quando morse il Signor Leone Strozzi, & il Signor
Pompeo Frangipani cacciò da vn Baullo, ò foraziero
grande vna quantità di scritture, qualli furono messe in
certe saccoccie, che furono trè, ò quattro in circa, e
furono date ad Antonio Comandi per portarle à casa
del Signor Pompeo, e Signor Mario come li furono por-
7 tate &c. Summ. D. Ducis nu. 7. Hinc enim licet præ-
fati Testes non deponant de maiori numero exce-
dente numerum vltra exhibitas, cum istæ contentæ
8 in tribus sacculis admodum paruulis, vix implent
vnam saccociam magnam, vt oculariter patet, ad
9 effectum autem, quod exhibitio non sit integra suf-
ficit vnius tantum scripturæ defectus per text. in l.1.
§. proinde vbi gloss. in verb. plures, & in l.3. in princ. ff.
de tabul. exhibit. bene Paris. cons.57. num.11. lib.1.

Non obstante, quod dicti Testes deponant alter-
natiuè, ibi Che furono messe dette scritture in trè, ò
quattro saccoccie grandi &c. Tùm quia exindè non
10 resultat talis dubietas, quæ illis minuat fidem,
tum quia aduersus eum, qui in aliena hæreditate
se immiscuit, sufficiunt leuiores probationes, & ve-
resimilitudines ex congestis ad propositum per An-
char. cons.286. sub num.2. vers. sed veniendum est, ac in
11 odium illius actor releuatur ab onere concluden-
tis probationis, vt tradunt Aym. cons.6. num.8. Paris.
cons.67. num.27. lib. Menoch. cons.579. numer.8. & 9.

Et ponderabant vlterius, quod Leo Strozzius
scripturas ab ipso in dicta capsa seruatas ordinatè
numerauerat, & calculauerat numeris abbacalibus
vt deponit secundus Testis, ibi, E dette scritture
parte erano legate in mazzetti, e parte sciolte &c. d.
Summ. num. 10. Ac insuper quod ex oculari inspe-
ctione apparet vltra numeros abbacales eas fuisse
numeratas litteris Alphabeti duplicato, & tripli-
12 cato ordine earumdem litterarum, vndè dum
illæ exhibitæ non habent perfectam, & continua-
13 tam seriem numerorum, & litterarum eodem
Summ. num.11. apertè conuincitur, tot scripturas in
priori, & nuperrima exhibitione defecisse, quot cæ-
teris numeris, ac litteris deficientibus, verisimiliter
14 adæquari possent. Hic autem Testis licet vnicus cũ
de facto proprio deponat, facit plusquam semiple-
nam probationem iuxtà vulg. doctrinam Castr. in l.
quicumque in fin. C. de seru. fugit. quam sæpè sæpius
amplexa fuit Rota, & signanter coram bon. memor.
Buratt. dec. 289. num. 1. & dec. 665. num. 9. ac in Fir-
mana pensionis 10. Iunij 1641. coram bon. mem. Mer-
15 lino. Cum præsertim agatur de facto secreto, in
quo veritas difficilius haberi potuisset, vt notant
DD. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. Gabr. de testibus con-
clus.1. num.25. Mascard. de prob. lib. 1. in præfat. quæst.
11. num. 18.

Idque etiam nota dignum asserebant, quod DD.
de Frangipanis seligendo scripturas pro ipsis facien-
tes, eas ab alijs segregarunt, & postquam ad in-
stantiam D. Ducis citati fuerunt prima vice ad ex-
hiben. eas dumtaxat exhibuerunt, quæ pro ipsis non
faciebant, vt deponit idem testis ibi, Quelle, che
faceuano per li detti Signori Frangipani furono messe
da banda &c. e dopo perche detti Signori Frangipani
furono citati ad instanza del Signor Marchese Strozzi
à restituire le scritture, fù portata vna quantità di scrit-
ture, che furono tutte quelle, che non faceuano per li
detti Signori Frangipani al Signor Ortensio Lutioli,
che le producesse all'officio &c. Sicut ergo prima ex-
16 hibitio non fuit integra, ita nec pariter integra
præsumi debet secunda ex reg. Text. in l. non omnes
§. à barbaris ff. de re milit. & in cap. scribam de præ-
sumpt. quam bene ad propositum expendit Decian.
respons. 32. num.41. vers. Quæ coniectura lib.3. Iuncto
maximè quod antecedens Testis deponit, d. scriptu-
ras selectas in eadem capsa repositas se etiam vidis-
se post reditum D. Marij à bello.

Eoque magis in proposito, quo facta prima ex-
hibitione DD. fratres de Frangipanis medio ipsorũ
iuramento asseruerunt omnia bona, omnesque scri-
pturas spectantes ad hæreditatem prædicti Leonis
integrè, & ingenuè, & bona fide deposuisse, nec
quidquam aliud de dicta hæreditate penès se, vel
alias personas de eorum ordine retinuisse d. Summ.
17 nu.9. Et tamen postmodum coram me alias scrip-
turas exhibuerunt primo non exhibitas, vndè in-
trat suspicio, quod cæteras alias adhuc retineant,
adeout proindè integra illarum exhibitio allegari
non valeat, vt in puncto firmant Socc. Sen. cons. 190.
sub num.5. vers. neque valet allegatio cum seqq. libr. 2.
Paris. d. cons. 57. num.39. 40. & 41. libr. 1.

18. Et hinc etiam deducebant ipsum admittendum
non esse ad aliud iuramentum, sed amisisse bene-
ficium iuratoriæ cautionis ex doctrina Bald. in l. &
qui iurat in princ. C. de bonis author. Iud. poss. quam
sequuti fuerunt Roman. in l.2. num. 39. ff. solut. matr.
Ias. in l. 1. num. 23. vers. tertio limita. ff. qui satisd. cog.
& in l. non ita igimus, §. Quod diximus num. 3. ff. si quis
caution. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 8. num. 9. Vinc.
Mancin. de iuram. par. 5. effect. 10. num. 2. Licet ob so-
19 lam suspicionem existentiæ aliarum scripturarum,
quando, vt hic, agitur de maxima successione, &
graui præiudicio Actoris Rota soleat iuramentum
denegare, vt seruatum fuit coram Card. Caual. dec.82.
n.8. & 9. vbi quod hoc casu non attenditur nobili-
20 tas petentis iuramentum, nec illius honesta fama.

Qua-

Quatenus verò dicebatur iuramentum non fuisse præstitum de mandato Iudicis cessat ex facto; cum in actis liqueat præstitum fuisse, ità mandante Illustrissimo D. tunc Vrbis Gubernatore, prout similiter cessat ex facto, quod scripturæ fuerint asportatæ de ordine tantummodo D. Pompei fratris, cum approbatio, & scientia D. Marij sit euidens, ex quo cædem scripturæ asportatæ à Domo Leonis ad domum ipsorum de Frangipanis statim apertæ, & selectæ fuerunt etiam in ipsius præsentia, vt deponit idem testis *Summ. nu. 7.* & ipse quoque iurauit alias scripturas non habere, vt ex lectura iuramenti.

21 Ad illud autem, quod testes non percutiant tempus motæ litis, respondebant, quod cum DD. de Frangipanis tenerentur scripturas conseruare, & D. Duci restituere, existentia penès ipsos semel probata suffragatur, vt probat *Castr. cons. 301. sub num. 5. vers. sed certè cum semel lib. 1.* & declarat allegata *decis. 63. coram bon. mem. Coccino.*

Præualnerunt apud DD. rationes, & fundamenta deducta pro D. Duce Strozzio, & propterea cum de ipsius interesse dubitari nequeat, dum scripturas
22 petit, vti proprias ratione dominij resoluerunt non constare de sufficienti exhibitione scripturarum, vtraque parte informante &c.

LEODIEN. DECIMARVM.

3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Recurrentes ad Curias Seculares, & impedientes quocumque modo executionem litterarum Apostolicarum excommunicantur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatur recurrens ad Curias seculares pro admittenda friuola appellatione, & impedienda executione litterarum Apostolicarum.*
2 *Excommunicantur auocantes per se, vel per alios causas spirituales à iudicibus Ecclesiasticis.*
3 *Executionem litterarum Apostolicarũ impedientes fauore, consilio, vel assensu excommunicantur.*
4 *Declaratoria datur contra contumaces, tàm ex dispositione Sacrorum canonum, quàm ex stylo Rotæ.*
4 *Ecclesiastica persona tenetur præ cæteris Apostolica iurisdictioni obtemperare.*

DECISIO CCXLIV.

Dandam esse declaratoriam contra Carolum de Neuforgie, & Ioannem Rectorem Ecclesiæ de Pleneuaula Domini resoluerunt.

Constat enim de audacia Caroli, dum Alberto eius Nepoti excommunicato aggrauato, & reaggrauato fomentum præstitit curando, vt admitteretur appellatio ab ea friuole interposita ad consilium spirenſe, & impediendo executionem censurarum mediantibus inhibitione, & præceptis pænalibus ab eodem consilio impetratis Exequutori consignatis, ac ipsius impensis trium scilicet Riadalerorum officiali Leodien. præsentatis *Summ. informantis nu. 1.* & 2. Ex huiusmodi enim recursu ad consilium pro admittenda friuola appellatione, & impedienda censurarum exequutione incidit in excommunicationem comminatam tàm in Bulla cœnæ *fel. record. Pauli V. Bullar. nou. tom. 3. const. 63. vbi in §. 13.* excommunicantur interponentes friuolam appellationem
1 à grauaminibus, & futura exequutione litterarum Apostolicarum, ac huiusmodi appellationes admitti faciens, ibi, *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, tàm Ecclesiasticos, quàm seculares &c. qui prætendentes friuolam appellationem à grauamine, &c. aut alias ad Curias seculares, & laycam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam &c.* appellationes huiusmodi admitti, ac litteras, Citationes &c. capi, & retineri faciunt &c. eamdemque constitutionem referunt *Sayr. de censur. lib. 2. cap. 17. num. 3. Duard. commen. in eod. Bull. d. §. 13. in vers. Appellationes huiusmodi admitti qu. 4. per tot. & in §. 14.* excommuni-
2 cantur Auocantes per se, vel per alios causas Beneficiales, & decimarum à iudicibus Ecclesiasticis, Auditoribus, & Commissarijs, ac earumdem litterarum Apostolicarum executionem fauore, Consilio, vel assensu impedientes, ibi, *excommunicamus, &c. qui per se, vel per alios &c. Beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales &c. ab Auditoribus &c. auocantes &c. vel executionem litterarum Apostolicarum, seù exequutorialium, processuum &c. quo-*
3 *modolibet impediunt, vel ad id fauorem, consilium, vel assensum præstant &c.* idemq; tradunt *Sayr. ibid. d. cap. 17. num. 6. & cap. 18. num. 2. vers. 6. est impedita, Duard. in d. §. 13. vers. sine eorum beneplacito consensu, vel examine qu. 3. num. 2. & in d. §. 14. qu. vlt. 3. concl. per tot. & præcipuè sub num. 50. vers. 5. ampliatur cum seqq.* Quam etiam in censuras in ipsis aggrauatoria & reaggrauatoria comminatas contra conuersantes adiuuantes, ipsumque aggrauatum, & reaggrauatum patrocinantes, ac illi operam consilium, vel fauorem sub quouis prætextu subministrantes *Summar. num. 4.*

Constat pariter de inobedientia, & contumacia Rectoris, qui requisitus pro publicatione censurarũ, prout sibi in ijsdem aggrauatoria, & reaggrauatoria sub pœna excommunica, præcipitur *Sum. dict. n. 4.* illas in termino præfixo nec publicauit, nec publicare curauit.

Dum igitur dd. literæ exequutoriales aggrauatoria, & reagrauatoria personaliter intimatæ fuerunt ipsis Carolo, & Rectori *Summ. num. 3.* ipsique in termino ad parendum ibidem præfixo nullatenus paruerunt, & denique seruati fuerunt 4. termini ad docendum se paruisse, nec de paritione, quinimò de inexcusabili contumacia docto, est locus declaratoriæ tàm ex dispositione Sacrorum Canonum in *cap. Alma mater par. 1. §. 6. de sent. excomm.* quàm ex in-
4 ueterato stylo huius Tribunalis sic coercendi contumaces, de quo priùs omnium testatur *Mohed. dec. 1. de sent. excomm. Achill. dec. 5. num. 2. eod. tit. Card. Seraph. dec. 1113. num. 3. cum alijs in Vladislauien. manutentionis 23. Mar. 1645. cor. R. P. D. meo Melt io in Cæsaraugust. Distribut. seù Attentator. 25. Maij 1646. coram me, & in Tolet. Canonicat. 18. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Otthobono;* Attenta præsertim qualitate personarum vtriusque Caroli scilicet, & Rectoris, qui tanquam personæ Ecclesiasticæ, præ cæteris tenentur Apostolicæ Iurisdictioni obtemperare *cap. in memoriam 19. distinct.* prout consideratum fuit in dicta *Tolet. Canonic. cor. D. meo Otthobono §. Hic verò.*

Et ità resolutum Abbate, & Conuentu S. Lamberti tantùm informantibus, ipsis verò Carolo, & Rectore citatis per contradictas &c.

ROMANA DE LVRAGHIS.

Veneris 18. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Assignatio, & receptio insolutum pro credito imposterùm declarando, nullum habet respectum ad hoc, vel illud creditum.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura id continere videtur, quod continet illa, ad quam refertur.*

2 *Decretum vigore cuius fit instrumentum, explicatur ab ipso instrumento.*
3 *Assignatio crediti declarandi se habet indeterminate ad hanc, vel illam declarationem.*
4 *Declaratio facienda mutat titulum ipso iure, si sequatur in possidente.*
5 *Assignatio rei, cum declaratione facienda, transfert dominium temporaneum, & reuocabile.*
6 *Breue Pontificium habet vim legis.*
7 *Voluntas quandoque metitur à potestate.*
8 *Mandatum generale sufficit ad effectum eligendi, in quam causam cedat solutio, quando creditum est determinandum.*
9 *Molestiæ Iudiciales ab vna parte cessantes, indicant ratificationem partis, & quod amplius acta pugnari nequeant.*
10 *Ratificatio idem operatur, ac mandatum, licèt speciale in actu requiratur.*
11 *Sorte extincta, cessant fructus debiti.*

DECISIO CCXLV.

Domum, de qua agitur, traditam Ven. Congregationi Lateranen. cessisse in computum primi pactiti anni 1585. non autem secundi 1588. & sic sententiam A.C. esse infirmādam resolutum fuit die 4. Iunij 1646. & in hac resolutione, etiam hodie DD. permanserunt causa quinquies proposita, & acerrimè discussa. Dum enim dicta Domus assignata, & recepta fuit pro scut. 13. mill. compensandis in summa: & quantitate pecuniarum, in qua eadem Congregatio fuerit declarata creditrix Io: Baptistæ, & hæredum q. Pompilij de Luraghis, satis fit euidens assignationem non fuisse factam determinate pro vno credito magis, quàm pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando, & proinde dum posteà per subsequutam sententiam bo. me. Iusti Congregatio de anno 1602. fuit declarata creditrix vigore primi partiti, consequens est, vt in hanc causam cesserit assignatio vsque ab initio, perindè aesi ab eo instanti facta fuisset declaratio, cum
1 per relationem ad declarationem faciendam, eadem declaratio videatur à principio inesse ipsi assignationi, vt sequendo dispositionem *Text. in l. Asse toto ff. de hared. instit.* firmatum fuit in præcedenti decisione, §. *Hinc autem.*

Nec obstat, quod in Decreto Congregationis Deputatorum sub die 25. Ianuarij 1596. in cuius executionem celebratum fuit instrumentum assignationis, & dationis insolutum, Deputati decreuerintd. Domum Congregationi, & Canonicis Lateranen. insolutum tradere *à conto del loro credito* nulla adiecta qualitate faciendæ declarationis.

Quia dum in eodem Decreto reseruata fuit instrumenti confectio ad dictamen sapientis, ibi, *Si dia in solutum à conto del loro credito alli Padri della Pace &c. e con le clausule, e cautele dà stenderfi nella stipulatione dell' instromento ad dictamen sapientis, & iuxtà stylum &c. Summ. impress. Primicerij num.* 8. licitum fuit in ipso instrumento explicare, & addere pier verba explicita, quæ fuerunt de mente, ac voluntate contrahentium tempore Decreti, vt responsum fuit in *Rom.* 4. *Dotalis* 27. *Aprilis* 1616. *cor. me.*
2 §. *Animaduerterunt.* Et sicut Decretum antea factum inseruit pro declaratione Instrumenti subsequentis, ità etiam subsequens instrumentum præcedens decretum declarat ex congestis ad propositum per *Alex. cons.* 52. *num.* 23. & 25. *lib.* 4.

Prout nec subsistit, quod tempore Decreti, assignationis creditum primi partiti non esset in subsistentia certum, sed à Deputatis, alijsque creditoribus acritèr controuersum, nàm contrarium conuincitur ex sequenti facti serie, Decretum enim factum fuit die 25. *Ianuarij*, & *assignatio die* 9. *April.* 1596. *d. Summ. num.* 8. & 9. & *tamen Congregat. sub diebus* 14. & 24. *Febr.* 1595. obtinuit extrahi omnes, & singulas partitas descriptas in libris Luraghi, prout in illius executionem extractæ fuerunt incipiendo ab anno 1585. quo primum partitum initum fuit eodem *Summ. num.* 3. & 4. ac super illis electi fuere Periti, & Calculatores *Summ. Congregationis num.* 5. & *denique die* 2. *Martij eiusdem anni* 1595. contra Deputatos, & alios creditores, & ipsa Congregatio produxit Instrumentum Census scutor. 9. mill. venditi Caffarello, quem Luraghi in primo partito extinguere promiserant, & die 3. eiusdem illos citauit ad docendum Luraghos d. Censum extinxisse, ac 1. Octobris sequentis ipsimet Deputati consenserunt, vt Caffarellus rediret ad primæua iura Census non extincti *d. Summ. Primicerius num.* 7. & 19. Ex his enim clarè patet creditum vtriusque partiti eodem tempore fuisse in iudicium deductum, & prò vtriusque satisfactione pariformiter instatum, adeout sicuti creditum secundi partiti erat in substantia certum, ità pariformitèr erat certum creditum primi. Quod autem dicitur fuisse controuersū a Deputatis alijsque creditoribus tollitur ex *Decis. in Roman. erroris calculi* 16. *Nouembr.* 1601. *coram bo. me. Iusto*, vbi apparet quæstionem, & controuersiam pependisse dumtaxàt super certis erroribus nonnullarum partitarum in calculo illius commissis; hinc enim fortius conuincitur assignationem nec decretam fuisse determinatè pro vno magis, quàm pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando, cū vtrumque eodem modo in substantia certum, futuram tamen declarationem, & liquidationem expectaret.

Et nihil releuat, quod prius declaratum fuerit creditum secundi partiti, in sententia scilicet lata anno 1600. quàm primi per aliam sententiam anni 1602. Quia cum assignatio, vt dictum est, fuerit
3 indeterminatè concepta non respicit magis tempus primæ, quàm secundæ declarationis, ex *Theor. Socein. in l. solemus num.* 6. *ff. de cond. & demonstr. quàm sequenti fuerunt Casanatt. cons.* 4. *num.* 105. & 106. alijque relati in altera *Decis.* §. *Similiter.* Non obstante quod sequuta ex prima sententia declaratione crediti secundi partiti, impleta fuerit conditio, & contractus remanserit perfectus, ad *Text. in l. Boues* §. *Hoc sermone, ff. de verb. signif.* Quia cum dicta prima sententia non fuerit simplicitèr prolata, sed enim expressa reseruatione declarandi aliud creditum eiusdem Congregationis proueniens ex causa primi partiti, ibi, *Item Ven. Congregatione Lateranen. vigore primi partiti*, & *instrumenti anno* 1585. & *aliàs quomodolibet quarum causarum cognitionem, & declarationem, ac finalem excusationem nobis etiam reseruamus &c. Summ. Primicerij veteris positionis n.* 8. Dum idem Iudex inhærendo d. reseruationi subindè illud declarauit graduando Congregationem super omnes in antecedenti sententia nominatos tēpore posteriores, perindè est ac si in eadem prima sententia illud quoque creditum declaratum, & graduatum fuisset, vt præter deductos in *d. dec. firmanit Rota dec.* 1. *in fin. vt lit. pend. in nou.* Et statim
4 emanata secunda declaratione mutatus fuit ipso iure titulus primæ, & conuersus in hanc secundam habentem causam anteriorem, ineptusque remansit contractus, qui ex prima declaratione reuocabilem perfectionem habuerat, ipsaque Congregatio ex anteriori credito primi partiti cepit Domum possidere per *Text. in l.* 3. §. *Quia fideic. ff. de hared. instit.* & *in l. fun-*

l. fundo ff. ad l. falcid. Bald. in l. 2. sub num. 63. vers. Sed pone C. de stru. & aqu. Castr. cons. 345. sub num. 5. vers. Per quod patet, & cons. 390. sub num. 11. vers. quinimmò lib. 1. alijsque relatis firmauit *Rota dec. 97. num. 7. & dec. 208. num. 2. cum seqq. par. 5. rec.*

Attenta præsertim expressa protestatione specia-
liter emissa in dicto instrumento assignationis, ibi,
*sine tamen præiudicio quorumcumque iurium alijs cre-
ditoribus siqui sint, prioribus, & potioribus compe-
ten. in euentum, in quem de tali prioritate, & potio-
ritate vllo vnquam tempore legitimè constaret, & non
alias &c.* Hinc enim statim ac declaratum fuit cre-
ditum anterius euanuit titulus posterioris crediti,
5 qui Dominium in Congregationem transtulerat
temporaliter solum, & reuocabiliter donec, &
quousque constaret de credito anteriore, vt res-
pondit *Rota dec. 161. num. 7. par. 4. diu. in Rom. Preun.
30. Aprilis 1629 coram bo. me. Merlino, & in Lucana
successi. 21. Iunij 1630. cor. R. P. D. meo Ghisilerio in rec.
dec. 270. num. 19. & dec. 394. sub num. 27. vers. Prate-
rea par. 5.*

Sed vlterius hodie Domini existimarunt assigna-
tionem vsque ab initio factam fuisse in causam pri-
mi partiti, cum ex forma Breuis sa. mem. Clementis
VIII. motu proprio emanati satisfieri deberet cre-
ditoribus illorum de Luraghis iuxtà ipsorum prio-
ritatem, & potioritatem, ibi, *Et mandamus Dilecto
filio nostro Cam. Apostolica Auditori siue &c. quod sta-
tim &c. possessionem, seù quasi omnium, & singulorum
bonorum, iurium, & actionum &c. ad d. Io: Baptistam
&c. spectant &c. ad se auocet, illaque vnicuique ex cre-
ditoribus iuxtà tamen prioritatem, & potioritatem ip-
sorum, & iuxtà æstimationem &c. in extinctionem suo-
rum creditorum assignet recepta ab illis cautione de re-
stituendo Prioribus, & potioribus &c. d. Summ. impres-
so Primicerij num. 11.* Dum ergò Deputati in illius
executionem Domum, de qua agitur, Congrega-
tioni assignarunt, assignatio præsumitur facta in
causam primi partiti, vt cautum fuit in Breue, quod
6 vim legis habet *l. fin. C. de legib. Gabr. cons. 15. in princ.
lib. 2.* Potius quam in causam secundi contra formã
Breuis, & intentionem Pontificis, metiendo volun-
7 tatem à potestate ad *Text. in l. Lucius §. Imperatores
ff. ad municip. & l. si quæsita ff. de cond. & demonstr. Ro-
ta in rec. dec. 682. num. 31. par. 8.*

Et hæc etiam clariùs conuincũtur ex ipsa assigna-
tione præmisso enim pro constanti, quod in primo
partito simùl, & insolidum se obligauerint tam Io:
Baptista, quàm Pamphilius de Luraghis; in se-
cundo verò partito Io: Baptista dumtaxat, dùm as-
signatio facta fuit pro scut. 13. mill. compensandis
in summa, & quantitate, in qua Congregatio fue-
rit declarata creditrix Io: Baptistæ, & hæredum
Pompilij, ac eodem modo ipsamet Congregatio
illam acceptauit, & compensare promisit, ibi, *Quæ
scuta 13. mill. idem R. D. Don Vrbanus Procurator
prædictus d. nomine &c. bona facere, & compensare pro-
misit, prout ex nunc compensauit, & bona fecit eisdem
DD. creditoribus absentibus &c. in summa, & quanti-
tate pecuniar., in qua dicta Ven. Congregat. fuerit decla-
rata creditrix d. Io: Baptistæ Luraghi, & seù hæredum
q. Pompilij Luraghi &c.* Consequens est necessarium,
quod facta fuerit in extinctionem crediti primi par-
titi, in quo Pompilius, vt dictum est, obligatus re-
periebatur, non autem in extinctionem secundi, in
quo ipse nec interuenit, nec obligatus fuit.

Comprobantur prædicta; Primò ex subsequutis
declarationibus Congregatio enim mediante ipsius
Procuratore iteratis vicibus in iudicio declarauit se
retinere Domum, de qua agitur ex causa eius credi-
ti prouenientis ex dicto primo Partito, & vigore
istarum declarationum se defendit in eius possessio-
ne aduersus alios creditores anteriores secundo par-
tito *d. Summ. Primicerij num. 20.* Nec huiusmodi de-
clarationes impugnari possunt ex defectu mandati
8 procuræ, tum quia ad effectum eligendi in quam
causam cedat solutio, sufficit generale mandatum
ex deductis in dicta *Decis. §. Ex subsequutis*; Tum
quia dum Cõgregatio aduersus dictos creditores se-
cundo partito anteriores retentionem obtinuit, &
cessarunt molestiæ ab ipsa tacitè ratificatæ censen-
9 tur, ità vt amplius impugnari non valeant *Rot. dec.
39. num. 1. de Procur. in nou. & dec. 208. num. 4. part. 4.*
Tum denique, quia superuenit expressa ratificatio
Abbatis Monasterij S. Mariæ de Pace Procuratoris
generalis ipsius Congregationis, qui ratificando om-
nia, & quęcumque gesta per dictum Procuratorem,
eumdem specialiter substituit in omnibus causis mo-
tis, & mouendis, actiuis, & passiuis *d. num. 20.* quæ
ratificatio idem operatur, ac mandatum, etiamsi il-
10 lud specialiter requireretur *l. Quod si de special. 27.
vbi Bart. ff. de minor. l. 3. §. si Procurat. vbi Dec. num. 2.
in 2. notab. ff. quod quisque Iur. sa. me. Greg. dec. 525. num.
5. et bo. me. Buratt. dec. 301. num. 8. ibique Add. num. 19.
et seqq.*

Secundo principaliter ex sententia prolata à *bo.
me. Merlino 7. Iulij 1627.* in qua Congregatio Late-
ranen. declarata fuit creditrix Io: Baptistæ Luraghi
in scutis 18935. & b. 32. ac damnorum, & interesse
occasione secundi partiti, & pro illarum satisfa-
ctione illi adiudicata fuerunt rubra 149. Casalis Ca-
picottæ ad rationem scut 90. monetę pro quolibet
rubro, ibi, *Dicimus &c. constare de credito ipsius Ven.
Congregationis Lateranen. cum Io: Baptista Lurago in
summa, & quantitate scut. 18935. & b. 32. pro quibus
in sententia graduatoria per bo. me. Iustum lata in duo-
decimo loco occasione conuentionis, seù secundi partiti;
&c. graduata reperitur, & pro eadem summa &c. fuis-
se, & esse debita, & eidem Congregationi deberi dam-
na, & interesse ad rationem fructuum Censuum non ex-
tinctorum &c. Item Dicimus &c. ad computum summę
&c. ac damnorum, & interesse fuisse, & esse eidem Con-
gregationi prò concurrenti quantitate adiudicanda di-
cta rubra 149. scutor. 14. & quart. 9. partis, & de parte
dicti Casalis Capicotta prò indiuiso ad rationem scu-
tor. 90. monetę pro quolibet rubro iuxtà ęstimationem,
&c. prout illa adiudicamus, & adiudicari, & pro adiu-
dicatis haberi mandamus etc.* Hinc igitur amplius
controuerti non potest assignationem factam anno
1596. cessisse in extinctionem crediti primi partiti,
alias enim si Domus tunc temporis assignata fuisset
in causam secundi vtique illud pro concurrenti ra-
ta scutorum 13. mill. extinctum remansisset; adeout
pro illius satisfactione nullatenus adiudicari valuis-
sent dicta rubra 149. quorum æstimatio præfatam
summam excedit, multoque minus declarari potuis-
set deberi damna, & interesse, cum ea statim extin-
1 cta, & restituta sorte tanquam illi accessoria, cessas-
sent *l. Debitor ff. de vsur. l. si creditrici, et l. si per te
C. eod. l. fin. ibiq; notant gloss. et DD. ff. de eo quod cert.
loc. Rota Iannen. dec. 61. num. 1. vers. nec per se Rota in
rec. dec. 660. sub num. 2. vers. Et ideo par. 3.* alijsque ad
propositum egregiè relatis dictum fuit in *Romana
pecun. 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §.
Pręterea.*

Ex his itaque steterunt DD. in decisis omisso alio
fundamento Compensationis, de quo in hac dispu-
tatione non fuit opus iterum disserere, cum ratio-
nes supra deductæ sufficiant ad resolutionem causæ.

Et ità vtraque &c.

PERVSINA BONORVM.

14. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum Fideicommissi dicitur satis iustificata, ex eo quod Testator possidet vsque ad eius obitum bona in eodem loco, vbi reperiuntur controuersa, nisi exhibeatur alius titulus, aut constet de nouis acquisitionibus geauatorum in eodem loco, & eo magis si agatur in antiquis vltra 60. Annos in quibus sufficit conuenientia aliquarum demonstrationum, licèt adsit discrepantia in alijs.

Grauatus concurrentibus alienationibus cum ommissione inuentarij præsumitur satisfactus de eius detractionibus, & alleganti contrarium incumbit onus probandi. Trebellianicam non potest detrahere grauatus restituere in donatione vti donatarius, prout potest detrahere grauatus in Testamento, vti hæres, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex eo, quod Testator vsq; ad eius obitum possedit bona in eodem loco, vbi reperiuntur controuersa.*

2 *Declara hoc tantùm procedere, dummodò non exhibeatur alius titulus, aut constet de nouis acquisitionibus grauatorum in eodem loco.*

3. *Identitas bonorum optimè probatur ex conuenientia confinium.*

4 *Identitas bonorum probatur in antiquis vltra 60. Annos ex conuenientia aliquarum demonstrationum, licèt adsit discrepantia in alijs.*

5 *Identitas probatur ex instrumento locationis bonorum per Testatorem facta bonis in quibus concurrunt omnes qualitates, & demonstrationes, quæ conueniunt bonis controuersis.*

6 *Donatio omnium bonorum tàm præsentium, quàm futurorum, comprehendit omnia bona, etiam post modum, vsque ad obitum per donantem acquisita.*

7 *Tutor non potest inferre præiudicium Pupillis describendo in inuentario Tutelari eorum bona tamquam hæreditaria dum apparet ad illos spectare tamquam fideicommissoria.*

8 *Clausula salutaris per Tutorē apposita in inuentario Tutelari, operatur, quod si aliquid in eo esset descriptum, quod in præiudicium Pupilli describendum non esses, habeatur pro non descripto.*

9 *Testis Affinis, vel Consanguineus in pari gradu vtriusque collitigantis, pro idoneo reputatur, cum in eo qualibet suspicio cesset, & concurrat coequalis affectio.*

10 *Impubes, maior factus potest testificari de ijs, quæ vidit, vel audiuit in pupillari ætate dummodo esset proximus pubertati, & lex de eo tempore certam ætatem specificè non requireret.*

11 *Impubes etiam Annorum decem dicitur proximus pubertati, ad effectum, vt maior factus possit testificari de ijs, quæ vidit, vel audiuit in pupillari ætate.*

12 *Alienationes factæ per Hæredem grauatum iuncta ommissione inuentarij præsumuntur æquare eius detractiones, & alleganti contrarium incumbit onus probandi.*

13 *Trebellianica detrahi non potest ab eo, qui fuit grauatus restituere per fideicommissum non vt heres, sed vt donatarius.*

14 *Trebellianica detractio fuit inuenta fauore vltimæ voluntatis, ne scilicet hæredis nomen in vanum assumatur, & grauatus inuitetur ad adeundum, & testamentum valeat.*

15 *Trebellianica detrahi nō potest, quando ex contractu restitutio fieri iubetur, cum in eo casu cessetratio, qua fuit inuenta detractio huiusmodi Quartæ.*

DECISIO CCXLVI.

DVm coram me disputaretur, cui dandum esset mandatum de manutenendo in possessione prædij, de quo agitur, An scilicet Antonio Pelliccia-eio, vel potius fratribus de Podianis? Antonio concedendum esse responsum fuit, vt in *decision. 4. Iunij 1642.* & 12. *Iunij* 1645. Sed reproposita causa 14. *Maij* 1646. DD. dubitantes d. Prædium esse fideicommissarium, & per consequens vti tale spectare ad featres de Podianis ordinarunt, vt videretur de bono iure, quo dubio hodie proposito responderunt constare de illorum bono iure, cum ex nunc deductis clarè constet hoc prædium spectare ad ipsos vti fideicommissarios Aldæ Auiæ.

Fideicommissum enim, illiusque purificatio ad fauorem dd. fratrum non controuertitur, identitas verò, quæ sola negatur, probatur ex depositionibus testium in partibus præuia remissoria examinatorum deponentium Aldam vsque ad eius obitum possedisse quoddam prædium, seù tenimentum laboratum, arboratum, Vineatum, & Cannetatum cum Domibus Columbarijs, puteo, & furno situm in suburbijs Perusiæ in vocabulo *Monte morcino*, quo loco situm legitur Prædium subhastatum, ibi, *Anno 1630. die 9. Nouembris auctoritate &c. Dominus Cæsaris executor &c. retulit se hodie vigore mandati executiui &c. accepisse veram, & realem Tenutam vnius Tenimenti terræ aratinæ, arboratæ, pergolatæ, Vineatæ, & connetatæ cum Buschetto Domibus, & Columbarijs in eo existen. in suburbijs Perusiæ in vocabulo Montemorcino Summ. illorum de Podianis num 2.* Hinc
1 enim præsumitur, quod sit illud idem ab Alda fideicommittente ibidem possessum, dùm non exhi-
2 betur alius titulus, nec constat de nouis acquisitionibus geauatorum in eodem loco *iuxt. vulg. cons. fulgos. 145. sub num. 2. vers. Porrò si aliundè*, quod sequuti fuerunt *Zas. cons. 5. sub num. 19. lib. 1. Peregr. consil. 48. num. 13. lib. 1. & de fideic. art. 44. nu. 22. Fusar. cons. 107. num. 3. & cons. 161. num. 1. & de substit. qu. 618. num. 4.* & probauit *Rota coram So. me. Greg. decis. 575. num. 9. vbi Add. lit. C.* plures alios cumulat in *recent. dec. 131. num. 5. vers. Et satis dicitur par. 1. dec. 407. nu. 4. par. 2. dec. 42. num. 4. & dec. 129. num. 2 par. 5.* cum alijs in *Bonon. fideic. de Pancaldis 23. Ianuarij 1643. coram me §. Nam quod istud Prædium vers. sed etiam ex alia, & in Bonon. fideic. de Nascentorijs 6. Febr. 1645. cor. R. P. D. meo Royas, §. fin.*

Idque efficacius in proposito, quo vltra generales illas qualitates, & demonstrationes vnus testis in ordine 4. deponit etiam super confinibus particularibus, scilicet prædium ab Alda possessum confinare ab vno latere cum bonis Patrum d. Montis Morcini, & bonis hæredum Nicolai Bani peruentis ad quosdam de Danzettis, & ab alio cum bonis Armilai Barigiani *d. Summ. numer. 3.* quæ cum etiam
3 conueniant prædio subhastato optimè probant idē-
4 titatem, præsertim in antiquis exceden. metam 60. annorum, in quibus sufficit conuenientia aliquarum demonstrationum, licèt adsit discrepantia in alijs, quæ temporis cursu mutari, vel alterari potuerunt ad *trad. per Decian. cons. 12. num. 14. lib. 3. Rot. dec. 87. num. 16. & dec. 160. num. 7. par. 5. rec.* cum alijs in dicta *Bonon fideic. de Pancaldis 15. Febr. proximè præteriti coram R. P. D. meo Otthobono §. Ex quibus concludenter.*
5 Accedente insuper Instrumento locationis eiusdem prædij factæ anno 1581. per eandem Aldam dicto Iulio Cæsari, in quo pariter conueniunt omnes supradictæ qualitates a Testibus, & in In-

ſtrumento executionis deſcriptæ , vt reſpondit, *Rot. in Auximana fideicomm. 13. Ianuarij 1640. cor. Reuerendiſſ. D. meo Decano §. Quo verò ad probationem.*

Nec obſtat, quod Iulius Cæſar eodem anno 1581. acquiſiuerit quamdam petiam terrę ſitam in eodem loco Montis Morcini *Summ. illorum de Pellicciarijs numer. 3.*

Quia cum poſt d. acquiſitionem illam eandem petiam terræ aſſignauerit Aldæ Matri fideicommittenti in locum nonnullorum bonorum ad illam ſpectantium , & per ipſum venditorum *eodem Sum. num. 11.* Admiſſo etiam quod huiuſmodi petia contineatur in prædio, de quo agitur, nihilominus per præfatam aſſignationem effecta fuit patrimonium eiuſdem fideicommittentis, & conſequenter cadit ſub Donatione, & fideicommiſſo antea ab ipſa factis, quæ nedum præſentia , ſed futura comprehendunt ibi , *anno 1577. die 14. Ianuarij &c. honeſta mulier D. Alda &c. donauit &c. omnia, & ſingula bona tàm præſentia , quàm futura &c. & ad ipſam Aldam nunc , & in futurum ſpectantia, & pertinentia*
6 *&c.* Data enim validitate huiuſmodi donationis , quæ in propoſito non fuit in dubium reuocata, omnia bona etiam poſtmodum , & vſque ad obitum per donatricem acquiſita donata cenſentur, vt dixit *Rota deciſ. 520. ſub num. 1. verſ. Quia Virginis part. 1. recent.*

Prout pariter nec obſtat, quòd Tutor eorumdem de Podianis deſcripſerit hoc prædium in inuentario tutelari tanquàm hæreditarium Iulij Cæſaris *dicto Summ. num. 4.*

7 Quoniam dum huiuſmodi deſcriptio ex ſupra deductis omninò redditur erronea , non potuit Tutor præiudicium inferre Podianis tunc pupillis ex traditis ad propoſitum *coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 39 num. 2. & 3.* alijſque relatis in *Bonon. fideic. de Rubeis 30. Maij 1646. cor. R. P. D. meo Corrado § quia id non probatur ex ſola aſſertione*; Multoque minùs
8 cum in eodem inuētario appoſita fuerit ſolita clauſula ſalutaris , vt ſcilicet ſi deſcriptū fuiſſet id, quod deſcribendum non eſſet, haberetur prò non deſcripto ad not: per *Angel. in l. 1 §. Hæc ſtipulatio num. 24. verſ. ſi d. hæres ibiq; Imol. num. 14. verſ. Item adde ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. Theſaur. Inn. quaſt forenſ. lib. 1. quaſt. 10. num. 6. Valaſc. conſult. 52. num. 16. & 17. Rota in rec. dec. 287. num. 9. par. 3. & in Rom. Separationis Bonorum 20. Aprilis 1646. §. Dum enim aſſertio verſ. vel ſaltem illi , confirmata 25. Iunij eiuſdem anni cor. R. P. D. meo Veroſpio.*

Deducta contra quartum teſtem deponentem de confinibus non fuerunt per DD. habita in conſideratione ; Nam parum releuat, quod ſit conſanguineus dd. de Podianis, dum pariter eſt in eodem gradu reſpectu illorum de Pellicciaris ; Affinis enim
9 vel conſanguineus in pari gradu vtriuſque collitigantis pro idoneo teſte reputatur , cum in eo quælibet ſuſpicio ceſſet , & coæqualis concurrat affectio *iuxta Theoric. Bart. in l. qui teſtamento §. quacumq; num. 8. ff. de teſtam. Felin. in cap. cum oporteat ſub num. 3. verſ. 3. limita de accuſat. Bald. conſ. 461. nu. 3. lib. 4. & conſ. 10. ſub nu. 4. verſ. Adhoc præterea lib. 5. Alex conſ. 156. num. 8. lib. 5. Franc. Aret. conſ. 13. nu. 23. Cephal. conſ. 65. num. 26. Maſcard. de prob. lib. 1 concl. 26. num. 4. verſ. Verum tamen aduertas , concl. 68. num. 7. & concl. 408. num. 21. Gabr. de teſtib. concl. 13. nu. 15. & concl. 15. nu. 5. Farinac , eod. tract. qu. 54. nu. 45.* quod verò deponat Aldam hoc prædium poſſediſſe de tempore, quo ipſe teſtis erat adhuc impubes , conſtitutus ſcilicet in anno ætatis ſuæ decimo tertio pariter nihil releuat
10 cum impubes effectus maior teſtificari poſſit de ijs, quæ vidit , vel audiuit in pupillari ætate , dummodò , prout hic , eſſet proximus pubertati , & lex de eo tempore certam ætatem ſpecificè non requireret , vt magiſtraliter docet *gloſſ. in l. teſtium fides §. lege Iulia in verbo impubes verſ. Sed quari conſueuit ibique Bart. num. 2. ff. de teſtibus , & in §. Teſtes autem verbo neque impubes , ibique Aret. num. 4. inſt. de teſtam. Abb. in cap. cum nobis num. 6. ibique Felin. num. 9. de præſcript. Et in cap. Pueris numer. 3. de ſent. excom. Alex conſ. 88. num. 23. lib. 5. Calcan. conſ. 110. ſub num. 8. verſ. Nam quod fortius Cuman. conſ. 92. num. 2. Cephal. conſ. 98. num. 4. verſ. Verum quia ,* & ad propoſitum firmauit *Rota dec. 220. num. 7. par. 2. diuerſ.* vbi quod
11 adhunc effectum proximus pubertati dicitur etiam impubes annorum decem.

Exceptio verò retentionis pro legitima , & Trebellianica facile tollitur , cum nullum fuerit confectum inuentarium , & conſtet de alienationibus, *Summ illorum de Podianis num. 6. 7. & 9.* quæ alte-
12 rius præſumuntur æquare detractiones , & contrarium alleganti incumbit onus probandi iuxtà ſententiam , quam vti veriorem perpetuò ſequuta fuit *Rota* , & ſignanter alijs omiſſis in *Æſina fideicommiſſi, 10. Maij 1641. coram me §. Nec obſtant tria , & in Romana fideic. de Capiteferreo 19. Febr. 1646. cor. R. P. D. meo Corrado §. Prædictis autem.*

13 Et vlterius Trebellianica detrahi non poteſt, dum ceſſat qualitas hæreditaria , & Iulius Cæſar grauatus fuit reſtituere per fideicommiſſum, non vt hæres , ſed vt Donatarius *iuxtà claram diſpoſitionem text. in l. mulier §. vt Trebelliano ff. ad ſen. conſult. Treb. Bald. in rubr. de reuocandis ijs , quæ in fraud. cred. num. 9. Rom. in l. Stipulatio iſta §. Intèr certam num. 17. verſ. vt enim Trebellianica ff. de verb. oblig. Iaſ. in leg. poſt mortem num. 5. verſ. Alius caſus eſt C. de fideic. Alex. conſ. 247. circa finem verſ. nec eſt tractan. libr. 6. Aym. conſ. 130. num. 11. verſ. Nec iſto caſu Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 17. num. 19. Peregr. de fideicom. art. 51. num. 22. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. qu. 21. art. 19. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. g. oſſ. 9. par. 4. num. 145. Surd. dec. 144. num. 23.* Detractio enim hu-
14 ius quartæ inuenta fuit fauore vltimæ voluntatis, ne ſcilicet hæredis nomen in vanum aſſumatur , & grauatus inuitetur ad adeundum, ac Teſtamentum
15 valeat, quæ omnia ceſſant, quando ex contractu reſtitutio fieri iubetur , vt ratiocinatur *Craſſ. in §. Trebellianica qu. 5. num. 5.*

Et itá vtraque &c.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Luna 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

In contractibus non curatur de modo , nec diuerſitas perſonarum attenditur, dummodò id habeatur effectus , & quando per ſententiam vulneretur via executiua.

SVMMARIVM.

1 *Contractus factus per acta vnius Notarij valet , licèt mandatum datum eſset ad conſtituendum per acta alterius & nu. 4 vbi rationem habes.*
2 *Procurator faciens contractum cū diuerſa perſona ab illa, quam voluit principalis ritè contrahit.*
3 *Maximè ſi conditio conſtituentis non fuit effecta deterior.*
5. *Sententia abſolutoria vulnerat viam executiuam.*
6 *Via executiua non vulneratur per ſententiam notoriè iniuſtam.*

DECISIO CCXLVII.

CVm Valerius Mancinus die 23. Aprilis 1642. tanquam Procurator Rainerij à Monte , acceſſerit, fide-

fideiusserit eumdemq; Raynerium, vti principalem peincipaliter, & insolidum obligauerit in quadam Societate Officij scutorum 200. ad fauorem Pauli Roscij conuentus fuit idem Raynerius sic obligatus pro solutione feuctuum illius, & peæstatione fideiussionis; verum, quia A.C. pec diffinitiuam illum à petitis absoluit introducta causa appellationis in Rota quęsitum fuit, an esset celaxandum mandatum & Domini affirmatiuè responderunt, cùm constet de obligatione Raynerij ex publico Instrumento Societatis obligatione camerali vallato faciente probationem probatam.

Nec obstat, quod Societas rogata fuerit per acta Galli Notarij A.C. & tamen mandatum procuræ datum esset ad contrahendum societatem per acta Bonincontri de dicto mandato rogati ex illis verbis ibi, *ad ipsius nomen &c. insolidum accedendum, fideiubendum, & promitten. vni, vel pluribus instrumentis societatis Officij vsque ad summam scutor. 200. super quibusuis &c. ad fauorem quarumcumque personarum per acta mei &c.* & sic videatur diuersa societas contracta sine mandato, sufficienter tamen fuit impletum mandatum, dum societas, de qua agitur, rogata fuit per Belgium insolidum cum Pacichello d. Bonincontri successore, vt iustificatur nedum ex assertione eiusdem Belgij, ibi, *die 23. Aprilis 1642. insolidum D. Pacichello Cur. cap. Notario societas scut. 200. monetæ pro Illustriß. D. Paulo Roscio &c.* Verum etiam ex libro Receptorum ipsiusmet Pacichelli in quo descripta legitur infrascripta partita videlicet *Die 21. Aprilis 1642. Pro rogitu Instrumenti Societatis Officij scut. 200. mandatum insolidum cum D. Belgio rogan. per eundem baio. 40. Sum. informationis num. 2. & 4.* Quia dicta verba, *per acta mei*, videntur peolata potiùs demonstratiuè, quàm taxatiuè,
& peoindè quantumuis instrumentum rogatum nō
esset per acta Bonincontei, vel illius successoris, ad
huc contractus societatis sustineretur, & Raynerius
1 validè esset obligatus, cum siuè rogatum fuerit per
acta vnius, vel alterius, idem resultet effectus, vt
sequendo Doctrinam *Castr. in l. stychum qui 6. n. 1. &*
2. ff. de legat. 1. tradit ferè in his terminis alijs relatis *Grat. disc. for. cap. 950. nu. 15.* vbi quod licèt man-
2 datum datum fuerit ad constituendum censum cum
Rodulpho, ille verò constitutus apparebat cum
Pandolfina, nihilominus sustinebatur, dum enim
habetur effectus, non est curandum de modo, ma-
ximè hoc casu, quo conditio Raynerij constituen-
3 tis non fuit effecta deterior ad trad. per *Alex. in l. si*
quis mihi §. si eoram ff. de acquir. bared. Eademque
4 verba à Notario potiùs sui lucri causa, quàm de
consensu, & determinata voluntate constituentis
apposita censentur.

Et ità pro informante responsum fuit mandatum
esse relaxandum, licèt aliqui ex Dominis dubitarent
quod propter sententiam absolutoriam latam ab
5 A.C. vulnerata esset via exequutiua saltim ad effe-
ctum, vt ordinariè tantùm esset procedendum, vt
dixit *Rota diuers. dec. 132. antè num. 1. part. 2.* Quia ta-
men obligatio est claca, & ex actis non constat de
aliqua exceptione, quæ releuet, sentētia ex hactenus
6 deductis apparet euidentèr, & notoriè iniusta, adeò
ut nisi aliud deducatur interim impediri non possit
via exequutiua, quæ per sententiam notoriè iniustā
non vulneratur, vt declarando dixit *Rota apud bo. me. Coccino dec. 78. nu. 3. & 4.* vnica tantùm &c.

RAVENNATEN. SEV FERRARIEN. DECIMARVM.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Layci quamuis sint prorsus incapaces iuris decimandi, sunt tamen capaces de commoditate percipiendi fructus ad modicum tempus, vel ad vitam, Idcòque concessis decimis in dubio ius potius percipiendi fructus, quàm ius ipsum decimandi, censetur illis concessum, si autem explicitè ius ipsum decimandi, & ius percipiendi fructus concessum fuerit, concessio corruit in totum, nec sustinetur quoad ius percipiendi fructus, & quare? & an concesso iure decimandi, & lapsu longissimi temporis cum subsequuta obseruantia præsumatur beneplacitum Apostolicum, & quid vlterius requiratur?

SVMMARIVM.

1 *Layci sunt prorsus incapaces iuris decimandi.*

2 *Decima vbi Laycis fuerunt concessa, licèt concessio sustineri non possit, quoad ius decimandi, sustinetur saltem, quoad cōmoditatem percipiendi fructus, cum id tantummodo concessum præsumatur, quod licitè concedi potuit.*

3 *Declara hoc tantùm procedere, vbi in concessione censeri posset exclusum ius ipsum decimandi, vt puta, si concessa solum fuerint decima.*

4 *Decimæ Laycis concessa, cum possit intelligi, vel de solis fructibus, vel de iure decimandi, in dubio de solis fructibus concessio facta præsumitur.*

5 *Secus autem dum concessio explicitè continet ius ipsum decimandi, tunc enim cū verba restringi non possint ad solam commoditatem percipiendi fructus, concessio corruit in totum.*

6 *Decimarum sola comoditas non censetur laycis cōcessa, sed etiam ius ipsum decimandi, dum in renouatione inuestiturarum fuit ab eis petitum non solum emolumentum decimarum, sed ipsum ius decimandi.*

7 *Beneplacitum Apostolicum regulariter præsumitur ex lapsu longissimi temporis cum subsequuta obseruantia.*

8 *Layci sunt capaces solius comoditatis decimarum ad breue tempus, vel ad summum ad vitam.*

9 *Beneplacitum Apostolicum ex cursu longissimi temporis cum subsequuta obseruantia, tunc solum præsumitur in concessione decimarum facta laycis, quando sola commoditas decimarum fuit concessa.*

10 *Secus autem si sit facta concessio iuris decimandi, cum enim hæc sit à iure improbata, & imperscriptibilis, lapsus temporis cum obseruantia non suffragatur.*

11 *Laycus vt censeatur capax decimarum, & iuris decimandi, non sufficit lapsus temporis cum obseruantia, sed requiritur immemorabilis cum fama priuilegij.*

12 *Constitutio* sanct. mem. Paul. V. *emanata ad fauorem Ciuium Ferrariensium circa renouationem inuestituræ decimarum qualiter sit intelligenda.*

13 *Priuilegio is vti non potest, qui conditionem in eo à Principe appositam non impleuit.*

DECISIO CCXLVIII.

DEcisum fuerat *sub die 25. Februarij præteriti*, Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Rauennaten. dandam esse reintegrationem, eo præcipuè fundamento quia concessiones factæ antecessoribus DD. de Tassonis erant omninò nullæ ex *latè in decisione deductis*, quàm hodie in repropositione causæ Domini confirmarunt cum ipsis concessum fuerit ius deci-
1 mandi, cuius vti layci sunt procsus incapaces, *cap.*
fin. 16. quæstion. 1. cap. Sacrosancta, & cap. Massana de
elect. cap. causam, vbi Abbas Falin. & alij de præscript.
resistente etiam Concilio Lateranen. de qua in *cap.*

Pro-

Prohibemus de decim. & in cap. cum & plantare de priuil. vt præter relatos in dict. decisione tradunt Redoan. dc reb. Eccles. non alienan. quæst. 63. num. 9. & 12. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 5. Monet. de decim. cap. 5. quæst. 3. num. 66. & dixit, Rota in Nouarien. decimarum 14. Decemb. 1592. coram Orano, & in Comen. Decimarum 10. Aprilis 1595. coram eodem.

Non obstat, quod concessiones non solum loquã-
2 tur de iure decimandi, sed etiam de decimis, & iure percipiendi fructus decimales, ideòque licèt sustineri non possint quoad ius decimandi, sustineantur saltem quoad commoditatem dd. fructuum, cum id tantummodo concessum præsumatur, quod licitè concedi poterat ad trad. per Redoan. vbi supra dicta quæst. 63. num. 11.

Obiectum procederet, si verba paterentur hanc
3 interpretationem, & vbi in concessione censeri posset exclusum ius ipsum decimandi, vt puta si concessæ solum fuerint decimæ in quibus terminis loquitur Redoan. loco alleg. Tunc enim quia decimæ
4 intelligi possunt de solis fructibus, vel de iure illos percipien. in dubio de fructibus tantùm concessio facta præsumitur secus autem, vbi, prout hic, con-
5 cessio explicitè continet ius ipsum decimandi, vt in omnibus concessionibus datis in præterito Summar. Capituli, num. 2. 3. & 4. cum seqq. singillatim ponderatis in alia d. §. Vnde nihil refert, tunc enim cum verba restringi non possint ad solos fructus eorumq; commoditatem tanquam explicitè comprehendentia ius ipsum decimandi, concessio in totum corruit, vt in his terminis dixit, Rota in Mediolanen. Rescissionis permutationis 21. Iunij 1597. coram recol. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, §. Nec placuit, in Ferrarien. decimar. 23. Iunij 1617. coram Sanctiss. D. Nostro in recent. decis. 545. numer. 2. part. 4. & in Albinganen. Decimarum 25. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Viriti, §. primo quia.

Quod idem apertè declararunt ijdem Tassoni,
6 dum in petitione renouationis anno 1634. non institerunt pro commoditate, & emolumento fructuũ decimarum, sed pro ipsis decimis, & iure decimandi, ibi, Ad renouandum in eius personam inuestituram alias factam, &c. decimarum, & Iuris decimandi in Villis, &c. Antiquarum inuestiturarum, &c. hodierno Summario Capituli, num. 2. Hinc enim manifestè deducitur non fuisse concessum solam commoditatem, sed ius ipsum decimandi layeis de iure prohibitum.

Ideò nihil releuat lapsus longissimi temporis cum
7 subsequuta obseruantia, ex qua regulariter præsumitur beneplacitum Apostolicum ad not. per Falin. in cap. Albericus, num. 4. propè fin. de testib.

Hæc enim præsumptio posset recipi, si ageretur
8 de concessione solius commoditatis ad breue tempus, vel ad summum ad vitam, cuius layci sunt capaces, vt notat gloss. in cap. Quamuis verb. concesserit de decim. Abb. in cap. ad hæc num. 2. 3. & 4. eod. tit. Rebuff. quæst. 10. num. 34. Monet. d. cap. 5. q. 3. n. 61. 62. 63. & dixit, Rota decis. 2. de indic. in nou. & admissæ etiam in dict. Mediolanen. rescissionis permutationis d. §. Nec placuit, ac in d. dec. 545. num. 2. part. 4. recent.
9 tunc enim ex lapsu temporis, cum obseruantia induceretur confirmatio Apostolica sufficiens ad confirmandum actum secùs autem, vbi prout hic, facta
10 est concessio iuris decimandi, cum enim hæc sit à iure inprobata, & impræscriptibilis lapsus tempo-
11 ris, cum obseruantia non suffragatur, sed requiritur immemorabilis cum fama priuilegij, vt dixit, Rota in Toletana Iuris decimandi 7. Nouembris 1584. coram Blanchetto, in Placentina decimarum 29. Maij 1587. coram Bubalo, §. Sed cum hic in d. Comen. decimarum coram Orano, versic. Ideoque immemorabilis in dict. Mediolanen. rescissionis permutationis, vers. in quibus fuit dictum in Taurinen. decimarum 12. Ianuarij 1607. coram bo. me. Card. Marcomontio, §. supposito autem in d. Ferrarien. decimarum coram S. D. N. sub numer. 1. vers. Itaut in concessione in Corduben. de Lucena 26. Febr. 1636. coram bo. me. Coccino in recent. decis. 103. num. 10. par. 7. cum alys in præcedenti decisione, §. Nec sustineri.

Prout nec suffragatur repetitum obiectum ex Con-
12 stitut. fal. record. Pauli V. quatenus potuit in §. Et insuper ad consulendum, quod decimarum inuestituræ antè 40. annos concessæ ad fauorem Ciuium de nouo fiant in fauorem eorumdem, vel aliorum ab ipsis causam habentium quoad decimarum emolumenta tantùm, ac in §. Prædicta, vbi absq; vlla termini præfixione petendi renouationem, antiquas inuestituras pariter quoad illarum emolumenta tantùm Bonifacianæ Constitutioni de Renouandis concessionibus, & inuestituris subiecit.

Quo enim ad disposita in dicto §. Et insuper ad consulen. Domini transierunt cum responsione data in decisione videlicet, quod cùm huiusmodi facultas petendi renouationem restricta legatur ad biennium, cùm conditione, quod augeatur Canon, ibi, De quo ipsi layci teneantur infra biennium proximum accipere inuestituras, seù renouationes prædictas ab Ecclesiasticis personis prædictis, qui aucto tamen Canone pro vtilitate Ecclesiarum, &c. Et nec intra
13 d. biennium, nec cum augumento Canonis renouatio petita fuerit ex defectu qualitatis per Pontificem requisitæ non possunt vti Constitutione ex doctrina Bar. in l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flum. pub. &c. Alex. cons. 172. num. 5. lib. 2. cum alijs ibidem adductis §. Firmata nullitate, vbi vlterius in §. Quod autem dicebatur responsum fuit allegatæ restitutioni in integrum.

Quo verò ad disposita in §. Et prædicta, licèt Pontifex ibidem nullum terminũ ad peten. renouationẽ præfixerit, sed statim concessione finita illas subiecerit Bonifacianæ Constitutioni, attamen de validis tantùm concessionibus disponit, vt clarè sonant illius verba, ibi, Nec non antiquas inuestituras, si quæ extant validæ eiusdem Prædecessoris huiusmodi nec non præsentibus, &c. subijcimus, & de cætero, vt præfertur, etiam respectu decimarum quoad illarum emolumentum tantùm subiectas esse declaramus, &c. Dum itaque concessiones, de quibus agitur, sunt omnino nullæ, vt dictum fuit sub dicta dispositione nullatenus possunt comprehendi.

Et ità resolutum Capitulo, & Canonicis tantùm informan., ponderatis tamen rationibus, quæ pro habenda noua audientia deducta fuerunt ab informantibus pro DD. de Tassonis, qui post modum sępiùs citati in hac disputatione informare noluerunt.

FLORENTINA PAROCHIALIS.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Beneficium efficitur litigiosum, quando lis introducta est super titulo, & quid si super? sola possessione? lis calumniosa non inducit vitium litigiosi.

SVMMARIVM.

1 Lis dicitur introducta per cõmissionem, citationẽ ad dicendum contra, & illius reproductionem.
2 Obreptionis vitium incurritur per falsam expressionem.
3 Beneficiũ efficitur litigiosum, quando causa cõmittitur

titur super priuatione, & regressu, & nu. 5. & 8.
4 *Vitium litigiosi non contrahitur si quæstio sit super sola possessione.*
6 *Resignatio beneficij transfert in resignatarium proprietatem, & possessionem.*
7 *Regressus operatur restitutionem tàm prioritatis, quàm possessionis.*
9 *Clausula, quam, & quas facit beneficiu litigiosum, etiam si causa commissa est super solo possessorio,*
10 *Lis calumniosa non inducit vitium litigiosi.*
11 *Calumnia ad tollendum vitium litigiosi debet esse euidens, & notoria.*
12 *Causa colorata, & probabilis sufficit ad exclusionem calumniæ.*
13 *Actus pendente lite facti non reddunt litem calumniosam.*

DECISIO CCXLIX.

IAnnoctius de Attauantibus, qui 4. Kal. Maij 1638.
resignauerat Ecclesiam Parochialem, de qua agi-
tur, ad fauorem Dionysij Attauantis cum reserua-
tione annuæ Pensionis ducatorum 250. auri de Ca-
mera, & regressu in casu non solutionis, vel quod
illa nulla, inualida, seù male, & nulliter assignata, vel
reducibilis esse allegaretur anno 1645. introduxit
causam in Rota super regressu ad dictam Parochia-
lem resignatam, & præsentata coram me commis-
sione illiusque vigore expedita solita citatione cum
inhibitione, quam postmodum personaliter exequi
curauit contra Marcum Antonium Incontrium, ad
cuius fauorem anno 1644. antedictus Dionysius
eamdem Parochialem cum narratiua, & consensu
in d. regressu resignauerat, eaque in actis Notarij
causæ reproducta institit pro propositione dubij,
An esset locus regressui, quo proposito die 3. Iulij
eiusdem anni 1645. dilata fuit resolutio, in hoc sta-
tu Incontrio obtinuit Iannoctius in ipsius iuribus
gratiose subrogari, & Andreas Tortius, qui in con-
cursu per ordinarium habito ad formam Sacri Con-
cilij Tridentini renunciatus fuerat magis idoneus
impetrauit à Sede Apostolica Parochialem præfatā
sibi conferri vti vacantem per prædictum Incontrij
obitum litterisque huiusmodi prouisionis mihi dire-
ctis dubitaui, an gratia illius esset iustificata, & Do-
mini negatiuè resoluerunt moti præcipuè ex eo,
quod ipse Tortius Summo Pontifici expræssè expo-
suit super hanc Parochialem litem talē non adfuis-
se, quæ illam faceret litigiosam cuius tamen contra-
rium apertè conuincitur ex antedictis commissione
1 super regressu, citatione ad dicendum contra, & il-
lius subsequuta reproductione *Summ. Innoctij, n. 4. 5.
& 6.* ex quibus litem esse introductam probat *text.
clarus in clem. fin. vt lit. pend.* quam sequuta fuit *Rot.
dec. 4. num. 2. eod. tit. in antiq. & coram sanct. mem. Gre-
gor. dec. 94. num. 2.* Eamque reddidisse Parochialem
litigiosam est in his terminis *decis. Put. 66. versic. &
sentiebant Domini lib. 2. in correct.* Hinc enim non
solum gratia non est iustificata, sed etiam patitur a-
2 pertum vitiū obreptionis, quæ incurritur per falsam
expræssionem contra facti veritatem *cap. dudum il
secondo vers. insuper indulgentiam de elect. & capit. si
proponente de rescript. alijsque relatis dictum fuit in
Bononien. exemptionis 27. Nouembris 1628. coram bon.
me. Cardinali Vbaldo in recent. decis. 496. num. 2. & 3.
part. 5.*

Nec subsistit, quod tunc demum beneficium effi-
ciatur litigiosum, quando scilicet causa committi-
3 tur simul, & semel, tàm super priuatione, quàm
regressu vt videtur sensisse *Rota coram Card. Put.
d. decis. 67.* secus verò, quando prout hic causa com-
mittitur dumtaxat super solo regressu, hoc enim
casu cum quæstio non sit super titulo, & proprieta-
4 te dum super sola possessione beneficij non contra-
hitur vitium litigiosi ex *gloss. in cap. 1. verb. litigiosa
de confirmat.*

Admissa enim prima parte distinctionis, de qua
gloss. in c. 2. verb. finita vers. si autem vt lit. pend. in 6.
5 quam sequuta fuit *Rota coram eodem Card. Put. de-
cis. 485. vers. sed hoc non obstante d. lib. 2. in Terdonen.
Præpositura 26. Octobris 1601. coram bo. mem. Coccino
inter eius impress. decis. 42. num. 3. & in Illerden. Præ-
ceptoria 7. Februarij 1628. coram Reuerendiss. D. meo
Decano, §. fin.* ea ratione quia si quis petit aliquem
beneficio priuari, illudque sibi conferri, vel adiudi-
cari, beneficium dicitur litigiosum, vt ad propositū
notat etiam *Add. ad bo. me. Buratt. decis. 927. num. 28.
& 29.* Secunda nullatenus potest substineri, substi-
neretur enim, & procederet si causa commissa esset
dumtaxat super priuatione, nō autem super regres-
su, vt egregie se explicat *d. decis. Put. 67.* secùs verò
vbi prout hic causa introducta, & cōmissa fuit prin-
cipaliter super regressu; Tunc enim quamuis in
commissione causa priuationis non fuerit expressa,
ea tamen subintelligitur, cum non concedatur Assi
gnanti regressus, nisi præuia priuatione Resignata-
6 rij, & sicut per resignationem amittitur omnis pro-
prietas, titulus, & possessio beneficij resignati, vt
dixit *Rota decis. 597. num. 1. part. 1 diuers. et dec. 278.*
7 *part. 2. rec.* Ita etiam regressus operatur restitutio-
nem, & translationem eorumdem proprietatis, ti-
tuli, & possessionis *Rot. dec. 427. n. 7. ead. prima part.
diuers. Mohed. dec. 11. num. 4. et dec. 13. pariter, num. 4.
de renunc.* Ac vigore illius restituitur resignans in-
tegraliter ad beneficium resignatum, recuperatque
locum, quem prius habebat *Mohed. d. decis. 11. in fin.
de renunc. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 14. num. 28. cum
alijs per Modern. Lusitan. in pract. exig. pens. q. 19. num. 15.
et 16.* Et proindè lis principaliter introducta dici-
tur super ipso titulo, & proprietate beneficj, quod
8 cum petitum fuerit vti suum vigore præambulæ
collationis ad eius fauorem factæ omninò remanet
litigiosum iuxtà opinionem, quam vti veriorem, &
communiorem sequuta fuit *Rota coram sa. me. Greg.
decis. 305. sub num. 5. vers. dubium tamen remanet in
Romana Cappellaniæ 3. Aprilis 1620. coram bon. mem.
Coccino in recent. dec. 202. nu. 4. par. 8. in Leodien. Ca-
nonicatus 9. Iunij 1621. coram bo. mem. Card. Vbaldo,
vers. & nihilominus Domini in dicta Illerden. Prace-
ptoriæ 5. Martij, & 21. Maij 1627. coram bo. me. Man-
zanedo, & 7. Febr. 1628. coram Reuerendissimo Domino
meo Decano, ac in alijs relatis per Add. ad bo. me. Bu-
ratt. d. dec. 925. num. 23. & 24.*

Accedente præsertim clausula quam, & quas, vna
cum omnibus incidentibus dependentibus, annexis
& connexis, totoque negocio principali in commis-
sione apposita, quæ operatur, vt data præexistentia
alicuius collationis, ex qua, vt hic beneficium peti
possit vti suum lis introducta dicatur super titulo, &
facit beneficium litigiosum, vt tradit *Sarn. in reg. de
infirm. resign. q. 34. num. 4. Egid. dec. 618. Cassad. dec. 9.
num. 13. de caus. poss. & propr. Caputaq. dec. 152. per to-
tam part. 1. vt dixit Rota in dict. Illerden. Præceptoria
coram Reuerendissimo Domino meo Decano, §. pro cuius
dubijs in Messanen. Archipræsbyteratus 29. April. 1641.
coram me, §. accedentibus præsertim, & in Gerunden.
Prioratus 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio,
§. Tum etiam versic. maximè verò.* Idque etiamsi
causa commissa esset super solo possessorio absque
specificatione petitorij, vt dixit *Rota in Tullen.
Cappellaniæ 2. Iunij 1627. coram bon. mem. Coccino,
& in alijs relatis per Add. ad Buratt. d. dec. 927. nu. 31.*

Neque

Neque obstat, quod hoc non procedat quando lis
10 est calumniosa, vt tradunt *Bolognett. decis. 2. de rer. permut. & Cassad. decis. 7. num. 1. de dol. & contum.*

Quia ad iustum effectũ calumnia debet esse adeò
euidens, & notoria, vt nullo prætextu cælari valeat
11 ad trad. per *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 20. n. 110.*
& seqq. & dixit Rota coram bo. me. Buratt. d. dec. 927.
sub num. 10. vers. nam calumnia in d. Messanen. Archipræsbyteratus coram me, §. præsertim cum appareat,
vers. calumnia enim, & in d. Gerunden. Prioratus coram R. P. D. meo Biebio, §. animaduerterunt Domini
circa fin. ac in Bonon. Parochialis 29. Nouembr. 1646.
coram R. P. D. meo Otthobono, §. fin. In proposito autem tantum abest, quod adsit ista euidens, & notoria calumnia, quinimò iusta, & probabilis concurrit causa litigandi, petendique regressum. Dum enim Incontrius die 24. Aprilis 1645. iudicialiter comparuit in Tribunali Archiepiscopi Florentini, ibique Iudicium instituit cõtra Attauantium super nullitate pensionis ad sui fauorem reseruatæ in antedicta resignatione, vt constat ex illiusmet comparitione, & petitione *Summ. Attauantis, num. 3.* factus erat locus regressus expresſè stipulato in casu, quo pensio nulla, vel inualida allegaretur, & consequẽ-
12 ter iustam habuit causam litigandi, cum tamen
sufficeret colorata, & probabilis ad calumniæ suspicionem diluendam *Rebuff. in reg. de subrog gloss. 7.*
num. 3. Rot. dec. 342. num. 7. part. 1. recent. cum alijs per Add. ad san. mem. Greg. dec. 426. num. 11. & dictum fuit in dd. Messanen. Archipræsbyteratus, & Gerunden. Prioratus supra allegatis; Idque etiamsi idem Incontrius in eodem Tribunali expræsſè renunciauerit præfatæ comparitioni, & petitioni *Summ. præd. num. 3.*
Quia cum huiusmodi renunciatio facta fuerit post
13 introductã causam in Rota, non potuit reddere litem calumniosam, vsque & ab initio, cum præsertim nullæ hucvsque factæ fuerint probationes *Acchill. decis. 7. num. 6. vt lit. pend. cum alijs coram bo. me. Buratt. d. dec. 927. num. 11.*

Et ita vtraque &c.

VALENTINA PAROCHIALIS DE MONCADA.

Ven. 28. Iunij 1647.

Litteræ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ, debent executioni demandari, nec per exceptiones requirentes altiorem indaginem debent retardari. Valor beneficij quando probetur. In reseruatione nouę pensionis est facienda mentio antiquæ, quod fallit in pensionibus impositis à Concilio, quia sunt propriè onera, non pensiones.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ quando sunt verificatæ, debent exequi.*
2 *Litteræ resignationis à Sede Apostolica impetratæ debent in tempore publicari.*
3 *Confessio resignationis facta à resignante, sufficit pro verificatione resignationis.*
4 *Litteræ promotionis ad ordines probant qualitates ordinati.*
5 *Doctoratus probatur ex priuilegio.*
6 *Relatio examinatorum probat quem esse idoneum ad curam animarum.*
7 *Natiuitas patriæ ex Testibus probari potest.*
8 *Possessio à prouiso capta, præsumitur continuata vsq; ad diem suæ resignationis.*
9 *Substentatio est commensuranda iuxta consuetudinem Regionis.*
10 *Clausula,* Vt commodè substentari valeas *censetur apposita ad fauorem resignantis.*
11 *Valor beneficij contra impetrantem probatur ex eius confessione.*
12 *Valor beneficij expressus per non excessum, non requirit exactissimas probationes.*
13 *Onera beneficij perpetua non sunt exprimenda in supplicationibus,* & num. 14.
15 *Reseruatio nouæ pensionis sine expressione antiquæ non valet.*
16 *Papam non præsumitur duplici onere voluisse grauare beneficium,* ibidem.
17 *Stylus specificus, & particularis non exprimendi in supplicationibus pensiones antiquas per Concilium impositas præualet stylo generali de exprimendo pensiones ex gratia à Pontifice impositas.*
18 *Pensiones à Concilio impositæ non sunt propriè pensiones, sed onera, & portiones,* & num. 20.
19 *Pensio imponi non potest pro contributione onerum à Concilio impositorum.*
21 *Onera à Concilio super beneficijs imposita non continentur in valore beneficij expresso sed illud minuunt.*
22 *Testes plenè probant contra inducentem.*
23 *Onus lato vocabulo potest dici pensio.*
24 *Expressio facta ad cautelam non tollit stylum Dataria non exprimendi.*
25 *Subreptio ex generica cognitione Papa tollitur.*
26 *Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat executionem litterarum Apostolicarum.*

DECISIO CCL.

Firmata validitate resignationis Parochialis, de
qua agitur ad fauorem Insæ prætendente Murillo omnia narrata in litteris non esse verificata; Du-
1 bitaui, an litteræ Apostolicæ essent exequendæ, & cum in omnibus expositis totaliter visæ fuerint iustificatæ, Domini vtraque parte informante affirmatiuè resoluerunt iuxta disposit. *text. in cap. si capitulo, ibique gloss. in verb. exequatur de præbend. in 6. cap. super litteris de rescript. Sarnen. in tract. Breu. numer. 4. ac perpetuò respondit Rota, & signanter in Bonen. Abbatia 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Arguellio, §. Ratio resolutionis in Melfiten. Cantoriæ 2. Martij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Siguntina, seù nullius Archipræsbyteratus 28. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Verospio.*

Quod enim Parochialis controuersa solita fuerit
conferri Cappellanis Professis militiæ de Montesa,
quodque talis esset Michael Thomas resignans iustificatur ex propria confessione ipsiusmet Murilli,
dùm illam impetrauit à Sede Apostolica sub præ-
2 textu, quod Insa litteras resignationis in tempore
non publicauerit eius *Summ. num. 2.* quæ confessio aduersus ipsum confitentem sufficit pro verificatione narratiuæ *Egid. dec. 595. nu. 1. Card. mant. dec. 132. num. 1. Rota in recent. dec. 700. num. 2. part. 1. & dec. 10. num. 1. part. 2. cum alijs in Tullen. Prioratus 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Arguellio.*

Thomam verò resignatarium esse pariter Cap-
3 pellanum, & Professum eiusdem militiæ probatur
ex litteris suæ promotionis ad Subdiaconatus ordinem, in quibus præuia enunciatiua, quod esset Acolitus dictæ militiæ, promotus fuit titulo Religionis,
4 quæ probant, vt in simili de qualitate Clericatus,
Gramm. dec. 81. num. 2. sanct. mem. Greg. dec. 78. num. 5. similiter esse decretorum Doctorem probatur ex publico priuilegio Academiæ Valentiæ *d. nu. 3.* in quo Licentiaturæ, & iuris Canonici Doctoratus gradu
5 decoratus fuit, *l. si solemnibus vbi Bald. & Salyc. C. de fid. instr. Alex. cons. 107. num. 1. & 3. cum seqq. lib. 7. Mascard. de probat. conclus. 527. numer. 1. & seqq. Rot. dec. 236. num. 11. par. 7. recent.* Esse Idoneum ad cu-

9 ram animarum ex relatione examinatorum Urbis *d. Summ. num. 5. vt dixit Rot. in Pistorien. Parochialis* 10. *Maij* 1641. *coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio, §. de 3. conditione*, esse autem oriundum ex Diœcesi Valentina ex Testibus formiter examinatis, *vt in dict. Meisiten. Cantoria coram R.P.D. meo Otthobono,*
7 *§. quod verò Galeatius.*

Præterea, quod resignans à Triennio, & vltra hanc Parochialem obtinuerit, illamque possederit, probatur ex eius prouisione de anno 1613. Et ex
8 instrumento publico adeptæ possessionis *dict. Summ. num. 4.* quæ continuata præsumitur vsque ad diem resignationis, donec de contrario doceatur, *l. 3. §. in amittend o, ff. de acquir. poss. l. rem quis ff. de procur. Natt. cons. 400 nu. 6. Rot. dec. 4. de probat. in nou. & dec. 401. num. 4. part. 2. recent.*

Quodque vna cum pensione ducatorum bis centum in resignatione, de qua agitur, sibi reseruata,
9 alia etiam haberet, ex quibus commodè viuere posset, iustificari videtur ex ijsdem testibus *d. Summ. n. 7.* concludentibus illum præter victum, & vestitum, quæ ipsi subministrabantur à prædicta Religione, habuisse etiam quamplures pecuniarú quantitates
ascendentes ad scuta sex mille, quæ inuestita reddere potuissent annua scuta 600. nec non bona materna annui redditus ducatorum 1500. quæ simul calculata longè exuberabant pro commoda, & honesta sui substentatione iuxta consuetudinẽ, & morem propriæ Regionis, vt aduertit, *Rot. dec. 257. n. 3. part. 1. recent*, Idque eò magis in proposito, quo ip-
10 se resignans obijt, nec viuens vnquam opposuit de defectu huiusmodi conditionis. Dum enim apponi solet per Pontificem ad commodum, & fauorem, dumtaxat resignantis *Sarn. super reg. de trien. qu. 39. num. 4. Card. Seraph. dec. 457. num. 3. Rot. dec. 601. nu. 3. part. 4. recent. & in Legionen. Canonicatus* 23. *Ianuarij* 1644. *coram R.P.D. meo Royas, §. minus facit* ipso non opponente, vel nulla requiritur iustificatio, vt notat *Garz. de benef. part. 6. cap. 2. num.* 280. vel leuis sufficit, vt in his ferè terminis dictum fuit *in Tridentina Parochialis* 5. *Decembris* 1646. *coram me §. quia animaduerterunt Domini.*

Valor denique in ducatis bis centum, & cum in-
11 certis vsque ad quatuor centum tàm per assensum, quàm per non excessum expræssus probatur pariter concludenter ex confessione eiusdem Murilli, qui nedum in supradicta impetratione, sed etiam in altera sub data Pridie Idus Iulij 1642. eius *Sum. n. 15.* valorem huius Parochialis in eadẽ quantitate vtroque modo expræssit, vt ponderauit *Rota in d. Bonon. Abbatiæ, §. Valor expræssus iunctis* depositionibus duorum Testium, *d. Summ. num. 6.* qui licet etiam deponerent de publica voce, & fama, sufficeret cũ
12 narratiua valoris per non excessum non requirat exactissimas probationes ad tradita per *Garz. de benef. part. 5. cap. 3. num. 198. Caputaq. decis. 277. num. 8. par. 1. Card. Canal. dec. 533. num. 6. Rota in recentior. dec. 187. num. 8. part. 6. in Ferrarien. Archidiaconatus* 20 *Aprilis, & in Fulginaten. Parochialis* 25. *Maij* 1646. *coram me, ac in Beneuentana Canonicatus* 8. *Februar. proximè præteriti cor. R.P.D. meo Bichio, §. iustificatio d. autem circa hu. sed semiplena sufficiat, Card. Mant. d. dec. 132. num. 4. bo. me. Burait. dec. 255. num. 13. Rot. in recent. dec. 512. num. 1. par. 3. in d. Meisiten. Cantoria coram R.P.D. meo Otthobono, & in Nazarena, seu Montis Viridis beneficij* 15. *Decembris* 1645. *cor. R.P.D. meo Verospio.*

Constito de iustificatione narratorum, litterarum executio retardari non potest prætextu repetitæ inualiditatis ob non factam expræssionem duorum
13 Cafficiorum Tritici Seminario annuatim debitorum quorum taciturnitatem gratiam vitiare tenuit, *Rot. in Valentina Prusionis* 25. *Maij, &* 25. *Iunij* 1601. *coram bo. me. Card. Millino.*

Iterum enim responsum fuit, deducta in dicta Valentina Pensionis hodie non applicari, stante recenti, & moderno stylo Datariæ, non exprimendi
14 in supplicationibus similia onera perpetua seruata tempore *fel. me. Sixti V. vsque ad fel. rec. Vrbanum Octauum*, nedum generaliter in alijs Prouincijs, sed particulariter in Diœcesi, de qua agitur, vt consideratis, & perpensis fidibus, supplicationibus, partitis, & mandatis extractis ex libris publicis datariæ, & Cancellariæ dictum fuit in duabus decisionibus validitatem resignationis plenè firmantibus; cum quarum fundamentis hodie pariter Domini transierunt.

Nec contrarium concludunt sex Testes nuperrimè pro Murillo examinati, omnes enim per hæc verba deponunt, ibi, *Sò che è stato, & è stile inconcusso osseruato, e si osserua da tutti communemente, &c. dall' anni detti di sopra, che nelle riserue de pensioni per causa di risegna sopra qualsinoglia beneficij particolarmente Curati di esprimere le pensioni vecchie riseruate, ò in quantità di danari, o in specie di frutti in qualsiuoglia somma, ancorche siano perpetue ò temporance à fauore di Chiese persone, Collegij, ò Vniuersità, è s'alcune volte non è stata fatta, ò non si fà mentione, cioè perche non si è hauuta, ò non si hà notitia da Procuratori, e Speditioneri, e questo lo sò, &c. Summario eiusdem Murilli, nu. 2.* Hinc enim duo genera pensionum sunt distinguenda. Primum scilicet illarum, quæ per Pontifices ex gratia reseruantur, ac in valore beneficij continentur, & in istis, siuè perpetuæ sint, siuè temporales, viget stylus narratus à prædictis Testi-
15 bus, quod scilicet in reseruatione nouæ pensionis fieri solet expressa mentio antiquæ; Idemque iniure cauetur, itaut non facta mentione primæ pensionis secunda nullatenus sustineatur, sed in totum
16 corruat, cum non præsumatur Papam voluisse duplici onere grauare beneficium *Castad. dec. 3. num. 1. & 6. de pension. Caputaq. dec. 301. num. 1. dec. 312. numero pariter 1. par. 2. & decis. 86. numer. 2. & 3. part. 3. Mohed. decis. 11. num. 1. de locat. Paris. de resignat. lib. 6. qu. 2. num. 40. cum seqq. Mandos. regg. 33. qu. 6. num. 7. 8. & 9. & de Signatura gratiæ tit. de pens. vers. Supposuimus antiquæ Garz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 561. cum seqq. & dixit Rot. in Reginen. Pensionis* 27. *Iunij* 1636. *coram bo. me. Merlino in recent. dec. 169. n. 1. 2. 3. & 4. part. 7.* Secundum est, quæ non à Pontificibus ex gratia reseruantur, sed impositæ sunt per Decretum Concilij ad fauorem Seminariorum prout hæc de qua agitur, de istis enim, nec verbum quidem, nullamque mentionem faciunt præfati sex testes, vt supra examinati, sed in eis seruatur particularis sty-
17 lus non exprimendi quantumuis certa, & specialis notitia habeatur à procuratoribus, ipsaque expeditoribus, particulariter probatus in Diœcesi, de qua agitur, vt dictum est; stylus enim specificus, & particularis eas non exprimendi præualet generali in contrarium tangenti solùm pensiones à Pontificibus ex gratia reseruatas, de quo tantummodo præfati testes loquuntur ex doctrina *Bart. in l. 2. num. 41. Cod. quæ sit long. consuet. Paris. cons. 25. num. 42. lib. 4. Aym. cons. 111. num. 16. Tus. dec. 176. num. 6. & 7. lib. 3. ia correl. Rot. dec. 169. num. 9. part. 5. & decis. 272. nu. 3. part. 7. at in Barchinonen. Canonicatus* 15. *Decembris* 1645. *coram R.P.D. meo Royas, §. nihil facit.*

Insuper animaduerterunt Domini, quod huius-
18 modi pensiones per decretum Concilij impositæ non

19 non sunt propriè pensiones, sed onera, & portiones
detractæ ab ipso corpore beneficij, ac applicatæ Se-
minarijs. Tùm quia pro illorum contributione
pensio imponi non potest, vt notat *Farin. in collect.
ad idem Concil. sess. 23. capit. 18. de reform. in declarat.
sub num. 15. versic. pro contributione.* Tùm quia ex-
20 præsè disponitur ab eodem Concilio *d. cap. 18. sub
vers. quia contigit*, ibi, *Partem aliquam, vel portionem
detrahent, & eam portionem sic detractam, &c. hinc
Collegio applicabunt, & incorporabunt, &c.* & pro-
21 inde non continentur in valore beneficij expræsso,
sed illum minuunt ad tradit. per *Gig. de pens. qu. 96.
num. 2. & 3. Put. dec. 201. lib. 3. in correct. Buratt. decis.
418. num. 1. Add. ad san. mem. Greg. dec. 245. sub num. 2.
vers. ad istum autem effectum.* Ac per consequens de
illis mentio fieri non solet ex deductis in prædictis
decisionibus, & comprobant ijdem sex testes iuxtà
quartum interrogatorium, ibi, *L'effetto diuerso, che
io trouo trà pensioni, e pesi, è che li pesi nelle suppliche
non si esprimono, perche si detrahono primieramente
dalli frutti perche quando si dice, che vn beneficio frut-
ti cento scudi, s'intende* deductis oneribus, *al contrario
delle pensioni perpetue, o temporali, le quali deuono espri-
mersi, perche non vanno sotto nome delli pesi, ma si de-
uono pagare dalli frutti espressi*, Summariolo Iusæ,
num. 3. Idemque clarius deposuit primus iuxtà quin-
tum, ibi: *Et in dette suppliche, che io ho spedito non ho
fatto mentione de pesi perpetui à fauore de' Seminarij, e
la ragione è come ho detto di sopra; perche li frutti de'
beneficij si intendano essere quelli, che si esprimono*, de-
ductis oneribus, *Summ. Murilli, num. 4.* Præfati enim
22 Testes contra ipsum Murillum inducentem, plenam
faciunt probationem *Ias. in leg. admonend. de iur. iur.
Roman. cons. 104. num. 6. Aym. cons. 201. nu. 7. Bertazz.
cons. crim. 70. num. 29. & cons. 193. num. 23. lib. 1. Grat.
discept. for. cap. 552. num. 9.*

Nec prædictis aduersatur Bulla san. mem. Grego-
rij XIII. in hodierna propositione nouiter deducta
23 Summus enim Pontifex non reseruauit, vt altera
pars prætendit pensiones aliquas Seminario, de quo
agitur, sed dumtaxat confirmauit illius erectionem,
& fundationem factam per Archiepiscopum, tunc
temporis Valentinum, approbauitque omnes quan-
titates tritici, & olei à diuersis Parochialibus illius
Diœcesis per eumdem Archiepiscopum extractas,
& eidem Seminario iuxta dictam dispositionem
Sacri concilij Tridentini applicatas *dict. Summariolo
num. 1. ex tradit. per Lotter. lib. 1. qu. 35. num. 9. & 10.*
Satisque est, quod applicatæ fuerint Seminario in
executionem Sacri Concilij, vt proinde tanquam
onera in primis, & ante omnia deducenda exprimi
non debeant ex stylo superius adducto, vt etiam ad-
mittunt contrarij Testes.

Prout nihil releuat, quod in nonnullis alijs simili-
bus pensionũ reseruationibus legatur facta expræs-
sa mentio eiusdem oneris, eodem *Summ. nu. 5.* Quia
huiusmodi expræssio videtur potius facta ad abun-
dantiorem cautelam, & exindè non tollit probatũ
24 stylum Datariæ illa non exprimendi, vt respondi-
tur in *decisione diei 18. Maij 1646. §. prout nec obstat.*

Et cessat quoad hoc quælibet hæsitatio, quia cum
huiusmodi onera non sint voluntaria, sed necessaria
ex dicto decreto Concilij, quod Pontifex præsumi-
tur optimè scire, vel cogitauit, aut cogitare potuit
super hac Parochiali adesse hoc onus pro Semina-
25 rio, quæ sola generica cogitatio sufficit pro euitan-
da subreptione *l. qui iure militare. ff. de milit. testam.
Felin. in capit. nonnulli. sub numer. 18. de rescript. Ruin.
cons. 68. num. 4 & cons. 75. num. 16. lib. 1. Hond. con. 89.
num. 27. lib. 1. Cassad. dec. 12. num. 6. de præben. decis. 1.
de priuil. Lap. alleg. 89. num. 6. vers. item licet taciturni-
tas Rot. coram Card. Seraph. decis. 1445. num. 6. coram
bon. me. Buratt. dec. 883. num. 6. coram bo. mem. Coccin.
dec. 413. num. 7. in recent. dec. 100. num. 3. part. 5. & in
Meleuitana optionis 5. Martij 1640. coram bon. memor.
Merlino, §. non obstat, quod dictum Breue, vers. & sat
est.* Adeò vt illius taciturnitas non sit apta redde-
re gratiam subreptitiam ex deductis *in decisione dici
28. Aprilis 1645. § prout etiam maximè in proposito,*
quo sufficit præfatam exceptionem inualiditatis, seu
subreptionis reddi turbidam ad effectum, vt non
26 possit impediri executio litterarum Apostolicarum,
dum in omnibus alijs sunt iustificatæ, vt in princi-
pio dictum est; Exceptio enim requirens altiorem
indaginem, non impedit beneficium *l. fin. C. de edict.
diu. Adr. toll. vt tradit R.P.D. Arg. de acquir. poss. q. 3.
num. 154.* Adinstar cuius proceditur ad executio-
nem litterarum Apostolicarum *Mohed. decis. 13. vt
lit. pend.*

Quod dicitur de publicatione non facta infra no-
uem menses non merebatur allegari, dum præuia
restitutione in integrum facta fuit in termino ob-
tentæ prorogationis.

Et ita vtraque &c.

REATINA VICARIÆ.

Ven. 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Institutio debet fieri ad electionem, & nominationem
Capituli, & Canonicorum cum approbatione Or-
dinarij, quando beneficium est vnitum Ecclesiæ Ca-
thedrali, & licet Canonicis appellare à concursu per
Episcopum indicto, & electio cum omnibus deinde
gestis ab Episcopo post interpositam appellationem
redditur attentata, nec sustinetur, quamuis Episco-
pus esset in quasi possessione eligendi, & continuare
prætenderet absq; vitio attentatorum, cum semper
ei resistat decretum irritans appositum in Constitu-
tione *sanct. mem. Pij Quinti*, & quando appellatio
etiam extraiudicialis sit attendenda?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quando est vnitum Ecclesia Cathedrali
non est locus concursui, sed institutio debet fieri ad
electionem, & nominationem Capituli, & Cano-
nicorum cum approbatione Ordinarij.*

2 *Canonici, & Capitulum possunt appellare a con-
cursu per Episcopum indicto, quando beneficium
est vnitum Ecclesia Cathedrali, & ad eos spectat
electio, & nominatio.*

3 *Omnia gesta post interpositam appellationem sunt
omnino attentata.*

4 *Appellans nõ tenetur petere responsionem de Apo-
stolis in ipso actu appellationis, sed sufficit si il-
lam petat intra triginta dies.*

5 *Appellatio quamuis fuerit extraiudicialis causat
attentata, quando appellatus de ea notitiam ha-
buit.*

6 *Clausula,* Quam, & quas, &c. *in commissione appo-
sita operatur comprahensionem omnium in pro-
gressu causæ in litem deductorum.*

7 *Quasi possessio conferendi beneficium vnitum Ec-
clesiæ Cathedrali, non suffragatur Episcopo ob
resistentiam decreti irritantis appositi in Con-
stitutione* sanct. mem. Pij V.

8 *Decretum irritans inficit titulum, & quamcumque
possessionem.*

9 *Prouisiones Apostolicæ nõ immutant statum bene-
ficij, nisi concurrant quadragenaria, Animus, ac
intentio Pontificis illum immutandi, ac scientia
& patientia illorum, qui ex hac status muta-*

tione praiudicium recipiunt.
10 *Prouisiones Apostolicæ multo minus immutant Statum beneficij quando fuerunt factæ per viam resignationis.*
11 *Possessio capta post præsentatam inhibitionem nullo pacto à vitio attentatorum excusari meretur.*
12 *Amplia etiam, si is, qui possessionem apprehendit non fuerit nominatus in commissione cuius vigore inhibitio emanauit, dum commissio non fuit restricta ad certas personas, sed fuit concessa cum clausula*, Omnesque alios.
13 *Commissio dum non fuit restricta ad certas personas sed concessa cum Clausula*, Omnesque alios *&c. vigore huius commissionis, etiam in ea specialiter non nominatus citari potest, & inhiberi.*

DECISIO CCLI.

Postquam ad fauorem Canonicorum, & Capituli Reatini ipsis solum informantibus resulutum fuit constare de attentatis, & aponendum esse sequestrum, reproposita causa, informantibus etiam Reuerendissimo D. Episcopo, & Petro Scossa in Vicarium electo Domini ex eisdem fundamentis steterunt in decisis.

1 Quo enim ad D. Episcopum dum Vicaria, de qua agitur, vnita fuit Cathedrali Ecclesiæ Reatinæ non erat locus concursui, sed institutio fieri debebat ad electionem, & nominationem Capituli, & Canonicorum cum approbatione Ordinarij, vt latè firmatur in alia decisione, & plenius in *Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ 10. Februarij 1645. coram R.P.D. meo Corrado, §. ex quibus informatur.* Ideoque in dicto concursu licuit illis appellare, vt re-
2 sponsum fuit in *Gerunden. Vicariæ 3. Iunij eiusdem anni coram R.P.D. meo Bichio §. in casu autem nostro,*
3 & consequenter tàm ipsa electio, quàm omnia gesta post interpositam appellationem sunt omninu attentata *cap. non solum de appell. in 6.*

Nec subsistit, quod appellatio interposita die 23. Nouembris 1646. fuerit solum verbalis protestatio de appellando facta per procuratorem Fiscalem Curiæ Episcopalis non autem formalis appellatio.

Suppositum enim corruit ex facto, quia appellatio non fuit interposita à Procuratore Fiscali, sed ab ijsdemmet Archidiacono, & Canonicis, nec fuit solumodu verbalis protestatio, sed vera, & realis appellatio, vt vtrumque iustificatur ex tenore illius, ibi, *Die 23. Nouembris 1646. pro Ill. & RR. Archidiacono, Canonicis, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Reatinæ, contra &c. comparuerunt ijdem, & saluis &c. protestantur de appellando, prout quatenus &c. ex nunc appellant ad S.D.N. eiusque sanctam Sedem Apostolicam, Sacramque Congregationem, omnesque alios Iudices &c. Summ. Capituli præteritæ positionis num. 9.*

Quod autem appellantes eodem instanti non petierint sibi de Apostolis responderi, nihil releuat, dum huiusmodi responsionem petierunt, & habuerunt die 6. Decembris sequentis, quo iterum appel-
4 larunt *d. Summ. num. 10.* necessarium enim non est responsionem de Apostolis petere in ipso actu appellationis, dummodo petatur intrà triginta dies, qui est terminus iuris iuxta claram dispositionem *text. in l. Iudicibus, C. de appell. Bart. in l. 1. §. libelli, num. 8. ff. eod. gloss. in cap. ab eo in figuratione casus vers. sed vtrum ibique, Archidiac. num. 1. Gemin. num. 1. & Franc. pariter num. 1. eod. tit. in 6. specul. tit. de Apostol. lib. 4. num. 15. Ioann. Ferrar. de appell. lib. 2. cap. 6. numer. 143. inter tract. magn. tom. 5. fol. mihi 69. Scacc. eodem tract. lib. 3. cap. 2. quæst. 13. artic. 4. num. 38. Rota decis. 15. sub num. 3. vers. sed quoad Apostolorum de appell. in nou.*

Non obstat, quod præfata appellatio fuerit solũ extraiudicialis, & quod desuper fuerit nulla impetrata commissio appellationis, sed commissa solum causa lactationis, & lactationum super iure elligendi, & nominandi Vicarium.

Quia cum electio facta fuerit contra appellationem, & post illius interpositionem, & vlterius de ea D. Episcopus notitiam habuerit, vt apparet nedum ex decreto de illam insinuando Procuratori fiscali *sub die 23. Nouembris*, sed etiam responsione de Apostolis ab ipso data *sub d. die 6. Decembris*, vtiq;
5 fuit manifestè attentata quamuis appellatio fuerit extraiudicialis, vt super *text. in clem. causam de elect.* ibi, *Tunc demum ad sedem eamdem deuolui censemus, cum in appellati, aut Procuratoris eiusdem in ipsa causa specialiter constituti præsentia interposita fuerit, aut eorum alteri infra mensem &c. legitimè intimata distinguendo tradit, Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 3. numer. 11. 12. & 25. cum seqq. & firmauit Rota in dicta Gerunden. Vicariæ coram R.P.D. meo Bich. §. Esto itaque.*

Et hic facilè cessat, quod dicitur non fuisse commissam causam appellationis huiusmodi, quia cum in tantum fuerit appellatum ab indicto concursu, in quantum illius indictio implicitè continebat electionem non spectare ad Capitulum, commissio Iactationis, & lactationum continens in specie hunc articulum, ibi: *Licet ad oratores spectet ius præsentandi, nominandi, & eligendi Vicarium, &c.* bene suf-
6 fragatur, cum præsertim habeat in ventre clausulã, *Quam, & quas*, cum omnibus incidentibus, annexis, & connexis, quæ operatur compræhensionem omnium in progressu causæ in litem deductorum, *Sarn. in reg. de infirm. resign. qu. 34. num. 4. Marches. de comm. par. 1. fol. 200. nu. 63. & dictum fuit in nullius de Correctis 13. Nouembris 1587. coram Comitulo impress. post eumdem d. part. 1. fol. 231. num. 1. in Romana prætensi spolij 2. Iunij 1614. coram bon. me. Card. Verospio post Pacif. de Salu. dec. 68. num. 12. & in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 26. Iunij 1645. coram me, § quod eo fortius cum seqq.*

Nec minus euitari possunt hæc attentata, eo sub prætextu quod D. Episcopus sit in quasi possessione conferendi hanc Parochialem per concursum ex vacatione sequuta *anno 1608. eius Summ. nu. 2.*

Quia præter quod unicus præfatus concursus non fuit Pacificus, sed à Capitulo acriter controuersus, *vt ex copia appellationis transmissa in calce responsio-*
7 *nis*, cum ex latè deductis in alia decisione clarè constet de vniune, allegata quasi possessio suffragari nõ potest ob resistentiam decreti irritantis appositi in Constitutione *sanct. mem. Pij V.* inficientis titulum,
8 & quamcumque possessionem, vt in his terminis respondit *Rota coram bo. me. Buratt. dec. 214. sub num. 8. vers. Tum etiam quia coram Card. Caual. dec. 595. sub num. 4. & seqq. vers. neque visum fuit obstare in recent. decis. 710. num. 6. vers. nec denique uisus fuit part. 2. in Dertusen. Vicariæ coram bon. me Merlino, apud Posth. demann. dec. 186. n. 4. cum alijs in Pampilonen. Vicariæ de Stella 16. Iunij 1642. §. & in omnem casum coram me, & in dicta Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ coram Reu. P. D. meo Corrado, §. Nec obstat, quod de Anno.*

Collationes verò Apostolicę *de anno 1629. eodem*
9 *Summ. num. 3. & 4.* non merentur allegari, cum non sint aptæ immutare Statum beneficij, nisi concurrant quadragenaria, Animus, & intentio Pontificis immutandi, ac scientia, & patientia illorum, qui ex hac status mutatione præiudicium recipiunt, quæ tamen omnia hic penitus desunt, vt notant *Canonistæ*

ſtæ in capit. cum qui beneficium de præben. in 6. tradit. Lott. de re benef. lib. 4. quæſt. 34. num. 45. cum plur. ſeq. & dixit Rota in recen. dec. 368. n. 4. par. 2. cum alijs per Add. ad ſan. me. Greg. dec. 434. n. 20. Idque multo mi-
10 nus cum factæ fuerint per viam reſignationis, vt firmauit *Rot. dec. 360. ſub n. 14. verſ. quæ ſane prouiſio eod. par. 2. rec. & latius in Lucana Iuriſpatronatus 29. Ianuarij 1644. coram. R. P. D. meo Ghislerio, §. Non obſtant.*

Quo verò ad Petrum Scoſſam electum Domini pariter ſteterunt in decifis, dum enim poſſeſſionem
11 apprehendidit *die 14. Decembris 1646.* & ſic in ſpretum inhibitionis Rotalis ſibi antecedenter perſonaliter præſentatæ ſcilicet *die 11. eiuſdem*, nullo pacto à vitio attentatorum meretur excuſari iuxta ſententiam, quam perpetuò tenuit, *Rota in deciſionibus ibidem relatis.*

Nec ſuffragatur, quod in commiſſione, cuius vi-
12 gore emanauit inhibitio, ipſe nominatus non fuerit.

Quia cum ea non ſit reſtricta ad certas perſonas,
13 ſed conceſſa cum clauſula, *Omneſque alios &c.* ipſe etiam in ea dicitur compræhenſus, eiuſque vigore citari, & inhiberi potuit perinde, ac ſi ſpecialiter ibidem nominatus fuiſſet ad tradit per *Add. in cap. veniens il ſecondo num. 8. de teſt. Put. dec. 24. de Iudic. ſan. mem. Greg. dec. 94. n. 3. bo. me. Cocc. de 380. ſub num. 5. verſ. minus etiam facit, Rota in Romana deuolutionis Domus 3. Iulij 1628. coram bo. me. Merlino poſt Modern. de manut. deciſ. 243. n. 6. & nuperrimè in Vercellen. Prioratus 25. Febr. proximè præteriti coram R. P. D. meo Peutingerio, §. non obſtat, & in Romana fideicommiſſi de Marianis 11. Martij præteriti coram R. P. D. meo Royas, §. nil obſtat, quod in dicta cum ſeqq.*

Quod autem dicitur de ſubreptione, ob non factã mentionem ſuæ prouiſionis Apoſtolicæ DD. non habuerunt in conſideratione, prout non habuit Signatura Iuſtitiæ, quæ adita pro confirmatione nihil reſcripſit, vt in reſponſione facti pro Capitulo.

Et ita vtraque &c.

BVRGEN. DECIMARVM.

Ven. 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio immemorabilis, immò quadragenaria cum titulo, dant ius percipiendi decimas etiam in aliena Parochia.

SVMMARIVM.

1 *Quadragenaria titulata poſſeſſio ſufficit ad præſcribendum ius decimarum.*

2 *Immemorabilis cum ſuis requiſitis dat ius percipiendi decimas.*

3 *Teſtes annorum 54. deponentes de viſu ab annis 40 ſatis probant ius decimandi.*

4 *Parocus debet aſſiſtentiam iuris pro decimis.*

5 *Quadragenaria cum titulo, & immemorabilis ſuffragatur etiam contra Parochum.*

6 *Decimæ non debentur, ſed tantum congrua portio ei, qui habet ſolum exercitium adminiſtrationis Eccleſiæ.*

DECISIO CCLII.

CONſtare de bono iure Abbatis Monaſterij Beatæ Mariæ de Nagera ſuper pertinen. decimarum, quæ colliguntur intra fines Eccleſiæ Parochialis Oppidi de Argonos, Domini exiſtimarunt cum conſtet de illius quaſi poſſeſſione nedum quadragenaria cum titulo, ſed etiam immemorabili.

Quadragenaria cum titulo probatur ex Teſtibus, *Summ. illius n. 4.* deponen. ipſum à 40. annis citra præfatas decimas exegiſſe, & percepiſſe dimiſſa tantummodo quarta parte in cauſam fabricæ, & congruæ ſubſtentationis beneficiatorum vigòre donationis ſibi, eiuſque Conuentui factæ per antècedentes catolicos Hiſpaniarum Reges, de cuius validitate dubitari non poteſt cum ex priuilegio fel. rec. Vrbani II. *eod. ſumm. nu. 5.* præſatis Regibus, illorumque ſucceſſoribus conceſſæ fuerint omnes decimæ percipien. è Terris, quas à Saracenorum manibus recuperaſſent, vt ſequen. Doctrinam *Innoc. in cap. dudum de decim.* firmatum fuit in vltima deciſione huius cauſæ ſuper manutentione *13. Nouembris 1643. coram me, §. Vltra quod*, huiuſmodi enim quadragenaria titulata poſſeſſio ſufficit ad acquiren. & præſcriben. ius decimarum etiam in aliena Parochia, vt probat *tex. in litteram capit. ad aures de præſcripti*, ibi, *ad aures noſtras peruenit duas Eccleſias litigaſſe ſuper decimis, quas vna earum in alterius Parochia annis 40. poſſidet tuæ fraternitati tenore præſentium innoteſcat, quod de iure melior eſt conditio poſſiden. quia quadragenalis præſcriptio omnem prorſus auctoritatem excludit*, ibique *gloſſ. in dict. verſ. Quadragenalis Abb. conſ. 94 num. 2. lib. 1. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 14. n. 7. Rebuff. de decim q. 13. nu. 60. Monet. eod. tract. cap. 5 q. 5. n. 107. & dixit Rota coram bon. me. Coccin. dec. 485. n. 2.* eoque magis contra Beneficiatos huius Eccleſiæ de Argoños, qui nunquam probarunt ſe fuiſſe in quaſi poſſeſſione has decimas exigen. vt conſideratum fuit in *d. deciſione coram me, & tradit Monet. d. cap. 5. qu. 4. ſub num. 117. verſic. Item ad hoc.*

Prout pariter immemorabilis probatur ex alijs Teſtibus *eod. Summ. d. num. 4. & 6.* deponen. à 60. annis, & vltra, de quibus memoriam habent ſemper vidiſſe, & audiuiſſe Abbatem præfatum percipere, & exigere præfatas decimas relicta quarta parte in cauſam ſupradictam, & ita etiam audiuiſſe ab eorũ ſenioribus, & maioribus, nec vnquam contrarium vidiſſe, vel audiuiſſe, & de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt *gloſſ. in c. 1, verb. memoria de præſcript. in 6. Alex. conſ. 16. num. 16. lib. 5. Pariſ. conſ. 27. n. 96. lib. 1. ſpecul. lib. 2. tit. de probat. §. probare, num. 20. verſ. vlt. quæſitum Couar. in relect. regul. poſſeſſ. malifid. par. 2. §. tertio n. 7. Molin. de primog. Hiſp. lib. 2. cap. 6. n. 31. Gabr. de præſcript. concluſ. 1. n. 74. & dicit Rota dec. 360. n. 13. p. 2. recent. coram ſan. me. Greg. dec. 196. n. 1. & coram bo. me. Buratto dec. 673. n. 1.* & ſpecialiter ſuper iure percipien. decimas *Rebuff. vbi ſupra d q. 13. n. 94. Monet. Pariter vbi ſupra cap 5. q. 3. nu. 76. & dictum fuit in Corduben. decimarum de Lucena 15. Iunij 1635. coram bon. mem. Coccino in rec. dec. 56. nu. 6. & 7. part. 7.* quæ proindè ſuffragatur perſonis pro acquiſitione iuris decim. *Creſc. deciſ. 1. de decim. Monet. d. cap. 5. q. 5. ſub num. 118. verſ. & quod ſola Card.*
3 *Caual. dec. 158. n. 3.* quamuis ſatis fuiſſent Teſtes annorum 54. deponen. de viſu ab annis 40. *Pariſ. dicto conſ. 27. n. 97. & conſ. 104. nu. 24 lib. 1. Couar. in dict. § 3. n. 7. verſ. Teſtes verò Gabr. d. concluſ. 1. num. 83. Rebuff. d. quæſtion. 13. n. 99. Caputaq. dec. 290. part. . . . Card. Seraph. dec. 1102. n. 5. & dec. 1179. num. 1. Rota dec. 254. num. 1. & 2. dec. 445. n. 2. part. 1: & dec. 148. nu. 3. part. 2. recen. cum alijs per Add. ad ſa. me. Greg. dec. 298. n. 12. & in d. Corduben. decimarum de Lucena coram bon. me. Coccino num. 3.*

Nec obſtat, quod præſati beneficiati ratione curę habeant intentionem fundatam *in cap. fin. de Paroch.*

Quia præter quod quadragenaria quaſi poſſeſſio
5 cum titulo, & immemorabilis ſuffragantur etiam contra ipſum Parochum iuris aſſiſtentiam haben. pro decimis in ſua Parochia, iuxta diſpoſitionem ſuperius allegat Textus *in d. cap. de præſcript. ad aures, & admiſit Rota coram bo. me. Coccin. dict. dec. 485 num. 7.*

num.7.& relatis plenè firmatum fuit in dicta decisione super manutentione, dùm ipsi habent solū exercitium administrationis huius Ecclesiæ, non possunt prætendere decimas, sed illis sufficit congrua portio iuxta Constitutionem Synodalem ipsius per Abbatem assignata in concordia inita anno 1585. *Sum. num. 8. vt tradit Abb. in cap. extirpan. §. quis verò in repetitione, num. 15. de praben. sanct. mem. Gregor. decis. 174. num. 3.*

Et ita resolutum per contradictas &c.

IANVEN. FRVCTVVM DOTIS.

Luna 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Tertius veniens ad causam, an debeat docere concludenter de interesse, vel solum coloratè, & quando impediat executionem etiam rei iudicatæ?

SVMMARIVM.

1 *Admissio ad causam non denegatur docenti de interesse etiam apparenter, & coloratè, & num. 2.*

3 *Tertius veniens ad causam impedit executionem si doceat de suo interesse concludenter.*

4 *Declara quando venit dependenter à iure collitigantium, & ad illorum defensionem, secus si independenter, & pro defensione sui iuris.*

5 *Executio etiam rei iudicatę vel cōformiū impeditur per tertiū venientem independenter, & iure proprio, licet apparenter solū doceat de interesse.*

DECISIO CCXLIII.

D. Barbara Spinola, ad cuius fauorē cessa fuerunt loca quinquaginta Montis fidei, de quibus agitur à D. Ioa. Baptista ab Auria eius filio, institit coram me pro remouendis impedimentis impositis super ijsdem locis ad instantiam D. Marchionis ab Auria eius viri, ac Patris eiusdem Io. Baptistæ, & pro illorum remotione bis capta resolutione in actu expeditionis causæ idem Io. Baptista prǽsentauit commissionem admissionis ad causam mihi directam cum solita clausula, constito de interesse, quare dubitaui, an de illo constet, & affirmatiuè fuit resolutum; Dùm enim D. Io. Baptista prætendit cessionē eius nomine factam esse nullam de ipsius interesse
non potest dubitari, cum ad effectum simplicis au-
1 dientiæ, de quo agitur sufficiat, quod de eo constet
apparenter, & coloratè iuxta doctr. *Abb. in cap. veniens il secondo num. 9. & 10. ibique Felin. n. 13. & 14. de test. Dec. in l. fin. n. 16. C. de edict. Diu. Adr. toll.* camque perpetuò sequuta fuit *Rot. & signanter alijs omissis in Romana de Alexijs 29. Februar. 1644. coram me.*

Nullitas autem d. cessionis inter cætera principaliter deducta fuit ex Statuto Ianuen. *libr. 4. capit. 20. §. Masculi maiores, & §. vltimo disponente*, quod masculi maiores 25. annis existentes in Patris, vel Aui paterni potestate non possint se obligare contrahere nec in Iudicio comparere, nisi de consensu Patris, vel Aui, in cuius potestate fuerint, quodque si in aliquo huiusmodi solemnitas defecerit, contractus, & obligationes non valeant, sed sint ipso iure irritę, & nullæ, & præsumantur simulatæ etiam quod interuenerint iuramenta, & aliæ solemnitates *Summ. Io. Baptistæ, num. 3.* Hinc enim dum in præfata cessione consensus Patris dict. Io. Baptistæ nec interuenit, nec re-
2 quisitus fuit, negari non potest quin detur fumus
nullitatis sufficiens pro admissione ad causam.

Non obstat, quod agatur de impedienda exequutione seù processu vlterioris exequutionis, ideoque nisi Io. Baptista ostendat se esse possessorem, ac plene, & concludenter doceat incontinenti de ipsius interesse ad causam admitti non valeat cum retardatione ex allegatis *Marche. de commiss. part. 2. tit. de commun. quand. tert. ad caus. admitt. §. vnic. numer. 1. fol. 255.*

Fuit enim responsum prædicta procedere in pu-
ris terminis *l. is à quo, & l. seq. ff. de rei vendic.* quando
4 scilicet tertius venit ad causam dependenter à iure
collitigantium, & ad illorum defensionem; Tunc enim non potest impedire exequutionem cum sua non intersit quod res ab vno potius, quàm ab altero possideatur, vt ponderauit *Rota dec. 604. nu. 2. p. 1. & dec. 539. sub nu. 10. vers. cum tamen part. 4. & dec. 387. n. 8. p. 6. rec.* secus verò, quando prout hîc, tertius venit ad causam ex persona, & iure proprio independenter à iure collitigantium, & pro defensione sui iuris. Tunc enim, & si apparenter solùm doceat de interesse, impedit vlteriorem processum, & retardat exequutionem, vt sequendo *Innoc. in d. cap. veniens il secondo, num. 3. de testib. firmauit Rota coram Card. Seraphin. dec. 1152. n. 1. & 2. alijsque relatis in Toletana decimarum de Capilla 19. Februarij 1593. coram rec. mem. Card. Hieronymo Pamphilio in rec. dec. 17. n. 1.
2. 3. & 4. cum seqq. part. 3.* vbi quod hoc procedit
5 etiamsi agatur de impedienda exequutione rei iudi-
catæ, vel trium sententiarum conformium, *& in Bononien. de Marzolis 21. Febr. 1620. coram bo. me. Remboldo pariter in rec. dec. 185. n. 4. & 5. par. 8.* vbi quod ita quotidie practicatur.

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Luna 1. Iuly 1647.

ARGVMENTVM.

Expensæ factæ pro recuperatione, & defensione rei fideicommissariæ detrahuntur per hæredem grauatum. Quæ sint expensæ iudiciales, & quæ extraiudiciales, & an omnes reficiantur?

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus detrahere potest ex bonis fideicommissarys quidquid impendit pro illorum defensione, & recuperatione.*

2 *Expensæ factæ ab hęrede grauato pro defensione rei non compensantur cum fructibus perceptis.*

3 *Fideicommissario reficiuntur expensæ etiamsi lis sopita fuerit per transactionem.*

4 *Expēsæ reficiuntur licet grauatus non recuperauerit bona, sed pretium.*

5 *Expensę si non sint promissæ, terminato iuditio amplius peti non possunt.*

6 *Expensæ iudiciales registri, citationum, examinis Testium, extractionis scripturarum, & similium vsq; ad obulum reficiuntur.*

7 *Aduocati, & Procuratores pro eorum honorarijs receputas facere non solent, nec debent.*

5 *Expensæ extraiuditiales pro honorarijs Patrocinantium, & mercede copistarum de stylo Rotæ reficiuntur saltem in parte.*

9 *Maximè si non agatur de præiudicio collitigantis.*

DECISIO CCLIV.

Lata à R. P. D. meo Bichio sententia immissionis ad fauorem Michaelis hæredis fideicommissarij q. Ioannis de Spiritibus in possessionem bonorum fideicommissariorum d. q. Ioannis tàm intus Vrbem, quam extra existen. coram me in secunda instantia emanatis decisionibus super illius confirmatione pro rata scutorum 1460. Partes deuenerunt ad concordiam, in qua conuentum fuit, vt pro bonis fideicommissarijs Romæ existen. soluerentur Michaeli scuta 1400. inuestienda pro fideicommisso ad fauorem aliorum vocatorum iuxta resolutiones factas in causa bonorum verò extra Vrbem existen. relaxaretur eidem Michaeli possessio prout actualiter

fuit

fuit relaxata pro fructibus autem vsque tunc decursis, & decurrendis vsq; & per totum mensem Iunij præteriti soluta fuere scuta bis centum, cum hoc quod neque pro sorte, neque pro fructibus vsque, & in eam diem decurrendis quicquam amplius prætendere possit, vt in apocha concordiæ ab vtraque partium subscripta, & apud me existen.

Verum quia in concordia nihil dictum fuit de expensis sed amicabiliter inter partes conuentũ quod super hoc disputaretur dubiũ in Rota, & casu quo deberentur detrahi ex pretio scut. 1400. inuestiẽdorũ pro dicto fideicommisso dubio hodie proposito, an impensæ sint per Michaelem libere detrahendæ, & pro qua rata DD. detrahendas esse dixerunt vel pro rata inferiùs exprimenda.

Quod enim detrahi possint visum fuit indubitatum ex dispositione *textus in l. vbi pure, §. qui in detrahendis, ff. ad Trebell.* vbi Imperator expræsse di-
1 sponit hæredem grauatum distrahere posse ex bonis fideicommissarijs quicquid impendit pro illorum defensione, & recuperatione, quod idem tradunt communiter Doctores *in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber. & sæpius firmauit, Rota dec. 517. num. 6. par. 4. diuers. coram sa. me. Greg. dec. 197. nu. 1. cum seqq.*
2 *vbi num. 4.* quod non sunt compensandæ cum fructibus perceptis.

Idque non obstante, quod lis per concordiam fuerit terminata, quodque Michaeli nõ fuerint restitutæ Domus fideicommissariæ, sed solutum pretium. Quia obligatio reficiendi expensas intrat etiam vbi
3 non fuit obtenta sententia fauorabilis, sed lis sopita per trãsactionem, cum adhuc tunc dicatur res fideicommissi vtiliter gesta, vt in terminis tradunt *Emilian. cons. 15. nu. 5. Roman. in supracit. dec. 517. nu. 6. p. 4. diuers. cum alijs relatis à Modern. Forolinien. & verbo edificare conclus. 62. sub num. 120. vers. & licet aliqui dicant*; Et vbi etiam grauatus non recuperauerat
4 bona, sed pretium, vt in puncto dixit, *Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 53. n. 10.* reddens optimam rationẽ quia in hoc pretium succedit loco bonorum & pecunia acquisita ex transactione super bonis fideicommisso subiectis possidetur ex antiquo titulo fideicommissi, & est restitutioni subiecta prout hic expræsse cautum fuit.

Ideò nihil refert, quod in transactione non fuerint
5 promissæ expensæ adeò vt terminato Iudicio amplius peti non possint *l. terminato C. fruct. & lit. expens.* ore tenus enim fuit præseruata actio illas petendi, quatenus de iure deberentur, ex pretio fideicommissi idcoque fuit etiam præseruata facultas Iudici super hoc pronunciandi, adeo vt hodie illarum refectio euitari non possit, vt supra probatum fuit. Illa verò scuta 200. in actu transactionis exbursata non fuerunt soluta taxatiuè pro expensis, sed solum pro fructibus, vt apparet ex d. apocha.

Quo verò ad quantitatem, Domini distinxerunt
6 expensas Iudiciales ab extraiudicialibus; Iudiciales enim videlicet registri citationum, examinis Testiũ, electionis Peritorum, & extractionis scripturarum. Quia certæ sunt, ex quo liquent ex actis ad text. in *l. prima C. de sent. quæ sin. cert. quant. profer.* dixerunt reficiendas esse vsque ad obulum, prout in lista data ascenden. in totum ad scuta 200. & bon. 37. cum earum solutio iustificetur ex quietantijs, & receptis factis à Notarijs causæ, vt in proposito firmauit *Rot. in Valentina expensarum 4. Iulij 1618. coram Sanctissimo D. Nostro, & in Parmen. expensarum 23. Maij 1640. coram Eminentissimo Domino Cardinali Panzirolo vers. prima igitur partita.*

Extraiudiciales vero pro honorarijs Procurato-
7 ris, & Aduocati, & mercede Copistarum licet receputæ non exhibeantur, ex quo regulariter de huiusmodi honorarijs receputæ fieri nõ solent nec debent ad text. *in l. 1. §. proindè ff. de var. extraord. cognit. vt dixit Rota in Romana expensarum 6. Nouemb. 1617. coram Sanctiss. D. N. quæ est decis. 569. num. 1. p. 4. rec.* Quia tamen de stylo Romanæ Curiæ, cæterorumq; Tribunalium lites fieri non solent sine huiusmodi expensis, Domini sequentes mediam viam arbitrio boni viri, & animaduerso, quod causa fuit in Rota proposita per duodecim vices cum Procuratore, & Aduocato, prout ego singulas positiones diligenter perquisiui, arbitrati sunt in scutis viginti pro qualibet propositione in totum facien scuta 240. iunctis
8 etiam alijs scutis octo pro expensis factis in Signatura Iustitiæ, quas omnes reficiendas esse dixit *Rot. in d. Romana expensarum 6. Nouembris 1617. & prius 23. Ianuar. 1616. coram Sanctissimo D. N. pariter in rec. dec. 209. n. 1. par. 4. & in dicta Parmen. expensarum coram Eminentiss. D. Cardinali Panzirolo vers. tertia est scutorum.*

Quas omnes in totum constituentes summam scutorum 448. 37. Domini eo faciliùs mandarunt
9 refici quia hodie non agitur rigorosè contra collitigantem, vt proprijs expensas reficiat, quo casu Rota strictius procedit in illarum taxatione, sed agitur contra bona fideicommissaria, seu vt grauatus illas liberè detrahat ex præfatis bonis, quo casu, cum non agatur de præiudicio collitigantis, sed solum de subleuamine eius, qui expendit pro recuperatione fideicommissi, facilius indulserunt refectionem tantæ quantitatis.

Et ita vtraque &c.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS, DE LYNAGO.

Luna 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus potest donari, sicuti etiam ius præsentandi consensus ordinarij sufficit, quod superueniat post donationem, & ex quibus probetur pertinentia?

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super statu beneficij, & executioni iurispatronatus demandata facit ius quoad omnes.*
2 *Præsentationes effectuatæ probant pertinentiam Iuris præsentandi, seu Patronatus.*
3 *Præsertim si lis non agatur cum ordinario sed inter Patronos, vel præsentatos.*
4 *Iuspatronatus cum consensu, & confirmatione ordinarij donari potest laycis à layco.*
5 *Ius præsentandi eodem modo in alterum per donationem transfertur.*
6 *Consensus, & confirmatio ordinarij non exiguntur in ipso actu donationis.*
7 *Dummodo superueniat, antequam vacatio Ecclesiæ contingat, & quæratur Ius tertio per præsentationem.*

DECISIO CCLV.

VAcante vsque & de anno 1636. Ecclesia Parochiali Sancti Martini Oppidi de Linago de Iurepatronatus Laicorum Gregorius Faxardo ad illã præsentauit Antonium eiusdem cognominis, & Ioannem Dominguez filij verò, & hæredes Andreæ Pensado Io. Coton. lite inter ipsos orta ordinarius Compostellanus sententiam pronunctauit præsentatos à Gregorio esse instituendos; Vndè ego in gradu appellationis dubitaui, an præsentatio facta in personam d. Ioannis Coton suffragetur, dubioq; per contradictas proposito affirmatiuè fuit resolutum.

Quod

Quod enim præsata Ecclesia sit de iurepatronatus Laycorum controuerti non potest à Gregorio: nec à præsentatis ab ipso, dum ad eam vti talem præsentauit, & respectiuè præsentati fuere quod verò ius præsentandi spectet ad filios, & hæredes dicti quond. Andreæ Pensado ex sequentibus iustificatur.

Anno enim 1519. ea vacante per simplicem renunciationem ad illam institutus fuit Petrus Munez præsentatus à Mentia Perez Patrona *Summ. Informationis, nu. 4.* Cui Mentiæ successit Gundisaluus Munis, & Gundisaluo Marcus Vorela, qui anno 1563. obtinuit ad sui fauorem sententiam diffinitiuam in qua declaratum fuit se esse illius verum Patronum vti hæredē dicti Gundisalui hæredis Mētiæ, *eod. Summ. num. 5.* Huiusmodi enim sententia in Iudicatum transacta ob non interpositam appel-
1 lationem, & exequtioni demandata tanquam lata super statu beneficij facit ius quoad omnes vt argumento *l. Ingenuum ibique gloss. & DD. ff. de stat. hom. dixit Rota coram Card. Mant. dec. 350. num. 4. in recent. dec. 312. n. 19. par. 1. in Pistorien. Plebaniæ 24. Martij & 23. Iunij 1623. coram Nauarro, post Modern. Pisan. de iurepatr. dec. 84. num. 4. & dec. 85. n. 2. alijsque relatis in Aquilana iurispatronatus 24. Ianuar. 1646. coram R. P. D. meo Corrado, §. Pertinentia verò.*

Successit dicto Marco Vorela Rodericus Pulgosus, qui vti verus Patronus præsentauit anno 1573. Antonium Faxardum, & anno 1599. Petrum Gonte, quę præsentationes suum effectum sortitæ fuerunt *Summ. nu. 6. & 7.* vt etiam deponunt tres
2 Testes num. 10. ex præsentationibus enim effectuatis probari pertinentiam iurispræsentandi, seu patronatus tradunt *Abb. in cap. quarelam nu. 4. & 5. cum seqq. de elect. Card. Zabarell. in clem. 2. n. 5. vers. quinto quæro de iurepatr. Dec. cons. 126. sub num. 3. vers. & hoc etiam Rota in rec. dec. 176. num. 2. par. 4.* vbi quod hoc
3 tanto magis procedit, quando lis non agitur cum ordinario, sed inter Patronos, vel pręsentatos prout hic, quo casu leuiores probationes sufficiunt iuxtà opinionem *Rotæ, & dictum fuit in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Præfatus verò Rodericus donatione pura, & irreuocabili inter viuos vsque & de anno 1612. donauit dictum ius præsentandi Andreæ Pensado, & eius hæredibus, quæ confirmata fuit ab Archiepiscopo Compostellan. die 23. Iunij 1636. illiusque vigore sequuta vacatione die 24. Iulij eiusdem anni filij, & hæredes dicti Andreæ Donatarij Ioannem Coton informantem præsentarunt *d. Summ. num. 8. & 9.* sicut
4 etiam accedentibus consensu, & confirmatione Ordinarij iuspatronatus donari potest Layeis à Layco. *cap. illud de iurepatr. & cap. vnic. eod. tit. in 6. Lamber. hoc eod. tract. lib. 1. part. 2. qu. 1. art. 1. sub num. 3. vers. & ideo possemus Caputaq. dec. 287. num. 1. par. 1. bo. me. Coccin. dec. 106. num. 5. dec. 453. num. 1. & 2. & dec. 464. num. 6. & 7.* & per huiusmodi donationem transfertur in extraneos Donatarios in fundatione non comprehensos, vt dixit *Rota dec. 319. num. 1. par. 3. recent.*
5 Ita etiam cum eisdem consensu, & confirmatione donari potest, & transferri ius præsentandi, quod ijsdem regulis Iudicatum ad trad. per *Rot. dec. 257. num. 1. vers. ita etiam par. 2. rec.* Nec præfati consensus, & confirmatio exiguntur in ipso actu donationis sed sufficit quandocumque post eam superueniant, *cap. cura, & cap. suggestam de iurepatr. Rot. dec. vlt. n. 6. eod. tit. in antiq. dec. 606. num. 2. par. 3. dec. 191. num. 7. part. 5. rec. coram bo. me. Cocc. d. dec. 453. nu. 7. & coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 407. num. 8.* Dummodo ta-
7 men superueniant, antequam vacatio Ecclesiæ contingat, *Lambertin. vbi supra lib. 1. part. 2. q. 1. art. 17. num. 10. vers. sed si aliquis Iudex ignarus*, & antequam quæratur ius tertio per præsentationem in cuius præiudicium nec contrahi possunt, nec conualidare donationem antea factam *Reuerendiss. Vrgell. dec. 189. num. 8. & 9.*

Nec prætendi potest huiusmodi ius præsentandi spectare ad Gregorium Faxardum vti proximiorem consanguineum, & hæredem ab intestato eiusdem Roderici.

Quia cum per præfatam donationem irreuocabilem inter viuos superuenientibus consensu, & confirmatione ordinarij abdicatum fuerit à Donante, & translatum in Donatarios reintegra, vt dictum est, prætensa qualitas hæreditaria ab intestato non suffragatur text. *in leg. quamdiu la secunda, ff. de acquir. hæred.*

Et ita resolutum vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM, SEV ATTENTATORVM.

Merc. 13. Nouemb. 1647.

ARGVMENTVM.

Patet ex.

SVMMARIO.

1 *Aggrauatoria conceditur crescente contumacia, & proteruia parere debentis.*

2 *Excommunicatur impediens executionem litterarum executorialium Rotæ.*

3 *Ecclesiastici tenentur præceteris Apostolicæ iurisdictioni obtemperare.*

DECISIO CCLVI.

CVm Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Cæsaraugustanæ non solum parere recusent mandatis Rotalibus sed indurato corde substineant censuras illis comminatas in litteris declaratoriæ suspensionis à Diuinis, & interdicti ab ingressu Ecclesiæ ad valuas eiusdem Ecclesiæ affixis, & à die præsatæ affixionis sequutæ 4. Ianuarij huius anni *Summ. portionariorum, num. 1.* elapsi fuerint nedum decem dies prout requiritur, sed decem menses accedentibus terminis ad videndum se aggrauari, qui singuli seruantur cum interuallo decem dierum inter vnum, & alium iuxta praxim relatam per *Vestr. lib. 8. cap. vltim. sub num. 19. & in formulario Rotali, num. 5.*
1 Domini proposito dubio existimarunt dandam esse aggrauatoriam cum crescentibus contumacia, & pœna iuxta dispositionem *text. in cap. veritatis vbi gloss. verbo excommunicationis sententiam de dol. & contum. in cap. quoniam frequenter §. fin. ibique pariter gloss. verb. ad litteram, vt lit. non constet. & in cap. quoniam de off. ordin. Abb. in cap. 2. in princ. & num. 9. de Cleric. excomm. deposit. vel interd. ministr. Socc. in cap. perpendimus num. 248. & 252. de sent. excom. spec. tit. de accusat. §. Sequitur Porrò, num. 2.* & ad occurren. simili proteruiæ, & atroci contumaciæ sæpè sæpius resoluit *Rota, & signanter cor. bo. me. Buratt. dec. 710. num. 1. in Vallisoletana Pensionis 29. Nouembr. 1624. coram bo. mem. Merlino in Legionen. Canonicatus 14. Martij 1625. coram bo. mem. Manzanedo in Ariminen. Legatorum 17. Maij 1627. coram eodem in Argentina Præposituræ 10 Maij 1628. coram bo. me. Card. Virili & in Arboren. Spolij 4. Iul. 1629. coram bon. mem. Queippo relatis per Add. ad bo. me. Buratt. d. dec. 710. litt. A.* & in hac causa aduersus idem Capitulum, & Canonicos *15. Ianuar. 1635. coram rec. mem. Coccino.*

Eoque magis quia loco obediendi, & parendi mandatis Rotalibus pessimo detestabili, ac toties damnato exemplo denuò recursum habuerunt ad Iudices Laicos, & mulctare fecerunt Portionarios

vti

vti contrauentores firmæ Regiæ extortæ super obseruantia Statuti noui, antiqui dissuetudine, cuius occasione ipsi Pauperes portinarij coacti fuerunt soluere scut. 372. ac vlterius aliam similem firmam iisdem præsentari curarunt cum expræssa prohibi-
2 tione, ne auderent exequi facere litteras exequutoriales ab hoc Sacro Tribunali relaxatas *dict. Summ. num. 2. & 3.* Hinc enim vltra dispositionem Sacrorum Canonũ graui anathemate feriuntur per Bullam in Cœna Domini in §. 16. quot annis solemniter publicari solitam, vt firmatum fuit in alia *decisione huius causæ sub die 17. Februar. 1645. coram me §. fin.* adeò vt proindè duplicatis, ac grauioribus pœnis in dies castigari mereantur, attenta præsertim qualitate ipsarum personarum, qui tanquam Ecclesiastici præcæteris tenentur Apostolicæ iurisdictioni obtemperare, vt sequendo *text. in cap. in memoriam 19. distinct. dictum fuit in Toletana Canonicatus 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, §. hic verò, & in Leodien. decimarum 3. Iunij præteriti coram me, §. fin.*

Et ità, &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Mercurij 20. Nouemb. 1647.

ARGVMENTVM.

Possessio anterior est manutenibilis in concursu posterioris captæ non citato anteriori possessore, quæ tamquã nulla, clandestina, & turbatiua non attenditur, & ex quibus possessio anterior probetur?

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior, de qua constat per publicum instrumentum est manutenibilis non docto de alio tunc temporis possessore.*

2 *Possessio posterior, capta non citato anteriori possessore, tam quam clandestina, & turbatiua, non est apta eidem impedire manutentionem.*

3 *Possessio iunior, dum apprehenditur nõ citato anteriori possessore, illi præiudiciũ infere nõ valet.*

DECISIO CCLVII.

Francisco Petro informante dandum esse mandatum de manutenendo in possessionem beneficij, de quo agitur, Domini existimarunt, quia constat de anteriori ipsius possessione appræhensa die 11. Ianuarij 1639. per instrumentum publicum *Summar.*
1 *illius, num. 2.* quæ alio tunc temporis non possidente est manutenibilis *vulg. l. prædia vbi Bart. sub num. 1. vers. si instrumentum, ff. de acquir. poss.*

Nec visa fuit attendenda possessio Antonij Panè
2 quia cũ sit posterior capta scilicet sub die 23. eiusdẽ *Summ. num. 3.* non citato Francisco anteriori possessore tanquam turbatiua, & clandestina non est apta illi impedire manutentionem, vt sępius resoluit, *Rot. & signanter in Lauretana beneficij 26. Iunij cor. R. P. D. meo Corrado in Bonon. fideicommissi de Nascentorijs 24. Nouembris coram Reu. P. D. meo Royas, & in Alaricu. Canonicatus 27. eiusdem coram R. P. D. meo Verospio in Cremonen. Præpositura 4. Iulij 1646. & in Senogallien. Prædij 28. Nouembris eiusdem anni coram*
3 *me,* Iunior enim possessio dum apprænhenditur non citato anteriori possessore illi præiudicium infecre non valet *in cap. licet causam de probat. cap. licet Episcopus de præben. in 6. leg. clam. possidere, §. qui ad nundinas cum ibi, not. ff. de acq. poss. Bart. in l. si duo sub num. 4. vers. si verò Testes, ff. vti possideat cum alijs egregiè deductis in dicta Lauretana beneficij cor. R. P. D. meo Corrado.*

Et ita resolutum per contradictas, &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CORNAGO

Lunæ 27. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad effectum probandi per Testes id, quod per scripturas probari potest, semper denegari solet non attenta articulorum releuantia, præsertim quando vltra vehementem calumniam, & timorem subornationis, concurrerent inuerisimilitudo, & improbabilitas materiæ articulatæ?

SVMMARIVM.

1 *Probatio quando per scripturas fieri potest, non est opus recurrere ad testes, & quare?*

2 *Remissoria nõ solet negari ex sola calumnia, quãdo articuli sunt releuantes intellige, vt num. 3.*

4 *Remissoria quando sit deneganda, & non attendẽda articulorum releuantia?*

5 *Falsitatis suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate.*

6 *Remissoria non est concedenda ad effectum probãdi Doctoratus priuilegium non esse alteratum in nomine, prout oculariter videtur, & quomodo id sit iustificandum?*

7 *Remissoriæ concessio, vel denegatio pẽdet à Religione, & arbitrio Iudicis, & quæ sint illius partes in hoc casu?*

8 *Malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*

9 *Remissoria passim solet denegari, vbi adest timor subornationis Testium.*

10 *Remissoria ad effectum vt denegari possit, sufficit inuerisimilitudo, & improbabilitas materiæ articulatæ.*

DECISIO CCLVIII.

Remissoriam aliàs denegatã *sub die 31. Maij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono, iterum hodie super iisdem articulis coram me in tertia instantia petijt Petrus Rodrigo,* sed eam non esse conceden, denuo Domini resoluerunt.

Præcipuum resolutionis fundamentum desumptum fuit ex euidenti, & manifesta calumnia, cum materia articulata tendat ad euertenda decisionum fundamenta, & litem in longius protrahendam. Vt enim benè deducitur *in decisione coram R. P. D. meo Otthobono,* articuli exhibiti licet nouem numero, duo tamen substantialiter continent, alterum quod ipse Rodrigo vere, & realiter est Baccalaureus, alterum quod à die reprobationis factæ per examinatores Synodales in partibus vsque ad diem examinis habiti hic in Curia post 23. Menses doctior fieri potuerit.

Et quantum attinet ad primum, Cum ex Statuto Vniuersitatis Salamantinę Sancitum fuerit, quod antequam quis assequatur Laureã Baccalaureatus debeat per vndecim vices in libris Vniuersitatis describi, & matriculari, nempè quinquies in Matriculis, quinquies in cursibus, & semel in gradu, & nisi fuerit taliter descriptus, & matriculatus nõ gaudeat priuilegio scholaris, neque lucrari possit cursum ad Baccalaureatũ, quod Statutum hodie esse in viridi obseruantia concludenter probant quamplures testes pro Peralta, & Baroxa examinati deponentes vlterius esse penitus impossibile, quod aliquis gradum Baccalaureatus consequatur, nisi in præfatis libris descriptus, & matriculatus fuerit, quod idem in praxi testatur RR. PP. DD. mei Auditores Hyspani. Vnde dum compulsatis formiter libris dictæ Vniuersitatis de ordine huius Sacri Tribunalis præuijs litteris compulsorialibus, nomen Petri Rodrigo in illis adnotatum nullatenus repertum fuit; Petitio remissoriæ ad effectum probandi, quod ipse verè, & realiter sit Baccalaureus, ab euidenti, & manifesta calumnia excusari non potest, cum, si talis es-

fet ex inſpectione, & reuolutione dd. litterarum
probatum extitiſſet, nec opus eſſet ad teſtes recurri,
quorum probatio eſt minus certa, & tuta illa, quæ
1 ſcripturis fieri poteſt, vt reſponſum fuit in dicta
*deciſione coram Reu. P. D. meo Otthobono §. Et quoad
primum cum ſequenti.*

Neque obſtat, quod ex ſola calumnia non ſoleat
2 denegari remiſſoria, quando articuli ſunt releuantes
iuxta deciſ. 306. poſt. 2. vol. conſ. Farin.

Concluſio enim procedit, quando cum releuantia
3 articulorum datur fumus, quod res itá ſe habet,
*Caſsad. dec. 3. num. 2. de dilat. Caputaq. dec. 56. num. 3.
part. 3. & declarando deciſionem penes Farinac. dixit
Rota in Cremonen. Penſionis 4. Maij 1635. coram bon.
mem. Coccino in recen. deciſ. 41. num. 39. & 40. part. 7.
& in Cæſarauguſtana Diſtributionum 13. Mart. 1643.
coram me, §. fin.* ſecus verò, vbi prout hic, nullus da-
tur fumus veritatis materiæ articulatæ, hoc enim
4 caſu remiſſoriam ſemper denegari non attenta ar-
ticulorum releuantia, perpetuò tenuit *Rota, & ſi-
gnãter in recent. dec. 593. num. 5. par. 4. & in Firmana
Pecuniaria 30. Mart. 1637. coram Eminentiſſimo Do-
mino Cardinali Panzirolo, quæ eſt deciſ. 506. num. 20.
part. 5. recent.*

Nec pro fumo deſeruiunt priuilegium obtenti
Bacca laureatus, vel fides ſubſcripta per quatuor
Curiales Romæ reſidentes nuperrimè coram me ex-
hibita, atteſtantes libros Vniuerſitatis Salamantinę
non aſſeruari, nec eſſe in Archiuio cuſtoditos, minu-
ſue eſſe cartulatos, nec numeratos, nec tam benè li-
gatos, vt non poſſint dici ſquinternati, ſicut ipſi in-
quiunt, & ſæpè contingere, vt aliquis adſuerit in di-
cta Vniuerſitate, & curſauerit, ac denique Baccalau
reus fuerit, nec tamen repertus fuerit deſcriptus in
libris matriculæ, *Summ. Rodrigi. num. 3.*

Priuilegium enim ex oculari inſpectione abra-
ſum, & alteratum in nomine vnicuique pateat, nul-
lũ pręſtare valeat veritatis fumum, ſed tãquã de fal-
5 ſo ſuſpectum eſt reijciendum, ex quo in ciuilibus ſo-
la ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate, vt reſpon-
ſum fuit omnibus *deciſionibus huius cauſæ tam coram
R. P. D. meo Veroſpio 10. Decembris. 1646. & 18. Fe-
bruar. 1647. quàm coram R. P. D. meo Othobono 28.
Iunij eiuſdem anni §. Minuſque releuat.* Ad effectum
enim probandi Baccalaureatum, & cõſequenter pri-
uilegium non eſſe alteratum, ſed iuridicum non eſt
opus ſubire maximos labores, & ſumptus remiſſo-
6 riæ, ſed extrahi poterit aliud ſimile priuilegium ex
eadem matricula, vt denegando remiſſoriam dixit
*Rota in Cæſarauguſtana Cathedralitatis 21. Iunij 1632.
coram bo. me. Motmanno in dec. 142. num. 7. part. 6.*

Fides verò, quæ legitur ſubſcripta ſub die 27. Iu-
nij 1647. à prædictis 4. Curialibus Romæ reſiden.
videlicet Hyacinto Serrano Pedro del Baio, Marco
Antonio Fioreado, & Petro Maldonaco, multo mi-
nùs eſt apta præſtare fumum veritatis; Quia facta
per me exactiſſima diligentia ferè per totam Vrbem
in domicilijs, & Hoſpitalibus Hyſpanorum Cala-
guritanorum Luſitanorum, & alibi, necnon penès
Curiales, ſcripturarũ exaratores, ac Palatij Apoſto-
lici Curſores, & qui optimam cognitionem habent
omnium ſequentium Romanam Curiã, nullibi præ-
fatos in dicta fide ſubſcriptos, vel alios, qui de ipſis
notitiam habeant inuenire, nec reperire potui, ſed
præfati omnes indubitanter atteſtati fuere ſe nun-
quam illos cognouiſſe, vidiſſe, aut nominare audi-
7 uiſſe; conceſſio autem, vel denegatio remiſſoriæ pen-
det à Religione, & ab arbitrio Iudicis, qui attente
perpendere; & conſiderare debet, an calumnia ve-
hemens ſit, & vtrum fumus ſit ſufficiens, & ex varijs
cauſis, nec non perſonis concipere, vel nonconci-
pere calumniam, ac informare animum an fumus
ſufficiat ad conceden. vel denegan. remiſſoriam, vt
ex notatis *in l. Iudicer, & in Auth. apud eloquentiſſi-
mum, C. de fid. inſtrum.* prudenter pluries conſiderauit
*Rota, & ſignanter in Regen. Sancti Thomæ 10. Decem-
bris 1576. coram bo. mem. Orielen. verſ. & dicebant di-
uerſam eſſe rationem, coram Card. Mant. dec. 312. n. 10.
in Auerſana funeralium 30. Aprilis 1635. coram bo. me.
Coccino in recen. dec. 575. num. 13. par. 5. In dicta Cre-
monen. penſionis part. 7. in rec. dec. 41. nu. 41. & in Ca-
laritana Primatus 14. Iunij 1638. coram R. P. D. meo
Ghiſilerio, §. ſupradictis accedit.*

Eoque facilius Domini remiſſoriam denegarunt
ob timorem futuræ teſtium ſubornationis. Dùm
enim Petrus Rodrigo produxit in actis priuilegium
Baccalaureatus abraſum, vitiatum, ac falſitate labo-
rans, nec poſtremo erubuit exhibere fidem factam
per homines ſuppoſitos, ac falſè ibidem ſubſcriptos;
vehemens exindè inſurgit timor ſubornationis te-
8 ſtium, cùm ſemel malus ſemper præſumatur malus
in eodem genere mali *cap. 8. de reg. iur. in 6.* Quo ca-
9 ſu Rota paſſim ſolet denegare remiſſoriam, ne in
futuris probationibus peius fiat, vt *in recent. dec. 406.
ſub num. 2. verſ. Et ſtante part. 2. coram bo. me. Coccino,
dec. 20. num. 5. In Auenionen. Dilapidationis Bonorum
2. Mart. 1646. §. fin. & in Cremonen. Parochialis 15.
Iunij eiuſdem anni coram me, §. Et eo facilius.*

Quo verò ad ſecundum vltra pręfatam vehemen-
tem calumniam, & timorem ſubornationis, occur-
runt etiam tàm veriſimilitudo, cùm ſit penitus inue-
10 riſimile, quod ſpatio 23. menſium Rodrigo impedi-
tus fuerit ex itinere, adeò vt non potuerit citius ad
Vrbem accedere, quàm etiam improbabilitas, cum
improbabile videatur, quod dicto tempore non va-
luerit ſtudijs incumbere, & quod teſtes id dicant,
quæ ſolæ ſufficerent pro denegan. remiſſoria ex iu-
ribus deductis in *d. deciſione corã R. P. D. meo Otthe-
bono, §. Quo verò, & imò improbabile.*

Et ita vtraque, &c.

ROMANA PALATII.

Lunæ 4 Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Geſta poſt Iudicialem inhibitionem, & citationem
ſunt attentata, & cõſequenter veniunt reuocãda, &
quid ſi actus ſecundarius eſſet conſequutiuus ad pręcedentem non attentatum, & quid requiratur ad
hoc, vt actus dicatur perfectus? Lis ad hoc vt ſub-
ſtineatur non attenditur quid ad actorem ſpectet,
ſed quid ab eo fuerit petitum, ad effectum, vt lite
pendente poſſit reus quo ad proprium Ius aliquid
innouare abſque vitio attentatorum, ſed ſufficit
totam rem fuiſſe effectam litigioſam. Lis ſuper ea-
dem re, & coram alio Iudice introduci non poteſt
ab altero ex litigatoribus abſque vitio attentatorũ,
& quando ad hunc effectum dicatur eadem res, &
eædem perſonæ. Commiſſio cauſæ cum clauſula
ſine præiudicio mandati de manutenendo non
cauſat attentatá quo ad poſſidentem, & quid ope-
retur?

SVMMARIVM.

1 *Acta poſt inhibitionem, & Iudicialem citationem
lite pendente ſunt attentata.*

2 *Acta conſequutiua ad actum geſtum ante motam li-
tem non dicuntur attentata.*

3 *Declara hoc non procedere, quando inter vnum, &
alterum actum interceſſit inhibitio ſpecialis, tunc
enim ſuperueniens inhibitio operatur vt actus ge-
ſtus poſt illius denunciationem dicatur attenta-
tus,*

tus, licèt esset consequutiuus ad præcedentem non attentatum.

4 *Mandatum Procuræ est potius præparatorium ad actum, quam actus perfectus, & mandans nihil facit, sed dat facultatem faciendi, ideoque actus tunc dicitur perfectus, quando per Procuratorem exequutioni demandatur, & in esse deducitur.*

5 *Actus regulariter debent attēdi tempore, quo robur sortiuntur.*

6 *Mandantis sola destinatio, etiam à Procuratore acceptata, non producit obligationem in illo cum quo debet actus celebrari, nisi postquam intèr ipsum, & Procuratorem fuerit actus celebratus.*

7 *Effectus semper inspici debet, non autem factū præambulum, & semper finis attenditur, quandocumque vnum procedit ab altero tanquā præambulo.*

8 *Cessio facta cohæredibus de re propria lite pendente non est attentata.*

9 *Lis sufficit, si de facto verificetur; & ad illius subsistentiam non attenditur, quid verè ad Actorem spectet, sed quid ab eo petitum.*

10 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda.*

11 *Lis coram vno Iudice introducta nō potest corā alio introduci super eadem re absq; vitio attentatorū.*

12 *Lite pendente super existentia fideicōmissi coram alio Iudice non potest lis institui super pensionibus domorum, & fructibus, cum isti veniant accessoriè ad fideicommissum.*

13 *Clausula*, quam, & quas, *cum incidentibus, & dependentibus in commissione apposita nedū cōprehendit causas motas, verum etiam mouendas.*

14 *Clausula sine præiudicio mandati de manutenendo in commissione apposita, præseruat Iurisdictionē Iudicis, à quo vsque ad legitimam exequutionem.*

15 *Timens ex facto alterius grauari potest antè factum iudicis officium implorare, vt inhibeat.*

DECISIO CCLIX.

D. Tiberius Ceulus Dominos de Acquauiua, Domini verò de Acquauiua D. Ceulum, attentasse contendebant; Vndè proposito dubio, an constet de attentatis hinc indè quæ sint reuocanda, & concedenda inhibitio, resolutum fuit constare de attentatis pro parte DD. de Acquauiua tantùm, & concedendam inhibitionem.

Attentatam enim primo loco dixerūt Domini declarationem factam ad fauorem eorumdem DD. de Aquauiua sub die 19. Octobris 1645. per Camillum Lælium vti Procuratorem D. Ducis Atriæ de, & super fideicommisso, & hæreditateq. Cæciliæ Vrsinæ ac cessione ratæ Palatij, de quo agitur pro scut. 12. mill.; Quia facta fuit nedum post iudicialem denunciationem, ac inhibitionem præuia citatione sub die 18. Septembris eiusdem anni ad instantiam D. Ceuli contra d. Procuratorem coram A.C. exequuta, ne auderet aliquid innouare super eodē Palatio, nisi ipso legitimè citato, *eius Summ. nu. 3.* Sed etiam postquam idem D. Ceulus causam introduxerat coram eodem A.C. sub die scilicet 26. eiusdem mensis Septembris per transmissionem, & reproductionem monitorij tam aduersus eumdem Procuratorē, quā D. Octauium de Acquauiua in, & super quieta, & pacifica possessione totius integri Palatij, omniumque eius membrorum *d. Summ. num. 4.* Hinc enim decreta per A. C. inhibitione iuxtà formam prædictæ citationis, & huiusmodi lite pendente abstinere
1 debet Lælius ab vlteriori declaratione, & consequenter dum his omnibus spretis illam perfecit à vitio attentatorum excusari non valet, vt punctualiter de gestis post similem inhibitionem A. C. dixit *Rota coram bo. me. Bur. dec. 902. num. 1. & Iannen. fructuum Dotis 29. Ian. 1646. §. His tamen cor. me, & de gestis lite pend.* probant *text. clari in rubr. & tot. tit. ff. & C. vt lit. pend. Lancell. de attent. lit. pend par. 2. in præfat. num. 296. & seqq.*

Nèc obstat, quod dicta declaratio facta fuerit in executionem mandati Procuræ facti antè inhibitio-
2 nem, & litis pendentiam, & proindè tanquam consequutiua ad actum gestum antè motam litē non dicatur attentata ex deductis in *Fan. Tur. 21. Febr. 1622. cor. bo. me. Merlino in rec. dec. 426. nu. 6. p. 5. & in alijs.*

3 Fuit enim responsum hoc non procedere, quando prout hìc, inter vnum, & alterum actum intercessit inhibitio specialis, tunc enim huiusmodi inhibitio superueniens operatur, vt actus factus post illius denunciationem dicatur attentatus, licèt esset consequutiuus ad præcedentem non attentatum, vt benè ad propositum distinguendo firmat *Lancell. vbi sup. par. 2. cap. 4. lim. 5. num. 10. vers. Hæc autem limita, & cap. 12. lim 40. num. 14.* eumdemque sequuta fuit *Rota in Iannen. Pecuniaria, seù Attentatorum 22. Aprilis 1641. cor. Reuerendiss. D. meo Bichio §. si quidem mandatum* Regulare enim est inhibitionem illicitum reddere, quod alias licitum esset *Lancell. dicta limit. 40. d. n. 14. & cap. 20. ampl. 20. per tot.*

Vltra quod præfata declaratio non potest dici
4 actus consecutiuus, sed penitus principalis, & primarius, quia mandatum Procuræ est potiùs præparatorium ad actum, quàm actus perfectus, & mandans nihil facit, sed dat facultatem faciendi, itaut donec per Procuratorem perficiatur, sit in facultate mandantis excedere à mandato, cùm tunc solum actus perfectus dicatur, suamque perfectionem recipiat, quando per Procuratorem executioni de-
5 mādatur, & in esse deducitur regulariter enim actus debent attendi tēpore, quo robur sortiuntur ex *Theoric. Bald. in l. tutoribus num. 2. ff. de testam. tutel. quem sequitur Rota dec. 614. num. 53. par. 8. rec.* Ideòque in
6 simili videmus solam animi mandantis destinationem etiam à Procuratore acceptatam non producere obligationem in illo, cum quo debet actus celebrari, nisi postquàm inter ipsum Procuratorem, fuerit actus celebratus, vt ex not. *in l. non solum §. si mandato meo ff. de iniur.* tradit ad propositum *Anchar. cons. 28. nu. 3. in vers. Quando autem*, dicit quod
7 semper attenditur finis quandocumque vnum procedit ab altero tanquā præambulo, quia effectus secutus inspici debet, non autem factum præambulum.

Minùs obstat, quod in Decisione huius causæ coram me *sub die 3. Decembris 1646.* super manutentione dictum fuerit possessionem Domini Ceuli restrictam esse ad ratam scut. 2866. & proindè altera rata scutor. 12. mill. in declaratione contenta tanquam proueniens ex fideicommisso, & hæreditate
8 Cæciliæ sit propria eorumdem DD. de Acquauiua, & consequenter etiam lite pendente illis cedi potuerit tanquam illius Cohæredibus absque vitio attentatorum, ex congestis per *Menoch. de Præsumpt. lib. 3 præsumpt. 129. num. 10.*

9 Placuit enim responsio, quod ad effectum dignoscendi quid veniat in lite non attenditur quid verè ad actorem spectet, sed quid ab eo petitum, & in Iudicio deductum fuit, cum ad litis subsistentiam non requiratur bonum ius litigatoris *Card. Tut. dec. 80. num. 3. lib. 3.* sed sufficit illam de facto verificari *Franch. in cap. 1. num. 5. vt lit. pend. in 6. ibique Gemin. paritèr num. 5. in fin. Rota in Conchen. Archipræsbyt. 16. Decembr. 1588. coram Platto.* Vndè dùm D. Ceulus coram A. C. litem introduxit, & hodie in Rota sustinet super toto Palatio, ac ad istum effectum præcedentèr inhiberi curauit præfato Procuratori,

ne super illo aliquid innouaret, parùm refert, quod in dicta Decisione dicatur illius possessionem esse restrictam ad dictam ratam, & super ea dumtaxat illi conceden. esse manutentionem cùm totum, & integrum Palatium fuerit in litem deductum, & effectum litigiosum. Multòque minus sustineri potest dicta cessio tanquam facta cohæredibus, quia præter quòd adhùc non constat de prætenso fideicommisso Cæciliæ, & vocatione DD. de Aquauiua, vt in *eadem decis.* firmatur §. *Eoque minùs.* Dùm ad effectum illam impediendi prædictus Procurator fuerat inhibitus, inhibitio, siuè iusta, siuè iniusta,
10 erat timenda. *Put. dec. 385. lib. 2. in correct. Caputaq. dec. 93. per tot. par. 2. Rota dec. 214. num. 2. & 3 par. 5. rec.* Et causat attentata ex plenè deductis in *Cæsaraugustana distribut. seù attentatorum 17. Febr. 1645. Et in Bonon. Attentatorum 18. Iunij 1646. coram me.*

Proùt, & secundo loco Domini existimarunt esse attentatum quicquid actum fuit anno 1647. in Curia Eminentissimi D. Card. Vicarij inter eosdem DD. de Aquauiua, & D. Ducem Atriæ occasione pensionum huius Palatij pro supradicta rata scutor. 12. mil. Quia dum super hac eademmet rata Palatij iam coram me lis introducta fuerat tàm vigore commissionis iactationis, & iactationum obtentæ per eosdem DD. de Aquauiua, ad cuius formam vlterius emanauit inhibitio, quàm etiam vigore commissionis appellationis interpositæ per D. Ceulum *eius Sum. num. 9. 13. & 17.* Non potuerunt aliud Iu-
11 dicium super eadem re coram alio Iudice introducere, & mandatum obtinere citrà vitium attentatorum, *cap. 1. de appell. l. sciendum ff. de appell. recipien. & l. 1. in fin. ff. ad sen. cons. Tertull. Cardin. Causal. decis. 658. num. 2. & 3.* cum alijs in *Piscien. Cappellæ 14. Febr. 1628. coram bo. me. Merlino in rec. dec. 148. num. 7. par. 5. & nuperrimè in Rom. fideic. seù attentator. 21. Febr. 1647. coram R. P. D. meo Arguelles §. si quidem.*

Nèc releuat, quod lis in Rota pendeat super pensionibus debitis, ab hæreditate Cardinalis Aquauiuæ, quodque in Iudicio *coram Eminentiss. D. Cardin. Vicario*, actum non fuerit contra D. Ceulum, sed contra D. Ducem Atriæ ipsorum fratrem, Quia
12 dum pendet super existentia fideicommissi, & super integro Palatio inter omnes fratres de Aquauiua, & Ceulum pensiones veniunt tanquam accessoriæ ad fideicommissum, & Palatium, vt per *Cabed. dec. 9. num. 3. de caus. poss. & propr. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 2. num. 17. Rota in Calaguritana Beneficior. 19. Aprilis 1613. coram bo. me. Card. Sacrato;* Et consequenter citrà vitium attentatorum non potuit intèr ipsos nouum Iudicium institui super dictis pensionibus coram diuerso Iudice *Buratt. in cap. cum M. numer. 51. de constit. Lancel. de atteut. d. lim. 2. num. 52. & seqq. Gabr. de Iudic. conclus. 1. num. 6. Mandos. de inhib. qu. 121. num. 2. Rota dec. 148. num. 7. part. 5. rec. & dec 91. num. 20. par. 6. in Leodien. Attentator. 24. Febr. 1644. coram R. P. D. meo Bichio, ac in Taurinen. Parochialis 13. Nouembr. 1647. coram R. P. D. meo Celso.* Accedentibus præsertim clausulis *quam,*
13 *& quas*, incidentibus, & dependentibus in commissionibus geminatis, quæ nedum comprehendunt causas motas. *Rota dec. 34. de rescript. in nou. Seraph. dec. 644. n. 3.* Verum etiam mouendas super eadem re, & causa idem negocium concernen. *Cas. de Grass. dec. 2. num. 4. & 5. de Rescr. Buratt. dec. 226. n. 6. vers. Et vti concepta, & dec. 405. num. 1. & seqq.* cum alijs in allegata *Cæsaraugust. Distribut. seù attentatorum §. Quod eò fortiùs coram me, & in d. Rom. fideicom. seù Attentatorum coram R. P. D. meo Arguelles §. Et maximè.*

Prò parte D. Ceuli non constare de attentatis responsum fuit, quia deputatio Economi ad effectum exigendi pensiones eiusdem Palatij pro rata scutor. 27876. pro qua ipse coram A. C. manutentionem obtinuerat, licitè fieri potuit ex quo ab hac manutentione commissa fuerat appellatio cum clausula, *sine præiudicio mandati de manutenendo eius Summar.*
14 *num. 16.* Huiusmodi enim clausula præseruat Iurisdictionem Iudicis, à quo vsque ad perfectam legitimam exequutionem, *Lancell. de Attent. post inhibit. par. 2. cap. 20. num. 2. Marches. de comm. appell. ab execut. oblig. cam. §. 3. num. 155. fol. 707. et dixit Rota in Anconitana Dotis coram bon. mem. Card. Mellino penès eumdem Marches. par. 2. num. 2. fol. 57. coram fan. mem. Greg. dec. 232. num. 1. ibiq; Add. num. 4. coram bo. mem. Buratt. dec. 641. num. 18. in rec. dec. 8. nu. 1. et 13. par. 6. et in Ianuen. Pecun. seù attentator. 24. Ian. 1642. cor. Renerendiss. D. meo Decano §. Non obstat.*

Et ità resolutum fuit constare de attentatis pro parte DD. de Aquauiua tantùm, & eidē esse inhiben-
15 dū, ne inposterum super præmissis aliquid innouent, quia vbi quis timet ex facto alterius grauari, potest antè factum implorare Iudicis officium, vt inhibeat iuxtà dispositionem *Text. in l. 3. C. qui bon. ced. poss. vbi Bald. num. 3.* & alij, quos refert, & sequitur *Molin. de Primog. lib. 1. cap. 15. num. 11.* vtraque &c.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Lunæ 11. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Obligatus in Instrumento dotali ad restitutionem dotis potest executiuè conueniri nedum ex dispositione Statuti Vrbis, sed etiam ex obligatione Camerali in instrumento apposita, & quando obligatio Cameralis tribuat viam exequutiuam pro ijs, quæ veniunt ex interpretatione iuris, vbi quod in constitutione dotis venit in necessariam consequentiam, illius restitutio, & pro hac potest agi exequutiuè, & an hoc procedat solum fauore Vxoris, non autem fauore Tertij, & quando? Dos quando fuit constituta in pecunia, & postea assignata bona in fundum dotalem, an illa censeantur data in solutum, pro quantitate promissa, vel censeantur assignata in fundum dotalem?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus in instrumēto constitutionis, & receptionis dotis illam integram conseruare, & assecurare, vigore huius promissionis potest exequtiuè conueniri etiam prò illius restitutione.*

2 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 85. *dat viam exequutiuam etiam contra Tertios possessores prò dotibus & donationibus propter Nuptias, & lucro dotali.*

3 *Obligatio Cameralis non solum tribuit viam exequutiuam prò expressis, & enumeratis, sed etiam pro virtualiter ibidem contentis, ac venientibus ex natura contractus.*

4 *Limita quod obligatio Cameralis nō tribuit viam exequtiuam pro ijs, quæ veniunt ex interpretatione iuris agendo, licèt secus excipiendo.*

5 *Dotem recipiens illamq; conseruare promittens cū obligatione Camerali, in necessarium consequens promisisse censetur illius restitutionem quamuis explicitè, expressè dictum non fuerit.*

6 *Obligatio Cameralis comprehendit ea omnia, quæ veniunt in necessariam consequentiam, licèt non fuerint expressa.*

7 *Obligatio Cameralis ad fauorem omnium quorum quomodolibet interest in instrumento apposita, operatur ad fauorem Tertij interesse habentis, licèt absen-*

absentes, ac si ipso præsente & acceptante stipulata fuisset.

8 *Conditio, quæ inest solum exequutioni, non autem obligationi impedire nequit ortum actionis ad fauorem eius cui ex pura obligatione fuerat Ius quæsitum.*

9 *Dotis promissio, & constitutio quando præcessit in numerata pecunia tunc bona data in fundum dotalem interpretantur, vt sint data insolutum quantitatis, non autem quod dos in ijs bonis consistat.*

10 *Dos quoties promittitur in pecunia, & post modum assignantur bona, huiusmodi assignatio importat venditionem, & operatur quod res non dotales, sed viri propria efficiantur.*

11 *Dos quando fuit cõstituta in pecunia nõ impeditur mulier, alijque quorum interest in casu restitutionis agere pro pecunia contra maritum, illiusque hæredes.*

22 *Approbans debitum eo modo, quo petitio continebat, illud amplius impugnare non valet.*

DECISIO CCLX.

ITerum acriter impugnabat D. C. Fabius Carandinus resolutionem coram me emanatam 27. Aprilis 1646. ex eo præcipuè, quod D. Lælio Barisiano agenti non competeret via exequutiua pro restitutione scut. 1000. de quibus agitur, sed tamen causa reproposita Domini steterunt in Decisis; Dum-
1 enim ipse Carandinus in instrumentis publicis tàm constitutionis, quàm receptionis Dotis per Imperiam sibi assignatæ illam integram conseruare, & assecurare promisit vigore huius promissionis exequutiuè conuenire potuit etiam ad illius restitutionem nedum attentata dispositione Statuti Vrbis *lib.*
2 *1. cap. 85.* concedentis viam exequutiuam contra tertios possessores pro Dotibus, & Donationibus propter nuptias, seù lucro Dotali, vt tenuit *Rota dec. 161. num. 4 par. 4. rec.* sed etiam vigore obligationis Cameralis in præfatis Instrumentis appositæ, quæ
3 non solùm tribuit viam exequutiuam pro expressis, & enumeratis, sed etiam prò virtualitèr ibidem contentis, ac venientibus ex natuea contractus, vt prætèr deducta *in d. Dec. firmauit Bart. in l. 1. sub num. 3. vers. in contrarium facit, ibiq, add. lit. F. vers. Et ex prædictis ff. quæ in test. delen. Alex. cons. 126. num. 4. vol. 6.* alijque relati per *Surd. dec. 254. num. 39.* & pluries dixit *Rota, ut in Rom. Dotis 14. Febr. 1642. cor. Reuerendiss. D. meo Decano* alijsque pluribus relatis per *Zacch. post eundem de oblig. Cam. qu. 31. nu. 29.* secundum modernam impressionem.

4 Nèc obstat, quod pro ijs, quæ veniunt ex interpretatione Iuris obligatio Cameralis agendo non tribuat viam exequutiuam, vt distinguendo intèr agentem, & replicantem dixit *Rota dec. 741. num. 11. vers. Quia id verum est, et decis. 131. numer. 13. part. 2. diuers.*

Fuit enim responsum in casu, de quo agitur restitutionem Dotis non venire ex sola Iuris interpretatione, sed ex natura rei, & in necessariam conse-
5 quentiam, cum recipiens dotem, illamque conseruare promittens sub obligatione Camerali in necessarium consequens promisisse censetur illius restitutionem, quamuis explicitè, & expresè dictum non fuerit, vt vltra adductos in dicta *decis. tradunt Calcan. cons. 18. num. 22. post med. & seq. Natt. cons. 61. n. 2. Menoch. cons. 1124. num. 40. Serap. de priuil. iur. priuil. 26.* per totum, & dixit *Rota in Assisien. Dotis 22. Iun. 1640. coram R. P. D. meo Royas §. Quo verò* Ideoque veniente casu restitutionis potest exequutiuè conueniri cùm in ipsa Camerali obligatione omnia ea
6 comprehendantur, quæ veniunt in necessariam consequentiam, licèt non sint expressa, vt tradit *Zacch. vbi supra dicta qu. 31. num. 13. & 19. Card. Serap. dec. 955. num. 2. & 3.* & dictum fuit in *Farfen. Donatio. 26. Mar. 1632. & in Rom. fideicom. de Guidis 27. Iunij 1633. §. Quoad relaxationem vers. Et consequentèr coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nèc subsistit, quod saltèm prædicta procedere possint ad fauorem solius Imperiæ Vxoris, quæ in instrumentis interfuit, non autem ad fauorem D. Lælij, qui nec ibidem interfuit, nec agit tanquam hæres illius.

Quia, vt dictum fuit in alia decisione cum obligatio Cameralis contineat stipulationem pro omnibus, quorum interest, & in gratiam omnium quorum, quomodolibet intererit, vigore istius stipulationis statim quæsita fuit ipsi Lælio actio directa cõ-
7 tra D. Carandinum promissorem, & obligatio Cameralis operatur ad eius fauorem, acsi ipso præsente, & acceptante stipulata fuisset, ex pluribus ibidẽ congestis § *Ideoque etiam.* Quæ indubitantèr procedunt in proposito, quo de tempore contractæ obligationis per Curias, Lælius . . . . esset principalis creditor d. lucri Dotalis expectantis dumtaxat futuram purificationem conditionis per
8 obitum Imperiæ Matris. Huiusmodi verò conditio inest solum exequutioni, non autem obligationi, quæ remanet pura, & libera, ac proindè impedire nequit ortum actionis ad fauorem Lælij, cui statim ac instrumenta constitutionis d. Dotis stipulata fuere, fuit quæsitum ius pro dicto quarto Dotali tanquam primario, & principali illius creditori, vt in similibus terminis pluribus authoritatibus ad propositum cumulatis firmatum fuit in *Rom. lucri Dotis 5. Aprilis 1647. §. non obstat quod cum . . . . & 30. Mar. prædicti §. Subsistit coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Decis. verò 27. num. 13. coram Reuerendiss. D. meo Vercellen. & 33. post Cenc. de cens. non applicantur casui nostro, satisque illis respondetur in *dec. 46. nu. 8. par. 7. recent. & in Rom. fructuum Census 11. Decembris 1645. cor. me §. Et hinc non applicatur.*

Minùs obstat, quartum dotale, de quo agitur, cõsistere in Censu cũ Communitate Piperni, qui Census fuit assignatus Carandino in fundum dotalem; Ideoque in casu restitutionis non potuerit relaxari mandatum pro quantitate, sed solum ad restitutio-
9 nem dicti Census, quia cum præcesserit Dotis promissio, & constitutio in pecunia numerata, vt in *Capit. Matrim.* ibi, *E per dote di essa gli constituisce scudi 10. mil.* & in instrumento dotali ibi, *cum promissione Dotis scut. 10. mill. Summ. D. Lælij num. 2.* verba in fundum dotalem indè sequentia non accipiuntur propriè, prout intelligitur fundus dotalis, sed ità interpretantur, vt bona sint data insolutum, & pagamentum quantitatis dotis, non autem quod Dos in ijs bonis consisteret, vt est *Tex. in l. ex pecunia dotali, vbi Bald. num. 1. vers. Intantum C. de Iur. Dot. Cephal. cons. 351. num. 37. & seqq. lib. 3. Natt. cons. 650. num. 3. benè Honded. cons. 41. num. 18. lib. 1. Rolan. cons. 86. num. 5. lib. 4. & dixit Rota coram bo. mem.*
10 *Coccino dec. 257. num. 6.* Quoties enim Dos promittitur in pecunia, & postmodũ assignantur bona, huiusmodi assignatio importat venditionem, & operatur, quod res non dotales, sed viri propriæ efficiãtur *l. si Prædium, C. de euict. Paris. cons. 81. num. 32. & seqq. lib. 2. Corn. cons. 92. num. 3. lib. 4. Hond. d. cons. 41. num. 5. lib. 1.* cum cæteris congestis per *Grat. discept. for. cap. 932. num. 2. & 9.* & consequenter non impe-
11 ditur mulier, alijque quorum interest in casu restitutio-

tutionis agere pro pecunia contra maritum illiusq; hæredes per *text. in l. in rebus ibique gloss. in verbo Aestimatæ, C. de Iur. Dot. Inst. in §. actionum numer. 84. inst. de act. Card. Seraph. dec. 1332. num. 2. & 3.* alique relati per *Add. ad sa. me. Greg. dec. 573. sub numer. 16. vers. Quod maximè, & vers. Ita vt*, & dictum fuit in *Maceraten. Saluiani 11. Martij 1647. cor. R. P. D. meo Corrado §. Quia cum præcesserit*.

Sed cessat in proposito quælibet hæsitatio, quia prædictus Census cum Communitate Piperni, fuit retronenditus, & pretio illius empta 9. loca montium S. Bonauenturæ, quæ Carandinus postea vendidit, illorumque æstimationem recipit, & deindè citatus à D. Lobo pro restitutione dd. scutor. mille non solùm non opposuit se velle restituere præfatum Censum sibi assignatum, sed fateri debitum, prout petebatur in quantitate ad illud soluen. suscepit terminum 30. dierum *Sum. Lelij n. 2. 3. & 4.* Hinc resultat confessio expressa ipsiusmet Carandini, quod prędictus Census, aliaque bona sibi in Dotem assignata non fuerint tradita propriè in fundum dotalem, sed in solutionem Dotis constitutæ, & promissæ in
12 quantitate approbatio debiti eodem modo quo petitio continebat, ità vt amplius illud ex hoc capite impugnare non valeat *l. Et si quis 4. §. fin. ff. si quis caut. l. ad solutionem ibiq; Bald. & Salyc. in C. de re iudic. bo. me. Bur. dec. 144. num. 6. & dec. 88. paritèr numer. 6.*

Et ità vtraque &c.

PAPIEN. ARCHIPRÆSBYTERATVS.

Lunæ 11. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione beneficij conceditur Resignatario; qui possessionem ritè, & rectè fuit adeptus post factam resignationem, & à Pontifice admissam non autem Resignanti, etiam si resignatio fuerit conditionalis, & resignans prætenderet non fuisse impletam conditionem, donec enim in petitorio cognoscatur de illius implemento debet Resignatarius manuteneri.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta in vim litterarū Apostolicarū alio tunc temporis non possidente est manutenibilis.*

2 *Resignans post factam Resignationem, & à Pontifice admissam ammisisse dicitur omnem, possessionem tàm ciuilem, quàm naturalem.*

3 *Resignans in fauorem alicuius, resignatione admissa, habetur pro mortuo.*

4 *Resignatarius si post admissam resignationē quiete, & pacificè in possessione beneficij fuit immissus, faciliùs ei debetur manutentio, & eo magis possessio censetur abdicata à Resignante.*

5 *Manutentio conceditur resignatario qui actualem possessionem apprehendit, donec cognoscatur in petitorio de non implemento conditionalis resignationis.*

6 *Declara hoc non procedere, si possessio adhuc esset penès resignantem, vel fuerit capta à Resignatario post motam litem à resignante, & oppositum de non implemento conditionum.*

DECISIO CCLXI.

Resoluerunt D. Pasquali Resignatario dandum esse mandatum de manutenendo cum constet de
1 ipsius possessione capta die 26. Iunij 1645. in vim litterarum Apostolicarum, quæ alio tunc temporis, non possidente est manutenibilis *vulg. l. Prædium ff. de acquir.*

Nec est attendenda anterior possessio Io: Petri re-
2 signantis, quoniam per resignationem factam ad fauorem Pasqualis, & à Pontifice admissam, amisisse dicitur omnem possessionem tàm ciuilem, quàm naturalem *gloss. in cap. inter cætera verbo, Assignari de præbend. sarnen. super reg. de publican. qu. 7. numer. 2. vers. confirmatur, & qu. 18. num. 2. Rota dec. 1. sub n. 2. & dec. 2. de rer. permut. in nou. dec. 519. num. 1. part. 1. dec. 155. num. 1. & dec. 174. num. 3. par. 4. diu. in Hipporegien. Præposit. 11. Decembr. 1587. coram Bubalo relata per Garz. de Benef. part. 6. cap. 2. numer. 135. & in Placentina, & Caurien. Beneficiorum 6. Iunij 1605. coram Sanctiss. D. N. in rec. dec. 92. num. 2. par. 1.*

3 Resignans enim in fauorem alicuius resignatione admissa habetur pro mortuo. *Paris. consil. 93. num. 25. lib. 4. Mandos. in reg. de annal. quæst. 28. num. 5.* & dictum fuit in *Burgen. Canon. 28. Aprilis 1597. coram cla. me. Cardin. Hieronymo Pamphilio*; Ideoque sicut morte, ità, & resignatione omnis possessio expirat ex iuribus allegatis.

4 Idque præsertim in casu nostro, quo post admissam resignationem quiete, & pacificè resignatarius in possessionem Archipræsbyteratus, de quo agitur actualiter admissus fuit *Summ. ipsius num. 1.* Quod operatur, vt eo magis à resignante censeatur abdicata possessio, & faciliùs resignatario debeatur manutentio ad *text. in l. iustè possidet ff. de acquir. poss.* vt in his terminis considerauit *Rota in d. Placentina, & Caurien. benefic. num. 3.*

Minùs obstat, quod resignatio fuerit conditionalis, reseruata scilicet sibi valida pensione ducatorum 52. auri de Camera cum regressu ad eumdem Archipræsbyteratum in euentum nullitatis d. pensionis, vel illius non solutionis.

Quia cum defectus implementi adhuc Dominis visus non fuerit concludenter iustificatus, donec in
5 petitorio de illo cognoscatur, danda est manutentio resignatario, qui actualem possessionem apprehendit, vt benè ad propositum respondit *Rota id d. Placentina, & Caurien. Beneficior. num. 4. & 5. & cor. sa. me. Greg. dec. 364. num. 3.* alijque relatis tradunt *Lotter. de Re benef. lib. 3. qu. 14. num. 95. & Modern. Perus. de manut. obser. 57. num. 10. cum plur. seqq. D. Archiepiscopus Auenionen. de acquir. poss. qu. 19. art. 3. num. 118. 119 & 120. & conciliando contrarias dec. Add. ad sa. me. Greg. dec. 138. sub lit. C. & ad bo. me. Burat. dec. 787. num. 9. & 10.*

6 Deducta verò in contrarium procedunt, vel quando possessio non fuit actualiter capta, in quibus terminis loquitur *dec. 1. de Renunc. in nou. dec. 423. nu. 2. par. 1. rec. & coram Reuerendiss. Vrgellen. in dec. 118. num. 6. & 7.* in quibus supponitur possessionem adhùc esse penès resignantem, quando possessio capta fuit à Resignatario post motam litem à resignante, & oppositum de non implemento conditionum in quibus terminis loquuntur *dec. Eboren. Benef. 18. Febr. 1647. coram R. P. D. Argentles §. Nec obstat, & in Neapolit. Parochialis 15. Martij eiusdem anni coram R. P. D. meo Ottoboruo §. Nec tandem*, secus autem vbi (prout hìc) possessio capta fuit antè motam litem, & oppositionem non implementi, tunc enim lite pendente Resignatarius, non autem resignans venit manutenendus ex authoritatibus supra allegatis, idemque admissum fuit in dicta *Elboren. Benef. & Neapolis. Parochialis*.

Et ità resolutum vtraque &c.

ROMANA SVBHASTATIONIS DE ALEXIIS.

Veneris 15. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Creditor anterior possidens bona communis debitoris tan-

tantummodò iure pignoris non potest impedire illorum subhastationem Creditoribus posterioribus si illa sequatur absque eius damno, & præiudicio alijsque Creditoribus afferat vtilitatem, licet secus si possideat iure proprietatis, & dominij, vt ex datione in solutum, quæ venit probanda, & qualiter probetur, & quando possessor non teneatur docere de titulo suæ possessionis?

SVMMARIVM.

1 *Creditor licet anterior possidēs tantumodo iure pignoris bona communis debitoris nequit impedire subhastationem ab alijs Creditoribus faciendam.*

2 *Subhastatio per Creditores posteriores faciēda nequit impediri ab anteriori possidente tantummodo iure pignoris, dū ipsa fieri debet absque illius damno, eoque prius satisfacto.*

3 *Executiuo sententia non potest impediri à tertio possessore, quando illi non est damnosa.*

4 *Verba indubia sunt referenda ad actum superius expressum, dum de alio posteriori in rei veritate non constat.*

5 *Actus in quo non legitur expressa neque dies, neque annus pernecesse debet referri ad eum de quo constat per publicum instrumentum.*

6 *Productio tituli inualidi, & insufficientis, melioris titul i præsumptionem tollit.*

7 *Ammissio instrumenti non præsumitur, & parti illam alleganti incumbit onus nedum probandi casum sequutæ ammissionis, sed etiam iustificandi, quod sine sua culpa contigerit.*

8 *Ammissio instrumenti allegari non potest, quando agitur de instrumento rogato in Curia, vbi originale illius de stylo remanet penes Notarium rogatum.*

9 *Referenti ad hoc vt creatur sine relato, totus tenor relati per extensum debet esse in referente.*

10 *Verba,* Pleno natuali, & Titulari dominio, *possunt aliquanda intelligi de dominio hypothecæ possessionis, & perceptionis fructuum.*

11 *Verbum,* Pleno iure, *plerumq; non significat plenitudinē omnimodam respectu proprietatis, & dominij, sed restringitur secundum subiectam materiā ad solam possessionem, & perceptionem fructuū.*

12 *Dominiū aliud est proprietatis aliud hyppothecæ & vsusfructus.*

13 *Possidens non tenetur iustificare titulum suæ possessionis.*

14 *Declara hoc tantum procedere, quādo possidens nō allegat titulum, sed solum dicit se possidere, quo casu non cogitur docere de titulo cum ex sola possessione præsumatur.*

15 *Creditor possidens bona communis debitoris, quādo allegat titulum habitum, aliundè quàm à debitore sufficiat, quod doceat de titulo colorato, absque onere plenioris iustificationis.*

16 *Secus autem, quando allegat titulum habitum à debitore, tunc enim quia fatetur debitorem olim fuisse dominum, tenetur docere possessionem ad eum peruenisse ex titulo valido, & legitimo.*

17 *Amplia hoc procedere sine creditor possidens agat siue conueniatur, cum semper teneatur docere de validitate eius tituli.*

18 *Creditor allegans se habuisse à debitore dationem in solutum, ea concludenter nō iustificata nec possessio, nec cautela Angeli illi suffragatur ad impediendam executionem, seu subhastationem bonorum possessorum per alios creditores faciendā.*

19 *Producens titulum inualidum, & insufficentē meliorem, & validiorem produxisse præsumitur.*

DECISIO CCLXXII.

EManatis coram me duabus resolutionibus altera 12. Decembris 1644. in qua dictum fuit non esse proceden. ad subhastationem bonorum ab Antonina possessorum, altera 15. Febr. 1547. præcedentis reuocatoria dubitatum fuit hodie, an esset stan. in primo, vel vltimo loco decisis, & persisten. esse in vltimo loco Domini resoluerunt.

Subsistit namque fundamentum posterioris resolutionis, quod per exhibitionem instrumenti census euidenter pateat Iulium Vrsinum hæredem Alexij de Alexijs communis debitoris non dedisse Antoninæ bona, de quibus agitur, in solutum, prout in prima decisione suppositum fuerat, sed solum eidem assignasse certam ratam fructuum, & pensionum tēporaliter duraturam donec, & quo vsque eidem restituerentur scuta 3000. pro residuo suæ dotis, vt ex instrumento desuper confecto *die 13. Iulij 1617. Summ. creditorum præteritæ positionis, num. 5.* Vnde
1 dum Antonina prædicta bona possidet tantummodo iure pignoris, licet sit creditrix anterior impedire nequit subhastationem per alios creditores faciēdam ex clara dispositione *text. in leg. à Diuo Pio. §. Quod si res fuerit pignorata de re iudicata.* Præsertim cum ex forma rescripti impetrati per creditores à fel. record. Vrbano VIII. subhastatio fieri debeat ipsa Antonina non amota à sua possessione, sed ea firma remanente, & ad effectum in primis, & ante omnia sibi satisfaciendi de suo credito, & de eo,
2 quod superest cœteris creditoribus posterioribus; Dum itaque deueniri debet ad subhastationem sine præiudicio suæ possessionis, quam ipsa non est dimissura, & exinde magnum commodum paratur creditoribus, illi verò nullum damnum infertur est iuri consentaneum, quod subhastatio non retardetur, vt omnium indemnitati prouideatur per ea, quę in fortioribus notat *Bart. in l. penult. ff. de petit hæred.* quem referunt, & sequuntur *Castr. cons. 179. n. 9. p. 1. & Cantiuncul. cons. 23. q. 15. num. 192.* concludentes
3 tertium possessorem non posse impedire executionē sententiæ, quando ipsi non est damnosa.

Et iterum visa fuit nullam habere subsistentiam somniata datio in solutum ex alio consensu, vt supponitur præstito per eundem Iulium anno 1620.

Quia enunciatiua mandati de immittēdo relaxati ab A.C. anno 1622. super qua hoc suppositum totaliter ab altera parte fundatur, præter quod ad nihilum deseruire potest ob nullitatem, & iniustitiam, quas patitur dictum mandatum, vt firmatur in dicta
4 vltima decisione, referri, & intelligi debet de præcedente consensu, & assignatione in pignus supra expressa, facta dicta die 13. Iulij 1617. dum de alio posteriori in rei veritate non constat ad *text. in l. 2. ff. de liber. & posthum. Roman. cons. 165. num. 8. lib. 2. Giurb. dec. 45. num. 9. sanct. mem. Greg. dec. 90. num. 3. in d. decisione relati.* Eoq; magis, quia in dicto mandato expressa non legitur neque dies, neque annus dictæ prætensæ dationis in solutum, vnde pernecesse debet intelligi de prædicto consensu, & assignatione in pignus, de qua constat per publicum instrumentum, ponderando insuper, quod instrumentum huius consensus, & assignationis productum, & exhibitum fuit ab ipsamet Antonina ad effectum impediendi huiusmodi subhastationem, & ideo in-
6 trat conclusio passim à Rota firmata, quod productio tituli inualidi, & insufficientis melioris tituli præsumptionem tollit, vt in *decis. 731. nu. 19. part. 1 diuers. coram sanct. mem. Greg. decis. 467. num. 7. in rec. dec. 412. num. 2. par. 2. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 285. num. 148. in Nouarien. bonorum coram Reuerendissimo*

ren-

rendiss. D. meo Decano, §. neque huiusmodi, & in Tridentina Parochialis 5. Decembris 1646. coram me, §. quia dum ipsemet.

Nec iuuat allegare, quod instrumentum dicti
Posterioris consensus deperditum, & amissum
fuerit.

7 Quia amissio non præsumitur *l. si quis ex Argentarijs ff. de eden. Natt. cons. 166. nu. 12. Surd. cons. 109.
num. 9. Rota in recen. decis. 18. num. 22. part. 7. & coram
Card. Caual. dec. 82. num. 6.* & parti illam deducenti
incumbit onus, nedum probandi casum sequutæ amissionis, sed etiam iustificandi, quod sine sua culpa contigerit *Bart. in d. l. si quis in Argentarijs, §. an
nec heredi, num. 4. Castr. cons. 301. num. 1. lib. 1. Alexan.
cons. 54. num. 5. lib. 1. Ruin. cons. 70. num. 6. lib. 4. Houd.
cons. 19. num. 17. & 18. lib. 1. Rot. dec. 452. n. 8. p. 3. rec.*
8 Sed cessat in proposito quoad hoc quælibet hæsitatio, quia agitur de instrumento rogato hic in Curia
vbi originale illius de stylo remanet penes Notariũ
rogatum. Ideoque cessat pænitus allegata amissio
ex notat. *in cap. cum olim il primo de priuil. & in l. Testium, Cod. de. testib. vt plurimum autem firmatum fuit
in Bitutina Census 27. Maii 1647. coram R. P. D. meo
Corrado.*

Propterea vis fieri non potest in verbis enunciatiuis dicti mandati ibi, *Consensit & suum consensum
dedit, & præstitit, vt iure medio dicta D. Antonina pro
satisfactione dicti sui Crediti dotalis dicta bona habeat
possideat pleno, naturali, & titulari dominio.*

Quia præter quod in mandato non exprimitur
9 tenor consensus per extensum, vt requiritur ad hoc,
vt referenti credatur, sinè relato ex deductis in
*Neapolitana pensionis 27. Maij 1641. coram R. P. D.
meo Biebio, §. & in omnem, euentum.* Animaduersum
fuit prædictam enunciatiuam commodè conciliari
posse cum consensu, & assignatione ratæ fructuum,
10 quia verba *pleno, naturali, & titulari dominio* hypothecæ videlicet possessionis, & perceptionis fructuũ
vt in similibus considerauit *Rota in Romana Officij 31. Ianuar. 1628. coram bon. me. Pirouano in recent.
dec. 140. num. 7. & 8. par. 5.* & de verbo *pleno iure,*
11 quod plerumque non significet plenitudinem omnimodam respectu proprietatis, & dominij, sed restringatur secundum subiectam materiam ad solam
possessionem, & perceptionem fructuum tradunt
*Rouin. cons. 137. num. 8. lib. 2. Menoch. cons. 21. num. 26.
& dixit Rota in Melenitana feudi 10. Maij 1632. coram bo. me. Merlino in recen. dec. 129. num. 18. & decis.
210. num. 55. & 56. part. 6.* Dominium enim aliud
12 est proprietatis, aliud verò hypothecæ, & vsus fructus, vt magistraliter distinguen. docet *Bald. in leg.
proprietatis, num. 1. C. de probat.* quem refert, & sequitur *Rota in Romana Officij coram bon. mem. Pirouano,
num. 7.*

His positis clarè liquet non applicari theoricam
*Bart. in supracit. leg. à Diuo Pio, §. si super rebus nu. 4.
13 de re iudic.* quod scilicet possidens non teneatur iustificare titulum suæ possessionis.

Quia, vt respondetur in dicta vltima decisione
14 procedit, quando possidens non allegat titulum, sed
solum dicit se possidere, quo casu non cogitur docere de titulo, cum hic ex sola possessione præsumatur, in quibus terminis loquuntur *Couar. pract. quæst.
cap. 16. num. 4. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4.
§. 5. num. 3. Peguer. dec. 205. num. 7. sanct. mem. Gregor.
dec. 22. num. 3. in dict. decisione relati, §. ex his itaque, &
præter illos Angel. Aret. cons. 98. num. 11. Cartar. decis.
15 Genuæ 52. num. 4. & 5.* vel quando allegat titulum
aliundè habitum, quàm à Debitore, tunc enim sufficit, quod doceat de titulo colorato, & apparenter
absque onere plenioris iustificationis, & in his terminis loquuntur *Felin. in cap. super num. 16. vers. Intellige tamen de re iud. Gozzad. cons. 103. nu. 10. vers.
secundo respondeo sess. de inhibit. cap. 5. §. 10. num. 48.*
16 secus autem quando possidens non stat in terminis
simplicis possessionis, sed alterius allegat titulum
habitum à debitore hoc enim casu allegans illum
habuisse à debitore: fatetur debitorem olim fuisse
Dominum, & propterea dum subdit illum amplius
non possidere, sed possessionem à se abdicasse, illamque ad ipsum deuenisse titulo dationis in solutum,
donationis, vel similis tenetur docere validè, & legitimè deuenisse, & sic siue agat, siuè conueniatur
17 concludenter probare debet validitatem dationis
in solutum, donationis, vel similis, & egregiè distinguendo consuluit *Castr. cons. 143. sub nu. 3. vers probatio autem lib. 2. quam destinctionem vti veriorem amplexa fuit Rota in Romana seu Aesina donationis 23.
Mart. 1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio, & in Anconitana Dotis 28. Aprilis 1643. coram me.*

Dùm igitur Antonina allegauit habuisse à Iulio
18 debitore bona, de quibus agitur in solutum, datione in solutum concludenter non iustificata, nec possessio, nec protestatio desuper facta iuxta cautelã
Angeli in *d. l. à Diuo Pio,* illi suffragantur ad impediendam executionem, seu bonorum subhastationẽ,
vt tradit *Parlador. vbi supra d. cap. fin. p. 4. §. 5. nu 20.
cum alijs allegatis in dicta Romana, seu Aesina donationis, & Anconitana dotis supra relatis.*

Nec applicantur deducta in *Bonon. Dotis. 27. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Meltio,* quia ibidem verè constat de datione in solutum, quæ nedum in
proposito non iustificatur, quinimò constat de contrario ex instrumento exhibito ab ipsamet Antoni-
19 na, exhibendo enim huiusmodi consensum pœnitus
insufficientem pro retardan. executione, & bonorum
subhastatione excluditur prorsus existentia alterius melioris, cum meliorem, & validiorem produxisse præsumatur, vt præter supra relatos tradunt
*Innoc. in cap. dudum, numer. 2. vers. Sed quia de decim.
Lotter. de re benef. lib. 3. cap. 21. n. 38.*

Cæterum de possessione creditorum, & de mandato procuræ Castani, qui illam apprendidit, Domini non dubitarunt, cum iustificetur ex deductis
in dicta decisione, §. de possessione autem cum duob. seqq.
repetita verò ab altera parte remaneat sublata ex
responsionibus in ea datis, cum quibus Domini trãsierunt.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

CATACEN. HÆREDITATIS.

Ven. 15. Maij. 1648.

ARGVMENTVM.

Possidens bona sui fratris pro indiuiso intelligitur solummodo possedisse iure familiaritatis, itaut nullũ ius possidenti quæsitũ, nullumque præiudicium fratri illatum dicatur, possessio posterior nulla, & attentata non priuat anteriorem possessorem sua possessione, qui nunquam se habuit pro spoliato, & ex quibus possessio dicatur nulla, & attentata?

SVMMARIVM.

1 *Possidens bona fratris communiter, & proindiuiso, possedisse intelligitur iure familiaritatis, itaut nullum ius eidem quæsitum, nullumque præiudicium fratri illatum dicatur.*
2 *Amplia vt etiam fratri respectu suæ portionis sit danda manutentio.*
3 *Possessio capta post interpellationem est attentata.*
4 *Possessio capta in vim sententiæ nullæ, & iniustæ nõ est manutenibilis, nec priuat sua possessione anterio-*

riorem possessorem, qui non habuit se pro spoliato.

5 *Sententia lata contra Dominum, & possessorem ipso non citato remanet nulla.*

6 *Hæres tenetur præstare æstimationem legati de re aliena.*

DECISIO CCLXIII.

Diuisis æqualiter anno 1622. inter Decium Vitalium Ferdinandum, ac Horatium fratres de Scogilo bonis stabilibus, & mobilibus, ac pecunijs hæreditarijs q. Ioannis, & Bartoli eiusdem Cognominis Decius proprio nomine Horatij tunc absentis instrumenta diuisionum stipulatus fuit, ac portionem mobilium, & pecuniarum ad illum spectantem recepit, illamque communiter, & pro indiuiso cum cæteris alijs proprijs vsque ad obitum in eius Domo retinuit reuerso, & ibidem etiam cohabitante Horatio fratre.

Idem Decius in testamento, cum quo decessit, instituta vniuersali hærede Confraternitate Redemptoris, legauit Petro Francisco de Pace, & Antonio Mainardo aurum, & argentum, nomina debitorum, & omnia alia existentia in Domo sua, vnde orta lite coram Ordinario Cathacen. super prædictis mobilibus inter dictos Legatarios, & Horatium, ille inter cætera per diffinitiuam sententiam mandauit consignari legata legatarijs, eius vigore ipsi illorum possessionem apprahensi fuerunt, & ab A.C. in gradu appellationis obtinuerunt manutentionem excepta tamen portione Horatij sed deuoluta postmodum causa coram me, dubitaui cui esset dandum mandatum de manutenendo, & ad fauorem Horatij informantis, capta fuit resolutio. Dum enim ex instrumentis præfatarum diuisionum, appareat Deciū recepisse portionem mobilium, & pecuniarum Horatij *Summ. Informantis. num. 2. & 3.* quæ communiter, & pro indiuiso eum suis proprijs vsque ad obi-

1 tum possedit, illorum respectu possedisse intelligitur iure familiaritatis itaut nullum ius sibi quæsitum, nullumque præiudicium Horatio illatum fuisse dicatur, *qui iure familiaritatis, ff. de acquir. possess.* Et

2 per consequens ipsi Horatio denegari non potest manutentio per ea, quæ in his terminis pluribus relatis tradunt *Gratian. discept. for. cap. 450. num. 1. cum seqq. & Modern. Peruf. de manut. obseru. 54. num. 15. & 16. & obser. 73. n. 37.*

Nec obstat possessio vltimo loco per Legatarios apprahensa.

Quia præter quod est attentata tanquam apprahensa post interpositam appellationem, vt in *Process. fol. 8. & 26. cap. non solum de appell. in 6.* cum capta

4 fuerit vigore sententiæ Ordinarij Cathacen. nullæ, & iniustæ non est manutenibilis, nec priuauit, anteriorem possessorem sua antiqua possessione, qui non habuit se pro spoliato, vt millies respondit *Rota, & præcipue coram Card. Seraph. dec. 722. n. 1. coram sanct. mem. Greg. dec. 69. num. 2. & 3. in recen. dec. 106. num. 2. par. 1. & dec. 35. num. 4. vers. tamen hoc part. 2. coram Card. Caual. decis. 48. num. 2. & 3. coram recol. memor. Coccino decis. 113. num. 3. & alibi passim.*

Nullitas autem sententiæ videtur euidens, cum

5 lata fuerit contra Horatium Dominum, & possessorem pro indiuiso præfatorum mobilium, ipso non citato *cap. Pastoralis de re iudic. Cas. de Graff. decis. 11. n. 2. eod. tit. Rota in rec. dec. 139. num. 7. par. 7.* Iniustitia verò probatur, quia mandat consignari legatarijs supradicta bona legata, quæ tamen eum pro rata

6 spectarent ad Horatium vti sua propria quoad ea tanquam legatum rei alienæ non substinebatur in præiudicium hæredis, qui quatenus debeatur præstare tenetur æstimationem, ad *text. in cap. filius de testam. Corn. cons. 155. num. 3. lib. 3. Ioseph. Ludou. decisione Peruf. 23. num. 35. & 36.*

Et ita resolutum vnica tantum, &c.

AVENIONEN. PECVNIARIA.

Luna 18. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio ob sui breuitatem non indiget Argumento.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Iustitia, & bonum ius probari potest ex decisionibus emanatis.*

2 *Renunciatio à filia facta de bonis Paternis, & maternis dicitur correspectiua ad constitutionem, & promissionem dotis, tanquam si in eodem instrumento incontinenti esset stipulata.*

3 *Renunciatio filia correspectiua ad dotis promissionem resoluta promissione dotis ob deficientiam bonorum paternorum resoluta pariter dicitur.*

4 *Actus, qui fiunt vnus propter alium, & eodem temporis momento dicuntur correspectiui.*

5 *Actus correspectiui propter cōtinuationem, & correspectiuitatē vnus quodammodo actus reputantur.*

6 *Actus correspectiui, vno corruente corruunt omnes.*

DECISIO CCLXIV.

Deuoluta causa ad Rotam per appellationem interpositam à sententia grauatoria Iudicis de partibus, eaque commissa *R. P. D. Verospio prauijs tribus decisionibus sub diebus 10. Decembris 1648. 5. Aprilis, & 31. Maij 1647.* emanauit sententia, quæ illam de partibus in tribus capitibus reformauit. Primo enim pronunciatum fuit locum assignatum in dicta sententia creditoribus Claudij super hæreditate Spiritæ de Vaccherijs pro scutis 800. occasione legati pro dote ad fauorem Felisiæ facti per dictam Spiritam matrem in eius testamento, esse assignandum Ludouico, & eidem Felisiæ coniugibus, & pro dicta summa eisdem debitos esse fructus à die mortis dictæ Spiritæ, vsque ad integram satisfactionem dictæ summæ ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario, & Anno secundo declaratum fuit eosdem coniuges agere posse pro scutis bis centum residui dictorum scutorum mille etiam super Castro S. Mariæ quamuis subiecto fideicommisso, & primogenituræ instituta per q. Claudium Seniorem, ac pro fructibus eorumdem scutorū 200. illis debitis respectu decursorum ante mortem Claudij iunior. ad rationem scutorum quinque, post illius verò obitum ad rationem scutorum septem pro quolibet centenario, & anno agere posse tantum super fructibus eiusdem Castri, non autem super proprietate. Tertio demum pronunciatum extitit dictæ Filiæ deberi fructus, non solum post oppositiones per Gasparem, & Ioannem Marcum eius filium factas, sed etiam ante pro ratis legatorum per dictam Spiritam relictorum Francisco, & Margharitæ, dictosque fructus antedictas oppositiones scilicet à die mortis Spiritę vsque ad integram satisfactionem debitos esse ad rationem scut. quinq; pro quolibet centenario, & anno, vt ex sententia *Summ. Informantium, num. 4.*

Appellauit Io. Marcus Ribera, & causa commissa fuit *R. P. D. meo Meltio, qui post vnicam decisionem emissam die 4. Decembris præteriti sententiam R. P. D. mei Verospij*, in omnibus confirmauit, & etiam declarauit fructus legati scut. 800. aliorumque legatorum dd. coniugibus spectan. qui in primo, & tertio capitibus taxantur à die mortis Spiritæ ad rationem scut. 5. pro quolibet centenario, & anno deberi à

die contracti matrimonij eorumdem coniugum
ad rationem quinque pro cêtenario, post verò mor-
tem Claudij vsque ad integram satisfactionem ad
rationem septem iuxta Statutum Auenion, vt ex al-
tera sententia eodem *Summ. num. 6.*

Prouocauit iterum ab hac sententia Ribera, cau-
saque mihi delata; dubitaui an sententia Rotalis sit
confirmanda vel infirmanda eamq; esse confirman-
dam coniugibus tantum informantibus DD. non
dubitarunt.

Ipsius enim validitas non fuit in dubium reuoca-
ta, iustitia verò clarè patet ex prædictis quatuor de-
cisionibus, in quibus reseruantur omnes prætensio-
nes alterius partis, & egregiè firmatur intentio co-
niugum super omnibus in iudicio deductis, ac in
sententijs compræhensis. Ex decisionibus enim o-
1 stendi bonum ius, & iustitiam sententiæ probari
omnibus innotuit iuxta inueteratam Rotæ opinio-
nem, de qua in *Placentina fructuum 6. Iunij 1618. co-
ram bon. mem. Card. Fabritio Verospio, & in Leodien.
matrimonij 19. Nouembris 1621. coram bo. me. Vbaldo
in recen. dec. 36. num. 2. & dec. 320. num. 2. par. 8. ac
alibi passim.*

Nec prædictis coniugibus obesse potest renun-
ciatio facta per Felisiam de bonis paternis, & mater-
nis, in qua præcipuè instabat altera pars in alijs cau-
sæ propositionibus. Quia cum fuerit correspectiua
2 ad constitutionem dotis sibi promissæ per Patrem
tanquam in eodem instrumento incontinenti stipu-
lata, *Bald. in l. petens num. 49. C. de pact. ibiq. Dec. n. 3.
& in l. certi conditio, §. si numeros 14. ff. de reb. credic.
ac cons. 245. num. 5. Becc. cons. 92. num. 6. Tiraq. de
3 retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 76.* Resoluta promis-
sione dotis ob deficientiam bonorum paternorum
resoluta pariter dicitur renunciatio illi correspecti-
ua, vt in his terminis firmauit, *Rota coram Cardinali
Caual. dec. 64. n. 1. 2. & 3. & in alijs relatis in dec. 31.
Maij 1647. coram R. P. D. meo Verospio, §. 1. & §. leuic
etiam, & 4. Decembris eiusdem anni cor. R. P. D. meo
Meltio, §. Quia cum d. renunciatio.* Actus enim, qui
4 fiunt vnus propter alium, & eodem têporis momen-
to dicuntur correspectiui *l. si fundus, §. si duo, vbi Bar.
ff. de pign. Socc. sen. cons. 66. col. fin. vers. circa secundum
5 lib. 1.* Ac propter contiguationem, & correspectiui-
tatem quodammodo vnicus tantum actus iudican-
tur, *Aym. cons. 298. num. 13. cons. 356. n. 1. & cons. 393.
num. 2. Card. Seraph. dec. 932. num. 9. Rota in recent. de-
6 cis. 543. nu. 38. part. 5.* Et proindè corruente vno cor-
ruunt omnes *l. fin. C. de acceptilat. l. etiam, §. ex causa
de minor. Rot. dec. 677. num. 2. part. 1. diuers.*

Et ita &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONE.

Lunæ 18. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Absolutio à censuris, & ab incursu declaratoriæ ob in-
obedientiam non parendi executorialibus Rotæ, ex
quibus concedatur, & an sufficiat superueniens pa-
ritio?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia prout ægrè animaduertit in contumaces
libentissimè amplectitur redeuntes ad gremium,
& quos coercuit ob inobedientiam, absoluit prop-
ter superuenientem paritionem*

2 *Paritio ad effectum obtinendi absolutionem ab in-
cursu declaratoria suffragatur, si fuerit constitu-
tus specialis Procurator ad parendum, prout de
iure requiritur.*

3 *Bonus semper præsumitur bonus in eodem genere
boni.*

4 *Absolutio à censuris ei conceditur, qui diu distule-
rit in parendo, ac petenda absolutione, si legitimè
fuit impeditus.*

DECISIO CCLXV.

FRanciscus Lamata Decanus Ecclesiæ Cæsaraugu-
stanæ præuijs specialibus Procuratoribus tanquã
obedientiæ filius pro suo posse, & quantum in se
est promptam obedientiam offerens parendi litteris
executorialibus, & mandatis Rotalibus, necnon attê-
tata reuocandi omniaque in pristinum reponendi, &
Portionarios ad primum statum percipiendi tria re-
galia diurna, & nocturna actualiter reintegrandi, vt
in dd. litteris, & mandatis continetur petijt gratiosã
absolutionem aduersus Declaratoriam, & censuras
Rotales per Capitulum incursas quam proposito
dubio Domini libenter illi indulserunt prout alias
ab incursu eiusdem declaratoriæ, & censurarum ex-
ceptuauerant septem dignitates, & sex Canonicos
eamdem paritionem, & promptam obedientiam of-
ferentes, vt in *decisionibus emissis 25. Maij in §. fin. &
31. Iulij 1646. coram me;* Sancta enim mater Eccle-
1 sia prout ægrè animaduertit in contumaces liben-
tissimè amplectitur redeuntes ad gremium, & quos
coercuit ob inobedientiam absoluit propter super-
uenientem paritionem, vt in terminis interdicti lati
contra Capitulum dictum fuit in *Tridentina Deca-
natus 25. Iunij 1646. coram Rev. P. D. meo Royas,
§. Nam licet.*

Huiusmodi autem paritionem illi suffragari DD
2 visum fuit non solum quia ad istum effectum, vt di-
ctum est speciales Procuratores constituit, eius *Sum.
num. 2.* prout de iure requiritur ex *gloss. in cap. qui
ad agendum, verbo vel pacisci in fin. vers. item in abso-
lutione petenda de Procurat. in 6. Alter. de censur. to. 1.
disput. 6. lib. 1. cap. 1. in fin. §. breuiter dicendum vers. &
quando fol. mihi 436. Cappell. Tholos. q. 59. num. 1. & 2.
Rot. dec. 25. de sent. excom. in antiq. & decis. 36. de Pro-
curat. in nou. coram Card. Mant. dec. 18. num. 17. & in
d. Tridentina Decanatus in princip.* Sed etiam quia ip-
se Decanus est solitus obedire, & parere mandatis
Rotalibus, vt constat ex decisione huius causæ *sub
die 15. Ianuar. 1635. coram clar. mem. Coccino Decano*
in qua vertente lite super paritione mandati de ma-
nutenendo ipse vti obediens fuit specificè exemptus
à declaratoria contra alios promulgata; semel enim
3 bonus semper præsumitur bonus in eodem genere
boni *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 19. sub n. 9.
Marsil. singul. 74. n. 5.*

Nec illi obesse poterit, quod sustinuerit censuras
4 per aliquod tempus, & diu distulerit in parendo, ac
petenda absolutione, quia cum ipse de tempore
præsentationis exequutorialium non interesset Ca-
pitulo, ac quia tunc temporis in Ciuitate Cæsarau-
gustana celebrantur comititia generalia, quibus no-
mine suæ Dignitatis interuenire debebat tanquam
legitimè impeditus fuit habitus pro excusato, eoque
libentius cum intimata alteri parti propositione
huius dubij super absolutione illa acquieuit, & in-
formare noluit.

Et ita vnica tantum, &c.

AQVISGRANEN. CANONICATVS.

Ven. 22. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Prouisus de Canonicatu cum hoc quod cum primum
peruenerit ad perceptionem fructuum dicti Cano-
nicatus, teneatur dimittere Parochialem, si illam
non dimiserit intra tempus præscriptum, vtrumq;
& Canonicatus, & Parochialis dicitur vacans pro-
pter incompatibilitatem, nedum virtute dicti de-

creti,

creti, sed ex dispositione Sacrorum Canonum, vbi quod intra sex menses Parochialis dimitti debet in manibus Ordinarij, aliàs vtrumque vacat ipso iure perceptio fructuum ex quibus probetur littrræ Apostolicæ quando sunt iustificatæ habent paratam executionem, & ex quibus Clericatus, & valor Beneficij per non excessum sufficienter probentur?

S V M M A R I V M.

1 *Prouisus de Canonicatu, cum decreto quod post adeptam possessionem Canonicatus dimittat Parochialem, nisi decreto paruerit, Canonicatus vacat ipso iure.*

2 *Prouisus de duabus dignitatibus, vel Parochialibus, nisi infra tempus præfixum alteram dimiserit in manibus ordinarij, vtraque vacat ipso iure propter incompatibilitatem.*

3 *Amplia vt hæc incompatibilitas extendatur etiã ad vnicum Canonicatum cum Parochiali, si vltra sex menses retinentur.*

4 *Prouisus de duabus Parochialibus nisi infra spatium sex mensium altera dimittatur vtraque vacare censetur.*

5 *Fructus præsumuntur percepti ex pacifica possessione bonorum alio non possidente, donec contrarium probetur.*

6 *Valor per non excessum iustificatur ex confessione partis.*

7 *Valor narratus per non excessum non requirit exactissimas probationes sed contentatur leuioribus, & semiplenis.*

8 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

9 *Littera Apostolicæ, dum sunt iustificata habent paratam executionem, & debetur immissio iustificãti ad instar,* l. fin. C. de Ædict. diu. Adrian. toll.

10 *Priuilegium assertum, & non ostensum ad effectũ cognoscendi an comprehendat id, de quo agitur nihil suffragatur.*

DECISIO CCLXVI.

DE Canonicatu, & Præbenda in Ecclesia Collegiata Sancti Adalberti Oppidi Aquisgrani per resignationem vacante prouisus fuerat anno 1640. Ioannes Brauu Vicarius Ecclesiæ Parochialis Pagi Vursulen ab Eminentissimo Domino Cardinali Ginetto tunc in Germania de Latere Legato cum decreto, quod cum primum dictus Ioannes ad perceptionem fructuum dicti Canonicatus peruenerit curam Ecclesiæ Vursulen. eo ipso dimittere teneretur, *Summario Informationis num.* 1. cuius prouisionis vigore die 24. Iulij eiusdem anni possessionem obtinuit *d. Summ. num.* 2.

Verùm quia non solum prædictam Parochialem non dimisit, sed illam vna cum prædicto Canonicatu retinuit, & adhuc retinet, vt apparet ex mandatis Procuræ per eumdem factis anno 1645. & ex supplicatione Sanctissimo Domino Nostro porrecta pro impetranda dispensatione *Summ. num.* 3. *&* 10. Sicque tàm vigore supradicti decreti, quàm ratione incompatibilitatis vtrumque vacauerit, fuit de eodem Canonicatu prouisus à Sede Apostolica Petrus Stiennon, ad cuius instantiam proposui dubium, An litteræ Apostolicæ sint exequendæ, & Petro danda immissio, quod in omnibus fuit affirmatiuè resolutum stante verificatione omnium narratorum.

Vacatio enim ob incompatibilitatem, & retentionem Parochialis, cum dicto Canonicatu reddi-
1 tur manifesta tàm vigore prædicti decreti, quod operatur, vt Canonicatus secundo loco impetratus,
nisi prouisus decreto paruerit, vacet ipso iure, vt
tradit *Cocchier. de permut. benef. par. 3. cap. 28. in princ.*
vbi refert decisum *in Illerden. Canonicatus* 13. *Decembris* 1594. *coram recol. mem. Cardinali Hieronymo*
Pamphilio, quàm etiam ex dispositione Sacrorum
2 Canonum, *vt in Extrauag. execrabilis de præbend.*
vt in prima ibi *Statuimus, vt quicumque plures dignitates, vel personatus, aut Parochiales, &c. cum*
alio beneficio curam animarum habente simul sine dispensatione Canonica detinens illa omnia &c. efficaciter verbo, & facto absque fraude aliqua in manu Ordinarij dimittere teneatur &c. quod si non fecerit etiam
illo sit ipso Iure priuatus &c. & in secunda ibi, *Nos*
de illis præsenti decreto Statuimus omnia, & singula
beneficia si detenta intra tempus, vt præscribitur limitatum verbo, & facto, ac sine fraude coram Ordinarijs
sub testimonio similiter publico dimittere teneatur, quod
si non fecerit, & illo sint ipso iure priuati, &c. & de-
3 mum ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess.*
7. cap. 4. de reform. ac sess. 24. cap. 17. eod. tit. vbi extenditur incompatibilitas etiam ad vnicum Canonicatum, cum Parochiali si vltra sex menses retinentur,
ibi, *Illi verò, qui in præsenti plures Parochiales, aut*
vnum Canonicatum, & aliam Parochialem obtinent co-
4 *gantur omninò &c. infra spatium sex mensium dimittere alioquin tàm Parochialis, quàm beneficia omnia,*
quæ obtinent ipso iure vacare censeantur &c. & tradunt
Garz. de benef. par. 11 cap. 5. numer. 10. Gonzal. super reg. de mens. glos. 15 numer. 14. Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 6. punct. 57. sub num. 201. vers. In quo notant. Dum igitur Ioannes post habitam prouisionem de dicto Canonicatu, & adeptam illius pacificam possessionem Parochialem quam prius obtinuerat infra Statutum tempus non dimisit, quinimo Parochialem, & Canonicatum retinet interat ineuitabiliter vtriusque vacatio ex allegatis.

Et licet ex verbis dicti decreti videatur necessaria probatio perceptionis fructuum dicti Canonicatus, ibi, *quod cum primum dictus Ioannes ad perceptionem fructuum Canonicatus, &c. peruenit &c.* tamen
5 cum probetur illius pacifica possessio, & vsque in
præsens retentio *Summ. dicti, num. 2. 3. &* 10. inde
alio non possidente perceptio fructuum desumitur donec contrarium probetur per ea, quæ dixit,
Rota dec. 25. de praben. in nou. coram Card. Seraphin. dec. 1245. num. 6. coram san. mem. Greg. decis. 50. num. 2. coram Card. Canal. dec. 586. num. 1. coram bon. mem. Buratt. dec. 173. num. 3. in recent. dec. 269. num. 2. par. 1. & dec. 364. num. 14. par. 8.

Valor per non excessum expressus in ducatis iustificatur ex confessione ipsiusmet Ioannis emissa in prouisione, & in dicta supplicatione Sanctissimo porrecta pro impetranda dispensatione, quam suffi-
6 cere pro iustificatione valoris pluries tenuit *Rot. vt*
per Egid. decis. 595. coram clar. me. Coccino decis. 145. num. 1. in Meteu. Canonicatus 8. Maij 1619. coram bo. mem. Pirouano, quæ est dec. 91. num. 4. par. 8. recent. & in Valentina Parochialis 28. Iunij 1647. coram me,
7 *§. valor denique,* narratiua enim valoris per non excessum non requirit exactissimas probationes ex deductis *in Ferrarien. Archidiaconatus 20. Aprilis 1646. in Fulginaten. Parochialis 25. Maij eiusdem anni, & in d. Valentina Parochialis coram me,* sed contentatur leuioribus, & semiplenis probationibus, vt dictum fuit *in Nazarena, seu Montis Viridis beneficij 15. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Verospio, & in Placentina beneficij 27. Maij 1647. coram Rev. P. D. meo Ghisilerio, §. valor ducatorum.*

Clericatus tandem Petri informantis probatur
8 ex litteris patentibus Ordinarij, vt tradit *Felin. in cap.*
post cessionem, num. 3. & 15. in fin. de proba. Gram-

mat. decis. 81, *num.* 1. *quem Rota semper probauit.*

Litteræ autem Apostolicæ dum sunt iustificatæ
9 habent executionem paratam, *cap. si Capitulo, ibiq; gloss. in verb. exequatur de praben. in* 6. *& capit. super litter. de rescript. cum alijs plenè relatis in d. Valentina Parochialis in princip.* & consequenter Petro debetur immissio ad instar *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* & in his terminis resolutum fuit *in Bonon. Abbatia 3. Iulij 1645. coram R.P.D. meo Arguello, §. Ratio resolutionis, & in dicta Placentina beneficij §. fin.*

Cæterum aff. priuilegiũ concessũ *Capitulo Oppidi Aquisgrani*, ne extra dictum Oppidum Clerici vigore quorum vis rescriptorum euocari possint, nisi in litteris Apostolicis de illo fiat mentio, poterat o-
10 mitti cum non fuerit DD. ostensum ad effectum, vt dignosci posit, an comprehendat casum, de quo agitur, vt in simili responsum fuit *in Vercellen. Præpositura* 11. *Decembris* 1647. *coram R.P.D. meo Bichio, §. fin.*

Et ita per contradictas, &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CORNAGO.

Ven. 22. *Maij* 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficium est adiudicandum magis idoneo, & in quo concurrunt omnia requisita per Constitutionẽ Clementinam, in concursu alterius in quo pauciora requisita concurrunt, & quænam adhunc effectum requisita exigantur? Priuilegium abrasum, & alteratum in nomine, & minus legale, an faciat gradum aliquem probationis?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium adiudicatur magis idoneo, & ei, in quo concurrunt plura requisita per Clementinam constitutionem.*

2 *In beneficialibus illi veniunt præferendi in quibus concurrunt maiores qualitates iuxta Constitutionem Clementinam.*

3 *Priuilegium abrasum, non legale; & alteratum in nomine fidem non meretur.*

4 *Falsitatis sola suspicio in Ciuilibus pro falsitate habetur.*

DECISIO CCLXVII.

SEntentiam Rotalem latam per *R.P.D. meum Otthobonum confirmatoriam alterius sententiæ R.P.D. mei Verospy*, in qua pronunciatum fuit Ioanni de Peralta, & Iosepho da Baroxa adiudican. esse beneficia, de quibus agitur, hodie Domini confirmandam esse responderunt, quia illius validitas non impugnatur; Iustitia verò est euidens ex probatis in decisionibus tàm *coram R.P.D. meo Verospio*, super cau.is restitutionis in integrum *sub diebus* 10. *Decembris* 1646. *&* 18. *Februar.* 1647. *quàm coram R.P.D. meo Otthobono die* 28. *Iunij eiusdem anni*, concurrunt enim in
1 præfatis Peralta, & Baroxa omnia requisita per Constitutionem Clementinam pro obtinendis huiusmodi beneficijs, quod scilicet sint filij naturales, & Patrimoniales loci de Cornago, se subiecerint examini, in quo fuerunt approbati habiles ad curata, ac fuerunt præsentati ordinario à beneficiatis, quibus concurrentibus non dubitatur quin, ipsis sit debita adiudicatio, vt præter deducta in dictis decisionibus, dixit *Rota coram Card. Caual. decis.* 427. *per tot.*

Idque etiam in concursu Petri Rodrigo, quia in
2 istis concurrunt maiores qualitates, cum sint ætate seniores per octo annos aute fuerint Sacerdotij caractere insigniti, & reportauerint approbationem ab examinatoribus Synodalibus, quæ quidem maiores qualitates operantur, vt veniant præferendi iuxta præscriptum eiusdem Constitutionis Clementinæ, vt consideratum fuit in alia *Calaguritana beneficij de Lumbreras*, 4. *Iulij* 1646. *coram Rev. P. D. meo Otthobono, §. Ideo Morenus, & in dicta decisione huius causæ, §. Præsertim quia, & §. Quod autem coram eodem.*

Nec Rodrigo suffragari potest assertio, quod sit
3 Baccalaureus, quia dum priuilegium asserti Bacchalaureatus per ipsum exhibitum non est legale, sed abrasum alteratũ in nomine, & aperta falsitate laborans, nullum in eo fieri potest fundamentum nec huiusmodi qualitas est habenda in cõsideratio-
4 ne, cum in ciuilibus sola suspicio falsitatis habeatur pro falsitate, vt vltra allegata in omnibus prædictis decisionibus dictum fuit *in Romana donationis* 31. *Ianuar. præteriti coram R.P.D. meo Verospio, §. Hinc corruit.*

Et ita resolutum Peralta, & Baroxa tantum informantibus, altera verò parte per infinitas vices intimata requisita, & expectata.

ROMANA VINEÆ DEL PICO.

Lunæ 25. *Maij* 1648.

ARGVMENTVM.

Possessio etiam ad effectum manutentionis acquiritur per solam clausulam constituti. Negligentia decennalis sufficit ad effectum amittendi possessionem, quod eo magis procedit si illa per alium fuit occupata etiam data negligentia primi possessoris.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti transfert in constitutarium possessionem etiam ad effectum manutentionis.*

2 *Instrumentum locationis probat possessionem inter locatorem, & conductorem.*

3 *Possessio conductoris locatione durante est manutenibilis.*

4 *Exceptio nullitatis non admittitur in Summarijssimo possessorio, & quando?*

5 *Possessio ammittitur per decennium.*

6 *Oblinio inducitur ex negligentia decennali. Manutentio non datur post amissam possessionem per spatium decennij* num. 6.

7 *Possessio, eo magis per negligentiam decennalem censetur amissa, quo illa per alium fuit occupata.*

DECISIO CCLXVIII.

FRancisco Cesarino dandum esse mandatum de manutenendo in possessionem Vineæ de qua agitur Domini responderunt, quia probat suam possessionem ex clausula Constituti apposita in instrumento venditionis sibi factæ anno 1638. à Nicolao Botta, cuius vigore in ipsum constitutarium transla-
1 ta fuit omnis possessio constituentis sufficiens pro obtinenda manutentione *l. quadam mulier* 76. *ibique gloss. in verb. possessionem, ff. de re vendic. l. quod meo* 18. *& ibi, DD. ff. de acquir. poss. sanct. mem. Gregor. decis.* 437. *num.* 1. *alijsque relatis dictum fuit in Bonon. bonorum* 18. *Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo Otthobono, §. Conuincitur enim.*

De possessione autem Nicolai constituentis Domini nõ dubitarunt, cum iustificetur ex instrumento publico locationis, seu concessionis ad meliorandum sibi factæ anno 1635. per annos 21. à Ioanne del Pico, tàm nomine suo proprio, quàm vice, & nomine aliorum suorum fratrum del Pico, pro quibus promisit de rato *Summ. Francisci, num.* 1. quod instru-
2 mentum locationis inter conductorem, & locatorẽ satis probat locationem, vt tradit *Bald. in l. quadam mulier num.* 1 *ff. de rei vendic. Gabr. de locat. conclus.* 4. *num.* 14. *Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 571. *Rota diuers.*

decis.

deciſ.314.num.1. & dec.766. nu. 3.part. 1. coram Card.
Cunal.dec.48.num.1.& in alijs plenè cumulatis per Mo-
dern. Peruſ. de manut. obſeru. 24. num. 1. Præfataque
3 poſſeſſio durante locatione eſt manutenibilis *l. Atti-*
lius regulus in fin. ff. de donat. Menoch. vbi ſupra dict.
remed. 3.num.602.Boce. de interd. vti poſſid.cap.2.n.47.
48.& 50.Card.Canal.deciſ. 182. num.2.

Nec obſtat, quod ob non ſequutam ratificationē
dictorum aliorum fratrum del Pico locatio videa-
tur nulla, & propterea non ſit apta illis impedire
manutentionem.

Quia præter quod hæc exceptio nullitatis tam-
quam requirens altiorem indaginem non venit ad-
4 mittenda in hoc ſummariſſimo manutentionis
quando alias prout hic, inſtrumentum habuit ſuam
executionem ex traditis per *Scacc. de appell. cap. 2.*
quaſt. 19. remed. 1.concl.5.num. 20.& 21. Modern.Pe-
ruſ.vbi ſupra obſer.62. num. 1. & 2.cum ſeqq. Placuit
reſponſio, quod cum à dicto anno 1635. quo fuit fa-
cta locatio vſque in præſens per decennium, & vl-
tra dicti fratres nullos fecerint actus poſſeſſorios, nec
quicquam ex dicta Vinea perceperint ex huiuſmodi
5 negligentia decennali ceciderunt ab omni commo-
do poſſeſſionis, ſiquam habebant vt magiſtraliter
docuit *Bart.in l.ſi de eo, §. ſi fortè, num. 4. ff. de acquir.*
poſſ. & in leg.ſiue poſſidetis, num. 8. in fin. verſicul.
Sed in poſſeſſione, Cod. de probat. Bald.in leg. poſt ſen-
tentiam, num. 10.verſ. quæro qualiter, C. de ſentent. in-
terloq. omn.Iud.& conſ.249.num.9. lib. 1. Alex. conſ.6.
num.14. lib.3. Corn.conſ.16.num.14.lib.2.Grat. diſcept.
for.cap. 450.ſub num. 30. & 31. Rota Bononien. diuerſ.
deciſ.86.num.11.Rota in recen.deciſ. 762. numer. 5. &
deciſ.774.num.2.part. 3. dec. 496. num. 3.part.4. & in
Maceraten.hæreditatis 10. Decembris 1635. coram bon.
me.Buccabella. Ac exinde inducta fuit oblivio, quæ
6 operatur, vt poſſeſſio tam ciuilis, quam naturalis di-
catur amiſſa, adeò vt ipſis nullatenus competere
poſſit manutentio ex pluribus adductis *in Volerana*
Prioratus 16.Martij 1646. coram R.P. D. meo Bichio,
§.Gratis autem, & in Romana Palatij 3. Decembris
eiuſdem anni coram me, §. ſimiliter nec minus. Idque
præſertim in propoſito, quo poſſeſſio interim non
fuit vacans, ſed plena per Nicolaum ſcilicet, &
Ceſcarinum, concurrente enim retentione, ſeu occu-
patione alterius poſſeſſio à primo poſſeſſore eo ma-
7 gis amiſſa dicitur licet ipſe præfatam retentionem,
ſeu acceptationem ignorauerit, vt conſuluit *Aym.*
conſ. 235. ſub num. 1. verſ. Secus ſi poſſeſſio Rota deciſ.
123. num. 4. apud ſupra allegatum Modern. Peruſ. de
manut. Add.ad ſanct. memor. Gregor. deciſ. 307. nu. 26.

Et ita reſolutum vtraque &c.

LEODIEN. ATTENTATORVM.

Lunæ 25. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Geſta poſt interpoſitam appellationem ſunt attenta-
ta, & veniunt reuocanda concurrente præcipuè ſim-
plici commiſſione ſignaturæ quæ retrotrahitur ad
diem ſententiæ, & operatur vt omnia medio tempo-
re geſta ſint attentata etiamſi alias appellatio non
foret recipienda.

SVMMARIVM.

1 *Acta facta poſt appellationem legitimè interpo-*
ſitam à vitio attentatorum excuſari non valent
quæ in primis, & ante omnia veniant reuocanda
& in priſtinum reponenda.

2 *Commiſſio cauſa ſimpliciter in Rota, retrotrahi-*
tur ad diem ſententiæ, & operatur vt omnia me-
dio tempore geſta ſint nulla, & attentata, etiamſi
alias appellatio non foret recipienda.

3 *Attentata faciliùs à Rota declarantur in odium*
recurrentis ad Iudices laicos ad effectum euitan-
di præcepta, & inhibitiones Rotales.

DECISIO CCLXIX.

CVm Iudex de partibus in ſecunda Inſtantia per
R.D. Nuncium Apoſtolicum deputatus ſub die
21. Aprilis 1644. præuio decreto moderatus fuerit
inhibitionem, quam prius concrſſerat *Summ. Infor-*
mantis, num.4. Lambertina ſentiens ſe grauatam in-
fra decem dies ſcilicet 28. eiuſdem ab eo appella-
tionem interpoſuit, eamque mihi ſimpliciter com-
mitti curauit *d.Summ.num. 5. & 6.* Verum quia hu-
iuſmodi appellatione minimè attenta officialis Leo-
dien. Iudex primæ Inſtantiæ ſub diebus 28. & 30.
Maij inde ſequentis ad plura præiudicialia deuenit
appoueudo ſequeſtra ſuper bonis, de quibus agitur,
illorumque fructibus, & redditibus, ac inhibendo
debitoribus d. Lambertinæ, ne illi ſoluerent, eodem
Summ.9.& 10. Ideò dubitaui, An conſtet de atten-
tatis, quæ veniant reuocanda, & affirmatiuè per dd.
1 fuit reſolutum. Dum enim præfata geſta fuerunt
poſt appellationem legitimè interpoſitam à vitio
attentatorum excuſari non valent, quæ in primis, &
ante omnia veniunt reuocanda, ac in priſtinum re-
ducenda *cap.ex parte de appel. & cap. non ſolum in fin.*
ibique gloſſ. fin. eod. tit. in 6. Lancell. de attent. appell.
pend. in præfato, num. 86. & ſeqq. verſ. Vnde alias dice-
bant, & dixit, Rota coram bo. me. Burutt. deciſ. 74. ſub
num.1.& 2. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec.312.n.1.
& 2.& deciſ.313. num.2.in recent.dec.682.ſub num.4.
verſ.Igitur part. 1. deciſ. 582.ſub num. 1. & deciſ. 751.
num.1.par.2. & in Toletana matrimonij 20. Iunij 1645.
coram R.P.D.meo Corrado, §. Primo cum duob. ſeqq.

Idque tanto magis cauſa d. appellationis fuerit in
2 Rota ſimpliciter commiſſa. Huiuſmodi enim com-
miſſio retrotrahitur ad diem ſententiæ, & operatur
vt omnia medio tempore geſta ſint nulla, & atten-
tata, etiamſi alias appellatio non foret recipienda
iuxta opinionem, quæ in hoc Sacro Tribunali hiſce
temporibus eſt indubitabilis, vt omiſſis antiquiori-
bus deciſionibus dictum fuit in *Bononien. reſciſſionis*
contractus 15. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Vero-
ſpio, §. ſicut etiam in dicta Toletana matrimonij, §. Se-
cundo quia in Viterbien. fideicommiſſi ſiue attentato-
rum 13. Maij 1644. §. Quia licet in Fulginaten. Pa-
rochialis 24. Martij 1645. §. Vltra quod in Verulana
beneficiorum 31. Ianuar. §. Primo, verſ. Eoque magis,
& in Bononien. Attentatorum 18. Iunij 1646. §. Quia
cum Signatura coram me, in Calaguritana beneficij 23.
Iunij 1645. §. Idcirco verſ. Maximè quia cauſa, & in
Romana fideicommiſſi, ſeu attentatorum 11. Februa-
rij 1647. §. In quam ſententiam coram R.P.D. meo
Arguellio.

Accedente inſuper quod Carolus in actu, quo ſi-
bi præſentata fuit à Notario publico inhibitio Ro-
talis reſpondit ſe recurſum habiturum ad conſilium
ordinarium Leodij pro illius caſſatione *Summ. nu.7.*
prout effectū eſt ſtatim ibidem recurſum habuit, ac
deſuper præceptum pænale excoeſit, quod exequi
3 fecit contra eumdem Notarium eodem *Summ. n.6.*
In odium autem deteſtabili exemplo recurrentes ad
Iudices laicos ad effectum euitandi præcepta, & in-
hibitiones Rotales, Rota facilitator redditur in de-
claratione attentoeum illorumque reuocatione, vt
dictum fuit in Cæſarauguſtana diſtributionum, ſeu
attentatorum *13.Febr.& 26.Iunij 1645. vtrobiq. §.fin.*
coram me.

Et ita reſolutum Lambertina tantum informan-
te.

SA-

SAGONEN. IVRISPRÆSENTANDI.

Ven. 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione iurispræsentandi conceditur ex vnica tantum præsentatione effectum sortita, siue agatur inter patronos, siue contra prouisum ab Ordinario. Manutentio Cappellano ad nutum amouibili nunquam conceditur, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio etiam vnica dummodo fuerit effectuata sufficit ad obtinendam manutentionem in quasi possessione præsentandi.*

2 *Amplia hoc procedere, siue agatur inter Patronos, siue contra prouisum ab Ordinario.*

3 *Cappellano ad nutum amouibili manutentio non competit prout nec aliquod aliud medium possessorium.*

4 *Cappellani ad nutum amouibiles non possident, vel si possident, illa aliqualis possessio est limitata ad tempus donec remoueantur, & propterea sequuta remotione non dicuntur amplius possidere ex natura temporis.*

DECISIO CCLXX.

DE quasi possessione Ioann. Baptistæ, & aliorum de Sabellis præsentandi Cappellanum ad nutum amouibilem pro seruitio Cappellæ nuncupatæ il Choro in Ecclesia S. Io. Baptistæ Coligolæ Sagonen. Diœcesis DD. visum fuit constare ex tribus præsentationibus effectum sortitis. Nam anno 1630. die 25. Aprilis habita à Reuerendissimo Domino Episcopo Sagonen. declaratione, quod prædicta sit de iure patrouatus ipsorum de Sabellis vti hæredum Aurelij Ambrosini illius fundatoris, & dotatoris, quodque ad illos spectat ius præsentandi, & ad nutum amouendi Cappellanum eorum *Summ. num. 2.* ipsi præsentarunt Consaluum de Saluatorijs, & successiue die 27. Septembris 1632. præuia remotione eiusdem Consalui in Cappellanum nominarunt Io. Matthæum, ac deinde sub die 17. Martij 1639. amoto dicto Io. Matheo præsentarunt Antonium Mariam de S. Antonio, quas omnes à D. Episcopo admissas fuisse apparet in dicto *Summ. num. 3. 4. & 5.* Donec tandem isto amoto, & facta eodem modo præsentatione in persona Guidi de Sabellis D. modernus Episcopus huiusmodi præsentationem controuertere cæpit, & deputauit in Cappellanum Præsbyterum Io. Andream, quod dedit causam liti; indeque emanauit sententia à D. Ioanne Hebien. qui declarauit dd. de Sabellis manutenen. fore, & esse in quasi possessione præsentandi Cappellanum, seù Cappellanos ad seruitium d. Cappellæ illosque ad nutum amouendi remouendi, & deponendi prout illis magis placuerit, & visum dicto *Summ. nu. 1.* Quapropter resolutum fuit illis esse dandum mandatum de manutenendo cum ad istum effectum vni-
1 ca tantum præsentatio effectuata sufficiat, *capit. Consultationibus de iurepatr. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 52. & 53. de cauf. poss. & propriet. Acchill. decis. 5. num. 1. de iurepatr.* vbi quod hoc proce-
2 dit siue agatur inter Patronos, siue contra prouisum ab Ordinario *sanct. mem. Gregor. dec. 370. in princip. bo. me. Burat dec. 346. num. 1. & dixit Rota in Iauuen. Parochialis 13. Martij 1626. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 23. num. 7. part. 5. & penes Posth. de manut. dec. 200. eod num. 7. in recent. dec. 285. num. 2. part. 5. & in Hispalen. iuris amouendi Curatos 20. Aprilis 1640. & 20. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Peutingerio in principio.*

Nec visa fuit attendenda possessio Ioan. Andreæ moderni Cappellani.

Quia præter quod est actus controuersus, qui de-
3 dit causam liti, vt dictum fuit Cappellano ad nutum amouibili manutentio non competit, prout nec aliquod aliud remedium possessorium ad tradit. per *Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 87. Rot. dec. 1. num. 1. de restit. Spoliat. in antiq. cum alijs in Hispalen. iuris nominandi 21. Maij 1638. coram Reuerendiss. D. Præside Vallisoletano, latissime, & in dictis decisis Hispalen. iuris amouendi Curatos, vbi redditur optima*
4 *ratio*, quia huiusmodi Cappellani non possident, vel si aliquo modo possidere dicantur ista aliqualis possessio est limitata ad tempus donec remoueantur vt tradit *Garz. vbi supradicto num. 87.* & propterea sequuta remotione non dicuntur amplius possidere ex natura temporis limitati ad text. in *leg. Imperator, ff. de postulan. & in l. Statu liberi, §. Stichum ff. de legat. secundo.*

Et ita resolutũ Sabellis tantũ informantibus, &c.

CAIETANA BONORVM.

Mercurij 10. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro Hæredibus, & successoribus etiam cum pacto renouandi inuestituram de 29. in 29. Annos, & cum clausula ad habendum, ac in perpetuum non egreditur hæredes sanguinis, & descendentes ab ijsdem inuestitis neque transit ad monasterium durante vita monachi inuestiti etiam quoad solam commoditatem fructuum, nisi quando Emphyteusis est transitoria ad extraneos, & in ea interuenerunt solemnitates, & Beneplacitum Apostolicum, quod ex solo temporis cursu non præsumitur nisi concurrat pariter obseruantia inuestituræ, & quando Emphyteusis Ecclesiastica sit ad extraneos transitoria?

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec ad extraneos transit.*

2 *Amplia, licet fuerit concessa pro hæredibus, & successoribus, eam intelligatur de hæredibus sanguinis, & descendentibus ab eisdem inuestitis.*

3 *Clausula* ad habendum, ac in perpetuum, *debent intelligi iuxtà naturã contractus cui adijciuntur.*

4 *Clausula* Ad habendum, ac in perpetuum, *cum pacto renouandi de 29. in 29. Annos in Emphyteusi Ecclesiasticæ non tribuunt facultatem renouandi nec alienandi in extraneos.*

5 *Maximè si in inuestitũ nõ fuerint adhibita solemnia, neque interuenerit Beneplacitum Apostolicũ.*

6 *Clausula* Ad habendum, ac in perpetuum, *apposita in emphyteusi Ecclesiastica, non possunt extendere concessionem vltra personas expressas absque solemnitatibus, & Beneplacito Apostolico.*

7 *Beneplacitum Apostolicum ex solo cursu temporis non præsumitur, nisi simul concurrat obseruantia.*

8 *Clausula* Ad habendum, ac in perpetuum, *apposita in emphyteusi Ecclesiastica nihil operantur, quando in ea adest expressa prohibitio de non alienando inter extraneos.*

9 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa Clerico pro se, & hæredibus censetur concessa prò extraneis, dum in eius descendentibus verificari non poterat.*

10 *Emphyteusis Ecclesiastica non potest dici deuoluta ob lineam finitam, existente adhuc monaco in inuestitura comprahenso, cum saltem eius vita durante commoditas bonorum remaneat panes Monasterium.*

11 *Declara hoc tantũ procedere in emphyteusi Ecclesiastica concessa etiam pro extraneis, & cum sollemni-*

lemnitatibus requisitis.

12 *Secus in emphyteusi Ecclesiastica non transitoria ad extraneos, & in qua non fuerunt adhibita solemnitates.*

13 *Monasterium licet sic capax bonorum in communi attamen bona emphyteotica Ecclesiæ, ad extraneos non transitoria, nec pretendere nec minus retinere potest pro sola fructuum commoditate, durante vita Monachi inuestiti.*

14 *In emphyteusi Ecclesiastica, quando vltra legalem adest etiam expressa prohibitio contrahentium de non alienando in aliam Ecclesiam, ex vi huius duplicis prohibitionis non potest Monasterium ex persona Monachi inuestiti bona ad nullum effectum acquirere, & apud se retinere.*

15 *Amplia, vt neque Monasterium succedat ad effectum vendendi personæ habili, & æstimationem consequendi, cum à principio acquisitionis resistat prohibitio contrahentium.*

16 *In emphyteusi Ecclesiastica prohibitio de non alienando inter extraneos, omnem casum alienationis comprahendit siue per contractum inter viuos siuè per vltimam voluntatem, iuxtà veriorem, & communiorem opinionem.*

17 *Emphyteusis Ecclesiastica dicitur deuoluta, quando peruenit ad manus mortuas.*

18 *Bona emphyteotica Ecclesię sunt prohibita alienari in aliam Ecclesiam tamquam in manū mortuam.*

19 *Emphyteusis reuertitur ad dominum ob lineā finitam, licet adsit Monacus in inuestitura comprehensus, dum Monasterium est incapax succedendi.*

20 *Mors Ciuilis ob emissam Professionem æquiparatur naturali ad effectum vt emphyteusis reuertatur ad dominum ob lineam finitam.*

21 *Sententia intelligitur, & declaratur secundum libellum, & petitionem Agentis.*

22 *Iudex in dubio præsumitur voluisse conformare suam sententiam libello.*

23 *Clausula* Omni meliori modo, *apposita per Iudicem in sententia comprehendit omnem modum meliorem, quo sententia sustineri potest etiam non expressum.*

DECISIO CCLXXI.

DEcisionem sub *die 3. Decembr. 1646. cor. me* emis-
sam in præsenti disputatione DD. confirmarunt
Quia omissa validitate sententię non amplius ab al-
tera parte in dubium reuocata, iustitia patet repeti-
1 to quod agitur de emphyteusi Ecclesiastica, quæ
finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec ad
2 extraneos transit, licèt concessa pro hæredibus, &
successoribus, cum in hac materia verba huiusmo-
di extendantur solum ad hæredes sanguinis, & de-
scendentes ab eisdem inuestitis ex latè deductis *in 1.*
dec. vers. Iustitia vero est euidens.

3 Nèc contrarium suadent pactum renouandi 29.
in 29. annos, & clausulæ *ad habendum, ac in perpe-*
tuum. Quia vt pariter responsum fuit *in d. dec.* in-
telliguntur iuxta naturam contractus, cui adijciun-
4 tur, indeque in emphyteusi Ecclesiastica nō tribuunt
facultatem renouandi, nec alienandi in extraneos, vt
latè deducitur in *Mediolanen. bonor. 30. Maij 1633. co-*
ram bo. me. Merlino, quæ est dec. 211. à num. 7. cum plu-
ribus *seqq. par. 6. rec.* cum alijs relatis in 1. *decis.* vbi
5 vlterius fuit animaduersum præfata facilius admit-
tenda, cum nec solemnia fuerint adhibita nec impe-
6 tratum Beneplacitum Apostolicum, sine quibus hu-
iusmodi clausulæ non possunt extendere concessio-
nem vltra personas expressas *ex authoritatibus ibi-*
dem cumulatis.

Præsumptio autē Beneplaciti Apostolici non ori-
tur ex lapsu 30. annorum dùm non probantur factæ
alienationes in extraneos, & præfato tempore ob-
7 seruatæ. Receptum enim est solum cursum tempo-
ris non inducere præsumptionem Beneplaciti, alia-
rumque solemnitatum nisi, simul concurrat obser-
uantia concessionis, vt respondit *Rota apud Put. de-*
cis. 7. de præsumpt. cor. bo. me. Coccino dec. 301. num. 2.
& 3. cum alijs in *Perusina Reintegrationis 13. Iunij*
1644. coram R. P. D. meo Royas, & in Compostellana
Parochialis 10. Febr. 1645. coram R. P. D. meo Ve-
róspio vers. quia cum ex tis. circa fin.

Et proindè non applicantur decisiones in contra-
rium adductæ. *Decisio enim 294. par. 2. recent. repet.*
part. 3. in ord. 286. loquitur de concessione habente
explicitam facultatē alienandi inter extraneos, quæ
multum mouit Dominos, vt *ibidem num. 6.* in altera
verò 548. *par. 8. rec.* aderat Beneplacitum Apostoli-
cum, & ostendebantur alienationes factæ extraneis,
vt *num.* 15. 16. & 17. Decisio verò *Card. Caual. 295.*
loquitur in inuestiturá nullam habente prohibitio-
8 nem, quæ concurrit in casu nostro, & eneruat vi-
res præcedentium clausularum, vt respondit *Rota*
in Forosempronien. emphyteusis coram bo. me. Merlino,
quæ est dec. 74. num. 8. cum seqq. par. 6. rec. cum alijs in
1. dec. vers. quod sine difficultate, cum vers. seqq.

Minus vrgent duæ coniecturæ ponderatę in con-
trarium. Prima enim, quod bona, de quibus agi-
tur, deuenerint in Flaminium, & Fabritium suc-
cessorem cuiusdam Marij Velloni cum permissione
& consensu eiusdem monasterij Cassinensis directi
Domini cessat ex facto, cum Monasterium non ap-
probauerit Marij successionem, sed de nouo locaue-
rit, & concesserit ibi, *hodie præfatus D. Germanus*
Procurator locauit, & de nouo concessit præfato, &c.
ac ibi &c. titulo donationis, ac de nouo concessionis
præfatæ &c. Secunda verò ex eo, quod concessio sti-
pulata fuerit a Flaminio pro se, suisque hæredibus,
& successoribus, qui tamen cum esset clericus, de-
scendentes habere non poterat, sed solos hæredes
extraneos nihil releuat dùm inuestitura fuit ab eo-
dem Flaminio recepta etiam pro Fabritio fratre,
qui vti Laycus habere potuit descendentes. Addu-
9 cta autem præsumptio foret efficax, si solum in ex-
traneis concessio verificari posset, vt tradunt *Clar.*
in §. feudum q. 74. n. 4. Card. Mant. de nomin. emph. lib.
2. qu. 20. numer. 37. & plures alij relati per *Fusar. de*
substit. qu. 339. num. 42. & 44.

Deinum nihil refert, quod Fabritius decesserit re-
10 licta vnica filia fœmina Moniali Capuccina, qua
existente declarari non potuit esse factum locum
deuolutioni ob lineam finitam, cum saltem eius vita
durante commoditas bonorum, de quibus agitur re-
maneret penès Monasterium, vt tradit *Bald. in cap.*
post cessionem num. 14. de probat. Anchar. cons. 420. nu. 1.
& seqq. Bursatt. cons. 60. num. 34. Sanchez in præcept.
decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 15. num. 34.

Quia omisso an sufficienter probetur existentia
dictæ filiæ, & an obstet dispositio *S. Conc. Trid. sess.*
25. cap. 3. de regul. loquentis tantùm de Cappucci-
11 nis non autem de Monialibus. Placuit responsio,
quod obiectum procedit, vel in emphyteusi Eccle-
siastica concessa etiam pro extraneis, & cum solem-
nitatibus requisitis, in quibus terminis loquuntur
supra allegati, & præter illos primus omnium tra-
dit *Bald. in auth. ingress. in 2. lect. num. 37. vers. quæro*
ergo C. de Sacrosanct. Eccl. alijque relati per *Corbul. de*
emphyt. tit. de caus. priu. ob mort. ciuil. num. 6. cum plu-
rib. seqq. Rota in rec. dec. 261. num. 7. par. 1. & cor. bon.
12 *me. Buratt. dec. 394. num. 5.* Secùs verò in emphyteu-
si Ecclesiastica non transitoria ad extraneos, & in
qua,

qua, prout hic non fuerunt adhibitæ solemnitates.
13 Hoc enim casu etiam si Monasterium esset capax
bonorum in communi nihilominus bona in ea com-
præhensa ab ipso, nec prætendi, nec minus retineri
possunt pro sola fructuum commoditate durante
vita Monachi, vt secundum veriorem, & commu-
niorem sententiam firmant *Alberic. & Castr. num. 34.*
quos refert, & sequitur in punctualibus terminis
pro veritate respondens *Bursatt. cons. 199. à num. 8.*
vsque in fin. lib. 2. eumdemque approbarunt *Corbul.*
vbi supra sub num. 4. vers. Bursatt. tamen, & Fulgin.
de iur. emphyt. titul. de success. in bon. emphyt. quæst. 14.
num. 8. vers. & licet acsi distinguendo, responsum fuit
in *Bonon. bonor. 7. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Mel-*
tio §. nec relenat, quod saltem, & 27. Martij præteriti
coram R. P. D. meo Vtrospio.

14 Quæ nullam in proposito recipiunt dubietatem
quo vltra legalem per relationem ad antiquas in-
uestituras, adest etiam explicita contrahentium pro-
hibitio, ne bona relinquantur, & deueniant ad aliã
Ecclesiam, ex ui enim huiusmodi duplicis prohibi-
tionis fuit pænitus interdicta omnis, & quæcumq;
potentia alienandi dicta bona vsque ab initio, itaut
vllo vnquam tempore, & ad nullum effectum illa
à dicto Monasterio possint acquiri, & apud ipsum
retineri §. *Sanctissimus Auth. de alien. emph. Imol. in*
§ filiusfam. §. diui vers. extra gloss. & ibi, *Alex. nu. 2.*
circa med. ff. de legat. 1. Simon. de Prat. cons. 54. n. 4. 5.
& 6. Bursatt. d. cons. 199. num. 11. vers. non puto, & n.
48. vers. 3. Doctores, alijsque relatis firmatur in di-
cta *Bonon. bonor. coram R. P. D. meo Meltio, vers. quæ*
15 *prohibitio*, nec minus ad effectum vendendi perso-
næ habili, & æstimationem consequendi eum hu-
iusmodi pactum, & contrahentium prohibitio re-
sistat à principio acquisitionis, vt distinguendo
opinionem *specul. tit. de locat. §. nunc aliqua num. 143.*
firmauit *Rota apud s. m. Greg. dec. 529. num. 10. in rec.*
d. dec. 211 num. 31. cum pluribus *seqq. part. 6.* & in a-
lijs in dicta decisione relatis § *immò cum in antiquis.*
Nullatenus subsistente, quod per huiusmodi prohi-
bitionem censeatur dumtaxat prohibita alienatio
per contractum, non autem per vltimam volunta-
tem, seù hæredis institutionem, quia verior, & com-
16 munior est opinio, quod in emphyteusi Ecclesiasti-
ca prohibitiu omnem casum alienationis compræ-
hendat etiam hæreditariæ institutionis alteriusque
vltimæ voluntatis, vt in terminis consulendo firmat
Aldobrand. d. cons. 40. sub num. 9. vers. cum igitur lib. 1.

Hinc igitur subsistit pariter alterum decisionis
fundamentum, quod scilicet deuolutio sit omninò
clara, & ineuitabilis, ex quo bona, de quibus agi-
17 tur fuerunt relicta Ecclesiæ in quã vti manus mor-
18 tuas bona Ecclesiastica deueniri nõ possunt nedum
attenta iuris dispositione *ad not. cap. 1. de alien. feud.*
Sed etiam ob prædictam contrahentium prohibi-
tionem ex deductis ibidem §. *sed vlterius cum seq.*

Ideoque non refragatur, quod sententia de par-
tibus declaret esse locum deuolutioni ob lineam
19 finitam. Quia dùm Monasterium non potuit hæc
bona retinere, nec minùs durante vita Monialis
propter naturam emphyteusis Ecclesiasticæ ad ex-
traneos non transitoriæ ex superius deductis. Vti-
20 que linea dicitur finita, quia filia Fabritij habetur
pro naturaliter mortua, cum hoc casu mors ciuilis
ob emissam professionem æquiparetur naturali se-
cundum *Bart. in auth. si qua mulier C. de Sacrosanct.*
Eccl. DD. communiter in cap. in præsentia de probat. A-
lex. cons. 13. num. 1. lib. 3. Paris. cons. 65. numer. 7. libr.
2. Corbul. vbi supra d. tit. de trans. priuat. ob mort. ciuil.
num. 1.

Tamen ex duplici capite in prima instantia fuit
petita deuolutio bonorum, de quibus agitur primò
scilicet ob lineam finitam, secundò ex quo bona
peruenerunt ad manus mortuas *Summar. Monasterij*
præteritæ positionis num. 2. Vndè cum sententia in-
21 telligatur, & declaretur secundum libellum, & pe-
titionem Agentis ad trad. per *Aym. cons. 188. num. 1.*
Cresc. dec. 6. num. 2. de sent. & reiudic. Card. Seraph. de-
cis. 640. num. 1. Licet Iudex in corpore ipsius senten-
tiæ expresserit dumtaxat causam lineæ finitæ, nihi-
lominus censeri debet declarasse deuolutionem etiã
ex secundo capite petitionis, vt illi sententiam con-
22 formaret, prout in dubio præsumitur per ea, quæ
Aym. & Card. Seraph. in locis supra allegatis. Ac-
23 cedente præsertim clausula *omni meliori modo*, ibi-
dem apposita, quæ comprehendit omnem modum
meliorem, quo sententia sustineri potest etiam non
expressum *Ruin. cons. 9 num. 9. lib. 5. Achil. dec. vnic.*
de verb. signif. Rota in rec. dec. 553. num. 20. part. 1. &
in Senogallien. Prædij 28. Iunij 1645. coram R. P. D.
meo Meltio, vers. attendi etiam.

Et ità vtraque parte informante, &c.

ROMANA RESIDVI DOTIS.

Lunæ 15. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Tutor habens certã notitiam creditorum anteriorum Pupilli, & soluens posterioribus, absque solita cautione de restituendo potioribus, tenetur de proprio erga anteriores, quibus tenetur satisfacere in pecunia deducta ex fructibus bonorum Pupilli, qui penes eum præsumuntur extare, donec de eis integram rationem reddiderit, nec liberatur indicando bona stabilia Pupilli, licet illa sufficiant pro satisfactione creditorum, & ex quibus scientia anteriorum creditorum iustificetur? & an creditori competat auocatoria aduersus posteriores, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Tutor soluens scienter, liberè posterioribus creditoribus Pupilli in præiudicium anteriorum perinde habetur, ac si non soluisset, & tenetur de proprio.*
2 *Scientia creditorum anteriorum Pupilli probatur in Tutore ex inuentario bonorum per ipsum confecto, in quo descripsit omnes creditores Pupilli.*
3 *Inuentarium contra conficientem, illiusque hæredes plenam facit probationem.*
4 *Inhibitio impetrata de consensu vtriusque partis non arctat ad pœnam contrauentionis.*
5 *Scientia anteriorum creditorum concludenter probatur ex inhibitione debitori facta, ne auderet bona distrahere, vendere, vel alienare in præiudicium anteriorum.*
6 *Scientia anteriorum creditorũ in eo qui soluit posterioribus probatur etiã leuioribus probationibus.*
7 *Verba Curialia, & Vrbana in litteris missiuis apposita non inducunt obligationem, ad quam inducendam opus est, quod explicitam promissionem contineant.*
8 *Verba licet non sint obligatoria, sed tantum Vrbana, & Curialia probant scientiam creditorum anteriorum in eo, qui soluit posterioribus, illumque inducunt in malam fidem.*
9 *Soluens scienter, & liberè posterioribus creditoribus non excusatur licet de tempore solutionis adhuc penderet lis super omnibus alijs bonis, super quibus potuissent cæteri creditores satisfieri, sed eò magis sibi præcauere debebat, ne in casu succumbentiæ creditores anteriores remanerent, ei si non habentes vndè satisfieri.*
10 *Creditor posterior, qui exegit à suo debitore, & pe-*

pecuniam

cuniam consumpsit, non tenetur illam restituere anteriori, nisi probetur ipsum habuisse certam scientiam anterioris crediti, & copulatiuè etiam quod debitor non esset soluendo.

11 *Emptor dum non habuit notitiam anteriorū creditorum potuit liberè persoluere pretium posterioribus creditoribus sibi demandatis à vēditore, & anteriores contrà ipsum nullam habent actionem.*

12 *Tutor pupilli debitoris, dum habens certam scientiam creditoris anterioris lite pendente super maiori parte bonorum liberè persoluit posteriori, tenetur de proprio erga anteriores in casu succumbentiæ litis.*

13 *Soluens liberè posterioribus creditoribus ad effectū vt teneatur de proprio ergà anteriores, sufficit sola suspicio anteriorum creditorum.*

14 *Tutor qui liberè soluit posteriori creditori eius cōsanguineo, verisimiliter suspicari potest ipsum agnoscendo bona Pupilli non esse soluendo voluisse illum gratificare in præiudicium anteriorum.*

15 *Creditor anterior, licèt in diem, vel sub conditione præfertur posteriori puro, & libero.*

16 *Creditor in diem, licèt non possit agere pro exactione ante euentum diei, potest tamen agere contra debitorem, vt soluat die adueniente.*

17 *Creditor in diem, donec dies adueniat potest petere bonorum assecurationem, si adsit timor, quod creditor posterior illa occupet, vel dilapidet.*

18 *Soluens scienter, & liberè posterioribus creditoribus in præiudicium anteriorum non excusatur ex eo, quod anterior esset creditor in diem, & posterior purè, & liberè.*

19 *Fructus bonorum hæreditariorum præsumuntur extare penes Tutorem hæredis, donec de illis integram rationem reddiderit.*

20 *Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria debitoris potest exequi contra Tutorem hæredis, nisi reddat integram rationem de fructibus bonorum hæreditariorum.*

21 *Creditores hæreditatis debent sibi satisfieri in stabilibus non existente pecunia hæreditaria, vel non suppetente.*

22 *Secus autem vbi extat pecunia ex fructibus hæreditarijs ab hærede perceptis, & penès eum extantibus.*

23 *Hæres debet in pecunia creditoribus hæreditatis satisfacere, quando ipse percepit fructus hæreditarios, nec liberatur dimittendo illis bona Hæreditaria.*

24 *Creditor hæreditatis dū pro satisfactione eius crediti elegit sibi stabilia tātummodo pro maiori securitate, non autem taxatiuè liberando eorū fructus, sibi non præiudicat, quin extante pecunia, seù fructibus hæreditarijs nō possit agere ad pecuniā.*

25 *Creditor posterior, qui iusto titulo pecuniam exegit à debitore illamque bona fide consumpsit, pulsari nequit ab alijs creditoribus, licèt anterioribus.*

26 *Creditores anteriores, quando sunt priuilegiati, & signanter ex causa dotis possunt agere aduersus posteriores creditores pro auocanda pecunia illis iusto titulo soluta, & ab eis bona fide consumpta.*

27 *Limita hoc non procedere, vbi creditor posterior, qui pecunias exegit, & consumpsit, est pariter priuilegiatus, tunc enim Priuilegia conquassantur.*

28 *Creditori anteriori, licèt priuilegiato non competit auocatoria aduersus posteriorem creditorem pariter priuilegiatum.*

DECISIO CCLXXII.

ANno 1634. R.P.D. meus Biehius tunc A.C. in ciuilibus locumtenens relaxauit mandatū exequutiuum contra bona hæreditaria q. Alexandri Morelli ad fauorē DD. Marcelli Gherardi, & Agnetis de Rosis pro scutis 2000. eijsdem debitis occasione residui dotis q. Beatricis Morellæ ipsorum communis Matris, sed cum vlterius petijssent illud exequi contra bona propria Francisci, & Margheritæ filiorum, & hæredum d. Alexandri Debitoris huiusmodi exequatur denegauit, facta tamèn per ipsos hæredes ad fauorem dd. creditorum cessione iurium contra R.P.D. Carolum Perbenedictum eorum Tutorem, qua cessione facta R. P. D. Argelus anno 1639. illos per sententiam diffinitiuam absoluit. Vndè cum creditores obtinuerint committi mihi causam tàm contra d. D. Tutorem, quàm contra D. Catherinam eius sororem omni appellatione remota. Dubitaui, An præfatum mandatum esset exequendum contra dd. Tutorem, Catherinam, & in tertia propositione resolutum fuit esse exequendum contra R.P.D. Perbenedictum tantùm.

Moti fuerunt Domini duplici fundamento. Pri-
mò scilicet, quia D. Perbenedictus habens certam
scientiam huius crediti anterioris Marcelli, & Agne-
tis, nihilominus persoluit d. D. Catherinæ creditri-
ci posteriori scuta 3800. non procurata solita cau-
tione de restituendo Prioribus, & potioribus stan-
1 te enim dicta scientia liberè soluens Posterioribus
in præiudicium Anteriorum habetur perindè, ac si
non soluisset, & tenetur de proprio ex *Theor. Bart.*
in l. fin. §. si præfatam num. 1. vbi etiam Castr. num. 4.
vers. glossa tamen cæteriq; DD. C. de iur. delib. Thes. iun.
quæst. for. lib. 2. q. 16. num. 17. Gratian. discept. forensium
cap. 532. n. 3. & in similibus terminis alijs congestis re-
sponsum fuit in *Rom. quarti dotalis 19. Iunij 1645.*
coram me, §. non obstat vers. tùm quia Anticis.
2 Scientia autem visa fuit concludenter probari,
tùm ex inuentario bonorum hæreditariorum Ale-
xandri per ipsum confecto, vbi illos descripsit cre-
ditores hæreditatis pro dicta dote scutorum 5000.
3 quod contra conficientem, illiusque hæredes ple-
nam facit probationem *l. fin. vers. sin autem C. arbitr.*
tutel. Bald. cons. 407. numer. 6. lib. 1. Rom. cons. 102. sub
num. 3. vers. cum itaq; Rota in Rom. legator. de Colum-
na 27. Ianuar. 1614. coram bo. me. Sacrato penes Mer-
lin. de legitim. dec. 18. num. 6. in rec. dec. 96. num. 2. par.
7. & in Rom. pratensi fideic. de Fuschis 18. Maij 1643.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. qui verò. Tum
etiam ex inhibitione illi personaliter præsentata
die 3. Nouembris 1627. ad instantiam Beatricis, &
Matthiæ Gherardi eius secundi viri, ne auderet bo-
na hæreditaria Alexandri distrahere, vendere, vel
alienare in ipsorum præiudicium *Summ. Creditor.*
primæ positionis num. 4. Et licèt huiusmodi inhibitio
4 tanquam impetrata de consensu vtriusq; partis non
5 arctet ad pœnam contrauentionis, adhuc tamen ex
ea resultat concludens probatio scientiæ huius cre-
6 diti Anterioris, ad quem effectum hodie deducitur,
cum hæc probetur etiam leuioribus probationibus,
vt tradit *Grat. d. cap. 532. num. 8.* & punctualiter di-
ctum fuit in *Rom. quarti dotalis coram me, §. scientiam*
autem circa fin. Et denique fortiùs ex Epistolis scri-
ptis ab ipsomet Tutore, & transmissis Matthiæ, in
quibus explicitè fassus fuit hoc creditum esse ante-
rius, illique promisit nihil soluere alijs creditoribus,
vt in Epistola sub die 8. Septembris eiusdem anni
1627. ibi, *Tanto più non hò d'hauer dubbio, che altri*
creditori siano per nocergli, essendo lei Anteriore &c.
& infra ibi, *Io non hò altra premura, solo, che lei sia*
sodisfatta poi mi aiutarò anco io per recuperare quello
si deue à mia sorella &c. ac clarius ex alia sub die 10.
Octobr. sequentis, ibi, *Mi scriue il Sig. Benedetto*

che li creditori del Vitellesco, doue è sicurtà il Sig. Alessandro bo. me. fanno instantia per il pagamento &c. hò risposto, che io non voglio pagare vn giuliaccio, perche vi è l'anteriorità di V. S. per cinque milla scudi, che assorbe ogni cosa &c. d. Sum. n. 5.

Idque etiam si dicta verba videantur potius Vrbana ad captandam scilicet gratiam Matthiæ, ne contra Pupillos debitores irrueret, quàm verè obligatoria. Quia creditores hodie non petunt exequi dictum mandatum contra D. Perbenedictum vigore
7 præfatarum Epistolarum quasi esset, vt explicitam promissionem continerent ex firmatis per *Rotam in rec. dec. 227. num. 3. par. 5.* Sed illas deducunt ad effe-
8 ctum dumtaxat probandi eius scientiam huius crediti, illumque inducendi in malã fidẽ, ad quem effectum siuè verba illarum sint obligatoria, siuè Vrbana, & curialia sufficiunt.

Nec obstat, quod nisi hæreditas succubuisset in
9 quadam lite cum DD. de Verospijs creditoribus q. Morelli de Morellis Patris Alexandri omnibus potuisset satisfieri, indeq; Tutor excusari debeat si soluit posteriori non exacta cautione de restituendo Prioribus. Placuit enim responsio, quod dùm de tempore d. solutionis factæ in manibus Catherinæ, vltra certam scientiam crediti anterioris, de quo agitur, aderat etiam dicta lis cum DD. de Verospijs, & pendebat dubius illius futurus euentus. Tutor eo magis præcauere debebat, & fortius ab ipsa exigere tenebatur d. cautionem, ne in casu succumbentiæ prout postmodum euenit, creditores Anteriores remanerent elusi non habentes vndè satisfieri.

Ideoque non applicantur deducta per *Thesaur. lun. lib. 2. qu. 16. num. 13. & per Rot. dec. 443. numer. 6.*
10 *par. 4. rec.* Thesaurus enim defendit creditorem posteriorem, qui exegit à suo Debitore, & pecuniam consumpsit, non teneri illam restituere Anterioribus, nisi probetur ipsum habuisse certam scientiam ipsorum crediti anterioris, & copulatiuè etiam, quod debitor non soluendo, cum alias mala fides in ipso considerari non possit. In dicta verò *decis.* 443. agebatur in casu, quo Tertio emptori deman-
11 datum fuerat, vt solueret pretium creditoribus descriptis in quadam notula sibi tradita ascendentibus præcisè ad summam pecuniarum penès ipsum existentem cum assertione Venditoris, quod non aderant alij creditores, & sic casu, quo emptor non habebat scientiam anteriorum, vndè liberè potuit soluere posterioribus sibi demandatis, sicque anteriores ibidem non descripti contra ipsum nullam habebant actionem. In casu autem nostro agitur
12 contra Tutorem hæredis debitoris, qui habens certam scientiam creditoris Anterioris lite pendente super maiori parte bonorum hæreditariorum liberè persoluit posteriori, quibus concurrentibus tenetur de proprio ex Iuribus superius adductis. Et in for-
13 tioribus, quod sola etiam suspicio anteriorum sufficiat ad hunc effectum adducti per *Grat. d. cap. 532. num. 6. & in d. Rom. quarti dotalis coram me.* Eoque
14 magis in proposito, quo verisimiliter suspicari potest ipsum D. Perbenedictum agnoscendo hæreditatem non esse soluendo omnibus creditoribus gratificare voluisse suæ sorori in damnum, & præiudicium huius crediti, cuius anterioritatem ipse certo sciebat.

Minùs releuat, quod creditum, de quo agitur non esset purum, sed in diem post mortem scilicet Victoriæ Valleranæ.

Dies enim non impedit ortum obligationis, &
15 creditor anterior, licet in diem, vel sub conditione præfertur posteriori puro, & libero ex clara dispositione *text. in l. qui balnen. & in l. potior ff. qui pot. in pign. habeant. Felic. de Cens. tom. 1. lib. 3. cap. 5. sub num.*
16 *21. vers. planè creditor.* Et quamuis obligatio in diem non tribuat actionem ad effectum exactionis antè euentum diei *l. non potest, & l. quemadmodum ff. de iudic.* operatur tamen quod creditor possit agere contra debitorem, vt soluat die adueniente *l. cedere diem, ibique gloss. & Alciat. num. 10. ff. de verb. oblig. Osasc. dec. 130. num. 9. Afflict. dec. 279. num. 5. ibiq. Vrsill. num. 1. Surd. dec. 120. num. 13.* Ac interim donèc
17 dies adueniat, potest petere bonorum assecurationem, prout factum fuit in casu nostro, si adsit timor, quod creditor posterior illa occupet, vel dilapidet *l. quæsitum 14. ff. de pignor. Neguf. hoc tract. in 4. par. num. 16. Falician. vbi supra d. cap. 5. sub d. nu. 21.*
18 *vers. Quoniam interueniente.* Et consequentèr eo prætextu solutio in manibus posterioris liberè fieri non potuerit ex iuribus supra allegatis.

Secundum fundamentum resolutionis fuit, quia D. Perbenedictus nullam reddit rationem de fructi-
19 bus bonorum hæreditariorum, cum enim præsumantur penès ipsum extare *Surd. cons. 4. num. 43. circa med. Rot. dec. 304. num. 8. par. 5. rec.* nisi de illis inte-
20 gram rationem reddat contra ipsum executioni demandari debet mandatum relaxatum contra bona hæreditaria debitoris, vt docet *Bald. in l. 1. C. quand. fisc. vel priuat.* quem sequuntur *Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 3. sub num. 1. vers. quamquàm si bona Guttierez. de tutel. part. 2. qu. 23. numer. 2. Falician vbi supra tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 10. vers. Tunc enim.*

Nec obstat, quod ex indicatione bonorum nuperrimè per ipsum facta in actis Notarij causæ appareat adesse in d. hæreditate decem, & tria corpora stabilium, ex quibus creditores commodè possunt sibi ipsis de eorum creditis satisfieri.

Quia præter quod bona indicata sunt illa eadem, quæ subhastata fuerunt ad instãtiam DD. de Veros-
21 pijs, vt ex *vltimo Summ. Creditorum num. 2. & 3.* Prætensio, quod creditores sibi satisfiant ex stabilibus forsan locum haberet pecunia hæreditaria non ex-
22 tante, vel non suppetente; secus autem vbi prout hic extat pecunia ex fructibus hæreditarijs ab ipso
23 perceptis, & penès eum extantibus. Tunc enim indicatio stabilium non suffragatur, nec ipse liberatur dimittendo bona hæreditaria, sed debet in pecunia creditoribus satisfacere, vt sequendo *Bursatt. cons. 9. num. 30. & 31. tradunt Cyriac. contr. forens. capit. 24. num. 19. cum seqq. vsq; ad 26. Surd. dec. 30. nu. 13. vers. 2.* motus fuit Senatus, *& num. 14.* firmauit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 1. per tot. & signanter num. 29. & 30.* & in sæpius allegata *Rom. quarti dotalis §. 2. quia vsq. ad fin.*

Quod non euitatur ex eo, quod Matthias in quadam epistola transmissa D. Perbenedicto sub die 20. Nouembris 1627. reseruauerit sibi cautionem, & securitatem pro satisfactione dictorum scutor. 2000. super stabilibus.

Omisso enim, an ipse exindè præiudicare potuerit Beatrici, eiusque filijs principalibus creditoribus absque speciali mandato, licèt ibidem ordinauerit præsentem inbibitionem super stabilibus, ibi, *Et si presenti l' Inbibitione per li scudi duoi milla sopra li stabili.* Inferius tamen expresse declaratur nihil soluendum esse alijs creditoribus, nisi præstita prius d. cautione de restituendo prioribus ad effectum, vt adueniente die exactionis huius residui posset pecunias persolutas repetere, ibi, *A' mè pareria fosse il douere desse ro sicurtà di restituire à creditori anteriori, perche li scudi 2000. Io hoggi non posso dimandarli.*

mà

ma è necessario, che chi pigliarà detta moneta per li
24 *mili 2000. scudi, dia sicurtà à suo tempo, &c.* Hinc
enim clarè dignoscitur elegisse stabilia tantummo-
do pro maiori securitate, non autem taxatiuè libe-
rando scilicet illorum fructus, aliaque bona hære-
ditaria.

Contra Catherinam verò dixerunt DD. manda-
tum non esse exequendum, quia cum ipsa iusto titu-
25 lo exegerit dicta scuta 3800. illaque bona fide con-
sumpserit, pulsari nequit ab alijs creditoribus, licèt
anterioribus, vt est *text. apert. in l. si alieni numini ff.
de solut. Dec. in l. singulari num. 6. ibiq; Ias. num. 73. ff.
si cert. pet. Menoch. cons. 300. num. 32. Surd. cons. 4 n. 10.
cons. 58. num. 29. & dec. 60. num. 9. Grat. discept. 304.
num. 1. cum seqq. Rot. dec. 27. num. 30. & 31. par. 6. rec.*
& in his terminis procedunt deducta per *Thesaur.
d. qu. 16. nu. 13.* superius ponderata.

26 Et licèt hęc conclusio soleat limitari, quando Cre-
ditores anteriores sunt priuilegiati, & signantèr ex
causa dotis, vt in casu nostro ex *alleg. per Capic. de-
cis. 78. num. 5. Ant. de Amat. var. resol. lib. 2. resol. 51. nu.
24. Cyriac. contr. 339. nu. 15. & seqq.* limitatio tamen
27 admittitur; vbi creditor posterior, qui pecunias
exegit, & consumpsit, non est pariter priuilegiatus
secus autem è contra, tunc enim priuilegia conquas-
28 santur, alijsque creditoribus etiam si anterioribus,
& priuilegiatis Auocatoria non competit per ea,
quæ tradunt *Thesaur. iun. d. qu. 16. num. 6. Gait. de
cred. cap. 4. qu. 11. num. 1314. & Fontanell. d. pact. nupt.
claus. 5. gloss. 8. par. 6. num. 3.*

Atque ita conclusum fuit omnibus informanti-
bus, &c.

MELEVITANA PRÆEMINENTIÆ PRIORALIS.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione sedendi super sede sublimio-
ri conceditur probanti possessionem de tempore mo-
tæ litis, & qualiter huiusmodi possessio dicatur suffi-
cienter probata, & an Testes examinati lite penden-
te, & parte non citata faciant probationem ad ef-
fectum manutentionis? *Cæremonialis Episcoporum lib.
1. cap. 13. quid disponat?* Sedes humilior, & sublimior,
qualiter consideretur? Clausula sublata, & decre-
tum irritans appositum in Cęremoniali, quando ab-
roget possessionem, & quando obstare dicatur? Ma-
nutentio inferiori contra Superiorem non datur, nisi
constet de titulo, vel de immemorabili possessione,
& in quibus casibus conclusio non procedat?

SVMMARIVM.

1 *Reformatio supponit statum antecedentem con-
trarium non secus, ac priuatio habitum.*
2 *Testes, licèt examinati lite pendente, & absque ci-
tatione partis faciunt adminiculum sufficiens
pro obtinenda manutentione.*
3 *Cæremoniale Episcoporum* lib. 1. cap. 13. *præcipit,
quod simplex Episcopus præsente Legato Aposto-
lico, vel Episcopo Cardinali sedere debeat in sede
humiliori.*
4 *Sedes humilior dicitur nō solum ea, quæ minoribus
gradibus est eleuata, sed etiam ea, quæ sita est in
loco minus nobili, & cum minoribus orna-
mentis.*
5 *Sedes altior, & sublimior dicitur nedùm quæ ma-
gis est eleuata, sed etiam quæ ponitur in nobiliori
loco, puta vel ad manum dexterā, vel propè Prin-
cipem, vel antè alios.*
6 *Sedens à cornu sinistro Epistolæ super Sede minus
ornata, & absque Baldachino, sedere dicitur in
Sede humiliori, licèt sit duobus gradibus eleuata.*
7 *Cæremoniale Episcoporum est confirmatum à Cle-
mente VIII. cum clausula sublata, & decreto
irritanti, quod abrogat quamcumque possessionē.*
8 *Cæremonialis dispositio, quando non intrat neque
intrat decretum irritans in constitutione confir-
mante appositum.*
9 *Manutentio ad hoc vt interim cōcedatur possiden-
ti sufficit, quod dubitari possit, an in casu controuerso
dispositio constitutionis; & decretum irri-
tans intret.*
10 *Manutentio inferiori contra Superiorem non da-
tur, nisi constet de titulo, vel immemorabili pos-
sessione.*
11 *Declara hoc tantū procedere, quando inferior petit
manutentionem in iuribus ad superiorem de iure
communi spectantibus, secus autem si aliter pe-
tat, nam tunc inferiori competit manutentio per-
inde, ac si ageretur inter priuatos.*
12 *Inferior prætextu superioritatis non debet lite
pendente sua possessione priuari.*

DECISIO CCLXXIII.

TAm antiqui Priores, quàm Reuerendissimus Do-
minus Saluator Imbroli modernus Prior Eccle-
siæ Conuentualis Meleuitanæ Religionis Hieroso-
limitanæ Pontificaliter celebrantes consueuerunt
sedere super quadam sede vocata Priorali duobus
gradibus eleuata; verùm quia de mandato Eminen-
tissimi Domini Magni Magistri, & decreto Consilij
status Ordinarij demptus fuit vnus ex dictis gradi-
bus, idem Dominus Prior adiuit Signaturam San-
ctissimi, & obtinuit mihi committi causam appel-
lationis desuper interpositæ cum facultate manute-
nendi, prout de iure, vndè proposito hodiè dubio;
an illi esset dandum mandatum de manutenendo in
possessione sedendi super sede Priorali duobus gra-
dibus eleuata iuxtà statum primæuum, fuit per Do-
minos affirmatiuè conclusum:

Constat enim de præfata ipsius pacifica posses-
sione vsque ad diem motæ litis ex prædictis man-
dato Eminentissimi Magni Magistri, & decreto
Consilij status illius confirmatorio eius *Summ. nu. 1.*
in quibus habetur, quod sedes Prioralis remanere
debeat super scanno, scilicet vt dicitur Pradella plana,
siue gradu, eamque esse reformandam; reformatio
1 enim supponit statum antecedentem contrarium,
non secus, ac priuatio habitum *vulg. l. decem ff. de
verb. oblig.* Iunctis maximè Testibus de ea deponen-
tibus eodem *Sum. num. 2.* qui licèt examinati lite pen-
dente absque citatione partis faciunt tamen admi-
2 niculum sufficiens pro obtinenda manutentione, vt
tenuit *Rota coram Card. Seraph. decis. 585. num. 1. &
apud Modern. Perus. de manut. dec. 269. numer. 4. & 5.*
Et propterea venit manutenendus *§. retinendæ instit.
de interd.*

Nec obstat, quod dictus gradus demptus fuerit
in exequutionem Cæremonialis Episcoporum *lib. 2.
cap. 13.* in Insula Melitæ etiam ex stabilimentis Re-
ligionis seruandi.

Quia illud præcipit tantummodo; quod simplex
3 Episcopus præsente Legato Apostolico, vel Episco-
po Cardinali sedere debeat in Sede humiliori, ibi,
*Si verò Legatus &c. ipse autem simplex Episcopus se-
deret, vel ex opposito in sede humiliori &c.* Sedes au-
4 tem humilior dicitur non solum ea, quæ minori-
bus gradibus est eleuata, sed etiam ea, quæ sita est
in loco minus nobili, & cum minoribus ornamen-
5 tis, prout è conuerso Sedes altior, & sublimior di-
citur nedum, quæ magis est eleuata, sed etiam quæ
ponitur in nobiliori loco, puta vel ad manum dex-

teram, vel propè Principem, aut antè alios, vt per *text. in lyunic. C, de Præposit. labor. lib. 12. declarat Bald. in l. decernimus num. 1, vers. secundo nota C. de sacros. Ecclef.* quem sequuntur *Felin. in rubr. de maior, & obedien. num, 8, vers, nota etiam, & num. 10. Card. Zabarell. cons. 30, num. 7. Staphil. de grat. except. in 6, par. princ, num. 37. cum seqq. inter tract. magn. tom. 15, fol. 290.* ac multis exemplis prophanis, & Ecclesiasticis exornat *Tiraq. de iur, primog, in præf, num, 13, vsq. ad 17. Grat. discept. for. cap. 106. num. 40. & melius Gramm. decis. Neapol, 64 num. 20. & 21. cum seqq.*
Dum ergò Eminentissimus Magnus Magister sedet à cornu dextero Euangelij super sede magis ornata, & sub baldacchino, Prior verò sedet à cornu sinistro epistolæ super sede minus ornata, & absque Baldacchino, vtique sedere dicitur in sede humiliori, licèt sit duobus gradibus eleuata iuxtà declaratio-
6 nem Sac. Congregationis Rituum in vna *Alexandrina sancti Petri in Borgoglio 7, Februarij 1604. relata per Barbos. in Collect, Bullar, verb. sedes, vers. sedes Episcopi,*

Ideoque cessat resistentia ceremonialis, & per consequens illius prætextu deueniri non poterat ad amotionem dicti gradus, Cum præsertim Magnus Magister possit ad libitum sedem propriam pluribus gradibus eleuare.

Et hinc non releuat, quod dictum Ceremoniale
7 confirmatum fuerit à san. mem. Clemente VIII. cum clausula sublata, & decreto irritanti, quod regulariter abrogat quacumque possessionem.

Obiectum enim procederet, si possessio Prioris aduersaretur dispositis in casu scilicet, quo ipse sederet, ac peteret manutentionem super iure sedendi in sede sublimiori, vel æquali cum ipso Magno Magistro; secus autem, dum possessio illis non aduersatur, & ipse petit manutentionem tantummodò super iure sedendi in dicta sede duobus gradibus eleuata, quod non reperitur prohibitum, hoc enim casu licut non intrat, nec resistit dispositio Ceremo-
8 nialis, vt dictum est, ità nec minus decretum irritans in Constitutione confirmante appositum, vt in his ferè terminis responsum fuit *in Mediolanen. substentationis libri 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Ghisileria cum Statuto concurrit, & in Oppiden. Processionum 15. præsentis mensis Iunij coram R. P. D. meo*
9 *Verospio*, & in omnem casum satis est dubitari posse, an in casu, de quo agitur, præfata dispositio intret, vt interim non obstante dicto decreto irritanti D. Priori dari debeat manutentio per ea, quæ dixit *Rota coram Card, Seraph, dec. 1471. num. 5. in Romana legati 2, Maij 1644. §. neque obstat, & in Fulginaten. Parochialis 24. Martij 1645, §. ideò non refert coram me, & in d. Mediolanen. substentationis libri, vbi supra, vers. & satis est,*

Prout minus, quod inferiori contra superiorem
10 detur manutentio, nisi constet de titulo, vel de immemorabili possessione ex *doctr. Bart. in l. prima §. huius autem interdicti sub num. 4. vers. nam interdictum ff. vti possidet.*

Omissa enim pro nunc disputatione super superioritate Magni Magistri respectu iurisdictionis Prioris, in qua informantes pro vtraque parte multum insistebant, visum fuit Dominis in proposito
11 cessare difficultatem, quia conclusio procedit, vbi inferior petit manutentionem in iuribus ad superiorem de iure communi spectantibus, in quibus ipse habet iuris præsumptionem, & assistentiam, & in his terminis loquitur *Bart.* supra allegatus, eumque sequuntur *Buccat, & interd, vti possid. circa incorporal. cap. 8. num, 21. inter tract, magn. tom. 3. part. 2. fol, 406, Caputaq. dec. 306. num, 4. par. 1.* At cum in casu nostro D. Prior non petat manutentionem in iure sedendi sublimiùs, vel æqualiter cum Magno Magistro, sed tantummodo, vt dictum est in sede duobus gradibus eleuata, contra quod ille nullam præsumptionem, nec iuris assistentiam intelligendo de assistentia iuris ad exclusionem iuris, vel quasi possessionis sedendi in supradicta sede, qui est punctus, de quo agitur, vtique hoc casu D. Priori competit manutentio absque iustificatione, & discussione tituli, vel immemorabilis perindè, ac si ageretur inter priuatos, vt optimè distinguendo declarat *Marescott, var. resol, lib. 1. cap. 11, num. 37, vers. secus si ageretur*, quem refert, & sequitur *Modern. Perus. de manut. obser. 44. num. 38.* nec prætextu superioritatis
12 debet lite pendente sua possessione priuari, vt doctè respondit *Card. Mant. dec. 322. num, 10.*

Atque ita resolutum vtraque parte informante &c.

ROMANA VINEÆ, SEV SALVIANI.

Ven. 21. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Immissio in Saluiano probatis omnibus extremis necessarijs non denegatur. Fructus ex possessione bonorum stabilium præsumuntur percepti ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno, & quid in Vrbanis? Res empta ex pecunijs dotalibus, quomodo, & quando efficiatur dotalis, & propria vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in Saluiano concurrentibus omnibus extremis non denegatur.*

2 *Cessio præsumitur correspondere ad summam creditoribus cedentibus persolutam, donec contrarium ostendatur.*

3 *Bona stabilia regulariter solent reddere fructus ad rationem quinque pro centenario, & anno.*

4 *Fructuum perceptio in Vrbanis ex sola possessione non concluditur, sed probare debent locationes continuatæ.*

5 *Res emota ex pecunijs dotalibus non efficitur dotalis, nec vxori acquiritur, sed marito, vel ei cuius nomine fuit empta.*

6 *Limita nisi maritus emerit cum expressa declaratione, quod pecuniæ essent dotales, & vxor fuerit præsens, & consensum præstiterit, quo casu emptum efficitur dotale, & totum spectat ad vxorem.*

7 *Vxor petens imitti in possessionem rei emotæ ex pecunijs dotalibus, ad effectum se satisfaciendi, non autem tamquā detinendi rem emptam pro fundo dotali, declarat rem emptam à marito cum pecunijs dotalibus non esse dotalem, sed propriam mariti.*

8 *Clausula, donec, &c. operatur vt detentio, sed possessio non dicatur perpetua, sed temporalis, vsque scilicet ad integralem satisfactionem crediti.*

DECISIO CCLXXIV.

NON controuertebantur à D. Stephano de Rosis extrema in hoc Iudicio Saluiani necessaria concludenter probata à Francisca, & Elisabetha de Pulsellis agentibus, sed difficultas reducta fuit ad retentionem per ipsum oppositam tàm pro credito dotali q. Mariæ Proydæ eius Nutricis, quàm pro nonnullis alijs creditis anterioribus sibi, & eidem Mariæ cessis, qua tamen discussa placuit Dominis respondere ad fauorem dd. de Pulsellis illis dan-
1 dam esse immissionē, quæ nunquam denegari solet extremis prout hic, concurrentibus, vt dictum fuit in

Ro-

Romana Saluiani de Caffarellis 17. Martij 1631. coram bon. me. Buccabella in S. Seuerini dotis, seu Saluiani, 4. Maij 1640. coram Reuerendiss. D. Decano, in Romana Saluiani prima Iulij 1643. coram R. P. D. meo Peutingerio, & alibi passim.

Non obstat siquidem oppositæ retentionis exceptionam illa penitus eliditur ex facto combinando simul creditum cum pecunijs exactis.

Quo enim ad creditum, licèt dos Mariæ originaliter ascendat ad scuta sex mille sunt tamen prius detrahenda scuta 423. depositata anno 1616. in Sacro Monte Pietatis Vrbis ad creditum eiusdem Mariæ, & ad effectum reinuestiendi in tot locis Montium pro cautela, & securitate suæ dotis, ac pro fundo dotali, prout de anno 1618. reinuestita fuerunt, & ipsi Mariæ consignata, vt constat ex partitis desuper ex libris eiusdem Montis per illius Cōputistam extractis, nec non pariter sunt detrahenda alia scuta 2850. eidem Mariæ assignata super certa rata parte cuiusdam Officij Notariatus Capitulini ad Martinum eius virum spectantis, & pro quibus ipsamet Maria eodem anno 1618. super eo immissa fuit, illiusque possessionem apprehendidit, *Summ. illarum de Pulsellis, num 4.* Vndè detractis his duabus partitis, quæ in totum constituunt summam scutorum 3273. creditum dotale remanet dumtaxat in scutis 2727.

Credita verò cessa, quæ in tribus partitis data fuerunt in *Summ. Stephani num. 4. 5. & 7.* non excedunt summam scutorum 365. habito respectu ad quantitatem verè, & realiter per Mariam, & Stepha-
2 num Creditoribus cedentibus persolutam, cui præsumitur cessio correspondere, dum non ostenditur quantitatem crediti cessi ascendere ad maiorem summam. Hæc autem scuta 365. non possunt integraliter deduci ex bonis Martini, cum pars illorum cesserit etiam in extinctionem debiti proprij soluentium, vt apparet ex eisdem cessionibus.

Quo vero ad pecunias exactas Maria Proida de anno 1618. immissa fuit in possessionem Vineæ, de qua agitur petiarum 28. circiter æstimatæ anno 1621. per Ascanium Peritum iudicialiter electum in scutis 120. pro qualibet petia, vt constat ex *Summ. earumdem de Palsellis, Sum. num. 2.* & ex fide publica Caninij Notarij Curiæ Capitolij, ex qua spatio 30. annorum, donec non ostendatur contrarium, præsumuntur percepti fructus ascendentes ad scut. 4800. taxando illos ad rationem quinque pro
3 centenario, prout huiusmodi stabilia regulariter solent reddere iuxtà præsumptionem, *Auth. Perpetua, C. de Sacros. Eccles.* nec etiam anno 1625. fuit immissa in possessionē cuiusdam Domus ad S. Marcum æstimatæ anno 1629. à Peritis communiter electis in scutis 3490. 33. dicto *Summ. num. 5.* & ex alia fide successoris Iuguli Notarij pariter Capitulini, quam etiam à dicto anno 1625. vsque in præsens tam Maria, quàm Stephanus retinuerunt, & possederunt, vt ex ea verisimiliter non modicos fructus perceperunt, licèt præcisa quantitas firmari non possit ex quo huc vsque non ostenduntur locationes continuatæ prout ad hunc effectum requiritur, cum
4 in Vrbanis ex sola possessione non concludatur fructuum perceptio, vt alijs relatis decisionibus firmatum fuit *in Bononien. seu Nullius pecuniaria 24. Ianuarij 1646. §. Neque obstat, quod Mirtus coram me.*

His positis cum creditum dotale iunctis etiam cessionibus supradictis ad summum ascendat ad scuta 3092. fructus verò solius Vineæ excedant scuta 4800. vt supradictum est vtique prætextu huius crediti iam soluti non potest allegari retentio, & consequenter nec impediri immissio.

Nec obstat, quod hæc Vinea empta fuerit à Martino cum pecunijs dotalibus eiusdem Mariæ.

Quia res empta ex pecunijs dotalibus non effici-
5 tur dotalis *l. ex pecunia dotali, C. de iur. dot.* nec vxori acquiritur, sed marito, vel ei, cuius nomine fuit empta DD. in *l. 1. multum interest, C. si quis alt. vel sibi bo. me. Coccin. decis 498. nu. 5.* & quamuis præ-
6 dicta limitari soleant, quando maritus expresse emit cum declaratione quod pecuniæ essent dotales, & mulier fuit præsens, & consensum præstitit, quo casu emptum efficitur dotale, & totum spectat ad vxorem, vt distinguendo firmatum fuit in *Romana fructuum Census 11. Decembris 1645. coram me §. Tertia denique nihilominus huiusmodi limitatio non applicatur casui nostro,* licèt enim Martinus in prædicta emptione expresserit pecunias esse dotales, ac declarauerit Vineam sic emptam semper, & perpetuò stare debere pro fundo dotali Mariæ eius vxoris, *Summario Stephani, num. 1.* Illa tamen huiusmodi emptioni non fuit præsens, nec vnquam suum con-
7 sensum præstitit, quinimo apertum dissensum notificauit, dum facto loco restitutioni suæ dotis non petijt sibi adiudicari dictam Vineam nec illam possedit tanquam fundum dotalem, sed institit, & obtinuit immissionem tàm super ea, quàm super alijs bonis mariti supra expressis ad effectum sibi satisfaciendi de sua dote ex fructibus ab illa percipien-
8 dis cum clausula, *donec &c.* Huiusmodi enim clausula, *operatur*, vt detentio, seù possessio non dicatur perpetua prout necessario esset, si Vineam acceptasset pro fundo dotali, sed temporalis vsque scilicet ad integralem dotis satisfactionem ad tradita per *Bald. cons. 43. num. 2. lib. 2. Alex. cons. 188. num. 2. lib. 6. Soce. iun. cons. 2. nu. 35. lib. 1. Rimin. iun. cons. 249. n. 21. & seqq. Dec. cons. 584. sub num. 11. vers. Aduerbium enim Menoch. cons. 105. num. 75. & seqq.*

Et ità resolutum vtraque &c.

BONONIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 22. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Gratia si fuerit in omnibus iustificata, est exequenda, non obstante, quod gratia alteri concessa, non fuerit narrata Pontifici, si in gratia fuerit apposita clausula, *Dummodo datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum*, quæ supplet defectum taciturnitatis tituli, & possessionis alterius Sequestrum necessarium si constat de Iudicis voluntate adhunc effectum constare dicatur; Et quando huiusmodi sequestrum auferat à possessore, tàm naturalem, quàm Ciuilem possessionem, & quando Ciuilis possessio possit retineri? Sumptum a Notario extractum, quando probet? & an gratia in forma mandati de subrogando, quæ dicitur subrogatio rigorosa exequi debeat, vbi deficiat in iustificatione aliquorum narratorum?

SVMMARIVM.

1 *Gratia, quæ remanet in omnibus iustificata, est exequenda.*

2 *Clausula* dummodo datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, *apposita in gratia supplet defectum taciturnitatis tituli, & possessionis alterius.*

3 *Clausula*, dummodo datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitum, *habet vim expressionis tituli, & possessionis alterius, & ex ea excluditur omnis subreptio, quæ ex illius taciturnitate considerari posset.*

4 *Gratia mandati de subrogando, requirit rigorosam iustificationem omnium narratorum in ea.*

5 *Sequestrum necessarium, Iudicis ministerio concessum,* regu-

regulariter nō priuat possessorem sua possessione.

7 *Limita hoc non procedere si constet de voluntate Iudicis priuandi possessorem sua possessione, licèt secus si de ea non constet.*

Iudex potest quemlibet priuare suo dominio, ibid.

8 *Sequestrum vbi comprehendit, nedum solos fructus sed ipsum etiam Beneficium illiusque possessio, & bona omnia sub sequestro ponuntur, necessario infertur possessionem fuisse euocatam à possessore, illamque translatam in sequestrum.*

9 *Sequestrum, quando apponitur propter vitium possessionis, Iudex non respicit ad solam custodiam fructuum, sed intendit etiam priuare possessorem commodo vitiosæ possessionis.*

10 *Sequestrū, licèt necessariū trahit secum priuationem possessionis, quando illud fuit appositum ob vitiosam possessionem, nullam, & attentatam.*

11 *Possessio Ciuilis semper animo retinetur, licet per sequestrum auferatur naturalis.*

12 *Sequestrum decretum tantummodo, sed non executum non potest operari effectum priuationis possessionis.*

13 *Sequestrū appositum non ob solam custodiā fructuū, sed ob vitium possessionis, aufert possessionem, tam Ciuilem, quam naturalem.*

14 *Possessio improba, & attentata nullum parit iuris effectum, neque per hanc vel naturalis, vel Ciuilis possessio acquiritur.*

15 *Manutentio passim denegatur vitioso possessori, quæ nō denegaretur si ciuiliter saltem possideret.*

16 *Possessio Ciuilis retinetur, vel aduersus occupantē naturalem, vel aduersus factum Iudicis iniustè procedentis.*

17 *Iudex quando ritè, & rectè procedit, priuat possessorem vtraque possessione naturali scilicet, & Ciuili.*

18 *Sumpto tunc solum creditur, quando in illius transumptione adhibitæ fuerunt omnes solemnitates requisitæ per dispositionem* cap. fin. de fid. instrum.

19 *Gratia in forma mandati de subrogando, quæ dicitur subrogatio rigorosa non suffragatur si deficiat in iustificatione aliquorum in ea narratorum.*

DECISIO CCLXXV.

DEuoluta causa ad Rotam super controuersia Ecclesiæ Parochialis Sancti Martini Villæ Casalecchij inter Stephanum Cataneum præsentatum à Castellis, & Dominicum Caballinum præsentatum ab Abbate, & Canonicis Regularibus S. Saluatoris Bononien. eaque commissa R.P.D. meo Otthobono, fuit primo loco dubitatum, an apponendum esset sequestrum super possessione, & fructibus eiusdem Parochialis, quo affirmatiuè resoluto sub die 20. Aprilis 1646. ob euidentem nullitatem possessionis Catanei fuit successiuè die 6. Iunij eiusdem anni deuentum ad illius appositionem, & prosecuta causa super negocio principali, quis esset instituen. DD. per binas vices 26. Nouembris 1646. & 22. Martij 1647. responderunt Cataneum non esse instituen. reseruato, vt pariter videatur. An instituen. esset Caballinus, quibus non acquiescens Cataneus exhibuit in actis litteras Apostolicas in forma mandati de subrogan. eidem D. meo directas, & disputato dubio; An dictæ litteræ Apostolicæ suffragarentur, fuit pariter negatiuè resolutum, vt ex alijs duabus decisionibus sub diebus 26. Maij 1647. & 24. Ianuar. 1648.

His sic stantibus Caballinus impetrauit à Sanctissimo D. N. gratiam Apostolicam in forma mandati de conferendo eaque in actis Notarij causæ exhibita, & proposito dubio, An esset iustificata sub die 2. Martij præteriti affirmatiuè fuit resolutum; Et lata sententia, in qua fuit pronunciatum Parochialem Ecclesiam fore, & esse adiudican. Caballino vigore d. Apostolicæ prouisionis, seù mandati de conferendo, Cataneo verò nullum ius competijsse, nec competere, litterasque Apostolicas mandati de subrogando ad eius fauorem expeditas non fuisse, nec esse iustificatas, ipsique suffragari non posse, à qua interposita appellatione, & mihi causa deuoluta dubitani; An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, eamq; tamquam validam, & iustam confirman. esse Domini existimarunt.

Validitas enim non fuit in dubium reuocata, iustitia verò redditur euidens ex prædictis decisionibus. Nam quantum attinet ad gratiam Caballini
1 illa remanet in omnibus iustificata ex deductis in dicta vltima decisione, & consequenter venit exequen. *cap. & si Capitulo, ibique gloss. in verb. exequatur de concess. praben. in 6. capit. si, quando de rescript. Mohed. dec. 13. vt lit. pend. Rot. decis. 92. num. 1. par. 1. recent.*

Nec obstat vnicum obiectum, quod scilicet Caballinus non narrauerit Pontifici priorem gratiam Catanei iuxtà text. *in capit. cum nostris de concess. praben.*

Quia cum in litteris suæ gratiæ contineatur clau-
2 sula, in omnibus apponi solita videlicet, *Dummodo data præsentium non sit alteri ius quæsitum*, quæ supplet defectum taciturnitatis tituli, & possessionis alterius ad tradit. per *Gonzal. super reg. 8. gloss. 15. §. 1.*
3 *n. 67.* & habet vim illius expressionis ex deductis per *Mart. in tract. de claus. claus. 34. num. 12.* Exindè excluditur omnis subreptio, quæ ex dicta taciturnitate considerari posset, vt in præcisis terminis consulendo firmat *Card. Zabarell. cons. 92. sub num. 3. vers. item in concessione, quem sequitur Felin. in cap. super litteris num. 11. & in cap. in nostra sub numer. 32. vers. Primò, nota de rescript. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 11. num. 465. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 3. cap. 201. nu. 140. Gabr. de acquir. poss. claus. tertia, numer. 21. Mart. de claus. 34. d. num. 12. Mastob. in prax. haben. concurs. praben. prælud. 7. dub. 21. num. 154. & dixit Rota in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram rec. mem. Card. Hieronymo Pamphilio relata per Garz. de benef. par. 10. cap. 1. num. 74. vers. & insuper adest clausula.*

Quo verò ad gratiam Catanei hodiè pariter visa fuit non suffragari ex defectu iustificationis narra-
4 torum, quorum omnium iustificationem, & quidem rigorosam exposcit mandatum de subrogan. per ea; quæ tradit *Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 13. num. 34. & dicta Rota coram Mohed. decis. 11. & lit. penden. & in alijs relatis in decisione huius causæ sub die 26. Maij 1647. §. Non enim agitur*, narrauit enim inter cætera se adhuc in possessione d. Parochialis reperiri, ibi: *Possessione tamen ad fauorem dict. Stephani, in qua etiam de præsenti reperitur subsequuta*; quod tamen nec iustificatur, nec iustificari potest, cum ex sequestratione facta per Rotam, fuerit ab eo ablata pos-
5 sessio, licèt enim sequestrum necessarium Iudicis ministerio concessum regulariter non priuet possessorem sua possessione *leg. interesse, ff. de acquir. poss. vbi Bart. num. 40. Felin. in cap. examinata num. 10. de Iudic. cum alijs plenè relatis per Modern. Perus. de manu-*
6 *tent. obser. 60. num. 1.* Hoc tamen procedit, vbi non constat de mente Iudicis priuandi possessorem sua possessione, illamque transferendi, & deponen. penes sequestrum, in quibus terminis loquuntur auctoritates superius adductæ, secus verò vbi constat, prout hic de huiusmodi mente Iudicis, tunc enim possessorem sua possessione priuari, firmant *Bart. in d. l. interesse sub num. 2. vers. quod puto verum Vitalin. in Clem.*

Clem. 1. num. 65. vers. nisi Index aliter voluerit, ibiq; Abb. num. 8. & Card. num. 25. de sequestr. poss. & fruct. ibidem Abb. in cap. 1. num. 19. eod. tit. & in cap. examinata, num. 14. ibiq. Butr. num. 2. vers. nisi de voluntate Iudicis aliud appareat expressum, & Barbat. numer. 66. de Iudic. Salicet in l. vnic. sub num. 2. vers. secus si de contraria cum seqq. C. de prohib. sequestr. pecun. optimè Mandell. Alb. cons. 75. num. 2. vers. transfertur tamen Curt. de sequestr. poss. qu. 20. num. 71. Carocc. eod. tract. part. 1. qu. 4. num. 11. Modern. Perus. d. obser. 60. num. 9. idemque admisit Rota coram san. mem. Greg. dec. 9. n. 2. Idque optima ratione, quia concurrente Iudicis voluntate potestas priuandi non defuit cū Iudex pos-
7 sit quemlibet priuare suo dominio, *§. fin. in fin. instit. de off. Iud.* & sic facilius possessione, vt habetur ex *text. in l. qui vniuersitas, §. Item eum prator, ff. de acquir. poss. & in d. cap. 1. de sequestr. poss. & fruct.* quem benè ad propositum expendit Ioannes *Ferrar. in prax. Papien. in rub. de form. excipien. contra posit. sub num. 1. fol. mihi 149.*

De huiusmodi autem voluntate Iudicis clarè constat in proposito, cum sequestrum non fuit appositum super solis fructibus Parochialis, sed super ipsamet Parochiali, illiusque possessione bonis Iuribus, & emolumentis quibuscumque, ibi, *Supradictam Parochialem Ecclesiam, de qua agitur, illiusque possessionem, ac omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, iura obuentiones, & emolumenta, ac bona quacumque ad dict. Parochialem quolibet, & qualitercumque spectan. & pertinen. dicta auctoritate nostra, imo verus Apostolica sequestres, ac sub firmo, & arcto sequestro habeas, & teneas, &c.* Vbi
8 enim, nedum soli fructus, sed ipsum etiam beneficiū illiusque possessio, & bona omnia sub sequestro ponuntur, necessariò infertur possessionem fuisse auocatam à possessore, illam translatam in sequestrum, vt ad propositum supradictis verbis perpensis, & ponderatis concludit *Mandell. d. cons. 75. sub d. num. 2. vers. prout clarè constat.*

Idque indubitanter in casu nostro, quo sequestrū non fuit appositum simplicis custodiæ gratia, vt quando dubitatur de iure possessionis, sed appositum fuit ob euidentem nullitatem, & vitium possessionis, quæ nulla fuerat, & atteutata. Quando autem apponitur propter vitium possessionis, Iudex
9 non respicit ad solam custodiam fructuum, sed intendit etiam priuare possessorem commodo vitio-
10 sæ possessionis. Ideoque hoc casu sequestrum, licèt necessarium trahit secum priuationem possessionis, vt in terminis de sequestro apposito, quando possessio fuerat nulla, & attentata, firmauit *Rota coram Card. Seraph. decis. 314. num. 3. quem sequuntur Modern. Perus. d. obser. 60. num. 11. Add. ad san. mem. Gregor. d. decis. 9. num. 14. Add. ad bon. mem. Buratt. decis. 186. num. 17. alijque in dicta decisione huius causæ sub die 24. Ianuarij præteriti, §. Sed etiam.*

Minus autem pro substinenda gratia responderi potest possessionem à Cataneo narratam fore intel-
11 ligen. de possessione Ciuili, quæ semper animo retinetur, licèt per sequestrum auferatur naturalis ex distinctione probata per *Rotam in Pistorien. seù Nullius Beneficij 18. Decembris 1634. coram Reuerendiss. Domino meo Decano impress. apud Posth. de manuten. decis. 634. num. 11. & 12.*

Præter quod enim in casu d. decisionis agebatur
12 de sequestro decreto tantummodo, sed non exequuto, quod proindè non potest operari effectum priuationis, vt ponderat decisio *num. 8. & 9.* ibidem
13 deducta loquuntur, & sunt intelligenda, quando fit sequestratio ob solam custodiam fructuum, non autem quando sequestratur possessio propter vitium illius, quod in casu dictæ decisionis fuerat abundè sublatum ex superuenienti titulo gratiosæ subrogationis, in qua præfatum vitium illius expressum fuerat, vt habetur ibidem *num. 2. & 3.* stante enim
14 vitio possessionis, nec naturalis acquiritur, nec Ciuilis cum possessio improba, & attentata nullum parit iuris effectum *l. improba, C. de acquir. poss. Rot. coram Card. Seraphin. decis. 1106. num. 3.* Proindeque passim
15 denegatur manutentio vitioso possessori, quæ non denegaretur, si ciuiliter saltem possideret, vt millies dixit Rota, ciuilis ergo possessio retinetur, vel ad-
16 uersus occupantem naturalem, vel aduersus factum Iudicis iniustè procedentis secus autem, quando Iu-
17 dex ritè, & rectè procedit, tunc enim priuat vtraque possessione naturali scilicet, & Ciuili, vt tradunt, *Angel. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas n. 2. Cateríque ibidem, ff. de acquir. poss. quos sequuta fuit Rota. diuers. decis. 803. num. 7. par. 1. & in Montis Alti Prioratus 26. Maij 1634. coram Eminentissimo Domino Cardinali Verospio impress. apud Posth. de manut. in ordine 267. num. 7. ac in alijs planè relatis per eumdem obser. 12. num. 27. cum seqq.*

Et insuper gratiam non esse iustificatam satis educitur, dum Cataneus narrauit Pontifici sequestrū fuisse appositum solum super fructibus, cum tamen esset appositum etiam super ipso beneficio, illiusque possessione. Hinc enim non solum oritur defectus iustificationis, sed etiam obreptionis ob falsam expressionem, vitians omnino gratiam *cap. dudum il secondo vers. insuper Indulgentiam de elect. cum alijs per Rotam decis. 496. num. 2. part. 5. & in Florentina Parochialis 26. Iunij 1647. coram me.*

Hinc nihil facit, quod in alijs videatur iustificata, & signanter in ea parte, qua narrauit Roattum præsentatum à Canonicis antè Caballinum prouisum fuisse Apostolica auctoritate, quodque tanquam anterior præferri debeat gratiæ Caballini posteriori.

Quia præter quod prouisio Apostolica Roatti, non iustificatur, nisi per quoddam sumptum supplicationis extractum à Cæsare Columna Notario A.C. lite pendente absque partis citatione *Summ. Catanei positionis coram R. P. D. meo Otthobono die 24. Ianuarij præteriti, num. 7.* Quod proindè nullam fidem
18 merentur, cum sumpto tunc solum credatur, quando in illius transumptione adhibitæ fuerunt omnes solemnitates requisitæ, vt disponitur *in cap. fin. de fid. instrum. & dixit Rota decis. 395. num. 1. par. 5. rec.* satis est, quod deficiat iustificatio aliorum, de quibus
19 supra, vt gratia in forma mandati de subrogando, quæ dicitur subrogatio rigorosa, non suffragetur ex superius adductis, *§. Quo verò ad gratiam, & in decisione huius causæ coram Reu. P. D. meo Otthobono 26. Maij 1647. vers. non enim agitur.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA, SEV IANVEN. LOCORVM MONTIVM.

Ven. 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Clerici, & cæteræ Ecclesiasticæ personæ possunt vti per modum Priuilegij Statutis laycorum generalibus tamen, nec de illis expressam mentionem facientibus in ea parte, in qua sunt illis fauorabilia, illaq; non acceptare in alia parte, in qua sunt eis præiudicialia, & faciunt contra ipsos, quin immo etiam si illis vti vellent in parte sibi odiosa non possunt, nec valet Statutum laycorū tangens personas Ecclesiasticas siuè directè, siuè indirectè, & quando Clericus vti volens Statutis laycorum teneatur illis vti

cum

cum omnibus suis qualitatibus, Clausulis, & conditionibus? Testator, qui pro exoneratione suæ conscientiæ sibi Hæredem instituit Sacerdotem, censetur contemplasse fauorem salutis æternæ, eiusque Animæ, proindeque Testamentum dicitur ad pias causas, & sustinetur cum duobus Testibus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum corruit deficiente vno teste cum de iure septem omnino requirantur.*
2 *Hæres scriptus debet immitti in possessionem bonorum hæreditariorum, dum exhibet testamentum non abolitum, neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum.*
3 *Statutum potest minuere numerum testium à Iure requisitum in testamentis.*
4 *Clerici, seu persona Ecclesiastica nō possunt vti statuto laycorum odioso, & requirente maiores solemnitates, quàm requirantur de iure communi.*
5 *Secus autem quando agitur de statuto fauorabili minuente solemnitates iuris.*
6 *Statutum minuens solemnitates Iuris dicitur fauorabile.*
7 *Clerici, seu alia persona Ecclesiastica possunt vti statutis laycorum sibi fauorabilibus per modum Priuilegij, dummodo tamen statuta sint generalia, nec de illis aliquam mentionem faciant.*
8 *Statutum adiment Clericis facultatē ipsis competentem ex dispositione iuris, tamquam contra libertatem Ecclesiasticam est nullum ipso iure, & facto ex defectu potestatis laycorum statuentium.*
9 *Statutum layeale loquens verbis arctatiuis, preceptiuis, & prohibitiuis directis in personas Clericorum est ipso iure nullum.*
10 *Statutum laycale expressam mentionem faciens de Clericis quamuis sit priuilegiatum illique fauorabile, est ipso iure nullum.*
11 *Statutum laycale satis dicitur cōtra libertatē Ecclesiasticam, dum tollit Clericis Beneficium ipsis de iure competens, vel dum de eis expressam mentionem facit in verbis arctatiuis, & prohibitiuis.*
12 *Statutum laycale, vt nullius sit roboris, & firmitatis sufficit, quod virtualiter, & indirectè tangat, & ladat personas Ecclesiasticas.*
13 *Layci non possunt statuere in specie de personis Ecclesiasticis, neque de ipsorum bonis directè, aut indirectè, cum illorum iurisdictioni non subsint.*
14 *Clerici possunt vti statutis laycorum generalibus tamen nullamq; mentionem de ipsis facientibus quantum faciunt pro se ipsis, & non acceptare in quantum faciunt contra ipsos.*
15 *Clericus vti volens statutis laycorum cogitur illis vti cum omnibus suis qualitatibus, clausulis, & conditionibus.*
16 *Declara hoc non procedere in qualitatibus, seu conditionibus diuersis, & separatis inter se, & quarum vna non tendit ad limitandum, extendendum, seu qualificandum alteram.*
17 *Item declara hoc tantum procedere in qualitatibus, clausulis, & conditionibus validis, iustis, & subsistentibus, atque generaliter fauorabilibus tàm Clericis, quàm laycis.*
18 *Secus autem in qualitatibus, & conditionibus nullis, iniustis, & odiosis, tendentibus expresse in damnum, & odium Clericorum.*
19 *Clericus potest vti statutis laycorum in parte sibi fauorabili, nec cogitur illis vti in parte inualida, & odiosa, & contra libertatem Ecclesiasticam expresse faciente.*
20 *Clericus volens vti statutis laycorum etiam in ea parte, in qua sibi sunt odiosa, non potest.*
21 *Statuta non sunt extendenda de vno casu ad alium contra mentem statuentium.*
22 *Clerici de iure debēt abstinere à negocijs laycorum.*
23 *Layci non possunt statuere super re spirituali.*
24 *Dispositio dicitur facta ad pias causas, quando Testator instituit aliquem hæredem sub fide, quod exoneraret conscientiam suam, quia tunc principaliter censetur contemplasse fauorem salutis æternæ, & Animæ subleuamentum.*
25 *Dispositio facta ad pias causas sustinetur cum duobus solis Testibus.*

DECISIO CCLXXVI.

INter cætera bona hæreditaria q. Antonij Spinolæ reperta fuerunt quàmplura loca montium hodie detenta per D. Franchum Spinolam illius fratrem, tanquam eius hęredem ab intestato, ideò D. Ioannes Baptista de Franchis hæres scriptus in testamento, introducta causa coram me, petijt super his immissionem, quàm fore denegandam idem D. Franchus duplici medio tuebatur.

Et primò, quia testamentum caret legitimo numero testium tanquam conditum cum solis quinq;
1 Testibus, licèt de iure septem omninò requirantur, *§. fin. instit. de testam.* itaut vno deficiente Testamentum corruat *l. si vnus C. eod.*

Secundò, quia ex Statuto Ianuæ in *rubr. de testam. & vlt. volunt. lib. 1. cap. 12.* Prohibetur subditis relinquere Sacerdotem, vel Clericum exequutorem testamentarium, vel fideicommissarium sub pæna quoad hoc nullitatis Testamenti; Vndè cum Io: Baptista sit Clericus, Testamentum quoad ipsum est nullius roboris.

His tamen non obstantibus resolutum fuit eidem
2 dandam esse immissionem, quia non controuertitur loca montium, de quibus agitur, esse hæreditaria Antonij, & exhibetur testamentum non abolitum, neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum iuxta dispositionem *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Primum autem obiectum visum fuit cessare ex dispositione eiusdem Statuti sub eadem rubric. de *testam. & vlt. volunt.* qua cauetur testamentum, seu vltimam voluntatem probatam publico instrumento, in quo descripti sint quinq; testes idonei, firmam esse, & validam. Vndè dum in testamento, de quo agitur quinque testes fuerunt adhibiti, prout ibidem disponitur, vtique illius validitas, & subsistentia
3 impugnari non valet, cum Statutum possit minuere numerum Testium à Iure requisitū ex *theor. Bart. in l. vinctos Populos nu. 21. cum seqq. C. de Summ. Trinit.* quem sequuti fuerunt *Angel. cons. 233. num. 1. vers. & secundum formam. Vasquez. de success. creat. lib. 1. tit. de testam. poten. §. 1. num. 20.* firmans *in vers. quid dicendum* hanc sententiam veriorem esse, & sequendam, prout etiam alijs relatis comprobat *Crass. de success. §. testamentum qu. 55. numer. 23.* & firmauit *Rota in Perusina releuationis testam. 7. Maij 1632. coram bo. me. Pirouano, quæ est decis. 126. num. 17. & 18. par. 7. rec.*

Nec obstat, quod cum fuerit conditum in Ecclesia Societatis Iesu à iurisdictione statuentium exempta iuuari non possit huiusmodi statutaria dispositione, vt dictum fuit in *Viterbien. hæreditatis 4. Martij 1641. §. præterea, & 28. Martij 1642. §. placuit etiam coram R. P. D. meo Ghisil. & 1. Iunij 1643. §. ex altero etiam coram R. P. D. meo Verospio.*

4 Hoc enim procederet, si ageretur de Statuto odioso requirente maiores solemnitates, quam requirantur de Iure Ciuili, in quibus terminis loquuntur omnes auctoritates in contrarium allegatæ, &
5 ipsæmet decisiones in dicta *Viterbien. hæreditatis*

Se-

6 Secus autem vbi agitur, prout hìc de statuto fauorabili, cum ex eo minuantur solemnitates Iuris, vt post *Bart. in d. l. cunctos Populos num. 23. & Bald. in l. si cum speciali sub num. 5. C. de testam.* respondet Rota *in Senen. spoliorum 5. Iunij 1595. coram recol. me. Card. Hieronymo Pamphilio §. non obstat.* Tunc enim si nullam mentionem faciat, vt in proposito, de Ec-
7 clesijs, & Ecclesiasticis personis ipsemet Ecclesiæ, & ad eas recurrentes, siuè in ipsarum Claustris suas vltimas voluntates peragentes, & etiam Clerici vti possunt, & iuuantur eius fauorabili dispositione per modum priuilegij, tanquam merè priuilegiatiua, vt probat *Abb. in cap. Ecclesia sancta Maria num. 37. ibique Felin. num. 81. & Dec. num. 276. de constit. Bald. in cap. cum venissent num. 6. vers. oppono extra de ea qui mitt. in possess. Bursatt. cons. 93. num. 22. lib. 1. Surd. cons. 301. num. 24. Carpan. in prælud ad stat. Mediol. nu. 612. Capr. concl. 15. num. 32. & 33. Alderan. Mascard. de general. stat. interpret. concl. 1. num. 192. cum seqq. Carol. de Grass. de effect. Cler. effect. 2. numer. 43. Ciarlin. contr. for. cap. 45. num. 5. & 6. Sperell. dec. for. Eccles. 10. num. 35. Rota dec. 438. num. 7. & 50. par. 8. rec.* & in alijs relatis per *Adden. ad s. m. Gregor. dec. 279. num. 24.* idemque admisit in *Senogallien. fructuum Census 10. Iunij 1644. §. denique non obstat vers. & sic supradicta conclusio coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

8 Corruit pariter secundum obiectum, quia cum statutum in ea parte adimat Clericis facultatem ipsis competentem ex dispositione iuris tàm ciuilis *in l. Deo nobis §. hoc etiam cognitum, C. de Episcop. & Cleric.* quàm Canonici *in cap. quia nos, & cap. Ioannes de testam.* & loquitur verbis arctatiuis, præscriptiuis, & prohibitiuis directis in personas expressam mentionem faciendo de Clericis, ibi, *Nullusq. Testator possit constituere, vel ordinare Clericum conditionis præfatæ fideiussorium, vel exequutorem testamentarium &c.* Tanquam contra libertatē Ecclesiasticā est nullum ipso facto, & iure ex defectu potestatis laycorum statuentium, vt de statuto tollente Clericis, quod ipsis à iure conceditur, decidit *Text. in c. eos de immun. Eccles. & in Auth. cassa, & irrita vbi Bar. C. de sent. excomm. Felin. in d. cap. Ecclesia Sancta Mariæ num. 61. de constit. Innoc. in cap. nouerit de sent. excomm. Alex. cons. 210. num. 12. lib. 2. Socc. sen. cons. 241. num. 3. lib. 3. Rimin. sen. cons. 483. num. 10. vers. fortificantur prædicta lib. 3. Ancbar. cons. 61. num. 2. vers. item si statutum Rimin. iun. cons. 85. nu. 29. lib. 1. Ruin. cons. 23. num. 16. lib. 2. Hond. cons. 3. num. 13. cum seqq. lib. 1. Surd. cons. 2. num. 22. Carpan. vbi supra num. 578. num. 583. Marant. disp. 8. num. 2. & 3. Mart. de Iuris. part. 4. cent. 1. cas. 5. num. 43. cas. 55. num. 6. & 7. & cas. 62. num. 9. Carol. de Grass. d. effect. 2. num. 68. Bellett. disquis. Cler. tit. de exempt. Cler. à stat. sæcul. §. Primo,*
9 *1. num. 9.* De statuto præceptiuo, arctatiuo, & prohibitiuo probant *Imol. in cap. constitutus num. 7. de restit. in integr. Abb. in cap. à nobis num. 1. & 4. cum seqq. de sent. excomm. & in d. cap. Ecc. S. Mariæ num. 4. Alex. d. cons. 210. sub num. 1. in fin. vers. siuè statutum liber. 2. Bursatt. d. cons. 93. num. 45. Hond. d. cons. 3. num. 23. lib. 1. & cons. 20. num. 18. lib. 2. Lap. allegat. 101. numer. 14. vers. quod aut sunt Marant. d. disput. 8. num. 8. vsq; ad 12. Mart. d. cent. 1. cas. 21. num. 11. & 12. Sperell. dicta decis. 10. num. 20.* Et denique de statuto expressam
10 mentionem faciente de Clericis, vel Ecclesijs quantumuis fauorabile, & priuilegiatiuo est *text. apertus in d. cap. Ecclesia Sancta Mariæ vbi Abb. num. 5. & 14. in fin. Felin. num. 76. alijque scribent. de constit. Bald. in d. l. cunctos Populos n. 10. C. de Summ. Trinit. Bart. in l. fin. num. 18. C. de Sacros. Eccles. Butr. in cap. quod Clericus de for. compet. Surd. cons. 301. num. 13. & 14. Nenizan. cons. 39. sub num. 9. vers. Sed respondetur Menoch. de recuper. remed. 14. num. 56. Gail. pract. obseru. lib. 2. obser. 32. num. 2.* cum alijs pluribus pleno calamo congestis per *Carol. de Grass. d. effect. 2. num. 45. & 44. & 488. & 489. Bellett. d. tit. de exempt. Cler. à statut. sæcul. §. 4. num. 6. Sperell. dict. decis. 10. num. 30. & 32.*

Idque etiamsi dicta verba arctatiua, & prohibitiua non videatur directa in personas Clericorum,
11 sed tantummodo Testatoris layci. Quia præter quod satis dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, dum tollit Clericis beneficium ipsis de iure competens, vel dum de eis expressam mentionem facit ex
12 iuribus allegatis, sufficit, quod virtualiter, & indirectè prohibendo exequutoriam in personis Clericorum illos tangat, & lædat, vt inde nullius sit roboris, & firmitatis iuxta distinctionem magistraliter traditam per *Rimin. sen. d. cons. 483. num. 10. vers. Et hinc facit lib. 3. Soccin. iun. cons. 1. num. 11. vers. quoniam licet lib. 2.* quem egregie expendit *Marant. d. disp. 8. sub num. 44. vers. Sed ad septimum respondeo sequitur Mart. vbi supra d. cent. 1. d. cas. 62. num. 10. Carol. de Grass. d. effect. 2. num. 11.* & melius omnium *Castropal. oper. moral. par. 2. tit. reuer. deb. Eccles. disp. vnic. punct. 8. num. 7.* Layci enim non possunt in spe-
13 cie statuere de personis Ecclesiasticis, neque de ipsorum bonis directè, aut indirectè cum illorum iurisdictioni non subsint, vt articulo maturè discusso responsum fuit *in Rauennaten. hæreditatis 5. huius coram R. P. D. meo Otthobono, & signanter in §. cuius verissima.*

Nec ex eo quod Io. Baptista vtitur dispositione huius statuti in ea parte, qua mandat validum esse Testamentum cum quinque Testibus, intrat obligatio illud acceptandi etiam in altera parte, qua disponit Clericos, non posse constitui fideicommissa-
14 rios, nec exequutores Testamentarios. Quia speciale est in Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis posse vti per modum priuilegij, statutis, & constitutionibus Laycorum, generalibus tamen, nullamque mentionem de ipsis facientibus in quantum faciunt, pro seipsis, & concernunt eorum commodum, & fauorem, & non acceptare, sed reijcere in quantum faciunt contra ipsos, & sunt eis præiudiciales, vt notat *gloss. in cap. nouit. verb. quicumque vers. Quod Ecclesiæ de iudic. Abb. in d. cap. constit. num. 4. de integr. restit. & in cap. ex litteris, num. 6. & 7. de vit. & honest. Cleric. Soccin. sen. cons. 71. num. 19. lib. 4. Afflict. de iure prothom. §. 9. num. 17. P. Diana resol. moral. tract. 1. tit. de immun. Eccles. resol. 43. per tot. tom. 3. Mart. vbi supra d. cent. 1. cas. 5. n. 44. & 45. Bellett. pariter vbi supra, §. 2. num. 37.*

Minusuè applicatur limitatio, quod Clericus vo-
15 lens vti huiusmodi statutis cogatur illis vti cum omnibus suis qualitatibus clausulis, & conditionibus, vt tradit *Bald. in l. venditione nu. 9. C. de contrahen. empt. & in l. omni nouatione sub nu. 9. C. de Sacros. Eccles.* cum alijs relatis per *Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. glos. 13. num. 6. & 7.*

Quia præter quod non procedit in qualitatibus,
16 & conditionibus diuersis, & separatis, quarum vna non tendit ad limitandum, extendendum, seu qualificandum alteram, vt doctè consulendo distinguit, *Hond. cons. 78. num. 111. cum quatuor seqq. lib. 2.* Prout in effectu sunt in casu nostro, cum paragraphus minuens numerum Testium sit omninò diuersus, & separatus à paragrapho, prohibente executoriam, tàm respectu materiæ, quarum vna nihil habet commune cum altera, quàm etiam respectu ordinis, & scripturæ ex quo licet vterque contineatur sub eadem rubrica, paragraphi tamē sunt prorsus sepa-

rati,& vnus valdè distat ab alio cum intermedio aliorum quatuordecim differentis materiæ. Admit-
17 ti potest in qualitatibus,conditionibus , seu clausulis validis,iustis,& subsistentibus,atque generaliter fauorabilibus tàm Clericis , quàm Laycis pro communi omnium Ciuium vtilitate , in quibus terminis loquuntur *Bald. loco alleg. caeteriq. adducti per Tiraq.* vt ipsemet se explicat *sub d. num. 7. vers. neque enim hic diutius , idem probat Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 77. num. 26. vers. sed certè his non obstantibus.*
18 Secus autem quando prout hic qualitas Statuti est nulla,iniusta,& odiosa,tendens expresè in damnū, & odium Clericorum;Ista enim tanquam principaliter contra libertatem Ecclesiasticam , & expressam mentionem faciens de Clericis habetur perinde, acsi facta,& apposita nō fuisset,vt ratiocinatur *Soccin.sē. cons. 122. sub numer. 6. vers. Secunda quia prima pars, lib. 1. Castropal. vbi supra part. 1. tit. de leg. in comm. & eius caus. tract. 3. disput. 1. punct. 24. §. 6. num. 1. Carol. de Grass. d. effect. 2. num. 28. vers. tunc enim.* Et con-
19 sequenter acceptata parte valida,& fauorabili tantum abest quod Clericus vti debeat dicta parte nul-
20 la,& odiosa , quod imò etiam volens illa vti non potest vt concludit *Sperell. decis. 12. num. 30.*

Et pro Iustitia resolutionis duo vlterius Domini ponderabant. Alterum, quod statutum excludit tantummodo Clericos ab exequutoria firmo ma-
21 nente in reliquis Testamento, ideoq; extendi non debet ad casum nostrum,quo Io.Baptista fuit hæres institutus, ne alias corruat etiam ipsum Testamentū contra mentem statuentium. Alterum, quod ipsi statuentes intellexerunt de exequutore dando in prophanis, ne Clerici se immisceant in negocijs
22 Laycorum, à quibus etiam de iure abstinere tenentur, vt *in cap. 1. & per tot. 88. distinct. & in cap. te quidem 11. quæst. 1.* non autem de executore prout hic, operis pij, & relicto pro exoneranda conscientia defuncti, metiendo voluntatem à potestate, cu Layci
23 statuere nequeant super re spirituali *cap. tua de ordin.cognat. cap. lator. qui fil. sint. legit. Socc. sen. cons. 35. numer. 1. libr. primo Carol. de Grass. allegat. effect. 2. num. 81.*

Cæterum dum Antonius Testator hæredem insti-
24 tuit Io.Baptistā sub fide quod exoneraret conscientiam suam, vt legitur in ipsomet Testamento, ibi, *Et hà eletto la persona di detto Signor Gio. Battista, perche è certa, che per l'attinenza del sangue , e grado, che hà di Sacerdote vserà ogni diligenza , acciò la conscienza di detto Testatore , della quale è in questa parte intieramente informato resti pienamente sodisfatta.* Censetur principaliter contemplasse fauorem salutis æternæ, & animæ subleuamentum proindeque dispositio dicitur ad pias causas ex *theor. Bald. in auth. similiter , n. 2. vers. & dicitur , C. ad leg. falcid. Bart. in repetit. l. 1. num. 33. C. de Sacros. Eccles. Florian. de S. Petr. in l. cum quidam, §. dies num. 2. vers. dicitur autem, ff. de vsur. Aug. in l. precibus num. 5. vers. idem, C. de impub. & alijs subst. bene Ias. cons. 110. nu. 7. lib. 1. Crot. cons. 194. num. 4. lib. 2. Ioann. Baptista de theor. in addit. ad Tiraq. de priuil. piæ caus. in præfat. vers. item relictum pro incertis cum seqq. Rot. decis. 245. num. 29.*
25 *part. 7. recent.* Quæ substinetur cum duobus solis Testibus *cap. relatum de testament. Rot. diuers. decis. 74. num. 12. cum seqq. par. 2.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

ROMANA VINEÆ.

Ven. 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Acta facta post inhibitionem sunt attentata,& veniunt reuocanda etiamsi inhibitio fuerit tantummodo intimata Procuratori non autem Principali ad effectum reuocationis, & quare? & an hoc procedat ad effectum incurrendi pœnam attentatorum? Et quid si in commissione , cuius vigore inhibitio emanauit fuerit apposita clausula, *sine præiudicio obligationum in forma Cameræ* , earumque executionis.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda, & causat attentata.*
2 *Attentata in primis,& ante omnia veniunt reuocanda, tàm ex dispositione Iuris, quàm de stylo Rotæ.*
3 *Inhibitio ad effectum reuocandi attentata sufficit quod fuerit præsentata Procuratori, licet non fuerit parti intimata.*
4 *Declara hoc tantum ad effectum reuocationis, secus ad effectum incurrendi pœnam attentatorum.*
5 *Principalis præsumitur certioratus à suo Procuratore circa inhibita.*
6 *Iudex inferior non habet arbitrium declarandi, an inhibitio leget nec ne, sed inhibitionem timere debet, & interim Principem, seu Signaturam adire.*
7 *Iudex inferior non potest, nec debet cognoscere de viribus inhibitionis.*
8 *Inhibitio Rotalis causat attentata etiam quoad personas in ea non expressas, si contra eas fuerit exequuta.*

DECISIO CCLXXVII.

Attentatam fuisse exequutionem ad instantiam hæredum qu. Iulij Filotti factam super Vinea, de qua agitur, ideoque esse reuocandam Domini existimarūt, quia facta fuit die 17 Martij præteriti,& sic in spretū inhibitionis Rotalis prius præsentatæ, scilicet die 20. Decembris 1647. *Summ. illorum de Peruitalibus, num. 2. & 4* quæ siue iusta, siuè iniusta
1 erat timenda,& causat attentata *Put. dec. 385. lib. 2. in corr. Caputaq. decis. 93. per tot. part. 2. Rot. dec. 204. num. 2. & 3. part. 5. recent. in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 17. Februar. 1645. & in Bononien. attentatorum 18. Iunij 1646. coram me.* Illa-
2 que veniunt in primis,& ante omnia reuocanda tàm ex dispositione iuris, quàm ex stylo huius Sacr. Tribunalis *cap. non solum de appell. in 6. Rota in Toletana matrimonij 20. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Corrado, §. hat autem , & alibi sæpius.*

Idque etiam si dicta inhibitio præsentata fuerit
3 dumtaxat Procuratori cum ad effectum attentatorum,& illorum reuocationis, quicquid alias dicen-
4 esset ad effectum incurrendi pœnam non requiratur
5 vlterius præsentatio, sed præfata sufficiat , ex quo præsumitur principalem à suo Procuratore circa inhibita sufficienter certioratum fuisse *Cæs. de Grass. dec. 6. num. 3. de caus. poss. & propr. Rot. in Bonon. Parochialis 27. Iunij 1611. coram Card. Sacrato penes Marches. de comm. part. 1. fol. 963. num. 2. ibiq. Add. litt. A. & in d. Bonon. attentatorum, §. quia præter quod.*

Nec obstat, quod in cōmissione, cuius vigore concessa fuit inhibitio adsit clausula, *sine præiudicio obligationum in forma Cameræ earumque executionis.*

Quia cum esset, & adhuc sit admodum dubium, An huiusmodi clausula, *intelligatur de obligationibus in forma Cameræ contractis à Iulia Bruna* , quæ commissionem , & inhibitionem obtinuit , vel de obligationibus contractis à Carolo Peruitale illius Viro, qualis est obligatio, de qua agitur ad fauorem illorum de Filottis, & consequenter non esset clarum
6 An inhibitio afficeret nec ne , non erat in arbitrio Partium,vel Iudicis inferioris hoc declarare , & inhibi-

hibitionem non attendere, sed debebant ad Principem, seu Signaturam recurrere, & interim illa erat timenda, ac causauit attentata iuxa magistralem *decisionem Card. Seraph. 53. num. 1.* quæ postmodum comprobata fuit *coram Card. Caual. decis. 611. nu. 1. & coram bon. mem. Buratt. decis. 652. num. 2. cum seqq.*
7 Iudex enim inferior non potest, nec debet cognoscere de viribus inhibitionis Rotalis *Acchil: decis. 7. de attent. in manuscript. & 29. de appell. inter impress. Rota decis. 785. num. 2. par. 1. diuers. & in Vlixbonen. erectionis Monasterii 5. Decembris 1631. coram R. P. D. meo Ghisilerio in rec. 75. num. 2. par. 6.*

Quod autem Paulus, & alii de Peruitalibus non
8 sint hæredes Caroli debitoris nihil officit, cum istud veniat discutiẽdum in prosequutione negocij principalis, nec proindè licitum fuit hoc prætextu dictæ iuhibitioni contrauenire ex pluribus cumulatis, per *bon. mem. Buratt. d. dec. 652. num. 3. 4. & 5.*

Et ita vtraque &c.

LVCEORIEN. ATTENTATORVM.

Veneris 29. Iunii 1648.

ARGVMENTVM.

Inhibitio an causet attentata, quamuis in actis Notarij causæ non fuerit legitimo tempore reproducta, eruditissimè resoluitur. Iudex à quo an licitè possit suam sententiam executioni demandare, quando appellatio in curia raperitur commissa licet postmodum fuerit effecta deserta, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, siue iusta, siue iniusta semper causat attentata.*

2 *Amplia etiam si non fuerit actualiter Iudici præsentata, quia sufficit intimatam fuisse parti collitiganti.*

3 *Inhibitio causat attentata, quamuis non fuerit reproducta si Procurator Aduersarius protestatus fuerit nihil fieri nisi ipso citato in quolibet actu.*

4 *Litis pendentia regulariter non inducitur, nisi citatio, seu monitorium, infra annum, vel biennium reproducatur.*

5 *Attentata ob spretum litis pendentiæ non inducuntur nisi citatio, seu monitorium intra legitima tempora fuerit reproducta.*

6 *Attentata in spretum inhibitionis, vt commissa dicantur, non requiritur reproductio inhibitionis, sed solũ attẽditur personalis præsẽtatio illius*

7 *Attentata quamuis non essent reuocanda ad instãtiam partis ob nõ reproductionem monitoris veniunt tamen reuocanda officio Iudicis ob spretum eius iurisdictionis.*

8 *Appellatio efficitur deserta lapsis fatalibus, & causa ad primum Iudicem redit.*

9 *Iudex à quo licitè potest suam sententiã executioni demandare, quando causa fuit effecta deserta.*

10 *Intellige sequta prius desertionis declaratione per Iudicem ad quem.*

11 *Iudex appellationis ipse solus potest cognoscere de desertione causa, quando desertio non est clara, sed dubia.*

12 *Appellatio commissa in Curia aufert à Iudice, à quo omnem facultatem se amplius intromittendi in huiusmodi causam.*

13 *Causa effecta Curialis à Curia extrahi, & ad partes reuerti non potest absque rescripto Pontificis, quacumque desertione non obstante.*

14 *Appellatio in Curia cõmissa, licet fuisset effecta deserta, an tamen sententia sit exequenda, in Curia agnosci debet.*

DECISIO CCLXXVIII.

ORdinarius Luceorien. anno 1642. 27. Augusti per diffinitiuam sententiam pronunciauit bona de quibus agitur spectare ad Propositum Koden. eius *Summ. num. 1.* in qua cum appellassent infra legitima tempora fratres Sancti Augustini loci Eresten. & causam eorum appellationis committi curassent in Rota sub die 5. Decembris eiusdem anni expedita subinde solita citatione cum inhibitione eam personaliter præsentare fecerũt eidẽ Præposito die 16. Aprilis 1643. eorum *Summ. n. 6.* Verum quia anno præterito idem Ordinarius Luceorien. supponens elapsa fuisse fatalia ob non prosequutã vlterius appellationem declarauit causam esse desertam, suamque sententiam transitum fecisse in rem iudicatam, & deinde illam executioni demandauit, imponendo fratribus perpetuum silentium. Ideò proposito dubio resolutum fuit constare de attentatis, quæ veniunt reuocanda, cum hæc omnia gesta fuerunt in spretum inhibitionis Rotalis antea per-
1 sonaliter præsentatę, quæ siue iusta siue iniusta erat timenda iuxta inueteratam sententiam huius Sacri Tribunalis millies in diuersis, & pluribus causis quotidiè firmatum, & præcipuè aliis omissis in *Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 17. Februarii 1645. & in Bononien. attentatorum 18. Iunii 1646. coram me.* Idque etiam si non fuerit actuali-
2 ter Iudici præsentata, quia ad effectum attentatorũ sufficit intimatam fuisse parti collitiganti, vt declarauit *Rota coram san. mem. Gregor. dec. 360. num. 2. in recent. dec. 296. num. 7. & 8. par. 6. & dec. 311. num. 2. part. 8.*

Non obstat, quod in actis Notarii causæ tempore legitimo reproducta non fuerit.

Tum quia defectus reproductionis sanatus omni-
3 no fuit per comparitionem Procuratoris Præpositi, qui exhibito mandato Procuræ sub die 10. Iunij eiusdẽ anni 1643. protestatus fuit nihil fieri nisi ipso citato in quolibet actu, vt in processu *fol. 41. & 52 à terg. ex trad. ad propositum per Vestr. in prax. lib. 4. cap. 4. sub. num. 7. vers. Altera vtilitas est Modern. de citat. tom. 3. cap. 16. num. 63. in fin. vers. nisi tamen san. mem. Greg. dec. 27. num. 3.*

Tum etiam quia reproductio foret necessaria si
4 prætenderentur reuocata attẽtata ob spretum litis pendentiæ, quæ regulariter non inducitur nisi citatio, seu Monitorium reproduceretur infra annũ, vel biennium, cum tunc remaneat circumductum in quibus terminis loquuntur *Mandos. dec. 366. num. 14. Grat. discept. for. cap. 715. nu. 1. cum seqq. bo. me. Burat.*
5 *dec. 652. num. 2.* cum cæteris ab altera parte allegatis minusuè attentata operetur, vt dixit *Rota in rec. dec. 455. num. 5. part. 1.* Secus autem dum prout hic
6 dicta reuocatio petitur ob spretum inhibitionis, hoc enim casu non requiritur illius reproductio, sed attenditur tantummodo personalis præsentatio, vt perpetuò tenuit Rota, quando sic gesta reuocauit per viam attentatorum, & signanter in *d. decis. 311 num. 1. par. 8. rec. & in dd. Cæsaraugustana, & Bonon. sup. alleg.* vltra quod vbi etiam præfata non essent reuocanda ad instantiam partis ob non factam re-
7 productionem essent tamen reuocanda officio Iudicis ob spretum iurisdictionis Rotalis cuius maiestas læsa fuit per ea, quæ in similibus terminis dicta fuerunt in *Messanen. Decanatus 13. Februar. 1645. §. Minus facit in fin & in Colonien. optionis 3. Iulii eiusdem anni, §. fin. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Minus obstat, quod lapsis fatalibus appellatio fue-
8 rit deserta, & causa ad primum Iudicẽ redierit ex *not. in l. eos la prima, C. de appell.* Ideoque licitè ipse

potuerit sententiam executioni demandare *Lancell. de attentat. appell. pend. ampl. 1. nu. 34. cum plur. seqq. Card. Put. dec. 2. de appell.*

Conclusio enim non procedit simpliciter, sed se-
9 quuta prius desertionis declaratione per Iudicem, ad quem, vt explicat *Rebuff. ad const. Reg. tit. de euocat. art. 1. num. 67. Card. Seraph. dec. 555. num. 9. Card.*
10 *Canal. dec. 333. num. 3.* quæ præsertim requiritur, vbi prout hic desertio non erat clara, sed admodum dubia ob impedimenta, aliasque rationes deductas ab informantibus pro fratribus ex huiusmodi enim dubietate poterat de eadem desertione cognoscere
11 solus Iudex appellationis, vt declarauit *Rota in Beneuentana attentatorum 26. Iunij 1634. coram Eminentissimo Domino Cardinali Verospio in recen. d. dec. 296. num. 4. & 5. part. 7.*

Idque sine difficultate cum agatur de appellatio-
12 ne commissa in Curia, per quam aufertur à Iudice à quo omnis facultas se amplius intromittendi in huiusmodi negocio *Rot. dec. 10. nu. 2. & 3. vt lit. pen. in nou.* & causa efficitur curialis, itaut à Curia extra-
13 hi, & ad partes reuerti nequeat absq; rescripto Pontificis quacumque desertione non obstante *Vestr. in prax. lib. 3. cap. 9. num. 12. Marches. de comm. part. 3. tit. de comm. deuol. caus. ad Rom. Cur. cap. 1. §. 1. num. 17. & 18. fol. 364. Rot. dec. 17. de appell. in nou. Papaz. ad decis. 23. num. 5. de rescript. pariter in nou. & dictum fuit in Toletana fructuum 16. Maii 1586. coram recol. me. Card. Hieronymo Pamphilio penes eundem Marches. part. 2. fol. 80. num. 2.* Et consequenter articulus exe-
14 cutionis remanebat in Curia licet appellatio fuisset deserta, vt optimè respondit, *Rota in dicta Toletana fructuum, num. 6. & sequuta fuit eadem Rota in Beneuentana attentatorum 2. Decembris 1648. cor. R. P. D. Pentingerio.*

Quod idem agnouit ipsemet Præpositus dum, non obstante sententia ordinarij super desertione cum subsequuta exequutione impetrauit commissionem exequutorialem mihi directam, quæ tamen non fuisset necessaria, si causa fuisset reuersa ad eumdem ordinarium.

Et ità vtraque &c.

ROMANA, SEV IANVEN. LOCORVM MONTIVM.

Mercurii 1. Iulii 1648.

A R G V M E N T V M.

Loca Montium ab eo probantur possessa, in cuius fauorem sunt descripta, sicque illi in eis debetur manutentio, quæ non retardatur per exceptiones nullitatis, & falsitatis, cum istæ ad petitorium remittantur.

S V M M A R I V M.

1 *Possessionem probans tempore mota litis manuteneri debet.*
2 *Possessio locorum Montiũ probatur ex descriptione facta in libris Montium.*
Manutentio conceditur illi in cuius fauorem loca Montium reperiuntur descripta, num. 2.
3 *Exactio fructuum locorum Montium probat illorum possessionem.*
Manutentio conceditur etiam per exactionem ex vnico tantum actu probatam, num. 3.
4 *Statutum nõ habet locum in bonis sitis extra Territorium.*
5 *Statutum siuè loquatur in rem, siuè in personam nunquam comprehendit bona extra Territoriũ.*
6 *Possessio transfertur etiam ex contractu nullo*, & num. seq. vbi vide.
7 *Nullitas contractus proueniens non ex defectu consensus, sed solemnitatum non inficit possessionẽ.*
8 *Nullitatis exceptio reijcitur ad petitorium.*
9 *Ratificatio æquiparatur mandato, & illius tollit nullitates.*
10 *Ratificatio remouet nullitates mandati, vbi illud speciale requiritur.*

D E C I S I O CCLXXIX.

POstquam contendentibus DD. Barbara Spinula, & Marchione ab Auria coniugibus bis resolutum fuerat esse remouenda impedimenta à locis 50. Montis fidei, de quibus agitur D. Comes Io. Baptista communis filius exhibuit commissionè admissionis ad causam, ideò proposito dubio, an constaret de ipsius interesse sub die prima Iulij superioris anni 1647. fuit affirmatiuè resolutum. Vnde suscepta hodie disputatione inter matrem, & filium, cui esset dandum mandatum de manutenẽdo in possessione dd. locorum Montium, & exactionis fructuum ad fauorem eiusdem Barbaræ matris DD. responderũt quia probat suam possessionem de tempore motæ litis, quæ consequenter est manutenenda *vulg. §. retinendæ instit. de interd.*

Probat siquidem suam possessionem, tùm ex-
1 descriptione facta in libris montis per Secretarium retentis eius *Summ. num. 10.* quam proficuam esse ad effectum concedendi manutentionem illi ad cuius fauorem loca montium reperiuntur descripta pluries tenuit Rota, & præsertim in *Romana hæreditatis de Cinciis 15. Decembris 1626. coram bo. me. Pirouano post Modern. Pers. de manut. dec. 179. ante numer. 1. in Romana, seu Ianuen. locorum Montium 4. Iulii 1635. coram bo. me. Buccabella in recent. dec. 70. sub num. 1. vers. illa enim constat part. 7. in Romana, seu Albiganen. 14. Decembris 1646. coram me, §. quo verò.*

Tùm etiam ex partitis extractis ex libris Deposi-
2 tariorum continentibus exactiones fructuum eorũdem locorum Montium *d. Summ. num. 2.* quæ exactiones probant sine scrupulo possessionem exigentis licet ad effectum, de quo agitur vnica tantum sufficeret ad tradita per Rotam in his præcisis terminis *in d. Romana hæreditatis de Cinciis, numer. 1. in Romana locorum Montium 14. Maii 1629. coram bon. mem. Cardinali Virili post eundem de manut. dec. 725. num. 10. in d. Romana, seu Ianuen. locorum Montium nu. 3. & in d. Romana, seu Albiganen. Bonorum, §. tum ex partitis.*

Nec visæ fuerunt attendendæ nullitates opposi-
3 tæ contra cessionem dd. locorum Montium ad fauorem Barbaræ factam. Prima enim desumpta ex Statuto Ianuæ *lib. 4. cap. 20. §. masculi maiores, & §. vltimo disponente*, quod masculi maiores 25. annis existentes in Patris, vel Aui paterni potestate non possint se obligare contrahere, nec in Iudicio comparere nisi de consensu Patris, vel Aui, in cuius po-
4 testate fuerint quodque si in aliquo huiusmodi solemnitas defecerit consensus, & obligationes non valeant, sed sint ipso iure irritæ, & nullæ, ac præsumantur simulatæ etiam quod interuenerint iuramẽta, & aliæ solemnitates. Euitatur facili responsione. Quia omisso an dictum statutum habeat locum
5 in bonis extantibus extra Territorium Statuentium, prout sunt loca Montium de quibus agitur, cuius contrarium magistraliter resoluit *Rota in Narnien. successionis 22. Maii 1628. coram bon. mem. Merlino in recent. dec. 177. per tot. par. 5. vbi sub num. 13.* reijcitur, & refutatur distinctio *Bart. in l. cunctos populos, num. 33. C. de Summ. Trinit.* vlterius, an statutum loquatur in rem, siue in personam, quæ decisio comprobata fuit in *Romana supplementi legitimæ 18. May*

1640.

1640. coram me, §. *Sed etiam quatenus*. Attamen hoc prætextu non potest Barbaræ denegari manuten-
6 tio, cum possessio etiam ex contractu nullo transferatur, quando prout hic deuentum est ad actualem traditionem, & executionem facti per *text. in l. 1. §. si vir. uxori, ubi communiter DD. ff. de acquir. poss. Hond. cons. 20. num. 40. lib. 1. Giouag. cons. 14. sub n. 17. vers. ultra quod lib. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 331. sub. num. 4. vers. & tandem Tiraq. de iur. const. 6. part. 3. limit. 3. num. 11. Rot. diuers. decis. 612. numer. 2. par. 1. coram san. mem. Greg. dec. 194. num. 23. ibiq. Add. nu. 28. in recent. dec. 92. num. 5. par. 1. dec. 768. sub nu. 9. vers. præsertim sequnta part. 2. dec. 291. num. 4. part. 6. & dec. 60. num. 8. par. 7. & coram Card. Caual. decis. 473. num. 5. vers. nam etiam*. Quæ indubitanter procedunt in proposito, quo nullitas non prouenit ex de-
7 fectu consensus, sed, dumtaxat solemnitatum iuxta distinctionem, quampluries approbauit *Rot. & præcipuè coram Acchill. dec. 15. num. 4. & 5. de restit. spoliat. dec. 92. num. 1. cum seqq. part. 2. diuers. coram Card. Put. decis. 276. num. 5. lib. 3. in correctis coram Card. Seraph dec. 638. num. 3. in rec. d. dec. 768. num. 9. vers. Imò nec etiam part. 2. & coram Card. Caual. dec. 503. nu. 3.* Diseussio vero præfatæ nullitatis reijci debet ad pe-
8 titorium, vt in similibus terminis responsum fuit in *Romana fideicommissi de Epis. 15. Aprilis 1631. coram Eminentiss. Cardinali Verospio iuniore in recen. dec. 35. num. 15. part. 6. aliisque relatis in Papien. pensionis 11. Maii præteriti coram me.*

Secunda verò deducta ex defectu mandati procuræ in personam illius, qui dictam cessionem perfecit, tollitur ex facto, cum ex lectura eiusdem mandati transmissi in Calce responsionis pro Barbara, appareat Procuratorem plenam habuisse facultatē illa cedendi; Et cessat omnis difficultas ex subsequuta ratificatione ipsiusmet Ioannis Baptistæ, qui die 30. Decembris 1645. habita notitia de dicta cessione, & de ea ad plenum certioratus per instrumētum publicum illam, omniaque in ea contenta de verbo ad verbum ratificauit, approbauit, & emulgauit promisitque semper, & perpetuò habere ratam, & firmam, contraque nō facere, nec venire, &c.
9 *Summ. Barbara nu. 3.* Ratificatio enim tollit quemcumque defectum mandati ipsique mandato æquiparatur *cap. ratihabitionem vbi DD. de reg. iur. in 6. glos. l. si quis mihi bona §. iussum, de acquir. poss. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 64. san. mem Greg. dec. 295. num. 4. & dec. 525. pariter num. 4. vbi nu. seq.* firmat hoc procedere etiam vbi speciale mandatum requiritur per *text. in l. quod si de speciali, ff. de minor. Rot. in rec. dec. 194. num. 8. part. 6. & decis. 78. num. 12. part. 7.* Ac operatur, vt consensus ex interuallo præstitus perinde, ac si ab initio interuenisset *cap. cura, & ibi gloss. in verb. consensum de iurepatr. l. fin. C. ad Maced. l. licet, §. de iudic. & dixit Rota in Cremonen. Præpositure 15. Decembris 1631. coram Motmanno, quæ est dec. 82. num. 6. & 7. part. 6. rec.*

Nec fuit habita in consideratione falsitas apposi-
10 ta contra præfatum instrumentū ratificationis. Quia cum agatur in Summarijssimo manutentionis, nec ab altera parte ostendatur euidēs probatio præte[illegible] sę falsitatis, illius exceptio non est ap[illegible] manutentionem Barbarę possidenti[illegible] *Giouagn. dict. cons. 14. numer. 13. lib* [illegible] *remed. vltim. num. 43. Roder. de* [illegible] *quest. 17. num. 37. vers. vlti*[illegible] fert, & sequitur *Modern.* [illegible] *mer. 3. & 4.*

Alia verò longa seri[illegible] & [illegible] D. Marchione eius P[illegible] præsentis inspectionis ideo illa noluerunt attendere.

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA, SEV ALBINGANEN. BONORVM

Mercur. 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Tutor, qui non procurat, vt pupillus debita cum reuerentia mandatis Rotalibus obediat, ipse, non autem pupillus declaratur excōmunicatus seruatis tamen ad hanc materiam seruari solitis, & hęc excommunicatio eo magis conceditur, vbi constat de recursu ad Iudices Laicos.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur vbi post comminationem censurarum, illarum intimatione, reproductione ac seruatis terminis non docetur de paritione.*
Declaratoria quare concedatur, num. 1.
2 *Declaratoria datur contra Tutores.*
Tutor curare debet, vt pupillus sine fraude obediat præcepto Iudicis, nu. 2.
Pupillo nō obediente pręcepto Iudicis Tutor delinquere dicitur, num. 2.
3 *Per edictum, vt possit procedi constare debet de nō tuto accessu.*
4 *Accessus minus tutus probatur ex Testibus etiam singularibus.*
5 *Intimatio declaratoriæ vbi de nō tuto cōstat accessu non personalis, sed per affixionem fieri potest.*
6 *Paritio quę requiratur in mādato de manutenēdo*
7 *Recursus ad Iudices Laicos paritionē excludit, & detestabilem contumaciam ostendit, & num. seq.*
8 *Pertinacia probatur per recursus ad Iudices Laicos*
9 *Protestatio etiam sola de recurrendo ad Iudices Laicos sufficit pro obtinenda declaratoria.*

DECISIO CCLXXX.

Contra Mariam Hieronymam Iustinianam Stephanum Balbum, Lepidum Inuream, & Ioannem Baptistam Iustinianum assertos Tutores Marię Septimiæ Pasquæ censuerunt Domini dandam esse declaratoriam, cum constet de relaxatione mandati Rotalis de manutenendo relaxati præuia decisione
1 sub die 14. Decembris 1646. coram me continentis comminationem censurarum de illius intimatione, ac reproductione in actis Notarij causæ cum præfixione termini ad parendum, & demum de seruatione quatuor terminorum ad docendum se paruisse *Summario informantis num. 1. 3. & 7.* quibus omnibus concurrentibus, dum non constat de paritione, quinimò de apertissima, & inexcusabili contumacia deueniri solet ad relaxationem declaratoriæ, vt pro priæ contumaciæ culpam attentiùs agnoscentes humili paritione emendari festinet per *text. in cap. 1. in fin. vt lit. pend. non contest. Rota in Ampurien. seu Ciuitaten. conuocationis ad Synodum 13. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Meltio in Leodien. Decimarum 23. Ianuarii eiusdem anni, & in Cæsaraugustana distributionum 25. Maii 1646. coram me in Toletana* [illegible]*onicatus 18. Iunii eiusdem anni, coram R. P. D. meo* [illegible] *Toletana Matrimonii 1. Iulij 1647.* [illegible] *Corrado.* Idque etiamsi præfati [illegible], & alij contumaces sint [illegible] *sos* declaratoria conce[illegible] litem substineant, & bo[illegible] curare debet, vt pupil[illegible] præcepto Iudicis, aliàs [illegible] quitur censetur per ca[illegible] declaratoriam relaxand[illegible] *bonorum 18. Februar. 16*[illegible] *Sacra Rota tunc* [illegible]

Decano apud Modern. Perus. de manut. decis. 272. per tot. & præsertim num. 7.

Nec obstat, quod dictum mandatum de manutenendo non fuerit personaliter intimatum, sed dumtaxat per edictum.

Quia cum in commissione huius causæ adsit expressa facultas procedendi per edictum, constito de
3 non tuto accessu *d. Summ. num. 5.* quæ ex dispositione Sacrorum Canonum necessariò requiritur, vt habetur in *extrauag. vnic. ibi id nobis specialiter, & ex certa scientia iubentibus, vbi etiam gloss. verb. in albo Prætoris de dol. & contum. & in clem. 1. ibi, ipso Papa specialiter, & ex certa scientia hoc mandante vbi pariter gloss. in verb. ex certa scientia, ac DD. de Iudic. Rota in Ianuen. Separationis Thori* 8. *Martij* 1627. *§. quantum attinet, &* 16. *Ianuarij* 1632. *coram recol. mem. Coccino in recent. decis.* 104. *num. 2. vers. attamen de iure Canonico par. 6. & in Mechlinien. nullitatis matrimonii* 16. *Aprilis* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado, §. nam ex ipsa.* Non tutus verò accessus probatur ex
4 Testibus coram me examinatis eodem *Summ. vt. 2.* quorum depositiones exuberant cum ad istum effectum sufficiant etiam Testes singulares ex deductis ad propositum *in dicta Ianuen. Separationis Thori* 8. *Martii* 1627. *§. Et satis probatur, ac in dicta Mechlinen. nullitatis Matrimonii §. iusta verò causa.* Non fuit necessaria prædicti mandati personalis intimatio, sed exequi, & notificari potuit præuia affixione
5 ad loca solita prout factum fuit *Summario num. 6.* ac per edictum procedi, vt fuit seruatum *in dicta Ianuen. Separationis Thori*, & probatur *per Add. ad bo. mem. Buratt. dec. 943. num. 7. cum seqq. ac in d. Mechlinien. nullitatis matrimonii.*

Minusque obstat, quod mandatum de manutenẽdo nil certi contineat, in quo sit parendum, & proinde sola patientia sufficiat.

Fuit enim responsum hoc procedere posse quando vna cum patientia concurreret etiam oblatio verbalis de parendo, ac actualiter obediendo, vt distinguendo inter rem corporalem, prout in casu nostro, & incorporalem declarauit *Rot. decis. 649. n. 2. par. 4. recent. & in supradicta Mediolanen. bonorum num. 3.* Hic autem tantum abest, quod constet de huiusmodi patientia vna cum præfata verbali oblatione, quinimò apertissimè docetur de contrario, cum Ioannes Baptista tradito sibi mediante quodã Clerico mandato Rotali illud in terram proiecit, *Summ. nu. 3.* & deinde ipse vna cum alijs Contutoribus præuio Procuratore adiuit Senatum Genuæ, & ab eo nouam suæ occupationis bonorum, de quibus agitur confirmationem extorsit eodem *Summ. nu. 4.* Ex hac igitur proiectione, & recursu ad Iudices Laicos resultat manifesta, & inexcusabilis contra-
7 dictio, quæ quamlibet paritionem excludit, & detestabilem contumaciam ostendit *ad text. in l. contumaciam vers. contumaces non videtur ff. de re iud.* quem in terminis optimè expendit *Rota in dicta Mediolanen. bonorum num. 4.*

Et hinc etiam eo facilius in hanc sententiam iue-
8 runt Domini, quia ob dictum recursum euidentior conuincitur illorum pertinaciæ probatio, vt dixit *Rota coram bon. mem. Burato decis. 825. num. 5. vers. tum. quia habitus fuit in rec. dec. 680. sub. num. 2. vers. imò non solum par.* 1. & in alijs relatis in supra alle-
9 gata *Toletana Matrimonii §. fin.* proindeque libentius declaratoria venit concedenda, licet ad hunc effectum sola etiam protestatio de ibidem recurrendo sufficiat, vt resolutum fuit *in Vitxbonen. beneficii* 10. *Aprilis* 1617. *coram bon. mem. Vbaldo, & in dicta Leodien. Decimarum* 23. *Ianuarii* 1645. *coram me §. vltimo.*

Et ita resolutum fuit vnica tantum, altera verò parte sæpius citata, & intimata &c.

FARFEN. BONORVM.

Veneris 27. *Nouembris* 1648.

ARGVMENTVM.

Transportationis defectus inductus vigore *Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reformat.* non procedit in causis prophanis, in quibus ea solum acta transportare necessarium est, quæ tendunt ad iustitiam, vel iniustitiam causæ. Bona emphiteotica, quando ob delictum inuestiti possint confiscari, & ad dominum directum reuerti in præiudicium comprehensorum in inuestitura, & ex propria persona venientium, & quando in concessione inuestituræ, etiam Fiscus censeatur comprehensus?

SVMMARIVM.

1 *Notario quoad acta fides adhibetur.*
2 *Processus dicitur nullus actis non transportatis etiamsi causa ad alium Iudicem deuenerit per viam auocationis.*
3 *In causis prophanis non habet locũ dispositio Sacr.* Concilij Trid. sess. 24. cap. 20. de Reformat.
4 *Transportatio actorum intelligitur de actis releuantibus, quæ conferunt ad detegendam Iustitiam, vel ininstitiam sententiæ.*
5 *Transportationis defectus non impedit exercitiũ iurisdictionis Iudicis ad quem, nec operatur sententiæ nullitatem, sed tantummodo suspendit illius executionem, donec discutiatur an acta non transportata sint releuantia, nec ne?*
6 *Emphiteusis ex pacto, & prouidentia, ob delictum emphiteuta non potest confiscari, nec ad dominũ directum deuolui in præiudicium comprehensorum in inuestitura, & ex propria persona venientium.*
7 *Declara dummodo delictum non sit circa ipsum contractum emphiteoticum, scilicet in non soluendo canonem, vel in alienando bona ipso irrequisito, vel ex alia simili causa.*
8 *Emphiteusis Ecclesiastica, concessa pro se Filijs, & Nepotibus masculis absque mentione hæredum, dicitur ex pacto, & prouidentia nec ad extraneos transit.*
9 *Declara hoc non procedere vbi ex generali consuetudine bona emphiteotica, etiam ex pacto, & prouidentia redacta sunt ad instar allodialium.*
10 *Bona emphiteotica, etiam ex pacto, & prouidẽtia, vbi ex generali consuetudine sunt redacta ad instar allodialium transeunt ad quoscumque hæredes etiam extraneos.*
11 *Amplia vt etiam in isto casu veniant in confiscatione, & licitè transeant in fiscum iuxta veriorem, & communiorem sententiam.*
12 *Emphiteusis à priuato concessa, & ad extraneos transitoria, transit etiam in fiscum.*
13 *Emphiteusis concessa ab Ecclesia, etiamsi ad extraneos sit transitoria, numquam tamen transit in fiscum.*
14 *Limita hoc non procedere, quando bursa fiscalis est eadem cum bursa, seu mensa Ecclesiæ domina directa.*
15 *Emphiteusis pactionata cum simplici licentia alienandi, non suffragatur fisco, succedere volenti ex delicto emphiteutæ, cum simili licentia intelligatur de alienatione, quæ fiat expressè.*
16 *Alienandi licentia in contractibus attributa, intelligitur de alienatione, quæ fiat expressè.*
17 *Fiscus vbi non agitur de emphiteusi pactionata cũ sola licentia alienandi, sed de emphiteusi redacta*

adinstar bonorum allodialium, & transitoria ad extraneos, non est opus vt in ea possit succedere quod in eum inuestitus disponat, sed sufficit, quod delinquat.

18 *In emphiteusi in qua comprehēduntur hæredes etiā extranei fiscus quoque comprehenditur.*

19 *Fiscus in emphiteusi venit loco, & nomine hæredis extranei.*

20 *Fiscus potest succedere in emphiteusi redacta adinstar bonorum allodialiū, & transitoria ad extraneos, non vt vocatus ab emphiteuta delinquente, sed tamquam ab initio inter extraneos in inuestitura comprahensus.*

21 *Bona emphiteotica Ecclesiæ, quādo sunt transitoria ad hæredes etiam extraneos, transeunt in fiscum, dum fiscus est idem cum Ecclesia concedente.*

22 *Emphiteuta dum supplicauit domino directo pro noua inuestitura, non potest amplius impugnare cōfiscationem bonorum cum ex illa supplicatione dicatur agnouisse delictum, & approbasse iustitiā confiscationis.*

23 *Mandatum procuræ præsumitur ex productione iurium, & ex impensis necessariis à Procuratore factis.*

24 *Mandatum procuræ præsumitur, quando principalis acceptauit, totum id, quod à Procuratore fuit impetratum.*

25 *Mandati exceptionem non opponere potest principalis, qui acceptauit totum id quod à Procuratore fuit impetratum cum dicatur omnia ab eo gesta ratificasse.*

26 *Ratificatio tollit quemcumque defectum mandati, ipsique mandato æquiparatur etiamsi speciale requireretur.*

27 *Emphiteuta censetur renunciasse cuilibet iuri sibi competenti ex antiqua inuestitura, dum pro noua cōcessione supplicauit ex gratia, eamque obtinuit soluendo aliquam summam.*

28 *Emphiteuta dum passus fuit alios inuestiri, & per spacium longi temporis non reclamauit, censetur consensisse illorum inuestitura.*

29 *Emphiteuta vt præsumatur consensisse inuestitura alias facta, sufficit eius consensus etiam tacitus.*

30 *Emphiteuta sciens alium fuisse inuestitum, dum per spacium longissimi temporis non reclamauit remanet exclusus ab omni iure, quod ei competebat ex primordiali inuestitura.*

31 *Inuestitura nō suffragatur emphiteutæ, dum est posterior concessioni prius alteri factæ.*

DECISIO CCLXXXI.

SEntentiam Rotalem denegantem Iulio Ranaldo immissionem, & declarantem eidem non suffragari inuestituras bonorum, de quibus agitur, dixerunt Domini esse confirmandam licet eiusdem sententiæ validitatem, & iustitiam idem Iulius hodiè acriter impugnaret.

Quo enim ad validitatem nihil refert, quod ab initio hæc causa fuit cæpta coram A.C. ibique facta
1 quamplura acta, vt constat ex attestatione Notarij, cui in hoc solet fides adhiberi ex allegatis in *Assisien. bonorum 9. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio.* Itaut proindè nulliter processum fuerit
2 illis non transportatis etiamsi ad Rotam causa postmodum deuenerit per viam auocationis iuxta *decis. Guidop. 440. nu. 2.* quam sequuta fuit *Rota in Placentina Decimarum 18. Nouembris 1638. coram bo. me. Pirouano, & in Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij 1647. §. atque hinc tollitur coram R. P. D. meo Bichio.*
3 Quia in prophanis, vt in casu, de quo agitur, in quibus non habet locum dispositio Sacri Concil. Trident. *sess. 24. cap. 20. de reform.* Transportatio,
4 quam iubet Imperator in *l. 2. C. de eden.* intelligitur de actis releuantibus, quæ conferant ad iustitiam, vel iniustitiam detegendam, vt distinguendo respondit *Rota in Leodien. Dominii de Steuordia coram bon. men. Coccino apud Fenzon. ad stat. Vrb. decis. 165. §. his positis, & §. est tamen.* idemque firmatur in *Ariminen. fideicommissi 28. Iunii 1641. coram me §. nullam autem, vers. erant omninò, & in dicta Assisien. bonorum §. non obstat.* Ideoque non constito an acta non transportata sint releuantia, nec ne, omissio transportationis non impedit exercitium iurisdictionis Iudicis, ad quem, nec operatur sententiæ nullitatem, sed tantummodo suspendit illius executionem, donec discutiantur, vt explicauit *Rota in Panormitana Archidiaconatus 26. Februarii 1590. coram bon. mem. Penia inter eius impress. dec. 72. num. 1. 2. 3. & 4. in d. Leodien. Dominii de Steuordia d. §. his positis vers. tamen si procedatur, & §. sequenti vers. In causa verò prophana*, ac postremò in *Romana Societatis Affictus 27. Martii 1647. coram R. P. D. meo Arguellio §. hanc tamen vers. vndè.*

Quo verò ad iustitiam nō obstat, quod Inuestitura concessa anno 1592. Tholomæo, & Delio fratribus sit ex pacto, & prouidentia, quodque proindè
6 in præiudicium Iulij filij eiusdem Tholomæi ex propria persona vocati bona ibidem compræhensa confiscari non potuerit, nec ad Dominum directum deuolui ob delictum progenitoris, dum commis-
7 sum non fuit circa ipsum contractum emphiteoticū, scilicet non soluendo canonem, vel bona alienando ipso irrequisito, aut ex alia simili causa, vt distinguit *Bart. in l. eum, qui num. 3. vers. per hoc dico ff. de interd. & relegat.* quem sequitur *Surd. cons. 76. num. 8.* alijq; allegati in *decis. huius causæ edita 9. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Royas, §. primo in fin.*

Placuit enim responsio, quod licet agatur de em-
8 phiteusi Ecclesiastica quæ ex sui tenore videtur ex pacto, & prouidentia, tanquam concessa pro se filijs, & nepotibus masculis, absque mentione hæredum, vt tradit *Bart. in l. iuris iurandi, §. si liberi nu. 4. ff. de oper. libert. Paris. cons. 23. num. 30. post. med. lib. 1. Pereg. cons. 28. num. 11. lib. 1. Menoch. cons. 1153. nu. 3. & 4. Surd. d. cons. 76. num. 3. cum seqq. Rosental. de feud. cap. 11. conclus. 7. num. 5.* Ex generali tamen consuetudine Abbatiæ Farsen. omnia bona in huiusmodi inuestituris compræhensa, & emphiteotica ex pacto, & prouidentia redacta sunt adinstar bonorum allodialium, vt punctualiter firmatum fuit *in Farsen. bonorum 17. Aprilis 1606. coram bon. mem. Pænia, & in alia Farsen. bonorum coram bo. me. Burat. dec. 87. num. 7. 8. & 8.* & admissum fuit *in Farsen. prætensi Saluiani 14. Iulii 1617. coram recol. me. Coccino in rec. dec. 86. num. 9. cum seqq. part. 5.* Indeque
10 tamquam transitoria ad quoscumque hæredes e-
11 tiam extraneos veniunt in confiscatione, ac licitè transeunt in Fiscum iuxta magis Com. & receptam opinionem, quam pro veriori tenuerunt. *Socc. sen. cons. 266. num. 32. vers. quarto hoc idem cum seqq. lib. 2. Curt. iun. cons 4. num. 20. & 21. ac signanter versic. sequitur ergo lib. 1. Alciat. respons. 34. nu. 5. vers. nam & videmus lib. 1. Plot. inter cons. crim. Zibet. lib. primo cons. 130. num. 72. vers. si & emphiteusis Boss. in prax. tit. de Honor. public. num. 16. vers. hoc modo distinguitur & meliùs, num. 60. vbi in vers. tamen iure verior.* testatur sic fuisse iudicatum Mediolani *Gig. de crim. læs. Maiest. par. 3. tit. de pæn. quæst. 6. num. 4. & 5. inter tract. magn. tom. 11. part. 1 fol. mihi 68. à terg. Sanch. in præcept. decalog. par. 1. lib. 2. cap. 19. num. 29. Card. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 30. num. 7. Facchin. contr. iur.*

lib. 9.

lib.9.cap.53.per tot. & signanter vers. quod autem Castropal.oper.moral. par.1 tract.4. disput. 5. punct. 8. Caball. resolut. crim.cas. 182. num. 7. & 8. Farin. in prax. tom.1.tit.de delict.& pæn. quæst. 25. num. 56. vers. Sed quod imò Modern. Fulgin. de iur. emphit. tit. de success. in bon.emph. p.4. num.13.& 14.

Nec applicantur deducta per *Clar.in §. emphyteu-*
12 *sis quæst.29.* distinguentem inter emphyteusim con-
cessam à Priuato, & concessam ab Ecclesia, vt scili-
13 cet prima transeat in Fiscum, secunda vero non
transeat, etiamsi ad extraneos sit transitoria. Præter
quod enim eius dictum reprobatur expresse à plu-
ribus, & præsertim à *Facchin. d. quæst. 53. vers. quod
autem, & à Farin. d. quæst. 25. num.56.* Ratio per ip-
sum deducta tota sistit in præiudicio Ecclesiæ, cuius
conditio efficeretur deterior ex transitu bonorum
in Fiscum, qui longè potentior est, quàm priuatus
non solum ex difficultate in conueniendo; sed ex
pluribus alijs priuilegijs, quæ habet, vt ponderat
loco alleg. versic. Breuiter si emphyteusis verb. certum
14 *est enim*, quæ ratio siue bona siue mala cessat, vbi,
prout hic Bursa Fiscalis eadem est cum Bursa, seu
mensa Ecclesiæ Dominæ directæ. Hoc enim casu
non deest iurisdictio in Iudice confiscante, vt potè
Ecclesiastico, nec timeri potest præiudicium, aut
damnum Ecclesiæ ob acquisitionem durioris em-
phiteutæ; Vnde in his terminis inficiari non potest,
quin bona alioquin transitoria ad extraneos ex con-
fiscatione transeant in Fiscum ex iuribus supra alle-
gatis, & in puncto ita distinguendo firmat *Aym.
cons.128.sub num.6. vers.circa secundum.*

Prout minus aduersantur deducta per *Corbul. de
cons. priuat. ob mort. Ciuil. sub num. 38. vers. veruntamen
supradictis non obstantibus cum seqq.* Quia lo-
15 quitur de emphiteusi pactionata, in qua tributa est
tantummodo inuestito facultas, & licentia alienan-
di, & defendit licentiam huiusmodi non suffragari
16 Fisco, ex quo in contractibus similis licentia alie-
nandi intelligitur de alienatione quæ fiat expresse
per ea, quæ monuit *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres
par.8. de verb.oblig. & Alex.cons. 199. num. 10. vol.2.*
17 Nos autem non sumus in emphiteusi pactionata
cum sola licentia alienandi, sed in emphiteusi ex
consuetudine redacta ad instar bonorum allodialiũ
& sic transitoria ad extraneos, in qua non est opus,
quod inuestitus disponat, vt Fiscus succedere pos-
18 sit, sed sufficit, quod delinquat; Tunc enim Fiscus
succedit, non quia delinquens dicatur in eum alie-
nasse, sed ex eo, quod in dicta emphiteusi compræ-
19 henduntur etiam extranei hæredes, & sic etiam
Fiscus, qui venit loco hæredis extranei, vt optimè
materiam explicat, & declarat idem *Corbul. loc. alleg.
à num.50. vers. ad ea autem, quæ in contrarium cum
seqq. signanter num.60. vers. non obstat, cons. Soccin.* qui
licet superiùs tenuerit contra Fiscum, quando ha-
beos facultatem alienandi expresse non alienat
Contrarium dicit procedere quando emphiteusis
concessa foret pro se hæredibus, & quibus dederit
20 quasi tunc Fiscus venire possit non vt à delinquen-
te vocatus, sed vt ab initio compræhensus, in inue-
stitura indeque doctrina Corb. non aduersatur su-
21 perius deductis, sed intrat conclusio supra firmata,
quod in Fiscum transeunt bona emphiteutæ, quæ
sunt transitoria ad hæredes etiam extraneos, & Fi-
scus est idem cum Ecclesia concedente, vt pariter
voluit *Aym. cons. 128 num.6. vers. Sed hic aduerte, &
vers. Sed istud intelligitur.*

Subsistentia autem, & iustitia confiscationis vlte-
riori probatione non eget, cum Iulius illi acquieuis-
se, omniaque desuper gesta ratificasse videatur. Tum
petendo anno 1593. sibi satisfieri de quibusdam eius
Creditis, & contra Fiscum, seu D. Abbatem Farsen.
Dominum directum obtinendo separationem bo-
norum Dotalium ipsius Auiæ, & Matris respectiue
è bonis confiscatis. Tum etiam porrigendo pre-
ces, & supplicationem anno 1602. eidem D. Abba-
ti, vt ob amorem Dei bona, ex quibus agitur ipsi re-
locaret nouamque concederet inuestituram, ibi:
*Giulio, Marco, & Liuia Rinaldi, &c. gli espongono
qualmente gli anni passati gli furono confiscati tutti i
loro beni &c. per delitti, che si pretendeuano commessi
dal Padre, & vn loro Zio, per tanto supplicano per
l'amor di Dio, voglia esser contenta ordinare al suo
Commissario delle locationi, che voglia fargli noua inuestitura,
e pagato il solito emolumento voglia relocargli
tutti li beni di lor Padre, e lor Zio &c.*
22 Hinc igitur necessariò resultat agnitio delicti, ac
approbationis, & confiscationis præfatæ pro vali-
da, & iusta, itaut amplius impugnari non valeat, vt
latè responsum fuit in *decis. huius causæ edita coram
R.P.D.meo Royas 19. Iunij 1647. §. Immo præfatam
cum seq.* & nouissimè firmatum in *Curien. Fendi
27. Aprilis præteriti coram R.P.D.meo Bichio, §.cumque
in præsenti.*

Nec releuat, quod petitio dictarum dotium, &
bonorum separationis facta fuerit à Procuratore
absque speciali mandato, quodque supplicatio pro
noua Inuestitura ex gratia, & propter Amorem Dei
non inducat renunciationem Iuris sui.
23 Mandatum enim Procuræ dixerunt Domini suf-
ficienter præsumi non solum ex productione Iurium
& impensis necessarijs factis ab ipso Procuratore, vt
dictum fuit in *Ciuitaten. Archipræsbyteratus 24. Martij
1645 §. primus autem in fin. in Bononien. Rescissionis
contractus 28. Iunij eiusdem anni §. non satisfacit, &
in Romana subhastationis de Alexijs 17. Februarij 1647
§. de possessione autem coram me*, sed etiam ex conse-
24 quutione eorumdem creditorum, & bonorum se-
parationis, quæ omnia Iulius, cum suis fratribus
25 obtinuit, & acceptauit, exindè enim desumitur ra-
tificatio omnium gestorum à Procuratore, vt dixit
*Rota coram bon.mem. Buratt. dec. 54. num. 16. coram
Card. Caual. dec. 61. num.6. & in alijs relatis in Cæsenaten.
Fructuum 28. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Royas
§. nihil obstat.* Quæ tollit quemcumque defectum
26 mandati, ipsique mandato æquiparatur, etiamsi spe-
ciale requireretur *cap. ratihabitionem vbi DD. de reg.
iur. in 6. san.mem. Greg. dec. 295. num. 4. & seqq.* & nu-
perrime dictum fuit in *Romana, seu Ianuen. locorum
montium, prima Iulij præteriti coram me §. secunda;*
27 ex supplicatione verò concludenter elicitur confi-
scationis acceptatio, suorumq; iurium renunciatio
cum Abbas Farsen. non teneretur ex iustitia illum
reinuestire, sed ei nouam inuestituram ex gratia
concessit solutis scutis centum, quæ sanè ipse non
soluisset, si aliquod ius ex antiqua inuestitura sibi
ad hoc competere agnouisset ad *text. in l. de indebit ff.
de probat.*
29 Cum enim passus fuerit inuestiri illos de felicibus
& per quinquaginta annos nunquam reclamauit,
vtique consensisse videtur illorum inuestituræ, ad
29 quem effectum sufficit consensus etiam tacitus, vt
notat *gloss. in §. præterea, verb. regressum, tit. quib. mod.
feu amitt. il primo qui insciente inducitur per Annale
silentium Bald. in §. porro numer. 1. ante fin. vers. nota
quod annale qual. feud. alien. poss. Balzaran. in d. §. præterea
num. 5. vers. intellige,* & tamen in casu nostro
adest silentium longissimi temporis, adeout proin-
dè ab omni iure forsan sibi cõpetere ex illa primor-
30 diali inuestitura remanserit exclusus ad litteram

deci-

decidit *Text. in d. §. Præterea ibique Isern. nu. 2. Alnerot. num. 1. & seq. Bald. in princ. & num. 1. in fin. Balzeran. d. num. 5. tit. quib. mod. feud. amitt. il 1. alijsque adducti in d. dec. coram R. P. D. meo Royas §. sed quod monuit Dominos*.

Cæterum respectu Inuestituræ concessæ ipsimet Iulio anno 1602. Domini transierunt eum ijsdem fundamentis præcedentium decisionum emissarum, 10. *Decembr*, 1646. 18. *Febr.* & 19. *Iunij* 1647. *coram eod. R. P. D. meo Royas*, quod scilicet ipsi suffragari
31 non valeat tanquam longè posterior concessione facta dictis de Fælicibus.

Et ita vtraque &c.

ALEXANDRINA CANONICATVS.

Merc. 9. Decembr. 1648.

ARGVMENTVM.

Possessio Beneficij ad effectum concedendi manutentionem, ex quibus sufficienter probata remaneat, clarè demonstratur. Clausulæ *Dummodo tempore præsentium non sit alteri ius quæsitum, & Amoto exindè quolibet illicito detentore*, in litteris Apostolicis appositæ, quid operentur, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Amotio præsupponit possessionem Amoti; sicut priuatio habitum.*

2 *Immissionem petens fatetur non se, sed alterum possidere.*

3 *Manutentio vigore confessata possessionis danda est illi contra quem fuit petita immissio, dummodo non habuerit se pro spoliato.*

4 *Possessio bene probata remanet ex confessione aduersarij in monitorio facta, ad effectum concedendi manutentionem possessori ibidem enunciatio.*

5 *Possessio attentata non est manutenibilis.*

6 *Attentata dicitur possessio capta in spretum inhibitionis concessæ vigore iactationum.*

7 *Item si fuerit capta pendente tempore ad appellandum.*

8 *Clausula* Dummodo, &c. *in literis Apostolicis apposita efficit executorem mixtum, & ab eius sententia datur appellatio suspensiua.*

9 *Clausula* Amoto, &c. *existente possessore, & legitimo contradictore, efficit executorem mixtum.*

10 *Executor gratia certo modo impetrata dicitur mixtus, in ea exolitor causæ cognitio requiritur parte citata.*

11 *Publicationis resignationis defectus, non admittitur in summarijssimo possessorio, sed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CCLXXXII.

IOannes Circundus prouisus de Canonicatu sub titulo SS. Caroli, & Augustini in Ecclesia Cathedrali Alexandrina, habita notitia, quod Petrus Martyr Rogna eumdem Canonicatum à SS. D. N. impetrauerat, seù potius expiscauerat, sub prætextu, quod ipse resignationem factam ab Antecessore non publicasset in termino præfixo per constitutionem Gregorianam obtinuit commissionem Iactationis, & iactationum mihi directam, cuius vigore expedita solita citatione cum inhibitione illam personaliter præsentari curauit ipsi Petro principali, ac dom. dim. cop. intimari Reuerendiss. D. Episcopo Alexandrino, & eius Vicario. Verùm quia ea non attenta d. Petrus Immissus fuit in actualem possessionem dicti Canonicatus, ideò Circundus petijt coram me mandatum de manutenendo quod Domini proposito dubio illi concedendum esse existimarunt.

Etenim probat suam anteriorem possessionem ex præcepto, seù monitorio sibi facto per eumdem D. Episcopum Alexandrinum, & ad instantiam eiusdem Petri Martyris Rognæ de dimittendo præfatum Canonicatum eiusque possessionem, in quo leguntur hæc verba, ibi, *Dilecto nobis &c. Ioanni Circundo in Ecclesia Cathedrali pro Canonico se gerenti &c. noueritis coram nobis comparuisse &c. Petrum Martyrem Rognam &c. Apostolicum prouisum de Canonicatu &c. nobisque præsentasse literas Apostolicas huiusmodi prouisionis, &c. tenoris sequentis, &c. quo circa instetit, & instat à nobis quod Apostolica auctoritate præfata sibi, &c. insinuemus &c. & sub inde tibi præcipiamus sub pæna &c. quod dictum Canonicatum &c. dimittere, & de facto dimisisse debeas, & eiusdem possessionem relinquere, & reliquisse &c. Nos igitur visis &c. te supra salutatum M. R. D. Ioannem Circundum id d. Cathedrali pro Canonico te gerentem &c. monemus &c., & te de dicta possessione amouemus, & declaramus amotum &c., & in ea postmodum sic vacante de inducendo dictum M. R. D. Petrum &c.*
1 Amotio, enim in necessarium antecedens præsupponit possessionem Amoti, non secus ac priuatio habitum per ea, quæ ad propositum dixit *Rota coram bo. me. Buratt. dec. 160. num. 5. & decis. 491. nu. 2. vbi Add. lit. B. in Beneuentana Canonicatus 14. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bichio §. tùm per sententiam, & prius in Gerunden. Beneficij 1644. §. accedente præsertim, ac postremò in Meleuitana Præeminentiæ Prioralis 19. Iunij præteriti §. constat enim cor. me.* Et pe-
2 tens immitti fatetur non se, sed alterum possidere *s. m. Greg. dec. 200. num. 3. bo. me. Buratt. d. decis. 160. num. 4. dec. 306. num. 1. & dec. 391. num. 1. & 2. Rota in rec. dec. 661. num. 2. par. 1. & in d. Gerunden. Beneficij in princ.* Ita vt rationem huius confessatæ possessionis non sibi, sed alteri, contra quem immissionem petijt, debeatur manutentio; dummodò, prout hic
3 non habuerit se pro spoliato, vt post *Menoch. de recuper. poss. remed. 1. nu. 215. cum seqq.* dictum fuit *coram Reuerendiss. Vrgell. dec. 115. num. 1. in Ferrarien. manuten. 28. Ianuarij 1641. coram bo. me. Pironano in Recanaten. Bonor. 4. Iulij 1642. & in d. Gerunden. Beneficij vbi supra coram me.*

Idque etiam si supradicta verba prolata videantur à Iudice non autem à parte: quia dùm dictum præceptum, seù monitorium concessum fuit ad eius instantiam, vt clarè indicant verba illa *coram nobis comparuisse Petrum Martyrem &c. quo circa instetit, & instat à nobis, quod Apostolica auctoritate præfata tibi &c. insinuemus &c.* Vtique prolata præsumuntur ab ipsa parte instante, & contra eam plenam faciunt probationem ad effectum concedendi ma-
4 nutentionem posteriori ibidem enunciato, vt in terminis firmauit *Rota cor. bo. me. Buratt. decis. 342. num. 1.* & alijs allegatis *in Iuuenacen. seu Melphiten. Bonor. 15. Iannar. 1646. coram R. P. D. meo Corrado, §. verum etiam.*

Possessionem verò Petri Martyris dixerunt Domini esse attentatam, & consequenter non manutenibilem, non solum quia capta fuit die 25. Iunij præteriti. & sic post commissam causam in Rota, & in-
5 hibitionem Rotalem sibi personaliter præsentatam die 10. *eiusdem Summ. num. 1. & 2.* ex deductis in *Colonien. optionis 3. Iulij coram R. P. D. meo Ghisilerio in Vratislauien. Villæ d. Hoppembruch eadem die cor. R. P. D. meo Ottobono §. similiter, & melius in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. cor. R. P. D. meo Pentingerio*, vbi in specie agebatur de inhibitione concessa
6 vigore commissionis iactationis, & iactationum.

Sed etiam quia Petrus Martyr illam apprehen-
7 didit pendente tempore ad appellandum: Dùm

8 enim in eius literis Apostolicis adsunt clausulæ *Dummodo tempore præsentium non sit in eis alicui specialiter ius quæsitum, & Amoto*, exindè quolibet il-
9 licito detentore: Executor erat mixtus, & propterea ab eius sententia admittebatur appellatio suspensiua, & de clausula *Dummodo, &c.* firmauit *Rota coram s.m. Greg. dec. 91. num. 2. coram Reuerendiss. Vrgell dec. 414. num. 2. & dec. 437. num. 3.* in dicta *Colonien. optionis §. est etiam in Sulmonen. Vicariæ 26. Ianuary 1646. coram R.P.D. meo Meltio, §. Nec dubitari potest in Lucana Canonicatus 1. Febr. 1647. coram R.P.D. meo Rojas §. nec dicatur, vers. nec non clausula, & in montis Cassinensis Parochialis 17. Febr. præteriti coram R. P. D. meo Bichio §. fin.* & de clausula *Amoto*, existente, prout hic Possessore, & legitimo contradictore tradit *Abb. in cap. de cætero num. 8. ibiq; Felin. num. 9. de re iud. Mohed. dec. 6. num. 5. super reg. de trien. s.m. Greg. dec. 413. sub num. 4.* & dictum fuit in *Calaguritana Beneficij de Cornaga 3. Iunij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Datario, & in dictis Colonien. & Lucana, & Montis Cassinensis, ac in Pistorien. Theorica 31. Iaunarij præteriti cor. R. P. D. meo Ghislerio*: Eoque magis cum agatur de gratia concessa
10 certo modo, in qua exactior causæ cognitio requiritur parte citata, vt tenuit *Rota coram Card. Seraph. dec. 1471. num. 2. coram bo. me. Buratt. dec. 529. num. in Vercellen. vnionis 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Verospio §. ex eodem fundamento, & in Orioleu. Decanatus 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado, §. eoque magis*; Vnde dum possessio illius vigore appræhensa fuit pendente tempore ad appellandum ab aperto vitio attentatorum excusari non valet, vt egregiè firmatur in omnibus supra allegatis decisionibus.

Quæ forsan deduci possent contra Circundum ob non factam publicationem resignationis in termino constitutionis Gregorianæ. Censuerunt non esse habenda in consideratione ad effectum de quo agi-
11 tur, quia exceptio non publicationis non admittitur ad impediendam manutentionem sed reijcitur ad petitorum, vt dixit *Rota coram bo. me. Buratt. dec. 263. num. 7. & in Legionen. Beneficij 4. Iulij 1640. cor. R.P.D. meo Ghislerio §. non obstat in fine*.

Erita parte veraq; informante resolutum fuit &c.

ANCONITANA DOTIS.

Mer. 9. Decembr. 1648.

ARGVMENTVM.

Remedium *Auth. Res quæ C. Comm. de legat.* competie Vxori pro restitutione dotis contra bona fideicommissi ascendentis non extantibus bonis Viri, & si extet duplex fideicommissum alterum vniuersale, alterum particulare non cogitur mulier excutere prius vniuersale, quam particulare.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia consistentia in massaritijs suppellectilibus, vtensilibus, pannis lineis, & alijs huiusmodi qualitatis per spatium decennij præsumuntur vsu consumpta.*

2 *Bona fideicommissi ascendentis, quamuis speciali prohibitione alienari prohibita possunt distrahi, & alienari pro restitutione dotis, dum non extant alia bona libera in hæreditate.*

3 Auth. *Res quæ, dum non extant bona libera debitoris indistinctè procedit tam contra vniuersale, quam contra particulare fideicommissum, absque eo quod procedere debeat discussio bonorum vniuersali fideicommisso suppositorum.*

4 *Amplia hoc maximè procedere si eædem personæ contra quas agitur ex remed.* dictæ Auth. *sint vocatæ ad vtrumque fideicommissum.*

5 *Depositum quando non est integrum non suffragatur debitori ad euitandam exequutionem.*

DECISIO CCLXXXIII.

PRocedendum esse ad vlteriora resolutum fuerat coram me 24. *Aprilis* 1643. quam resolutionem hodie Domini confirmarunt ex iisdem rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

Nec obstat, quod Francisca Lanfrancona ex forma mandati A.C. teneretur restituere hæredibus Hieronymi mobilia ad illum spectantia, quibus non restitutis procedi non possit ad vlteriorem mandati executionem.

Fuit enim responsum huiusmodi obiectum fuisse penitus sublatum in tribus præcedentibus decisionibus coram me emissis 4. *Iulij* 1640. 19. *Aprilis* 1641. & 2. *Februarij* 1642. Quia aut prætenditur esse restituenda mobilia æstimata per Palazzinam, & in quodam folio descripta tempore Nuptiarum ipsius Lanfranconæ, & prætensio cessat animaduertendo dicta mobilia fuisse triplicis speciei, quorum prima continebat nonnulla mobilia preciosa, quæ distracta fuerunt à Hieronymo constante matrimonio. vt probatum fuit à duobus Testibus formiter examinatis, secunda consistebat in massaritijs, suppelle-
1 ctilibus, vtensilibus, pannis lineis, & alijs huiusmodi qualitatis, quæ ab anno 1621. quo contractum fuit matrimonium vsque ad obitum viri secutum anno 1632. & sic per decennium, & vltra præsumuntur vsu consumpta, ex traditis per *Peregr. cons. 70. num. 21. lib. 1.* quem sequuta fuit *Rota coram Ren. Vrgell. dec. 192. num. 11.* Tertia denique continebat eadem met mobilia inuentariata inter bona hæreditaria D. Hieronymi, Vndè dùm pars illorum distracta fuit ab ipso met Hieronymo, pars præsumitur vsu consumpta, & residuum fuit inuentariatum nouo onere illorum restitutionis Lanfrancona granari non debet, vt plenissimè firmatur in primis duabus decisionibus.

Aut verò prætenditur fore restituenda mobilia apposita in inuentario dd. bonorum hæreditariorum Hieronymi, & difficultas eruitur faciliori responsione, nàm omnia prædicta mobilia subhastata fuerunt ad instantiam eiusdem Lanfranconæ ob moram hæredum dicti Hieronymi sui Viri dotem sibi non restituentium, vt probatur in vltima earumdem decisionum.

Minus obstat, quod bona reperta in hæreditate Hieronymi sint supposita Auito fideicommisso Galeatij.

Omissis enim cæteris alijs responsionibus dati in
2 altera decisione. Cum agatur de fideicommisso ascendentis, & sit inconfesso inter partes in dicta hæreditate non adesse bona libera, vtique pro restitutione huius dotis distrahi, & alienari possunt etiam huiusmodi bona, quamuis fideicommisso supposita, & speciali prohibitione alienari prohibita ex *vulg. remed. d. Auth. res quæ C. comm. de legat.* ab omnibus, & quotidie in hoc Sacro Tribunali approbato, & præcipuè *coram Card. Seraph. dec. 678. num. 5. in Anconitana fideicomm. 10. Decembr. 1584. coram Blanchetto apud Merlin. de legitim. dec. 33. num. 1. in Romana Dotis 30. Martij 1618. coram bo. me. Card. Fabritio Verospio post Fenzon. ad stat. Vrb. decis. 93. per tot. in Reatina bonorum 6. Nouembris 1632. coram bon. mem. Pirouano in Spoletana fideicomm. 30. Maij 1633. coram R.P.D. meo Ghislerio, & 4. Decembr. 1634. coram bo. me. Merlino in rec. dec. 154. num. 1. & dec. 310. num. 4. & dec. 312. num. 1. & 2. par. 6. in Rom. Dotis 31. Februarij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo,*

in

in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij eiusdem anni, §. Prioritas autem, & in Fanen. dotis 4. Iulij 1646. in princ. coram me in Romana 23. Iunij 1645. 25. Maij & 4. ..... 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Romana census 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. Sed fuit responsum.

Idq; etiamsi constituta fuerint duo fideicommissa alterum scilicet, vniuersale, alterum verò particula-
3 re. Dum enim non adsunt bona libera debitoris
dispositio dictæ Authent. indistinctè procedit tam
contra vniuersale, quam contra particulare absque-
eo quod præcedere debeat discussio bonorum vni-
uersali fideicommisso suppositorum, vt firmat, *Ias.*
ibid. num. 32. quem sequuntur *Decian. cons. 18. n. 28.*
lib. 2. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 9. num. 165. Peregr.
de fideic. art. 42. num. 54. Fusar. de substit quæst 571.
num. 58. alijsque plenè relatis doctè responsum fuit in d.
Spoletana fideicommissi coram bon. mem. Merlino in rec.
decis. 312. num. 30. cum seqq. part. 6. Ea scilicet ra-
tione quia cum huiusmodi priuilegium detractionis
non proueniat à voluntate fideicommittentis, sed à
lege ipsa lex æquè subijcit, vtrumque fideicommis-
sum, nec mandat prius vnum quam alterum discu-
ti, idemque firmatur in *d. Romana Saluiani de Casa-*
libus coram me, §. cuius Auth. & admissum fuit in
Bonon. fideicommissi, seù Domus 30. Aprilis 1646. coram
R. P. D. meo Bichio, §. pariterque detrahi. Eoque faci-
4 lius in proposito, quo eædem personæ sunt vocatæ
ad vtrumque fideicommissum. Hoc enim casu mul-
to minus considerari debet differentia inter vniuer-
sale, & particulare, vt in fortioribus terminis pōde-
rant *Gabr. cons. 138. num. 30. lib. 2. Gratian. discept.*
forens. cap. 404. sub num. 20. Thomat. decis 51. num. 50.

Cæterum suppositum quod hodie agatur pro augumento non autem pro restitutione ipsius dotis, quæ asseritur constituta in solis scutis 2250. ideoq; non intret Authen. beneficium, non merebatur allegari quia dicta dos constituta fuit in summa scut. 4000. & in hac quantitate ex acta per Hieronymum, iuxta ipsius confessionem de recepto vrgentissimis adminiculis coadinuatam, vt latè firmatum fuit in tribus decisionibus huius causę *coram R P. D. meo Arguellio sub diebus 17. Iunij, & 25. Nouembris 1647. ac 31. Ianuarij præteriti.*

Ideoque non obstant depositum, & oblationes
alias factæ, quia cum hodiè ex dictis tribus decisio-
nibus canonizatum fuerit Creditum Lanfranconæ
5 dd. scut. 4000. depositum illud, & oblationes tanquā
non integræ non suffragantur ex doctrin. *Angel. in*
l. acceptam num. 2. vers. vnde si numerus Cod. de vsur.
cum cæteris adductis in altera decisione edita 7. Februarij
1642. coram me, vers. non releuare.

Et ita vtraque &c.

CATHACEN. HÆREDITATIS.

Vener. 11. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur in possessione mobilium anteriori possessori in concursu posterioris, iustificata tamen illorum possessione. Possessio autem mobilium probatur ex diuisione eorumdem sequuta, & ex possessione domus in qua reperiuntur mobilia, & cōpetit etiam ei manutentio qui per Procuratorem, seu alieno corpore possedit, & quādo quis per lapsū tēporis dicatur cecidisse à commodo possessionis?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur nisi ad limites possessionis.*

2 *Possessio mobilium satis iustificatur ex diuisione eorumdem.*

3 *Diuisio supponit communionem dominij, & possessionis interdiuidentes.*

4 *Procurator qui habuit bona à principali illaque dixit eius procuratorio nomine possidere, si illa vsque ad obitum retinuerit eodem procuratorio nomine retinuisse præsumitur.*

5 *Possidens procuratorio nomine, non sibi sed principali possidet.*

6 *Manutentio non competit possidenti procuratorio nomine, nec eius hæredibus, sed ei cuius nomine possedit.*

7 *Possessio omnis amittitur per lapsum decennij, concurrente scientia, & patientia possidentis.*

8 *Possessio non amittitur etiam per lapsum longi temporis, quando quis possidet alieno corpore.*

9 *Possessor sufficit; quod nunquam animum possidendi amiserit, ne à Ciuili possessione per lapsum longi temporis cecidisse dicatur.*

10 *Possessor per lapsum longi temporis possessionem non ammittit, nisi concurrat eius patientia, & acquiescentia.*

11 *Possessio domus dum iustificatur dicitur etiam probata, possessio mobilium in ea existentium.*

12 *Possessio continentis includit etiam possessionem contentorum.*

13 *Maximè concurrente declaratione possidentis, quod intendit continuare possessionem, etiam quoad contenta quæ ostendit eum habuisse animum etiam illa possidendi.*

14 *Ad effectum manutentionis inspicitur duntaxat mora, & corporalis detentio, & facti insistentia.*

15 *Possessor ad hoc vt obtineat manutentionem contra legatarios agentes, satis est quod insistat super re possessa, & asserat illam esse eius propriam, absque eo quod Identitatem probare teneatur.*

16 *Legatarius prætendens bona à tertio possessa ad se spectare, tamquam propria Testatoris, & ipsi legata, tenetur hoc concludenter probare, tamquam fundamentum suæ intentionis.*

17 *Possessio posterior dum est nulla, & attentata non est manutenibilis, nec impedit manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato.*

18 *Citatio est omnino necessaria pro validitate decreti, & decretum absque citatione factum non sustinetur.*

19 *Nullitas decreti ex defectu citationis sanari non potest ex subsequenti illius intimatione, quando agitur de graui præiudicio.*

20 *Intimatio decreti non supplet defectum citationis, quando agitur de re grauis præiudicij, prout est possessionis ammissio.*

21 *Petens bona arrestari, vel non amoueri ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, per necesse fatetur se illa non possidere.*

22 *Possessio capta non citato eo de cuius possessione suspicari poterat tamquam nulliter capta apponi debet sub sequestro.*

DECISIO CCLXXXIV.

Resolutum fuerat die 17. Maij præteriti Horatio Scoglio solum informante, eidem dandam esse manutentionem in possessione mobilium, & pecuniarum repertarum tempore mortis Decij sui fratris in Domo per ipsum inhabitata, sed reproposita hodie causa informantibus etiam tam Archiconfraternitate Sanctissimi Sacramenti Cathacen. prætensa hærede vniuersali eiusdem Decij, quam Petro Francisco de Pace, & Antonio Mainardo illius Legatarijs placuit DD. ad fauorem Horatij persistere in decisis quoad duas tantum ex tribus partibus præfatorum mobilium. Dum enim ipse

regulariter nõ priuat possessorem sua possessione.

7 *Limita hoc non procedere si constet de voluntate Iudicis priuandi possessorem sua possessione, licèt secus si de ea non constet.*

Iudex potest quemlibet priuare suo dominio, ibid.

8 *Sequestrum vbi comprehendit, nedum solos fructus sed ipsum etiam Beneficium illiusque possessio, & bona omnia sub sequestro ponantur, necessario infertur possessionem fuisse euocatam à possessore, illamque translatam in sequestrum.*

9 *Sequestrum, quando apponitur propter vitium possessionis, Iudex non respicit ad solam custodiam fructuum, sed intendit etiam priuare possessorem commodo vitiosæ possessionis.*

10 *Sequestrũ, licèt necessariũ trahit secum priuationem possessionis, quando illud fuit appositum ob vitiosam possessionem, nullam, & attentatam.*

11 *Possessio Ciuilis semper animo retinetur, licèt per sequestrum auferatur naturalis.*

12 *Sequestrum decretum tantummodo, sed non executum non potest operari effectum priuationis possessionis.*

13 *Sequestrũ appositum non ob solam custodiã fructuũ, sed ob vitium possessionis, aufert possessionem, tam Ciuilem, quam naturalem.*

14 *Possessio improba, & attentata nullum parit iuris effectum, neque per hanc vel naturalis, vel Ciuilis possessio acquiritur.*

15 *Manutentio passim denegatur vitiosa possessori, quæ nõ denegaretur si ciuiliter saltem possideret.*

16 *Possessio Ciuilis retinetur, vel aduersus occupantẽ naturalem, vel aduersus factum Iudicis iniustè procedentis.*

17 *Iudex quando ritè, & rectè procedit, priuat possessorem vtraque possessione naturali scilicet, & Ciuili.*

18 *Sumpto tunc solum creditur, quando in illius transumptione adhibitæ fuerunt omnes solemnitates requisitæ per dispositionem* cap. fin. de fid. instrum.

19 *Gratia in forma mandati de subrogando, quæ dicitur subrogatio rigerosa non suffragatur si deficiat in iustificatione aliquorum in ea narratorum.*

DECISIO CCLXXV.

Deuoluta causa ad Rotam super controuersia Ecclesiæ Parochialis Sancti Martini Villæ Casalecchij inter Stephanum Cataneum præsentatum à Castellis, & Dominicum Caballinum præsentatum ab Abbate, & Canonicis Regularibus S. Saluatoris Bononien. eaque commissa R.P.D. meo Orthobono, fuit primo loco dubitatum, an apponendum esset sequestrum super possessione, & fructibus eiusdem Parochialis, quo affirmatiuè resoluto sub die 20. Aprilis 1646. ob euidentem nullitatem possessionis Catanei fuit successiuè die 6. Iunij eiusdem anni deuentum ad illius appositionem, & prosecuta causa super negocio principali, quis esset instituen. DD. per binas vices 26. Nouembris 1646. & 22. Martij 1647. responderunt Cataneum non esse instituen. reseruato, vt pariter videatur. An instituen. esset Caballinus, quibus non acquiescens Cataneus exhibuit in actis litteras Apostolicas in forma mandati de subrogan. eidem D. meo directas, & disputato dubio; An dictæ litteræ Apostolicæ suffragarentur, fuit pariter negatiuè resolutum, vt ex alijs duabus decisionibus sub diebus 26. Maij 1647. & 24. Ianuar. 1648.

His sic stantibus Caballinus impetrauit a Sanctissimo D. N. gratiam Apostolicam in forma mandati de conferendo eaque in actis Notarij causæ exhibita, & proposito dubio, An esset iustificata sub die 2. Martij præteriti affirmatiuè fuit resolutum; Et lata sententia, in qua fuit pronunciatum Parochialem Ecclesiam fore, & esse adiudican. Caballino vigore d. Apostolicæ prouisionis, seù mandati de conferendo; Cataneo verò nullum ius competijsse, nec competere, litterasque Apostolicas mandati de subrogando ad eius fauorem expeditas non fuisse, nec esse iustificatas, ipsique suffragari non posse, à qua interposita appellatione, & mihi causa deuoluta dubitani; An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, eamq; tamquam validam, & iustam confirman. esse Domini existimarunt.

Validitas enim non fuit in dubium reuocata, iustitia verò redditur euidens ex prædictis decisionibus. Nam quantum attinet ad gratiam Caballini
1 illa remanet in omnibus iustificata ex deductis in dicta vltima decisione, & consequenter venit exequen. *cap. & si Capitulo, ibique gloss. in verb. exequatur de concess. preben. in 6. capit. si, quando de rescript. Mohed. dec. 13. vt lit. pend. Ros. decis. 92. num. 1. par. 1. recent.*

Nec obstat vnicum obiectum, quod scilicet Caballinus non narrauerit Pontifici priorem gratiam Catanei iuxtà text. *in capit. cum nostris de concess. praben.*

Quia cum in litteris suæ gratiæ contineatur clau-
2 sula, in omnibus apponi solita videlicet, *Dummodo data præsentium non sit alteri ius quæsitum*, quæ supplet defectum taciturnitatis tituli, & possessionis alterius ad tradit. per *Gonzal. super reg. 8. gloss. 15. §. 1.*
3 *n. 67.* & habet vim illius expressionis ex deductis per *Mart. in tract. de claus. claus. 34. num. 12.* Exindè excluditur omnis subreptio, quæ ex dicta taciturnitate considerari posset, vt in præcisis terminis consulendo firmat *Card. Zabarell. cons. 92. sub num. 3. vers. item in concessione, quem sequitur Felin. in cap. super litteris num. 11. & in cap. in nostra sub numer. 32. vers. Primò, nota de rescript. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 11. num. 465. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 3. cap. 201. nu. 140. Gabr. de acquir. poss. claus. tertia, numer. 21. Mart. de claus. 34. d. num. 12. Mastob. in prax. haben. concurs. praben. pralud. 7. dub. 21. num. 154. & dixit Rota in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram rec. mem. Card. Hieronymo Pamphilio relata per Garz. de benef. par. 10. cap. 1. num. 74. vers. & insuper adest clausula.*

Quo verò ad gratiam Catanei hodiè pariter visa fuit non suffragari ex defectu iustificationis narra-
4 torum, quorum omnium iustificationem, & quidem rigorosam exposcit mandatum de subrogan. per ea; quæ tradit *Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 13. num. 34. & dicta Rota coram Mohed. decis. 11. & lit. penden. & in alijs relatis in decisione huius causæ sub die 26. Maij 1647. §. Non enim agitur*, narrauit enim inter cætera se adhuc in possessione d. Parochialis reperiri, ibi: *Possessione tamen ad fauorem dict. Stephani, in qua etiam de præsenti reperitur subsequuta*, quod tamen nec iustificatur, nec iustificari potest, cum ex sequestratione facta per Rotam, fuerit ab eo ablata pos-
5 sessio, licèt enim sequestrum necessarium Iudicis ministerio concessum regulariter non priuet possessorem sua possessione *leg. interesse, ff. de acquir. poss. vbi Bart. num. 40. Felin. in cap. examinata num. 10. de Iudic. cum alijs plenè relatis per Modern. Perus. de manu-*
6 *tent. obser. 60. num. 1.* Hoc tamen procedit, vbi non constat de mente Iudicis priuandi possessorem sua possessione, illamque transferendi, & deponen. penes sequestrã, in quibus terminis loquuntur auctoritates superius adductæ, secus verò vbi constat, prout hic de huiusmodi mente Iudicis, tunc enim possessorem sua possessione priuari firmant *Bart. in d. l. interesse sub num. 2. vers. quod puto verum Vitalin. in Clem.*

Clem. 1. num. 65. vers. nisi Iudex aliter voluerit, ibiq;
Abb. num. 8. & Card. num. 25. de sequestr. poss. & fruct.
ibidem Abb. in cap. 1. num. 19. eod. tit. & in cap. exami-
nata, num. 14. ibiq. Butr. num. 2. vers. nisi de voluntate
Iudicis aliud appareat expressum, & Barbat. numer. 66.
de Iudic. Saliert in l. vnic. sub num. 2. vers. secus si de
contraria cum seqq. C. de probib. sequestr. pecun. optimè
Mandell Alb. cons. 75. num. 2. vers. transfertur tamen
Curt. de sequestr. poss. qu. 20. num. 71. Carocc. eod. tract.
part. 1. qu. 4. num. 11. Modern. Perus. d. obser. 60. num. 9.
idemque admisit Rota coram san. mem. Greg. dec. 9. n. 2.
Idque optima ratione, quia concurrente Iudicis vo-
luntate potestas priuandi non defuit cũ Iudex pos-
7 sit quemlibet priuare suo dominio, §. fin. in fin. instit.
de off. Iud.] & sic facilius possessione, vt habetur ex
text. in l. qui vniuersitas, §. Item cum prator, ff. de acquir.
poss. & in d. cap. 1. de sequestr. poss. & fruct. quem be-
nè ad propositum expendit Ioannes Ferrar. in prax.
Papien. in rub. de form. excipien. contra posit. sub num. 1.
fol. mihi 149.

De huiusmodi autem voluntate Iudicis clarè con-
stat in proposito, cum sequestrum non fuit apposi-
tum super solis fructibus Parochialis, sed super ip-
samet Parochiali, illiusque possessione bonis Iuri-
bus, & emolumentis quibuscumque, ibi, Supradi-
ctam Parochialem Ecclesiam, de qua agitur, illiusque
possessionem, ac omnes, & singulos fructus, reddi-
tus, & prouentus, iura obuentiones, & emolumen-
ta, ac bona quacumque ad dict. Parochialem quolibet,
& qualitercumque spectan. & pertinen. dicta aucto-
ritate nostra, imo verius Apostolica sequestres, ac sub
firmo, & arcto sequestro habeas, & teneas, &c. Vbi
8 enim, nedum soli fructus, sed ipsum etiam beneficiũ
illiusque possessio, & bona omnia sub sequestro po-
nuntur, necessariò infertur possessionem fuisse auo-
catam à possessore, illam translatam in sequestrum,
vt ad propositum supradictis verbis perpensis, &
ponderatis concludit Mandell. d. cons. 75. sub d. num. 2.
vers. prout clarè constat.

Idque indubitanter in casu nostro, quo sequestrũ
non fuit appositum simplicis custodiæ gratia, vt
quando dubitatur de iure possessionis, sed apposi-
tum fuit ob euidentem nullitatem, & vitium pos-
sessionis, quæ nulla fuerat, & attentata. Quando
autem apponitur propter vitium possessionis, Iudex
9 non respicit ad solam custodiam fructuum, sed in-
tendit etiam priuare possessorem commodo vitio-
10 sæ possessionis. Ideoque hoc casu sequestrum, licèt
necessarium trahit secum priuationem possessionis,
vt in terminis de sequestro apposito, quando posses-
sio fuerat nulla, & attentata, firmauit Rota coram
Card. Seraph. decis. 314. num. 3. quem sequuntur Modern.
Perus. d. obser. 60. num. 11. Add. ad san. mem. Gregor.
d. decis. 9. num. 14. Add. ad bon. mem. Buratt. decis. 186.
num. 17. alijque in dicta decisione huius causæ sub die 24.
Ianuarij præteriti, §. Sed etiam.

Minus autem pro substinenda gratia responderi
potest possessionem à Cataneo narratam fore intel-
11 ligen. de possessione Ciuili, quæ semper animo re-
tinetur, licèt per sequestrum auferatur naturalis ex
distinctione probata per Rotam in Pistorien. seù Nul-
lius Beneficij 18. Decembris 1634. coram Reuerendiss.
Domino meo Decano impress. apud Postb. de manuten.
decis. 634. num. 11. & 12.

Præter quod enim in casu d. decisionis agebatur
12 de sequestro decreto tantummodo, sed non exe-
quuto, quod proindè non potest operari effectum
priuationis, vt ponderat decisio num. 8. & 9. ibidem
13 deducta loquuntur, & sunt intelligenda, quando fit
sequestratio ob solam custodiam fructuum, non au-
tem quando sequestratur possessio propter vitium il-
lius, quod in casu dictæ decisionis fuerat abundè
sublatum ex superuenienti titulo gratiosæ subroga-
tionis, in qua præfatum vitium illius expressum
fuerat, vt habetur ibidem num. 2. & 3. stante enim
14 vitio possessionis, nec naturalis acquiritur, nec Ciui-
lis cum possessio improba, & attentata nullum parit
iuris effectum l. improba, C. de acquir. poss. Rot. coram
Card. Seraphin. decis. 1106. num. 3. Proindeque passim
15 denegatur manutentio vitioso possessori, quæ non
denegaretur, si ciuiliter saltem possideret, vt millies
dixit Rota, ciuilis ergo possessio retinetur, vel ad-
16 uersus occupantem naturalem, vel aduersus factum
Iudicis iniustè procedentis secus autem, quando Iu-
17 dex ritè, & rectè procedit, tunc enim priuat vtraque
possessione naturali scilicet, & Ciuili, vt tradunt,
Angel. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas n. 2. Cæte-
rique ibidem, ff. de acquir. poss. quos sequuta fuit Rota
diuers. decis. 803. num. 7. par. 1. & in Montis Alti Prio-
ratus 26. Maij 1634. coram Eminentissimo Domino Car-
dinali Verospio impress. apud Postb. de manut. in ordine
267. num. 7. ac in alijs planè relatis per eumdem
obser. 12. num. 27. cum seqq.

Et insuper gratiam non esse iustificatam satis
educitur, dum Cataneus narrauit Pontifici sequestrũ
fuisse appositum solum super fructibus, cum tamen
esset appositum etiam super ipso beneficio, illiusque
possessione. Hinc enim non solum oritur defe-
ctus iustificationis, sed etiam obreptionis ob falsam
expressionem, vitians omnino gratiam cap. dudum il
secondo vers. insuper Indulgentiam de elect. cum alijs
per Rotam decis. 496. num. 2. part. 5. & in Florentina
Parochialis 26. Iunij 1647. coram me.

Hinc nihil facit, quod in alijs videatur iustificata,
& signanter in ea parte, qua narrauit Roattum præ-
sentatum à Canonicis antè Caballinum prouisum
fuisse Apostolica auctoritate, quodque tanquam an-
terior præferri debeat gratiæ Caballini posteriori.

Quia præter quod prouisio Apostolica Roatti,
non iustificatur, nisi per quoddam sumptum suppli-
cationis extractum à Cæsare Columna Notario A.C.
lite pendente absque partis citatione Summ. Catanei
positionis coram R. P. D. meo Otthobono die 24. Ianua-
rij præteriti, num. 7. Quod proindè nullam fidem
18 merentur, cum sumpto tunc solum credatur, quan-
do in illius transumptione adhibitæ fuerunt omnes
solemnitates requisitæ, vt disponitur in cap. fin. de
fid. instrum. & dixit Rota decis. 395. num. 1. par. 5. rec.
satis est, quod deficiat iustificatio aliorum, de quibus
19 supra, vt gratia in forma mandati de subrogando,
quæ dicitur subrogatio rigorosa, non suffragetur ex
superius adductis, §. Quo verò ad gratiam, & in deci-
sione huius causæ coram Reu. P. D. meo Otthobono 26.
Maij 1647. vers. non enim agitur.

Et ita vtraque &c.

ROMANA, SEV IANVEN. LOCORVM MONTIVM.

Ven. 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Clerici, & cæteræ Ecclesiasticæ personæ possunt vti
per modum Priuilegij Statutis laycorum generali-
bus tamen, nec de illis expressam mentionem facien-
tibus in ea parte, in qua sunt illis fauorabilia, illaq;
non acceptare in alia parte, in qua sunt eis præiudi-
cialia, & faciunt contra ipsos, quin immo etiam
si illis vti vellent in parte sibi odiosa non possunt,
nec valet Statutum laycorũ tangens personas Eccle-
siasticas siuè directè, siuè indirectè, & quando Cle-
ricus vti volens Statutis laycorum teneatur illis vti
eum

cum omnibus suis qualitatibus, Clausulis, & conditionibus? Testator, qui pro exoneratione suæ conscientiæ sibi Hæredem instituit Sacerdotem, censetur contemplasse fauorem salutis æternæ, eiusque Animæ, proindeque Testamentum dicitur ad pias causas, & sustinetur cum duobus Testibus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum corruit deficiente vno teste cum de iure septem omnino requirantur.*

2 *Hæres scriptus debet immitti in possessionem bonorum hæreditariorum, dum exhibet testamentum non abolitum, neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum.*

3 *Statutum potest minuere numerum testium à Iure requisitum in testamentis.*

4 *Clerici, seù personæ Ecclesiasticæ nō possunt vti statuto laycorum odioso, & requirente maiores solemnitates, quàm requirantur de iure communi.*

5 *Secus autem quando agitur de statuto fauorabili minuente solemnitates iuris.*

6 *Statutum minuens solemnitates Iuris dicitur fauorabile.*

7 *Clerici, seù aliæ personæ Ecclesiasticæ possunt vti statutis laycorum sibi fauorabilibus per modum Priuilegij, dummodo tamen statuta sint generalia, nec de illis aliquam mentionem faciant.*

8 *Statutum adimens Clericis facultatē ipsis competentem ex dispositione iuris, tamquam contra libertatem Ecclesiasticam est nullum ipso iure, & facto ex defectu potestatis laycorum statuentium.*

9 *Statutum laycale loquens verbis arctatiuis, præceptiuis, & prohibitiuis directis in personas Clericorum est ipso iure nullum.*

10 *Statutum laycale expressam mentionem faciens de Clericis quamuis sit priuilegiatum illique fauorabile, est ipso iure nullum.*

11 *Statutum laycale satis dicitur cōtra libertatē Ecclesiasticam, dum tollit Clericis Beneficium ipsis de iure competens, vel dum de eis expressam mentionem facit in verbis arctatiuis, & prohibitiuis.*

12 *Statutum laycale, vt nullius sit roboris, & firmitatis sufficit, quod virtualiter, & indirectè tangat, & lædat personas Ecclesiasticas.*

13 *Layci non possunt statuere in specie de personis Ecclesiasticis, neque de ipsorum bonis directè, aut indirectè, cum illorum iurisdictioni non subsint.*

14 *Clerici possunt vti statutis laycorum generalibus tamen nullamq; mentionem de ipsis facientibus quantum faciunt pro se ipsis, & non acceptare in quantum faciunt contra ipsos.*

15 *Clericus vti volens statutis laycorum cogitur illis vti cum omnibus suis qualitatibus, clausulis, & conditionibus.*

16 *Declara hoc non procedere in qualitatibus, seù conditionibus diuersis, & separatis inter se, & quarum vna non tendit ad limitandum, extendendum, seù qualificandum alteram.*

17 *Item declara hoc tantùm procedere in qualitatibus, clausulis, & conditionibus validis, iustis, & subsistentibus, atque generaliter fauorabilibus tàm Clericis, quàm laycis.*

18 *Secus autem in qualitatibus, & conditionibus nullis, iustis, & odiosis, tendentibus expresse in damnum, & odium Clericorum.*

19 *Clericus potest vti statutis laycorum in parte sibi fauorabili, nec cogitur illis vti in parte inualida, & odiosa, & contra libertatem Ecclesiasticam expresse faciente.*

20 *Clericus volens vti statutis laycorum etiam in ea parte, in qua sibi sunt odiosa, non potest.*

21 *Statuta non sunt extendenda de vno casu ad alium contra mentem statuentium.*

22 *Clerici de iure debēt abstinere à negocijs laycorum.*

23 *Layci non possunt statuere super re spirituali.*

24 *Dispositio dicitur facta ad pias causas, quando Testator instituit aliquem hæredem sub fide, quod exoneraret conscientiam suam, quia tunc principaliter censetur contemplasse fauorem salutis æternæ, & Animæ subleuamentum.*

25 *Dispositio facta ad pias causas sustinetur cum duobus solis Testibus.*

DECISIO CCLXXVI.

INter cætera bona hæreditaria q. Antonij Spinolæ reperta fuerunt quàmplura loca montium hodie detenta per D. Franchum Spinolam illius fratrem tanquam eius hęredem ab intestato, ideò D. Ioannes Baptista de Franchis hæres scriptus in testamento, introducta causa coram me, petijt super his immissionem, quàm fore denegandam idem D. Franchus duplici medio tuebatur.

Et primò, quia testamentum caret legitimo numero testium tanquam conditum cum solis quinq;
1 Testibus, licèt de iure septem omninò requirantur, *§. fin. instit. de testam.* itaut vno deficiente Testamentum corruat *l. si vnus C. eod.*

Secundò, quia ex Statuto Ianuæ in *rubr. de testam. & vlt. volunt. lib. 1. cap. 12.* Prohibetur subditis relinquere Sacerdotem, vel Clericum exequutorem testamentarium, vel fideicommissarium sub pæna quoad hoc nullitatis Testamenti; Vndè cum Io: Baptista sit Clericus, Testamentum quoad ipsum est nullius roboris.

His tamen non obstantibus resolutum fuit eidem
2 dandam esse immissionem, quia non controuertitur loca montium, de quibus agitur, esse hæreditaria Antonij, & exhibetur testamentum non abolitum, neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum iuxta dispositionem *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Primum autem obiectum visum fuit cessare ex dispositione eiusdem Statuti sub eadem rubric. de *testam. & vlt. volunt.* qua cauetur testamentum, seù vltimam voluntatem probatam publico instrumento, in quo descripti sint quinq; testes idonei, firmam esse, & validam. Vndè dum in testamento, de quo agitur quinque testes fuerunt adhibiti, prout ibidem disponitur, vtique illius validitas, & subsistentia
3 impugnari non valet, cum Statutum possit minuere numerum Testium à Iure requisitū ex *theor. Bart. in l. vinctos Populos nu. 21. cum seqq. C. de Summ. Trinit.* quem sequuti fuerunt *Angel. cons. 233. num. 1. vers. & secundum formam, Vasquez. de success. creat. lib. 1. tit. de testam. poten. §. 1. num. 20.* firmans *in vers. quid dicendum* hanc sententiam veriorem esse, & sequendam, prout etiam alijs relatis comprobat *Crass. de success. §. testamentum qu. 55. numer. 23.* & firmauit *Rota in Perusina releuationis testam. 7. Maij 1632. coram bo. me. Pirouano, quæ est decis. 126. num. 17. & 18. par. 7. rec.*

Nèc obstat, quod cum fuerit conditum in Ecclesia Societatis Iesu à iurisdictione statuentium exempta iuuari non possit huiusmodi statutaria dispositione, vt dictum fuit in *Viterbien. hæreditatis 4. Martij 1641. §. præterea, & 28. Martij 1642. §. placuit etiam coram R. P. D. meo Ghisil. & 1. Iunij 1643. §. ex altero etiam coram R. P. D. meo Verospio.*

4 Hoc enim procederet, si ageretur de Statuto odioso requirente maiores solemnitates, quam requirantur de Iure Ciuili, in quibus terminis loquuntur omnes auctoritates in contrarium allegatæ, &
5 ipsæmet decisiones in dicta *Viterbien. hæreditatis*

Se-

6 Secus autem vbi agitur, prout hic de statuto fauo-
rabili, cum ex eo minuantur solemnitates Iuris, vt
post *Bart.in d.l. cunctos Populos num. 23. & Bald. in l.*
si cum speciali sub num. 5. C. de testam. respondet *Rota*
in Senen. spoliorum 5. Iunij 1595. coram recol.me. Card.
Hieronymo Pamphilio §. non obstat. Tunc enim si
nullam mentionem faciat, vt in proposito, de Ec-
7 clesijs, & Ecclesiasticis personis ipsemet Ecclesiæ,
& ad eas recurrentes, siue in ipsarum Claustris suas
vltimas voluntates peragentes, & etiam Clerici vti
possunt, & iuuantur eius fauorabili dispositione per
modum priuilegij, tanquam merè priuilegiatiua,
vt probat *Abb. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num. 37.*
ibique Felin.num.81.& Dec.num. 276. de constit. Bald.
in cap.cum venissent num. 6.vers. oppono extra de eo qui
mitt.in possess.Bursatt. cons.93.num. 22. lib. 1. Surd.cons.
301.num.24. Carpan. in prælud ad stat. Mediol. nu.612.
Capr.concl.15.num. 32. & 33. Alderan. Mascard. de
general stat.interpræt. concl. 1.num.192.cum seqq. Ca-
rol. de Graß. de effect. Cler. effect. 2. numer. 43. Ciarlin.
contr.for.cap.45.num. 5. & 6.Sperell.dec.for. Eccles.10.
num.35. Rota dec. 438. num.7. & 50. par.8.rec. & in
alijs relatis per *Adden. ad s.m. Gregor.dec.279.num.24.*
idemque admisit in *Senogallicu. fructuum Census 10.*
Iunij 1644. §. denique non obstat vers. & sic supradicta
conclusio coram R.P.D. meo Ghisilerio.

8 Corruit pariter secundum obiectum, quia cum
statutum in ea parte adimat Clericis facultatem
ipsis competentem ex dispositione iuris tàm ciuilis
in l. Deo nobis §. hoc etiam cognitum, C.de Episcop. &
Cleric. quàm Canonici *in cap.quia nos, & cap. Ioannes*
de testam. & loquitur verbis arctatiuis, præscripti-
uis, & prohibitiuis directis in personas expressam
mentionem faciendo de Clericis, ibi, *Nullusq. Te-*
stator possit constituere, vel ordinare Clericum condi-
tionis præfatæ fideiussorium, vel exequutorem testamen-
tarium &c. Tanquam contra libertatē Ecclesiasticā
est nullum ipso facto, & iure ex defectu potestatis
laycorum statuentium, vt de statuto tollente Cleri-
cis, quod ipsis à iure conceditur, decidit *Text. in c.*
eos de immun. Eccles.& in Auth. cassa, & irrita vbi Bar.
C.de sent. excomm. Felin. in d.cap. Ecclesia Sanctæ Ma-
riæ num.61. de constit. Innoc. in cap. nouerit de sent. ex-
comm. Alex.cons.210.num. 12.lib.2. Socc.sen.cons.241.
num.3.lib.3. Rimin.sen. cons. 483. num. 10. vers.fortifi-
cantur prædicta lib. 3. Anchar. cons. 61.num.2.vers.item
si statutum Rimin.iun.cons. 85. nu.29. lib. 1. Ruin. cons.
23.num.16. lib.2. Hond. cons.3.num.13. cum seqq. lib.1.
Surd. cons. 2.num.22. Carpan. vbi supra num. 578. num.
583. Marant.disp.8.num.2.& 3. Mart. de Iuris. part.4.
cent. 1. cas. 5.num.43. cas. 55.num.6. & 7. & cas. 62.
num. 9. Carol. de Graß. d. effect. 2. num. 68. Bellett.
disquis. Cler.tit. de exempt. Cler. à stat. secul. §. Primo,
9 *1. num.9.* De statuto præceptiuo, arctatiuo, & pro-
hibitiuo probant *Imol.in cap.constitutus num. 7. de re-*
stit.in integr. Abb. in cap. à nobis num. 1.& 4.cum seqq.
de sent.excomm.& in d. cap. Ecc. S. Mariæ num.4. Alex.
d.cons.210.sub num. 1. in fin. vers. siuè statutum liber. 2.
Bursatt.d.cons.93.num.45. Hond. d.cons. 3. num. 23.lib.
1.& cons.20.num.18.lib.2. Lap. allegat. 101. numer.14.
vers.quod aut sunt Marant. d. disput. 8. num. 8. vsq; ad
12. Mart.d.cent 1.cas.21. num. 11. & 12. Sperell, dicta
decis. 10. num. 20. Et denique de statuto expressam
10 mentionem faciente de Clericis, vel Ecclesijs quan-
tumuis fauorabile, & priuilegiatiuo est *text. aper-*
tus in d.cap. Ecclesia Sancta Mariæ vbi Abb. num. 5.
& 14. in fin. Felin. num. 76. alijque scribent de constit.
Bald.in d. l. cunctos Populos n. 10. C. de Summ. Trinit.
Bart. in l.fin. num. 18. C. de Sacros. Eccles. Butr. in cap.
quod Clericus de for. compet. Surd. cons. 301. num.13.
& 14. Neuizan. cons. 39. sub num. 9. vers. Sed respon-
detur Menoch. de recuper. remed. 14.num.56.Gail.pract.
obseru.lib.2.obser. 32.num. 2. cum alijs pluribus ple-
no calamo congestis per *Carol. de Graß. d. effect. 2.*
num.45.& 44.& 488. & 489. Bellett.d.tit.de exempt.
Cler. à statut secul. §. 4.num. 6. Sperell. dict. decis. 10.
num.30. & 32.

Idque etiamsi dicta verba arctatiua, & prohibi-
tiua non videatur directa in personas Clericorum,
11 sed tantummodo Testatoris layci. Quia præter
quod satis dicitur contra libertatem Ecclesiasticam,
dum tollit Clericis beneficium ipsis de iure compe-
tens, vel dum de eis expressam mentionem facit ex
12 iuribus allegatis, sufficit, quod virtualiter, & indire-
ctè prohibendo exequutoriam in personis Clerico-
rum illos tangat, & lædat, vt inde nullius sit robo-
ris, & firmitatis iuxta distinctionem magistraliter
traditam per *Rimin.sen. d.cons. 483.num. 10. vers. Et*
bene facit lib. 3. Soccin.iun.cons. 1. num. 11. vers. quo-
niam licet lib.2. quem egregie expendit Marant. d. disp.
8. sub num. 44. vers. Sed ad septimum respondeo sequi-
tur Mart. vbi supra d.cent. 1. d.cas.62. num.10. Carol.
de Graß. d. effect. 2. num. 11. & melius omnium *Ca-*
stropal. oper. moral.par. 2. tit. reuer. deb. Eccles. disp.
unic. punct.8. num. 7. Layci enim non possunt in spe-
13 cie statuere de personis Ecclesiasticis, neque de ip-
sorum bonis directè, aut indirectè cum illorum iu-
risdictioni non subsint, vt articulo maturè discusso
responsum fuit *in Rauenaten. hæreditatis 5. huius*
coram R.P.D. meo Otthobono, & signanter in §. cuius
verissima.

Nec ex eo quod Io. Baptista vtitur dispositione
huius statuti in ea parte, qua mandat validum esse
Testamentum cum quinque Testibus, intrat obliga-
tio illud acceptandi etiam in altera parte, qua di-
sponit Clericos, non posse constitui fideicommissa-
14 rios, nec exequutores Testamentarios. Quia spe-
ciale est in Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis posse
vti per modum priuilegij, statutis, & constitutioni-
bus Laycorum, generalibus tamen, nullamque men-
tionem de ipsis facientibus in quantum faciunt, pro
seipsis, & concernunt eorum commodum, & fauo-
rem, & non acceptare, sed reijcere in quantum fa-
ciunt contra ipsos, & sunt eis præiudiciales, vt notat
gloß.in cap. nouit. verb. quicumque vers. Quod Ecclesiæ
de iudic. Abb. in d.cap constit. num. 4. de integr. restit. &
in cap. ex litteris, num.6. & 7. de vit.& honest. Cleric.
Soccin. sen.cons.71.num.19.lib.4. Afflict. de iureprothom.
§.9.num.17 P. Diana resol. moral. tract. 1. tit. de immun.
Eccles. resol.43.per tot.tom.3. Mart. vbi supra d. cent. 1.
cas.5.n.44.& 45. Bellett.pariter vbi supra, §. 2.num.37.

Minusuè applicatur limitatio, quod Clericus vo-
15 lens vti huiusmodi statutis cogatur illis vti cum
omnibus suis qualitatibus clausulis, & conditioni-
bus, vt tradit *Bald. in l. venditiones nu. 9. C. de contra-*
hen. empt. & in l. omni nouatione sub nu. 9. C.de Sacros.
Eccles. cum alijs relatis per Tiraq. de retract. Lignag.
§.1. glos. 13.num. 6. & 7.

Quia præter quod non procedit in qualitatibus,
16 & conditionibus diuersis, & separatis, quarum vna
non tendit ad limitandum extendendum, seu quali-
ficandum alteram, vt doctè consulendo distinguit,
Hond.cons.78. num. 111. cum quatuor seqq.lib.2. Prout
in effectu sunt in casu nostro, cum paragraphus mi-
nuens numerum Testium sit omninò diuersus, &
separatus à paragrapho, prohibente executoriam,
tàm respectu materiæ, quarum vna nihil habet
commune cum altera, quàm etiam respectu ordinis,
& scripturæ ex quo licet vterque contineatur sub
eadem rubrica, paragraphi tamē sunt prorsus sepa-

rati,& vnus valdè distat ab alio cum intermedio aliorum quatuordecim differentis materiæ. Admit-
17 ti potest in qualitatibus,conditionibus, seu clausulis validis,iustis,& subsistentibus,atque generaliter fauorabilibus tàm Clericis , quàm Laycis pro communi omnium Ciuium vtilitate , in quibus terminis loquuntur *Bald. loco alleg. cateriq. adducti per Tiraq.* vt ipsemet se explicat *sub d. num. 7. vers. neque enim hic diutius , idem probat Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 77. num. 26. vers. sed certè his non obstantibus.*
18 Secus autem quando prout hic qualitas Statuti est nulla,iniusta,& odiosa,tendens expressè in damnū, & odium Clericorum;ista enim tanquam principaliter contra libertatem Ecclesiasticam , & expressam mentionem faciens de Clericis habetur perinde, acsi facta,& apposita nō fuisset,vt ratiocinatur *Soccin.sē. cons.122.sub numer.6.vers. Secunda quia prima pars, lib.1. Castropal. vbi supra part. 1. tit. de leg.in comm. & eius caus. tract.3.dispnt.1. punct. 24.§. 6.num.1. Carol. de Grass.d.effect. 2.num. 28. vers. tunc enim.* Et con-
19 sequenter acceptata parte valida,& fauorabili tantum abest quod Clericus vti debeat dicta parte nul-
20 la,& odiosa , quod imò etiam volens illa vti non potest vt concludit *Sperell.decis. 12.num.30.*

Et pro Iustitia resolutionis duo vlterius Domini ponderabant . Alterum, quod statutum excludit tantummodo Clericos ab exequutoria firmo ma-
21 nente in reliquis Testamento , ideoq; extendi non debet ad casum nostrum,quo Io.Baptista fuit hæres institutus, ne alias corruat etiam ipsum Testamentū contra mentem statuentium . Alterum, quod ipsi statuentes intellexerunt de exequutore dando in prophanis, ne Clerici se immisceant in negocijs
22 Laycorum, à quibus etiam de iure abstinere tenentur,vt *in cap. 1. & per tot, 88. distinct. & in cap. te quidem 11.quæst. 1.* non autem de executore prout hic, operis pij, & relicto pro exoneranda conscientia defuncti,metiendo voluntatem à potestate, cu Layci
23 statuere nequeant super re spirituali *cap. tua de ordin.cognat, cap.lator. qui fil.sint. legit.Socc.sen. cons.35. numer. 1. libr. primo Carol. de Grass. allegat. effect. 2. num.81.*

Cæterum dum Antonius Testator hæredem insti-
24 tuit Io.Baptistā sub fide quod exoneraret conscientiam suam, vt legitur in ipsomet Testamento, ibi, *Et hà eletto la persona di detto Signor Gio. Battista , perche è certa, che per l'attinenza del sangue , e grado, che hà di Sacerdote vserà ogni diligenza , acciò la conscienza di detto Testatore , della quale è in questa parte intieramente informato resti pienamente sodisfatta.* Censetur principaliter contemplasse fauorem salutis æternæ, & animæ subleuamentum proindeque dispositio dicitur ad pias causas ex *theor. Bald. in auth. similiter , n. 2. vers. & dicitur , C. ad leg. falcid. Bart. in repetit.l.1.num.33.C. de Sacros. Eccles. Florian. de S.Petr. in l.cum quidam,§.dies num.2.vers. dicitur autem,ff. de vsur. Aug. in l.precibus num.5.vers. idem, C. de impub.& alijs substit. bene Ias. cons.110. nu.7.lib.1. Crot. cons. 194.num.4.lib. 2. Ioann. Baptista de theor. in addit.ad Tiraq. de priuil. pia caus. in præfat. vers. item relictum pro incertis cum seqq. Rot.decis.245. num. 29.*
25 *part. 7. recent.* Quæ substinetur cum duobus solis Testibus *cap.relatum de testament.Rot. diuers. decis. 74. num.12.cum seqq. par. 2.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

ROMANA VINEÆ.

Ven. 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Acta facta post inhibitionem sunt attentata,& veniunt reuocanda etiamsi inhibitio fuerit tantummodo intimata Procuratori non autem Principali ad effectum reuocationis, & quare? & an hoc procedat ad effectum incurrendi pœnam attentatorum? Et quid si in commissione , cuius vigore inhibitio emanauit fuerit apposita clausula, *sine præiudicio obligationum in forma Cameræ*, earumque executionis.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda, & causat attentata.*
2 *Attentata inprimis,& ante omnia veniunt reuocanda, tàm ex dispositione Iuris, quàm de stylo Rotæ.*
3 *Inhibitio ad effectum reuocandi attentata sufficit quod fuerit præsentata Procuratori, licet non fuerit parti intimata.*
4 *Declara hoc tantum ad effectum reuocationis,secus ad effectum incurrendi pœnam attentatorum.*
5 *Principalis præsumitur certioratus à suo Procuratore circa inhibita.*
6 *Iudex inferior non habet arbitrium declarandi, an inhibitio leget nec ne, sed inhibitionem timere debet,& interim Principem , seu Signaturam adire.*
7 *Iudex inferior non potest,nec debet cognoscere de viribus inhibitionis.*
8 *Inhibitio Rotalis causat attentata etiam quoad personas in ea non expressas, si contra eas fuerit exequuta.*

DECISIO CCLXXVII.

Attentatam fuisse exequutionem ad instantiam hæredum qu. Iulij Filotti factam super Vinea, de qua agitur , ideoque esse reuocandam Domini existimarūt,quia facta fuit die 17. Martij præteriti,& sic in spretū inhibitionis Rotalis prius præsentatæ, scilicet die 20. Decembris 1647. *Summ. illorum de Peruitalibus, num. 2.& 4* quæ siue iusta, siue iniusta
1 erat timenda,& causat attentata *Put. dec. 385.lib.2. in corr.Caputaq.decis. 93. per tot. part. 2. Rot.dec. 204. num. 2.& 3.part. 5. recent. in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 17.Februar. 1645. & in Bononien. attentatorum 18. Iunij 1646. coram me.* Illa-
2 que veniunt in primis,& ante omnia reuocanda tàm ex dispositione iuris, quàm ex stylo huius Sacr. Tribunalis *cap. non solum de appell. in 6. Rota in Toletana matrimonij 20. Iunij 1645. coram Reu. P. D. meo Corrado,§. hac autem , & alibi sæpius.*

Idque etiam si dicta inhibitio præsentata fuerit
3 dumtaxat Procuratori cum ad effectum attentatorum,& illorum reuocationis, quicquid alias dicen.
4 esset ad effectum incurrendi pœnam non requiratur
5 vlterius præsentatio, sed præfata sufficiat, ex quo præsumitur principalem à suo Procuratore circa inhibita sufficienter certioratum fuisse *Cas. de Grass. dec.6.num. 3. de caus. poss. & propr. Rot. in Bonon.Parochialis 27. Iunij 1611. coram Card. Sacrato penes Marches. de comm.part. 1.fol.963.num.2.ibiq.Add.litt. A.& in d. Bonon. attentatorum, §. quia præter quod.*

Nec obstat,quod in cōmissione, cuius vigore concessa fuit inhibitio adsit clausula, *sine præiudicio obligationum in forma Cameræ earumque executionis.*

Quia cum esset, & adhuc sit admodum dubium, An huiusmodi clausula, *intelligatur de obligationibus in forma Cameræ contractis à Iulia Bruna* , quæ commissionem , & inhibitionem obtinuit , vel de obligationibus contractis à Carolo Peruitale illius Viro, qualis est obligatio, de qua agitur ad fauorem illorum de Filottis, & consequenter non esset clarum
6 An inhibitio afficeret nec ne , non erat in arbitrio Partium,vel Iudicis inferioris hoc declarare , & inhibi-

hibitionem non attendere, sed debebant ad Principem, seu Signaturam recurrere, & interim illa erat timenda, ac causauit attentata iuxa magistralem *decisionem Card. Seraph. 53. num. 1.* quæ postmodum comprobata fuit *coram Card. Canal. decis. 611. nu. 1. & coram bon. mem. Buratt. decis. 652. num. 2. cum seqq.*
7 Iudex enim inferior non potest, nec debet cognoscere de viribus inhibitionis Rotalis *Acchil: decis. 7. de attent. in manuscript. & 29. de appell. inter impress. Rota decis. 785. num. 2. par. 1. diuers. & in Vlixbonen. erectionis Monasterii 5. Decembris 1631. coram R. P. D. meo Ghisilerio in rec. 75. num. 2. par. 6.*
Quod autem Paulus, & alii de Peruitalibus non
8 sint hæredes Caroli debitoris nihil officit, cum istud veniat discutiẽdum in prosequutione negocij principalis, nec proindè licitum fuit hoc prætextu dictæ inhibitioni contrauenire ex pluribus cumulatis, per *bon. mem. Buratt. d. dec. 652. num. 3. 4. & 5.*

Et ita vtraque &c.

LVCEORIEN. ATTENTATORVM.

Veneris 29. Iunii 1648.

ARGVMENTVM.

Inhibitio an causet attentata, quamuis in actis Notarij causæ non fuerit legitimo tempore reproducta, eruditissimè resoluitur. Iudex à quo an licitè possit suam sententiam executioni demandare, quando appellatio in curia reperitur commissa licet postmodum fuerit effecta deserta, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, siue iusta, siue iniusta semper causat attentata.*
2 *Amplia etiam si non fuerit actualiter Iudici præsentata, quia sufficit intimatam fuisse parti collitiganti.*
3 *Inhibitio causat attentata, quamuis non fuerit reproducta si Procurator Aduersarius protestatus fuerit nihil fieri nisi ipso citato in quolibet actu.*
4 *Litis pendentia regulariter non inducitur, nisi citatio, seu monitorium, infra annum, vel biennium reproducatur.*
5 *Attentata ob spretum litis pendentia non inducuntur nisi citatio, seu monitorium intra legitima tempora fuerit reproducta.*
6 *Attentata in spretum inhibitionis, vt commissa dicantur, non requiritur reproductio inhibitionis, sed solũ attẽditur personalis præsẽtatio illius*
7 *Attentata quamuis non essent reuocanda ad instãtiam partis ob nõ reproductionem monitorij veniunt tamen reuocanda officio Iudicis ob spretum eius iurisdictionis.*
8 *Appellatio efficitur deserta lapsis fatalibus, & causa ad primum Iudicem redit.*
9 *Iudex à quo licitè potest suam sententiã executioni demandare, quando causa fuit effecta deserta.*
10 *Intellige sequta prius desertionis declaratione per Iudicem ad quem.*
11 *Iudex appellationis ipse solus potest cognoscere de desertione causæ, quando desertio non est clara, sed dubia.*
12 *Appellatio commissa in Curia aufert à Iudice, à quo omnem facultatem se amplius intromittendi in huiusmodi causam.*
13 *Causa effecta Curialis à Curia extrahi, & ad partes reuerti non potest absque rescripto Pontificis, quacumque desertione non obstante.*
14 *Appellatio in Curia cõmissa, licet fuisset effecta deserta, an tamen sententia sit exequenda, in Curia agnosci debet.*

DECISIO CCLXXVIII.

ORdinarius Luceorien. anno 1642. 27. Augusti per diffinitiuam sententiam pronunciauit bona de quibus agitur spectare ad Propositum Koden. eius *Summ. num. 1.* in qua cum appellassent infra legitima tempora fratres Sancti Augustini loci Eresten. & causam eorum appellationis committi curassent in Rota sub die 5. Decembris eiusdem anni expedita subinde solita citatione cum inhibitione eam personaliter præsentare fecerũt eidẽ Præposito die 16. Aprilis 1643. eorum *Summ. n. 6.* Verum quia anno præterito idem Ordinarius Luceorien. supponens elapsa fuisse fatalia ob non prosequutã vlterius appellationem declarauit causam esse desertam, suamque sententiam transitum fecisse in rem iudicatam, & deinde illam executioni demandauit, imponendo fratribus perpetuum silentium. Ideò proposito dubio resolutum fuit constare de attentatis, quæ veniunt reuocanda, cum hæc omnia gesta fuerunt in spretum inhibitionis Rotalis antea per-
1 sonaliter præsentatę, quæ siue iusta siue iniusta erat timenda iuxta inueteratam sententiam huius Sacri Tribunalis millies in diuersis, & pluribus causis quotidiè firmatum, & præcipuè aliis omissis in *Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 17. Februarii 1645. & in Bononien. attentatorum 18. Iunii 1646. coram me.* Idque etiam si non fuerit actuali-
2 ter Iudici præsentata, quia ad effectum attentatorũ sufficit intimatam fuisse parti collitiganti, vt declarauit *Rota coram san. mem. Gregor. dec. 360. num. 2. in recent. dec. 296. num. 7. & 8. par. 6. & dec. 311. num. 2. part. 8.*

Non obstat, quod in actis Notarii causæ tempore legitimo reproducta non fuerit.

Tum quia defectus reproductionis sanatus omni-
3 no fuit per comparitionem Procuratoris Præpositi, qui exhibito mandato Procuræ sub die 10. Iunij eiusdẽ anni 1643. protestatus fuit nihil fieri nisi ipso citato in quolibet actu, vt in processu *fol. 41. & 52 à terg. ex trad. ad propositum per Vestr. in prax. lib. 4. cap. 4. sub. num. 7. vers. Altera vtilitas est Modern. de citat. tom. 3. cap. 16. num. 63. in fin. vers. nisi tamen san. mem. Greg. dec. 27. num. 3.*

Tum etiam quia reproductio foret necessaria si
4 prætenderentur reuocata attẽtata ob spretum litis pendentiæ, quæ regulariter non inducitur nisi citatio, seu Monitorium reproduceretur infra annũ, vel biennium, cum tunc remaneat circumductum in quibus terminis loquuntur *Mandos. dec. 366. num. 14. Grat. discept. for. cap. 715. nu 1. cum seqq. bo. me. Burat.*
5 *dec. 652. num. 2.* cum cæteris ab altera parte allegatis minusuè attentata operetur, vt dixit *Rota in rec. dec. 455. num. 5. part. 1.* Secus autem dum prout hic
6 dicta reuocatio petitur ob spretum inhibitionis, hoc enim casu non requiritur illius reproductio, sed attenditur tantummodo personalis præsentatio, vt perpetuò tenuit Rota, quando sic gesta reuocauit per viam attentatorum, & signanter in *d. decis. 311 num. 1. par. 8. rec. & in dd. Cæsaraugustana, & Bonon. sup. alleg.* vltra quod vbi etiam præfata non essent reuocanda ad instantiam partis ob non factam re-
7 productionem essent tamen reuocanda officio Iudicis ob spretum iurisdictionis Rotalis cuius maiestas læsa fuit per ea, quæ in similibus terminis dicta fuerunt *in Messanen. Decanatus 13. Februar. 1645. §. Minus facit in fin & in Colonien. optionis 3. Iulii eiusdem anni, §. fin. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Minus obstat, quod lapsis fatalibus appellatio fue-
8 rit deserta, & causa ad primum Iudicẽ redierit ex *not. in l. eos la prima, C. de appell.* Ideoque licitè ipse

potuerit sententiam executioni demandare *Laneell. de attentat. appell. pend. ampl. 1. nu. 34. cum plur. seqq. Card. Put. dec. 2. de appell.*

Conclusio enim non procedit simpliciter, sed se-
9 quuta prius desertionis declaratione per Iudicem,
ad quem, vt explicat *Rebuff. ad const. Reg. tit. de euo-
cat. art. 1. num. 67. Card. Seraph. dec. 555. num. 9. Card.*
10 *Caual. dec. 333. num. 3.* quæ præsertim requiritur, vbi
prout hic desertio non erat clara, sed admodum
dubia ob impedimenta, aliasque rationes deductas
ab informantibus pro fratribus ex huiusmodi enim
dubietate poterat de eadem desertione cognoscere
11 solus Iudex appellationis, vt declarauit *Rota in Be-
neuentana attentatorum 26. Iunij 1634. coram Emi-
nentissimo Domino Cardinali Verospio in recen. d. dec.
296. num. 4. & 5. part. 7.*

Idque sine difficultate cum agatur de appellatio-
12 ne commissa in Curia, per quam aufertur à Iudice
à quo omnis facultas se amplius intromittendi in
huiusmodi negocio *Rot. dec. 10. nu. 2. & 3. vt lit. pen.
in nou.* & causa efficitur curialis, ita vt à Curia extra-
13 hi, & ad partes reuerti nequeat absq; rescripto Pon-
tificis quacumque desertione non obstante *Vestr. in
prax. lib. 3. cap. 9. num. 12. Marches. de comm. part. 3. tit.
de comm. denol. caus. ad Rom. Cur. cap. 1. §. 1. num. 17. &
18. fol. 364. Rot. dec. 17. de appell. in nou. Papaz. ad de-
cis. 23. num. 5. de rescript. pariter in non. & dictum fuit
in Toletana fructuum 16. Maii 1586. coram recol. me.
Card. Hieronymo Pamphilio penes eundem Marches.
part. 2. fol. 80. num. 2.* Et consequenter articulus exe-
14 cutionis remanebat in Curia licet appellatio fuis-
set deserta, vt optimè respondit, *Rota in dicta Toleta-
na fructuum, num. 6. & sequuta fuit eadem Rota in Be-
neuentana attentatorum 2. Decembris 1648. cor. R. P. D.
Pentingerio.*

Quod idem agnouit ipsemet Præpositus dum
non obstante sententia ordinarij super desertione
cum subsequuta exequutione impetrauit commis-
sionem exequutorialem mihi directam, quæ tamen
non fuisset necessaria, si causa fuisset reuersa ad eum-
dem ordinarium.

Et ità vtraque &c.

ROMANA, SEV IANVEN. LOCORVM MONTIVM.

Mercurii 1. Iulii 1648.

ARGVMENTVM.

Loca Montium ab eo probantur possessa, in cuius fauorem sunt descripta, sicque illi in eis debetur manutentio, quæ non retardatur per exceptiones nullitatis, & falsitatis, cum istæ ad petitorium remittantur.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem probans tempore mota litis manuteneri debet.*
2 *Possessio locorum Montiũ probatur ex descriptione facta in libris Montium.*
Manutentio conceditur illi in cuius fauorem loca Montium reperiuntur descripta, num. 2.
3 *Exactio fructuum locorum Montium probat illorum possessionem.*
Manutentio conceditur etiam per exactionem ex vnico tantum actu probatam, num. 3.
4 *Statutum nõ habet locum in bonis sitis extra Territorium.*
5 *Statutum siuè loquatur in rem, siuè in personam nunquam comprehendit bona extra Territoriũ.*
6 *Possessio transfertur etiam ex contractu nullo*, & num. seq. vbi vide.
7 *Nullitas contractus proueniens non ex defectu consensus, sed solemnitatum non inficit possessionẽ.*
8 *Nullitatis exceptio reijcitur ad petitorium.*
9 *Ratificatio æquiparatur mandato, & illius tollit nullitates.*
10 *Ratificatio remouet nullitates mandati, vbi illud speciale requiritur.*

DECISIO CCLXXIX.

POstquam contendentibus DD. Barbara Spinula, &
Marchione ab Auria coniugibus bis resolutum
fuerat esse remouenda impedimenta à locis 50.
Montis fidei, de quibus agitur D. Comes Io. Bapti-
sta communis filius exhibuit commissionẽ admissio-
nis ad causam, ideò proposito dubio, an constaret
de ipsius interesse sub die prima Iulij superioris anni
1647. fuit affirmatiuè resolutum. Vnde suscepta
hodie disputatione inter matrem, & filium, cui esset
dandum mandatum de manutenẽdo in possessione
dd. locorum Montium, & exactionis fructuum ad
fauorem eiusdem Barbaræ matris DD. responderũt
quia probat suam possessionem de tempore motæ
litis, quæ consequenter est manutenenda *vulg. §. re-
tinendæ instit. de interd.*

Probat siquidem suam possessionem, tùm ex
1 descriptione facta in libris montis per Secretarium
retentis eius *Summ. num. 10.* quam proficuam esse ad
effectum concedendi manutentionem illi ad cuius
fauorem loca montium reperiuntur descripta plu-
ries tenuit Rota, & præsertim in *Romana hæredita-
tis de Cineis 15. Decembris 1626. coram bo. me. Piro-
vano post Moderu. Perus. de manut. dec. 179. ante nu-
mer. 1. in Romana, seu Ianuen. locorum Montium 4.
Iulii 1635. coram bo. me. Buccabella in recent. dec. 70.
sub num. 1. vers. illa enim constat part. 7. in Romana,
seu Albiganen. 14. Decembris 1646. coram me, §. quo
verò.*

Tùm etiam ex partitis extractis ex libris Deposi-
2 tariorum continentibus exactiones fructuum eorũ-
dem locorum Montium *d. Summ. num. 2.* quæ exa-
ctiones probant sine scrupulo possessionem exigen-
tis licet ad effectum, de quo agitur vnica tantum
sufficeret ad tradita per Rotam in his præcisis ter-
minis *in d. Romana hæreditatis de Cineiis, numer. 1. in
Romana locorum Montium 14. Maii 1629. coram bon.
mem. Cardinali Virili post eundem de manut. dec. 725.
num. 10. in d. Romana, seu Ianuen. locorum Montium
nu. 3. & in d. Romana, seu Albiganen. Bonorum, §. tum
ex partitis.*

Nec visæ fuerunt attendendæ nullitates opposi-
3 tæ contra cessionem dd. locorum Montium ad fa-
uorem Barbaræ factam. Prima enim desumpta
ex Statuto Ianuæ *lib. 4. cap. 20. §. masculi maiores, &
§. vltimo disponente*, quod masculi maiores 25. annis
existentes in Patris, vel Aui paterni potestate non
possint se obligare contrahere, nec in Iudicio com-
parere nisi de consensu Patris, vel Aui, in cuius po-
4 testate fuerint quodque si in aliquo huiusmodi so-
lemnitas defecerit consensus, & obligationes non
valeant, sed sint ipso iure irritæ, & nullæ, ac præsu-
mantur simulatæ etiam quod interuenerint iuramẽ-
ta, & aliæ solemnitates. Euitatur facili responsio-
ne. Quia omisso an dictum statutum habeat locum
5 in bonis extantibus extra Territorium Statuentium,
prout sunt loca Montium de quibus agitur, cuius
contrarium magistraliter resoluit *Rota in Narnien.
successionis 22. Maii 1628. coram bon. men. Merlino in
recent. dec. 177. per tot. par. 5. vbi sub num. 13.* reijci-
tur, & refutatur distinctio *Bart. in l. cunctos populos,
num. 33. C. de Summ. Trinit.* vlterius, an statutum
loquatur in rem, siue in personam, quæ decisio com-
probata fuit in *Romana supplementi legitimæ 18. May
1640.*

1640. *coram me, §. Sed etiam quatenus*. Attamen hoc
prætextu non potest Barbaræ denegari manuten-
6 tio, cum possessio etiam ex contractu nullo transfe-
ratur, quando prout hic deuentum est ad actualem
traditionem, & executionem facti per *text. in l. 1. §.*
si vir. vxori, vbi communiter DD. ff. de acquir. poss.
Hond. cons. 20. num. 40. lib. 1. Giouag. cons. 14. sub n. 17.
vers. vltra quod lib. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 331. sub.
num. 4. vers. & tandem Tiraq. de iur. const. 6. part. 3.
limit. 3. num. 11. Rot. diuers. decis. 612. numer. 2. par. 1.
coram san. mem. Greg. dec. 194. num. 23. ibiq. Add. nu. 28.
in recent. dec. 92. num. 5. par. 1. dec. 768. sub nu. 9. vers.
præsertim sequuta part. 2. dec. 291. num. 4. part. 6. &
dec. 60. num. 8. par. 7. & coram Card. Caual. decis. 473.
num. 5. vers. nam etiam. Quæ indubitanter proce-
dunt in proposito, quo nullitas non prouenit ex de-
7 fectu consensus, sed, dumtaxat solemnitatum iuxta
distinctionem, quampluries approbauit *Rot. & præ-*
cipuè coram Acchill. dec. 15. num. 4. & 5. de restit. spo-
liat. dec. 92. num. 1. cum seqq. part. 2. diuers. coram Card.
Put. decis. 276. num. 5. lib. 3. in correctis coram Card. Se-
raph dec. 638. num. 3. in rec. d. dec. 768. num. 9. vers. Imò
nec etiam part. 2. & coram Card. Canal. dec. 503. nu. 2.
Discussio verò præfatæ nullitatis reijci debet ad pe-
8 titorium, vt in similibus terminis responsum fuit in
Romana fideicommissi de Epis. 15. Aprilis 1631. coram
Eminentiss. Cardinali Verospio iuniore in recen. dec. 35.
num. 15. part. 6. aliisque relatis in Papien. pensionis 11.
Maii præteriti coram me.

Secunda verò deducta ex defectu mandati procu-
ræ in personam illius, qui dictam cessionem perfe-
cit, tollitur ex facto, cum ex lectura eiusdem man-
dati transmissi in Calce responsionis pro Barbara,
appareat Procuratorem plenam habuisse facultatē
illa cedendi; Et cessat omnis difficultas ex subse-
quuta ratificatione ipsiusmet Ioannis Baptistæ, qui
die 30. Decembris 1645. habita notitia de dicta ces-
sione, & de ea ad plenum cercioratus per instrumē-
tum publicum illam, omniaque in ea contenta de
verbo ad verbum ratificauit, approbauit, & emul-
gauit promisitque semper, & perpetuò habere ra-
tam, & firmam, contraque nō facere, nec venire, &c.
9 *Summ. Barbaræ nu. 3.* Ratificatio enim tollit quem-
cumque defectum mandati ipsique mandato equi-
paratur *cap. ratihabitionem vbi DD. de reg. iur. in 6.*
glos. l. si quis mihi bona §. iussum, de acquir. poss. Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 64. san. mem Greg.
dec. 295. num. 4. & dec. 525. pariter num. 4. vbi nu. seq.
firmat hoc procedere etiam vbi speciale mandatum
requiritur per *text. in l. quod si de speciali, ff. de minor.*
Rot. in rec. dec. 194. num. 8. part. 6. & decis. 78. num. 12.
part. 7. Ac operatur, vt consensus ex interuallo præ-
stitus perinde, ac si ab initio interuenisset *cap. cura,*
& ibi gloss. in verb. consensum de iurepatr. l. fin. C. ad
Maced. l. licet, §. de iudic. & dixit Rota in Cremonen.
Præpositurę 15. *Decembris 1631. coram Motmanno,*
quæ est dec. 82. num. 6. & 7. part. 6. rec.

Nec fuit habita in consideratione falsitas apposi-
10 ta contra prę̨fatum instrumentā ratificationis. Quia
cum agatur in Summarijssimo manutentionis, nec
ab altera parte ostendatur euidēs probatio præten-
sę falsitatis, illius exceptio non est apta impedire
manutentionem Barbarę possidenti; ità concludunt
Giouagn. dict. cons. 14. numer. 13. lib. 1. Menoch. de retin.
remed. vltim. num. 43. Roder. de Ann. reddit. lib. primo
quæst. 17. num. 37. vers. vltimo qua diximus, quos re-
fert, & sequitur *Modern. Perus. dict. obseru. 68. nu-*
mer. 3. & 4.

Alia verò longa serie pro D. Ioann. Baptista, &
D. Marchione eius Patre dixerunt Domini non esse
prę̨sentis inspectionis ideo illa noluerunt atten-
dere.

Et ita resolutum vtraque &c.

ROMANA, SEV ALBINGANEN. BONORVM

Mercur. 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Tutor, qui non procurat, vt pupillus debita cum reue-
rentia mandatis Rotalibus obediat, ipse, non autem
pupillus declaratur excōmunicatus seruatis tamen
ad hanc materiam seruari solitis, & hęc excommu
nicatio eo magis conceditur, vbi constat de recur-
su ad Iudices Laicos.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur vbi post comminationem censurarum, illarum intimatione, reproductione ac seruatis terminis non docetur de paritione.*
Declaratoria quare concedatur, num. 1.
2 *Declaratoria datur contra Tutores.*
Tutor curare debet, vt pupillus sine fraude obediat præcepto Iudicis, nu. 2.
Pupillo nō obediente pręcepto Iudicis Tutor delinquere dicitur, num 2.
3 *Per edictum, vt possit procedi constare debet de nō tuto accessu.*
4 *Accessus minus tutus probatur ex Testibus etiam singularibus.*
5 *Intimatio declaratoriæ vbi de nō tuto cōstat accessu non personalis, sed per affixionem fieri potest.*
6 *Paritio quę requiratur in mādato de manutenēdo*
7 *Recursus ad Iudices Laicos paritionē excludit, & detestabilem contumaciam ostendit, & num. seq.*
8 *Pertinacia probatur per recursus ad Iudices Laicos*
9 *Protestatio etiam sola de recurrendo ad Iudices Laicos sufficit pro obtinenda declaratoria.*

DECISIO CCLXXX.

CONtra Mariam Hieronymam Iustinianam Ste-
phanum Balbum, Lepidum Inuream, & Ioan-
nem Baptistam Iustinianum assertos Tutores Marię
Septimiæ Pasquæ censuerunt Domini dandam esse
declaratoriam, cum constet de relaxatione mandati
Rotalis de manutenendo relaxati præuia decisione
1 sub die 14. Decembris 1646. coram me continentis
comminationem censurarum de illius intimatione,
ac reproductione in actis Notarij causæ cum præfi-
xione termini ad parendum, & demum de serua-
tione quatuor terminorum ad docendum se paruis-
se *Summario informantis num. 1. 3. & 7.* quibus omni-
bus concurrentibus, dum non constat de paritione,
quinimò de apertissima, & inexcusabili contumacia
deueniri solet ad relaxationem declaratoriæ, vt pro-
priæ contumaciæ culpam attentiùs agnoscentes hu-
mili paritione emendari festinet per *text. in cap. 1.*
in fin. vt lit. pend. non contest. Rota in Ampurien. seu
Ciuitaten. conuocationis ad Synodum 13. Februarij
1645. coram R. P. D. meo Meltio in Leodien. Decima-
rum 23. Ianuarii eiusdem anni, & in Cæsaraugustana
distributionum 25. Maii 1646. coram me in Toletana
Canonicatus 18. Iunii eiusdem anni, coram R. P. D. meo
Otthobono, & in Toletana Matrimonii 1. Iulii 1647.
coram R. P. D. meo Corrado. Idque etiamsi præfati
2 Tutores Ioannes Baptista, & alij contumaces sint
Tutores, quia & contra ipsos declaratoria conce-
ditur cum nomine pupillæ litem substineant, & bo-
na occupent; Tutor enim curare debet, vt pupil-
lus, sine fraude obediat præcepto Iudicis, aliàs
non pupillus, sed ipse deliquisse censetur per ea,
quæ in proximis terminis declaratoriam relaxando
dixit *Rota in Mediolanen. bonorum 18. Februar. 1630.*
coram recol. memor. Coccino Sacra Rota tunc temporis

Decano apud Modern. Perus. de manut. decis. 272. per tot. & præsertim num. 7.

Nec obstat, quod dictum mandatum de manutenendo non fuerit personaliter intimatum, sed dumtaxat per edictum.

Quia cum in commissione huius causæ adsit expressa facultas procedendi per edictum, constito de
3 non tuto accessu *d. Summ. num. 5.* quæ ex dispositione Sacrorum Canonum necessariò requiritur, vt habetur in *extrauag. vnic. ibi id nobis specialiter, & ex certa scientia iubentibus, vbi etiam gloss. verb. in albo Prætoris de dol. & contum. & in clem.* 1. ibi, *ipso Papa specialiter, & ex certa scientia hoc mandante vbi pariter gloss. in verb. ex certa scientia, ac DD. de Iudic. Rota in Ianuen. Separationis Thori* 8. *Martij* 1627. *§. quantum attinet, &* 16. *Ianuarij* 1632. *coram recol. mem. Coccino in recent. decis.* 104. *num.* 2. *vers. attamen de iure Canonico par.* 6. *& in Mechlinien. nullitatis matrimonii* 16. *Aprilis* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado, §. nam ex ipsa.* Non tutus verò accessus probatur ex
4 Testibus coram me examinatis eodem *Summ. vt.* 2. quorum depositiones exuberant cum ad istum effectum sufficiant etiam Testes singulares ex deductis ad propositum *in dicta Ianuen. Separationis Thori* 8. *Martii* 1627. *§. Et satis probatur, ac in dicta Mechlinen. nullitatis Matrimonii §. iusta verò causa.* Non fuit necessaria prædicti mandati personalis intimatio, sed exequi, & notificari potuit præuia affixione
5 ad loca solita prout factum fuit *Summario num.* 6. ac per edictum procedi, vt fuit seruatum *in dicta Ianuen. Separationis Thori*, & probatur *per Add. ad bo. mem. Buratt. dec.* 943. *num.* 7. *cum seqq. ac in d. Mechlinien. nullitatis matrimonii.*

Minusque obstat, quod mandatum de manutenẽdo nil certi contineat, in quo sit parendum, & proinde sola patientia sufficiat.

Fuit enim responsum hoc procedere posse quando vna cum patientia concurreret etiam oblatio verbalis de parendo, ac actualiter obediendo, vt distinguendo inter rem corporalem, prout in casu nostro, & incorporalem declarauit *Rot. decis.* 649. *n.* 2. *par.* 4. *recent. & in supradicta Mediolanen. bonorum num.* 3. Hic autem tantum abest, quod constet de huiusmodi patientia vna cum præfata verbali oblatione, quinimò apertissimè docetur de contrario, cum Ioannes Baptista tradito sibi mediante quodã Clerico mandato Rotali illud in terram proiecit, *Summ. nu.* 3. & deinde ipse vna cum alijs Contutoribus præuio Procuratore adiuit Senatum Genuæ, & ab eo nouam suæ occupationis bonorum, de quibus agitur confirmationem extorsit eodem *Summ. nu.* 4. Ex hac igitur proiectione, & recursu ad Iudices Laicos resultat manifesta, & inexcusabilis contra-
7 dictio, quæ quamlibet paritionem excludit, & detestabilem contumaciam ostendit *ad text. in l. contumaciam vers. contumaces non videtur ff. de re iud.* quem in terminis optimè expendit *Rota in dicta Mediolanen. bonorum num.* 4.

Et hinc etiam eo facilius in hanc sententiam iuerunt
8 Domini, quia ob dictum recursum euidentior conuincitur illorum pertinaciæ probatio, vt dixit *Rota coram bon. mem. Burato decis.* 825. *num.* 5. *vers. tum. quia habitus fuit in rec. dec.* 680. *sub. num.* 2. *vers. imò non solum par.* 1. & in alijs relatis in supra alle-
9 gata *Toletana Matrimonii §. fin.* proindeque libentius declaratoria venit concedenda, licet ad hunc effectum sola etiam protestatio de ibidem recurrendo sufficiat, vt resolutum fuit *in Vilxbonen. beneficii* 10. *Aprilis* 1617. *coram bon. mem. Vbaldo, & in dicta Leodien. Decimarum* 23. *Ianuarii* 1645. *coram me §. vltimo.*

Et ita resolutum fuit vnica tantum, altera verò parte sæpius citata, & intimata &c.

FARFEN. BONORVM.

Veneris 27. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Transportationis defectus inductus vigore *Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reformat.* non procedit in caussis prophanis, in quibus ea solum acta transportare necessarium est, quæ tendunt ad iustitiam, vel iniustitiam causæ. Bona emphiteotica, quando ob delictum inuestiti possint confiscari, & ad dominum directum reuerti in præiudicium comprehensorum in inuestitura, & ex propria persona venientium, & quando in concessione inuestituræ, etiam Fiscus censeatur comprehensus?

SVMMARIVM.

1 *Notario quoad acta fides adhibetur.*

2 *Processus dicitur nullus actis non transportatis etiamsi causa ad alium Iudicem deuenerit per viam auocationis.*

3 *In causis prophanis non habet locũ dispositio* Sacr. Concilij Trid. sess. 24. cap. 20. de Reformat.

4 *Transportatio actorum intelligitur de actis releuantibus, quæ conferunt ad detegendam Iustitiam, vel iniustitiam sententiæ.*

5 *Transportationis defectus non impedit exercitiũ iurisdictionis Iudicis ad quem, nec operatur sententiæ nullitatem, sed tantummodo suspendit illius executionem, donec discutiatur an acta non transportata sin releuantia, nec ne?*

6 *Emphiteusis ex pacto, & prouidentia, ob delictum emphiteutæ non potest confiscari, nec ad dominũ directum deuolui in præiudicium comprehensorum in inuestitura, & ex propria persona venientium.*

7 *Declara dummodo delictum non sit circa ipsum contractum emphiteoticum, scilicet in non soluendo canonem, vel in alienando bona ipso irrequisito, vel ex alia simili causa.*

8 *Emphiteusis Ecclesiastica, concessa pro se Filijs, & Nepotibus masculis absque mentione hæredum, dicitur ex pacto, & prouidentia nec ad extraneos transit.*

9 *Declara hoc non procedere vbi ex generali consuetudine bona emphiteotica, etiam ex pacto, & prouidentia redacta sunt ad instar allodialium.*

10 *Bona emphiteotica, etiam ex pacto, & prouidẽtia, vbi ex generali consuetudine sunt redacta ad instar allodialium transeunt ad quoscumque hæredes etiam extraneos.*

11 *Amplia vt etiam in isto casu veniant in confiscatione, & licitè transeant in fiscum iuxta veriorem, & communiorem sententiam.*

12 *Emphiteusis à priuato concessa, & ad extraneos transitoria, transit etiam in fiscum.*

13 *Emphiteusis concessa ab Ecclesia, etiamsi ad extraneos sit transitoria, numquam tamen transit in fiscum.*

14 *Limita hoc non procedere, quando bursa fiscalis est eadem cum bursa, seu mensa Ecclesiæ domina directa.*

15 *Emphiteusis pactionata cum simplici licẽtia alienandi, non suffragatur fisco, succedere volenti ex delicto emphiteutæ, cum simili licentia intelligatur de alienatione, quæ fiat expressè.*

16 *Alienandi licentia in contractibus attributa, intelligitur de alienatione, quæ fiat expresse.*

17 *Fiscus vbi non agitur de emphiteusi pactionata cũ sola licentia alienandi, sed de emphiteusi redacta*

ad

adinstar bonorum allodialium, & transitoria ad extraneos, non est opus vt in ea possit succedere quod in eum inuestitus disponat, sed sufficit, quod delinquat.

18 *In emphiteusi in qua comprehēduntur hæredes etiã extranei fiscus quoque comprehenditur.*

19 *Fiscus in emphiteusi venit loco, & nomine hæredis extranei.*

20 *Fiscus potest succedere in emphiteusi redacta adinstar bonorum allodialiũ, & transitoria ad extraneos, non vt vocatus ab emphiteuta delinquente, sed tamquam ab initio inter extraneos in inuestitura comprahensus.*

21 *Bona emphiteotica Ecclesiæ, quãdo sunt transitoria ad hæredes etiam extraneos, transeunt in fiscum, dum fiscus est idem cum Ecclesia concedente.*

22 *Emphiteuta dum supplicauit domino directo pro noua inuestitura, non potest amplius impugnare cõfiscationem bonorum cum ex illa supplicatione dicatur agnouisse delictum, & approbasse iustitiã confiscationis.*

23 *Mandatum procuræ præsumitur ex productione iurium, & ex impensis necessariis à Procuratore factis.*

24 *Mandatum procuræ præsumitur, quando principalis acceptauit, totum id, quod à Procuratore fuit impetratum.*

25 *Mandati exceptionem non opponere potest principalis, qui acceptauit totum id quod à Procuratore fuit impetratum cum dicatur omnia ab eo gesta ratificasse.*

26 *Ratificatio tollit quemcumque defectum mandati, ipsique mandato æquiparatur etiamsi speciale requireretur.*

27 *Emphiteuta censetur renunciasse cuilibet iuri sibi competenti ex antiqua inuestitura, dum pro noua cõcessione supplicauit ex gratia, eamque obtinuit soluendo aliquam summam.*

28 *Emphiteuta dum passus fuit alios inuestiri, & per spacium longi temporis non reclamauit, censetur consensisse illorum inuestituræ.*

29 *Emphiteuta vt præsumatur consensisse inuestituræ alias factæ, sufficit eius consensus etiam tacitus.*

30 *Emphiteuta sciens alium fuisse inuestitum, dum per spacium longissimi temporis non reclamauit remanet exclusus ab omni iure, quod ei competebat ex primordiali inuestitura.*

31 *Inuestitura nõ suffragatur emphiteutæ, dum est posterior concessioni prius alteri factæ.*

DECISIO CCLXXXI.

SEntentiam Rotalem denegantem Iulio Ranaldo immissionem, & declarantem eidem non suffragari inuestituras bonorum, de quibus agitur, dixerunt Domini esse confirmandam licet eiusdem sententiæ validitatem, & iustitiam idem Iulius hodiè acriter impugnaret.

Quo enim ad validitatem nihil refert, quod ab
initio hæc causa fuit cæpta coram A.C. ibique facta
1 quamplura acta, vt constat ex attestatione Notarij,
cui in hoc solet fides adhiberi ex allegatis in *Assisien. bonorum 9. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio.* Itaut proindè nulliter processum fuerit
2 illis non transportatis etiamsi ad Rotam causa postmodum deuenerit per viam auocationis iuxta *decis. Guidop. 440. nu. 2.* quam sequuta fuit *Rota in Placentina Decimarum 18. Nouembris 1638. coram bo. me. Pirouano, & in Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarii 1647. §. atque hinc tollitur coram R. P. D. meo Bichio.*
3 Quia in prophanis, vt in casu, de quo agitur, in
quibus non habet locum dispositio Sacri Concil. Trident. *sess. 24. cap. 20. de reform.* Transportatio,
4 quam iubet Imperator in *l. 2. C. de eden.* intelligitur
de actis releuantibus, quæ conferant ad iustitiam, vel iniustitiam detegendam, vt distinguendo respondit *Rota in Leodien. Dominii de Steuordia coram bon. men. Coccino apud Fenzon. ad stat. Vrb. decis. 165. §. his positis, & §. est tamen.* idemque firmatur in *Ariminen. fideicommissi 28. Iunii 1641. coram me §. nullam autem, vers. erant omninò, & in dicta Assisien. bonorum §. non obstat.* Ideoque non constito an acta non transportata sint releuantia, nec ne, omissio transportationis non impedit exercitium iurisdictionis Iudicis, ad quem, nec operatur sententiæ nullitatem, sed tantummodo suspendit illius executionem, donec discutiantur, vt explicauit *Rota in Panormitana Archidiaconatus 26. Februarii 1590. coram bon. mem. Penia inter eius impress. dec. 72. num. 1. 2. 3. & 4. in d. Leodien. Dominii de Steuordia d. §. his positis vers. tamen si procedatur, & §. sequenti vers. In causa verò prophana*, ac postremò in *Romana Societatis Affictus 27. Martii 1647. coram R. P. D. meo Arguellio §. hanc tamen vers. vndè.*

Quo verò ad iustitiam nõ obstat, quod Inuestitura concessa anno 1592. Tholomæo, & Delio fratribus sit ex pacto, & prouidentia, quodque proindè
6 in præiudicium Iulij filij eiusdem Tholomæi ex propria persona vocati bona ibidem comprahensa confiscari non potuerit, nec ad Dominum directum deuolui ob delictum progenitoris, dum commis-
7 sum non fuit circa ipsum contractum emphiteoticũ, scilicet non soluendo canonem, vel bona alienando ipso irrequisito, aut ex alia simili causa, vt distinguit *Bart. in l. eum, qui num. 3. vers. per hoc dico ff. de interd. & relegat. quem sequitur Surd. cons. 76. num. 8.* alijq; allegati in *decis. huius causæ edita 9. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Royas, §. primo in fin.*

Placuit enim responsio, quod licet agatur de em-
8 phiteusi Ecclesiastica quæ ex sui tenore videtur ex pacto, & prouidentia, tanquam concessa pro se filijs, & nepotibus masculis, absque mentione hæredum, vt tradit *Bart. in l. iuris iurandi, §. si liberi nu. 4. ff. de oper. libert. Paris. cons. 23. num. 30. post. med. lib. 1. Pereg. cons. 28. num. 11 lib. 1. Menoch. cons. 1173. nu. 3. & 4. Surd. d. cons. 76. num. 3. cum seqq. Rossental. de feud. cap. 11. conclus. 7. num. 5.* Ex generali tamen consuetudine Abbatiæ Farsen. omnia bona in huiusmodi inuestituris comprahensa, & emphiteotica ex pacto, & prouidentia redacta sunt adinstar bonorum allodialium, vt punctualiter firmatum fuit *in Farsen. bonorum 17. Aprilis 1606. coram bon. mem. Pænia, & in alia Farsen. bonorum coram bo. me. Burat. dec. 87. num. 7. 8. & 8.* & admissum fuit *in Farsen. prætensi Saluiani 14. Iulii 1617. coram recol. me. Coccino in rec. dec. 86. num. 9. cum seqq. part. 5.* Indeque
10 tamquam transitoria ad quoscumque hæredes e-
11 tiam extraneos veniunt in confiscatione, ac licitè transeunt in Fiscum iuxta magis Com. & receptam opinionem, quam pro veriori tenuerunt. *Socc. sen. cons. 266. num. 32. vers. quarto hoc idem cum seqq. lib. 2. Curt. iun. cons 4. num. 20. & 21. ac signanter versic. sequitur ergo lib. 1. Alciat. respons. 34. nu. 5. vers. nam & videmus lib. 1. Plot. inter cons. crim. Zibet. lib. primo cons. 130. num. 72. vers. si & emphiteusis Boss. in prax. tit. de Honor. publice, num. 16. vers. hoc modo distinguitur & meliùs, num. 60. vbi in vers. tamen iure uerior.* testatur sic fuisse iudicatum Mediolani *Gig. de crim. læs. Maiest. par. 3. tit. de pæn. quæst. 6 num 4. & 5. inter tract. magn. tom. 11. part. 1. fol. mihi 68. à terg. Sanch. in præcept. decalog. par. 1. lib. 2. cap. 19. num. 29. Card. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 30. num. 7. Facchin. contr. iur. lib. 9.*

*lib.9.cap.53.per tot. & signanter vers. quod autem Ca-
stropal.oper.moral. par.1.tract.4. disput. 5. punct. 8. Ca-
ball. resolut. crim.cas. 182. num. 7.& 8. Farin. in prax.
tom.1.tit.de delict.& pæn. quæst. 25. num. 56. vers. Sed
quod imò Modern. Fulgin. de iur. emphit. tit. de success.
in bon.emph. p.4. num.13.& 14.*

Nec applicantur deducta per *Clar.in §. emphyteu-*
12 *sis quæst.29.* distinguentem inter emphyteusim con-
cessam à Priuato, & concessam ab Ecclesia, vt scili-
13 cet prima transeat in Fiscum, secunda vero non
transeat, etiamsi ad extraneos sit transitoria. Præter
quod enim eius dictum reprobatur expresse à plu-
ribus, & præsertim à *Facchin. d. quæst. 53. vers. quod
autem, & à Farin. d. quæst. 25. num.56.* Ratio per ip-
sum deducta tota sistit in præiudicio Ecclesiæ, cuius
conditio efficeretur deterior ex transitu bonorum
in Fiscum, qui longè potentior est, quàm priuatus
non solum ex difficultate in conueniendo; sed ex
pluribus alijs priuilegijs, quæ habet, vt ponderat
loco alleg. versic. Breuiter si emphyteusis verb. certum
14 *est enim*, quæ ratio siue bona siue mala cessat, vbi,
prout hic Bursa Fiscalis eadem est cum Bursa, seu
mensa Ecclesiæ Dominæ directæ. Hoc enim casu
non deest iurisdictio in Iudice confiscante, vt potè
Ecclesiastico, nec timeri potest præiudicium, aut
damnum Ecclesiæ ob acquisitionem durioris em-
phiteutæ; Vnde in his terminis inficiari non potest,
quin bona alioquin transitoria ad extraneos ex con-
fiscatione transeant in Fiscum ex iuribus supra alle-
gatis, & in puncto ita distinguendo firmat *Aym.
cons.128.sub num.6. vers. circa secundum.*

Prout minus aduersantur deducta per *Corbul. de
caus. priuat. ob mort. Ciuil. sub num. 38. vers. verunta-
men supradictis non obstantibus cum seqq.* Quia lo-
15 quitur de emphiteusi pactionata, in qua tributa est
tantummodo inuestito facultas, & licentia alienan-
di, & defendit licentiam huiusmodi non suffragari
16 Fisco, ex quo in contractibus similis licentia alie-
nandi intelligitur de alienatione quæ fiat expresse
per ea, quæ monuit *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres
par.8. de verb.oblig. & Alex.cons. 199. num. 10. vol.2.*
17 Nos autem non sumus in emphiteusi pactionata
cum sola licentia alienandi, sed in emphiteusi ex
consuetudine redacta ad instar bonorum allodialiū
& sic transitoria ad extraneos, in qua non est opus,
quod inuestitus disponat, vt Fiscus succedere pos-
18 sit, sed sufficit, quod delinquat; Tunc enim Fiscus
succedit, non quia delinquens dicatur in eum alie-
nasse, sed ex eo, quod in dicta emphiteusi compræ-
19 henduntur etiam extranei hæredes, & sic etiam
Fiscus, qui venit loco hæredis extranei, vt optimè
materiam explicat, & declarat idem *Corbul. loc. al-
leg. à num.50. vers. ad ea autem, quæ in contrarium cum
seqq. signanter num.60. vers. non obstat, cons. Soccin.* qui
licet superiùs tenuerit contra Fiscum, quando ha-
bens facultatem alienandi expresse non alienat
Contrarium dicit procedere quando emphiteusis
concessa foret pro se hæredibus, & quibus dederit
20 quasi tunc Fiscus venire possit non vt à delinquen-
te vocatus, sed vt ab initio compræhensus, in inue-
stitura indeque doctrina Corb. non aduersatur su-
21 perius deductis, sed intrat conclusio supra firmata,
quod in Fiscum transeunt bona emphiteutæ, quæ
sunt transitoria ad hæredes etiam extraneos, & Fi-
scus est idem cum Ecclesia concedente, vt pariter
voluit *Aym.cons. 128 num.6. vers. Sed hic aduerte, &
vers. Sed istud intelligitur.*

Subsistentia autem, & iustitia confiscationis vlte-
riori probatione non eget, cum Iulius illi acquieuis-
se, omniaque desuper gesta ratificasse videatur. Tum
petendo anno 1593. sibi satisfieri de quibusdam eius
Creditis, & contra Fiscum, seu D. Abbatem Farsen.
Dominum directum obtinendo separationem bo-
norum Dotalium ipsius Auiæ, & Matris respectiue
è bonis confiscatis. Tum etiam porrigendo pre-
ces, & supplicationem anno 1602. eidem D. Abba-
ti, vt ob amorem Dei bona, ex quibus agitur ipsi re-
locaret nouamque concederet inuestituram, ibi:
*Giulio, Marco, & Liuia Ranaldi, &c. gli espongono
qualmente gli anni passati gli furono confiscati tutti i
loro beni &c. per delitti, che si pretendeuano commessi
dal Padre, & vn loro Zio, per tanto supplicano per
l'amor di Dio, voglia esser contenta ordinare al suo
Commissario delle locationi, che voglia fargli noua in-
uestitura, e pagato il solito emolumento voglia relocar-
gli tutti li beni di lor Padre, e lor Zio &c.*

22 Hinc igitur necessariò resultat agnitio delicti, ac
approbationis, & confiscationis præfatæ pro vali-
da, & iusta, itaut amplius impugnari non valeat, vt
latè responsum fuit in *decis. huius causæ edita coram
R.P.D.meo Royas 19. Iunij 1647. §. Immo præfatam
cum seq.* & nouissimè firmatum in *Curien. Feudi
27. Aprilis præteriti coram R.P.D.meo Bichio, §.cum-
que in præsenti.*

Nec releuat, quod petitio dictarum dotium, &
bonorum separationis facta fuerit à Procuratore
absque speciali mandato, quodque supplicatio pro
noua Inuestitura ex gratia, & propter Amorem Dei
non inducat renunciationem Iuris sui.

23 Mandatum enim Procuræ dixerunt Domini suf-
ficienter præsumi non solum ex productione Iurium
& impensis necessarijs factis ab ipso Procuratore, vt
dictum fuit in *Ciuitaten. Archipræsbyteratus 24. Mar.
tij 1645 §. primus autem in fin. in Bononien. Rescissio-
nis contractus 28. Iunij eiusdem anni §. non satisfacit, &
in Romana subhastationis de Alexijs 17.Februarij 1647
§. de possessione autem coram me*, sed etiam ex conse-
24 quutione eorumdem creditorum, & bonorum se-
parationis, quæ omnia Iulius, cum suis fratribus
25 obtinuit, & acceptauit, exindè enim desumitur ra-
tificatio omnium gestorum à Procuratore, vt dixit
*Rota coram bon.mem. Buratt. dec. 54. num. 16. coram
Card. Caual. dec. 61. num.6. & in alijs relatis in Cæsena-
ten. Fructuum 28, Iunij 1647. coram R. P. D. meo Ro-
yas §. nihil obstat.* Quæ tollit quemcumque defectum
26 mandati, ipsique mandato æquiparatur, etiamsi spe-
ciale requireretur *cap. ratihabitionem vbi DD. de reg.
iur. in 6. san mem. Greg. dec. 295. num. 4. & seqq.* & nu-
perrimè dictum fuit in *Romana, seu Ianuen. locorum
montium, prima Iulij præteriti coram me §. secunda*;
27 ex supplicatione verò concludenter elicitur confi-
scationis acceptatio, suorumq; iurium renunciatio
cum Abbas Farsen. non teneretur ex iustitia illum
reinuestire, sed ei nouam inuestituram ex gratia
concessit solutis scutis centum, quæ sanè ipse non
soluisset, si aliquod ius ex antiqua inuestitura sibi
ad huc competere agnouisset ad *text. in l. de indebit. ff.
de probat.*

29 Cum enim passus fuerit inuestiri illos de felicibus
& per quinquaginta annos nunquam reclamauit,
vtique consensisse videtur illorum inuestituræ, ad
29 quem effectum sufficit consensus etiam tacitus, vt
notat *gloss. in §. præterea, verb. regressum, tit. quib. mod.
feu amitt. il primo qui insciente inducitur per Annale
silentium Bald. in §. porro numer. 1. ante fin. vers. nota
quod annale qual. feud. alien. poss. Balzaran. in d. §. præ-
terea num. 5. vers. intellige*, & tamen in casu nostro
adest silentium longissimi temporis, adeout proin-
dè ab omni iure forsan sibi cōpetere ex illa primor-
30 diali inuestitura remanserit exclusus ad litteram

deci-

decidit *Text. in d. §. Praterea ibique Iscrn.nu.2. Alue-
rot.num.1.& seq. Bald. in princ. & num.1. in fin. Balze-
ran.d.num.5. tit quib. mod. feud. amitt. il 1. alijsque ad-
ducti in d. dec. coram R.P.D. meo Rayas §. sed quod mo-
uit Dominos*.
Cæterum respectu Inuestituræ concessæ ipsimet
Inlio anno 1602. Domini transierunt cum ijsdem
fundamentis præcedentium decisionum emissarum,
10. *Decembr*, 1646. 18. *Febr.* & 19. *Iunij* 1647. *coram
eod. R. P. D. meo Royas*, quod scilicet ipsi suffragari
31 non valeat tanquam longè posterior concessione
facta dictis de Fælicibus.
Et ita vtraque &c.

ALEXANDRINA CANONICATVS.

Merc. 9. Decembr. 1648.

ARGVMENTVM.

Possessio Beneficij ad effectum concedendi manuten-
tionem, ex quibus sufficienter probata remaneat,
clarè demonstratur. Clausulæ *Dummodo tempore
præsentium non sit alteri ius quæsitum, & Amoto exindè
quolibet illicito detentare*, in litteris Apostolicia ap-
positæ, quid operentur, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

a *Amotio præsupponit possessionem Amoti; sicut priua-
tio habitum.*
2 *Immissionem petens fatetur non se, sed alterum pos-
sidere.*
3 *Manutentio vigore confessatæ possessionis danda est illi
cantra quem fuit petita immissio, dummodo non ha-
buerit se pro spoliato.*
4 *Possessio bene probata remanet ex confessione aduersa-
rij in monitoria facta, ad effectum concedendi ma-
nutentionem possessori ibidem enunciatio.*
5 *Possessio attentata non est manutenibilis.*
6 *Attentata dicitur possessio capta in spretum inhibitio-
nis concessa vigore iactationum.*
7 *Item si fuerit capta pendente tempore ad appellan-
dum.*
8 *Clausula* Dummodo, &c. *in literis Apostolicis ap-
posita efficit executorem mixtum, & ab eius sen-
tentia datur appellatio suspensiua.*
9 *Clausula* Amoto, &c. *existente possessore, & legitimo
contradictore, efficit executorem mixtum.*
10 *Executor gratia certo modo impetrata dicitur mix-
tus, in ea exactior causæ cognitio requiritur parte
citata.*
11 *Publicationis resignationis defectus, non admittitur
in summarijssima possessorio, sed reijcitur ad peti-
torium.*

DECISIO CCLXXXII.

IOannes Circundus prouisus de Canonicatu sub ti-
tulo SS. Caroli, & Augustini in Ecclesia Cathe-
drali Alexandrina, habita notitia, quod Petrus
Martyr Rogna eumdem Canonicatum à SS. D. N.
impetrauerat, seù potius expiscauerat, sub prætextu,
quod ipse resignationem factam ab Antecessore
non publicasset in termino præfixo per constitutio-
nem Gregorianam obtinuit commissionem Iacta-
tionis, & iactationum mihi directam, cuius vigore,
expedita solita citatione cum inhibitione illam
personaliter præsentari curauit ipsi Petro principa-
li, ac dom. dim. cop. intimari Reuerendiss. D. Epi-
scopo Alexandrino, & eius Vicario. Verùm quia
ea non attenta d. Petrus Immissus fuit in actualem
possessionem dicti Canonicatus, ideò Circundus
petijt coram me mandatum de manutenendo quod
Domini proposito dubio illi concedendum esse exi-
stimarunt.
Etenim probat suam anteriorem possessionem ex
præcepto, seù monitorio sibi facto per eumdem
D. Episcopum Alexandrinum, & ad instantiam
eiusdem Petri Martyris Rognæ de dimittendo præ-
fatum Canonicatum eiusque possessionem, in quo
leguntur hæc verba, ibi, *Dilecto nobis &c. Ioanni
Circundo in Ecclesia Cathedrali pro Canonico se geren-
ti &c. noueritis coram nobis comparuisse &c. Petrum
Martyrem Rognam &c. Apostolicum prouisum de Ca-
nonicatu &c. nobisque præsentasse litteras Apostolicas
huiusmodi prouisionis, &c. tenoris sequentis, &c. quo
circa instetit, & instat à nobis quod Apostolica aucto-
ritate præfata sibi, &c. insinuemus &c. & sub inde
tibi præcipiamus sub pœna &c. quod dictum Canonica-
tum &c. dimittere, & de facto dimisisse debeas, & eius-
dem possessionem relinquere, & reliquisse &c. Nos igi-
tur visis &c. te supra salutatum M. R. D. Ioannem
Circundum id d. Cathedrali pro Canonico te gerentem
&c. monemus &c., & te de dicta possessione amoue-
mus, & declaramus amotum &c., & in ea postmodum
sic vacante de inducendo dictum M. R. D. Petrum &c.*
1 Amotio, enim in necessarium antecedens præsuppo-
nit possessionem Amoti, non secus ac priuatio ha-
bitum per ea, quæ ad propositum dixit *Rota coram
bo. me. Buratt. dec. 160. num. 5. & decis. 491. nu. 2. vbi
Add. lit. B. in Beneuentana Canonicatus 14. Maij 1646.
coram R. P. D. meo Bichia §. tùm per sententiam, &
prius in Gerunden. Beneficij 1644. §. accedente præ-
sertim, ac postremò in Melenitana, Præheminentiæ Prio-
ralis 19. Iunij præteriti §. constat enim cor. me.* Et pe-
2 tens immitti fatetur non se, sed alterum possidere
*s. m. Greg. dec. 200. num. 3. bo. me. Buratt. d. decis. 160.
num. 4. dec. 306. num. 1. & dec. 391. num. 1. & 2. Rota su
rec. dec. 661. num. 2. par. 1. & in d. Gerunden. Beneficij in
princ.* Ita vt rationem huius confessatæ possessionis
non sibi, sed alteri, contra quem immissionem pe-
tijt, debeatur manutentio; dummodò, proùt hic
3 non habuerit se pro spoliato, vt post *Menoch. de re-
cuper. poss. remed. 1. nu. 215. cum seqq.* dictum fuit *coram
Reuerendiss. Vrgell. dec. 115. num. 1. in Ferrarien. manu-
ten. 28. Ianuarij 1641. coram bo. me. Pironano in Reca-
naten. Bonor. 4. Iulij 1642. & in d. Gerunden. Beneficij
vbi supra coram me.*
Idque etiam si supradicta verba prolata videan-
tur à Iudice non autem à parte: quia dùm dictum
præceptum, seù monitorium concessum fuit ad eius
instantiam, vt clarè indicant verba illa *coram nobis
comparuisse Petrum Martyrem &c. quo circa instetit,
& instat à nobis, quod Apostolica auctoritate præfata
tibi &c. insinuemus &c.* Vtique prolata præsumun-
tur ab ipsa parte instante, & contra eam plenam
faciunt probationem ad effectum concedendi ma-
4 nutentionem posteriori ibidem enunciato, vt in
terminis firmauit *Rota cor. bo. me. Buratt. decis. 342.
num. 1.* & alijs allegatis *in Iuuenacen. seu Melphiten.
Bonor. 15. Ianuar. 1646. coram R. P. D. meo Corrado,
§. verum etiam.*
Possessionem verò Petri Martyris dixerunt Do-
mini esse attentatam, & consequenter non manute-
nibilem, non solum quia capta fuit die 25. Iunij præ-
teriti, & sic post commissam causam in Rota, & in-
5 hibitionem Rotalem sibi personaliter præsentatam
die 10. eiusdem Summ. num. 1. & 2. ex deductis in
*Colonien. optionis 3. Iulij coram R. P. D. meo Ghisilerio
in Vratislauien. Villæ d. Hoppembruch eadem die cor.
R. P. D. meo Ottobono §. similiter, & melius in Lucana
Canonicatus 30. Aprilis 1646. cor. R. P. D. meo Peutin-
gerio*, vbi in specie agebatur de inhibitione concessa
6 vigore commissionis iactationis, & iactationum.
Sed etiam quia Petrus Martyr illam apprehen-
7 didit pendente tempore ad appellandum: Dùm

8 enim in eius literis Apostolicis adsunt clausulæ
Dummodo tempore præsentium non sit in eis alicui spe-
cialiter ius quæsitum, *& Amoto*, exindè quolibet il-
9 licito detentore: Executor erat mixtus, & propte-
rea ab eius sententia admittebatur appellatio suf-
pensiua, & de clausula *Dummodo, &c.* firmauit *Rota*
coram s.m. Greg. dec. 91. num. 2. coram Reuerendiss. Vr-
gell dec. 414. num. 5. & dec. 437. num. 3. in dicta *Colo-*
nien. optionis §. est etiam in Sulmonen. Vicaria 26. Ia-
nuary 1646. coram R.P.D. meo Melito, §. Nec dubita-
ri potest in Lucana Canonicatus 1. Febr. 1647. coram
R.P.D. meo Royas §. nec dicatur, vers. nec non clausu-
la, & in montis Cassinensis Parochialis 17. Febr. præ-
teriti coram R. P. D. meo Bichio §. fin. & de clausula
Amoto, existente, prout hic Possessore, & legitimo
contradictore tradit *Abb. in cap. de cætero num. 8. ibiq;*
Felin. num. 9. de re iud. Mohed. dec. 6. num. 5. super reg. de
trien. s.m. Greg. dec. 413. sub num. 4. & dictum fuit in
Calagurritana Beneficij de Cornagu 3. Iunij 1644. co-
ram Eminentiss. D. Card. Dataria, & in dictis Colo-
nien. & Lucana, & Montis Cassinensis, ac in Pistorien.
Theorica 31. Ianuarij præteriti cor. R. P. D. meo Ghisi-
lerio: Eoque magis cum agatur de gratia concessa
10 certo modo, in qua exactior causæ cognitio requi-
ritur parte citata, vt tenuit *Rota coram Card. Seraph.*
dec. 1471. num. 2. coram bo. me. Buratt. dec. 529. num. in
Vercellen. vnionis 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo
Verospio §. ex eodem fundamento, & in Oriolen. Deca-
natus 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado, §.
eoque magis; Vnde dum possessio illius vigore ap-
præhensa fuit pendente tempore ad appellandum
ab aperto vitio attentatorum excusari non valet, vt
egregiè firmatur in omnibus supra allegatis deci-
sionibus.

Quæ forsan deduci possent contra Circundum ob
non factam publicationem resignationis in termino
constitutionis Gregorianæ. Censuerunt non esse
habenda in consideratione ad effectum de quo agi-
11 tur, quia exceptio non publicationis non admitti-
tur ad impediendam manutentionem sed reijcitur
ad petitorum, vt dixit *Rota coram bo. me. Buratt. dec.*
263. num. 7. & in Legionen. Beneficij 4. Iulij 1640. cor.
R.P.D. meo Ghisilerio §. non obstat in fine.

Et ita parte vtraq; informante resolutum fuit &c.

ANCONITANA DOTIS.

Mer. 9. Decembr. 1648.

ARGVMENTVM.

Remedium *Auth. Res quæ C. Comm. de legat.* competit Vxori pro restitutione dotis contra bona fideicommissi ascendentis non extantibus bonis Viri, & si extet duplex fideicommissum alterum vniuersale, alterum particulare non cogitur mulier excutere prius vniuersale, quam particulare.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia consistentia in massaritijs suppellectilibus, vtensilibus, pannis lineis, & alijs huiusmodi qualitatis per spatium decennij præsumuntur vsu consumpta.*

2 *Bona fideicommissi ascendentis, quamuis speciali prohibitione alienari prohibita possunt distrahi, & alienari pro restitutione dotis, dum non extant alia bona libera in hæreditate:*

3 Auth. Res quæ, *dum non extant bona libera debitoris indistinctè procedit tam contra vniuersale, quam contra particulare fideicommissum, absque eo quod procedere debeat discussio bonorum vniuersali fideicommisso suppositorum.*

4 *Amplia hoc maximè procedere si eadem persona contra quam agitur ex* remed. dictæ Auth. *sint vocata ad vtrumque fideicommissum.*

5 *Depositum quando non est integrum non suffragatur debitori ad euitandam exequutionem.*

DECISIO CCLXXXIII.

Procedendum esse ad vlteriora resolutum fuerat coram me 24. *Aprilis* 1643. quam resolutionem hodie Domini confirmarunt ex ijsdem rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

Nec obstat, quod Francisca Lanfrancona ex forma mandati A.C. teneretur restituere hæredibus Hieronymi mobilia ad illum spectantia, quibus non restitutis procedi non possit ad vlteriorem mandati executionem.

Fuit enim responsum huiusmodi obiectum fuisse
penitus sublatum in tribus præcedentibus decisioni-
bus coram me emissis 4. *Iulij* 1640. 19. *Aprilis* 1641.
& 2. *Februarij* 1642. Quia aut prætenditur esse re-
stituenda mobilia æstimata per Palazzinam, & in
quodam folio descripta tempore Nuptiarum ipsius
Lanfranconæ, & prætensio cessat animaduertendo
dicta mobilia fuisse triplicis speciei, quorum prima
continebat nonnulla mobilia preciosa, quæ distracta
fuerunt à Hieronymo constante matrimonio. vt
probatum fuit à duobus Testibus formiter exami-
1 natis, secunda consistebat in massaritijs, suppelle-
ctilibus, vtensilibus, pannis lineis, & alijs huiusmo-
di qualitatis, quæ ab anno 1621. quo contractum
fuit matrimonium vsque ad obitum viri secutum
anno 1632. & sic per decennium, & vltra præsu-
muntur vsu consumpta, ex traditis per *Peregr. cons.*
70. num. 21. lib. 1. quem sequuta fuit *Rota coram Ren.*
Vrgell. dec. 192. num. 11. Tertia denique continebat
eadem met mobilia inuentariata inter bona hære-
ditaria D. Hieronymi, Vndè dum pars illorum di-
stracta fuit ab ipso met Hieronymo, pars præsumi-
tur vsu consumpta, & residuum fuit inuentariatum
nouo onere illorum restitutionis Lanfrancona gra-
uari non debet, vt plenissimè firmatur in primis
duabus decisionibus.

Aut verò prætenditur fore restituenda mobilia apposita in inuentario dd. bonorum hæreditariorum Hieronymi, & difficultas eruitur faciliori responsione, nàm omnia prædicta mobilia subhastata fuerunt ad instantiam eiusdem Lanfranconæ ob moram hæredum dicti Hieronymi sui Viri dotem sibi non restituentium, vt probatur in vltima earumdem decisionum.

Minus obstat, quod bona reperta in hæreditate Hieronymi sint supposita Auito fideicommisso Galeatij.

Omissis enim cæteris alijs responsionibus dati in
2 altera decisione. Cum agatur de fideicommisso
ascendentis, & sit inconfesso inter partes in dicta
hæreditate non adesse bona libera, vtique pro resti-
tutione huius dotis distrahi, & alienari possunt
etiam huiusmodi bona, quamuis fideicommisso
supposita, & speciali prohibitione alienari prohi-
bita *ex vulg. remed. d. Auth. res quæ C. comm. de legat.*
ab omnibus, & quotidie in hoc Sacro Tribunali ap-
probato, & præcipuè *coram Card. Seraph. dec. 678. nu.*
5. in Anconitana fideicomm. 10. Decembr. 1584. coram
Blanchetto apud Merlin. de legitim. dec. 33. num. 1. in Ro-
mana Dotis 30. Martij 1618. coram bo. me. Card. Fabritio
Verospio post Fenzon. ad stat. Vrb. decis. 93. per tot. in
Reatina bonorum 6. Nouembris 1632. coram bon. mem.
Pirouano in Spoletana fideicomm. 30. May 1633. coram
R.P.D. meo Ghisilerio, & 4. Decembr. 1634. coram bo.
me. Merlino in rec. dec. 154. num. 1. & dec. 510. num. 4.
& dec. 312. num. 1. & 2. par. 6. in Rom. Dotis 31. Fe-
bruarij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo,

in Romana Salniani de Casalibus 21. Iunij eiusdem anni, §. Prioritas autem, & in Fanen. dotis 4. Iulij 1646. in princ. coram me in Romanæ 23. Iunij 1645. 25. Marij & 4. ..... 1646. coram R. P. D. meo Otthabono, & in Romana census 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. Sed fuit responsum.

Idq; etiamsi constituta fuerint duo fideicommissa alterum scilicet, vniuersale, alterum verò particula-
3 re. Dum enim non adsunt bona libera debitoris dispositio dictæ Authent. indistinctè procedit tam contra vniuersale, quam contra particulare absque eo quod præcedere debeat discussio bonorum vniuersali fideicommisso suppositorum, vt firmat, *Ias. ibid. num. 32.* quem sequuntur *Decian. cons. 18. n. 28. lib. 2. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 9. num. 165. Peregr. de fideic. art. 42. num. 54. Fusar. de substit. quest 571. num. 58. alijsque plenè relatis doctè responsum fuit in d. Spoletana fideicommissi coram bon. mem. Merlino in rec. decis. 312. num. 30. cum seqq. part. 6.* Ea scilicet ratione quia cum huiusmodi priuilegium detractionis non proueniat à voluntate fideicommittentis, sed à lege ipsa lex æquè subijcit, vtrumque fideicommissum, nec mandat prius vnum quam alterum discuti, idemque firmatur in *d. Romana Salniani de Casalibus coram me, §. cuius Auth.* & admissum fuit in *Bonon. fideicommissi, seù Domus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Bichio, §. pariterque detrahi.* Eoque faci-
4 lius in proposito, quo eædem personæ sunt vocatæ ad vtrumque fideicommissum. Hoc enim casu multo minus considerari debet differentia inter vniuersale, & particulare, vt in fortioribus terminis pōderant *Gabr. cons. 138. num. 30. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 404. sub num. 20. Thomat. decis 51. num. 50.*

Cæterum suppositum quod hodie agatur pro augumento non autem pro restitutione ipsius dotis, quæ asseritur constituta in solis scutis 2250. ideoq; non intret Authen. beneficium, non merebatur allegari quia dicta dos constituta fuit in summa scut. 4000. & in hac quantitate ex acta per Hieronymum, iuxta ipsius confessionem de recepto vrgentissimis adminiculis coadiuuatam, vt latè firmatum fuit in tribus decisionibus huius causę *coram R. P. D. meo Arguellio sub diebus 17. Iunij, & 25. Nouembris 1647. ac 31. Ianuarij præteriti.*

Ideoque non obstant depositum, & oblationes alias factæ, quia cum hodiè ex dictis tribus decisionibus canonizatum fuerit Creditum Lanfrancona
5 dd. scut. 4000. depositum illud, & oblationes tanquā non integræ non suffragantur ex doctrin. *Angel. in l. acceptam num. 2. vers. vnde si numerus Cod. de vsur. cum cæteris adductis in altera decisione edita 7. Februarij 1642. coram me, vers. non relenare.*

Et ita vtraque &c.

CATHACEN. HÆREDITATIS.

Vener. 11. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur in possessione mobilium anteriori possessori in concursu posterioris, iustificata tamen illorum possessione. Possessio autem mobilium probatur ex diuisione eorumdem sequuta, & ex possessione domus in qua reperiuntur mobilia, & cōpetit etiam ei manutentio qui per Procuratorem, seu alieno corpore possedit, & quādo quis per lapsū tēporis dicatur cecidisse à commodo possessionis?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur nisi ad limites possessionis.*

2 *Possessio mobilium satis iustificatur ex diuisione eorumdem.*

3 *Diuisio supponit communionem dominij, & possessionis interdiuidentes.*

4 *Procurator qui habuit bona à principali illaque dixit eius procuratorio nomine possidere, si illa vsque ad obitum retinuerit eodem procuratorio nomine retinuisse præsumitur.*

5 *Possidens procuratorio nomine, non sibi sed principali possidet.*

6 *Manutentio non competit possidenti procuratorio nomine, nec eius hæredibus, sed ei cuius nomine possedit.*

7 *Possessio omnis amittitur per lapsum decennij, concurrente scientia, & patientia possidentis.*

8 *Possessio non amittitur etiam per lapsum longi temporis, quando quis possidet alieno corpore.*

9 *Possessor sufficit; quod nunquam animum possidendi amiserit, ne à Ciuili possessione per lapsum longi temporis cecidisse dicatur.*

10 *Possessor per lapsum longi temporis possessionem non ammittit, nisi concurrat eius patientia, & acquiescentia.*

11 *Possessio domus dum iustificatur dicitur etiam probata, possessio mobilium in ea existentium.*

12 *Possessio continentis includit etiam possessionem contentorum.*

13 *Maximè concurrente declaratione possidentis, quod intendit continuare possessionem, etiam quoad contenta quæ asserit eum habuisse animum etiam illa possidendi.*

14 *Ad effectum manutentionis inspicitur dumtaxat mora, & corporalis detentio, & facti insistentia.*

15 *Possessor ad hoc vt obtineat manutentionem contra legatarios agentes, satis est quod insistat super re possessa, & asserat illam esse eius propriam, absque eo quod Identitatem probare teneatur.*

16 *Legatarius prætendens bona à tertio possessa ad se spectare, tamquam propria Testatoris, & ipsi legata, tenetur hoc concludenter probare, tamquam fundamentum suæ intentionis.*

17 *Possessio posterior dum est nulla, & attentata non est manutenibilis, nec impedit manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato.*

18 *Citatio est omnino necessaria pro validitate decreti, & decretum absque citatione factum non sustinetur.*

19 *Nullitas decreti ex defectu citationis sanari non potest ex subsequenti illius intimatione, quando agitur de graui præiudicio.*

20 *Intimatio decreti non supplet defectum citationis, quando agitur de re grauis præiudicij, prout est possessionis ammissio.*

21 *Petens bona arrestari, vel non amoueri ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, pernecesse fatetur se illa non possidere.*

22 *Possessio capta non citato eo de cuius possessione suspicari poterat tamquam nulliter capta apponi debet sub sequestro.*

DECISIO CCLXXXIV.

RÉsolutum fuerat die 17. Maij præteriti Horatio Scoglio solum informante, eidem dandam esse manutentionem in possessione mobilium, & pecuniarum repertarum tempore mortis Decij sui fratris in Domo per ipsum inhabitata, sed reproposita hodie causa informantibus etiam tam Archiconfraternitate Sanctissimi Sacramenti Cathacen. prætensa hærede vniuersali eiusdem Decij, quam Petro Francisco de Pace, & Antonio Mainardo illius Legatarijs placuit DD. ad fauorem Horatij persistere in decisis quoad duas tantum ex tribus partibus præfatorum mobilium. Dum enim ipse

 non

non probat se possedisse omnia dicta mobilia sed
duas dumtaxat ex tribus partibus illorum super il-
1 lis tantummodo venit manutenendus, cum manu-
tentio non detur, nisi ad limites possessionis, vt re-
spondit, *Rota coram sa.me Gregorio dec.569. num. 1. coram Card. Canal.dec.510.nu.3. & in recent.dec.550. nu.2. vers. cum manutentio part.5.*

Respectu enim partis, seu portionis sibi obuentæ
in diuisione facta anno 1612. inter ipsum, & alios
suos fratres de Scoglio præter quod eius possessio
2 satis videtur iustificari ex actu ipsius diuisionis, quæ
3 communionem dominij, & possessionis inter diui-
dentes supponit, *l.magis puta, §.fin. ff de reb.eor.Bald, in l.si probatum num.1. vers. oportet ergo, C. commun. diuid.Dec.cons.647.nu.4.Surd cons. 260. num.2. & 3. cum alijs plenè adductis in Romana diuisionis 10. Iu-*
4 *nij 1641.coram me, §.fin.* cum Decius procuratorio
nomine ipsius Horatij instrumentum præfatæ diui-
sionis stipulatus fuerit, & portionem prædictam re-
ceperit, quam vsque ad obitum retinuit, eodem pro-
curatorio nomine illam retinuisse præsumitur *Bart. in l.2. num.3. C.de acquir.poss.Soccin. sen.cons.15.n.7, lib.4. Aym.cons.226.num.5. & cons. 255. num.3. Menoch.de præsumpt.lib.6.præsumpt 67. num 1. & 4. per tot. Rot.dec.376. num.3.vers. itaut facilius part.1.rec.*
5 Et consequenter non sibi, sed Horatio possedit,
l.quod meo in princip. ff. de acquir. poss. cap. si diligenti vbi Abb. num 6. de præscript. Menoch cons.71.nu.40. Card. Mant. decis.203 num.3. et in proprijs terminis
dictum fuit in *Bononien.manutentionis 2.Martij 1646. coram R.P.D.meo Otthobono in princ.* Itaut proindè
6 ipsi Horatio, non autem Decij successoribus conce-
di debeat manutentio, vt firmauit *Rota in recent. decis.677. num.7. vers. & consequenter part. 2. & melius in Romana de Tornellis 4. Martij 1616.coram bo. me. Remboldo penes Modern. Perus. de manut. dec.135.n.1. ac in d. Bonon manutentionis.*

Nec obstat, quod Horatius anno 1634. iudicialiter interpellauerit Decium ad consignandam præ-
dictam portionem suorum mobilium, & decretum
fauorabile pro consignatione reportauerit *Summ.*
7 *Legatariorum num. 11.* ideoque dum postmodum
passus fuit, quod Decius eadem mobilia retineret
per decennium, & vltra omnem possessionem ami-
sisse videatur *l. licet, vbi gloss. verb. temporis iniuria, C.de acquir.poss. l. fundi.ff. de vsu cap.*

Quia nunquam deposuit animum possidendi cum
semper continuauerit possidere mediante persona
8 ipsius Decij sui Procuratoris per lapsum enim etiā
longi temporis non inducitur obliuio, nec perditur
possessio, quando prout hic, quis possidet corpore
alieno; vt per *Aret. in l.si de eo, §. si fortè, num. 6. ad fin. & num.seq.ff.de acquir. poss. dixit. Rota decis. 378. num.3.& 4. part.1. diuers.* Et licet post d.interpella-
tionem, & decretum effluxerit decennium, nec cu-
rauerit vlteriorem mobilium consignationem expo-
scere exindè tamen argui nequit possessionis amis-
sio, cum vltra actualem detentionem mediante per-
9 sona Decij, vt dictum est, perpetuò retinuerit ani-
mum possidendi, quod sufficit ne ipse à ciuili pos-
sessione cecidisse dicatur, vt notat *gloss in §.quod autem verb.propter absentiam instit.de vsu cap.Alex.in l.si id quod num.2. ff. de acquir. possess. Gratian. discept. forens. cap. 387. num. 31.* Idque præsertim dum sta-
tim sequuto obitu Decij insistendo in Domo per il-
lum inhabitata, quæ erat sua propria vbi dicta mo-
bilia continebantur expressè declarauit se esse illo-
rum Dominum, & possessorem quoad duas ex tri-
bus partibus, obtinendo insuper præceptum, seu in-
hibitionem ne super illis ab aliquo molestaretur
eius *Summ.præterita positionis, num.5.* Hinc enim satis
10 excluditur possessionis amissio cum exinde remo-
ueatur patientia, & acquiescentia, quæ illius dimis-
sionem importat, vt ponderatum fuit in *Volterana Prioratus 16. Martij 1646. coram R.P.D. meo Bichio §. nam primum circa finem.*

Et ex huiusmodi insistentia dixerunt DD. suffi-
cienter iustificari suam possessionem etiam respectu
11 alterius partis, et portionis sibi relictæ à Vitalino
eius fratre, sicut enim dicta insistentia importat pos-
sessionem ipsius Domus ita etiam mobilium in ea
12 existentium, cum possessio continentis includat cō-
tenta, vt optimè dixit, *Bald in l.de his 11.num.2.Cod. de furt. & seruit. corrupt.* quem sequuntur *Alex. in l.3. nu.27.ff.de acq. poss. ibiq.Ias. nu.33.& Zas. n.28. vers. vnde si aliquis, ac clarius in l. cum heredes, n. 10, ff.eod.Pereg. de fideicom art.48. num.75.Galeott. contr. iur. lib.1. controu.23. sub nu.9. vers.idemque in Domo* cum alijs plenè congestis *in Bonon. hæreditatis 26. Iunij præteriti, coram R.P.D.meo Bichio, §.quam reali-*
13 *ter.* Concurrente præsertim supradicta declaratio-
ne, quæ ostendit animum insistentis, acquirendi, et
continuandi possessionem non solum respectu Do-
mus, sed etiam respectu dd.duarum portionum mo-
bilium in ea contentorum, vt egregie responsum
fuit in dicta *Bonon. hæreditatis, §. Secundo responde-tur.* Et consequenter huiusmodi possessio est omi-
14 ninò manutenibilis, cum ad istum effectum inspi-
ciatur dumtaxat mera, et corporalis detentio, et fa-
cti insistentia, vt probant *Fontanell. de pact. nupt. cl. 7. glos.3 par.10.n.24 Barz.decis.Bononien.47.nu.19. et 25.Milanen.dec 3.num.179.lib.1.quos refert, & sequuntur Modern. Perus. vbi sup. obseru.42. nu. 92.*

Neque est necessaria vlterior identitatis proba-
15 tio, dum enim sequuto obitu Decij, ipse insistendo
in d.Domo declarauit duas portiones ex tribus mo-
bilium ibidem existentium esse suas proprias, vt di-
ctum est, hoc sibi sufficit, vt ei præfata manutentio
16 concedatur, Legatarij verò prætendentes eadem
mobilia ad se spectare tanquam propria Decij. et
ipsis Legata, tenentur hoc concludenter probare,
tanquam principale fundamentum intentionis ip-
sorum.

Minusuè obstat possessio vltimo loco per Lega-
tarios appræhensa. Quia cum sit nulla, et attentata,
17 non est manutenibilis, nec impedire potest manu-
tentionem Horatio anteriori possessori, qui non ha-
buit se pro spoliato, vt firmatur in altera *decis. §.nec obstat cum seq.* Et quamuis prætendant non fuisse
captam vigore sententiæ Ordinarij Cathaeen.prout
supponitur in dicta decisione, sed vigore decreti de
consignando mobilia facti ab eodem ordinario die
21. Nouembris 1646. ipsorum *Summar. num.5. & 7.*
18 Nihilominus huiusmodi decretum laborat pariter
vitio nullitatis ob defectum citationis omninò ne-
cessariæ *capit. licet Episcopus de præbend. in 6.* Quæ
19 quidem nullitas sanata non fuit per subsequentem
illius intimationem, quia cum agatur de re grauis
20 præiudicij, prout est possessionis amissio, intimatio
non supplet defectum citationis, vt dixit, *Rot. in rec. dec.274. num.3 par.1. Add.ad san mem.Greg.dec.457. num.10. vers. sed hoc non habet locum.* Nec quicquam
facit, quod Horatius fuerit præsens, quando idem
Ordinarius sub die 25. eiusdem mandauit dd. mo-
bilia inuentariari *eadem Summar n:* 8. Quia non ideò
acquieuisse videtur prædicto decreto præcedenter
edito, cum inuentarium fieri potuerit adhoc, vt di-
stingui posset mobilium quantitas, et Legatarijs
consignari solum ea pars, quæ verò spectabat ad
Decium.

Re-

Respectu verò tertiæ partis eorumdem mobilium ad Decium proprio iure spectantis Domini noluerunt concedere manutentionem Horatio, & in hac parte recesserunt à decisis, quia ipsemet fassus fuit super ea nullam habere possessionem, dum in prædicto præcepto præuia assertione, quod dicta tertia pars erat sibi obligata, & hypothecata pro pensione Domus à Decio inhabitatæ, institit inhiberi, ne quisquam auderet illam capere, aut transportare, & transportari facere sub pœna excommunicationis, donec sibi de dicta pensione integrè satisfieret dicto
21 *Summ. præterita positionis dicta, num.5.* Petens enim bona arrestari, vel non amoueri ad effectum sibi satisfaciendi de suo Credito, pernecesse fatetur se illa non possidere, vt in similibus terminis respondit, *Rota in Tudertina prædij 24. Maij 1610, coram bonæ mem. Ortambemgho apud eumdem Modern, Perus. dec. 119. num.3.*

Possessio verò Legatariorum super hac tertia parte aliquibus ex Dominis videbatur sequestranda
22 tanquam nulliter capta non citato Horatio possessore aliarum duarum partium, qui vlterius iure Creditoris dictum præceptum, & inhibitionem obtinuerat super dicta tertia parte ne amoueretur, donec ex ea fuisset integrè satisfactus, vt supradictum est, quibus stantibus dicebatur esse locum sequestro, vt in terminis firmauit, *Rota coram Seraphin. dec.877.n.1.& 2. & in Maceraten. hæreditatis 27. Nouembris 1589. & 4. Iunij 1590. coram rec. me. Card. Hieronymo Pamphilio in diuers. decis.412. in fin. par.4. & apud d. Modern. Perus. decis.74. num.1. & 2.*

Super hoc tamen DD. nihil pro nunc firmare voluerunt, sicut etiam nihil firmarunt de pecunijs in hæreditate Decij repertis.

Et ita resolutum omnibus informante, &c.

TREVEREN. SEV COLONIEN. NVLLITATIS PROFESSIONIS.

Lunæ 14. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Professio emissa in Monasterio ob vim, & metum est ipso iure nulla, & qualiter metus ad hunc effectum dicatur sufficienter probatus, & quas requirat probationes?

SVMMARIVM.

1 *Metus ad effectum annullandi professionem ex hoc capite specificam, & concludentem probationem requirit.*
2 *Professionem regulariter liberè, & voluntariè emissam fuisse præsumitur.*
3 *Metus si principaliter non fuit illatus filiæ à parentibus, vt Monasterium ingrederetur ibique Professionem emmitteret, sed ob aliquod delictum filiæ licet secundario hoc euenerit metus ex inde resultans non dicitur specificè, & principaliter incussus ad illam emittendam, itaut proinde eam irritare non valeat.*
4 *Parentibus licet filias delinquentes vulneribus punire,*
5 *Metus principaliter illatus filiæ à Parentibus ob aliquod delictum non irritat votum, & professionem postea à filia emissam sub tali metu.*
6 *Testes sibi contrarij, non reddentes causam ipsorum scientiæ, & deponentes de auditu à partibus nullam faciunt probationem.*
7 *Metus ad effectum annullandi professionem cum resistat præsumptio iuris debet per clariores, & plenas probationes iustificari.*

DECISIO CCLXXXV.

Cum Anna Lontzen Monialis Professa in Monasterio nobilium Virginum B. Mariæ Vallis Ordinis Sancti Augustini prætenderet per vim, & metum Professionem emisisse supplicauit fel. recor. Vrbano VIII. vt dignaretur committere alicui executori causam nullitatis huiusmodi Professionis, & anno 1641. obtinuit commissionem in forma Breuis directam D. Archiepiscopo Treueren & Superiori eiusdem Monasterij cum clausula, *vocatis vocandis, & dummodo exponens illam tacitè, vel expressè non ratificauerit, & quinquennium à die quo emissa fuit elapsum non fuerit*, eius *Summ. num. 2.* Qua commissione præsentata dictis executoribus emanauit sententia declarans Annam non esse audiendam, & Professionem fuisse validam, eodem *Summ. num.3.* Vnde desuper interposita appellatione, & causa mihi delata, dubitaui ipsa solum informante, An constet de valida Professione, & contra eam affir-
1 matiua capta fuit resolutio. Cum enim in proposito nullitas huius Professionis reducatur ad vim, & metum, vt prætenditur à Parentibus sibi illatum, specificam, & concludentem probationem requirit, *l. 2. ff. de his, quæ . . . . cons. fiunt, l. interpositas, Cod. de transact. Rota in rec. decis.463.num.3. par. 2. coram Card Mantic dec.142.num.2.3.& 4. & coram bon.mem. Burat.dec 628.num.3. cum seqq.* Quæ quidem specifica, & concludens probatio visa fuit Dominis desumi non posse ex depositionibus Testium per ipsam
2 examinatorum *Summ.num.4.* Ideoque pro validitate responderunt cum regulariter professionem liberè, & voluntariè emissam fuisse præsumatur, per ea, quæ in similibus terminis dixit. *Rot. d. decis.628. num.2. coram bo.me. Buratt.*

Primus enim Testis iuxta primum interrogatorium deposuit se ignorare vtrum Anna coacta fuerit ad ingrediendum Monasterium, & super octauo articulo dixit illius Parentes ob quemdam casum lubricum illi mortem minatos fuisse.

Secundus iuxta primum respondit, Matrem producentis ob quamdam causam filiam vti vilissimam seruam Colaphis excepisse, & iuxta 20. retulit causam malæ tractationis delictum fuisse.

Tertius iuxta secundum, & tertium deposuit producentem post delictum à Parentibus ità malè tractatam fuisse, vt non potuerit offam in pacem comedere, subdens iuxta 12. & 13. quod meritò honesti Parentes ob huiusmodi delicta prolibus delinquentibus indignati queant, & super octauo dixit, se non audiuisse, quod Parentes producenti mortem inferri voluerint, sed quod eam ob commissum delictum verbis, & verberibus malè tractauerint, atque ita malè tractatam postmodum ad Monasterium coegerint.

Quartus licet iuxta tertium deposuerit se audiuisse a filia antè ingressum Religionis, quod à matre in Monasterium cogebatur, & super 24. quod sibi constaret producentem non libenter in Monasterio fuisse super octauo tamen affirmauit se audiuisse ex relatione Matris, quod bonis verbis illi dixerit ingredien. esse Monasterium, ad Parentum, & propriam infamiam euitandam, & super 15. dixit, Patrem maximum propter delictum commissum dolorem habuisse.

Sextus denique loquitur generaliter, & quamuis iuxta quartum, quintum, & sextum dixerit filiam à matre verbis, & minis ad Monasterium coactam fuisse, & metu Professionem emisisse fateretur, tamen super decimo sexto Patrem dixisse, quod si sciret filiam in Monasterio per metum à matre illatum ingressam esse ipse eam reciperet.

Hinc igitur clarè patet præfatas Testium depositiones non concludere specificam metus probatio-

tio-

tionem, circa actum Professionis quia minæ, & ver-
bera fuerunt illata ob graue delictum, ab ipsa com-
3 missum; Vndè cum primario, & directè illata non
fuerint ad extorquendum consensum vt Monaste-
rium ingrederetur, ibique Professionem emitteret
licet secundario hoc euenerit, nihilominus metus;
ex indè resultans non dicitur specificè, & principa-
liter incussus ad illam emittendam, itaut proinde
eam irritare non valeat ex deductis per *Sanchez de matrim. lib. 4. dispot. 12. num. 7. & in precept. decalog. lib. 4. cap. 3. nu. 4. & 5. Suarez de relig. par. 3. lib. 6. cap. 4. num. 7. vers. non quando, Affl. dec. 245. num. 3. & 4. Vgin dec. 507. num. 19. lib. 9. Mastrill. decis. 140 num. 15 & 16. Sperell. dec. 79. num* 41. Eo que minus dum
4 prædictæ minæ, & verbera fuerunt iustæ cum liceat
Parentibus filios delinquentes verberibus punire;
Aug. in leg. Prator edixit, §. praterea num. 3. ff de iniur. Paseb. de Patr. Potest. par 3. cap. 4. nam. 5. Metus enim
5 iste incussus nunquam irritat Votum, & Professio-
nem, vt probant *. l. ... de inst. & iur. lib. 2. cap. 40. dub. 3. sub num. 14. vers. Dic autem, & sub nu. 15, vers. Sed verius est, Sanchez in Praecept. decalog. dict. cap. 3. q. 3. n. 21.* Dum itaque ipsa ad effugiendam Paren-
tum indignationem Monasterium ingressa fuit, &
ibi, *Professionem emisit, vt pacem obtineret, & à continuis vexationibus se liberaret conqueri non potest*, nec
metum Parentum allegare, sed hoc tribuere debet
propriæ culpæ.

Ac insuper Domini ponderabant, quod præfati
6 Testes quodammodo videntur inter se contrarij,
nec aliquam reddunt causam scientiæ ipsorum depo-
sitionis, & alij deponunt de auditu ab ipsamet An-
na, alij vero de auditu ab alijs, qui asseruerunt ab
eadem Anna audiuisse: Vndè nullum constituunt
probationis gradum, *l. Testium l. de testib. capit. super litteris eod. tit. Rot. post 2. vol. cons. Faria. decis. 187. num. 2. & in recent. dec. 97. num. 9. part. 8.* Præsertim
7 in hac materia, in qua cum resistat præsumptio iu-
ris clarioris, & plenæ probationis requiruntur, vt
dixit, *Rota coram Card. Mant. in sup. alleg. dec. 142. n. 4.*

Et ita &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI
DE MAXIMIS.

Lunæ 11. Ianuarij 1649

ARGVMENTVM.

Fideicommisso auito an censeatur à filijs renunciatum per acceptationem Testamenti Paterni, & diuisionem bonorum fideicommissariorum inter eos sequutam, in dubio declarat subsequuta obseruantia cui tamen fideicommisso, si diuidentes non sint vltimi vocati non possunt renunciare in præiudicium aliorum vocatorum, & ex propria persona venientium.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta super certis bonis non trahitur ad alia bona diuersa.*

2 *Filius vocatus ad fideicommissum in Testamento Aui, acceptando testamentum Patris per accesse censetur renunciasse auito fideicommisso, quando dispositio Patris est incompatibilis cum Testamento Aui.*

3 *Dictio taxatiua Tantum, non est extensiua, seu ampliatiua actus, sed illum limitat, & restringit.*

4 *Hæres grauatus disponens de bonis fideicommissorijs habita relatione ad testamentum fideicommittentis, perindè habetur, ac si omnes substitutiones in priori Testamento ordinatas in eius dispositione de verbo ad verbum expressisset.*

5 *Diuisio simplex bonorum fideicommissi, quoties non agitur de fideicommisso puro, & in diuidentibus terminato, sed de conditionale, & futuro comprehendente illorum descendentes, & successores non inducit illius remissionem, & renunciationem.*

6 *Amplia, quamuis fideicommissum esset reciprocum, & ipsimet diuidentes de illo certam scientiam habuerint.*

7 *Euictionis promissio generaliter facta à diuidentibus non importat renunciationem fideicommissi, nisi alijs vrgentibus clausulis sit munita.*

8 *Actus æquiuocus referri non debet ad remissionem fideicommissi.*

9 *Fideicommissa nullatenus censetur renunciatum per diuisionem subsequutam etiam quibuscumque clausulis munitam, vbi agitur de diuisione facta ab arbitris, quibus non fuit data specialis facultas remittendi fideicommissum.*

10 *Clausula, In executiuis apposita nihil operantur, nec sunt apta immutare, vel alterare naturam actus.*

11 *Ratificatio diuisionis facta à diuidentibus restringitur ad ea, quæ in Instrumento ratificato validè acta fuerant non autem extenditur ad alia, quorum respectu arbitri illud celebrantes nullam facultatem habebant, puta ad renunciationem fideicommissi.*

12 *Promissio de non contrauenjendo diuisioni à diuidentibus facta quamuis sit generalis, & ampla, non comprehendit casum fideicommissi futuri, & conditionalis de quo ibidem nulla mentio facta fuit.*

13 *Promissio de non contrauenjendo diuisioni, nec etiam ex fideicommisso inter diuidentes sequuto, intelligitur dumtaxat de iure diuidentium, non autem filiorum substitutorum, aliorumque ex propria persona vocatorum, de quibus in diuisione nulla mentio facta fuit.*

14 *Fideicommissum non censetur renunciatum à diuidentibus cum promissione de habendo ratam, & gratam ad inuicem quoties in ea nulla facta fuit mentio fideicommissi.*

15 *Correspectiuitas tollitur, quando certa causa fuit à contrahentibus expressa.*

16 *Causa diuersa à contrahentibus non specificata, subintelligi nequit nisi concludenter probetur.*

17 *Actus subsequentes dubij præsumuntur gesti, ex titulo, & causa præcedenti.*

18 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, quando postea diuidentes supplicarunt Pontifici pro eiusdem fideicommissi derogatione.*

19 *Maximè si fideicommisso fuerit derogatum, cum conditione reinuestiendi, & subrogandi pretium ab ipsis diuidentibus acceptum.*

20 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, ex quo postea diuidentes in impositione census asseruerint emptori bona super quibus imponitur esse libera ab omni fideicommisso purificato, & purificando.*

21 *Bona subiecta fideicommisso ascendentis, non extantibus bonis liberis possunt alienari pro restitutione, seu constitutione dotium descendentium.*

22 *Obseruantia quando ex actibus contrarijs redditur æquiuoca, nullius remanet efficaciæ.*

23 *Transactio, & diuisio inter fideicommissarios sequuta non præiudicat vocatis ex propria persona, & independenter à transigentibus, & diuidentibus.*

24 *Exceptio turbida non attenditur in Iudicio manutentionis, nec impedit immissionem fideicommissario.*

25 *Aditio hæreditatis facta per Tutorem nomine pupilli ad hoc vt sit valida quæ requirantur?*

26 *Minores possunt hæreditatem aditam repudiare, post-*

postquam repertum fuit illam fuisse maximo aere alieno granatam.

27 *Haeres beneficiatus granati non impeditur agere ex propria persona, tamquam proprio Iure vocatus ad fideicommissum.*

28 *Haeres qui non efficitur, licet agat contra bona hereditaria alienius dum non agit hereditario nomine, sed alio particulari.*

DECISIO CCLXXXVI.

COram bo me. Robusterio 6. Octobris 1573. & 13. Aprilis 1574. resolutum fuerat ex Testamento Dominici non fuisse inductum reciprocum fideicōmissum, vt ex *dec. 118. par. 1. & 230. par. 2. diuers.* sed eodem articulo post Sexagenariam acquiescentiam ad trutinam reuocato 5. *Maij* 1638. *coram bo. me. Pironano* recedendo à decisis responsum fuit constare de fideicommisso reciproco, perpetuo, & absoluto, verùm causa pluries repropolita tàm per eumdem bo. me. Pironanum, quàm à me ob ipsius mortem in eius locum subrogatio tandem *die* 14. *Martij* 1642. dictum fuit, placeret concordia, quà tamen non effectuata, dùm imminebat repropositio Domini Iacobus, & litis Consortes exhibuerunt quaedam Instrumenta Transactionis, & diuisionis, ac super illis tanquam praeiudicialibus petierunt dubium particulare, Vndè super hoc Dominos consului, qui auditis partibus hinc indè mandarunt, quod prius disputaretur. An obstent dicta Instrumenta Transactionis, & diuisionis quoad bona Dominici, quo dubio ter proposito, & maturè discusso, hodiè resolutum fuit instrumenta non obstare.

Transactio enim, quae inita legitur anno 1566. 8. *Augusti* inter Lelium, Fabium, Pompeum, Carolum, & Ascanium filios Lucae, filij Dominici est restricta ad approbationem Testamenti eiusdem Lucae ipsorum Progenitoris quoad certum Praelegatum dumtaxat relictum Lelio eiusque descendentibus primogenitis, vt clarè ostendunt verba illius, ibi, *Cumque intendunt &c. dictum Testamentum, & ordinationem eorum Patris praedicti quoad praelegatum praedictum tantum &c. habere ratum gratum &c.* & ibi, *Quoad praelegatum praedictum Testamentum, & ordinationem per praefatum q. D. Lucam eorum Patrem factam, ac omnia, & singula in eisdem contenta modo, & forma, prout in eis continetur quoad dictum praelegatum &c. Summar. Marchionis prima positionis num. 3.*
1 Ideoque extendi non potest ad remissionem, & renunciationem fideicommissi Dominiel eorum Aui quoad alia bona reperta in haereditate in dicto praelegato nullatenus comprahensa *l. si de certa vbi DD. C. de transact. Menoch. cons. 1699 sub n. 21. vers. Praeterea transigentes, & num. 22. lib. 10. Fusar. cons. 39. 65. cum seqq. & cons. 48 nu. 6. Card. Mant decis. 245. num. 13. Sanct. mem. Greg dec. 58. nu. 1. & Card. Canali. dec. 172. num. 7.*

2 Nec subsistit, quod Testamentum Lucae contineat diuersas dispositiones, & incompatibiles cum Testamento Dominici, ita ut proindè illius acceptatio per necessarium antecedens istius renunciationē importet ex *Theor. Bart communiter recepta in l. qui Romae §. duo fratres n. 21. vers. vel fuit dictum ff. de verb. oblig.*

Quia praeter quod huiusmodi acceptatio limitata, & restricta ad praelegatum cum illa dictione ta-
3 xatiua *tantum* non solum non extenditur, sed excludit penitus omnia alia in eodem Testamento disposita iuxta naturam dictae dictionis, vt notat *Bart. in l. vnic. num. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemper. Card. in Clem. 1. vers. nos igitur de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Rota in Rom. Salutant interdicti 28. Aprilis 1597. coram bo. me. Litta post Paris. de Salnian. dec. 58 nu. 4.* & dictum fuit in *Toletana Canonic. Paenitentiaria 4. Maij 1644. coram me, §. Idque non solum*, duae dispositiones in praefato Testamento leguntur, Altera scilicet continens dictum praelegatum, & primogenituram in bonis propriis ipsius Lucae, ibi, *Item quia, vt Illustriss. D. Testator notorium esse asseruit post mortem bo. mem. Dominici de Maximis sui Patris de suis proprijs pecunijs emit Castra &c. diuersaque melioramenta in reliquis Casalibus &c. fecerit &c. ac notabilem quantitatem pecudum &c. aliorumque animalium &c. ex suis pariter pecunijs, & industria emerit, &c. Pro omni, & toto eo, de quo ipse Ill. D. Testator, tàm ratione acquisitionum, &c. quàm ratione sua legitima, & alias quomodolibet &c. libere disponere potest, &c. Iure praelegati reliquit D. Lelio filio suo inter masculos primogenito &c. sic successiuè de primogenito in primogenitum &c.* Et haec dispositio nihil habet commune, nec aduersatur Testamento Dominici, & eanquam de bonis ad eundē Lucā spectantibus à Lelio, eiusque fratribus acceptata, & approbata videtur ex eodem Instrumento transactionis. Altera verò comprahendens vniuersam illius haereditatem, & sic etiam omnia bona fideicommissaria eiusdē Dominici sui Patris, quae tantum abest, quod sit diuersa, & incompatibilis cum Testamento illius, quinimò totaliter est illi conformis, ipsiusque repetitionem importat, ibi, *In omnibus autem alijs bonis &c. vniuersales haeredes instituit Fabium. &c. eiusdem Testatoris filios, & quemlibet eorum aequis portionibus, quot, & eorum quemlibet etiam praefatum Lelium primogenitum quoad substitutionem prout asseruit ordinatam fuisse per bo. me. Dominicum de Maximis Patrem Testatoris ad inuicem substituit &c. d. Sum. Marchionis*
4 *nu.* Hinc enim vigore huius relationis ad Paternum Testamentum idem resultat effectus ac si eisdē Verbis in eo descriptis Lucas disposuisset, & quaecūque substitutiones ordinatae à Dominico repetitae censentur in posteriori Testamento Lucae perindè ac si de verbo ad verbum ibidem expressae fuissent, *l. asse toto 77 ff. de hered. instit. Surd. cons. 105. num. 30. Menoch. cons. 187. nu. 34* cum alijs congestis in *Romana fideic. de Maximis 1. Decembr. 1634 coram bon. me. Brevale la §. Dominicus autem 15. Aprilis 1644. cor. R. P. D. meo Peutinz. §. si quidem eum casus, & 28. Iannarij 1647. cor. R. P. D. meo Otthobono §. Ideo cum Angelus:* Ac consequenter prorsus excluditur praetensa dispositionum diuersitas, & incompatibilitas, adeo ut proindè ex acceptatione vnius desumi non valeat alterius renunciatio.

Diuisio vero celebrata 18. *Augusti* 1567. similiter facta fuit absque vlla expressa mentione praefati Testamenti, & dispositionis Dominici *eod. Sum.*
5 *prima positionis num. 4.* Cum enim non agatur de fideicommisso puro, & indiuidentibus terminato, sed conditionale, & futuro comprahendente illorum descendentes, & successores, vt firmatur in dicta *decis. coram bo. mem. Pironano*, simplex diuisio illius
6 remissionem, & renunciationem inducit quamuis sit reciprocum, & ipsimet diuidentes de illo certam scientiam habuerint *l. cum Pater § haereditatem li. 2. ff. de legat. 2. DD. in l. qui Roma §. duo fratres ff. de verb. oblig. Alex. cons. 137. sub nu 6. vers. sed praemissis non obstantibus cum plurib. seqq. & cons. 138. num. 5. lib. 2. Paris. cons. 55. n. 13. lib. 2. Dec. cons. 86. sub n. 4. vers. sed tamen his non obstantibus Capr. cons. 86. num. 16. & 17. Peregr. de fideicom. artic. 32. num. 18. cum seqq. Fusar. de substit. quaest. 596 nu. 5. sa. me. Greg dec. 73. num. 1.* pluribus alijs adductis firmauit *Rot. cor. bo. me. Buratt. dec. 80. num. 1. & per tot repet. in rec. dec. 64 par. 2. & dec. 395. num. 1. & 2. par.*

Nec

7 Nec contrarium suadent clausulæ generales ibi-
dem appositæ: Promissio enim de euictione nullius
est efficaciæ, nisi aliis vrgentioribus clausulis sit mu-
nita, vt probant *Peregr. de fideicomm. d. art. 52. nu. 69.*
cum seqq. Fusar. de substit. d. quæst. 593. nu. 62. Menoch.
de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 115. num. 12. bo. mem. Bu-
ratt. d. decis. 89. nu. 8. Conuentio verò de soluendis
debitis paternis non fuit habita in consideratione;
Cùm præsertim præsumi possit, quod facta fuerit,
vel intuitu scutorum 2500. quæ vnicuique ipsorum
Lelius soluere promiserat, aut contemplatione alio-
rum bonorum liberorum Lucæ in prælegato, & di-
uisione non compræhensorum consistentium in non-
nullis suppellectilibus, mobilibus præciosis, & a-
nimalibus, vt ex inuentario *Summ. Marchionis diei*
8 *29. Martij numer. 11.* Ideoque tanquam actus saltem
æquiuocus referri non debet ad remissionem dicti
fideicommissi, vt ponderauit *Rota coram bo. me. Bu-*
ratt. d. dec. 89. num. 6.

Quæ fortius stringunt in casu nostro, quo agitur
de Diuisione facta ab arbitris; Cum enim in ipso-
9 rum deputatione illis data non fuerit expressa, &
specialis facultas remittendi dictum fideicommis-
sum vtique per subsequutam eorum diuisionem
etiam quibuscumque clausulis munitam nullatenus
censetur remissum, vt probant *Soccin. sen. cons. 251.*
sub num. 18. vers. ex quibus concluditur cum seqq. lib. 2.
Odd. cons. 49 n. 8. Caball. 75. nu. 4. & 5. Fusar. d. qu.
593. n. 153. qui alios plures cumulat *bo. me. Buratt. d.*
dec. 89. n. 17.

Nec obstat, quod Virginia Mater dictorum fra-
trum acceptauerit diuisionem, ei bona ab arbitris
assignata pro ipsis, eorumque hæredibus, & succes-
10 soribus quibuscumque. Quia cum huiusmodi clau-
sula apposita fuerit in exequutiuis non est apta alte-
rare, seù immutare naturam huius simplicis diuisio-
nis, vt alijs pluribus allegatis respondit *Rot. in ead.*
dec. 89. n. 8. cor. bo. me. Buratt.

Idque etiamsi dicti fratres huiusmodi diuisionem
ratificauerint cum promissione ad inuicem facta de
illam habendo ratam, gratam, & firmam, ac semper,
perpetuo obseruando, & contra non faciendo ali-
qua ratione, titulo, seu causa *Summ. impress. n. 7.*

11 Ratificatio enim vltra quod non loquitur de præ-
fata diuisione, sed tantummodò de supradicta
transactione restringitur ad ea, quæ in instrumento
ratificato validè acta fuerunt, non autem extendi-
tur ad alia, quorum respectu arbitri illud celebran-
tes nullam facultatem habebant, vt ad propositum
respondent *Coccin. sen. d. cons. 251. nu. 21. Mandell.*
Alb. cons. 29. n. 16. vers. intelligo id procedere Odd. d.
cons. 49. n. 10. Caball. d. cons. 75. n. 8.

12 Præfata verò promissio quamuis generalis, & am-
pla non compræhendit casum fideicommissi futuri,
& conditionalis, de quo ibidem nulla mentio facta
fuit *Rip. in d. l. qui Roma d. §. duo fratres num. 44. Socc.*
d. cons. 251. n. 18. vers. qua conclusio Ruin d. cons. 137.
sub nu. 9. cum seqq. lib. 2. Capr. d. cons. 83. nu. 12. Goz-
zadin. cons. 36. num. 12. vers. 2. data cum alijs per *bon.*
me. Buratt. d. dec. 89. n. 4. ac in rec. dec. 549. n. 3. par. 1.
13 Et cum nec in diuisione, nec in acceptatione, &
ratificatione vllibi facta fuerit mentio filiorum
substitorum. Præfata promissio intelligitur dum-
taxat de iure diuidentium, non autem filiorum, alio-
rumque successorum ex propria persona vocatorum,
vt in fortioribus terminis dictum in *Melenitana Te-*
nutæ 26. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Petingeria §.
non obstat, quod Angelus circa fin.

Ponderando præsertim, quod dicti fratres quan-
do in huiusmodi generali promissione compræhen-
dere voluerunt præfatum fideicommissum hoc ex-
pressè declararunt, vt specificè legitur in instrumen-
to transactionis quoad dictum prælegatum, ibi, *Et*
quilibet ipsorum ad inuicem, &c. promisit habere ratum
&c. & contra non facere, vel venire aliqua ratione, Iu-
re, modo, titulo siuè causa &c. etiam ratione Testamen-
ti præfati qu. Dominici eorum Aui &c. Vndè dum
14 hanc explicitam, & expressam declarationem non
emiserunt in præfata ratificatione diuisionis; Vti-
que arguitur in bonis diuisis nullo modo sensisse
præfatum fideicommissum remittere *Argum. Text.*
in l. vnic. §. fin. autem C. de caducis tollend.

Nec subsistit, quod dicta diuisio fuerit corrtespe-
ctiua ad acceptationem Prælegati.

Quia ex tenore eiusdem transactionis apparet di-
ctam acceptationem factam fuisse pro conseruatio-
ne Domus, & familiæ eorumdem transigentium,
ibi, *intendens dictum testamentum, ordinationemque*
eorum Patris prædicti pro conseruatione Domus, & fa-
miliæ ipsorum &c. Necnon, & proprius, eo quia
Lelius conuenit se soluturum cuilibet ipsorum scu-
ta 2500. *Versanice idem D. Lelius volens gratitudi-*
nem gratitudini compensare &c. sponte &c. promisit,
&c. soluere eisdem, & cuilibet ipsorum scuta 2500.
15 *moneta &c.* Hinc enim huiusmodi causæ à partibus
expressæ tollunt quamcumque correspectiuitatem
quæ aliundè posset oriri *Put. dec. 479. num. 2. lib. 2. in*
correct. Rot. in Rom. subcollectoria 2. Iunij 1645. cor.
R. P. D. meo Bichia §. cum itaque circa fin. Et diuersa
16 causa à contrahentibus non specificata subintelligi
nequit nisi concludenter probetur, ex deductis in
Cesenaten. Censuum 3. Iunij 1644. coram R. *P. D.*
meo Corrado §. accedit etiam.

Cæterum prædicta certiora redduntur ex obser-
uantia subsequuta: Pompeius enim Senior vnus ex
transigentibus sine filijs existens anno 1572. instituit
hæredes vniuersales alios suos fratres superstites,
sed ipso defuncto dicti fratres *die* 10. *Iunij* 1573 eius
hæreditatem repudiarunt eo quia bona erant obno-
xia fideicommisso Dominici *d. Summ. Marchionis* 29
Maij num. 12, & postmodum, prima Iulii sequentis
declararunt velle retinere bona ab ipso relicta, qua-
tenus sint subiecta eidem fideicommisso Dominici
Summ. Marchionis vltima positionis num. 2. & 3. Si-
gnum euidens, quod per præcedentes transactio-
nem; & diuisionem nullatenus dicto fideicommisso
renunciauerant.

Nec aduersatur, quod *die 13. eiusdem mensis Iu-*
lij iidem fratres inter se diuiserint bona, quæ alias
ab eodem Pompeio possidebantur *d. Sum. Marchio-*
nis prima positionis num 5. Quia cum huiusmodi bo-
na essent fideicommissaria Dominici ipsi vero in
actu dictæ diuisionis non specificauerint, quo no-
mine diuidebant, vtique ad dictam diuisionem de-
uenisse præsumuntur nomine, & titulo fideicommis-
sario iuxta declarationem paucis diebus ab ipsis
17 præcedenter emissam, cum regulariter actus subse-
quentes dubij præsumantur gesti ex titulo, & causa
præcedenti *Aym. cons. 91. num 9. cons. 106. n. 10. cons.*
311. num. 18. in fin. & cons. 284. nu. 6. Ac in execu-
tionem antecedentis dispositionis *Surd. dec. 288. nu.*
33. Caputaq. dec. 226. nu. 2. par. 2.

Idque clarius comprobatur ex subsequutis dero-
gationibus eiusdem fideicommissi, Carolus enim
alius ex transigentibus anno 1603. supplicauit *s. m.*
Clementi VIII. pro licentia vendendi Casale Cor-
thecciæ fideicommissarium Dominici, eamque im-
petrauit facta subrogatione eiusdem fideicommissi
Summar. Marchionis nu. 6. Anno 1613. alij fratres de
maximis deuenientes ad venditionem Casalis Por-

cha-

charecciæ explicitè declararunt suppositum esse ei-
dem fideicommisso, illiusque derogationem desuper
obtinuerunt *d. Summ. nu.* 3. & denique anno 1617.
supplicauerunt *fel. recordat. Pauli V.* pro alia simili
derogatione, & licentia ad effectum alienandi Ca-
strum Praticæ eidem pariter fideicommisso obno-
xium, quam similiter reportarunt sub eadem condi-
tione subrogandi partem pretij illius pro eius rein-
tegratione *Summ add. einsd. Marchionis num.*4. Hinc
18 igitur clarè excluditur pretensa huius fideicommis-
si remissio, dum ex tot actibus, tàm in transigen-
tibus, & diuidentibus, quàm in ipsorum filijs, & suc-
cessoribus specialis, ac expressa resultat illius exi-
stentiæ confessio, vt admissum fuit in *Rom. success.
de Comitibus* 26. *Iunij* 1647. *coram Reuerendiss. Ter-*
19 *racinen* §. *non obstat.* Quas quidem derogationes,
& licentias prætendi non potest impetratas fuisse
ad cautelam emptorum, dum hoc in illarum sup-
plicationibus expressum non fuit, & toties impe-
tratæ fuerunt, quoties casus venditionis euenit, &
vlterius Pontifices ordinarunt, quod pars pretij sub
rogaretur in locum prædicti fideicommissi, & inue-
stita remaneret ad commodum substitutorum ex
quo apertè dignoscitur fideicommissum adhuc ex-
tare, & derogationes fuisse omninò necessarias, cũ
alias huiusmodi conditio, nec à Pontificibus iniun-
cta, nec à supplicationibus acceptata fuisset.

Indeque non releuant actus pro contraria obser-
uantia ponderati: Impositiones enim Censuum
factæ ab eodem Carolo de anno 1573. & ab Asca-
nio de anno 1597. super Casalibus Porcharecciæ, &
Cortecciæ, cum assertione, quod essent libera ab
omni fideicommisso purificato, seù purificando *Sum.
Iacobi diei* 21. *Maij num.* 16. non concludunt remis-
20 sionem fideicommissi cum huiusmodi assertiones
præsumantur emissæ ad inuitandum emptores di-
ctorum Censuum, qui alias verisimiliter illos non
emisissent, vt admittitur in eadem *Rom. success. de
Comitibus d.* §. *non obstat.*

Donatio facta à Verginia Columna anno 1558.
ad fauorem Lælij Primogeniti Lucæ *hodierno Sum.
Iacobi nu* 11. Est anterior dictis Instrumentis transa-
ctionis, & diuisionis, & continet dumtaxàt me-
lioramenta, ac acquisitiones per eam factam in Ca-
stris Prælegatis, ideoque nihil habet commune cum
bonis fideicommissarijs Dominici, & consequenter
inseruire non potest pro obseruantia interpretatiua.

Testamenta Ascanij, & Iulij non aduersantur
dispositioni eiusdem Dominici, quinimò vbi de ea
faciunt mentionem sunt illius confirmatoria, & re-
petitiua, vt apparet ex illorum lectura *d. Summ. ad-
dit. Marchionis num.* 11. *et* 12. vbi Iulius asseruit di-
ctum fideicommissum fuisse ab illius filiis confir-
matum, & ampliatum.

Venditio denique facta per Lælium de Domibus
in Campo Floræ, facta fuit pro soluenda concurrenti
quantitate Dotis Victoriæ ipsius filiæ, ideoque non
meretur attendi cum pro restitutione, seù constitu-
21 tione dotium descendentium bonis liberis non ex-
tantibus alienari possint bona ascendentis licet fi-
deicommisso subiecta iuxtà *vulg. remed. Authores quæ
C. comm. de legat.* nouissimè Approbatum in *Anconi-
tana Dotis* 9. *Decembr. præteriti coram me.*

22 Vndè vel dicti actus penitùs eliduntur ex prædi-
ctis, vel saltem prætensa obseruantia ex indè resul-
tans redditur adeo æquiuoca ex actibus contrarijs
superiùs ponderatis, vt nullius omninò remaneat
efficaciæ *Rot. dec.* 249. *num.* 2. *part.* 2. *diu. dec.* 45. *nu.* 4.
par. 1. *rec. coram bo. mem, Buratt. decis.* 464. *sub num.* 5.
vers. Adeout, et dec. 472. *num.* 7. *in fin. vers. ideoq; ex
instrumentis*, adeout proindè super ea nullum con-
stitui possit fundamentum.

Denique Domini ponderabant, quod cum Mar-
chio, & litis Consortes non sint hæredes, nec me-
diatè, nec immediatè dictorum fratrum transigen-
23 tium, & diuidentium, sed agant ex propria ipsorum
persona, & proprio Iure independentèr ab illis tan-
quam vocati ad dictum fideicommissum Dominici.
vt firmatur in decisione huius causæ *coram bo. mem.
Pirouano.* Præfata instrumenta, aliaque inter illos
successiuè celebrata ipsis præiudicare non possunt *l.
scia ff. de euict. l. fin. C. eod. Rip. in d. l. qui Romæ d.* §. *duo
fratres num.* 101. *ff. de verb oblìgat. Odd. d. cons.* 49. *nu.*
20. *et* 22. *Peregr. d. art.* 52. *num.* 87. *et* 91. *Fusar. d. qu.*
593. *num.* 165. *et qu.* 597. *num.* 1. *Rot. dec.* 597. *num.* 15.
et 16. *part.* 5. *rec in Bonon. fideicomm. de Boatterijs* 8.
Aprilis 1644. *coram Reuerendiss. Salamant.* §. 2. *quia
quidquid sit in Melenitana Tenuta* 26. *Iunij* 1645. *co-
ram R.P. D. meo Peutingerio* §. *non obstat, quod Auge-
lus, et in Bonon. fideic. de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *co-
ram R.P.D. meo Corrado* §. *demum quoad ratificationes
vers. ac proindè,*

Nec subsistit, quod possideant nonnulla bona li-
bera Lelij, quodque sint hæredes Pompei Iunioris
filij, & hæredis eiusdem Lælij.

Huiusmodi enim possessio non iustificatur in fa-
cto, quia Marchio solum possedit bona Primogeni-
turæ vnà cum assertis melioramentis donatis à
Virginia Columna d. anno 1558. et ideò huiusmodi
24 prætensio vel penitùs diluitur, vel saltem redditur
adeò turbida, vt in hoc Iudicio, et ad effectum, de
quo agitur eis obesse non possit, vt responsum fuit
in *Bonon. fideic. de Boatterijs* §. *fin. vers. quare Domi-
ni.* Prout nec minùs iustificatur ipsos esse hæredes
dicti Pompei, licèt enim quidem Procurator susti-
tutus à D. Cleria Rebibba ipsorum matre tutrice, &
curatrice *die* 25. *Settembr.* 1610. seclnso Marchione
aliorum nomine adiuerit illius hæreditatem *Summ.*
25 *impress. Iacobi n.* 18. Nihilominus omisso pro nunc
an huiusmodi aditio sit valida tanquam facta con-
tra dispositionem *text. in l. Pupillus si fari ff. de aquir.
poss.* scilicet absque illorum licentia, consensu, &
interuentu, quia ipse Procurator inuentarium con-
fecerat vbi omnia bona descripserat, quæ ad instan-
tiam eius creditorum vendita fuerunt pro tenui sum
26 ma scut. 180. *d. Summ. addit. n.* 1. *et* 2. Ideò comperto
præfatam hæreditatem esse penitus damnosam tan-
quam modicæ substantiæ maximo ære alieno gra-
uatam per eandem Tutricem *die* 19. *Settembr.* 1612.
facta fuit illius solemnis repudiatio *Summ. Marchio-
nis die* 29. *Maij num.* 2. quam minoribus non esse
prohibitam probat *text. in l. sicut maior C. de repud. et
abstin. hæred.* & in omnem casum vti hæredes Bene-
ficiati non impediuntur agere ex propria persona
tanquam proprio Iure vocati ad dictum fideicom-
missum Dominici, vt dixit *Rot. decis.* 2. *num.* 5. *post
Merlin. de legit.*

Minusuè obstat, quod Marchio egerit pro recupe-
ratione Castri, Rocchæ Siuiæ spectantis ad hæredi-
tatem Lælij, quia egit in vim particularis Prælegati,
& Primogenituræ, non autem titulo, seù nomine
hæreditario, ac proindè ex huiusmodi Iudicio non
fuit effectus hæres Lælij, nec tenetur seruare factum
illius, vt dixit *Rot. in Rom. Sodorum* 30. *Aprilis* 1629.
coram bo. me. Pirouano §. *quem facile.* Quin præsertim
nihil penitus obtinuerit, sed succubuerit.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

CELSONEN. PRÆCEPTORIÆ.

Mercurij 27. *Ianuarij* 1649.

A R G V M E N T V M.

Arbitrium pro retardāda vlteriori execntione tunc intrat, quando exequutio non est integritaliter consumata, & perfecta, quando Iudex, vel nulliter, vel iniustè processit, & quando executor literarum Apostolicarum dicatur nulliter processisse.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium pro retardatione Vlterioris exequutionis non habet locum, quando executio est iam perfecta, & intrgraliter consumata.*

2 *Secus autem si executio non sit perfectè consumpta, & Iudex nulliter, vel iniustè processerit, tunc enim supersederi potest, donec iudicetur super negotio principali.*

3 *Executor literarum Apostolicarum, aliquo existente in possessione illum citare debet, alias nulliter, & de facto procedit.*

4 *Beneficia manualia regulariter non cadunt sub reseruatione.*

5 *Arbitrium ad hoc, vt intret pro retardatione vlterius executionis, non est opus cupulatiue probare nullitatem, & iniustitiam sententiæ, sed sufficit quod executio non sit integraliter consumpta, & quod Iudex nulliter, vel iniustè processerit.*

D E C I S I O CCLXXXVII.

INtrare arbitrium pro retardatione vlterioris execu-
tionis Domini censuerunt, quia licet regulariter,
1 quando executio est iam perfecta, & integraliter
consumpta, illi locus esse non soleat, vt respondit
Rota in rec. dec. 493. num. 3. par. 5. dec. 264. num. 1. cum seqq. & dec. 265. num. 1. par. 7. coram bo: me: Buratt. dec. 138. nu. 1. Vbi tamen prout hic adhuc perfectè con-
sumpta non fuit, & Iudex nulliter, vel iniustè pro-
cessit arbitrium interponitur ad effectum illam re-
2 tardādi seu supersedendi in vlteriori illius consuma-
tione donec iudicetur super negocio principali, vt distinguendo firmatum fuit in alia *Celsonen. Præceptoria 14. May 1604. cor. cl: me: Cucc. inter eius impress. dec. 177. n. 1. & 2. in Rom. administrat. funduci 28. Nouembris 1622. & in Barbastren. Canonic. 2. Martij 1635. coram eodem in rec. dec. 21. n. 1. par. 7. & dec. 345. n. 15. & 16. par. 8. coram bo: me: Buratt. dec. 247. nu. 3. & per tot. & dec. 769. num. 1.*

Executionem autem in proposito non fuisse perfectam apparet, ex quo, vt asseritur literæ Apostolicæ per Ioannem impetratæ adhuc non fuerunt executioni demandatæ super Præceptoria Celsonen. sed solù super Præceptoria Barchinonen. illi annexa.

Iudicem verò illarum scilicet executorem, nul-
liter processisse probatur, cum citatus non fuerit Ia-
cobus, qui in possessione earumdem Præceptoria-
rum vtique, & à die 1. *Septembr.* 1646. reperiebatur
3 eius *Summ. num.* 1. Executor enim literarum Aposto-
licarum aliquo existente in possessione Beneficij controuersi illum citare debet, alias nulliter, & de facto procedit *capit. licet Episcopus de prabend. in 6. l. fin. C. si per vim, vel al. mod. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Caldorin. cons. 9 de dilat. Rot. dec. 187. num. 1. par. 3. dec. 507. num. 3. par. 4. & dec. 488. num. 3. par. 5. rec. cor. Rot. Vrgell. dec. 220. num. 4 & in Culonsen. Præpositura 1. Iuly præteriti coram R.P.D. meo Meltio §. nullitas autem.*

Addebatur insuper ab informantibus eundem executorem iniustè processisse ex quo Ioannes non probauit Præceptoriam, de qua agitur esse reseruatam, prout S.D.N. exposuit, dictam q. probationem eo magis fuisse necessariam subdebatur, quia in hoc Sacro Tribunali alias decisum fuerat istas Præceptorias esse manuales, vt ex *dec. 422. num. 2. par. 1. diuers. penes Marches. de Comm. par. 2. fol. mihi 63. post num. 2. vers. & propterea coram ol. me. Coccino decis. 259. per tot. & dec. 296. num. 1. & 2.* Beneficia enim manua-
4 lia regulariter non cadunt sub reseruatione, vt di-
ctum fuit in eadem *dec. 296. d. num. 2. coram Coccino. in Bergomen. Cappellania 18. Maij 1629. coram bo: me: Merlino in rec. dec. 290. num. 5. par. 5. & in Cæsaraugustana Cameraria 9. Decembr. 1633. coram bo: me: Pirouano, quæ est dec. 245. nu. 3. 4. & 10. par. 6. rec.*

Verùm super huiusmodi iniustitia Domini pro
nunc nihil firmare voluerunt, quia ad effectum, vt in
5 tret supradictum arbitrium non est opus copulati-
uè probare nullitatem, & Iniustitiam sententiæ, sed sufficit, quod executio non sit integraliter consumpta, quodque Iudex nulliter vel iniustè processerit, vt respondit *Rot. d. dec. 21. nu. 1. par. 7. & d. dec. 435. n. 15. & 16. par. 8. rec. & cor. bo: me: Coccino d. dec. 177. nu. 1. in princ. allegatis.*

Et ita vnica tantum &c.

ROMANA SEV ALBANEN. DIVISIONIS,

Luna 1. Febr. 1649.

A R G V M E N T V M.

Diuisio facta per Peritos dum habetur pro valida, & iusta nec impugnatur in totum non potest ab altero ex diuidentibus in parte acceptari, & in parte recusari, maximè quando pars quæ recusatur est correspectiua ad cæteras portiones, nec est separata ab ipsa diuisione, nec adiecta post perfectum contractum, & quando clausula *Actum*, indicet consumationem actus, & perfectionem contractus, & quando non,

S V M M A R I V M.

1 *Diuisio per Peritos facta dum pro valida, & iusta fuit à diuidentibus acceptata, non potest alter ex eis illam prò parte impugnare, sed in totum acceptare tenetur,*

2 *Diuisio quando est valida, & iusta, & fuit à diuidentibus acceptata, debet in omnibus sustineri.*

3 *Contractus, licet plura contineat dum omnia in eodem instrumento coram eodem Notario, & Testibus facta fuerunt vnicus duntaxat reputatur, tot diuersisque partibus compositus.*

4 *Duo instrumenta si eadem die, eo loco, & coram eisdem Testibus, & Notario fuerint confecta, videtur vnum alteri inesse, & pro vnico Instrumento reputantur.*

5 *Clausula Actum, apposita in instrumento regulariter indicat consummationem Actus, & perfectionem contractus.*

6 *Declara hoc procedere, quando huiusmodi clausula fuit apposita in fine ipsius contractus, & Instrumenti,*

7 *Secus autem quando fuit apposita in principio, vel in medio Instrumenti, tunc enim nullatenus importare potest perfectionem contractus.*

8 *Subscriptio contrahentium indicat tunc solum fuisse perfectum, & terminatum contractum non autem antea, licet adesse clausula Actum.*

9 *Continuatio, & successiuitas eiusdem negocij manifeste indicat contrahentes non habuisse prius contractum pro perfecto, sed omnia incontinenti facta fuisse.*

10 *Periti non possunt in diuisione post adiudicatas vnicuique suas portiones, seruitutem imponere.*

11 *Declara hoc procedere quando seruitus imponitur ex interuallo, secus si incontinenti, et in ipsa diuisione.*

12 *Periti possunt in diuisione in ipso actu reparationis seruitutem imponere.*

13 *Declaratio facta à contrahentibus, quod bona sint libe-*

libera, et exempta regulariter debet intelligi de libertate alterius oneris, quam expressi.

14 *Correctio non est in continenti inducenda.*

15 *Contractus illi dicuntur correspectiui quorum unum sine alio partes non fecissent.*

16 *Contractus, plures, distincti, & separati, ac inter se non correspectiui possunt contineri in eodem Instrumento.*

17 *Contractus plures in eodem Instrumento contenti, tunc sunt ad inuicem independentes, et non correspectiui, quando vnus non venit ad determinationem alterius.*

18 *Secus autem è conuerso.*

DECISIO CCLXXXVIII.

SEquuta Diuisione anno 1645. Casalium, de quibus agitur, iuxtà votum traditum per *bo: me: Pironanum*, à Cousulibus Artis Agrariæ, & Peritis desuper electis illaque à partibus acceptata, quia tamen D. Dux Cæsarinus prætendens se grauatum in ea parte, qua reseruatus legitur DD. de Caffarellis antiquus transitus per medium Tenutæ nuncupatæ *Piancimino* ab ipsa appellationem interposuit, ideò delata mihi causa per signaturam SS. dubitaui An decisio sustineatur, & sustineri etiam quo ad reseruationem dicti transitus Domini existimarunt, cum enim eius validitas à neutra partium contro-
1 uertatur, sed ab omnibus pro iuxta, & valida acceptata fuerit, non potest hodie D. Dux Cæsarinus illam pro parte, quoad dictam scilicet reseruationem impugnare, sed in totum acceptare tenetur, *l. nam absurdum ff. de bon. libert. l. si ita stipulatio in fin. ff. de*
2 *oper. libert.* Ac proindè secundum illius validitatem, & prædictam acceptationem Diuisio in omnibus debet sustineri *ad tex. in l. Pomponius scribit ff. de negoc. gest.*

Dictam autem reseruationem esse partem huius Diuisionis apparet ex lectura, & contenta ipsius instrumenti, cum apposita fuerit immediatè post mẽsurationem, & positos confines, ac post assignatam vnicuique ratam suæ portionis in vnaquaque Tenuta contingentem, ibi, *Et quia in Tenuta Piancimini adest via, seù Viale per quam, seu quod itur ad Tenutam Castagnola, reseruarunt dictis DD. de Caffarellis transitum, seu Ius transeundi per illam, seu illud &c. et versauice DD. de Caffarellis teneantur praestare patientiam, et dare transitum belluis affidatis in portionibus Gogne dicti D. Ducis Ca sarini ad effectum abbeuerandi in piscina magna etc.*

3 Hinc enim dum ea omnia in eodem instrumento corã eodem Notario, & Testibus facta fuerunt huiusmodi mutua hinc inde reseruatio pars ipsius Diuisionis, & ex omnibus vnicus dumtaxat contractus reputatur tot, diuersisque partibus compositus *l. Iuris gentium §. quinimò ff. de pact. l. lecta ff. si cert. pet. Bald. in l. sempronius 48. ff. de legat. 2. Tiraq. in l. si vnquam verb Donatione largitus num. 117. Cod. de reuoc. donat. Natt. cons. 115. num. 2.* inquiens in fortioribus
4 terminis, quod si duo Instrumenta eadem die, & loco, & coram eisdem Notario, & Testibus fuerint confecta, videantur vnum alteri inesse, & perinde habeantur ac si vnico Instrumento peracta fuissent, sequitur *Surd. cons. 551. nu. 10. idemque firmatum fuit in Rom. pecun. 17. Martij 1645. cor: R. P. D. meo Corrado, §. quia cum vtraque.*

Nec obstat, quod post diuisam, & vnicuique assignatam suam portionem in Tenuta *della Gogna*, & ante prędictam reseruationem apposita fuerit clau-
5 sula *Actum*, quę regulariter indicat consumationem actus, & contractus perfectionem ex *Theor. Bald. in Auth. quod sine num. 1, vers. Et ideò Tabelliones C. de testam Rot. dec. 714. num. 1. par. 1. et dec. 628. nu. 3. par.*
6 *2. rec.* Quia conclusio procedit, quando apposita fuit in fine ipsius contractus, & instrumento, vt declarauit *Natt. in addit. ad Alex. cons. 14. lit. S. Purpurat. cons. 581. num. 6. Surd. cons. 581. nu. 22. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 1. dubit. 2. sol. 2. n. 34. Mart de claus. claus. 4. n. 3.* Secus autem vbi prout hic apposita legitur in principio, vel in medio.
7 Hoc enim casu, quia post eam deuentum fuisse apparet ad vlteriorem diuisionem, & terminationem actus iam incepti nullatenus importare potest perfectionem contractus, vt benè ad propositum respondet *Paris cons 27. num. 17. lib. 2. Rolan. à Vall. cons. 35. num. 33. vers. et ratio est vol. 2. Mart. d. claus. 4. d. num. 3. vers. Secus si in princ. Rot. d. dec. 628. nu. 5. part. 2. recent.* Sed potius videtur posita ad designandum dumtaxat locum vbi fiebant singulæ assignationes, & confinium appositiones, quia cum ob Casalium diuersitates, & distantias in quinque corporibus consistentium diuisio vnica sessione, & vnica die expleri non potuerit, idcò ad ostendendum distinctè loca diuisa, distinctè pariter dictam clausulam appositam fuisse dicendum est, vt commode dignosci posset locorum diuersitas, & Tenutarum ibidem comprehensarum situatio.

Eoque fortius quia post huiusmodi clausulã Cõsules, & Periti diuidentes in recompensam bonitatis portionis obuentæ D. Duci Cæsarino assignarũt Dominis de Caffarellis rubra 23. in Tenuta nuncupata la Castagnola, & subsequenter deuenerunt ad dictam reseruationem vndè multò magis excluditur quod diuisio anteà fuisset perfecta, & sicuti non attenta dicta praecedenti clausula à partibus non controuertitur huiusmodi recompensationem esse comprehensam in dicta diuisione tanquam partem illius, ità pariter controuerti non potest præfatam reseruationem inde subsequentem esse eiusdem naturæ, & qualitatis, ac ibidem omninò comprehendi.

Comprobantur prædicta ex noua clausula *Actum* apposita post dictam reseruationem cum subsequuta subscriptione eorundem Consulum Peritorum, & Assessoris, licet enim diuidentes incipiendo a Prædio Gognę singula prædia diuiserint. Diuisionem tamen non subscripserunt nisi post omnium
8 corporum partitionem, & dictam reseruationem. Hinc igitur huiusmodi subscriptio verè denotat actus perfectionem, & complementum contractus, atque exindè arguitur tunc solum, & non anteà perfectam fuisse diuisionem adnot. per *DD. in leg. Contractus Cod. de fid. Instr.*

Idq; clariùs conuincit successiua continuatio negotij absque alia diuersione ad actus extrinsecos, A principio enim cæptæ Diuisionis vsque ad vltimam subscriptionem semper continuatum fuit idem negotium per verba successiua, ibi, *Et prosequendo terminationem*, ibi, *et prosequenda diuisionem*, ibi, *suc-*
9 *cessiuè prosequendo diuisionem*, & similia. Hæc enim successiuitas, & continuatio sine aliqua diuersione vsque ad prædictam reseruationem manifestè indicat nec diuidentes, nec Consules habuisse prius cõtractum pro perfecto, sed omnia in continenti facta fuisse, vt aduertit *Alex. in l. in bonæ fidei 13. sub n. 12. vers. Sed in dubio, C. de pact. Gabr. cons. 65. nu. 3. lib. 1. Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 13. nu. 47.*

10 Nec obstat, quod Perit. post adiudicatas vnicuique suas portiones non potuerint imponere seruitutem per *text. in l. Item Lab. 23. ff. fam. ercisc.* Proce-
11 dit enim quando seruitus imponitur ex interuallo, vt explicat *gloss. ibidem verb. adiudicando vers. et die*

ſecus autem vbi prout hic appoſita fuit in continen-
12 ti, & in ipſa reparatione, tunc enim ſeruitutem im-
poni poſſe probat idem text. ibi, *Sed etiam cum ad
iudicauerint poterit imponere aliquam ſeruitutem, vt alij
alium ſeruum faciat, &c.* idemque tradit, *Alberic. ibi-
dem num. 1. verſ. die ſecundum.*

Nihilque refert, quod diuidentes declarauerint
portiones aſſignatas debere eſſe liberas, & exem-
ptas, quia propter, quod intellexerunt de libertate, &
exemptione à conſortio condominorum, vt litera-
liter patet, ibi; *Mandarunt eſſe liberam, diuiſam, &
exemptam, & pro diuiſa haberi, & teneri voluerunt à
portionibus, & ratis ſpectan. ad dict. D. Ducem Caſari-
num, &c.* non autem de libertate ſeruitutis, quam
13 ſtatim reſeruarunt, Regulare eſt huiuſmodi decla-
rationes intelligi de libertate alterius oneris, quam
14 expreſſi, ne in continenti inducatur correctio *vulg.
Iurib.*

Et in hac ſententia eo libentius inclinarunt Do-
mini, quia ex tota facti ſerie apparet huiuſmodi
mutuam reſeruationem fuiſſe correſpectiuam omni-
bus alijs in diuiſione appoſitis vt præ cæteris indi-
cat proteſtatio facta à DD. de Caffarellis, quod abſ-
que dicta reſeruatione nolebant diuiſionem accep-
tare, vt deponit primus Teſtis eorum *Summ. num. 3.*
15 correſpectiui enim dicuntur illi contractus, quorum
vnum ſine alio partes non feciſſent, vt pluribus re-
latis probat *Giurb. dec. 85. ſub num. 20. verſ. imo cor-*
16 *reſpectiui*. Proindeque non applicatur, quod in
eodem Inſtrumento contineri poſſint plures contra-
ctus diſtincti, & ſeparati, ac inter ſe non correſpecti-
ui ex deductis *in Romana Cambij, ſeu pecuniaria 22.
Iunij 1639. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in
Romana, ſeù Veliterna reſtitutionis in integrum 17. De-
cembr. 1646. coram R. P. D. meo Bichio*, quia, vt ea-
17 dem deciſiones optimè declarant tunc contractus
in eodem inſtrumento contenti ſunt ad inuicem in
dependentes, & non correſpectiui, quando vnus non
18 venit ad determinationem alterius, ſecus autem è
conuerſo. In caſu autem noſtro reſeruatio tranſi-
tus venit ad determinationem ipſius diuiſionis ad
quam alias non deueniſſet, ac propterea neceſſario
dicitur correſpectiua cum diuiſio ab ipſa penitus
dependeret ex iuribus ſupra allegatis.

Et ita reſolutum vtraque &c.

ROMANA, SEV VELITERNA PECVNIARIA.

Luna prima Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Solutio pecuniarum facta nulla expreſſa cauſa ſoluen-
di deficientibus coniecturis donationem ſuadenti-
bus referri debet ad titulum, & cauſam mutui, pro-
indeque recipiens tenetur ad ſolutionem, & reſtitu-
tionem exacti, & quomodo probetur ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Solutio referri debet ad titulum, et cauſam mutui
quoties nulla cauſa ſoluendi fuit expreſſa.*

2 *Libri publici Montis Pietatis ſufficienter probant
pro tertio contra tertium.*

3 *Exigens pecunias à ſoluente nulla expreſſa cauſa ſo-
lutionis, at exationis cenſetur exigere ex cauſa mu-
tui, et per conſequens tenetur ad illarum reſtitutio-
nem.*

4 *Præſcriptio legalis reſpectu crediti non poteſt conſide-
rari vbi non adeſt curſus 30. annorum.*

5 *Præſcriptio ſtatuaria licet inchoata cum defuncto ni-
hilominus non currit ſed dormit contra pupillum
eius hæredem pupillari ætate durante.*

6 *Diuerſitas contractuum, et obligationum arguitur
ex diuerſitate temporis, cauſa quantitatis, et per-
ſonarum.*

DECISIO CCLXXXIX.

CONuento Alcide Tortatio à fratribus de Philip-
pis coram A.C. ad ſolutionem, & reſtitutionem
ſcutorum 920. quæ q. Franciſcus eorum Pater me-
diante ordine directo Miniſtris Sacri Montis Pieta-
tis Vrbis illis perſoluerat ijdem fratres ſententiam
fauorabilem reportarunt; Vnde in gradu appella-
tionis quæſitum fuit coram me, An Alcides tenea-
tur ad reſtitutionem præfatorum ſcutorum 920. &
affirmatiuè Domini reſoluerunt. Quia cum dicta
perſolutio facta fuerit nulla expreſſa cauſa ſoluendi,
ibi, *Molt' Illuſtri Signori Promiſori del Sacro Mon-
te della Pietà di Roma piacerà alle Signorie loro di
pagare al Signor Alcide Tortatij ſcudi 920. di moneta,
che con ſua riceuuta ſaranno ben pagati, &c.* Et dictus
Alcides eandem quantitatem pariter exegerit ſim-
pliciter abſque aliqua cauſæ expreſſione, ibi: *Io
Alcide Tortatij hò riceuuto li ſudetti ſcudi 920. mone-
ta, Summ. num. 3.* Deficientibus peculiaribus conie-
cturis donationem ſuadentibus, ac ponderata con-
1 ſiderabili ſumma, & perſonarum qualitate. Præfa-
ta ſolutio referri debet ad titulum, & cauſam mutui
*ex doctr. gloſ. in l. cum quid verſ. pro tanto, verſ. ſed
quid ſi cui dixero, ff. de reb. credit. ſi cert. pet. Alex. conſ.
37. num. 8. lib. 3. Roman. conſ. 238. num. 3. et conſ. 290.
numer. 6. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 5. num. 8.
Rota Ianuen. pec. 72. n. 2. idemque admiſit Rota in Ro-
mana ſcutorum 4000. 4. Iulij 1635. coram bon. mem.
Merlino in recent. deciſ. 69. num. 1. cum ſeqq. part. 7. &
nouiſſimè in Romana pecuniaria 18. Martij 1647. co-
ram R. P. D. meo Royas in princ.* Adeoque proindè cum
controuerti non poſſit veritas exactionis tamquam
2 concludenter iuſtificata ex partita formiter extracta
ex libris publicis Depoſitariæ eiuſdem Montis Pie-
tatis *dict. n. 3.* quæ ſufficienter probat pro Tertio
contra Tertium, vt in puncto dictum fuit *in Roma-
na, ſeu Nepeſina tutelæ 4. Iulij 1642. coram me, §. nec
dubitari poteſt verſ. Præſertim ex publicis poſt Zacch.
ubiq. Cum ſecundū vlt. impreſſ. dec. 251. n. 5.* In neceſſa-
3 riā cōſequentiā Alcides tenetur ad illorū reſtitutionē,
vt eſt *tex. apertus in d. l. cū quid ff. de reb. cred. ſi cer. pet.*

Nec obeſſe poterit præſcriptionis exceptio, le-
4 galis enim conſiderari non poteſt dum ab ann. 1629.
quo facta fuit enumeratio non adeſt curſus 30. an-
norum requiſitus per *text. in l. ſicut, et in leg. cum no-
tiſſimi, C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, ſtatuaria
verò ſexdecim annorum nequit allegari, dum com-
pleta non fuit in vita Franciſci Creditoris, nam à
dicto anno 1629. vſque ad eius obitum ſequutum
27. Aprilis 1636. *d. Summ. n. 5.* Effluxerunt tantum-
modo ſex anni. Deindè verò compleri non potuit,
cum illi ſucceſſerit Ioſeph Felix eius filius tunc pu-
pillus, vt apparet ex fide Baptiſmatis, *eodem Summ.*
5 *num. 6.* Huiuſmodi enim ſtatuaria præſcriptio, li-
cet inchoata cum defuncto nihilominus non currit,
ſed dormit contra pupillum eius hæredem pupillari
ætate durante, *Bald. de præſcript. part. 1. poſt princip.
caſ. 21. nu. 3. ante fin. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. c. 67.
ſub numer. 24. verſ. ſed quamuis Rota diuerſ. dec. 298.
nu. 1. 2. et 3. part. 4. cum alijs alleg. per Add. ad Bu-
ratt. dec. 410. nu 16. et 17. et dec. 744. lit. A.*

Minuſuè obſtaret, quod cum ipſemet Franciſcus
deindè emerit ab Eleuterio Alcidis fratre quemdā
Cenſum pretio ſcutorum mille allegari poſſit di-
ctarum pecuniarum reſtitutio mediante comprehen-
ſione ſimilis quantitatis in dicto Cenſu.

Quia cum huiuſmodi partitarum ſolutiones ema-
6 nauerint diuerſis temporibus ex diuerſa cauſa pro
di-

diuersa quantitate, & inter diuersas personas, inde arguitur diuersitas etiam contractum, & obligationum, vt alijs adductis probant, *Ias.consf.282. pariter per tot, Surd.cons.80.nu.9. cum seqq.Menoch.de arbitr. cas.213.num.11.19.& 22.* Ac proindè præsumi non potest vnam quantitatem fuisse comprehensam in altera, vt concludunt omnes præfati DD.

Et ita vnica tantum, &c.

SAGONEN. IVRISPRÆSENTANDI.

Ven.26. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Contra Episcopum non parentem mandato Rotali conceditur interdictum ab ingressu Ecclesiæ, contra alios autem inobedientes declaratoria relaxatur, & ex quibus actibus resultet positiua inobedientia, & an adhunc effectum sufficiat contra Episcopum intimationem fuisse exequutam absque Testibus adhitis in actu præsentationis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non præstans obedientiam mandato Rotali punitur tum relaxatione interdicti ab ingressu Ecclesiæ.*

2 *Declaratoria relaxatur contra contumaces, & non parentes mandato Rotali, vt inobedientiæ culpam attentius agnoscentes, humili paritione protinus mandati festinent.*

3 *Actus patientiæ, & paritioni contrarius probat positiuam inobedientiam.*

4 *Scientia, & notitia conuenientium mandatis Rotalibus, supplet quemlibet defectum legitimæ intimationis.*

DECISIO CCXC.

EXpedito mandato de manutenendo ad fauorem Io: Baptistæ, & aliorum de Sabellis in quasi possessione præsentandi Capellanum ad nutum amouibilem pro seruitio Capellæ, de qua agitur, illoque cum comminatione censurarum personaliter præsentato Episcopo Sagonen. & Præsbytero Ioanni Andreæ per ipsum in Capellanum deputato *Summarium informantium, num 1. & 2.* Dum post illius reproductionem in actis Notarij causæ factam, & seruatos quatuor terminos ad parendum de stylo
seruari solitos neuter ipsorum debitam paritionem
1 ostendit, existimarunt Domini contra Episcopum
conceden. esse interdictum ab ingressu Ecclesiæ iux-
ta magistralem *decisionem Oneten. iurisdictionis 25.*
Iunij 1629. coram bo.me.Card.Vbaldo in rec. dec.735.
num.1. & per tot. par.8. & in Gandanen. exemptionis
22.Iunij 1648.coram R.P.D. meo Celso, §.fin. Et con-
2 tra Presbyterum Io. Andream relaxandam declara-
toriam, vt inobedientiæ culpam attentius agnoscen-
tes humili paritione protinus emendari festinent,
vt ad coercendos huiusmodi contumaces, quotidiè
practicatur in hoc Sac. Tribunali, & signanter anti-
quioribus omissis in *Iouenacen. & Melfiten. bonorũ,*
ac Toletana matrimonij prima Iulij 1647. coram R. P.
D. meo Corrado in Taurinen. Parochialis 22.Maij 1648.
& d.Gandanen. exemptionis coram R.P.D. meo Celso in
Ampurien. seu Ciuitaten. electionis Vicarij 22. Iunij
eiusdem anni coram R.P.D. Melzio, & in Romana. seu
Albinghauen. bonorum prima Iulij præteriti coram me.

Quinimò clarè constat de actibus obedientiæ contrarijs, Episcopus enim excitauit familiam suam contra Nuncium ipsi mandatum Rotale præsentantem. Et ad impedien. præsentationem, quam dicti de Sabellis intendebant facere in personam Presbyteri Dauid, istum carcerare fecit *d.Summ. nu.3.& 4.* Capellanus verò Io: Andreas cõtinuauit seruitium Capellæ, celebrando, ibi, *Missas, aliosque actus peragendo in spretum eiusdem mandati, d.num.4.* Hinc enim
3 positiuè probatio illorum inobedientiæ, dum vter-
que actus patientiæ, & paritionis contrariæ pere-
git, vt bene ad propositum ponderatum fuit in *d.*
Oneten. iurisdictionis, num.5. 6. & 7. ac in similibus
terminis *in dd. Toletana matrimonij, Taurinen. Parochialis, Gandanen. exemptionis, ac Romana, seu Albinghen. bonorum.*

Ideoque parum releuaret, si allegaretur defectus Testium, qui ex relatione non apparent adhibiti in actu d. præsentationis, prout requiritur.

Quia ex dictis actibus euidenter conuincitur mã-
4 dati Rotalis præsentatio, & illius præcedens inti-
matio comprobatur, cum exinde resultet inexcusa-
bilis scientia, & notitia contrauenientium, quę sup-
plet quemlibet defectum legitimæ intimationis, vt
in terminis responsum fuit alijs plenè relatis in
Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 25.
Maij 1646. coram me, §. quia cum agatur vers. Et qui-
dem optima ratione in d. Toletana matrimonij, §. pe-
nultimo, vers. sufficit ad conuincendum, & in Iouena-
cen. seu Melfiten. bonorum prima Iulij præteriti coram
R. P.D. meo Corrado, §. fin. & detestabiliorem de-
mostrat contumaciam iuxta not. *in cap.2. de dol. &*
contum. in 6. vt responsum fuit in Toletana Canonica-
tus 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Orthobono, §.
imo quod prius est, & in d. Iouenacen. seu Melfiten. bo-
norum in fine.

Et ità resolutum, Informantibus tantum illis de Sabellis per Contradictas, &c.

FIRMANA CODICILLORVM.

Luna prima Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Ex quibus appareat legatum vsusfructus relictum vxori non esse relictum ad sola alimenta, sed integrè deberi etiam existenti filio, & ipsa vxor dicatur impleuisse conditiones appositas.

SVMMARIVM.

1 *Non dicitur Procurator qui onus sibi demandatum non acceptat.*

2 *Vsusfructus relictus vxori existentibus filijs restringitur ad alimenta.*

3 *Fallit quando aliter constat de intentione Testatoris volentis plenum vsumfructum vxori legare.*

4 *Quando manifestè apparet Testatorem ampliare voluisse relictum alias in solis alimentis vxoris destinatum.*

5 *Verba generalia omnia, & singula, & vniuersa designant integrum vsumfructum non sola alimenta.*

6 *A consecutione legati conditionalis excluditur qui conditionem non implet.*

7 *Dos à patre profecta soluto matrimonio per mortem viri ad patrem reuertitur etiam superexistentibus filijs.*

8 *Procurator ad lites non potest recedere à declaratione facta à principali, & illi præiudicare.*

9 *Legitima statim mortuo patre, à singulis corporibus hæreditarijs separatur ipso iure.*

10 *Nec comprehenditur sub vsufructu vniuersali vxori relicto.*

11 *Verba sententiæ intelliguntur prout de iure, & ab eo interpretantur.*

12 *Vsufructuarius tenetur præstare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*

13 *Stante tamen lite non tenetur ante rem iudicatam, & actualem vsusfructus consequutionem cautionem offerre.*

14 *Et satis est quod per sententiam ad eius præstationem adstringatur.*

15 *Vsu-*

15 *Vsusfructus relictus sub conditione cohabitandi cum filio mortuo extinguitur.*

16 *Magis communis opinio est contraria, quia censetur reliquisse contemplatione ipsius vxoris.*

17 *Et quando vsusfructus relictus legitur pro toto tempore vitæ ipsius legatariæ.*

18 *Et quando non vlterius prouidet Testator non extinguitur legatum per mortem hæredis. sed durat in vita legatariæ.*

DECISIO CCXCI.

DVm hodiè coram me quæreretur, An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, non impugnabatur amplius subsistentia Codicillorum, sed tota disceptatio, reducta fuit ad alia obiecta, tam in præteritis, quàm in hodierna propositione nouiter excitata, quibus tamen non obstantibus pro illius confirmatione Domini responderunt.

Nullitas enim iterum opposita, ex quo sententia Reuerendiss. Domini Terracinen. lata fuit per contradictas ob mortem Iacobi Francisci Viueæ Procuratoris, cum tamen in actis constaret de mandato procuræ Sinibaldi, qui proindè citandus erat remouetur penitus ex responsionibus datis in *decisione edita 25. Maij 1648. coram R.P.D. meo Ottbobono, & signanter,* quia non fuit processum dumtaxat per contradictas, sed etiam citato Valerio, cuius mandatum, siue expressum, siue præsumptum iustificatur tam ex Chirographo substitutionis, *Summ. Dianæ, num.1.* quam ex coniecturis, & præsumptionibus in eadem decisione deductis; Nec opus erat vlteriori citatione contra eundem Sinibaldum, quia esto etiam, quod in actis constaret de eius mandato non
5 constabat tamen de illius acceptatione omninò ad hunc effectum necessaria, cum quis Procurator non dicatur, nisi onus sibi demandatum acceptet iuxta *text. in l.2. ff. de procurat. cap. Is qui eod. tit. in 6. Capuaq. decis.319. num.2. par.1.*

Prætensam vero iniustitiam ex pluribus desumptam dixerunt Domini funditus eneruari singula discutiendo.

Primo enim non obstat, quod Dianæ concedatur vsusfructus integræ hæreditatis eius viri, cum tamen superexistente Philippo communi filio alimen-
2 ta dumtaxat consequi deberet ex quo vsusfructus existentibus filijs restringatur ad alimenta iuxta consuetudinem *Bulg. relat. per gloss. in auth. hoc locum, verb. derogari, versic. Sed secundum nupt. commun. receptam.*

Quia ab huiusmodi consuetudine receditur, quo-
3 ties aliâ colligitur Testatoris intentio volentis plenum vsumfructum non autem sola alimenta vxori relinquere, vt trad. Doct. relati in *decis.241.num.13. part.5. recent. & in d. decis. coram R.P.D. meo Ottbobono, §. minusque releuat.* Hic autem præ cæteris illam ostendit discretiuus modus loquendi, nam Franciscus Maria in præcedenti Testamento nonnullos menses antea condito, dum volebat illam prouidere de solis alimentis, disposuit per hæc verba, ibi, *Et dargli quel tanto, che gli sarà bisogno per vitto, & vestito per lei, & detto mio figliuolo.*, in codicillis autem non se restrinxit ad victum, & vestitum, sed verbis vniuersalibus loquutus fuit, ibi, *reliquit esse voluit, & fieri mandauit d. D. Dianam eius vxorem, Dominam, Madonnam, & vsufructuariam omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ hæreditatis ipsius &c.*
4 Hinc igitur clarè liquet huiusmodi relictum non restringi ad sola alimenta, sed intelligi de integro, & plenario vsufructu, cum manifestè appareat Testatorem illud ampliare voluisse, vt in puncto tradit, *Rimin. sen. cons.456.num.12. Bern. cons.34. num.5. lib.2. Card. Mant. de coniect. lib.9. tit.7. num.25. in fin. vers. verum enim verò, Menoch. de præsump. lib.4. præsumpt. 139. num.44. alijque congesti in d. decis. d. §. minusque releuat, vers. tum etiam quia.* Ponderando præsertim generalitatem illam omnium, & singulorum
5 bonorum, ac vniuersæ hæreditatis, quæ non patitur restrictionem ad alimenta, sed integrum, & plenarium vsumfructum designat, vt post *Bald. in l. fin. C. de indict. viduit.* tradit *Socin. sen. cons.51. num. 11. vers. vnde primo facit,* quem sequitur *Gabr. de vsufruct. conclus. 2. numer. 50. & Card. Mantic. d. tit.7. num.32.*

Idque etiam si restringendo relictum codicillare ad sola alimenta nihilominus ipsa vxor maiorem vtilitatem consequi videatur, quam consequeretur vigore Testamenti, cum ex forma istius teneretur conferre fructus dotales, ac alimenta recipere è manibus hæredis, & tamen vigore Codicillorum, nec teneretur ad onus conferendi dictos fructus dotales, ac alimenta consequi poterat propria auctoritate, eum præeminentia in Domo, quia cum verba eorundem Codicillorum superius ponderata sint tam ampla, & effrenata, extendunt omninò, & ampliant substantiam præstationis, & relicti ad plenarium vsumfructum, nec restringi, aut verificari posse videntur ad simplicem præeminentiam, & non communicationem dictorum fructuum dotalium ex iuribus supra allegatis; Cum præsertim Doctores ad propositum adducti de huiusmodi præeminentia tanquam Modicæ vtilitatis casum, & fundamentum non faciant, sed ita dictante defuncti voluntate integrum vsumfructum, non autem alimenta vxori consignari defendant.

Secundo minùs obstat, quod præfatum relictum non fuerit purum, sed conditionale, quatenus scilicet ipsa, seu eius Pater, aut alius, ad quem spectaret dotem Testatori traditam recuperare, contentus fuerit illam sibi restitui in eisdem Terrenis, & bonis, in quibus illi tradita, & consignata fuerat *Sum. Monasterij, n.2.* Itaut proindè cum Diana huiusmodi
6 conditionem non impleuerit, sed petierit, & obtinuerit insistentiam, & manutentionem super omnibus bonis mariti in Ciuitate, & Territorio Firmano existentibus eodem *Summ. num.9.* vtique à consecutione dicti relicti exclusa omninò videatur per text. *in l. hac conditio. ff. de condit. & demonstr.*

Placuit enim responsio, quod cum repetitio huius
7 dotis spectaret ad Claudium Dianæ progenitorem, ex quo dos à Patre profecta dissoluto matrimonio per mortem viri ad eundem Patrem reuertitur etiam superexistentibus filijs *l. dos à Patre, vbi Bald. nu.1. C. solut. matrim. l. si ab hostibus, ff. eod. & l. iure succursum ff. de iur. dot. Bart. in l. post dotem num 31. ibique Alex. cons.25. & Barbos. n.49. ff. eod. Bald. cons.7. nu.1. lib.1. Castr. cons.11. n.1. lib.1. Hoad. cons.75. n.28. lib.2. Fulgos. cons.66. per tot. Thesaur. decis. Pedemont. 138. n.2 Rot. in rec. dec.708. n.1. & 4. par.1. & dec.108. n.6. 7. 16 & 17. par.8.* Ipse verò Claudius tam proprio, quàm filiæ nomine sub die 11. Iunij 1641. acceptauerit dd. Codicillos, & obtulerit se ipsum, & filiam paratos recipere consignationem, & restitutionem dotis iuxta illorum formam, & tenorem *d. Summariolo, num.2.* Idemque postea in effectu eademmet Diana confirmauerit acquiescendo dictæ sententiæ Reuerendiss. D. Terracinen. mandantis, quod ipsa reciperet suam dotem in eisdemmet bonis, in quibus tradita, & consignata fuerat eodem *Summariolo num.3.* inde plenè satisfactum videtur præfatæ con-
8 ditioni in eisdem Codicillis adscriptæ, nec per actus deinde factos à simplici Procuratore ad lites recedi po-

potuit à dicta præcedenti legitima declaratione, & contrauentionem in præiudicium principalis induci per *Text. in l. 3. §. si procurator ff. quod quisque iur. & r. l. si hominem ff. mand. quem ad propositum expendit Rota coram bon. mem. Buratto decis. 354. num. 67. & 8.* Vltra quod dum idem Procurator in actu supradictæ insistentiæ, & manutentionis declarauerit suam principalem sibi mutasse causam possidendi titulo dotis, & Codicillorum *Summ. Monasterij d. num. 9.* Huiusmodi declaratio congruè referri potest ad titulum dotis super bonis dotalibus. Ad titulum verò Codicillorum, quoad cætera bona hæreditaria viri ratione integri vsusfructus sibi ibidem relicti. Ac proinde tanquam actus saltem æquiuocus multo minus inducere valet prætensam contrauentionem, eum præsertim non fuerit factus voluntariè, sed coactè ob necessitatem defensionis ab instantijs monialium, quæ primum contrauenientes dispositis in præfatis Codicillis Dianam d. vsufructu priuare satagebant.

Tertiò nihil facit, quod in eadem sententia illi fuit adiudicatus integer vsusfructus nulla facta mentione, neque detractione legitimæ eidem Philippo filio competentis.

Quia cum legitima filiorum ministerio, & Iuris dispositione absque vllo facto hominis statim mor-
9 tuo Patre, & singulis corporibus hæreditarijs separetur *l. si minus §. repletionem C. de inoff. Testam. l. iubemus C. ad sen. Consul. Trebell. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 32. nu. 2.* Non comprehenditur sub
10 vsufructu vniuersali vxori relicto, vt tradit in terminis *Alex. cons. 29. vers. quia talis vsusfructus lib. 4. Surd. de alim. tit. 2. quæst. 15. num. 178. Thesaur. decis. Pedem. 137. num. 3.* Et proindè sub verbis sententiæ
11 illum generaliter adiudicantis subintelligi nequit, verba enim sententiæ intelliguntur, prout de iure, & ab eo interpretationem recipiunt *l. miles §. decem ff. de re iudic. Angel. Aretin. cons. 95. num. 13. & seqq. Rot. diuers. decis. 112. num. 1. part. 2. coram san. memor. Gregor. dec. 140. num. 19.* Cessatque difficultas, dum in sententia R. P. D. mei Otthoboni, de cuius confirmatione hodiè agitur ad maiorem cautelam explicitè declaratur in dicta præcedenti sententia Reuerendissimi D. Terracinen. non esse comprehensam tertiam partem bonorum Iure legitimæ Philippo debitam. Hinc enim dum in hac parte dictam præcedentem sententiam declarauit nullo pacto hoc prætextu potest de iniustitia redargui.

Non obstat quarto, quod Diana in petitione vsusfructus non præstiterit, nec obtulerit cautionem
12 de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, prout de iure requiritur *per text. in l. si vsusfructus in princ. ff. de vsufruct.*

Quia sub eadem met die, qua Claudius eius Pater ipsius nomine Codicillos acceptauit, & obtulit se, & filiam paratos, recipere dotem iuxta illorum formam, & tenorem, vt supra dictum est, obtulit etiam huiusmodi cautionem præstare, omniaque adimplenda adimplere *d. Summ. d. num. 2.* & tamen stante lite pro parte Philippi contra eam instituta super nullitate, & intelligentia dictorum Codicillorum, quæ adhuc nimis durè contenditur præuia retentione proprietatis, & vsusfructus totius inte-
13 græ hæreditatis, non tenebatur vtique ante rem iudicatam, & actualem dicti vsusfructus consequutionem præfatam cautionem offerre iuxta *Theoric. Bald. in l. 2. sub num. 11. & circa fin. C. comm. de leg. & in cons. 408. num. 10. lib. 1. communiter receptam, vt per Bursatt cons. 148. num. 50. lib. 2. Ruin. cons. 91. num. 8. vers. nec obstat lib. 2. Roland. cons. 92. num. 12. lib. 1.*

idemque firmauit *Rota in Anconitana. vsusfructus 4. Februarij 1637. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & prima Iulij eiusdem anni coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo in recentior. decis. 195. nu. 19. & 20. & decis. 238. num. 11 part. 7. ac 29. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo Domino Terracinen. §. fin.* Ideoque prouidè processit R. P. D. meus Otthobonus, dum in sua sententia declarando per alteram præcedentem Dianam non fuisse exemptam ab
14 onere præstandi huiusmodi cautionem, ad illius præstationem ipsam adstrinxit, quod satis esse probant *Castr. in l. 1. num. 5. vers. quid si non obtulit C. de vsufruct. & Dec. cons. 418. num. 18.*

Quintò denique nec subsistere visum fuit, quod eum ipsa relicta fuit vsufructuaria, dummodo conuixerit, & cohabitauerit cum prædicto Philippo
15 communi filio, sequuta morte ipsius filij vsusfructus censeatur extinctus per ea, quæ tradunt *Menoch. cons. 970. num. 26. & Modern. Mantuan. controu. 50. num. 8. cum seqq.*

Fuit enim responsum, quod huiusmodi conditio cohabitandi cum filio adiecta intelligitur donec possit impleri, durante scilicet vita ipsius filij, ipso verò defuncto, non operatur legati resolutionem, & extinctionem, sed illud integrè debetur vxori legatariæ superuiuenti, donec ipsa naturaliter viuat, ea scilicet ratione, quia Testator relinquendo vxori
16 vsumfructum omnium suorum bonorum censetur illum reliquisse contemplatione ipsius vxoris, non autem filij vniuersalis hæredis instituti etiamsi cum eo cohabitare deberet, & proinde per mortem ipsius Hæredis legatum non remanet extinctum, vt reiectis contrarium sentientibus sequendo *Ancbar. cons. 185. vers. salua tamen saniori consilio Dec. cons. 601. num. 4. & Purpurat. cons. 416. per tot.* iuxta magis communem, & veriorem opinionem firmauit *Rota in Ferrarien. Legati 4 Februarij 1626. coram bon. mem. Manzanedo in recent. decis. 636. per tot. per. 8.*

Idque præsertim in casu nostro, quo ante dictam conditionem cohabitandi Testator apposuit alteram conditionem seruandæ viduitatis ibi quousque tamen, & donec ipsa Domina Diana naturaliter vixerit, & vidualem duxerit, & dummodo conuixerit, & cohabitauerit cum prædicto D. Philippo. Hinc enim multo magis censeri debet legatum fuisse relictum contemplatione vxoris, non autem filij,
17 dum conditio viduitatis præcedit conditionem cohabitationis, & vsusfructus relictus legitur pro toto tempore vitæ ipsius legatariæ, vt notat *Dec. d. cons. 601. num. 5. vers. & cum respectu vxoris*, illumque sequitur *Rot. in d. Ferrarien. legati numer. 8. cum quatuor seqq.*

Ponderando insuper, quod Testator simpliciter apposuit Legatariæ dictum onus cohabitandi, nec vlterius processit aliter prouidendo in casu, quo
18 non cohabitauerit. Vndè quidquid sit quando Testator aliter prouidet. Certum est, quod in casu non factæ vlterioris prouisionis nullatenus legatum extinguitur per mortem hæredis, sed durat durante vita Legatariæ, vt distinguendo tradit *Modern. Mant. d. contr. 50. nu. 21.*

Atque ità resolutum fuit vtraque parte informante &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 17. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Sententia, quando fuit processum per contradictas, nulla præcedente citatione personali, remanet nul-
la,

la. & ex quibus per relationem Nuncijs deduratur citationem suisse personaliter executam, vel domi dimissa copia. Possessio ciuilis, quando per negligentiam recuperandi naturalem dicatur amissa, & quando præsumatur possessorem habuisse se pro spoliato, & quid si possessor huiusmodi esset minor.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia est nulla, quando processum fuit per contradictas, nulla precedente citatione personali.*

2 *Verbum*, præsentare, *potest importare personalem citationis exhibitionem.*

3 *Declara hoc tantum procedere, si relatio fuit facta simpliciter, vel cum qualitate personalis presentationis quoad omnes in relatione nominatos, secus si diuersimodè referatur, scilicet alijs personaliter, alijs verò domi dimissa copia.*

4 *Dictio*, videlicet, *est restrictiua, & declaratiua precedentium, & subsequentium.*

5 *Cursores quoties in relatione attestantur relationem fecisse, intelliguntur fecisse personaliter.*

6 *Declara hoc tantum procedere in relatione simpliciter, non autem in relatione discretiuè facta cum expressa mentione personalis presentationis quoad aliquos, & quoad caeteros dimissionis domi.*

7 *Cursorum relationibus est deferendum, nec debet recedi ab expressa, & specifica illorum relatione.*

8 *Possessor non presumitur voluisse deserere ciuilem possessionem, quam animo retinebat si habita notitia sententia, causam appellationis, & restitutionis in integrum fuerit prosequutus, omnesque adhibuerit diligentias pro recuperanda naturali.*

9 *Possessor, agendo pro liberatione à molestijs, tantùm abest, quod habuerit se pro spoliato, quinimò arguitur animus possidendi, & remouendi turbationes illatas quoad possessionem naturalem.*

10 *Possidens ciuiliter, sibi non praiudicat asserendo alteram partem possidere, & occupare, si hac asseratur post motam litem, quia debet intelligi de occupatione possessionis naturalis, non autem ciuilis animo retenta,*

11 *Mandatum speciale requiritur vbi agitur de amissione ciuilis possessionis dependentis ab animo principalis.*

D E C I S I O CCXCII.

RESolutum fuerat coram me 28. Iunij 1641. DD. fratribus de Battaglinis concedendum esse mandatum de manutenendo in possessione Prædij, de quo agitur, rationibus in decisione deductis, quam hodiè Domini confirmarunt, præci-
1 puè ob nullitatem sententiæ immissionis per Giorginos impetratæ, ex quo processum fuit per contradictas, nulla prærcedente legitima citatione personali contra Hieronymum, & Scipionem, vt pluribus congestis probatur *in dicta decis. 5. constat enim cum duobus seqq.*

Nec defectus huius citationis euitatur ex interpretatione data relationi Nuncij referentis se illam præsentasse omnibus ibidem descriptis.

Licet enim verbum *præsentare*, possit importare
2 personalem citationis exhibitionem, vt altera pars contendit, hujusmodi tamen interpretatio excluditur penitus in casu nostro, quo relatio non fuit facta simpliciter, vel cum qualitate personalis præsentationis, quoad omnes, sed diuersimodè referen-
3 do, scilicet alijs personaliter, alijs verò Domi præuia dictione videlicet ibi, *cum dimissione copia præsentasse infrascriptis videlicet Dom. Ill. DD. Octauio, Scipioni, & Hieronymo de Battaglinis filijs, & hæredibus q. Caroli Battaglini cum dimissione copia in manibus dicti D. Octauij &c.* Dictio enim illa, *videlicet*
4 est restrictiua, & declaratiua præcedentium, & subsequentium *Socin. Iun. cons. 108. num. 17. lib. 2. Paris. cons. 85. num. 42. lib. 2. san. mem. Greg. decis. 286. numer. 9.*

Et huiusmodi sensus apertè etiam apparet ex toto contextu relationis, in qua dictus Nuncius refert se præsentasse præfatam citationem ferè viginti personis, & semper quando præsentatio fuit personalis expressit se fecisse personaliter, quando verò fuit executa domi, semper vsus fuit dicto verbo, *Domi*, vt in registro fol. 416. ex huiusmodi enim discretiuo modo referendi, tollitur quæcumque alia interpretatio, & clarè conuincitur illos dumtaxat personaliter fuisse citatos, de quibus nominatim hoc dictum fuit, vel additum, quod in ipsorum manibus copia citationis dimissa fuerat, cæteros verò, quorum respectu personalis præsentatio, vel dimissio copiæ in manibus non legitur, Domi tantummodo prout ibi subditur citatos fuisse censetur argumento *Text. in l. vnica §. fin. autem C. de caduc. tollen.*

Ideoque non applicantur deducta per *Rotam in decis. 561. num. 14 vers. attamen Domini part. 1. recen.*
5 vbi deferendo attestationis multorum Curialium firmatum fuit, quod ex stylo Cursorum, quoties ipsi in relatione attestantur citationem fecisse, intelligatur fecisse personaliter, procedunt enim in relatio-
6 ne facta simpliciter, vt benè ibidem Rota se explicat, non autem in relatione, prout hic discretiuè facta cum expressa mentione personalis præsentationis quoad aliquos, & quoad cæteros dimissionis domi, hoc enim casu non habet locum præfatus stylus, nec debet recedi ab expressa, & specifica Nuncij
7 relatione, cui deferendum esse probat *gloss. in cap. cum parati verb. suus nuncius in fin. de appell. Specul. in tit. de citat. §. primo vers. sed nunquid san. memor. Greg. decis. 426. nu. 6.*

Nec subsistit, quod fratres de Battaglinis ciuilem possessionem amiserint ob negligentiam in recuperando naturalem, quodque habuerint se pro spoliatis, dum egerunt coram A.C. pro euictione prædij, de quo agitur, & denunciarunt illos de Giorginis illius possessores, & occupatores.

Negligentia enim ipsis imputari non potest cum
8 à prædicta sententia statim habita notitia, & causam appellationis, & restitutionis in integrum prosequuti fuerint desuper obtinendo plures fauorabiles decisiones. Hinc igitur censeri non potest voluisse deserere ciuilem possessionem, quam animo retinebant, dum ex prædictis apparet omnes adhibuisse diligentias pro recuperanda naturali, vt dixit *Rota in Romana fructuum 6. Aprilis 1601. coram bon. mem. Corduba apud Modern. Perus. de manut. decis. 86. num. 5. & 9. in recent. decis. 241. num. 4. par. 1. dec. 427. num. 4. part. 3. & coram bon. memor. Butatto decis. 604. numer. 1.*

Judicium verò coram A. C. vt asseritur non fuit introductum super euictione, sed pro executione concordiæ, & transactionis antea celebratæ, ac pro
9 liberatione à molestijs, ex quibus tantum abest, quod habuerint se pro spoliatis, quinimò arguitur animus possidendi, & remouendi turbationes illatas quoad possessionem naturalem, vt docet *Bart. in cap. querelam de elect.* & animaduertit Rota penès eundem *Modern. Perus. decis. 151. num. 15.*

10 Denominatio denique possessorum, & occupatorum facta fuit post motam litem, & proindè intelligi debet de occupatione possessionis naturalis, non autem ciuilis animo retentæ. & ideò non præiudicat ciuiliter possidentibus, vt in terminis declarauit *Rota in recent. decis. 511. num. 4. par. 1.* alijsque relatis

in

in Rom. Saluiani 1. Iulij 1648. coram R.P.D. meo Ottobono §. vltimo; vers. Et in omne m casum, eoque minùs cum dd. fratres tunc temporis essent minores, & prædicta gesta fuerint à Procuratore absque spe-
11 ciali mandato, quod omninò requiritur, vbi agitur de amissione ciuilis possessionis dependentis ab animo principalis, vt in puncto dictum fuit in *rec. dec. 208. nu. 2. vers. cessare viso fuit par. 4.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA RESIDVI DOTIS.

Lunæ 19: Aprilis 1649.

ARGVMENTVM.

Creditor posterior licet habuerit notitiam Anteriorum creditorum si iusto Titulo pecunias à communi debitore exegit, illasque bona fide consumpserit, pulsari nequit ab ipsis creditoribus super auocatione exacti, licet anterioribus, sed ad effectum vt eis competat Actio auocatoria propter malam fidem consumptionis copulatiuè requiritur, & quod creditor posterior ante consumptionem pecuniarum de anterioribus notitiam habuerit, & quod sciuerit debitorem ipsis non esse soluendo, etiam si anteriores creditores ratione sui crediti essent priuilegiati si ipsum creditum posterioris esset pariter priuilegiatū, & in quibus casibus inter duos priuilegiatos anterior præferri debeat: & quid si creditor posterior, qui in præiudicium anteriorum suum creditum fuit consequutus esset Tutor communis debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior, si iusto titulo pecunias exegerit, illasque bona fide consumpserit, super illarum auocatione pulsari nequit ab alijs creditoribus licet, anterioribus.*

2 *Creditor posterior si habuerit scientiam anterioris creditoris consumpsisse dicitur mala fide id quod à communi debitore exegit, adeout anteriori creditori competat auocatoria.*

3 *Declara, vt ad hunc effectum non sufficiat scientia præsumptiua, sed requiratur certa plena, & specifica.*

4 *Creditor posterior ad effectum, vt mala fide consumpsisse dicatur exactum à communi debitore, copulatiuè requiritur, & quod ante consumptionem certo sciat debitorem habere alios creditores anteriores, & non esse soluendo.*

5 *Creditor posterior, qui in præiudicium anteriorum pecuniam exegit ab hærede Beneficiato, in quibus casibus possit ab anterioribus conueniri ex dispositione* l. fin. §. & si præfatam, vers. licentia creditoribus C. de iur. deliber.

6 *Creditores anteriores ob priuilegium dotis possunt auocare pecuniam iusto titulo solutam posterioribus etiam bona fide consumptam.*

7 *Limita, nisi pari priuilegio nitantur posteriores creditores, tunc enim priuilegia conquassantur, & contra ipsos auocatario non datur.*

8 *Creditor anterior, inter gaudentes parem Hypothecam præferri debet nisi pecunia esset iam soluta posteriori creditori, & ab eo bona fide consumpta.*

9 *Creditor posterior, licet sit Tutor debitoris nisi probetur in eo specifica notitia anteriorum creditorum, & inopia debitoris contra eum non competit auocatoria exacti.*

10 *Tutor, sicuti soluere potest creditoribus Pupilli, ita etiam procurare potest proprij crediti satisfactionem, neque hoc est alienum ab officio boni Tutoris.*

DECISIO CCXCIII.

Confirmarunt Domini resolutionem emanatam coram me 15. Iunij 1648. quo enim ad eius partem, in qua dictum fuit mandatum A. C. esse exequendum contra Perbenedictum tantùm placuarunt fundamenta, & responsiones iam datæ, cum ab eius informantibus nihil deductum fuit in contrarium, quouerò ad secundam, in qua firmatur illud non esse exequendum contra D. Catharinam Ratio resolutionis etiam subsistere visa fuit, quia cum ipsa
1 iusto titulo exegerit scuta 3800. illaque bona fide consumpserit super illorum auocationem pulsari nequit ab alijs creditoribus, licet anterioribus, vt præter allegatos in altera decisione §. *Pupillus sub nu. 6. ff. quæ in fraud. credit. Fulgos. in l. pecunia ante nu. 1. vers. sed si ipse C. de priuil. fisc. Paris. cons. 69. num. 2, lib. 4. Cephal. cons. 555. num. 4. cum seqq. & signanter sub num. 7. vers. quinimò etiam Menoch. cons. 25. nu. 13. & seqq. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 36. n. 8. Afflict. dec. 190. num. 6. Borgnin. Caual. dec. 29. nu. 36. par. 3.* & reprobatis contrarium sentientibus *Corthar. decis. Genuæ 19. num. 6. vsque in fin. idemque admisit Rot. dec. 317. num 5. par. 3. rec.* & benè conferunt deducta in *Romano Sequestri 11. Decemb. 1645. coram R. P. D. meo Ottbobono, §. nec compensatio.*

Nec obstat, quod Perbenedictus die 3. Nouemb. 1627. ad instantiam Beatricis Morellæ, & Matthiæ Gherardi eius secundi Viri principalium creditorum residui dotis, de quo agitur personaliter inhibitus fuit, ne auderet bona hæreditaria Alexandri communis Debitoris distrahere, vendere, vel alienare in ipsorum præiudicium, vt deducit in altera *dec. §. scientiam autem, vers. Tum etiam*, & proindè cum ipse Perbenedictus esset Contutor Germanus Frater, & Procurator eiusdem Catharinæ, ac insi-
2 mul cohabitarent, ipsa Catharina videatur habuisse scientiam huius crediti anterioris, itaut per consequens pecunias sibi persolutas mala fide consumpsisse dicatur, quo casu creditoribus anterioribus competit auocatoria ex traditis per *Surd. cons. 4. nu. 43. cum seqq.* quem sequuta fuit *Rot. decis. 595. nu. 4. vers. secus est, par. 2. rec.*

3 Quia præter quod scientia ex præfatis sumpta, videtur potius præsumpta, quam certa, plena, & specifica, prout ad ipsum effectum requiritur, vt post *gloss. in cap. concertationi verb. scieris de appell. in 6.* ad propositum probat *Surd. cons. 528. num. 42.* & in similibus terminis respondit *Rot. in recen. dec. 95. sub nu. 2. vers. quia talis, & decis. 111. vers. nec quod de intimatione par. 1.* cum alijs allegatis in *Beneuentanæ Domus 13. Nouemb. præteriti coram R.P.D. meo Ottbobono, §. fin.* Placuit responsio, quod non sufficit so-
4 la scientia creditorum anteriorum, sed requiritur, quod creditor posterior ante consumptionem pecuniarum sibi solutarum certo sciat Debitorem habere alios creditores anteriores, & non esse soluendo ex *Thesaur. Inn. quæst. for. lib. 2. qu. 16. num. 13.* relatus in decisione §. *Thesaurus enim.* Vndè cum huiusmodi certa notitia in casu nostro non concurrat Catharina pecunias sibi iusto titulo persolutas bona fide consumpsit, itaut ad illarum restitutionem non teneatur.

Minusuè obstat, quod dicta solutio sibi facta fuit ab eodem Perbenedicto tanquam Tutore filiorum, & hæredum Alexandri debitoris cum beneficio legis, & inuentarij idcoque intrat dispositio *text. in l. fin. §. & si præfatam in vers. licentia creditoribus, C. de iur. deliber.*

5 Quia animaduerterunt Domini dispositionem dicti Textus procedere in casu, quo pecunia ab hæ-

rede beneficiato coactè peesolnta fuerit creditori posteriori, & adhuc existit, vel in casu, quo recepta fuerit ex causa merè lucratiua; secùs autem vbi prout hic pecunia amplius non extat, sed bona fide consumpta fuit, & creditor illam titulo oneroso ab hærede debitoris spontè soluente recepit, tunc enim dicta dispositio non intrat, nec aduersus præfatum creditorem actio auocatoria permittitur, vt in puncto sic distinguendo firmant *Couar. pract. qu. cap. 29. sub num. 1. vers. his etiam iuncto num. 3. Phanuce. de Inuent. par. 5. nu. 148. vers. sin autem quæritur inter tract. Magn. tom. 8. part. 2. fol. mihi 293. à tergo, Grammat. qu. 1. num. 7. vers. non obstat, l. fin.*

Prout nec eeleuat, quod creditores anteriores ratione residui dotis, de qno agitur videantur priuilegiati.

6 Quia priuilegium dotis operatur, quod possit auocari pecunia iusto titulo soluta posterioribus creditoribus, & bona fide consumpta, quando ipsi posteriores non habent consimile dotis priuilegium;
7 Secus autem vbi prout hie pari priuilegio nituntur, tunc enim priuilegia conquassantur, & contra ipsos auocatoria non datur ex allegatis per *Thesaur. d. qu. 16. n. 6. Gait. de cred. cap. 4. qu. 11. nu. 1314. & Fontan. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 3. par. 6. num. 31.* relatis in dicta *dec*, §. *fin.* Quibus non aduersantur deducta pee *Rot. in Firmana Prælationis dotis 21. Maij 1607.*
8 *coram bo. me. Manzanedo*, quia non procedunt in casu, quo pecunia iam est soluta, & bona fide consumpta, prout in proposito, sed in concursu creditorum, antequam pecunia soluatur, in qnibus terminis simpliciter firmat, quod inter gaudentes parem hypothecam, anterior præferri debet.

Neque subsistit, quod Catharina non potuerit procurare, vt sibi fieret solutio, dùm erat contutrix eorumdem filiorum, & hæredum communis debitoris.

9 Quia cum non probetur ipsam habuisse plenam. & specificam notitiam creditorum anteriorum, &
10 inopiæ debitoris, prout requiritur, vt supra dictum fuit. Non est alienum ab officio boni Tutoris suum creditum exigere sicut enim tutor soluere debet creditoribus Pupilli, ita etiam legitimè procurare potest proprii crediti satisfactionem per *text. apertum in l. quoties, §. sicut autem ff. de administr. Tutor. Surd. cons. 290. num. 33. vers. Verùm ego adduco, Gutier. de tutel. par. 2. cap. 9. num. 40. & 41. cum seqq.*

Ee ita vtraque &c.

ROMANA HÆREDITATIS DE GRATIANIS.

Veneris 28. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Filiatio respectu Patris, cum sit difficilis probationis, probatur per coniecturas, quarum nonnullæ recensentur, & pee Testes etiam alias inhabiles, & quomodo per confessionem illius, de cuius negotio agitur. Legitimatus per subsequens matrimonium, efficitur verè, & propriè legitimus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio filiationis respectu Progenitoris, cum sit, vel impossibilis, vel dificillima, solæ præsumptiones, & coniectura admittuntur, cum ista simul coacernata in hac materia, faciant plenam, & concludentem probationem contra quoscumque.*

2 *Partita libri Baptismalis magnum prabet pro descripto argumentum filiationis in ordine ad probationem.*

3 *Interuentus personalis Patris ad Sacrum Baptisma filij instando ipsum tamquam proprium filium baptizari, plurimum confert ad probationem filiationis.*

4 *Filiatio probatur ex nominatione, tractatu, præstatione alimentorum, educatione, ac communi reputatione, & fama apud omnes, & signanter apud vicinos &c.*

Et quid non solum contra Parentes ita tractantes, & denominantes, sed etiam contra tertium, præsertim alijs concurrentibus.

5 *Forma similitudo corroborat filiationis probationem.*

6 *Filius Concubinæ certus præsumitur etiam filius illius, qui eam in Concubinam retinebat.*

7 *Testes, etiam inhabiles admittuntur ad probandam rem difficilis probationis, vbi non ita de facili possunt reperiri omni exceptione maiores, & veritas, aliter haberi non potest.*

8 *Confessio filiationis facta à Patruo constitute nepotem in quasi possessione filiationis contra ipsum confitentem, & illam pro tali denominantem.*

9 *Confessio facta in diuerso Iudicio, & ad diuersum effectum, quando est adminiculata, probat contra confitentem in quocumque alio Iudicio, & ad quemcumque alium effectum.*

10 *Confessiones emanatæ circa statum personæ, plures, & geminatæ variari non possunt.*

11 *Minusque reuocari in præiudicium Iuris alteri quæsiti.*

12 *Confessio emissa, quæ omniaò dependet à voluntate confitentis ipsi præiudicat.*

13 *Testes informati, verisimilia deponentes, & concludentes de loco, & tempore in concursu præferuntur alijs tales qualitates non habentibus.*

14 *Confessiones regulariter præualent mille testibus in contrarium examinatis.*

15 *Legitimatus per subsequens matrimonium, efficitur verè, & propriè legitimus.*

16 *Legitimatus per subsequens matrimonium, est habilitatus ad succedendum, proinde ac si ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuisset dũ nulla causa impedimenti inter ipsos coniuges intercessit.*

17 *Ius repræsentationis facit succedere in stirpes, in concursu cum alijs eiusdem gradus repræsentantis.*

DECISIO CCXCIV.

Lælius de Gratianis Francisci Patruus non reuocauit in dubium validitatem sententiæ Rotalis latæ ad fauorem ipsius Francisci, sed illius Iustitiam, & iterum repetebat, quod ille nunquam probauerit se esse filium Horatij. Quod tamen etiam hodiè DD. reiecerunt, & pro confirmatione sententię responderunt, ea moti ratione, quia cum probatio filiationis respectu Progenitoris, vel sit impossibilis, vel difficillima solæ præsumptiones, & coniecturæ admittuntur, cum istæ simul coacervatæ in hac materia faciant plenam, & concludentem probationem
1 contra quoscumque *cap. per tuas de probat. l. si vicinis C. de Nupt. Alex. cons. 88. sub nu. 9. vers. tamen istis non obstantibus lib. 7. Natt. cons. 235. num. 1. & seqq. Rot. decis. 430. num. 13. & 14. par. 5. dec. 314. num. 19. vers. quoniam quoad qualitatem. & num. 20. par. 6.* ac admissum fuit in *Farfen. bonorum 23. Ianuar. 1647. coram R. P. D. meo Corrado, §. quia licet*, & firmatur in *Bonon. Spolij 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Ottbobono, §. quod verò,*

Coniecturæ enim, & præsumptiones, quæ pro Francisco deducuntur in decisione emissa *7. Februarij 1642. coram R. P. D. meo Royas*, efficaces omnino, & concludentes adhuc Dominis visæ fuerunt.

Prima namque ex eo desumpta ille in lucem
2 proditus anno 1313. ex Olimpia de Mercadantibus Sacro Baptismatis Fonte ablutus fuit tanquàm filius eiusdem Horatii, & vti talis descriptus in libro baptismali, vt ex partita exindè extracta *Summario*

Fran-

Francisci num. 2. vehemens ostendit argumentum
filiationis, vt præter deductos in d. decisione consi-
derauit *Rota in Romana Filiationis 10. Iunij 1611. §. 2.
subsequitur coram bo. me. Piropano in Rom. de Sanellis
13. Decembr. 1613. coram bo. me. Vbaldo, & in Rom. de
Catalanis 27. Nouembr. 1610. coram bo. mem. Merlino
in rec. dec. 409. num. 5. & 6. part. 5.* Eoque magis cum
ex depositione secundi Testis iuxta octauum Inter-
rogatorium, probetur in dicto actu personaliter in-
3 teruenisse eundem met Horatium Patrem ipsumque
insilecisse, vt Franciscus tanquam eius proprius filius
baptizaretur *d. Summ. nu. 3.* quod proindè plurimum
confert ad probationem filiationis, vt in fortioribus
terminis tradit *Surd. cons. 1. num. 45.* & dixit *Rota in
rec. dec. 199. num. 2. vers. Baptizatio part. 3. & in dicta
Rom. Filiationis d. § Secundo subsequitur circa fin. ac ad
misit in Romana de Bonellis 28. Nouembr. 1614. coram
bo. me. Vbaldo §. vers. nam coniectura.*

Secunda ex nominatione, tractatu, præstatione
alimentorum educatione, ac communi reputatione,
4 & fama apud omnes, & signanter apud vicinos,
quod Franciscus esset filius Horatij, & tanquam
talis ab eo educaretur, alimentaretur, ac denomina-
retur vt deponunt Testes *Summ. d. num. 3.* efficax pa-
riter, & valida non solum contra Parentes, ita tra-
ctantes, & denominantes, sed etiam contra Tertium
præsertim alijs concurrentibus deducta fuit per *Rot.
dec. 472. num. 8. vers. verum etiam 1. par. d. dec. 409. nu.
10.* & plenius *dicta decis. 430. numer. 67. & 68. part. 5.
& d. dec. 314. num. 3. par. 6. rec. ac in d. Romana Filia-
tionis §. Tertiò conuincitur.*

5 Tertia ex formæ similitudine probata per Testes
Summ. nu. 4. licet, vt plurimum fallax de se sola non
releuat iuncta tamen cum illis alias corroborat, &
adminiculatur, vt dicit *Rota dec. 314. num. 10. par. 6.
recent.*

Quarta deprompta ex alijs pluribus Testibus con-
cludentibus Olimpiam è statu meretricio transitum
fecisse ad concubinatum cum solo Horatio, quodq;
tempore conceptionis, & natiuitatis Francisci ad il-
lam nemo habebat accessum præter ipsum Hora-
tium, qui eam Domi ab eodem conductæ, & sitæ è
conspectu propriæ habitationis ad meliorem illius
custodiam amore maritali retinebat ibique alimen-
ta, & alia necessaria dietim subministrabat sub spe
illam ducendi in Vxorem, prout tandem in Articu-
lo mortis eam duxit eodem *Summ. num. 9. & 10.*
6 Ex quo proptereà necessaria resultat iuris præsum-
ptio, quod Franciscus verè sit filius Horatij illam
pro concubina retinentis secundum *Gloss. magistr. in
cap. Michael. de fil. presbyt.* quam sequitur *Alex. cons.
157. nu. 2. vers. tamen ita præsumitur lib. 5.* alijque re-
lati *in d. dec. R. P. D. mei Ruyas §. quinta elicita*, idem-
que tenuit *Rota d. dec. 314. nu. 14. part. 6.* ac admissum
fuit in dicta *Farfen. Bonor. §. nàm Testes.* Et licet non
nulli ex præfatis Testibus patiantur aliquas excep-
tiones personales, quia tamen agitur de re, in qua
7 non est ita facile reperire Testes omni exceptione
maiores, & veritas aliter haberi non potest ad eam
probandam admittuntur Testes etiam inhabiles ad
Tex. in cap. omniens il 2. in fin. de Testib. & præter ad-
ductos in *d. dec. §. nec obstant exceptiones in puncto*
responsum fuit in supra allegata *Romana filiationis
coram bo. me. Piruano §. fin. & in d. dec. 314. num. 27.
part. 6. recent.*
8 Quinta denique resultans ex proprijs confessio-
nibus eorundem Lælij, & Octauij Patruorum tàm
extraiudicialibus, ex quo post mortem Horatij ipsi
sollicitè affectarunt Francisci curam *Summ. num. 5.*
& passi fuerunt ipsum possidere hæreditatem pater-
nam, quæ alias ad eos spectasset, quam iudicialibus
agendo contra eundem Franciscum vti filium, &
Hæredem Horatij, & contra ipsum obtinendo man-
datum executiuum pro debito hæreditario illius,
quod deindè exequi curarunt super quadam Domo
pariter illius hæreditaria, eiusque pretium conse-
quuti fuerunt eodem *Summ. nu. 6. 7. & 8.* tamquam
omnibus alijs validior, & de se sola sufficiens illum
constituit in quasi possessione filiationis cõtra ipsos
Lælium, & Octauium Patruos ita confitentes & il-
lum pro tali denominantes ad *Text. in l. cum precum
C. de liberal. caus.* vt ad propositum tradunt *Menoch.
de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. nu. 23. Gratian. discept.
forens. cap. 653. nu. 71. & cap. 754. nu. 35.* cæteriq; ad-
ducti in *d. dec. §. quarta, & quæ omnes*, & præter ipsos
faciunt deducta per *Alex. cons. 181. num 8. lib. 7. Paris.
cons. 10. num. 89. cum seqq. lib. 2. Natt. cons. 59. num. 15.
lib. 1. Petr. de fideic. quæst 11. num. 299.*

Nec releuat, quod huiusmodi confessiones factæ
fuerint in alio Iudicio ad alium finem, & effectum,
quodque fuerint reuocatæ, & non præiudicent in
non dependentibus à voluntate confitentium.

Quia vltrà alias responsiones datas in *dec. R. P. D.
mei Royas*, confessio facta in diuerso Iudicio, & ad
9 diuersum effectum, quando prout hic est adminicu-
lata, probat contra confitentem in quocumque alio
Iudicio, & ad quemcumque alium effectum, vt re-
spondit *Rota in Romana fideicommissi de Guidis 18.
Iunij 1630. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Ve-
rospio in rec. dec. 318. num. 7. par 6.* Et cum confessio-
nes, de quibus agitur emanauerint circa actus filia-
tioni proportionabiles, & proprios, ac circa statum
10 Personæ Francisci, sintque plures, & geminatæ va-
riari non potuerunt *l. ingenuum cum ibi not ff de stat.
homin. Alex. cons. 35. nu. 17. lib. 7.* cum a ijs per *Gra-
11 tian. discept. for. cap. 869. num. 16.* Minusuè reuocari
in præiudicium Iuris ipsi Francisco acquisiti, *gloss.
fin in d. cap. per tuas ibique Felin. nu. 14 vers. quia sicut
ac probat. Surd. cons. 169. num. 9. Gratian. vbi sup 4
cap. 116. nu. 5. cum concord. congestis in Auenionen Ali-
mentorum 8. Ian. 1647. coram R. P. D. meo Corrado, §.
nàm assertio vers. nec deindè, & §. quoniam assertiones,*
prout nec reuocatæ fuerunt, & præsertim ab Octa-
uio, de cuius hæreditate agitur, imò ab vtroque ef-
fectuatæ per supradictam crediti exactionem; Nec
12 dicuntur emissæ circa non dependentia à voluntate
confitentium, quia exindè non prætenditur, quod
Franciscus efficiatur filius Horatij, sed deducuntur
ad effectum probandi veritatem eius filiationis, quod
omninò dependet à voluntate confitentis, ipsique
præiudicat, vt bene responderur in altera *dec. §. nec
obstat, quod confessio.*

Cæterum iterum DD. dixerunt non obstare depo-
sitiones Testium pro Lælio examinatorum. Tùm
quia detecti fuerunt non informati, inuerisimilia
deponunt, conuincuntur de mendacio, & non per-
cutiunt tempus conceptionis, & natiuitatis Franci-
13 sci. Tùm etiam quia in concursu cum illis alijs pro
Francisco examinatis numero pluribus, melius in-
formatis, verisimilia deponentibus, & concluden-
tibus de loco, & tempore non sunt attendendi, cum
magis sit credendum præfatis Testibus Francisci tot
meliores qualitates habentibus, vt singulas ponde-
rando responsum fuit in *d. decis. §. minus obstat, quod
probatio tum quatuor seqq.* Ideoque præsertim suuctis
supra ponderatis confessionibus, quæ regulariter
14 præualent mille Testibus in contrarium examina-
tis per ea, quæ tradunt *Aym. cons. 61. num. 3. vers.
confessio enim Gabr. de Test. conclus. 4. num. 45. bo. me.
Ehrett. dec. 317. num. 8.*

Firmata igitur filiatione Francisci per subsequens
15 matrimonium inter dd. Horatium, & Olimpiam eius Progenitores contractum anno 1621. effectus fuit verè, & proprie legitimus, *§. primo Auth. quib. mod. natur. effic. legit. Ias. in l. generaliter, §. cum autem, nu. 9. C. de instit. & substit. Rip. in l. si vnquam num. 86. C. de reuoc. donat. Hond. cons. 72. nu. 26. lib. 2. Lup. de illegit. comment. 4. §. 3. nu. 1. cum seqq. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 12. sub nu. 4. Gabr. de legitim. concl. 1. nu. 18. & seqq. alijque adducti in d. decis. §. quod vero.* Ac ha-
16 bilitatus ad succedendum proinde, ac si vsque ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuisset, dum nulla causa impedimenti inter ipsos coniuges intercessit, *l. nemo quis vers. neque enim, Cod. de nat. liber. Hond. d. cons. 72. nu. 27. lib. 2.* Itaut proindè ipsi
17 ritè, & rectè concessa fuerit immissio pro medietate hæreditatis dicti Octauij Patrui in concursu cũ Lælio altero Patruo succedendo in stirpes iure repræsentationis eiusdem Horatij Patris, & respectiuè germani fratris præfatorum Octauij, & Lælij iuxta claram dispositionem *Text. in §. si igitur Auth. de hered. ab intest. vt probatur in eadem decis. §. tota difficultas.*

Ad ea veró, quæ longa serie in contrarium deducta fuerunt, vel plenissime satisfactum fuit, tam in prædicta decisione *R. P. D. mei Royas*, quam in alijs decisionibus contra Attauantem emanatis *coram eodem 29. Maij 1643. & coram R. P. D. meo Meltio 11. Decembris 1648.* vel non indigent responsione.

Et ita vtraque &c.

CATHACEN. HÆREDITATIS.

Ven. 28. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem bonorum hæreditatis conceditur, nedum hæredi scripto in Testamento, verbis claris, & expressis, verum etiam hæredi qui virtualiter institutus censetur ex verisimili, & interpræta mentes Testatoris, vbi quod variatio nominis non vitiat dispositionem certam in substantia, & quæ facile ex coniecturis haberi potest, quod maximè procedit fauore piæ causæ, quo casu testamentum etiam ambiguum pro ipsa semper solet interpretari, & quot demonstrationes, & coniecturæ ad hunc effectum sufficiant, & ex quibus deducantur. Testes etiam vnici, & singulares attenduntur quando agitur non ad probandum actum institutionis, sed ad declarandam, & interpretandam mentem Testatoris,

SVMMARIVM.

1 *Immissio in possessionem bonorum hæreditatis conceditur hæredi exhibenti Testamentum non abolitum, neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum.*

2 *Confraternitas Redemptoris, non existente alia in eo loco ita specialiter appellata, intelligitur pro Confraternitate Sanctissimi Sacramenti.*

3 *Nominis variatio, non vitiat dispositionem certam in substantia, si aliundè constet de quo Testator intellexerit.*

4 *Denominatio Redemptoris, & Sanctiss. Sacramenti nulla in effectu, vel saltem admodum modica difformitate accipitur.*

5 *Testatoris intentio instituendi certam personam hæredem vt dicatur probata, duæ tantum demonstrationes regulariter sufficiunt.*

6 *Testator in dubio præsumitur hæredem vniuersalem reliquisse illam Confraternitatem cuius dum ipse vixit fuit Compater, & erga quam præsumitur habuisse maximam affectionem.*

7 *Testatoris intentio ex antecedentibus, & subsequentibus, optimè declaratur.*

8 *Testamentaria dispositio, alias æquiuoca, & erronea, stante particulari loquendi vsu Testatoris iuxta eius formam, omnimodam recipit interpretationem.*

9 *Testamentum etiam ambiguum fauore piæ causæ semper solet interpretari.*

10 *Testes, etiam vnici, & singulares, & fides simplices, sufficiunt, quando agitur non ad probandum actum institutionis, sed ad declarandam, & interpretandam mentem Testatoris.*

11 *Testati causa, regulariter facit cessare causam intestati.*

12 *Immissio conceditur non solum hæredi scripto verbis expressis, sed etiam hæredi, qui virtualiter institutus censetur ex verisimili mente Testatoris.*

DECISIO CCXCV.

Decius Scolio in Testamento, sub quo decessit hæredem vniuersalem sibi scripsit confraternitatem Redemptoris, verum quia in Ciuitate Cathacen. nulla adest; Ideò Confraternitas Sanctissimi Sacramenti ibidem existens eam prætenderet hæreditatem illius, instituit Iudicium in foro Episcopali, ibique fauorabilem sententiam reportauit, sed causa mihi deuoluta instantibus etiam Horatio, eiusque Nepotibus de Scolio dubitaui, An, & cui
1 esset danda immissio in possessionem hæreditatis, & bonorum dicti Decij, illamque concedendam esse d. Confraternitati Domini existimarunt, cum exhibeat Testamentum illius non abolitum, neque cancellatum, nec in aliqua parte suspectum *ex vulg. remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*

2 Nec obstat, quod in eo instituta fuerit Confraternitas Redemptoris, non autem ipsa Confraternitas Sanctissimi Sacramenti.

Quia præter quod denominatio Confraternitates Redemptoris non existente alia in eo loco ita specialiter appellata, benè congruit Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, in quo memoriam Dominicæ Passionis, & Redemptionis nostræ recolimus, ac Dominum, & Redemptorem ipsum adoramus iuxta Sacrum Euangelium *Diui Lucæ cap. 22. & dispositionem cap. iteretur quotidiè de consacrat. distin. 2. ac Sac. Conc. Trid. sess. 13. cap. 5. de Sanctiss. Euchar. Sa-*
3 *cram.* cum aliunde constet Testatorem intellexisse de huiusmodi Confraternitate Sanctissimi Sacramenti variatio nominis non vitiat dispositionem certam in substantia *l. si in nomine, C. de testam. l. asse toto, ff. de hered. instit. l. verum, §. cum quidam, ff. de reb. dub. l. si me in vacuam in princ. vers. nisi fortè,* & ibi, *DD. ff. de acquir. possess. §. quidem in nomine instit. de legat. Alex. cons. 108. nu. 2. vers. in quo prætermissis non necessarijs lib. 7. Paris. cons. 15. nu. 8. vers. tamen quando constat lib. 4. Vital. de clauf. clauf. non errore ductus, nu. 15. & sect. nunc videamus, nu. 1. inter tract. magn. tom. 18. fol. mihi 403. à terg. & fol. 410. pariter à terg. Bertazz. de clauf. clauf. 3. gloss. prima num. 3. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 6. num. 1. Card. Seraphin. dec. 701. nu. 1. Rota in recent. dec. 919. nu. 1. par. 4. & decis. 314. nu. 17. & 18. par. 8.* Idque præsertim, cum in-
4 ter nomen Redemptoris, & denominationem Sanctissimi Sacramenti nulla in effectu, vel saltem admodum modica difformitas intercedat, vt post *Text. in l. librorum, §. quod tamen Cassius, vbi gloss. in verb. libros, C. de legat. 3. ponderant. Imol. in l. si quis in fundi vocabulo, num. 8. ad med. ff. de legat. 1. Vital. d. sect. nunc videamus, nu. 3. vers. fallit propter Grat. discept. forens. cap. 830. nu. 8.*

Intentio autem Testatoris instituendi istam Con-
5 fraternitatem ex pluribus apertè conuincitur, licet duæ tantum demonstrationes regulariter sufficiant

ad

ad tradita per *Bart. in l. demonstratio, num. 14. ff. de condit. & demonstr. Castr. in d. l. si in nomine, nu. 4. C. de testam. Alex. d. cons. 108. num. 3. lib. 7. Rot. in recent. d. dec. 319. num. 5. par. 4.*

Primo enim ex quo ipse dum vixit fui compater 6 huius Confraternitatis spatio 40. annorum, & vltra, eidemque inseruiuit occurrentibus necessitatibus eius *Summ. n. 2.* Vndè verisimiliter præsumitur erga illam habuisse maximam affectionem, quæ proinde præbet non leue argumentum quod intellexerit ipsam relinquere hæredem vniuersalem, *l. si quis ad declarandam, §. vbi autem, C. de Episcop. & Cleric. l. qua conditio, §. vltimo, ff de condit. & demonstr. gloss. singularis in cap. si Pater verb. pauperes de testam. in 6. Abb. cons. 99. sub num. 5. vers. & his omnibus, part. 2. Anchar. cons. 214. n. 12. vers. et est ratio Specul. tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua, num. 64. vers. et idem si pecunia, cum alijs, quos refert, et sequitur, Ricc. ad Tiraq. de priuil. pia caus. priuil. 56. §. 1.*

Secunda ex depositionibus tam Archidiaconi Cathacen. asserentis Testatorem sibi pluries dixisse velle relinquere omnia sua bona eidem Sanctissimo Sacramento dicto *Summ. num. 4.* quam etiam Petri Francisci de Pace deponĕtis, quod interrogatus ipse Testator de persona hæredis ad effectum faciendi exequias, respondit, quod vocarentur Priores Sanctissimi Redemptoris, & signanter Io. Antonius de Paula eodem *Summ. n. 5.* qui Io. Antonius tunc temporis erat Prior Sanctissimi Sacramenti, ideoque certius dicendum videtur Testatorem intellexisse de 7 illius Confraternitate, ex antecedentibus enim, & subsequentibus optimè declaratur disponentis intentio ex theor. *Bart. in l. 2. sub num. 40. vers. quaro ex quibus cum seqq. ff. de vulg. et pupill. substit. Ruin. cons. 192. n. 5. lib. 2. Cephal. cons. 144. num. 29. vers. et vltra prædicta Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 4. et 5. Card. Seraph. dec. 382. n. 5. Rota in rec. dec. 293. n. 17. p. 5. et pleniùs coram bo. me. Baratt. decis. 168. n. 17. et 18.*

Tertio ex altera depositione Parochi qui paulò post conditum Testamentum, & illi subministratum Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum ostendĕs Sacram Pixidem eum interrogauit, An vellet quidquam pro anima relinquere, qui respondit se iam disposuisse dicto *Summ. n. 3.* Hinc enim valdè congruit, quod in faciem dictæ Sacræ Pixidis, ita respondendo intellexerit de dispositione facta in Testamento, quod proinde clarius declarat eius intentionem ad fauorem istius Confraternitatis.

Quarto denique comprobatur ex eius particulari vsu loquendi probato per fidem plurium Testium formiter repetitorum asserentium ipsum consueuisse Sanctissimum Sacramentŭ vocare Redemptorem, ibi: *Il q. Dottor Clerico Decio Scoglio à tempo viueua quando passaua il Santissimo Sacramento sempre diceua, et soleua dire passa il nostro Redentore facciamo riuerenza, et adoriamo il nostro Redentore, etc.* dicto 8 *Summ. n. 6.* Huiusmodi enim particularis loquendi vsus tollit omne dubium, & operatur, vt Testamentaria dispositio alias æquiuoca, & erronea iuxtà eius formam omnimodam recipiat interpretationem *l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1, leg. cum alimenta, ff. de aliment. et cibar. legat. Alciat. in l. prima num. 47. in fin. ff. de iurisdict. omn. Iud. Corn. cons. 243. n. 5. lib. 4. Soccin. iun. cons. 81. n. 18. lib. 3. Paris. cons. 50. n. 19. vers. nam semper in verbis, part. 4. Vital. vbi supra d. sect. nunc videamus sub nu. 1. vers. vel nisi consuetudo, et num. 3. vers. fallit si ex communi Cardinal. Mant. vbi supra d. lib. 3. 11. 9. num. 3. vers. Et quod ex consuetudine Rota in rec. 391. num. 6. et dec. 097. nu. 8. p. 1. et dec. 293. nu. 9. p. 7. cum alijs plenè relatis in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. coram Reuerendissimo Salamantino, §. Tum quia in hoc casu.*

Et prædicta tanto magis in proposito admittenda 9 esse dixerunt Domini, cum agatur de dispositione facta ad fauorem causæ piæ, quo casu Testamentum etiam ambiguum pro ipsa semper solet interpretari *l. sunt personæ, ff. de Religios. et sumpt. funer. Imol. in cap. in præsentia de probat. cum alleg. per Mascard. eod. tract. conclus. 1171. n. 2. et 70. Tiraquell. de priuil. pia caus. priuil. 165. per tot. ibid. Thor. in Addit. vers. Hinc Testamentum.*

Nec refert, quod præfatæ Testium depositiones sint simplices fides, quodque illorum repetitio facta fuerit post sententiam de partibus, & interpositam appellationem.

Quia cum non deducantur ad probandum actum 10 institutionis sed ad declarandam, & interpretandam mentem Testatoris, vt scilicet dignosci possit quid ipse intellexerit appellatione Confraternitatis Redemptoris vtique sufficiunt etiamsi sint simplices fides, & patiantur aliquas exceptiones circa repetitionem, cum ad istum effectum admittantur Testes etiam vnici, & singulares *Castr. cons. 395. nu. 1. lib. 2. Aym. cons. 73. n. 3. Gabr. cons. 51. n. 8. lib. 2. bo. mem. Buratt. dec. 205. nu. 2. quos sequuta fuit, Rot. in Bononien. fideicommissi 17. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bichio, et in Romana successionis 21. Iunij 1641. coram Reuerendissimo Salamantino, §. quoniam obiectam.*

Indeque cessat prætensio Horatij, & nepotum 11 succedendi ab intestato, quia causa testati regulariter facit cessare causam intestati *l. quamdiu potest 39. ff. de acquir. hæred. l. quamdiù 90. ff. de reg. iur. l. ante quam, C. comm. de success. l. ex Testamento. C. vnde liber.* Nihil obstante, quod ipsa Confraternitas non legatur scripta hæres in Testamento, sed veniat ex interpretata Testatoris voluntate. Quia præter quod si verba institutionis intelligantur secundum particularem vsum disponentis (prout verè sunt intelligenda) ipsa existimari debet tanquam hæres propriè, & specificè scripta. Verior, & magis recep- 12 ta est opinio, quod immissio concedatur non solum hæredi scripto verbis expressis, sed etiam hæredi, qui virtualiter institutus censetur ex verisimili mente per ea, quæ tradunt in his terminis *Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 121. cum plur. seqq. Modern. Bonon. de acquir. poss. q. 17. art. 4. n. 58. cum seqq. iunctis, n. 75. et 76. cum alijs pluribus seqq.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. DE TOSTINIS,

Lunæ 31. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Transactio habet in ventre exceptionem litis finitæ. Emanata ex falsa causa, est ipso iure nulla: debet tamen per tres sententias conformes declarari. Sustinetur ex quauis probabili dubitandi ratione. Fideicommissarius, quando possit impedire immissionem hæredi scripto.

SVMMARIVM.

1. *Transactio omnibus controuersijs, et prætensionibus finem imponit, et agentem à limine Iudicij repellit: ex quo obstat exceptio litis finitæ.*
2. *Iura cessa adeò irreuocabiliter acquiruntur cessionario, et eius hæredibus, ac successoribus, vt cedens ad illa amplius regressum habere non valeat.*
3. *Transactio emanata ex falsa causa est ipso iure nulla, nec aliquem operari potest iuris effectum declaratur procedere solum in causa fin. nu. 5.*

4 *Di-*

4 *Dicto (forte,) quando respicit factum, dubitationem præsefert.*

5 *Minori non solum licitum est denuo cum beneficio adire, sed hæreditatem totaliter repudiare.*

7 *Transactio quæ prætenditur, nulla, seu inualida ex falsitate causæ, remanet in statu validitatis, donec, & quousque per tres sententias conformes rescinditur.*

8 *Ad transactionem substinendam, quauis probabilis dubitandi ratio sufficit, dummodo calumniam euidentem excludat.*

9 *Reseruatio iurium (prout de iure, &c. non aliter &c.*

10 *Fideicommissarius non potest impedire immissionem hæredi scripto nisi tribus copulatiuè concurrentibus. Quod doceat in continenti de iure suo. Quod nihil sit detrahendum, & quod possideat sine vitio.*

11 *Contradictor legitimus quis dici non potest non docto incontinenti de iure suo.*

DECISIO CCXCVI.

PEr sententiam Rotalem pronunciatum fuit dandam esse immissionem Alesandro Vitali hæredi scripto per Guidonem de Tostinis super omnibus bonis in eius hæreditate repertis, quam hodie coram me in gradu appellationis confirmandam esse responsum fuit, quia illius validitas non reuocata in dubium iustitia verò probatur ex decisionibus emanatis *coram R. P. D. meo Pentingerio 2. Decembris* 1647. *&* 5. *Iunij* 1648.

Nec obstat exceptio fideicommissi pro parte Sororum de Tostinis iterum deducta ex Testamento Philippi.

Quia cum ipsæ in instrumento transactionis celebratæ 4. Febr. 1604. amplissimè cesserint, & renunciauerint eidem Guidoni omnia, & quæcumque iura eis quomodolibet competentia, ac competitura, & signanter vigore institutionis, & substitutionis ad earum fauorem factarum per eundem Philippum
1 ipsarum *Summ. nu* 6. vtique eis obstat exceptio litis finitæ, cum transactio omnibus controuersijs, & prætensionibus finem imponat, & agentem repellat à limine Iudicij *cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. *l. causas, & l. fratris C. de transact.* & præter auctoritates deductas in præcedentibus decisionibus responsum fuit *Romana successionis de Comitibus* 26. *Iunij* 1647. *coram Reuerendissimo D. Terracinen. §. ratio quæ mouit; & in Romana rescissionis concordiæ* 15. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Corrado, §. Hæc enim*, dictaque iura irreuocabiliter acquisita fuerunt ipsi Guidoni cessionario, eiusque hæredibus, & successoribus, itaut
2 dd. Sorores amplius ad illa regressú habere non valeant, vt plenè probant relatis contractis, *Peregr. cons.* 54. *n.* 16. *lib.* 5. *Franch. dec.* 375. *n.* 1. *Rota in recen. dec.* 587. *n.* 9. *par.* 1. *dec.* 109. *num.* 1. *& seqq. & dec.* 141. *n.* 12 *p.* 5. *coram bon. me. Buratt. dec.* 310. *n.* 5. *vers. quo vero ad Margaritam, ac n.* 6. *&* 7. *in Romana fideicommissi de Incoronatis* 5. *Nouembris* 1639. *coram bo. me. Pirouano, alijsque pluribus relatis dictum fuit in Romana fideicommissi de Cosciaris* 16. *Martij* 1648. *coram R. P. D. meo Corrado, §. firmata igitur* . . . .

Nec subsistit, quod transactio emanauerit ex falsa causa ex eo scilicet, quod Guido non approbauerit Testamentum paternum, cuius tamen contrarium
3 appareat ex instrumento ipsius approbationis confecto 23. *Iulij* 1602. *d. Summ. n.* 2. & ideo sit ipso iure nulla, nec aliquem operari possit iuris effectum, *l. si ex falsis C. de transact.*

Dupliciter enim responsum fuit, & primò quod huiusmodi defectus approbationis fuerit quidem in dicto instrumento narratus, sed sub dubijs, non autẽ certis, & determinatis verbis ibi, *prout sic non fuit forte per solemne instrumentum approbatum*. Dictio
4 enim illa forte quando prout hic respicit factum, dubitationem præsefert, *Rain. cons.* 170. *n.* 5. *lib.* 2. *Paris. cons.* 29 *n.* 18. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 759. *nu.* 4. Et nihil certum in esse ponit, vt post alios dixit, *Rota coram bon. me. Buratt. dec.* 550. *num.* 2. Ideoque huiusmodi defectum dici non potest causa finalis ipsius transactionis, dum nec narratus, nec habitus fuit pro constanti, vt ponderauit, *Rot. dec.* 104. *n.* 1. *p.* 2. *recentior.* Et consequenter non suffragatur pro illius inualiditate, quia ad istum effectum sola causa finalis attenditur ad not. in *l. Domo, C. de condit. & demonstr. Rota d. dec.* 104. *nu.* 1. *in fin. versic. quæ vt causa.*

Secundo quod ibidem non fuit simpliciter narratum Guidonem non approbasse paternum, sed quod illud non approbauerat saltẽ, vt voluerat Phi-
5 lippus eius Pater, ex quo illius hæreditatem adiuerat cum beneficio legis, & inuentarij, ibi, *ob non factam per eundem Guidonem approbationem expressam dicti Testamenti saltem prout dispositum à dicto Testatore fuerat, &c.* ibi, *prout sic non fuit forte per solemne instrumentum approbatum per d. Guidonem, vt voluerat d. D. Philippus eius Pater, sed tantum adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij*, &c. vt in regestro *fol.* 176. *à tergo, cum seqq.* quæ quidem narratiua tantum abest, quod sit falsa, quinimo est verissima quia Guido vltra dictam approbationem simpliciter factam 23. *Iuly* 1602. *Summ. d. n.* 2. eadem die, vel vt respondendo in contrarium adductis firmatur in vtraque *decisione R. P. D. mei Pentingerij*, vel vt altera pars prætenditur 27. eiusdem præuia curatoris deputatione hæreditatem paternam iterũ adiuit cum dicto beneficio legis, & inuentarii, ac cum protestatione, quod si ab eo factum fuerit nomine, vel iure hæreditario id semper fore, & esse factum saluo, ac reseruato sibi dicto beneficio, & non alias aliter, nec alio modo, eodem *Summ. nu.* 3.
6 Huiusmodi enim aditio, & noua approbatio omninò est attendenda, cum facta fuerit legitimo tempore, & versamur in minore, cui licitum est non solum denuò cum beneficio adire, sed hæreditatem totaliter repudiare, vt per text. *in l. sicut maior C. de repud. & abstin. hæred. dictum fuit in Romana fideicommissi de Maximis* 11. *Ianuar præteriti coram me, §. penult. vers. quam minoribus cum alijs deductis in prima decisione huius causæ, §. præterea quamuis*. Ac per consequens
7 prætensa falsitas causæ penitus excluditur; & transactio remanet in statu validitatis saltem quousq; per tres sententias conformes rescindatur ex probatis in vtraque præcedente *decisione, & signanter in prima, §. fin.*

Et vlterius Domini ponderabant, quod transigentes principaliter deuenerunt ad huiusmodi transactiones, ob varias prætensiones hinc inde extraiudicialiter deductas. Nam dictæ Sorores prætendebant à Guidone libras 8000. & apparatum Leonæ promissum à prædicto Philippo, nec non legatum annuorum scutorum centum ab eodem ipsis relictum. Pro parte verò Guidonis replicabatur ad nihillum teneri, quia se vocatum dicebat ad antiquius fideicommissum q. Hieronymi Patrui eiusdem Philippi, quodque illius vigore omnia bona ab eius patre relicta possidebat, vt proinde nec dicta promissio sibi obstaret, nec Philippus in eius præiudicium præfatum legatum illi relinquere valuisset, & quatenus aliquis adesset propterea dicti Philippi illud sibi deberi prætendebat pro restitutione dotis Angelæ eius matris, vt clarè habetur in eodem instrumento dictæ transactionis sub illis verbis. Hincque

ideo

ideo orta cum seqq. vnde cum ex his appareat causam finalem dictæ transactionis fuisse controuersias super præmissis extraiudicialiter deductas, & litium occasiones, quibus partes cautè occurrere voluerũt, vtique hoc superabundat, vt de illius nullitate, & falsa causa opponi, non valeat, cum pro sublinenda
8 transactione quæuis probabilis dubitandi ratio efficiat, dummodo calumniam euidentem excludat, *l. in summa ibique gloss. verb. nulla, ff de condit. indebit. Paris. cons. 32 n. 17 lib. 1. Decian. cons. 56. nu. 29. lib. 4. Becc. cons. 109. n 8. vers. nam ex eo ipso, Rot. in recent. dec. 263. n. 2. p. 3. & dec. 348. nu. 4. vers. etiamsi modica, part. 4. ac dictum fuit in Bonon. transactionis 25. Februarij 1639. coram bo. me. Merlino, §. illudque plurimi faciebat, cum alijs congestis in d. Romana rescissionis concordia coram R. P. D. meo Corrado, §. quia contrarium.*

Denique minus releuat reseruatio iurium super bonis ex hæreditate eiusdem Hieronymi.

Quia non fuit facta simpliciter, sed sub dictis ver-
9 bis, ibi: *Reseruatis iuribus suis in bonis hæreditatis d. Hieronymi, &c. post mortem dicti Guidonis sine filijs, &c. si tamen, &c. prout de iure, &c. & non aliter &c.*
10 Et ideò cum adhuc concludenter doctum non fuerit ipsis aliquod ius competere, vtique vigore istius reseruationis petitam immissionem hæredi scripto nequeunt impedire ex notat. *in l. filium fratribus, ibique gloss. verbo mitti placuit, & DD. C. ad Senat. Consult. Trebell. ex l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll. Bart. in l. fin. n. 22. vers. quæro vtrum fideicommissarius, ff. eod. & comprobat Argel. de legit. contrad. q. 10. art. 15. n. 215. cum seqq.* Et licet reperiantur in possessione authore Prætore nihilominus, quia ad istum effectum tria copulatiuè requiruntur, nempè quod fideicommissarius doceat incontinenti de iure suo quod nihil sit detrahendum, & quod possideat sine vitio ex plenè deductis *in Bonon. bonorum 31. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano, § nec ad impediendam.* Non docto incontinenti de ipsarum
11 iure non dicuntur legitimæ contradictrices, quamuis possessio non videretur vitiosa, vt respondit, *Rot. coram bo: me: Burati. dec. 544. nu. 1. & 2. & melius dec. 589. n. 2. ac in alijs latis relatis in eadem Bonon. bonorum §. vt in primo.* Vltra quod ex persona eiusdem Guidonis competunt detractiones legitimæ, & dotis maternæ ponderatæ in secunda *decisione R. P. D. meo Peutingerij in fin.*

Atque ita vtraque &c.

FLORENTINA PAROCHIALIS.

Mercurij 2. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Lis super regressu introducta à Resignante contra Resignatarium qui allegauit nullitatem Pensionis in resignatione reseruatæ fauore Resignantis ad hoc vt calumniosa dicatur calumnia debet esse adeò euidens vt nulla tergiuersatione excusari valeat, & quælibet causa probabilis, & colorata est sufficiens ad hunc effectum, & quid si Resignatarius post litem introductam super nullitate pensionis, renunciauerit Iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Lis ad hoc vt dicatur calumniosa, calumnia debet esse adeo euidens, & notoria, & nulla tergiuersatione excusari valeat.*

2 *Fides Notarij, & Curialium attestantium in Tribunali, solitum esse admittere actus nomine principalis, licet factos à Procuratore, vel à Tertio, non attenduntur si sint extraiudiciales, & lite pendente extorta parte non citata.*

3 *Calumnia, vt excludatur sufficit qualibet causa probabilis, & colorata.*

4 *Renunciatio litis à Resignatario qui dedit de nullitate pensionis contra Resignantem facta post commissam causam appellationis, non reddit litem calumniosam vsque ab initio introductam per resignantem sub regressu.*

5 *Renunciatio nullitatis Pensionis facta à resignatario, & non suffragatur ad euitandum regressum à resignante præsentum, nisi fuerit facta cum solutione pensionis iam maturatæ, vel reale illius oblatione, ne resignans sub verbali renunciatione defraudatus remaneat, vel sine regressu, vel absque actuali consequutione Pensionis.*

DECISIO CCXCVII.

INformantes pro Andrea Tortio amplius non controuertebant litem super regressu introductam operari vitium litigiosi, vt firmatur in præcedenti *decisione edita coram me 26. Iunij 1647. §. 1. cum tribus seqq.* sed iterum allegabant illam fuisse calumniosam, quo tamen denuò non obstante placuit Do-
1 minis persistere in decisis, cum ad istum effectum calumnia debeat esse adeo euidens, & notoria, vt nulla tergiuersatione excusari valeat ex deductis in *Messanen. Archipresbyt. 29. Apr. 1641. coram me, §. præsertim cum appareat, vers. calumnia enim in Gerunden. Prioratus 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio, §. Animaduerterunt Domini circa fin. in Bonon. Parochialis 26. Nouembr 1646. coram R. P. D. meo Ottobono §. fin.* & in alijs congestis in d. præcedenti decisione, *§. quia ad istum effectum.* Quæ certè allegari non potrit in casu nostro cum è conuerso concurrat iusta, & probabilis causa litigandi, petendique regressum, ob Iudicium motum in Tribunali Archiepiscopi Florentini 24. Aprilis 1645. super nullitate pensionis ad fauorem Attauantis, reseruatæ in ipsa resignatione Parochialis cõtrouersæ hodierno *Summar. Iannotti, nu. 1.* itaut proinde esset factus locus dicto regressui expressè reseruato, in casu, quo pensio nulla, vel inualida allegaretur.

Nec obstat, quod dictum Iudicium non fuerit motum ab ipsomet Marco Antonio Incontrio Resignatario, sed ab alia tertia persona, absque speciali mandato,

Quia præter quod contrarium probatur ex lectura ipsius libelli, & attestationibus hodie datis dicto *Summ. nu. 2. 3. & 4.* ex quibus apparet ipsummet Incontrium personaliter comparuisse dictum q. Iudi-
2 cium introduxisse non obstantibus attestationibus Notarij contrarium asserentis, & fide Curialium attestantium in dicto Tribunali solitum esse admittere actus nomine principalis licet factos à Procuratore, vel à Tertio, *Summ. Andrea, nu. 2. & 3,* tanquam extraiudicialibus, & lite pendente extortis parte non citata. Visa fuit cessare omnis difficultas, quia etiam si Iudicium fuisset motum à Procuratore, vel à Tertio, absque mandato, nihilominus Iannottus iuste credere potuit libellũ sibi transmissum, & Iudicium desuper introductum motum fuisse ab ipsomet Marco Antonio Resignatario, quod superabundat, vt exinde prætensa calumnia penitus excludatur, cum
3 ad istum effectum quælibet causa probabilis, & colorata sufficiat, vt post *Rebuff. in reg. de subrog. glos. 7. n. 3. dixit, Rot. dec. 342. n. 7. p. 1. rec.* ac in alijs relatis per *Add. ad san. me. Greg. dec. 426. n. 11.* dictumque fuit in *dd. Messanen. Archipresbyteratus, & Gerunden. Prioratus supra alleg.*

Minusuè releuat, quod idem Marcus Antonius in eodem Tribunali præfato Iudicio expressè renuntiauerit eodem *Summ. Andrea, num. 4.*

Quia

5 Quia vltra quod huiusmodi renunciatio facta fuit post commissam causam appellationis in Rota, vt proindè non potuerit reddere litem calumniosam, vsque ab initio, vt respondetur in altera decisione
5 §. *fin.* suffragari non potest, cum facta fuit absque solutione pensionis iam mututatæ, vel reali illius oblatione, ne sub huiusmodi verbali renunciatione Iannottus defraudatus remaneret, vel sine regressu, vel absque actuali consequutione pensionis ad *text. in l. fin. §. si ad Ianuam ff. quod vi, aut clam, Lancell. de attent. par. 3. cap. 29. sub num. 41. vers. septimo, & seq. Rot. dec. 276. num. 5. & 6. par. 5. rec.* Ideoq; non applicantur, deducta *coram bo: me: Penia decis. 368. & 431.* Quia procedunt in casu, quo pensionarius semper soluerat pensionem absquè vlla reclamatione, & protestatione, vt habetur in *d. decis. 368. sub num. 10. vers. nihilominus, & in d. decis. 431. sub nu. 4. vers. huic æquitati, ac declaratur in decis. 340. num. 8. par. 8. recent.*

Et ità vtraque &c.

1

ANCONITANA CENSVS,

Mercurij 1. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Census impositus à muliere, tàm in nomine proprio, quàm nomine filij pupilli, non seruata forma constitutionis Ægidianæ *lib. 5. cap. 25.* neque solemnitatibus statutarijs, est omninò nullus, neque mulier, neque pupillus, ciuiliter, aut naturaliter obligantur, & quid si Census fuerit emptus ab alijs minoribus, an priuilegia isto casu conquassentur, vbi quod minores emptores census non possunt agere contra mulierem, vel pupillum pro recuperatione pecuniarum, nisi probata versione, & quare. Ratificatio contractus nulli ex defectu solemnitatum facta à muliere sine solemnitatibus contractum non firmat, sed ipsa pariter est nulla, & ad effectum vt contractus nullus vires assumat ex subsequenti ratificatione, requiritur in ratificante specifica, & certa scientia nullitatis illius, neque sufficit præsumpta, & confusa.

SVMMARIVM.

1 *Census à muliere, & pupillo impositus non seruata forma constitutionis Ægidianæ* lib. 5. cap. 25. *neque adhibitis solemnitatibus statutarijs est omninò nullus, & exindè neque ciuilis, neque naturalis oritur obligatio.*

2 *Priuilegia conquassantur, quando agitur inter personas æque priuilegiatas.*

3 *Declara hoc non procedere in terminis statutariæ dispositionis inhabilitantis personas minorum contrahentium absque solemnitatibus, quo casu si minor contrahat cum minore non seruata forma, nulliter agit, & nullatenus obligatur.*

4 *Constitutio Ægidiana inhabilitans personas minorum ad contrahendum non seruata eius forma comprehendit contractus celebratos cum quibuscumque personis, in quibus continentur etiam minores, & alia persona, quantumuis æqualiter priuilegiata.*

5 *Inter duos minores, si vterque agat de damno vitando is contra alium vtitur Priuilegio qui conuenitur.*

6 *Limita nisi per alterum versio probetur in illius vtilitatem, itaut verè effectus fuerit locupletior.*

7 *Minor contrahendo cum alio minore sine solemnitatibus statutarijs, potest dare, de nullitate contractus, quando ipse remaneret in damno.*

8 *Amplia etiam si ex vtraque parte ratio damni vigeret, cum nihilominus melior sit conditio eius, qui dilapidauit, & conuenitur.*

9 *Minor, qui dilapidauit, & ab altero minore, cum quo contraxit, non probata versione conuenitur, agit de damno vitando, & consequenter Priuilegia non conquassantur.*

10 *Minoris priuilegium est fortius priuilegio Mulieris, adeout si simul contrahant solemnitates seruari non debeant.*

11 *Declara hoc tantum procedere in terminis Iuris communis ad limitationem S. C. Velleiani pro mulieribus ordinati.*

12 *Secus autem in terminis constitutionis Ægidianæ, & statuti particularis omnes casus comprehendentium, & inhabilitantium ipsas personas mulierum, etiam cum minoribus contrahentium.*

13 *Inter duos æqualiter priuilegiatos, potior est causa eius, qui tractat de damno vitando, sicque melior est conditio rei conuenti.*

14 *Amplia etiam si vterque de illo vitando tractaret?*

15 *Ratificatio contractus facta à muliere, absque eisdem solemnitatibus in celebratione ipsius contractus requisitis nihil suffragatur cum in eius persona semper vigeat eadem ratio Inhabilitatis.*

16 *Ratificatio contractus nulliter celebrati ad hoc, vt valida, & sufficiens sit requiritur in ratificante specifica scientia nullitatis.*

17 *Clausula* Sine præiudicio nullitatis, *facta in productione Instrumenti contractus, præseruat Ius dicendi de nullitate.*

18 *Ratificatio contractus nulliter celebrati ad hoc vt sit valida, requiritur in ratificante certa scientia, & specifica nullitatis, nec sufficit præsumpta generalis, & confusa.*

DECISIO CCXCVIII.

Confirmandam esse Domini existimarunt sententiam Rotalem, qua pronunciatum fuit non constare de re Iudicata, & Censum, de quo agitur esse nullum, & inualidum ex tribus enim decisionibus editis *coram R. P. D. meo Peutingerio, 1. Maij 1646. 27. Martij 1647. & 19. Iunij 1648* luculentèr probatur
1 nullitas illius tanquam impositi per Claricem nomine proprio, & tutorio eius filiorum de Ferrettis in pupillari ætate existentium non seruatis solemnitatibus constitutionis Ægidianæ *lib. 5. cap. 25. & statuti Ciuitatis Anconæ sub rubr. 42. & 43.* quibus proindè deficientibus Census fuit omninò nullus, & proptereà illius vigore nulla actio deduci potuit contra ipsam Claricem, & eius filios illius impositores, cum exindè neque ciuilis, neque naturalis ipsorum obligatio orta fuit iuxt. *theor. Bart. in l. cum lex n. 4. ff. de fideiuss. quem sequuntur Imol. in cap. cum contingat in 8 membr. col. 2. post med. de Iur. iur. Couarr. in cap. quamuis pactum in 2. parte §. 4. nu. 6. de pact. in 6. Rom. cons. 12. num. 4. Gabr. cons. 20. sub num. 44. vers. Et quod cum verba lib. 2. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 1. num. 59.* & dixit *Rota coram Ren. Vrgell. dec. 18. nu. 13.* cum alijs in *Rauennaten. Dotis 11. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Corrado, §. & Domini, in Romana seu Perusina Census 12. Decemb. 1644. coram R. P. D. meo Bichio, §. cum enim, & in Anconitana nullitatis obligationis 16. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Arguellos, §. clarum est.*

Nec obstat repetitum obiectum, quod dictus Census emptus fuerit à filijs Georgij de Marianis pariter minoribus, & ideò cum agatur inter personas
2 æquè priuilegiatas, priuilegia conquassentur, vt tenuit *Rot. dec. 552. & dec. 558. par. 1. diuers. & in Rom. Census 21. Iunij 1611. coram bo. me. Manzanedo penès Cent. de Cens. dec. 19. num. 2.*

Placuit enim responsio data in dictis decisionibus,
3 quod scilicet hæc conclusio non procedat in terminis dictæ statutariæ dispositionis; quia cum huius-

modi

modi statuta efficiant omninò , atque inhabilitent
personas ipsas minorum, & mulierum nulla habita
ratione contrahentium cum illis , non attenditur æ-
qualitas Priuilegiorum sed mulieres , & minores
non seruata forma in ipsis præscripta, nulliter agūt,
ac nullatenus obligantur *Rum.cons.97.num.2.libr.5.*
Natt.cons.450.num.13.cum seqq.lib.3. Lambertegh.de
contract. car.in fin. num.118. Quod profectò certius
4 est in terminis constitutionis Egidianæ verbis ex-
pressis comprehendentis contractus celebratos cum
quibusuis vniuersitatibus , Collegijs , Communita-
tibus, & quibuscumque personis, in quibus proindè
continentur etiam minores , & aliæ personæ quan-
tumuis æqualiter priuilegiatæ, vt animaduertit *Boc-*
cat.in comm.super dicta constit.gloss.6.num.1. & seqq.
ac num. 7. & ponderatis illius verbis dictum fuit in
d.Romana, seu Perusina Census 23. *Iunij* 1645. §. *Et*
vlterius Domini, & in dicta Anconitana nullitatis o-
bligationis §. *Egidiana verò* .

Minusuè subsistit , quod dicti de Maximis Census
Emptores ab eis agant de damno euitando .

5 Quia cum probatum non fuerit pecunias in il-
lius emptione persolutas versas fuisse in vtilicatem
dictorum frattum de Ferrettis , siuè eius matris il-
lius impositorum , itaut verè effecti fuerint locuple-
6 tiores, ipsi, non autem emptores remanerent in dam-
no si illas iam consumptas restituere tenerentur , vt
ad literam probat Text.*in l. verum* §. *item quæritur* ,
ibi, M*inor minori pecuniam dedit, & ille perdidit me-*
lior est causa s.m. Pomponium eius, qui accepit, & dila-
pidauit, vel perdidit , & in l.si minor, ibi, *si minor 25.*
annis filio fam. minori pecuniam credidit melior est cau-
sa consumentis nisi locupletior exhoc inueniatur ff. de
*minor.*Peregr.*cons.77.num.39.lib.1.Lambertengh. de*
*contract.cor. vbi supra num.125.*Amat.*dec. March.77.*
*num.9.vers.quod si minor s.m.*Greg.*dec.473. numer.13*
Rata in rec.dec.218. num.6. vers quia etiam si part.2.
repetit.penès Cenc.*de Cens.dec.18.num.7.in* Rom.*Sal-*
uiani 27.Ianuary 1640.*coram Reuerendiss. D.meo De-*
cano,§.fin.in dicta Romana, seu Perusina Census §. *A-*
deò quod minori,& in dicta Anconitana nullitatis obli-
gationis §. *vltra quod* , & probatur in prima decisio-
ne huius causæ , *vers. subdit quod si mulier cum seqq.*
7 Ac per consequens ex persona ipsorum rectè oppo-
ni potest de defectu præfatarum solemnitatum alle-
gando ineuitabilem nullitatem dicti Census , vt pro-
bauit *Rata coram s.m.* Greg.*dec.164.num.6.ibiq; Add.*
num.12.in Rom. Census 19. *Decembr.1615. coram re-*
col:me: Coccino ,& in alia *Romana Census* 8. *Aprilis*
1633. *caram bo:me: Merlino in recent.dec.190.nu.29.*
8 *& 30.par.6.* Præfataque procedunt etiam si ex vtra-
qua parte ratio damni vigeret cum nihilominus me-
lior sit conditio Rei illius scilicet qui conuenitur , vt
docent Bald.*&* Bart.*in d.l.verum d.§ item quæritur n.*
1.ff.de minor.Peregr.d.cons.77. num.39. vers.& certè
textus ille lib.1.Lambertheng.vbi supra dicta num.125
Amat.d.dec.77.d.num.9.s.m.Greg.d.dec.473. num.14.
cum alijs in dicta *Romana Census coram bo:me:* Mer-
lino d.num.34.

Indeq; non applicantur deducta in dictis *dec.557.*
*& 558.par.1.diuers.ac in d.Rom.*Census *coram bo:me:*
Manzanedo Superius allegatis : Procedunt enim vbi
9 pecuniæ per minorem receptæ versæ probantur in
eius vtilitatem : Secus autem vbi , prout hic huius-
modi de versione non constat ; Hoc enim casu ipse
minor qui conuenitur , agit de damno vitando , &
consequenter priuilegia nullatenus conquassantur, vt
post *Cenc.de Cens. qu.15.sub num.8. vers.cui amplia-*
tioni, & num.9. declarauit *Rota in d.Romana* Saluiani
coram Reu.D.meo Decano §.*fin.* & *in d. Romana , seù*
Perusina Census *coram* R. *P. D. meo Bichio d.§. Adeò*
quod vers.quidquid dicendum esset , & vers. nec aduer-
santur .

10 Prout nec refragatur , quod priuilegium mino-
ris sit fortius priuilegio mulieris , adeout si insimul
contrahant, solemnitates seruari non debeant ex tex.
in l.si apud minorem ff.de minor.

11 Quia præter quod hoc procedit in terminis Iuris
communis ad limitationem beneficij S.C. Velleiani
pro mulieribus ordinati , vt notat *gloss.ibid. in verb.*
12 *per exceptionem* , Seclis autem in terminis constitu-
tionis Egidianæ, & statuti particularis omnes casus
comprehendentium , & inhabilitantium ipsas perso-
nas mulierum etiam cum minoribus cōtrahentium :
Remouetur omnis difficultas , ex quo Census con-
trouersus impositus fuit à Clarice non solum nomi-
ne proprio, sed etiam Tutorio eius filiorum , qui e-
rant pupilli , vt proindè simus in æqualitate Priui-
13 legiorum , quo casu potior est causa eius , qui tra-
ctat de damno vitando , & melior est conditio rei
14 conuenti etiam si vterq; de illo vitando tractaret .

Obiectum autem ratificationis iterum Domini vi-
sum fuit non obstare .

15 Respectu enim Claricis nec facta fuit , nec fieri
potuit absque eisdem solemnitatibus in celebratio-
ne ipsius contractus requisitis , cum in eius persona
semper vigeat eadem ratio inhabilitatis , vt tradunt
Boccat.in d.Comment.ad d.Constit.Egid.gloss.8.num.63
*Carpan.ad stat.*Mediol.*cap. 328. num.8.Cenc. de Cens.*
d.qu.15.nu.47.vers.in muliere tamen,& firmauit *Rota*
in Romana Census 15.Febr.1612.caram bo:mem:Piro-
uano penès eundem Cenc.dec.31.num.11. & in d.Rom.
Census caram bo:me: Merlino *in rec.d.dec.190. nu.26.*
par.6.

Respectu verò Aloysij alterius ex filijs desumi
non valet ex instrumento Diuisionis debitorum factæ
cum Hieronymo eius fratre anno 1615. *Sum.Caroli*
16 *num.7.* Quia non constat ipsum habuisse certam, &
specificam scientiam superius ponderatæ nullitatis,
prout omninò requiritur ad effectum inducendi va-
lidam, & sufficientem ratificationem contractus nul-
liter celebrati per ea , quæ dixit *Rota in Vrbenetana*
Census 28. Ianuarij 1634. coram bo:me: Motmanno *in*
rec.dec.260.num.12.& 13.par.6. in dict. Rauennaten.
Dotis coram R. P.D. *meo Corrado,* §.*quia fuit respon-*
*sum, & in d.*Anconitana Nullitatis *obligationis , coram*
*R.*P.*D. meo Arguell.*§.*& maximè*, cum alijs ad pro-
positum congestis in vltima decisione huius causæ ,
§.*optimè enim* .

Quæ quidem scientia sufficienter deduci non po-
test ex eo , quod anno 1614. paulò ante dictam di-
uisionem Procurator eorundem Aloysij , & Hiero-
nymi contra dictos de Marianis produxerit Instru-
mentum impositionis dicti Census cum clausula *sine*
præiudicio nullitatis ipsius d.Summ.num.6. Quia præ-
17 ter quod huiusmodi clausula præseruat Ius dicendi
de nullitate , vt animaduertitur in dicta vltima de-
cisione, scientia exindè resultans vel referri debet ad
defectum Insinuationis, de quo primo , & principa-
liter oppositum fuit , ac adita signatura S.S. pro il-
18 lius sanatione , vel saltem tanquam præsumpta ge-
neralis , & confusa suffragari non valet, ex quo certa
& specifica requiritur cum omnibus suis qualitati-
bus ex supra allegatis . Rescriptum verò deindè ob-
tentum in dicta signatura eodem *Summ.num.8.* non
sufficit cum sit restrictum ad dictum defectum insi-
nuationis , & Pontifici aliæ nullitates narratæ non
fuerint , vt respondetur in secunda decisione *R. P.*
D.*mei Pentingerij* §.*fin.*

Placuit insuper Dominis alterum fundamentum

precedentium Decisionum nullitatis subhastationis, ex quo in actu deliberationis dicti Census non interfuit integrum pretium illius ex pluribus in illis adductis.

Et ita vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Lunæ 7. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Statutum clarè, & specificè loquens, ad vnguem seruandum est, præsertim si emanauerit de partium consensu, & fuerit Apostolica Authoritate confirmatum, & hinc demonstratur, quæ forma seruanda sit in condendis statutis, facultate Apostolica impetrata; pariterque explicatur an, & quando statutum confirmatum à Sede Apostolica tolli, vel aliter statuendo reuocari possit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quando clarè, & specificè loquitur ad vnguem seruari debet, nec ab illius expressa dispositione recedere licet.*

2 *Statutum ex quibus dicatur transijsse in contractum, & effectum fuisse Papale, & per consequens in perpetuum obseruandum.*

3 *Clausula* siue præiudicio quid operetur, *& numer. 7.*

4 *Statuta condita cum facultate Apostolica non debent aduersari Bullæ Pontificiæ.*

5 *In gratijs Apostolicis, regulariter tempus datæ attendi debet, amplia vt num. 6.*

8 Clausula sine præiudicio, *licet nihil de nouo tribuat, ius tamen prius inhærens totaliter præseruat.*

9 *Canonici stante insufficientia redditinm, compelli non possunt ad aliquem recipiendum in locum antiquorum Canonicorum demortuorum.*

10 *In statutis condendis cum facultate Apostolica quæ forma seruari debeat.*

11 *Statutum confirmatum à Sede Apostolica, an, & quando tolli, vel aliter statuendo reuocari possit.*

DECISIO CCXCIX.

Redditus Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, dum olim ipsa existebat in statu Regulari ordinis S. Augustini in vnicam dumtaxat bursam, seù massam communem reponebantur, & de ipsis participabant tàm Canonici, quàm Portionarij, cæterique Beneficiati, ea tamen forma, vt Canonici integram, Portionarij verò dimidiam portionem pro distributionibus quotidianis, diurnis, ac nocturnis reciperent. Verum Clemens Octauus fa. me: anno 1640. ad preces Philippi II. tunc temporis Hispaniarum Regis eandem Ecclesiam secularizauit, ac numerum Canonicorum ad vnum dumtaxat redactum ad viginti quatuor auxit, quorum contemplatione, & vtilitate nouos redditus antiquæ massæ applicauit nouamque massam ex illis pro ipsorum tantummodo commoditate fieri mandauit, addito, quod deductis prius oneribus omnes præfati Canonici de fructibus dictæ nouæ massæ æquis portionibus, & indifferenter participare deberent, sine tamen præiudicio Portionariorum, aliorumque participantium de distributionibus, & alijs fructibus ad antiquam massam hactenùs spectantibus; Et insuper pro prospero, & fælici statu, ac regimine ipsius Ecclesiæ, & pacifica perceptione, diuisione, & repartitione distributionum, Anniuersariorum, Elecmosinarum, aliorumque emolumentorum concessit Capitulo plenam, & totalem facultatem condendi statuta, licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus decretis Concilij Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis, non contraria per Nuntium Apostolicum, vel Archiepiscopum Cæsaraugustanum examinanda, & approbanda. Cuius quidem facultatis vigore, ad tollendas omnes differentias super huiusmodi diuisione, & repartitione oriundas conditum fuit anno 1607. à Procuratoribus Capituli solemniter consti tutis quoddā statutum mandans, quod ex nouis redditibus Capitulo applicatis in dicta Bulla secularizationis, tantùm adderetur Bursæ communi, vt Decanus, & dignitates, ac singuli Canonici regalia ex Portionarij verò, & Beneficiati participantes regalia tria pro distributionibus quotidianis, horis diurnis consequerentur. Et huiusmodi statutum successisse à bo: me: Cardinali Mellino tunc temporis Hispaniarum Nūtio authoritate Apostolica examinatum, & confirmatum fuit, atque capitulariter à Canonicis acceptatum, & obseruatum vsque ad annum 1611. quoad huiusmodi præstationem se, se amplius, non teneri dixerunt. Vndè introducta desuper lite, & terminato Iudicio possessorio ad fauorem Portionariorum cæptum fuit petitorium, in quo editis tribus decisionibus, *3. Decembr.* 1640. 22. *Iunij* 1641. *coram Eminentiss. D. Card. Pauzirolo, & 21. Maij* 1642. *cor: Reuerendiss. D. Salamantino*, latæ fuerunt duæ sententiæ conformes declarantes Capitulum teneri prædictum statutum seruare, & iuxtà illius formam singulis annis supplere in bursa communi tantam quantitatem, quæ sufficiat pro dictis tribus regalibus vnicuique Portionario singulis diebus præstandis; sed causa per appellationem mihi delata, proposui discutiendū, An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & confirmandam esse post quartam disputationem Domini responderunt; Quia non reuocata in dubium illius, validitate Iustitia conuincitur ex lectura ipsius statuti ad literam disponentis circa distributionum repartitionem iuxta modum in eadem sententia expressum; Præfatum enim statutum
1 cum clarè, & specificè loquatur ad vnguem seruari debet, nec ab illius expressa dispositione recedere, licet *text. in l. Aurill.e, ibiq; gloss. ff. de furt. in l. Constitutionibus ff. ad municipal. Bald. in l. Gallus §. si eius in secundo notab. ff. de liber, & posth.* alijsque relatis in prima decisione *Eminentiss. D. Card. Pauziroli §. cum autem circa fin. & in dec. coram Reuerendiss. D. Salamantino §. sed quia.* Præsertim cum emanauerit de
2 partium consensu à Nuntio Apostolico in amplissima forma fuerit confirmatum, & à Capitulo per plures annos executioni demandatum, ex quibus proindè transiuit in contractum, & effectum fuit Papale, itaut per consequens in perpetuum veniat obseruandum, ex plenè probatis in omnibus supradictis decisionibus.

Nec subsistit, quod in pluribus aduersetur dictæ Bullæ sæcularizationis Clementis VIII.

Prima enim contrarietas ex eo desumpta, quod redditus Beneficiorum suppressorū ex forma ipsius Bullæ ponendi essent in massa noua ad commodum dumtaxat, & vtilitatem Canonicorum nouiter erectorum, & nihilominus statutum illos poni mandauerit in massa veteri, ac ad illorum participationem admiserit etiam Portionarios. Tollitur penitus animaduertendo, quod cum summus ille Pontifex in dicta Bulla *num.* 58. admiserit Canonicos nouiter erectos ad participationem fructuum mensæ Capitularis, seù massæ antiquæ siue præiudicio Portionariorum de fructibus ad eandem mensam hactenus spectantibus participantium, ibi, *Omnes Canonici præfati de fructibus dictæ mensæ Capitularis, æquis portionibus, & indifferenter, sine tamen dicti Gabrielis, ac Portionariorum, & aliorum de portionibus mensatis*

unu-

*nuncupatis prædictis, necnon alijs fructibus ad eandem
mensam hactenus spectantibus, & pertinentibus parti-
cipantium, & è præiudicio participent &c.* Ex huius-
modi verò Canonicorum admisione Portionarij
maximum damnum, & præiudicium passi fuerint
cum exinde antiqua ipsorum portio summoperè
diminueretur. Vtique ad consulendum eorum
indemnitati omnis æquitas suadebat, quod ipsi ad-
3 mitti deberent ad aliquam participationem massæ
nouæ, ne contra mentem Pontificis ex dicta clau-
sula *sine præiudicio*, satis apertè declaratam, ipsi re-
manerent in damno, & euidens præiudicium senti-
rent, vt optimè ponderatur in prima *decis. Emi-
nentiss. D. Cardinalis Panziroli*, §. et ex *hoc etiam*,
& in decis. Reuerendissimi Domini Salamantini, §. *par-
ticipatia verò cum seqq.*

Maximè cū in eadem met Bulla sub *n.* 107. expres-
sè tribuatur Capitulo facultas condendi quecum-
que statuta super perceptione, diuisione, & repar-
titione omnium fructuum, & distributionum etiam
quotidianarum à Nuntio, vel Archiepiscopo exa-
minanda, & approbanda pro fęlici, & prospero
4 huius Ecclesiæ gubernio; Vndè cum statutaria ad-
missio Portionariorum ad participationem massæ
nouæ dicatur repartitio fructuum facta pro bono gu-
bernio, & regimine iuxta Bullæ permissionem, nul-
latenus dici valet statutum huiusmodi esse illi cōtra-
rium, & consequenter clausulæ generales, quibus
eadem Bulla munita reperitur, multo minus obsta-
re videntur, vt benè respondetur in *d. decis. D. Car-
dinalis Panziroli d.* §. *& ex hoc vers. Præsertim cum
per eam, & in d. dec. D. Salamantini* §. *adeò quod sta-
tutum*.

Nèc obstat, quod per dictum augumentum Ca-
nonicorum numerum viginti quatuor non excedens
nullum illatum fuerit Portionarijs præiudicium con-
siderabile, cum in statu regularitatis Ecclesia, de
qua agitur esset receptitia, & aliquando in ipsa quin-
quaginta Canonici extiterint.

Quia cum inter partes non controuertatur tem-
pore Bullæ sæcularizationis in dicta Ecclesia vni-
cum tantummodo extitisse Canonicum, maximum
proindè præiudicium Portionarijs illatum fuit, dum
ad participationem massę antiquæ, de quą vnicus
5 dumtaxat Canonicus tunc temporis existens parti-
cipabat viginti quatuor nouiter in eadem Bulla in-
stituti admittebantur, & cōsequenter, cum regulari-
ter in Gratijs Apostolicis tempus datæ attendi de-
beat *cap. si eam te; ibique glos. verb. datam & Fe-
lin. num. 18. de rescript. cap. si eo tempore eodem tit. in 6.
Rota in recent. dec. 387. num. 16. par. 5. & decis. 99. nu.
2. & 3. par. 7. & coram Card. Canal. decis. 196. num. 1.
vers. Quia ad hunc effectum*; præsertim vbi agitur
6 prout hic, de præiudicio Tertij, vt ad propositum
dictum fuit *coram eodem Card. Canal. decis. 46. num. 4.*
Præiudicium Portionariorum ob huiusmodi augu-
7 mentum fuisse euidentissimum inficiari non potest,
& propterea per dictam clausulam præseruatum
censetur, vt ratiocinatur *dicta decis. D. Salamantini,*
§. *absq; quod valeat*. Licèt enim huiusmodi clausula
sine præiudicio nihil de nouo tribuat, Ius tamen
8 prius inhærens (quod in casu nostro verificatur in
perceptione fructuum massæ antiquæ cum partici-
patione vnius dumtaxat Canonici) totaliter præ-
seruat *Caputaq; decis. 119. par. 1. Put. decis. 113. lib. 2.
in correct. Card. Seraph. decis. 144. num. 6. cum alys in
dicta prima decis. D. Card. Panzirol.* §. *& ex hoc etiam
tollitur*, ac dictum fuit *in Arminen. Castrorum 14.
Februarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Ponderando insuper, quod numerus Canonico-
rum de tempore sæcularizationis ad vnicum dum-
taxat reductus fuerat, quià facultates, & redditus
mensæ Capitularis, seu massæ antiquæ pro maiori
quantitatè nullatenus suppetebant, vt euidenter de-
monstrat additio dictorum viginti quatuor nouiter
erectorum facta in dicta Bulla præuia assignatione,
9 & destinatione nouarum facultatum; stante enim
huiusmodi redditunm insufficientia Portionarij, &
Beneficiati compelli non poterant ad aliquem reci-
piendum in locum antiquorum Canonicorum de-
mortuorum, & illi validè sese apponere poterant,
vt probant *Abb. in cap. ex parte nu. 4.* ibiq; *Imol. nu.
10. vers. in eadem gloss. de concess. præbend. Modern.
Roman. de re benef. lib. 1. quæstione 14. sub nu. 19. vers.
tamen id intelligitur, & num. 21. cum. seqq; Cardinal.
Mant. decis. 229. num. 3.* Vnde multò minùs refraga-
ri potest, quod retroactis temporibus huiusmodi
Ecclesia fuerit receptitia etiam quinquaginta Cano-
nicorum, dum de tempore dictæ sæcularizationis,
ob præfatam reddituum insufficientiam vlterior
Canonicorum electio fieri non poterat in præiudi-
cium Portionariorum, aliorumque Beneficiatorum,
& consequenter eo magis dicta clausula præserua-
tiua operari debet effectum suum supra deductum.

Secunda contrarietas ex eo, quod statutum fa-
ciat æquales dignitates cum Canonicis, quæ ta-
men per dictam Bullam exclusę tam in statu Regu-
lari, quam Sæculari, non spectat ad præsentem
quæstionem cum Portionarijs agitatam, ideò Do-
mini dixerunt fore examinandam cum ipsismet di-
gnitatibus.

Tertia denique deprompta, ex quo idem statu-
tum confectum fuit à Capitulo absque interuentu
Archiepiscopi contra formam tam sacri Cōcilij Tri-
dentini *sess. 21. cap. 3. & sess. 22.* pariter *cap. 3. de re-
format.* quam ipsiusmet Bullæ sub *num.* 78. remoue-
tur ponderando, quod erectio nouæ bursæ, & re-
partitio fructuum, ac distributionum sunt duo actus
penitus inter se distincti, & separati. Quorum pri-
mus per sacrum Concilium locis allegatis, & Bul-
lam *d. nu.* 78. ipsi Archiepiscopo demandatur. Se-
cundus verò concernens repartitionem fructuum,
& distributionum non comprehenditur sub Conci-
lio, sed ex forma dictæ Bullæ sub *num.* 107. Capitu-
lo commissus fuit, cum examine tamen, & appro-
batione Nuntij Apostolici, vel Archiepiscopi Cæsa-
raugustani; vndè cum statutum, de quo agitur non
loquatur, nec versetur super primo actu scilicet ere-
ctionis nouæ bursæ, sed super secundo repartitionis
10 fructuum, & solemniter per Nuntium fuerit exami-
natum, & approbatum (vt toties dictum est) vtiq;
tantum abest, quod videatur dictæ Bullæ contra-
rium, quinimò totaliter est ipsi conforme tanquam
præcisè confectum iuxta formam ab ipsa præscrip-
tam, vt respondetur in omnibus prædictis decisio-
nibus.

Nec subsistit, quod præfatum statutum reuoca-
ri potuerit, prout de facto fuerit reuocatum.

Quia cum Capitulum non habeat facultatem sta-
tuendi, vel statuta immutandi, nisi accedente au-
thoritate Apostolica, mediantibus prædictis exami-
ne, & approbatione Nuntij, vel Archiepiscopi, sta-
tutum, verò de quo agitur, vt sæpius dictū fuit, per
11 Nuntium, tunc temporis Hispaniarum authorita-
te Apostolica examinatum, & confirmatum fuerit.
Vtique tolli non potuit, nec aliter statuendo reuo-
cari eadem Apostolica solemni confirmatione non
intercedente *ex theor. Bart. in l. omnes populi nu. 33.
vers. Aut non poterat facere ff. de iustic. & Iur.* quem
sequutus fuit *Aub. cons. 25. nu. 25. part. 2.* & compro-

bauit *Rota coram Card.Seraph. decis. 538. num. 1. vers. tamen non habet in recentior. dec. 104. sub num. 2. vers. maximè cum ab huiusmodi par. 3. & decis. 87. num. 3. par. 7.* & dictum fuit *in d. dec. Eminentissimi Domini Cardinalis Panziroli §. nec videtur.* Vltra quod ass. reuocatio tanquã notoriè nulla, & attentata præuijs duabus decisionibus *coram me editis* 17. *Februarij,* & 26. *Iunij* 1645. reuocata fuit, & pro illius reuocatione præuia. Altera *decis. sub die* 25. *May* 1646. ad censuram, & declaratoriæ relaxationẽ processum ob duritiem Capituli mandatis Rotalibus parere recusantis.

Cæterum repetita fructuum diminutio pœnitus sublata fuit in omnibus alijs præcedentibus decisionibus, & signanter ex quo non solum vnquam iustificata non fuit, sed plenè elisa ex libris eiusdem Capituli, & relationibus peritorum, ex quibus apparuit redditus huius Ecclesiæ à dicto anno 1607. potius fuisse auctos, quam diminutos. Quinimò suffragari non potest, dum ex forma dicti statuti capitulum supplere tenetur in bursa communi quidquid necesse erit pro solutione dictorum trium regalium, vt respondetur *in decisione D. Salamantini, §. fin.*

Atque ità resolutum fuit vtraque parte trina vice informante, hodiè verò Portionarij tantum &c.

TIBVRTINA SALVIANI.

Lunæ 7. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Immissio ex remedio vtilis Saluiani concurrentibus omnibus requisitis non denegatur etiam contra tertium possessorem qui emit à debitore licet res vendita debitori fuerit in dotem tradita, & vxor in contractu venditionis consenserit, ex hoc enim non potest emptor se tueri aduersus creditorem ex iuribus anterioribus vxoris, si res erat propria mariti, & integrum pretium ad eius manus peruenerit, neque ex consensu mulieris præsumuntur trãslata in emptorem iura dotalia, sed tantummodo cẽsetur mulier ad maiorem cautelam emptoris renunciasse hypothecæ, quæ ei competebat super re vendita extantibus alijs bonis mariti.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex remedio vtilis Saluiani non denegatur concurrentibus omnibus.*

2 *Emptor conuentus Saluiano non potest se tueri anterioritate vxoris, quæ vendidit vna cum viro, si erat propria mariti, & integrum pretium ad eius manus peruenerit, sed mulier censetur accessisse ad cautelam emptoris, & solummodo renunciasse hypothecæ super re vendita non autem transtulisse in emptorem iura dotalia.*

DECISIO CCC.

Steterunt Domini in decisis 8. Iunij 1646. coram me iterum respondendo Concepto, & Corneliæ de Picis dandam esse immissionem super domo, de qua agitur, quia probarunt omnia extrema in hoc iudicio Saluiani necessaria, creditum scilicet cum hypotheca per Instrumentum publicum Camerali obligatione vallatum præterito *Summ. num. 1.* necnon possessionem d. Domus tanquam antiquam Tornesij debitoris, quam recentem illorum de Roncettis reorum conuentorum in alio Instrumento publico, & depositionibus Testium illam optimè concludentium eodem *Summ. num. 4. & 6.* quibus proindè con-
1 currentibus immissionem ex remedio Saluiani non fore denegandam præter *alleg. in decis.* dictum fuit *in Ciuitatis Plebis Saluiani prima Iulij 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec obstat, quod Thomasius d. domum vendiderit Io. Antonio de Roncettis, tam eius proprio nomine, quam vice, & proprio nomine Angelellæ eius vxoris, quæ postmodum eandem venditionem per publicum Instrumentum ratificauit *extr. fol. 130 & 232.* Itaut proindè dd. de Roncettis possessoribus cõpetat retentio pro illius Iuribus dotalibus anterioribus creditorum de Picis agentium.

2 Placuit enim responsio alterius decisionis, quod scilicet cum domus, de qua agitur esset propria mariti, & pretium illius exindè retractum integrè ad ipsius manus peruenerit, prout vltra iuris præsũptionem clarè legitur in dicto Instrumento venditionis, per consensum, & ratificationem ab eius vxore præstitam eidem venditioni absque vlla iurium cessione non fuerunt translata in emptorem eius iura dotalia, sed solum remissa censetur hypotheca, quam habebat super re vendita, ac adhibita præsumitur tantummodò ad cautelam, & securitatem eiusdem emptoris, ne scilicet possit illum vexare ratione hypothecæ dotium suarum alijs bonis mariti existentibus, vt prætter allegatis *in d. decis. §. fuit enim responsum cum seq. tradit Boer. decis. 23. nu. 7. 8. & 9.* & in puncto firmat *Thomat. decis. 109. n. 6. cum plurib. seqq.* Et per consequens Roncetti prætendere non valent retentionem ex iuribus dictæ Angelellæ ad effectum repellendi illos de Picis quamuis creditores eidem posteriores, vt alijs relatis concludit, *Thomat. d. decis. 109. num. 11. & 12.*

Et ità resolutum vnica tantum parte informante, altera verò, sæpius monita, & diũ expectata &c.

VLLADISLAVIEN. VILLÆ DE HOPPEMBRVCH.

Mercurij 9. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Declaratoriç locus esse non potest, si actus inobedientiæ præcesserit intimationem mandati Rotalis. Per specialem inhibitionem quilibet venit manutenendus in statu, in quo reperitur de tempore motæ litis, attendendo nudum factum possessionis vsque ad iudicium ordinarium. Monachus ad effectum manutentionis probat pro Monasterio etiam contra tertium & quare.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria non est locus, si actus controuentionis fuerit factus ante intimationem mandati Rotalis.*

2 *Possidens, probata possessione pacifica de tempore mota litis, manuteneri debet ad statum officio Iudicis per specialem inhibitionem, donec negotium principale in petitorio diffinitiuè terminetur.*

3 *Possessio sola sufficit in summarissimo possessorio absque alia comprobatione Confinium, quidquid enim actum, aut possessum fuisse apparet, id totum præsumitur intra veros confines comprehensum.*

4 *Testes deponentes de exercitio actuum possessionis in aliquo loco intelligendum est ad euitandum delictum illos fuisse peractos intra fines comprehensos in concessione, & super quibus lis fuerat introducta.*

5 *In summarissimo possessorio nudus factus possessionis inspicitur, in quo tueri, & defendi debent possessores reiectis omnibus alijs ad petitorium.*

6 *Monachi non excluduntur à Testimonio, quando non agitur de aliquo ipsorum interesse particulare, sed generale Monasterij.*

7 *Monachus ad effectum manutentionis probat pro Monasterio etiam contra tertium.*

DECISIO CCCI.

PRætendentibus Abbate, & Monachis Delphinien.
3 Reuerendissimum D. Episcopum Vladislauien. & litis Consortes contrauenisse mandato Rotali ad eorum fauorem expedito super manutentione vtilis Dominij Villæ, de qua agitur, & proinde incurrisse in censuras ibidem comminatas, & fore specialiter inhibendos ne ad vlteriora procedant ipsus perturbando in eorum pacifica possessione dubitaui, an sit danda declaratoria, & inhibitio specialis, sed negatiua. Quoad primam affirmatiua vero quoad secundam emanauit resolutio.

Declaratoria enim visa fuit non esse concedenda, quia mandatum Rotale non fuit illis præsentatum nisi sub die 28. Mart. 1648. *Summ. Abbatis, nu. 14. & 15.* Atque ideo cum actus allegatæ contrauentionis præcesserit illius præsentationem tanquam factus die 6. eiusdem dicto, *num. 15:* Vtique declarari non potest illos incurrisse in præfatas censuras, dum illarum comminatio ipsis antea legitimè insinuata nõ fuerat *cap. sacro de sent. excomm. Innoc. in cap. fin. n. 3.*
1 *de eo, qui mitt. in possessionem*, cessante enim præcedenti legitima intimatione cessat contemptus Iudicis, & proinde non est locus declaratoriæ, vt resolutũ fuit in *Brundisina Archiepiscopatus 2. Maij 1625 & in Legionen. Censurarum 4. Iuly 1635. coram clar. me. Coccino penes Modern. Perus. de manut. dec. 36. n. 4. & in rec. dec. 67. n. 2. p. 7.*

Inhibitionem verò specialem Domini dandam esse dixerunt pro conseruatione, ac defensione Abbatis, & Monachorum super quasi possessione vtilis Dominij Villæ, de qua agitur in eodemmet statu, in quo reperiebantur de tempore motæ litis, videlicet in statu liberè exercendi iurisdictionem habendi Carceres, & Delinquentes puniendi in dicta Villa vsque ad viam, publicam quæ media reperitur inter eandem Villam, & Aggerem Fluminis Rudiniæ. In statu retinendi Iudicem suspectum appellatum causas cognoscentem, & decidentem absque assistentia, interuentu, vel præsentia Nuntij generalis, aut specialis Episcopi in statu recipiendi appellationes etiam priuatiue quoad eundem Episcopum, ac bona caduca, & obuentiones exigendi ex saluis conductibus Glait nuncupatis, & deniq; in possessione Hortorum, & aggeris versus Fluuium Orana pratorumque inter dictum aggerem, & fluuium interiacentiũ
2 cum enim Abbas, & Monachi dicto tempore motæ litis in quasi possessione omnium præfatorum pacifici existerent, vt deponunt Testes eorum *Summ. n. 12. 16. 17. 18. & 19.* In ipsa tueri, & defendi debent officio Iudicis mediante speciali inhibitione, donec negocium principale in petitorio diffinitiuè terminetur *l. prima in princ. ff. de itin. actuque priuat. leg. si super possess. vbi Castr. ceterq. DD. Cod. de transact. cap. cum venissent, §. nos igitur ibique Innoc. post princ. versic. & est idem dicere de instit. Castr. cons. 3. num. 2. vers. sed bene part. 2. Grat. cons. 10. num. 15. cum duob. seqq. lib. 1. Hond. cons. 18. nu. 21. vers. & quia de possessione lib. 2. Gail. pract. obser. lib. 1. obseru. 5. sub num. 5. sess. d. Inhib. cap. 6. §. 1. n. 56. circa fin. Modern. Perus. de Manut. obser. 106. n. 5.* idemque admisit, *Rota in Lucana Paratarum 28. Iunij 1606. coram bo. me. Manzanedo penes eundem Modern. Perus. dec. 102. n. 2.*

Non obstat, quod non doceatur prædicta fuisse gesta intra fines vnius Mansi, & quinque Iugerum Terræ, super quibus lis à principio fuerat introducta, & quæ comprehenduntur in instrumento concessionis in emphyteusim factæ per antiquum Episcopum Vladislauien. de anno 1428. eidem Abbati, & eius Monasterio *Summario Episcopi, nu. 2.*

Quia in summarijssimo manutentionis, & ad effectum, de quo agitur sola quasi possessio sufficit absque alia comprobatione confinium, exinde enim quidquid actum, aut possessum fuisse apparet id totum præsumitur intra eosdem confines comprehensum: *Bald. cons. 420. ante num. 2. vers. Item per exercitium lib. 1. Abb. cons. 62. sub nu. 18. vers. Primo quia cum clarè, par. 2. Ias. cons. 166. n. 1. Hieron. de Mont. de finib. Regund. cap. 52. à nu. 3. vsq; ad fin. & cap. 78. n. 3. inter tract. magn. tom. 3. p. 2. fol. mihi 345. & 353. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 403. n. 2. & 3.* Præsertim in casu nostro, qui in Commissione Rotali explicitè enunciatur d. Mansum, & quinque Iugera sita esse in loco, seu Villa Hoppembruch. Hinc enim cum
4 prædicti Testes deponant de exercitio dictorum Actuum in eadem Villa Hoppembruch, vtique ad euitandum delictum præsumi debet, illos peractos fuisse in dictis Manso, & Iugeribus, quæ comprehenduntur sub prædicta concessione in emphyteusim, & super quibus fuerat lis introducta ad *Text. in l. merito, ff. pro soc.*

Nec releuant nonnulla pacta, quibus instrumentum dictæ concessionis conceptum reperitur, Quia
5 nihil aliud est inspiciendum in hoc Iudicio Summarissimo, quam nudus factus possessionis, in qua tueri, & defendi debent possessores pro exequutione mandati Rotalis, reiectis omnibus alijs ad Iudicium ordinarium, in quo exactiùs discutientur iuxta vulg. & sæpè sæpiùs geminatas resolutiones huius Sacr. Tribunalis.

Denique non obstant exceptiones contra Testes, quia prætermissis alijs tot Catholici supersunt qui
6 satis superque sufficiunt: nec repelluntur Monachi. Tum quia non agitur de aliquo ipsorum interesse particulare, sed generale Monasterij *cap. insuper vbi gloss. & DD. de Testib. Rot. dec. 290. nu. 13. p. 5. rec. & in Anconitana Bonorum 13. Ianu. 1645. coram R. P. D. meo Meltio.* Tum quia ad effectum manuten-
7 tionis Monachus probat pro Monasterio, etiam cõtra Tertium, vt in puncto dixit, *Rota coram Card. Cauai. dec. 223. n. 2.* & in alijs relatis per *Add. ad bo. me. Buratt. dec. 306. n. 11.*

Et ita vtraque &c.

EVGVBINA PRÆDII.

Luna 14. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Statutum Eugubinum vult haberi duas sententias conformes pro re iudicata. Sententia in secunda instantia lata in Curia vtiq; comprehenditur sub dicto Statuto sicut sub omni alio loco primæ instantiæ. Appellationis simplex delatio non facit appellabilem causam, alias inappellabilem. Venditor promittens rem liberam potest cogi in casu oneris detecti, deponere pretium ad defensionem rei, donec liberetur; immò emptor potest contra eum agere pro rescissione contractus. Relatio periti de consensu partium facit probationem probatam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio per biennium, vbi non prorogata fuerint fatalia, remanet deserta, sententia in rem iudicatam transeunte, ac si unquam ab ea fuisset appellatum.*

2 *Statutum Eugubinum prohibet appellationem à secunda sententia, quæ concordet cum prima.*

3 *Sententia, quando vna confirmat alteram, vtique secunda, tam in substantia, quam in qualitate concordare videtur cum prima, & dicuntur conformes.*

4 *Statutum quod prohibet vlteriorem quàm vnicam appellationem, operatur vt duæ sententiæ habeant* vim

vim trium, & constituerint rem iudicatam executioni demandandam.

5 *Idque etiamsi posterior prolato fuerit in Curia per A.Cam.*

6 *Sententia lata in Curia in gradu appellationis interpositæ à priori lata in partibus, vtique comprehenditur sub dispositione Statuti loci, quod proinde seruari debet etiam in Curia.*

7 *Appellatio dicitur de Appendicibus illius instantię, cuius est sententia, à qua interponitur.*

8 *Illiusque causa censetur eadem in secunda instantia prout erat in prima.*

9 *Itaut proinde semper subiaceat statutis illius fori, in quo prima sententia prolata fuit.*

10 *Appellationis simplex delatio, efficit quidem vt Iudex à quo non possit amplius se in ea causa intromittere; non autem vt causam inappellabilem reddat appellabilem in præiudicium partis.*

11 *Apostoli reuerentiales dati pro responsione appellanti à Iudice appellationis, non simpliciter, sed in formo; quando causa non est appellabilis continent etiam refutatorios.*

12 *Venditor promittens manutenere rem venditam liberam, & expeditam ab omnibus iuribus, & actionibus sub clausulis,* obligationis executiuis: *si postmodum detectum fuerit super illa fuisse hypothecam, iure merito condemnari potest ad deponendam summam pretij habiti pro cautione, & indemnitate emptoris donec res vendita ab onere liberetur.*

13 *Quinimo emptor iustum habet causam agendi pro rescissione contractus, & compellendi venditores cæterosque obligatos ad restitutionem pretij quamuis euictio actualiter sequuta non fuerit.*

14 Relatio *periti, & calculatoris de consensu partium electi, facit probationem probatam, & omnino debet attendi, donec de errore plene, & concludenter doceatur.*

15 Exceptio *opponi non potest à tertio, nisi concludenter per eum probetur.*

16 Modus *solutionis inter emptores, & debitores variatus nullum potest Creditoribus præiudicium inferre, neque illorum gradum, & participationem vllo pacto turbare.*

DECISIO CCCII.

VEndiderunt anno 1635. Aloysius, & Io.Carolus de Maggis quasdam Terras sitas in Territorio Eugubij Petro, & Septimio de Becchettis pretio scutor. 7286. sub expressa assertione illas esse liberas, & expeditas ab omnibus Iuribus, & actionibus, & alijs non esse datas, cessas, nec quouis modo alienatas, cui venditioni, & assertioni accesserunt vti principales principaliter, & insolidum Sebastianus, & Io.Baptista de Sebastianis *Summ. de Becchettis, nu. 2.* Verum habita notitia per emptores, quod dictæ Terræ reperiebantur grauatæ nonnullis Censibus sortis principalis scutorum 1865. ideò institerunt coram Prætore Eugubij pro relaxatione mandati contra dictos venditores, aliosque obligatos ad effectum deponendi in Monte Pietatis quantitatem illis correspondẽtem, donec dictas Terras liberas præstiterint, & sententiam fauorabilem reportarunt, quæ deinde in gradu appellationis confirmata fuit ab A. Cam. sed causa mihi commissa cum clausula, *constito de re iudicata exequatur*. Proposui dubium, an constet de re iudicata, quę veniat exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum, & affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè verò quoad secundam responderunt. Cum enim appellatio interposita fuerit 19. Decembris 1646, & toto sequenti biennio

1 nihil actum in causa, nec prorogata fatalia, ipsa remansit deserta, & sententia in rem iudicatam transiuit perindè, ac si nũquam ab ea fuisset appellatum *Auth. eiq. C. de tempor. appel. cap. cum sit Romana extr. de appell. Clem. si appellationem eod. tit. Scacc. de appel. quæst. 15. art. 8. num. 119. cum seqq. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. n. 2.* cum alijs plene adductis *in Caurien. iurispatronatus 13. Mart. 1645. coram R. P. D. meo Royas in Aquilana iurispatronatus 4. Iunij 1646. cor. R. P. D. meo Corrado, §. quia cum ab eo tempore in Caietana bonorum 3. Decembris eiusdem anni, & in Iannen. Fructuum dotis 8. Febr. 1647. coram me.*

Et insuper ineuitabilis visa fuit res iudicata ob
2 dispositionem Statuti Eugubini prohibentis appellationem à secunda sententia, quæ concordet cum prima dicto *Summ. nu. 6.* Vnde cum in casu nostro vna confirmet alteram eodem *Summ. n. 4. & 5.* vtiq;
3 secunda tam in substantia, quam in qualitate concordare videtur cum prima, & dicuntur conformes, *gloss. & DD. in clem. 1. de re iud. Rota in rec. dec. 491. n. 1. p. 5.* cum concordantibus adductis *in Senogallien. supplementi legitimę 17. May 1645. §. conformitas, & in Romana domorum de Regardis 15. Ianuar. præteriti, §. siquidem conformitas coram* Reuerendiss. D. meo Decano, & consequenter intrat dispositio dicti Sta-
4 tuti, quod prohibendo vlteriorem appellationem operatur, vt præfatæ sententiæ habeant vim trium, & constituerint rem iudicatam exequutioni demandandã, vt in terminis similis Statuti respondit, *Rota coram san. me. Gregor. dec. 492. n. 1. coram Card. Cauul. dec. 387. n. 2. coram bo. me. Buratto dec. 130. n. 3. & decis. 567. n. 1.* ac dictum fuit in *Romana Salniani 13. Aprilis 1646. coram* R. *P. D. meo Ottobono.*

5 Idque etiam si hæc posterior prolata fuerit in Curia per A.C.

Quia cum emanauerit in gradu appellationis in-
6 terpositæ à Priori lata in partibus, vtique comprehenditur sub dispositione præfati Statuti, quod proinde seruari debet etiam in Curia, vt in proximis terminis tenuit, *Rota in* Bonon. *successionis 22. Maij 1609. coram bo. mem. Sacrato penes Pacif. de Saluian. dec. 154. n. 10. vers. quod quidem Statutum, & in Bononien. administrationis de Linis 1. Iulij 1620. coram recol. me. Coccin.* Appellatio enim dicitur de Appen-
7 dicijs illius instantię, cuius est sententia, à qua interponitur, *l. in Iudicijs, vbi DD. C. de procurat.* Castr. *in l. ab exequutore, §. si Procurator, n. 2. ff. de appell. & in l. inuitus, n. 4. ff. an per alium cau. appell. agi poss. Scacc. de appell. q. 5. n. 12. vers. ratio est, & q. 18. num. 2. vers. primo quia Acchill. de* Grass. *dec. 4. n. 1. de appell. Rot. diuers. dec. 330. n. 1. p. 2.* repetita penes eundem *Pacif. dec. 248. num. 2.* & dictum fuit *in* Bonon. *legati 3. Iulij 1645. coram me, §. prout etiam, vers. hic autem sumus.*
8 Illiusque causa censetur eadem in secunda Instantia, prout erat in prima *gloss. in l. si ita demum verb. agitur, ibiq.* Salyc. *in fin. & in d. l. inuitus nu. 15. C. de procurat. Ioann. Petr. Ferrar. in pract. Papien. de form. opponen. contr. test. gloss. suntq. publicatis sub num. 3. vers. aut enim hæc noua, Rota* Bonon. *diuers. dec. 138. n. 116. & coram recol. me.* Coccin. *dec. 42. n. 6. vers. nam causa.* Itaut proinde semper subiaceat Statutis illius fori,
9 in quo prima sententia prolata fuit, vt probat, *Scac. d. q. 18. per tot.* & ad propositum respondit, *Rota diuers. d. dec. 330. n. 2. p. 2. & penes, Pacif. de Saluian. dict. dec. 154. sub n. 10. vers. & fuit ponderatum, & d. decis. 243. dict. num. 2. vers. & ideo subiacet.*

Nec refert, quod A.C. detulerit appellationi, dum pro responsione de Apostolis dedit Reuerentiales.

Quia præter quod simplex appellationis delatio
10 efficit quidem, vt Iudex, à quo nõ possit amplius se

in ea causa intromittere *cap.cum appellationibus Frinolis de appell.* nõ autem, vt causam in appellabilem reddat appellabilem in præiudicium partis, vt latè probat, *Gabr.cons.35.n.4.& 5.lib.1. Rota in Romana damnorum, & interesse 10.Iunij 1591. coram bo.mem. Panis, inter eius impress.dec.129.n.4 vers.Sed Domini, & seqq. Add.ad bon.mem. Buratt. dec.556.num.17.* Dum A:C. non dedit Apostolos Reuerentiales sim-
11 pliciter, sed in forma dicto *Summ.nu.7.* exinde non censetur detulisse appellationi, nisi ipsa competeret, cum sub huiusmodi responsione, quando causa prout hic, non est amplius appellabilis contineantur etiam refutatorij ad tradita per *Vestr. in prax. lib.7. cap.vltimo, n.2. Cassad.dec.7.num.5.de appell. Rota in Anconitana de Gozzis, 1.Iulij 1592. coram clar.mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, relata per Add. ad bo.me. Buratt.d.dec.556.nu.16.* idemque his adductis firmatum fuit in *Volterrana Prioratus* 15.*Decembr. 1645.coram R.P.D meo* Bichio, *§.fin.*

Et prędicta indubitanter procedunt concurrentibus validitate, & iustitia sententiarum quarum prima resultat ex reuolutione processuum secunda verò probatur ex publico Instrumento supradictæ venditionis, in quo post emissam assertionem, quod Terræ venditę erant expeditę sub omnibus iuribus, & actionibus, nullisque datæ, cessæ, nec quouis modo alienatæ, venditores, illorumque fideiussores insolidum se se obligarunt illas conseruare liberas, &
12 vacuas ab omnibus oneribus, & ipsos emptores indemnes penitus manutenere ad quemlibet eorum simplicem requisitionem, vt in extr. *fol* 42. & dicto *Summ.nu.3.* Vnde cum deinde detectum fuerit venditores super illis anteà imposuisse plures Census sortis principalis scut. 1865. Iure merito condemnati fuerunt ad deponendam dictam summam in Monte Pietatis pro cautione, & indemnitate ipsorũ emptorum donec dictæ Terræ ab illorum oneribus fuerint liberatæ, vt eleganter probat, *Text.in leg ex ijs pradijs, C.de euict. quem sequuntur, Surd.cons.13. n.15.& 16.Mangil.de euict. qu.122. nu.20.cum plur. seqq.Cacheran.dec. Pedem.24.num.4.* & firmatum fuit *coram Card.Seraph.dec.321. nu.19.& 20.* Quinimo
13 emptores iustam habebant causam agendi pro rescissione contractus, & compellendi venditores, cæterosque obligatos ad restitutionem pretij, quamuis euictio actualiter sequuta non fuerit, vt tenuit, *Rota diuers.dec.304.n.1.& 2.p.4.repetita penes,* Cenc. de *Cens.dec.46.n.1.cum pluribus seqq. in* Bononien.*pradij 27.Iunij 1639. coram Reuerendiss. Domino meo Terracinen. §.qua dicuntur, & in Vrbenetana bonorum 4. Febr.1643. 13. May 1644. & 19. Iunij 1645. coram* R.P.*D.meo* Royas.

Nec obstaret, quod Becchetti assignauerint venditoribus pro parte pretij conuenti Censum, quem habebant cum illis de Brunis sortis principalis scutorum 1350. sub ea expressa lege, quod in euentum, in quem ipsi non intrarent in concursu, & sententia graduatoria ferenda ad fauorem omnium Creditorum præfatorum de Brunis tenerentur ad solutionem dictorum scutorum 1350. atque ideò cum ipsi non intrauerint in præfato concursu conueniri possint ad dictam solutionem, & consequenter præfatã summam imputare debeant in quantitate per ipsos petita.

Difficultas enim visa fuit penitus remoueri, tum ex sententia graduatoria, in qua ipsi de Becchettis
14 positi, & graduati fuerunt in loco decimo nono dicto *Summ.nu.2.* Tum etiam ex relatione Periti, & calculatoris ab A.C. de consensu partium electi ex qua apparet integrum debitum dictorum de Brunis non excedere summam scutorum 16307. eodem *Summ.num.8.* & ideo cum valor bonorum ascendat ad scuta 18000. vtique ipsi de Becchettis necessario intrant in concursu, & graduatione dictorum creditorum. Relatio enim Periti, & Calculatoris de consensu partium electi facit probationem probatã, & omninò debet attendi donec de errore plene, & concludenter doceatur iuxta *gloss.in l. item si vnus, §.principaliter verb.authoritati in fin. ff.de recept. arbitr.Bart.in l.instar, num.6. C.de iur. Fisc. Angel.in leg. aduersus, Cod.de vsur. & fruct.Legat. Neuiz.cons.94. num.18.Paris.cons.96.nu.3.lib.2. Scacc.de appell.lib.3. cap.2.qu.17.limit.35.sub num.1.san.me. Greg.dec.220 num.4.Rota in recent.decis.354.num.1.par.1.dec.533. num.1.vers.& propterea par.3.dec.129.num.6.part.5. dec.47.num.7.part.7.* & dictum fuit in *Romana supplementi legitima 6.Iulij 1646.coram me, §. Nec dubitari.*

Et hinc etiam cessaret prætensio, quod Creditores anteriores ratione fructuum Censuum eis debitorum assumerent integram summam dictorum scutorum 18000.

Quia præter quod huiusmodi exceptio opponi
15 nõ poterit à Maggis, qui sunt tertij, nisi concludenter per ipsos probetur ad notata per *Ioann.Andr.in cap.super his 16.n.7.vers.quia si obijciatur de accusat. Lap.alleg.94.n.4.propè fin.vers.nam si accuso Titium Cephal.cons.47.n.5. Amat.decis.March.61.n.13.& 14* Tollitur omnis scrupulus ex dicta relatione, cum ex ipsa appareat integrum debitum dictorum de Brunis non excedere supradictam summam scutorum 16307. cui proinde omnino standum esse videtur, vt prętter superius allegatos dixit, *Rot.dec.10.n.12.p.6. recent.*

Prout nec subsisteret, quod in dicto concursu sit habenda ratio de scutis dumtaxat 12000. in pecunia numerata persolutis non autem de alijs scutis 6000. assignatis in tot bonis.

Quia cum creditores dictorum de Bonis haberent obligata, & hypothecata omnia ipsorum bona, & signanter præfata vendita dictis de Maggis atque ideo in Iudicio concursus pariformiter deducta, & in sententia graduatoria pro dicta quantitate scutorum 18000. ad ipsorum fauorem comprehensa fuissent,
16 modus solutionis inter emptores, & debitores variatus nullum potuit ipsis Crediroribus præiudicium inferre, neque illorum gradum, & participationem vllo pacto turbare, vt probat *Text.apert.in l.debitorum pactionibus, C.de pact.Surd.decis.132.nu.8. vers. & pactum.* Ac per consequens, siue dictum pretiũ promissum, & persolutum fuerit in quantitate, siue in bonis, de eo integraliter erit habenda ratio. Quod etiam ipsimet emptores, & debitores agnouisse videntur, dum instrumento dictæ venditionis cõuenerunt, quod si Creditores describendi in sententia graduatoria excederent scuta 18000. venditio haberetur pro non facta signum euidens, quod ipsi Creditores participare debebant de integro bonorum pretio, non autem de solis scutis 12000.

Et ita vnica tantum, &c.

INTERAMNEN. VSVSFRVCTVS.

Ven. 18. Iunij 1649.

A R G V M E N T V M.

Statutum excludens fæminas dotatas simpliciter, non habet locum si de tempore successionis fæminæ nõ sunt dotatæ si autem illas excludat propter masculos, & mandet dotari, dotatio non est necessaria pro illarum exclusione, & quando fæminæ censeantur dumtaxat exclusæ ab hæreditate dotantis, & quan-

do

do non. Pater retinendo bona vxoris vsque ad eius obitum censetur adiuisse hæreditatem nomine filiorum, quibus delata fuerat, & quando hoc procedat. Vsufructuarius quando teneatur præstare cautionem siue mutianam, siue de vtendo, et fruendo arbitrio boni viri. Heres beneficiatus non impeditur sibi satisfieri de suo credito cum hæreditate, & an hoc possit hæres absque beneficio inuentarij, & quando Legatum factum ad fauorem hæredis, dicatur inutile, et accrescat collegatario, et quando sustineatur.

S V M M A R I V M.

1 *Vsusfructus vniuersalis omnium bonorum relictus, comprehendit etiam vsumfructum hereditatis, quæ suis Testatori delata, & effecta fuit proprium ipsius* Patrimonium.

2 *Fæmina quando sunt exclusæ à statuto siue dotatæ, siue indotatæ, sola existentia maculorum sufficit pro illarum exclusione.*

3 *Statutum excludēs fæminas si fuerint dotatæ expressa, & formalis dotatio requiritur de tempore successionis pro illarum exclusione.*

4 *Secus autem quando illas excludit propter masculos, & mandat ipsas dotari, tunc enim dotatio non est necessaria de tempore successionis.*

5 *Statutum dum fæminas excludit propter masculos, & mandat ipsas dotari, non dototia fæminarum, sed fauor* Masculorum, *& conseruatio agnationis reputatur causa finalis in statuentibus.*

6 *Fæminæ quando ad illarum exclusione sunt à masculis dotandæ non est necessaria dotatio de tempore successionis.*

7 *Dos non debetur, nisi matrimonium, & nuptiæ actualiter contrahantur.*

8 *Statutum censetur excludere fæminas tantummodò ab hæreditate dotantis quando enumerando personas, à quarum successione illas excludit, procedit per dictiones alternatiuas.*

9 *Declara hoc tantum procedere vbi statutum vtitur verbis, & dictionibus alternatiuis tàm in parte dotationis, quàm in parte exclusionis.*

10 *Secus vbi procedit per dictiones alternatiuas duntaxat in parte dotationis, in parte verò exclusionis vtitur verbis, & dictionibus coniunctiuis, & Copulatiuis.*

11 *Statutum quando in parte dotationis vtitur verbis alternatiuis in parte verò exclusionis procedit per dictiones copulatiuas, tunc censetur exclusisse fæminas à sola hæreditate dotantis, sed vnica dotatio sufficit, vt ab omnibus hæreditatibus ibi expressis censeantur exclusæ.*

12 *Statutum non censetur perpetuò fæminas exclusisse, sed temporaliter quousque extant masculi de Agnatione.*

13 *Fæminæ propter masculos à statuto exclusæ ipsis deficientibus ad successionem reintegrantur.*

14 *Statutum præsumitur Apostolica Authoritate confirmatum, vbi per spatium longissimi temporis apparet obseruatum etiam in Iudicijs contentionis, & præsertim in Sacro Rotæ Tribunali.*

15 *Pater retinendo bona Vxoris vsque ad eius obitum censetur adiuisse hæreditatem nomine filiorum, quibus delata fuerat.*

16 *Declara hanc conclusionem procedere in solis filijs infantibus non autem in maioribus infante.*

17 *Aditio hæreditatis sufficienter probatur ab eo, qui se fecit* Dominum, *& possessorem bonorum hæreditariorum.*

18 *Asserens aliquid, tenetur concludenter probare.*

19 Aditio *hæreditatis materna tacitè facta à* Patre *nomine filiorum censetur facta nomine masculorum, non autem fæminarum à statuto exclusarum.*

20 *Frater renunciãs beneficio statuti, & sororem admittens ad hæreditatem paternam non inde censetur illam pariter admittere ad maternam.*

21 *Renunciatio statuti, & admissio sororum ad successionem specificam expressionem desiderant.*

22 *Cautio mutiana non venit præstanda, nisi in institutione non autem in legato vsusfructus temporaliter duraturo.*

23 *Cautio de vtendo, & fruendo arbitrio Viri, non venit à legatario præstanda nisi in actu pacifica consequutionis Vsusfructus legati.*

24 *Vsufructuarius non tenetur ad debita Testatoris.*

25 *Vsusfructus à Testatore relictus deduci non potest, nisi prius ex substantia totius hæreditatis æs alienum illius integrè persoluatur.*

26 *Soluens debitum hæreditatis absque alia cessione debet satisfieri in eadem hæreditate pro concurrenti quantitate summa persoluta.*

27 *Hæres beneficiatus impediri non potest quin integrè satisfiat de suo credito contra defunctum in eius hæreditate.*

28 *Aditio hæreditatis cum* benef. leg. & Inuent. *operatur vt actiones, non confundantur, sed separatæ præseruentur.*

29 *Hæres absque Inuentario licet non possit sibi satisfieri de credito, quod habebat cum defuncto de tempore aditionis, potest tamen illud detrahere, quod deindè acquisiuit adita iam hæreditate.*

30 *Voluntas Testatoris est ad vnguem seruanda.*

31 *Legatarius amittit legatum, si voluntatem Testatoris ad vnguem non seruat.*

32 *Legatum relictum hæredi instituto non sustinetur, sed accrescit collegatario.*

33 *Declara hoc tantum procedere quando hæres à semetipso legatum consequi debet.*

34 *Secus autem vbi illud capere debet è manibus Collegiatarij propter onus communicandi illi iniunctum.*

35 *Legatum alicui relictum, cum onere illud communicandi cum hærede, tamquam validum sustinetur ad fauorem hæredis, nec accrescit collegatario.*

DECISIO CCCIII.

Defuncto Io: Alexandro Paciono institutis hæredibus proprietarijs Lucia, & Doralice sororibus, vsufructuaria Catharina Campia Vxore inter istas, mulieres variæ ortæ fuerunt controuersiæ iàm super hæreditate dicti D. Ioannis Alexandri fratris, & mariti respectiuè, quàm super hæreditatibus Fuluij, & Alcidæ illius Parentum. Ideoque coram Reuerendiss. Domino Ghisilerio tunc Sacræ Rotæ Auditore, nunc verò Episcopo Terracinen. suspensa disputatione super hæreditatibus Fuluij, & Ioannis Alexandri tantum, resolutum fuit Doralici, & Luciæ dandam esse manutentionem in duabus partibus bonorum Fuluij, Catherinæ in alia tertia parte eorundem bonorum, & in omnibus Io: Alexandri eius viri, titulo tamèn solius vsusfructus, & cum oneribus contentis in *dec. 27. Ianuarij* 1628.

Acquieuerunt præfatæ mulieres huic resolutioni, sed prosequentibus coram me in locum dicti Reuerendiss. Terracinen. particulariter subrogato disputationem super hæreditate Alcidæ ibidem non comprehensa sub *die 31. Maij* præteriti proposui dubiū An in bonis Alcidæ sit danda manutentio Catherinæ in totum, sed DD. ordinarunt, quod videretur de bono Iure, quo dubio hodie proposito constare existimarunt de bono Iure vtriusque partis.

Catherinæ scilicet, & quidem in omnibus præfa-

ris

tis bonis quoad vsumfructum sibi relictum à d. Io:
Alexandro eius Viro. cum enim ex dispositione sta-
tuti Ciuitatis Interamnæ *lib.2.sub fol.40. rubric.quod*
mul.dotat.non succed. relati in eius *Summ. num.2.* fæ-
minarum exclusiui, ipse solus tanquàm masculus
successerit d. Alcidæ ab intestato defunctę, exclusis
penitus Lucia, & Doralice sororibus. prout etiam
resolutum fuit in *Interamnen.hæreditatis de Paradisis*
12.Decembr.1605.coram SS.D.N.in rec.dec.104.par.
*1.*confirmata *coram eodem 6.Martij 1606.* & admit-
titur in d.*dec. edita coram Reuerendiss.D.*Terracinen.
1 §.*non obstat alterum*. Sicut hæreditas dictæ Alci-
dæ in totum spectauit, & effecta fuit proprium pa-
trimonium ipsius Io. Alexandri, ita etiam eius vsus-
fructus in totum spectare debet ad Catherinam ab
ipso vniuersalē vsufructuariam in Testamento scri-
ptam ad *text.in l.vxori meę 37.ff.de vsufruct. legat.*

Idque etiam si dd. sorores expresse dotatæ non
2 fuerint; Cum enim præfatum statutum in verbis
specificè excludat non solum dotatas, sed etiam in-
dotatas iuncto fratribus onere dotandi pro viribus
patrimonij, sola existentia masculorum sufficit pro
ipsarum exclusione, vt responsum fuit in dicta *In-*
teramnen. hęreditatis de Paradisis 6. Martij 1606. §.
non obstat, dum dicebatur,& in similibus terminis di-
xit *Rota dec.540.per tot.*& signanter *sub num.1.vers.*
non enim propter dotem part.1.diuers.in rec.dec.405.n.
22.cum seqq.par.5. & plenius in Romana supplementi
legitimę 18.May 1640.15.Aprilis 1644. & 26. Ian.
3 1646.*coram me*. Licet enim quando statutum exclu-
dit fæminas, si fuerint dotatæ expressa, & formalis
requiratur dotatio, quæ censetur causa finalis statuē-
4 tium. Quandò tamen prout hic, illas excludit pro-
pter masculos, & mandat ipsas dotari, nisi fuerint
dotatę, dotatio non est necessaria pro ipsorum exclu-
5 sione, cum fauor masculorum, & agnationis con-
seruatio causa finalis, & principalis in statuentibus
reputetur iuxta distinctionem *Castr. communiter ap-*
probatam in l.Titium centum §.titio genero nu.8.vers.
Ego *pluries ff.de condit. & demonstr.& in cons.276. n.*
2.lib.1. quem sequuntur *Soccin.sen.cons.75.numer.8.*
vsque in fin.libr. 3. alijque relati per *Rotam d. decis.*
540.num.1.& seqq.par.1. diuers.in Perusinn fideicom-
missi de Alfanis 17.Maij 1621.coram clar.mem Cocci-
no penès Merlin.de legitim.dec.106.num.7.in Tiburti-
na hereditatis 13.Febr.1634.coram Eminentiss.*D.*Car-
din.Verospio, penes Fenzon.ad stat.Vrb. dec.113. sub
vers. & licet. Præsertim quia dictæ sorores nun-
quam nuptæ fuerunt, & ideò obijcere non possunt
6 defectum dotationis, cum ad istum effectum non
sit necessaria actualis dotatio de tempore successio-
nis *Card. Seraph. dec.112. num.1.& per tot.* Et dos
7 non debeatur, nisi matrimonium, & nuptiæ actua-
liter contrahantur, vt probat *Castr. d.cons.276. nu.2.*
vers.Vndè, & tunc relictum lib.1.Rot.d.dec.540.nu.1.
vers.distinctio autem par.1.diuers.& dec.405.num.26.
vers.neque eius obligatio par.5.rec. Tùm etiam quia
satis condecentem dotem habuisse videntur, dum
ipsemet Io: Alexander illas admisit vna secum pro
æquali portione ad paternam hæreditatem, & eas
vniuersales hæredes proprietarias in omnibus suis
bonis instituit.

8 Nèc obstat, quod dictum statutum videatur ex-
cludere fęminas tantummodò ab hæreditate dotan-
tis, dùm enumerando personas, à quarum succes-
sione illas excludit, procedit per dictiones alterna-
tiuas, vt dixit *Rota in* Narnien.*successionis 7.Februar.*
& 29.Nouembr.1629.coram bo:me: Merlino *in rec.de-*
cis.247.num.19.vers.verùm quando par.5.& dec.329
num.16.cum seqq.par 6.

9 Obiectum enim procederet, si dictum statutum
tàm in parte dotationis, quàm in parte exclusionis
vteretur verbis, & dictionibus alternatiuis, in qui-
bus terminis loquuntur præfatæ N*arnien.successionis,*
10 Secus autem vbi, prout hic, procedit per dictiones
alternatiuas, dumtaxat in parte dotationis, in par-
te verò exclusionis vtitur verbis, & dictionibus con-
iunctiuis, & copulatiuis, ibi, *Nec actionem habeant*
nec petere possint contra Patrem, Patruum, nec fratres
carnales, vel eorum hęredes, nec ab eis causam haben-
11 *tes, &c.* Tunc enim non censetur exclusisse fæmi-
nas ab hæreditate solius dotantis, sed vnica dotatio
sufficit, vt ab omnibus hæreditatibus personarum
ibidem specificatarum illæ dicantur exclusæ, vt de-
clarant *Bald.cons.73.circa medium vers.& est conside-*
randum lib.4.Becc.cons.53.num.3.vers.nam responde-
tur Alciat.*cons.5.sub num.11.vers.item quandò statu-*
tum loquitur lib.2.Menoch.cons.873.sub num.12.vers.
quinsus est casus, Surd.*cons.100. num.9. Bellon.Iun.*
cons.74 num.48.Thesour.dec.Pedemon.62.nu.7. vers.
*imò si statutum,*idemque admisit *Rot.in dd.*Narnien.
successionis vt in dec.247.num.18.& 19.par.5.& dec.
329.num.15. & 16. part.6. ac responsum fuit *coram*
Card.*Seraph.dec.1291.num.1.in* Balneoregien. *bonor.*
16.May 1594.cor.recol.me.Card.Hieronymo Pamph.
& in Romana hereditatis de Stellis 16.Iannar.1608.
*coram bo:me: Ortembergho penès Fenzon.ad stat.*Vrb.
dec.115.& dec.116.per tot.

12 Minusuè obstat, quod huiusmodi fæminarum
exclusio non sit perpetua, sed temporalis, quousque
scilicet adsint masculi de agnatione, ipsis verò de-
13 fectis fæminæ ad successionem reintegrentur ad
tradit. per *Brun.in tract.quod stant.mascul.art.10.nu.*
*12.& 23.*cum alijs relatis in *d.dec. Reuerendiss.Ter-*
racinen.§.non obstat alterum vers.tùm quia. Quoniam
in casu nostro tollitur ex facto hæc difficultas, cum
statutum fæminas expresse excludat non solum ad
fauorem fratrum, sed etiam eorum hæredum, alio-
rumque ab eis causam habentium, ibi, N*ec actionem*
habeant &c. nec fratres carnalos, vel eorum haredes,
nec ab eis causam habentes &c.

Nec facit, quod d.statutum non probetur Aposto-
lica Authoritate confirmatum. Quia cum à lon-
14 gissimo tempore citra appareat obseruatum etiam
in Iudicijs contentiosis, & signanter in hoc Sacro
Tribunali confirmatio Apostolica interuenisse præ-
sumitur ad notat.*per DD.in cap.illud,de præsumpt.&*
in cap.sicut de re iudic. Card.Seraph.dec.507.numer.3.
& dec.536. nu.5. cum alijs in *Barchinonen. statuti 3.*
M*artij 1636.coram* Eminentiss.*D.*Card.HieronymoV*e-*
rospio,in rec.dec.107.nu.24.par.7.

Prout nec subsistit, quod non doceatur Io: Ale-
xandrum adiuisse maternam hęredē prout ad hunc
effectum requiritur.

Cum enim huiusmodi hæreditas consistat potissi-
mè in bonis dotalibus, quæ Fuluius maritus per
quatuordecim annos vsque ad eius obitum penes se
15 retinuit, ex præfata retentione adiuisse censetur d.
hæreditatem nomine Io. Alexandri communis filij,
cui ipsa delata fuerat, vt probat *text.in l.qui in alie-*
na §.sed , & si non aduit ff.de acquir. hared. Bartol.
cons.129.num.2.lib.1.Natt.cons.74.nu.11. Surd.*cons.*
*253.num.32.*Paschal.*de virib.patr.potest.par.1.capit.2.*
num.35.vers.imò etiam Rot.dec.259.nu.3.& dec.723.
num.14.vers.& in proposito par.2.& *dec.527.num.4.*
16 *par.8.rec.* Et licet hæc conclusio procedere videa-
tur in solis filijs Infantibus ad tradita per *Alex.cons.*
20.n.1.lib.7. Surd.cons.244.numer.2. Secus verò in
maioribus infante idem *Surd.dec.140. num.11.* Ni-
hilominus quia ipsemet Ioannes Alexāder post mor-

tem Fuluij Patris eademmet bona possedit, & sua
vita durante de illis disposuit, vt probatur ex Inuen-
17 tario confecto à dictis Sororibus eodem *Summ.n.5*
vtique faciendo se illorum Dominum, & possesso-
rem, censetur paternam aditionem ratificasse, vel di-
ctam hæreditatem iterùm sufficienter adiuisse, *l.pro
harede, & l.gerit, C.de acquir.hared.l.si filius familias
C.de petit.hared.l.3.C.ad S.C.trebian. §.penult.instit.
de haredum qualit.& differen. Castr.in l.potuit num.4.
C.de Iur.delib. Bald.cons.272 sub nu.2. vers.tertia ra-
tio est, lib.5.Aym.cons.33.num.14. Hond. cons.61.nu.
58.lib.2.Surd.cons.253.num.31.Card.* Mant.*de coniect.
vltim.volunt.libr.12. tit. 12. numer. 8. & decis. 245.
num.11. Sanct.mem: Greg.dec.7. num.2.dec.98. num.1.
& dec.136.num.2.*

Nihil obstante, quod in dicto Inuentario præfatę
Sorores asseruerint bona ibidem descripta fuisse pos-
sessa per Ioannem Alexandrum pro indiuiso, & in
communi cum ipsis.

18 Quia præter quod huiusmodi assertio eis suffra-
gari non potest, nisi concludentibus probationibus
assertam communionem iustificent ad *text.in l.1.C.
19 de probat.* Cum præfata hæreditas deberetur soli
Ioanni Alexandro masculo, ob pędictam statuti dis-
positionem ex dicta possessione ad eius fauorem,
non autem Sororum, quibus illa delata non fuerat,
desumi potest aditio, vt declarant *Surd. d.cons.253.
d.num.31.Card.Mant.d.tit.12.d.num.8.vers.quod sci-
licet probatio* Boer *dec.33. num.25. vers.alias si esset*,
cum cæteris supra allegatis. Minusuè pręsumi po-
20 test, quod dictus Ioannes Alexander voluerit ipsas
admittere vna secum ad maternam hæreditatem, ex
quo eas admiserat ad hæreditatem paternam, ideoq;
renunciasse videatur dictæ statutariæ dispositioni,
vt firmatum fuit in dicta præcedenti decisione. Quia
cum præfata admissio expresè facta, & restricta
fuerit ad bona paterna, exindè inferri non potest,
quod voluerit eas paritèr admittere ad materna, cum
21 admissio, & renunciatio ex ipsa resultans eandem
specificam expressionem pernecessè desiderent ex
probatis ferè in terminis per *Gabr.cons.60.nu.2.3.6.
& per tot.lib.1.Surd.cons.445.num.58. & 59. Mornt.
cons.3. num.19.cum seqq.*

Denique non obstat, quod Catharina nullam
præstiterit cautionem siuè mutianam, sinè de vten-
do, & fruendo arbitrio boni Viri.

22 Respectu enim Mutianæ responsum fuit eam non
esse præstandam, dum non versamur in institutione,
sed in Legato vsusfructus temporaliter duraturo,
donec scilicet Legataria viduitatem seruauerit, vt
distinguendo firmat *Natt.cons.459.num.17. vers.ta-
men secus est Grattan.discept.for.cap.696.nu.11. Tho-
mat.dec.*Macerat.*105.num.7.& 8.Barz.dec.8.num.73.
23 num.29. cum seqq.* Respectu verò cautionis de vten-
do arbitrio boni Viri ob litem posteà motam, &
acriter agitatam visum fuit Dominis sufficere, quod
præstetur in actu pacificæ consequutionis prædicti
vsusfructus iuxta *Theoric. Bald.in l.2.sub num.11.&
circa fin.C.comm.de legat.* quam pluribus adductis se-
quuta fuit *Rota in Aunionen.vsusfructus 4.Februarij
1637. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 1. Iulij
eiusdem anni coram Eminentiss. D.Card. Panzirolo, in
rec.dec.195.num.19.& 20.& dec.238.num.11.part.7.
ac 29. Aprilis 1641.coram Reuerendiss. D.Tetracinen.
§. fin. & nouissimè in firmana* Codicillorum *1. Martij
præteriti coram me, §.quia sub eademmet die.*

Quo verò ad præfatas Sorores existimarunt Do-
mini constare de ipsarum bono Iure, tùm pro sum-
ma scut. 850. Tùm etiam pro rata vsusfructus, quá
Catharina tenetur illis communicare.

Pro summa scilicet dd. scutorum 850. quæ ab eis
persoluta fuerunt eidem Catharinæ pro restitutione
dotis sibi debitæ à dicto Ioanne Alexandro Testato-
re eius viro, vt apparet ex publico Instrumento ip-
24 sarum *Summario, n.1.* Quamuis enim Vxor relicta
vsufructuaria non teneatur ad debita mariti præde-
25 functi; Attamen deduci non potest vsusfructus sibi
relictus, nisi priùs ex substantia totius hæreditatis
ęs alienum illius integrè persoluatur per *tex.in l.fin.
ff.de vsufr.legat.& in l.vsusfructu bonorum, ff.ad l.fal-
cid.Gabr.cons.114.nu.8.lib.1.Gail.pract.obseruat.lib.2
obseru.146.nu.7.*Menoch.*de præsumpt.lib.4.præsumpt.
143.sub num.13.vers.altera fuit opinio, Card.Mantic.
de coniect.vlt.vol.lib.9. tit.6. num.12. plenè* Mastrill.
dec.3.sub num.4. cum pluribus seqq. *par.1.*& dictum
suit in dicta præcedenti *dec. Reuerendiss. D.Terraci-
nen.§.neque potest, vers.& iuxta.*

Nec refert, quod Catharina in actu exactionis di-
ctæ dotis cesserit Iura talia, qualia, dummodò con-
tra ipsam retorqueri non possint; Quia dd. Soro-
res non vtuntur huiusmodi cessione, nec agunt con-
tra cedentem pro repetitione soluti, sed deducunt
26 huiusmodi solutionem æris alieni contra bona here-
reditaria debitoris, ad quem effectum ipsis sufficit
vera, & actualis solutio, vt proindè absque alia ces-
sione super illis satisfieri debeant de concurrenti
quantitate summæ persolutæ *l.qui à debitore, ff.qui
por.in pign.hab l.si potiores, ibiq; gloss. C.de his, qui
in prim.credit.loc.succed.Card.Mant.dec.69. n.3.vers.
diuersum est autem.*

Et parùm releuat, quod sint hæredes dicti Io. Ale-
27 xandri debitoris; Quia præter quod illius hæredi-
tatem adiuerunt cum beneficio legis, & Inuentarij
proindeque eis impediri non potest integra satisfa-
ctio ipsarum crediti ad tradita per *Bald.in l. fin.§.in
computatione num.3.ibique Ias.num.5. C.de Iur. deli-
ber.Paris.cons.69.num.161.lib.1. Rot.in rec.decis.528.
num.1.par.2.dec.127.num.10.par.7.dec.46. num 6.&
28 dec.513.num 12. part.8.* Ea ratione quia per aditio-
nem cum dicto beneficio actiones non confundun-
tur, sed separatæ præseruantur *d.l.fin. d.§.in compu-
tatione vers.si verò ipse C.de Iur.deliber.* Bald.*in l.si
Vxor nu.2. C.de bon.auth.iudic.poss.Castr.cons.186.in
princ.vers sine dicamus, quod facto Inuentario libr.2.
Surd.cons.7.num.31.Rot.dec.63. num.2. in fin.part.3.
dec.114.num.22.part.7. & dec.145.num.7.part.8.rec.*
Cùm tempore aditionis dd. Sorores non essent cre-
ditrices, sed tales effectę fuerint post aditam hære-
ditatem persoluendo de proprio huiusmodi debitum
dotis Catharinæ; vtiq; etiam si non censerentur hęre-
des beneficiatæ adhuc ipsis prædicta satisfactio de-
29 negari, non poterit, Imaginaria enim solutio, &
confusio actionum, quæ resultat ex aditione absque
beneficio, procedunt tantummodò respectu crediti
penès hæredem existentis tempore aditionis, secus
autem respectu crediti, quod ipse, prout hic, deindè
acquisiuit adita iam hæreditate præuia solutione
debitorum defuncti proprijs pecunijs peracta, vt
in puncto distinguendo firmauit *Rota coram Cardin.
Caual.dec.367. num.1.2.& 3.in Bonon. Fideicommissi
de Cataneis 10. Martij 1617.coram bo.me. Pirouano in
rec.dec.432.nu.10.vers.quia creditum par.4.*

Pro rata verò vsusfructus, quia Testator eidem
Catharinæ Legatariæ expresè mandauit, quod il-
lud communicaret cum præfatis suis Sororibus; Vo-
30 luntas enim Testatoris in proposito ad vnguem
31 seruari debet alias Legataria legatum amitteret, vt
firmatum fuit in *Spoletana Alimentor.24.May 1593.
coram Card.Gyptio in Florentina alimentorum 20.No-
uembr.1630.coram Eminentiss. D.Cardin. Hieronymo
Ve-*

Verospio, & in Romana Legati cybi, & potus 13: Iulij 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano relatis in d. decisione, d. §. neque potest.

Nec obstat, quod cum ipsę sorores institu-
32 tæ fuerint hæredes proprietarię huiusmodi legatum ad ipsarum fauorem non substineatur, sed accrescat Collegatariæ ex dispositione *text. in l. planè 34. §. si duobus, ff. de legat. 1. approbata in Recanaten. manutentionis 27. Iunij 1642. coram me, §. & huic intellectui vers. cum prælegatum.*

Conclusio enim procedit quando hæres à semet
33 ipso legatum consequi debet, vt clarè legitur in dict. *text.* ibi, *A semetipso, & legatū inutiliter videtur, &c.*
34 secus autem vbi, prout hic, illud capere debet è manibus Collegatariæ propter onus communicandi illi iniunctum, tunc enim legatum tanquam validum substinetur, nec ipsi Collegatariæ accrescit, vt declarat, *gloss. in d. verb. inutiliter vers. item à Legatario, quam sequuntur, Alex. in dict. §. si duobus num. 2. vers. quia sicut quando, alijque relati per Bellon. de iur. accresc. cap. 7. qu. 29. nu. 14. 15. & 16.* vbi reddit optimam rationem, quia scilicet huiusmodi legatum nullam continet obligationem ipsius hæredis, sed illius tantummodo, qui fuit grauatus, & *nu.* 90.

Cæterum prætensa melioramenta, vt asseritur facta per Fuluium in bonis controuersis Domini non habuerunt in consideratione, quia non iustificantur neque in specie, neque in genere.

Et ita resolutū fuit vtraque parte informante, &c.

ROMANA DOTIS.

Ven. 18. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Dispositio *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* habet locum nedum fauore filiorum primi matrimonij, sed etiā Nepotum, et pronepotum, quamuis Victricus non sit institutus, sed tantumodo proprijs filijs substitutus, et quando ius dicendi de nullitate Testamenti ex beneficio huius legis censeatur ad hæredes transmissum, et quando eidem censeatur renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Causa testati, facit cessare causam intestati.*
2 *Dispositio* l. hac ædictali, C. de secund. nupt. *quid contineat.*
3 *Filijs primi matrimonij competit prius detractio integrę legitimæ deinde coæqualis portio remanentis hæreditatis, vbi Victricus fuit à matre institutus.*
4 *Amplia etiam si Victricus non fuerit institutus, sed tantumodo proprijs filijs substitutus.*
5 *Substitutus per vulgarem dicitur directè succedere Testatori.*
6 *Ius dicendi de nullitate Testamenti Paterni tanquam inductum propter iniuriam filij, ipsius morte extingitur, nec ad hæredes transmittitur.*
7 *Declara hoc non procedere, quando filius decedit condito* Testamento *hoc enim casu dictus ius ad eius hæredes omnino transmittit.*
8 *Item declara hoc tantum procedere in hæredibus extraneis, non autem in filijs in quibus transmissio dicti iuris fit ipso iure etiam ab intestato.*
9 *Ius dicendi de nullitate* Testamenti *paterni ipso iure transmittitur etiam ab intestato in descendentibus filijs licet secus in hæredibus extraneis.*
10 *Dispositio* l. hac ædictali *non procedit solum fauore filiorum primi matrimonij sed etiam nepotum, & pronepotum ex vtroque sexu progenitorum.*
11 Positiones *plenam faciunt probationem, contra producentem.*
12 Nepos *ex filio primi matrimonij innatur, dispositione* l. hac ædictali, *ideoque potest ex propria persona agere contra Testamentum Auiæ absque eo quod Pater in eum aliquod ius transmittat.*
13 *Pręscriptio 30. annorum requiritur ad pręscribendum ius dicendi de nullitate Testamenti* Paterni.
14 *Scientia nullitatis Testamenti non probatur ex sola illius intimatione.*
15 *Filius primi matrimonij non censetur remisisse iniuriam matri, quę in eius Testamento Victricum instituit etiam si habuerit scientiam de nullitate* Testamenti, *& tacuerit.*
16 *Filia absque solemnitatibus statutarijs non potest remittera iniuriam matri, quæ in eius Testomento Victricum instituit.*
17 *Clausula* generalia contra *non solum excludit consensum, sed apertum dissensum, & contradictionem ostendit, ac praseruat ius excipiendi quandocunque.*
18 *Pręscriptio non currit, non valenti agere.*

DECISIO CCCIV.

NEpsit prius Clarix Costaccia Lucæ de Baronibus, ipsoque defuncto superstite Lucretia communi filia iterum, & secundo nupsit Io. Baptistæ Balestræ constituta dote scutorum bis mille, ac deinde condidit Testamentum, in quo suos hæredes instituit eius ventrem, omnesque alios filios tam masculos, quam fæminas nascituros ex ipsa, & d. Io. Baptista secundo viro, illisque non extantibus in vniuersa hæreditate vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum eundem secundum virum substituit.

Obijt postmodum ipsa Clarix, & vigore præfati Testamenti Io. Baptista Victricus omnia sua bona occupauit; nupertimè verò decessit etiam Lucretia instituta sibi vniuersali hærede Camilla Pellegrina eius filia, quæ productis coram A. C. instrumentis promissionis, & solutionis dictæ dotis Iudicium introduxit contra ipsum Io. Baptistam, seruatisque seruandis, ac legitimatis personis duo mandata executiua obtinuit, alterum scilicet pro tertia parte dictorum scutorum 2000. ratione legitimæ sibi de iure debitæ, alterum verò pro alia tertia parte iure coęqualis successionis cum ipso Victrico, à quibus interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula, *si quid exequendum*; Dubitaui. An mandata A.C. essent exequenda, & omissa illorum validitate, quæ non controuertitur, tota difficultas restricta fuit ad iustitiam, quia Io. Baptista principaliter opponebat, quod Camilla nullā haberet actionem petendi restitutionem d. dotis vti hæres ab in-
1 testato Claricis, ex quo ipsa decessit cum Testamento, cuius causa facit cessare causam intestati, *l. antequam, C. comm. de success. l. quamdiu potest ex Testamēto, ff. de acquir. hæred. l. 1. C. de secund. tabul.*

Sed ratione bene perpensa Domini hoc minimè obstante resoluerunt mandata A.C. fore exequenda ex aperta dispositione, *text. in leg. hac edictali, Cod. de*
2 *secund. nupt.* vbi cauetur mulierem secundo, vel vlteriori Viro nullo liberalitatis titulo, siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem in Testamento, vel Codicillis posse plus relinquere, quam vni ex filijs primi matrimonij, & si secus fecerit prius deducendam esse integram legitimam pro filijs dicti prioris matrimonij, deinde verò residuum inter eosdem fi-
3 lios, & Victricum æqualiter diuidendum; Ideoque dum Clarix in omnibus suis bonis Victricum substituit, vtique illud plus, quod in fraudem d. legis relictum fuit, pro non scripto habetur, & Camillæ eius Nepti competit primo loco detractio integræ legitimæ; deinde vero coæqualis portio remanentis hæreditatis, vt etiam non minus clare disponitur in *Auth. de nupt. §. optimè collat. 4.* & hanc sententiam

tanquam veriorem, & æquiorem sequuntur, Bold. in d. l. hac edictali, n. 20. & in l. vnica, num. 9. & 10. vbiq; Bart. nu. 2. & Castr. n. 4. C. de in aff. dot. Rip. in l. quartam, n. 219. ff. ad l. falcid idem Bart. cons. 22. n. 1. lib. 1. Castr. cons. 150. sub num. 1. vtrum soliem part. 2. Dec. cons. 245. n. 2. & 3. Rolan cons. 29 num. 11. lib. 4. Rim. iun. cons. 311. nu. 15. & cons 333. nu. 3. Aym. cons. 142. num. 4. & cons. 194. nu. 1. Ruin. cons 942. num 5. vers. quod autem lib. 5. Cephol. cons. 412. num. 6. & 20. vsq; ad fin. Surd. cons. 237. nu. 11. Fontan. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. tom. 2. n. 59. Facchin. contr. iur. libr. 3. cap. 70. vers. fundamentum est cum seqq. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 5. sub num. 34. vers. secunda pœna Grat. discept. for. cap. 463. nu. 1. & amplexa fuit, Rota coram Crescent. dec. 4. ad fin. de testam. alijsque antiquioribus omissis in Romana legati 27. Martij 1634. §. alteram fundamentum, & in Romana quarti datalis 15. Decembris eiusdem anni, & 15. Maij 1635. coram Eminentissimo D. Card. Hieronymo Verospio in fonentina dotis seu successionis 21. Febr. 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano in Vrbenetana restitutionis dotis 6. Febr. & 14. Decembris 1640. coram bo. me. Merlino 30. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Royos, & 4. Februarij 1643. coram R. P. D. meo Pentingerio in Romana successionis 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Corrado, & in Bonon. successionis 15. Martij 1647. coram R. P. D. meo Bichio.

Idque etiamsi Ioan. Baptista Victricus non fuerit
4 institutus, sed tantummodo proprijs filijs substitutus, quia nihilominus locum habet dispositio dictæ legis cum totalis ordinatio præfati Testamenti facta censeatur eius contemplatione animo illã fraudandi per text. in l. Sulpitius vers. si color. ff. de donat. inter vir. & vxor. Eugen. cons. 1. n. 31. lib. 2. & alij ad propositum relati in dicta Romana successionis 14. Iunij 1647. cor. R. P. D. meo Corrado, §. quia contraria vers. deinde fuit. Eoque magis in casu nostro, quo Victricus solus superstes tempore mortis vxoris in vim vulgaris vniuersam apprehendidit hæreditatẽ, quo fit, vt perinde habeatur ac si fuisset hæres insti-
5 tutus cum substitutus per vulgarem directè Testatori succedere dicatur per ea, quę tradit, Fusar. de substit. qu. 22. nu. 1.

Nec refert, quod Lucretia de præfata materna
6 dispositione nunquam conquæsta fuerit, & proindè ius dicendi de illius nullitate, vt potè introductum ob iniuriam, ipsius morte extinctum remanserit, nec transmissum fuerit ad Camillam eius hæredem, vt in simili dixit, Rota decis. 223. num. 7. 8. & 9. part. 5. recent.

Quia huiusmodi conclusio nonnullas patitur limitationes, quarum duæ applicantur casui nostro;
7 Altera scilicet quod non procedat quando filius decedit prout hic condito Testamento, cum hoc casu dictus ius ad eius hæredes omnino transmittat, vt distinguendo firmat, Bologn. in add. ad Matthesilan. de success. ob intest. artic. 2. nu. 25. inter tract. magn. tom. 8. par. 1. fol. mihi 326. Gabr. de secund. nupt. conclus. 3. num. 31. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. qu. 2. n. 13. cum duob. seqq. Altera vero, quod procedat tantummo-
8 do in hæredibus extraneis, non autem prout hic, in
9 filijs, & descendentibus, in quibus transmissionem dicti iuris fieri ipso iure etiam ab intestato defendunt in terminis dictæ l. hac edictali Aym. d. cons. 142 num. 2. Canc. var. resol. lib. 3. tit. de iuuent. cap. 2. n. 195. cum seqq. Gabr. vbi supra conclus. 4. n. 49. Trentacinq. dict. resolut. 5. sub num. 34. vers. septimo ius competens lib. 3. Modern. Venet. de transmiss. cap. 13. num. 2. cum sequentib.

Et cessat difficultas, quia textus in d. l. hac edictali,
10 & in d. §. optimè, non loquitur solum de filijs, sed etiam de Nepotibus, & Neptibus, pronepotibus, & proneptibus, ex vtroque sexu progenitis, vt in dict. l. vers. quam obseruationem. & in d. §. vers. Hoc idem obseruando; Ac proinde dum Camilla est filia Lucretiæ, & sic neptis Claricis Testatricis, vt fassus
11 fuit ipsemet Balestra in positionibus per eum productis Summ. nu. 4. quæ contra ipsum faciunt plenã probationem, vt dictum fuit in Arboren. pensionis prima Iulij 1647. coram Reuerendiss. D. Terracinen. §. Hac autem. Vtique nulla indiget transmissione,
12 sed etiam ex persona propria iuuatur dispositione dicti Textus, & consequenter dictas duas portiones Auitæ hereditatis consequi debet nedum tanquam hæres Lucretię, sed etiam tanquam neptis Testatricis in dict. legali dispositione explicitè comprehensa, & primum gradum successionis obtinens, vt bene animaduerterunt, Bertrand. in repetit. d. leg. hac edictali in d. vers. quam obseruationem, nu. 4. Ruin. cons. 8. num. 4. vers. & primo libr. 5. Fontanell. vbi supra d. claus. 5. d. gloss. 8. part. 4. n. 53. Molphes. ad consuetud. Neap. p. 3. qu. 18. n. 1. & per tot. Cancer. var. resol. d. cap. 2. n. 197. Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 34. n. 12. Surd. dec. 73. n. 11. cum alijs in puncto allegatis in dicto Bonon. successionis 15. Mart. 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. Pro cuius dubij resolutione cum seqq.

Ideoq; non releuat, quod ex longi temporis cursu cum subsequuta taciturnitate eiusdem Lucretiæ, vel huiusmodi actio præscripta fuerit, vel saltem inducta videatur tacita præfatæ iniuriæ remissio.

Præscriptio enim allegari non potest, quia à die obitus Claricis sequuti mense Februarij 1621. vsq; ad mortem Lucretiæ defunctæ mense Maij 1647. Summ. nu. 2. non intercessit cursus 30. annorum ad
13 præscriben. huiusmodi actiones necessarius l. licet, C. de iur. deliber. l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Roland. cons. 22. n. 45. lib. 2.

Tacita vero remissio multo minus deduci valet, tum quia non constat illam habuisse explicitam no-
14 titiam dictæ nullitatis, quæ non probatur ex sola intimatione testamenti, vt latè dixit, Rota in Romana de Marescottis 20. Mart. 1615. coram bo. me. Sacrato in recent. dec. 662. n. 3. part. 2. Tum quia tacitur-
15 nitas etiam cum scientia non sufficit, vt exinde dicta iniuria censeatur remissa per ea, quæ tradit, Modern. Venet. vbi supra dicto cap. 13. sub nu. 11. vers. quibus tamen non obstantibus vsque in fin. cum alijs per Add. ad bo. me. Buratt. decis. 82. lit. E. Eoque minus
16 cum Lucretia tanquam mulier illam nec expressè remittere potuerit absque solemnitatibus statutarijs, vt dixit, Rota coram bo. me. Buratt. d. dec. 82. n. 13. Tum denique quia dictæ intimationi expressè op-
17 posuit generalia contra, quæ sanè appositio non solum excludit eius consensum, sed apertum dissensum, & contradictionem ostendit, ac præseruat ius excipiendi quandocumque Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 81. n. 10. Caputaq. dec. 323. part. 1. Rota in recent. dec. 91. nu. 15. p. 6. Quæ tanto magis procedunt ad
18 fauorem Camillæ, cum ipsa non prius obtinuerit gradum primæ successionis, nec prius agere potuerit, quam post obitum dictæ Lucretiæ sequutum dicto anno 1647. & sic ab inde citra contra ipsam nullum tempus præscriptionis, nec aliqua taciturnitas allegari possit, cum ferè incontinenti Iudicium coram A. C. introduxerit.

Decisiones denique emanatas in causa Romana Domus 4. Maij 1646. & 27. Maij 1647. coram R. P. D. meo Meltio, in quibus deducitur validitas Testamenti, de quo agitur, dixerunt Domini non applicari casui nostro, quia emanarunt inter diuersas personas,

nas, ad diuersum effectum, & super diuerso articulo. Et ita vtraque, &c.

TERRACINEN. HÆREDITATIS.
Lunæ 21. Iunij 1649.
ARGVMENTVM.

Instantia super manutentione cæpta per defunctum transit in hæredem, eique manutentio debetur, etiã si nunquam actualem possessionem cæperit nec cõprehenderetur sub dispositione Statuti continuantis possessionem defuncti in hæredem, probata tamen per hæredem possessione defuncti, & ex quibus possessio probetur. Mobilia, quando præsumantur consumpta, & quis nam probare teneatur illorum non existentiam, & quid si mobilia essent solidiotis materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 147. *hæreditatem defuncti continuat in solos hæredes suos, non autem in extraneos.*

2 *Hæres si instantia super manutentione per defunctum fuit capta, illam prosequi potest, & probata possessione sui Authoris ex persona illius obtinere manutentionẽ eodem modo, quo ipse obtinuisset, si viueret, etiamsi ipse nunquam possederit.*

3 *Possessio probata contra defunctum ab eius hærede impugnari non potest.*

4 *Hæres impugnare non potest confessionem defuncti.*

5 *Statutum Ciuitatis dominantis, locum habet in Terra sita in eius districtu, in quo super eo, de quo agitur aliud particulare Statutum non existit.*

6 *Illatio non bene fit ex diuersis.*

7 *Mobilia, si vsque ad diem motæ litis decennium non effluxerit non docto concludenter de contrario, adhuc præsumuntur extare, & non censentur consumpta.*

DECISIO CCCV.

Dum Marcus iunior de Pasqualibus post iudicialem litis introductionem instabat pro propositione dubij, An ipsi esset danda manutentio in possessione bonorum hæreditariorum Marci senioris eius Patris morte præuentus ab intestato decessit; Vnde Lucretia Pantanella eius mater adita ipsius hęreditate huiusmodi Iudicium prosequuta fuit eiq; censuerunt Domini petitam manutentionem esse concedendam quoad medietatem bonorum Horatij Pasqualis illius Aui (in qua proinde consistunt omnia bona præfati Marci senioris eius Patris) licet enim ipsa actualem possessionem non cæperit, &
1 tanquam extranea iuuari non possit statuto Vrbis *lib. 1. c. 147.* in solos hæredes suos illam continuan-
2 te; Nihilominus, quia instantia cæpta per defunctũ transit in hæredem, illam prosequi potest, & probata possessione sui Authoris ex persona illius obtinere manutentionem eodem modo, quo ipse illam obtinuisset si viueret, *l. hæres absens, ff. de Iudic. DD. in cap. qua licet eod. tit. Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 1. n. 19. Menoch. de retin. remed. 3. n. 62. Rota penes Pacif. de Salutan. dec. 141. nu. 3. coram Buratt. dec. 935. sub num. 16. vers. secundo limitatur, & in Senogallien. Pradij 27. Iunij 1644 §. penult. & 28. Iunij 1645. §. quia hic versamur, coram R. P. D. meo Meltio.*

Possessio enim dicti Marci iunioris à Marino An-
3 gelo non controuertebatur, & concludenter probata fuit non solum ex propria confessione Liuiæ eius Auctricis emissa tam iudicialiter in quibusdam po-
4 sitionibus ab ea exhibitis *Summ. n. 3.* quam extraiudicialiter in eius instrumento dotali eodem *Summ. nu. 5.* quæ propterea ab eodem Marino Angelo illius hærede impugnari non valet *Rot. dec. 131. nu. 4. dec. 229. n. 3. & dec. 261. n. 7. p. 7. recent.* Sed etiam ex Testibus optimè concludentibus tam eius actualem apprehensionem cũ perceptione fructuum dict. *Summ. n. 4.* quam antiquam possessionem dict. Marci senioris eius Patris eodem *Summ. num. 1.* quæ in ipsum continuata fuit vigore supradicti Statuti Vr-
5 bis locum habentis in Terra Sermonetæ sita in eius districtu, in qua aliud particulare statutum super hoc non existit, vt in his terminis inter easdem partes responsum fuit in *Terracinen. fideicommissi 14. Decembris 1643. coram R. P. D. meo Otthobono, §. ad debant insuper.*

Obiectionem autem obtentæ retentionis per sententiam Rotalem latam *ab eodem R. P. D. meo Otthobono,* super medietate furni, super tumulis Terræ sitæ in contrata nuncupata il Campo, & in alijs tumulis in contrata lo Scitillo Domini non habuerunt in consideratione, quia prædicta sententia non loquitur de bonis spectantibus ab Bonifacium illius fratrem, & fideicommisso per eum constituto subiectis, vt clarius habetur in secunda decisione desuper emanata, *coram eodem D. meo 17. Februar. 1645.* quæ propterea nihil habent commune cum bonis dicti Horatij, de quibus hodie agitur, atque ideò ob im-
6 petratam retentionem super illis non bene infertur ad alia ad regul. *text. in l. Papinianus exulis ff. de minor. 25. annorum.*

Prout nec minus respectu mobilium suffragari
7 possit allegatæ consumptionis exceptio, quia cum agatur de mobilibus solidæ materiæ, & ab anno 1641. quo supradicta Liuia illa in dotem dederat ipsi Marino Angelo super explicita assertiua integræ ipsorum existentiæ; quodque pro indiuiso possidebantur cum dicto Marco seniore vsque ad diem motæ litis non effluxerit decennium non docto cõcludenter de contrario adhuc præsumuntur extare, & non censentur consumpta per ea, quæ dixit, *Rota dec. 338. n. 2. p. 5. recent. & in Anconitana dotis 4. Iulij 1640. coram me, §. Secundo vero spectet.*

Et ità vtraque &c.

TERRACINEN. FIDEICOMMISSI.
Lunæ 21. Iunij 1649.
ARGVMENTVM.

Sententia immissionis quæ ob non prosequutam appellationem elapso biennio contra hæredem grauatum transiuit in iudicatum, est exequenda fauore fideicommissarij in ijs corporibus, in quibus concurrunt probatio identitatis, & alia extrema ad id necessaria, non autem in ijs, quorum respectu immissio est iniusta ob non probatam identitatem, neque super eo, quod non probatur peruenisse ad manus grauati ex hæreditate fideicommittentis, & qualiter identitas bonorum iustificetur, & quasnam desiderer probationes adhunc effectum.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata ob non prosequutam appellationem incursu non potest exequi stante iniustitia.*

2 *Venditio, seu datio in solutum facta per fideicommissarium, si postea res vendita vsq; ad tempus executionis remanserit penes grauatum, censeri debet nullum habuisse effectum.*

3 *Instrumentum, quod non habuit effectum, perinde habetur, ac si celebratum non fuisset.*

4 *Fideicommissarius agens, tanquam principale, fundamentum suæ intentionis probare debet, quod bona super quibus petit immissionem, manserint in hæreditate fideicommittentis.*

5 *Immissio fideicommissario non competit identitate, & possessione fideicommittentis specificè, &* con-

concludenter non iustificatis.

6 *Sententia immissionis super corporibus, quorum identitas plenè non iustificatur, respectu illius partis redditur iniusta, quæ propterea in iudicatum transire nequit.*

7 *Identitas regulariter dignosci non potest, nisi exprimantur confinia.*

8 *Identitas vt iustificetur, non sufficiunt probationes generica, & æquiuoca sed debent esse specificæ, & indiuiduæ, quæ alijs conuenire non possint.*

9 *Hæres grauatus condemnari non potest, nec contra eum immissio concedi, nisi pro ijs rebus, quæ ex hæreditate fideicommissi ad ipsum peruenisse probentur.*

10 *In fideicommissi restitutione ea tantummodo comprehenduntur, quæ ad grauatum titulo hæreditario peruenerunt.*

11 *Hæres grauatus non attenditur quid petierit, & quid ei decretum fuerit à Iudice ad effectum probandi, quid ad eum peruenerit ex hæreditate fideicommissi, sed attenditur, quid realiter fuerit assequutus.*

12 *Fideicommissarius maximè si agat contra tertium vti detentorem bonorum fideicommissi detentor condemnari non potest, nisi pro ea quantitate, quam realiter fuit assecutus ex bonis fideicommissarijs.*

13 *Immissio fauore fideicommissarij concedi potest super rebus à tertio possessis, nisi tertius eui fuerunt vendita alio titulo, quam hæreditario retinere valeat.*

14 *Testis pro tertio examinatus non cogitur respondere interrogatorijs, quæ non concernunt substantiam depositionis, sed obiecta crimina eius personæ, ne cogatur propriam turpitudinem detegere.*

DECISIO CCCVI.

PEr obitum Liuiæ purificato fideicommisso q. Bonifacij Pasqualis ad fauorem Marci iunioris petijt ipse *coram R.P.D. meo Otthobono*, manutentionem, seu potius immissionem in bonis fideicommissarijs eiusdem Bonifacij retentis à Marino Angelo Drago hærede prædictæ Liuiæ vltimo loco defunctæ, sed denegata manutentione prauijs decisionibus sententiam immissionis obtinuit, & commissa mihi appellatione cum clausula, *sine praiudicio legitimæ executionis*, mandatum de immittendo expediuit, & deinde ad illius executionem deuenit. Verum elapso biennio, & causa appellationis per Marinum Angelum nullatenus prosequuta, nec prorogatis fatalibus; Ideò ad instantiam Lucretiæ Pantanellæ matris, & respectiuè hæredis dicti Marci iunioris interim defuncti discutiendum proposui. An constaret de re iudicata, quæ esset exequen. & eius affirmatiua resolutio ab eodem Marino Angelo in quatuor corporibus principaliter impugnabatur.

Primo scilicet, quoad Domum sitam intus Ciuitatem Sermonetæ, ex quo pro dimidia tantum consistente in tribus cubiculis, duabus aulis, & Cellanaria ad Bonifacium fideicommittentem spectaret pro altera vero medietate ad Horatium illius fratrem, & Liuiæ progenitorem, vt apparet ex instrumento diuisionis eiusdem inter fratres celebrate anno 1584. & ex instrumento dotali eiusdem Liuiæ *Summ. Lucretia, nu.4.* & 5. executio vero facta fuerit super septem stantijs, & sic super vnica stantia excedente dictam medietatem fideicomisso subiectam, & libere ad Horatium spectante, vt deponunt, Testes pro Marino Angelo examinati eius *Summar. num.3.*

Verum Domini ad effectum, de quo agitur huiusmodi exceptionem reiecerunt, quia sententia Rotalis expresse ex verbis restricta legitur ad prædicta tria cubicula duas aulas, & Cellam vinariam fideicommissaria Bonifacij, & in prædictis instrumentis contenta eodem *Summ. Lucretia, num.2.* Ideoque in ipsa quoad dictam Domum nullus considerari possit excessus, neque hoc prætextu de iniustitia re-
1 daegui pro impediendo effectum rei iudicatæ ob non prosequutam appellationem incursæ ad notar *in cap. concertationi de appellat. in 6. & in Auth. hodie, C. eod.*

Secundo respectu medietatis quatuor Tumulorũ Terreni in via del Campo ex eo quia ipsemet Marcus iunior illam consequutus fuerat, dum eam vendidit, & in solutum dedit Rocco Antonio, vt ex instrumento confecto 20. *Ianuar.* 1642. *d. Summ. Marini Angeli, num.7.*

Placuit tamen responsio, quod cum Marinus Angelus vsque ad diem executionis dictos quatuor tumulos integre possederit medietatem scilicet pro parte Horatij ad eum spectantem ex persona Liuiæ vxoris filiæ, & respectiue Creditricis eiusdem Horatij, & occasione dotis maternæ, alteram medietatẽ,
2 pro portione dicti Bonifacij censeri debet prædictã venditionem, seu dationem in solutum antecedenter factam nullum habuisse effectum ex doctrina, *Bart. in l. post contractum, n.4. ff. de donat. quam sequuta fuit,*
3 *Rota dec.460. n.5. p.5. rec.* Ideoque illius instrumentum perinde ac si celebratum non fuisset *Bald. in leg. cum precibus sub nu.1. vers. nota quod illud C. de probat, Cephal. conf.441. num.106. & seqq. Becc. conf.6. n.3. Rot. dec.623. sub n.5. vers. & consequenter part. 4. d. dec.460. n.6. p.5. & dec.460. n.15. p.8. rec.* cum alijs plenè congestis *in Perusina bonorum 29. May 1648. coram Reuerend. P.D. meo* Corrado, §. *Quia prætermissis circa fin.*

Tertio quoad alios tres tumulos Terreni in loco nuncupato *l'Arco*, quorum respectu Dominis visum fuit sententiam esse, iniustam, quia nullibi probatur
4 præfatos tumulos remansisse in hæreditate Bonifacij fideicommittentis prout omnino requiritur tanquam principale fundamentum intentionis fideicõmissarij agentis *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. Les qui incumbit, ff. de probat. l. actor quod asseuerat, Cod. eod. Aym. conf.61. n.6. Decian. conf.55. n.32. lib.4. Menoch. conf.740. n.10. Pereg. de fideicom. art.44. num.1. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib.7. tit.6. nu.5. Rot. in rec. dec.690. nu.9. p.8.* cæterisque plenè adductis in *Bonon. fideicommissi de Nascentorijs 16. Iun.1646. & 11. Febr.1647. coram R.P.D. meo Arguellio.* Identi-
5 tate autem, & possessione fideicommittentis specificè & concludenter non iustificatis non erat locus immissioni, vt in puncto respondit, *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. dec.201. n.1. & per tot. ac in dictis Bonon fideicommissi de Nascentorijs*, & consequenter
6 quoad illos sententia redditur iniusta, quę propterea in iudicatum transire nequiuit DD. *in l. quarta, §. Condemnatum, ff. de re ind. Card. Seraph. dec.1123. num.6.*

Nec refragatur, quod in supradicto instrumento dotali inter cætera bona hæreditaria Bonifacij describi leguntur tres tumuli terræ, ibi: *E più tre tumuli di terra, che s'ha impegnate Marco &c.* eodem *Summ. Lucretia d. n.4. in fin.*

Quia cum ibidem nulla adsit designatio loci, quo dicti tres tumuli siti reperiantur, neque expriman-
7 tur confinia, sine quibus identitas regulariter dignosci non potest, vt notat, *Bart. in leg. demonstratio falsa, n.14. ff. de cond. & demonstr. Castr. in l. si in nomine, n.4. C. de testam. Aym. conf.269. nu.3. Rota in dicta*

Bo-

Bonon fideicommissi de Nascentorijs 11. Febr. 1647. §. 2. illud prędium exindè concludi non valet, quod tumuli in eo descripti sint ipsi met de quibus agitur positi in Contrada dell'Arco, nisi aliis concludentibus probationibus huiusmodi qualitas plenè iustifi-
8 cetur. Ad effectum enim probandi identitatem non sufficiunt probationes genericæ, & æquiuocæ, sed debent esse specificæ, & indiuiduæ quæ alijs conuenire non possint, vt bene ad propositum respondit *Rot. in rec. dec. 295. num. 8. par. 1. coram Card. Caual. dec. 578. num. 1.* & plenius in fortioribus terminis *coram bo: me: Buratt. dec. 132. num. 8 ac in d. Bonon. fideicomm. de Nascenterijs §. non attento coram R. P. D. meo Arguelles.*

Quarto denique respectu 42. Vaccharum, quas Marcus Iunior in executione apprehendidie, & pariter quoad istas Domini existimarunt sententiam esse iniustam, quia licet ex testamento Bonifacij appareat in eius hæreditate remansisse Vacchas sexaginta non tamen constat, quod ad Marinum Angelum condemnatum peruenerint, imò probatur illas pro maiori parte fuisse venditas atque distructas per Marcum Seniorem præcedentem grauatum, ita vt decem tantummodò superessent tempore mortis illius, vt deponunt Testes d. *Summ. Martui Angeli n.* 5. Quorum depositiones optime comprobantur ea præfato Instrumento dotali, in quo idem dumtaxat numerus cum septem Vitulis fuit eidem Marino Angelo à Liuia Vxore consignatus *Summ. Lucretiæ num.*
5
9 4. Ideoque condemnari non potuit nec contra eum concedi immissio, nisi pro illis, quæ ex hæreditate fideicommissi ad ipsum peruenisse probentur *l. ex facto in princ. ibiq; gloss. in verb. sua, & in l. fideic ssiad S.*
10 *C. Treb.* In restitutione enim fideicommissi ea tantummodo comprehenduntur, quæ ad grauatum titulo hæreditario peruenerunt *l. & heredi 8. eum filiæ ff. de vulg. & pupill. l. 3. §. Vxor vbi Bart ff. de dol. priuil. l. sequens quæstio ff. de Legat. 2. l. debitor §. fin. ibiq. communiter DD. ff. ad Trebell. Bald. cens. 291. num. 1. lib. 5. Castr. cons. 448. nu. 3. par. 1 Angel. cens. 307. in fin. Surd. cons. 250. nu. 31. & dec. 271. num. 8 Crass. in §. fideicom. qu. 47. num. 1. Card. Mant. vbi supra dicte lib. 7. tit. 8. pariter num. 1.*
11 Petitio enim, & relaxatio mandati de immittendo nihil facit, quia ad istum effectum attendi non debet quid fuerit per Liuiam petitum, & illi decretum, sed quid realiter assequutum ad *text. in l. sciendum §. dictum, & §. ea autem sola ff. de edict. Bald. in l. multum interest sub num. 5. C. si quis alter vel sib. Rota in Rom. seu Maceraten. fideicom. de Gabusijs 26. Martij 1609. coram Oreno penès Modern. Perus. ad mannt. dec. 364. num. 7.* Idque eò magis dum actum fuit aduersus Marinum Angelum vti detentorem, qui propre-
12 reà condemnari non potuit nisi pro ea quantitate, quam verè, & realiter fuerat consequutus in Iuribus supra allegatis, & faciunt etiam tradita per *Peregr. de fideic. art. 6. num. 7. & à Fusar. de substit. quæst. 647. per tot.* Venditio verò deinde facta Roccho Antonino comprehendit tantummodò easdem met Vacchas, & Vitulas antecedenter in dotem Marino Angelo assignatas, super quibus proinde dumtaxat ad fauorem fideicommissarij immissio concedi poterat qua-
13 tenus per Marinum Angelum, cui fuerunt retrouenditæ, alio titulo, quam hæreditario validè retineri non valuissent ad *tex. in l. si res aliena in princip. ff. ad Trebell.* cum cæteris supra deductis.

Minusuè releuat, quod vnus ex dictis Testibus renuat certis particularibus Interrogatorijs respondere.

Quia prçter quod illius depositio bene corroboratur tùm ex alijs Testibus, qui supersunt tùm ex præfato Instrumento dotali superius ponderato, dum hodiè constat præfata Interrogatoria non concernere substantiam depositionis, sed obiecta crimina
14 eius personæ Domini responderunt non fuisse obligatū illis respōdere, ne propriam turpidinē detegere cogeretur *Post. in cap. cum causam n. 50. in fin. & ibi Ia: Andr. num. 10. de Test. Couar. pract. qu. cap 18. num. 7. Osasch. dec. Pedemont. 66. nu. 2. & 10.*

Atque ità exceptis Vacchis, & tribus tumulis Terræ in Contrada dell'Arco quoad reliqua resolutum fuit constare de re iudicata exequenda vtraque parte informante &c.

ROMANA SEV VELITERNA PECVNIARIA.

Ven. 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Argumentum patet ex summmario.

SVMMARIVM.

1 *Assertio debitoris absente creditore facta, nullam fidem meretur.*

2 *Diuersitas contractuum, & obligationum arguitur ex diuersitate summæ, temporis, & personarum.*

3 *Quantitas non censetur comprehensa in altera simili quantitate stante diuersitate contractuum, & obligationum, temporis, & personarum.*

4 *Taciturnitas in non petendo creditum non præiudicat creditori si nulla adsit præscriptio.*

DECISIO CCCVII.

Contra resolutionem coram me emanatam 1. Februarij proximi prçteriti, in qua dictum fuit Alcidē Teneri ad restitutionem sc. 920. fuit tantummodò opposita illorum præsumpta restitutio, mediante comprehensione similis quantitatis in sorte principali Census scut. 3500. quem Eleuterius Alcidis frater imposuerat, & vendiderit Francisco de Philippis illorum creditori. Ea eo prçcipuè quod in Instrumento impositionis dicti Census idem Eleuterius asseruit recepisse illius pretium, mediantibus duobus ordinibus, altero scilicet scut. 2500. directo Bancho illorum de Bonannis, & altero scut. 1000. directo Ministris Sacri Montis Pietatis Vrbis *Summ. Alcidis n. 1.* & tamen ex reuolutione librorum eiusdem montis appareat nullam solutionem fuisse factam dicto Eleuterio, nisi supradictam scut. 920. in manibus Alcidis eius fratris eodem *Sum. nu. 2. & 3.* itaut fatendū sit dictas pecunias cessisse in partem pretij dicti Census.

Sed hoc non obstante Domini steterunt in decisis quia præter quod Eleuterius verisimiliter errare potuit, enunciando montem Pietatis pro aliquo alio Bancho mercatorum Vrbis; Cum huiusmodi asser-
1 tio facta fuit ab ipso debitore absente Francisco creditore nullam fidem meretur *l. 1. C. de probat. l. assecuratio C. de non numer. pecun. Burett. dec. 199. num. 6.*
2 & semper subsistit responsio decisionis, quod attenta diuersitate summæ temporis, & personarum,
3 arguatur etiam diuersitas contractuum, & obligationum, ac per consequens præsomi non valeat vnā quantitatē fuisse comprehensam in altera ex deductis per *Ias. cons. 87. per tot. Surd. cons. 80. num. 9. cum seqq. Menoch. de arbitr. cas. 218 num. 11. 19. & 22.* ibidem relatos *& fin. & dixit Rota in Rom seu Camerinen. pecuniar. 6. Febr. 1626. cor. Rembolde.*

Nec quicquam facit allegata taciturnitas Francisci in repetendo huiusmodi suo credito, quia cum
4 nulla adsit præscriptio, vt animaduertitur in præcedenti decisione sola taciturnitas creditori non prç iudicat per ea, quç dixit *Rot. dec. 149. num. 8. part. 1. recent.* Et ita, &c.

SPO-

SPOLETANA BONORVM.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Immissus à Iudice, ritè, & rectè procedente debet manuteneri contra anteriorem possessorem, quem Iudex sic procedens sua possessione priuauit. Appellatio non admittitur à breuitate termini ad probandum. Iudex in casu non appellabili deferendo appellationi, cum clausula, *si*, *& in quantum*, non petita vlteriori responsione de Apostolis, nec causa alteri commissa, suam Iurisdictionem sibi præseruasse dicitur, ad exequutionem ritè procedit. Iniustitia sententiæ Immissionis ad effectum impediendi manutentionem immisso, non potest ex nouis probationibus manifestari, sed debet notoriè iustificari ex eisdem actis, & adeo debet esse ad hunc effectum manifesta, & notoria, vt nullo velamine, possit offuscari.

SVMMARIVM.

1 *Iudex rite, & recte procedens, priuat anteriorem possessorem sua possessione, & illam transfert in immissum ab eo.*

2 *Manutentio conceditur immissa à Iudice rite, & recte procedente, contra anteriorem possessorem.*

3 *Appellatio non datur à breuitate termini ad probandum.*

4 *Clausula,* si, & in quantum, *operatur, vt Iudex non censeatur admisisse appellationem, si de iure non erat admittenda.*

5 *Appellans, nisi infra 30. dies ab interpositione Appellationis prò responsione non redijt, nec causam alteri committi curauit, appellationi renunciasse censetur.*

6 *Appellans nisi infrà 30. dies ab interposita appellatione causam alteri committi curauerit perinde habetur ac si nunquam appellasset.*

7 *Iudex in casu non appellabili deferendo appellationi cum clausula,* si, & in quantum *non petita vlteriori responsione de Apostolis, nec causa alteri in tempore commissa, suam Iurisdictionem sibi præseruasse dicitur.*

8 *Iniustitia sententiæ pro impedienda manutentione Immisso Authore Prætore rite, & recte procedente ex nouis probationibus manifestari non potest.*

9 *Sed ad istum effectum iniustitia immissionis debet ex eisdem actis iustificari, & ex probatis in processu illius.*

10 *Iniustitia immissionis ad effectum impediendi manutentionem immisso debet esse adeo patens, & notoria, vt nullo velamine offuscari possit.*

11 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes, non attenduntur pro impedienda manutentione immisso Authore Prætore, rite, & recte procedente.*

DECISIO CCCVIII.

PLacuerunt Dominis fundaméta resolutionis emanatæ coram Reuerendiss. D. Terracinen. 1. Iulij 1647. in qua dictum fuit, dandam esse manutentione Felici Immissæ aucthoritate Iudicis de partibus in possessionem bonorum, de quibus agitur ex *remed. l.fin.C.de edict. Diu. Adr.toll.* & ideò coram me in eius locum subrogato steterunt in decisis; Cum
1 enim dictus Iudex ex probatis in præfata decisione
ritè, & rectè processerit priuauit Iosephum sua Anteriori possessione, & illam transtulit in Fælicem
2 sic immissam, cui proindè concedi debet mandatum
de manutenendo ad *Tex.in vulg l.iustè possidet ff.de acquir. possess.*

Nèc subsistit nullitas nouiter obiecta ob suspensam Iudicis iurisdictionem per appellationem interpositam à breuitate termini ad probandum.
3 Quia cum ab huiusmodi breuitate nō daretur appellatio, vt docet *Bart.in l.2.sub num.24. qu.2.ff.de appell.recip.Bellamer.in cap.super eo qu.20.sub nu.22. de appell.* quos refert, & sequitur *Scacc.hoc tract.lib. 3.cap.2.qu.17.lim.47. membr.1.num.26.* Et Iudex de partibus illi non detulerit simpliciter sed cum clau-
4 sula *si, & in quoatum,* quæ operatur, vt non censeatur illam admisisse si de Iure non erat admittenda *Franc.in cap.cum appellationibus §.si verò numer.11. vers.2.limita de appell.in 6.Socein.Iun.cons.18.nu.15. lib.1. Roland. à Valle cons.77. num.18. vers.Alias si admittenda non erit.lib.2.Hond.cons.21. num.19.vers. vndè quia positiones vol.1.& cons.22. num.12.vol.2. Lancell.de attent.tit.de affect.& Innon. appell. pend. par.2.cap.12.limit.1.num.82.& 83.Scacc.de appell.d. qu.17.limit.6.membr.7.num.100.vers.quare si appellatio cum seqq.* Nèc respondisse de Apostolis *Card.Zabarell.in clem.quamuis, §.quod si Iudex num.4. de appell.Marches.de commiss.par.2. cap.1. num.80.* Dùm
5 Ioseph infra 30.dies ab illius interpositione pro huiusmodi responsione non rediit nec causam alteri committi curauit dictæ appellationi renunciasse videtur *capit.ab eo de appell.in 6.d.clem. quamuis §.verum eod.tit.specul.tit.de Apost.in rubr.sequitur videre num.13.vers.debet autem lib.4.Cresc.decis.2.num.3.de appell.Scacc.eod.tract.lib.3.cap.2.qu.12.art.3.num.24 vers.infero 2.bon.mem: Buratt.dec.556. num.1.ibique Add.lit.A.* cum alijs per *Add.ad* S.M. *Greg.dec.573.*
6 *num. 12.* Et perindè habetur ac si nunquam appellasset *Franch.in cap.1.sub num.3. vers.2.debent de appell.in 6.Cassad.dec.8.nu.9.vers. quicumq; ergò eod. tit.Add.ad Rot.dec.50.lit.A.pariter de appell. in nou. Scacc.vbi proximè d.qu.12.d.art.3.ante num.25. vers. vel censetur, & art.4.sub num.38.§.respondeo non esse vers.verumtamen inquit,* Itaut per consequens ipsius iurisdictio nullatenus suspensa remanserit, sed
7 validè potuerit ad vlteriora procedere, cum in casu non appellabili Iudex deferendo appellationi cum dicta clausula *si, & in quantum*, ac non petita vlteriori responsione de Apostolis, nec causa alteri commissa, suam iurisdictionem sibi præseruasse dicitur, ex *theor.Bald.in l.edita num.98.vers.Ista tamen verba C.de eden.in repet.patauin. Roland.à Vall. d.cons.77. d.num.18.vol.2.Scacc.* loco superius allegato *d. q.17. lim.6.membr.7.num.100.*

Minusuè obstat iniustitia denuo repetita, tum ex antiquiori fideicommisso Ioannis, Tùm ex dispositione *l.Marcellus, §.res quæ ff. ad Trebell.*

Quia cū huiusmodi pretentiones productæ, & oppositæ non fuerint coram ipso Iudice prioris Instan-
8 tiæ, eius sententia ex ibidem deductis, redditur omninò iusta, & proindè ex nouis probationibus, non potest de iniustitia redargui pro impedienda manutentione immisso Authore Prætore, ritè, & rectè, procedente ad istum enim effectum illius iniustitia
9 debet notoriè iustificari ex eisdemmet actis, & probatis in processu illius, vt præter adductos in *d. dec. emissa coram Reuerendiss. D.meo Terracinen.§.nec fecit, respondit Rota coram Card.Caual.dec.597.num.3. in Auximana* Census 10.Maij 1638.*coram bo.me: Coccino, & in Rom.Saluiani 18.Ianuarij 1647.coram R.* P.*D.meo* Royas, *§.in omnem casum.*

Nèc subsistit, quod dicta Iura ibidem producta non fuerint, ex quo dictus Iudex præcipitanter processit nullis datis dilationibus ad probandum.

Quia contrarium apertè conuincitur ex facto optimè ponderato in præfata *dec. §. nec adducta nullitates*, vbi Iustificatur, quod lis in partibus contestata fuit 2.*May* 1642, indequè decretis quampluribus dilatio-

lationibus, & signanter secunda, & 21. *Iunij, ac pri-*
ma Decembr. eiusdem anni, non prius pronunciatum
fuit, quam de mense Augusti 1644. Vndè euidenter
apparet Iosephum commode potuisse illa ibidem
exhibere, & tàm longo tēporis cursu suas pretensio-
nes instruere; cessatque omnis difficultas, quia cum
huiusmodi Iura non sint omninò clara, sed reddan-
tur admodùm turbida ex responsionibus datis ab
informantibus pro Fælice, etiam si deducta, & pro-
ducta fuissent in prima instantia nullatenus suffragа-
ri possent pro retardanda petita manutentione cum
10 ad istum effectum iniustitia debeat esse adeò patens
& notoria, vt nullo velamine offuscari possit, nec
11 sufficiunt exceptiones altiorem indaginem requi-
rentes, vt responsum fuit in *Rom. de Bombellis* 31.
May 1613. *coram Card. Sacrato penès Modern. Perus.*
de manut. dec. 9. num. 19. cum seqq. sæpissimè appro-
bata, vt in decisionibus pleno calamo relatis in *Se-*
rogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. *coram* R. *P. D. meo*
Corrado, §. fin.

Et ita vtraque &c.

FANEN. DOTIS.

Luna 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ est Actrix pro restitutione suæ dotis non potest agere contra bona fideicommissaria, quando illa sunt pænes fideicommissarium ex *remed. Auth: Res quæ C. comm. de leg.*, nisi concludenter iustificet bona libera eius Viri non existere, vel non sufficere pro huiusmodi restitutione Detractiones legitimę, et Trebellianicæ stantibus alienationibus factis ab hæredibus grauatis iuncta omissione inuentarij præsumuntur consumptę.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ est Actrix, si bona fideicommisso subiecta existans penes Fideicommissarium contra illa agere non potest ex remedio subsidiario* Auth. Res quæ, *nisi concludenter iustifices bona libera eius Viri non extare, vel non sufficere pro restitutione suæ dotis.*

2 *Vxor tenetur restituere omnes fructus, quos percipit ex hæreditate Viri ob transitum ad secunda vota contra expressam mentem eiusdem Viri.*

3 *Hæres fideicommissarius potest opponere mulieri contra eum agenti restitutionem fructuum hæreditatis quàm ipsa debet alteri hæredi, vt eos mulier imputare debeat in satisfactione dotis, ne sit locus remed. subsidiario* Auth. Res quæ.

4 *Detractiones legitimæ, & Trebellianicæ censentur consumptæ ex alienationibus factis ab hæredibus grauatis iuncta omissione inuentarij.*

5 *Decisiones Rotæ præcedentes, quæ amplius non discutiuntur in noua disputatione super alio dubio semper veniunt supponendæ.*

DECISIO CCCIX.

ITerum Domini existimarunt mandatum A. C. re-
laxatum ad fauorem Victorię Castracanæ pro resti-
tutione suæ dotis contra bona hæreditaria Raynerij
eius primi Viri non exequendum contra bona fidei-
commissaria q. Hieronymi sen. de Nulphis, ideò ste-
terunt in decisis 4. Iulij 1646. cum enim ipsa sit Ac-
1 trix, & bona subiecta fideicommisso existant penes
fideicommissarium contra illa agere non potest ex
remedio subsidiario *Auth. Res quę, C. comm. de legat.*
nisi concludenter iustificet bona libera eius Viri nó
existere, vel non sufficere pro huiusmodi restitutio-
ne, vt præter relatos in d. decisione firmauit *Rota*
coram s. m. Greg. decis. 543. num. 2, & dictum fuit in
Rom. fideic. de Compagnolis 8. Febr. præteriti coram R.
P. D. meo Pentingerio §. quo verò ad Dotem.
Quæ quidem negatiua tantùm abest, quod ab ip-
sa probetur, quinimò constat de contrario ex ponde-
ratis in *d. dec. §. idq; eo facilius, & §. deniq; animaduer-*
terunt, ex quibus apparet quod ipsa ex bonis liberis
sui Viri exegit à Baccellis illius debitoribus sc. 369.
95. mo. Rom. consequuta fuit rubra 37. frumenti va-
loris scutor. 260. & retinet duo prædia valoris aliorũ
scutor. 1645. 10. *Summ. Hieronymi præterita positio-*
nis num. 4. 8. & 10. Quod ex inuentario bonorum
hæreditariorum illius ab ipsamet Victoria confecto
probetur in ea adesse quamplura mobilia non mo-
2 dici valoris, *eod. Summ. num 2.* & insuper quod ipsa
teneatur restituere eidem hæreditati omnes fructus,
quos percepit ex dictis bonis hæreditarijs ob transi-
tum ad secunda vota contra expressam mentẽ eius-
dem Viri Testatoris. Parùm obstante, quod huius-
modi restitutio fieri debeat Lauræ Cohęredi, & ideò
opponi non possit à Hieronymo fideicommissario
3 cum hoc possit ad effectum, vt eos imputare debeat
in satisfactionem Dotis, itaut proinde non sit locus
remedio subsidiario d. *Auth. Res quæ.*
Cæterum exceptio detractionum legitimę, & Tre-
4 bellianicæ non fuit habita in consideratione, quia
illæ præsumuntur consumptæ ex alienationibus fa-
ctis ab hæredibus grauatis, iuncta non confectione
inuentarij, vt ad istas met detractiones responsum
fuit in *Fanen. fideicomm. 27. Iunij 1646. coram R.* P. D.
meo Royas, §. nec poterant, Cum enim huiusmodi ex-
ceptio eadem ratione semel reiecta fuit hodie iterum
5 opponi non potest; cum iuxta stylum Tribunalis,
præcedentes decisiones, quæ amplius non discutiũ-
tur in noua disputatione super alio dubio semper
veniant supponendæ, vt dictum fuit *coram bo: mem:*
Buratt. dec. 744. num. 3. in rec. decis. 604. num. 4. part. 5.
& alibi passim.

Et ita vtraque &c.

FIRMANA CODICILLORVM.

Lunæ 15. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Legatum Vxori relictum de Vsufructu hæreditatis quod regulariter ad alimenta restringitur extantibus filijs communis matrimonij secundum Bulgari consuetudinem, hic limitatur stantibus coniecturis de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus Vxori relictus ex* Bulgari *consuetudine restringitur ad Alimenta superexistentibus filijs communis* Matrimonij.

2 *Declara ab hac consuetudine recedi quando ex coniecturis apparet de voluntate Testatoris.*

3 *Vsusfructus Vxori relictus etiam filijs communis matrimonij superexistentibus non restringitur ad alimenta quando Testator reliquit Vxorem Dominam, &* Madonnam, *& Vsufructuariam vniuersæ eius hæreditatis.*

4 Verba, Dominam, Madonnam, & Vsufructuariam, *impediunt restrictionem vsusfructus ad Alimenta, quæ secundum Bulgari consuetudinem fieri deberet.*

5 *Vsusfructus* Vxori *relictus non restringitur ad Alimenta, quando Testator, de alimentis, & vsufructu fuit discretiuè locutus.*

6 *Vsusfructus* Vxori *relictus non restringitur ad Alimenta, quando dispositiones sunt diuersæ, & prima specificam mentionem facit de alimentis, secunda vero de vsufructu vniuersali.*

7 *Vsusfructus relictus vxori in Codicillis non restringitur ad alimenta, quando Testator in principio codicillorum explicitè professus fuit eos ideo conficere, vt declararet amorem beneuolentiam, & charitatem erga eius vxorem.*

8 *Dispositio latius, & fauorabilius debet prò eo interpretari erga quem Testator apertè dixit habere beneuolentiam, & amorem.*

9 *Verba satis est, quod aliquod operentur, & in aliquo casu verificari possint ad euitandam superfluitatem.*

10 *Onus conuiuendi, & commorandi cum filio iniunctum vxori à Testatore, substantialiter præsefert onus illum alendi.*

11 *Legatum quid comprehendat, benè dignoscitur ex qualitate oneris iniuncti.*

12 *Vsusfructus vxori relictus restringitur ad alimenta, quando Testator simpliciter legauit vsumfructum, tum solis verbis omnium, & singulorum bonorum.*

13 *Secus vbi concurrunt discretiuus modus disponendi, verba vniuersalia geminata, & reiterata, & alia coniectura contrarium suadentes.*

14 *Vsusfructus vxori relictus censetur restrictus ad alimenta, ne Pater vxoris, quem Testator quarelauit possit consequi aliquod emolumentum ex vsufructu legato.*

15 *Declara hoc non procedere contra vxorem, quam Testator vocauit dilectissimam.*

16 *Vsusfructus vxori relictus quando reducitur ad alimenta, ex Bulgari consuetudine huiusmodi reductio non est perpetua, sed temporalis, donec scilicet Fily communis matrimony naturaliter viuant.*

17 *Secus autem filyi defunctis, & extraneo succedente, tunc enim vxor legataria consequitur vsumfructum eodem modo, quo consequuta fuisset si nulli fily extitissent.*

18 *Vsusfructus vxori relictus cum conditione commorandi, & conuiuendi cum Filio censetur relictus contemplatione filii, & ideo expirat sequuta morte ipsius.*

19 *Testator exprimendo prius affectionem erga vxorem, deinde erga Filium, verisimiliter præsumitur, vel quod principaliter respexerit ad vxorem, vel saltem personam vtriusque æqualiter contemplauerit.*

20 *Vsusfructus vxori relictus cum onere habitandi cum filio non extinguitur per mortem ipsius, quando Testator non contemplauit potius personam Fily, quam vxoris.*

21 *Vsusfructus non extinguitur, nisi per obitum illius cui fuit relictus, quando specialiter Testator respexit tempus illius vitæ.*

22 *Vsusfructus vxori relictus cum onere habitandi cum filio non censetur relictus intuitu ipsius Fily, nec extinguitur per eius mortem, extinguitur quando fuerunt adiectæ aliæ conditiones, & onera personæ vxoris cohærentia, nempe viduitatem, & similia.*

23 *Pater potest recipere restitutionem dotis Filiæ viduæ, diuerso modo, quo eam constituit dum salua remaneat eiusdem dotis mensura.*

24 *Verba sententiæ sunt intelligenda singula singulis referendo ad tenorem petitionis.*

25 *Amplia quamuis Iudex, vel Notarius vnicam dumtaxat causam expresserit.*

26 *Legatarius non tenetur implere conditionem legato adiectam, antequam illud realiter, & pacifice consequatur.*

27 *Legatarius non parendo conditioni legato adiecta, non potest dici constitutus in mora damnabili antequam legatum realiter consequatur.*

28 *Legatarius qui non paruit conditioni per Testatorem adiectæ non priuatur legato nisi sit in mora damnabili.*

29 *Matrices, seu Sbozzi ex stylo Notariorum non solent conseruari, sed extenso Instrumento in publica forma ac eo redacto in Prothocollo, lacerantur.*

30 *Testamentum ex disp. cap. cum esses de Testament. Etiam si sit simplex scriptura sustinetur examinatis futuriter Parocho, & duobus Testibus Testamentarijs.*

DECISIO CCCX.

IN hodierna propositione super resolutis coram me, 1. Martij præteriti informantes pro Ven. Monasterio S. Martæ Ciuitatis Firmanæ eadem repetierunt, quæ alias per eos adducta fuerunt, & in præcedenti decisione iure optimo reprobata; Ideo Domini ijs non obstantibus steterunt in decisis.

1 Iterum siquidem non obstare visa fuit opinio Bulgari consuetudine vniuersali recepta, quæ superexistentibus filijs communis matrimonij legatum vsusfructus vxori relictum ad alimenta restringit, vt refert *Gloss. in Auth. hoc locum, verb. derogari vers. sed secundum Cod. de secund. Nupt. Rot dec. 748. num. 1. & 2. par. 4. diuers. & coram s.m. Greg. dec. 460. num. 7.* Nàm
2 ab ipsa recedimus ita suadente Testatoris voluntate ex adductis per *Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib 9. tit. 7. num. 20. Castill. de vsufruct. cap. 45. num. 10. Ciriac. contr. 142. num. 1. vers. tamen, & seq. Rot. decis. 241. n. 13. par. 5. rec. Add. ad s.m. Greg. d. decis. 460. sub n. 17.* cum alijs relatis in decisione huius causæ edita 25. *May 1648. coram R.P.D. meo Ottobono, 5. minusq; releuat, & in d. præcedenti dec. cor. me. §. quia ab huiusmodi.* Quæ in casu nostro satis manifestè dignoscitur, tùm ex verbis Codicillorum, tùm ex discretiuo modo disponendi, tùm etiam ex coniecturis nouiter perpensis eam plenè conuincentibus.

3 Ex verbis Codicillorum, quia Testator in ipsis reliquit Dianam eius Vxorem, Dominam, & Madonnam, & vsufructuariam omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ ipsius hæreditatis. Huiusmodi enim dispositio reiteratis, & geminatis verbis vniuersalibus concepta non recipit restrictionem ad alimenta, sed plenarium designat vsumfructum, vt probant *Socc. sen. cons. 1. num. 11. vers. vndè primo facit lib. 4. cæterique adducti in d. decis. coram me d. §. quia ab huiusmodi, vers. ponderando præsertim, & vltra eos Gozzadin. cons. 47. num. 5. Rimin. Iun. cons. 322. num. 3. cum seqq Surd. cons. 218. num. 6. & seqq. sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 10. sub num. 71. vers. vltra eum potest comprobari fol. mihi 414.* dicens, quod
4 ista verba geminata, & reiterata impediunt restrictionem, quæ alias fieri deberet secundum consuetudinem Bulgar, *Card. Mant. d. tit. 7. num. 24. & 32. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt 139. nu. 54*

Ex discretiuo modo disponendi; Quia quando voluit eidem vxori sola alimenta relinquere, vsus fuit alijs verbis id specialiter exprimentibus, vt legitur in Testamento ab ipso antecedenter confecto, ibi, *E dargli quel tanto, che gli farà bisogno per vitto, e vestito &c.* & ibi, *gli si debba dare il sopra più per vitto, e vestito &c.* Vndè dùm in Codicillis posteà conditis Sermone diuerso, & longè ampliori loquutus fuit expressè relinquens vsumfructum omnium, & singulorum bonorum, & vniuersæ eius hæredita-
5 tis, ex hac profectò discretiua, & differenti loquendi forma apertè conuincitur, quod non alimenta simpliciter, sed plenum, & integrum vsumfructum

eidem

eidem vxori relinquere voluit, vt benè in punctuali-
bus terminis firmant *Castr.cons.218.nu.1.lib.1.Alex.*
cons.56.sub num.1.vers.& in indiuiduo libr.3. & cons.
214.num.13.lib.6.Rimin.sen. cons.456. num.12. Bero:
cons.34.num.5.lib.1.Dec.cons.454.sub num. 2. vers.ex
tali enim distinctione Aym.cons.32.sub numer.1.& seq.
Sim.de Prat.vbi supra d.dub.10.num.72.Surd.de alim.
tit.2.qu.15.sub num.129.Card.Mant.d.tit.7. num.15.
in fin.vers.verum enim verò Menoch.d.præsumpt.139.
num.44.Benintend.dec.98.num.1.vers.ad hoc tamen,&
dictum fuit in *d. Romana hæredit. de Fabijs 13. Maij*
1646.coram R.P.D. meo Ottbobono §.vlterius , ac in
dictis præcedentibus decisionibus locis supra allegatis.

Nec facit , quod huiusmodi posterior dispositio
etiamsi restringatur ad sola alimenta , nihilominus
non fit plenè inutilis , sed aliquid operetur , vltra
id, quod fuerat in Testamento ordinatum , cum ex
ipsa Diana haberet præeminentiam , & eximeretur
ab onere conferendi , & computandi fructus dota-
les.

Quia (vt responsum fuit in altera decisione §.*id-*
que etiamsi) vis in eo consistit , quod diuersa forma
loquendi demonstrat Testatorem voluisse diuersam
facere dispositionem circa substantiam, & quantita-
tem relicti, atque ideò eam verbis adeò amplis , &
reiteratis concepit , vt congruè restringi non posset
ad alimenta , quæ solum in Testamento reliquerat ,
vndè non sufficit aliqualis operatio , nisi relictum
extendar ad integrum, & plenarium vsumfructum.
Ponderando præsertim , quod si intellexisset Testa-
mentariam dispositionem reperere addita dumtaxat
præeminentia , & reiecta fructuum imputatione ,
facilius sibi fuisset adimere imputationis huiusmodi
conditionem , & addere facultatem percipiendi ali-
menta propria auctoritate , quæ præeminentiam
6 importat, ideò cum dispositio posterior diuersam à
præcedenti præferet relicti formam de victu , & ve-
rum ad vsumfructum omnium , & singulorum bo-
norum , & vniuersæ hæreditatis verius extendendam
esse existimarunt Domini , & Codicillare relictum
intelligi de pleno vsufructu formali,iuxta propriam
verborum significationem , & Testatoris mentem ,
quæ fuisse censetur , vt in sui vniuersalitate præsta-
tionem dicti plenarij vsusfructus totaliter operetur,
vt concludit *Castr.d.cons.218.sub d.nu.1.in fin. vers.*
verbum namque lib.1.Rim.Sen.d.cons.456.à numer.8.
per tot.& num.12.Rim.Iun.d.cons.321. ante num.10.
vers.Sed interposuit.

7 Ex coniecturis denique quorum prima desumitur
ex declaratione Ipsius Testatoris , qui in principio
Codicillorum explicitè professus fuit eos ideò con-
ficere, vt declararet Amorem, & beneuolentiam ,
& charitatem erga prædictam eius Vxorem, ibi, *Ad*
declarandam modo amorem, beneuolentiam, & charita-
tem , quam vt æquum est , habuit , & habet erga D.
Dianam nunc ipsius vxorem &c. Quæ sanè aperta
8 dilectionis , & charitatis declaratio arguit animum
pinguius ad eius fauorem disponendi , & per conse-
quens operatur , vt latius , & fauorabilius in illius
beneficium huiusmodi dispositio debeat interpreta-
ri , vt per *Text.in l.in Testam.ff.de fideicomm. liber.in*
l.si seruus plurium §.fin. ff.de legat.1. & in l. Aurelius
§.Titius Testamentum ff.de liber. legat. ad propositum
arguit Dec.cons.601.num.6.Surd.cons.493.sub num.6.
vers.& hæc interpretatio Menoch.præsumpt.123.nu.7
& seqq.lib.4.Benintend.d.dec.98.num.8.Card. Seraph.
dec.240.sub num.1.Adden.ad dec.636.sub num.65.&
seqq.par.8.rec.

Idq; etiam si ibidem non solum expresserit amo-
rem, & beneuolentiam ergà vxorem, sed etiam er-
ga filium.

Quia ob amorem vxoris addidit relictum pleni
vsusfructus , & detraxit onus imputandi fructus do-
tales ob amorem verò filij apposuit onus eidem v-
xori iniunctum conuiuendi,& commorandi cum eo,
& conditionem , quod non illa solum, prout in Te-
stamento ordinauerat,sed Pater etiã, & quiuis alius,
ad quem spectaret dotem recuperare , illam recipe-
re teneretur in eisdem bonis ipsi Testatori assignatis
& consequentèr exindè non eneruatur ius pondera-
9 tæ coniecturæ cum regulariter sufficiat, quod verba
aliquid operentur , & in aliquo casu verificari pos-
sint ad euitandam superfluitatem per ea , quæ dixit
Rota dec.446.num.4.& dec.527.num.8.par.4.rec.

10 Secunda elicitur ex prædicto onere conuiuendi,&
commorandi cum filio , quod substantialiter præse-
fert onus illum alendi, vt in simili voluit *Bart. cons.*
4.nu.3.in fin.lib.1. Quod equidem non potuisset im-
pleri, si alimenta tantùm ipsi vxori necessaria relicta
fuissent . Ideòque eo magis arguit plenum vsum-
fructum Testatorem eidem reliquisse, vt ex eo filium
11 quoque alere posset . Ex qualitate enim oneris in-
iuncti benè dignoscitur quid fuerit in legato com-
prehensum ad *text.in l.mania §.fin.ff.de ann.leg. Gio-*
nagn.cons.63.num.39.lib.1.Sard. cons.493.sub num.4.
vers.& ex qualitate . & in tract.de aliment.tit.2 q.3.
num.8.Card.Mantic.vbi supra lib.6.tit.12.sub num.1.
cum seqq.

Indequè non applicantur deducta *coram Crescent.*
dec.5.de Testam. cum alijs pro contraria opinione
12 allegatis . Procedunt enim in casu , quo Testator
simpliciter legauit vsumfructum cum solis verbis
omnium, & singulorum bonorum , vt in dicta *dec.5*
13 *ante num.3.* Secùs autem vbi prout hic , concurrit
discretiuus modus disponendi inter vnam , & alterã
dispositionem addita fuerunt verba adeò vniuersa-
lia geminata, & reiterata, ac adsunt coniecturæ su-
perius ponderatæ , ijs enim saltem omnibus simul
iunctis plenarium vsumfructum deberi punctualiter
probant omnes superius congesti .

Nèc contrarium suadetur ex coniecturis ab alte-
14 ra parte ponderatis , prima nàmque desumpta ex
litibus , querela criminali vertentibus , & porrecta
contra Patrem Dianæ etiamsi forsàn obesse poterit
eidem patri, vt proindè consequi non posset aliquod
emulumentum ex vsumfructu eius filiæ relicto ad
tradita per *Rot.coram S.M.Greg. dec.443. num.5. &*
in dec.547.num.4.par.4.rec. Attamen obijci non po-
15 test contra eandem Dianam,quæ ab ipsomet Testa-
tore agnita fuit pro vxore dilectissima , vt clarè os-
tendit declaratio superius adducta .

Secunda verò elicita ex quo ipse Testator filio in
pupillari ætate decedenti substituit Monasterium
cum prohibitione detrahendi legitimam,& Trebel-
lianicam , & cum onere recipiendi tot Moniales
quot recipi possent iuxta quantitatem reddituum
eius hæreditatis, nullius pariter est momenti, nam
prædicta prohibitio ostendit quidem mentem Te-
statoris deferendi hæreditatem substituto absque
vlla detractione proprietatis , non autem repugnat
legato integri vsusfructus , cum ex eo nulla induca-
tur proprietatis diminutio , onus verò recipiendi
Moniales pro quantitate redituum , cum apposi-
tum fuerit absque præfixione diei incipere , & im-
pleri poterit quando hæreditas ad ipsum Monaste-
rium cum effectu perueniet extincto vsufructu per
mortem naturalem Legatariæ , Interim verò quia
sub huiusmodi relicto non comprehenditur legiti-

ma eiusdem filiæ, vt declaratum fuit in sententia
mei Otthoboni, & firmatur in altera decisione §.
quia cum legitima, impleri poterit, quatenus fieri
possit ex fructibus ipsius legitimæ ibidem non com-
prehensæ, & ad Monasterium deuolutæ.

Præpterea animaduertebant Domini, quod sicut
supradicta indubitanter procedunt viuente ipso filio
ex iuribus allegatis. Ita certius procedere debent
ipso in pupillari ætate defuncto. Regulariter enim
16 in casu, quo ob consuetudinem Bulgati legatum
vsusfructus reducitur ad sola alimenta, huiusmo-
di tamen reductio non est perpetua, sed temporalis
donec scilicet filij communis matrimonij naturali-
17 ter viuant, ipsis verò defunctis, prout hic & extra-
neo succedente, vxor legataria consequitur integrū
vsumfructum, eodem modo, quo illum consequuta
fuisset iuxta mariti prædefuncti dispositionem si
nulli filij tunc temporis adfuissent, vt distinguendo
docet, *Bart. in d.l. tertia 35. §. sitia cum nuberet num. 7.
in fin. ff. de legat. 2. & in cons. 56. sub n. 5. vol. 1. Rolan.
cons. 54. sub nu. 10. & 11. lib. 2. Paris. cons. 96. num. 89.
lib. 2. Gozzadin. cons. 99. nu. 9. Hond. cons. 63. nu. 135.
lib. 1. Crass. in §. Legatum qu. 24. num. 4. Fontanell. de
pact. nupt. lib. 1. claus. 4. glos. 22. n. 58. & lib. 2. claus. 7.
glos. 3. nu. 10. & 99. Gabr. de vsufruct. conclus. 3. nu. 7.
Surd. de aliment. tit. 2. qu. 15. n. 162. Gail. pract. obseru.
lib. 2. obseru. 144. nu. 7. cum seqq. Card. Mant. vbi supra
d. tit. 7 nu. 19. Pereg. de fideicommis. art. 12. num. 28.
Petr. Peceh. de testament. conting. lib. 5. capit. 3. Cyriac.
d. controuers. 242. n. 5. fa. me. Greg. d. dec. 460. n. 7. & 8.
ibique Add. num. 17. vers. cessat autem.*

Nec subsistit, quod ob conditionem commoran-
18 di, & conuiuendi cum filio præfatus vsusfructus vi-
deatur relictus eius contemplatione, & proinde ex-
pirauerit sequuta morte ipsius ex traditis per *Me-
noch. cons. 970. num. 26. Ciriac. contron. 50. numer. 8.
cum seqq.*

Quia vltra responsiones datas *in dicta decisione*,
§. quinto denique vsq; in fine, quæ dominis visæ fue-
19 runt omnino subsistentes, ponderatum fuit, quod
Testator exprimendo prius affectionem erga vxorē,
& deinde erga filium verisimiliter præsumitur, quod
vel principaliter respexerit ad vxorem per *text. in
leg. quotier. ff. de vsufruct. in l. heredes mei, §. fin. ff ad
senat. cons. Trebell. & in l. fideicommisso, ff. de legat. 2.
Dec. d. cons. 601. sub num. 5. vers. & cum respectu* Me-
noch. præsumpt. 16. n. 4. lib. 4. Buratt. decis. 721. num. 3.
Vel saltem personam vtriusque æqualiter contem-
plauerit, vxoris, scilicet ratione emolumenti, filij ve-
20 ro ratione commodi, ac beneficij educationis, ideo-
que ob mortem istius cessare non potest codicilla-
ris dispositio, *leg. si non lex 83. ff. de hered. instit. Dec.
d. cons. 601. sub num. 5. vers concludendo mihi videtur,
Surd. de aliment. tit. 5. qu. 4. nu. 16. & comprobauit. Ro-
ta coram bo. me. Buratt. dec. 12. n. 12. & dec. 251. nu. 12
par. 5. recent.*

Quæ fortius procedunt in proposito, quo ipse
21 Testator non solum specialiter respexit tempus vi-
tę naturalis Dianæ vxoris, ibi, *Donec ipsa naturaliter
vixerit*, itaut proinde non nisi per eius obitum re-
lictum extingui debeat per *text. in l. 3. C. de vsufruct.
& in dict. §. finitur instit. eod. Purpur. cons. 416. per tot.
Rimin. iun. cons. 323. n. 15. Beaintend. d. dec. 98. num. 5.
Rot. d. decis. 636. nu. 1. & seqq. part. 8. recent.* Sed etiam
22 adiecit conditiones, & onera illius personæ cohæ-
rentia, nempè viduitatem, & acceptationem dotis in
corporibus assignatis, quæ sane demonstrant relictū
ad eam fuisse relatum, & cum ea substineri, nec ex-
tingui cum persona filij, *Dec. d. cons. 601. nu. 5. vers.
ista verba, & seqq. Menoch. cons. 146. n. 12. vers. quarto
confert, & præsumpt. 123. n. 11. lib. 4* quos sequuta fuit,
Rot. d. dec. 636. nu. 6. et seqq. aliàs enim nimis esset
absurdum, quod vxor dotem acceptasset, & vidua
permansisset, ac permanere velit, & tamen ob mor-
tem filij commodo relicti priuaretur contra iuris,
& æquitatis rationem, ac prudentis, cuiusque Iu-
dicium.

Minusuè obstat, quod huiusmodi relictum eua-
nuerit ob non impletam conditionem recipiendi
dotem in corporibus assignatis.

Quia cum illius repetitio de iure spectaret ad
Claudium Dianæ progenitorem, & ipse tam pro-
prio nomine, quam nomine eius filiæ acceptauerit
Codicillos, & obtulerit, se ac filiam paratos recipe-
re restitutionem d. dotis iuxtà formam in ipsis præ-
23 scriptam, prout valde facere potuit tam attento
Codicillorum tenore, quam ex iuris dispositione,
dum salua remanebat integra dotis mensura, *Auth.
& quamuis, C. de rei vxor. act. sumpta ex §. quia verò
Auth. de æqualit. dot. Rimin. sen. cons. 105. nu. 1. Rota
dec. 540. nu. 10. p. 8. rec. & coram Reuerendissimo Vrgel-
len. decis. 153. nu. 3. & 4.* prædicta conditio videtur
totaliter impleta, vt dictum fuit in supradicta *deci-
sione coram me, §. placuit enim responsio*. Dictoque
implemento obesse non potest mandatum de ma-
nutenendo deinde per Dianam obtentum super om-
nibus bonis viri, tum quia petitum fuit non solum
ex iure dotali, sed etiam codicillorum, & successio-
24 nis ad intestato proindeque singula singulis con-
gruè referendo intelligi debet pro iure dotali super
bonis dotalibus, super cæteris verò bonis mariti iu-
re aliorum titulorum, vt respondetur in dicta *deci-
sione dict. §. placuit enim responsio*, & probant, *Aym.
cons. 188. num. 8.* Rot. *decis. 30. num. 38. par. 5. recentior.*
25 Quantumuis Iudex, vel Notarius ibidem expresse-
rit sola iura dotalia, vt animaduertitur in *Caietana
bonorum 10. Iunij 1648. coram me, §. fin.* Tum etiam
26 quia Diana non tenebatur prædictę conditioni pa-
rere nisi reuictum vsusfructus, cui erat correspectiua
realiter consequeretur, quod cum vsque in præsenti
sibi fuerit pro parte Monialium acerrimè contro-
uersum, & adhuc controuertatur, licitum illi profe-
cto fuit se ipsam quocumque iure magis competen-
te ab illatis molestijs intereà defendere donec his
tandem terminatis, & pacifica possessione acquisita,
possit re, ac verbis iniunctum onus implere, & Te-
27 statoris voluntati tutius; vt decet) parere, cum verè
adhuc constitura dici nequeat in mora damnabili)
28 sine qua huiusmodi priuatio non incurritur, *Bero
cons. 36. sub num. 9. lib. 2. Rota decis. 208. numer. 12
cum seqq.*

Denique non subsistit, quod ad effectum digno-
scendi intentionem Codicillantis Diana teneatur
exhibere illam scripturam Codicillorum quam *Pa-
rochus* asseruit stipulasse in lingua vulgari.

Quia præter quod ex stylo, & consuetudine No-
29 tariorum huiusmodi primæ scripturæ, quæ vulgo
dicuntur Matrices, seu Sbozzi non solent conserua-
ri, sed extenso instrumento in publica, & nitida for-
ma, ac redacto in prothocollo lacerantur, vt post
Paris. cons. 28. num. 27. & seqq. lib. 2. Testatur *Sfort.
Odd. cons. 78. nu. 22. & 23.* qui optime pertractando
materiam subdit huiusmodi stylum esse conforme
iuris dispositioni de qua *in l. contractus Cod. de fidi.
instrum. sequitur Farin. de fals. & simulat. q. 154. n. 33.*
30 cum in casu nostro ex dispositione *cap. cum esses de
Testam.* nullum fiat fundamentum super simplici
scriptura Codicillorum, sed super depositionibus

Pa-

Parochi, & duorum Testium, qui formiter seruatis seruandis examinati de verbo ad verbum deposuerunt omnia contenta in schedula eorundem Codicillorum latine exarata, & in actis producta. illamq; sub iuramento affirmarunt fuisse Codicillarem dispositionem q. Comitis Francisci Mariæ Paccasoni Dianæ viri, vtique ambigi non potest de veritate, & realitate intentionis eiusdem Codicillantis, quæ ex præfatis Parochi, & Testium depositionibus satis aperte fuit iudicialiter declarata, vt respondetur in *decisione huius causæ 13. Nouembris 1645. coram Reuerendissimo D. meo Ghisilerio. nunc Episcopo Terracinen. §. non obstat, quod licet vers. neque illius*.

Atque ita cum cætera alia optimè tollantur in præcedentibus decisionibus Domini in decisis permanserunt vtraque parte informante, &c.

MELEVITANA PECVNIARIA.

Veneris 19. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Emptor non habet regressum pro euictione contra debitorem, vel eius hæredes, nisi intimauerit molestias, & Iudicium venditori, vel eius hæredibus, vbi quod si mulier est hæres venditoris, & consequenter pro euictione obligata, non sufficit Iudicium, & molestias eius marito notificare, sed ipsimet mulieri debent intimari, & quare. Vxor accedens venditioni rei tamquam propriæ mariti, & in extinctione debitorum ab eo contractorum censetur tantummodo remisisse hypothecam, quam super re habebat occasione suę dotis, & censetur adhibita pro cautela, & securitate emptoris, ne scilicet possit ab ea molestari, neque ab eius hęredibus existentibus alijs bonis viri debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Empter debet concludenter probare se intimasse molestias venditori, vel eius hæredibus ad hoc vt illi competat regressus pro euictione.*

2 *Emptor denunciare debet Iudicium, & molestias illatas venditori, vel eius hæredibus non autem possessori bonorum, ad qua intendit habere regressum pro euictione.*

3 *Denunciatio litis, & molestiarum facta ab emptore marito tamquam legitimo Administratori vxoris illi non suffragatur ad effectum obtinendi regressum pro euictione contra mulierem, sed ipsimet mulieri molestia debent intimari.*

4 *Negligentia, & factum mariti vxori præiudicare non potest.*

5 *Vxor accedens venditioni rei tamquam propria ipsius mariti, & in solutionem debitorum ab eo contractorum censetur remisisse hypothecam, quam habebat super re vendita occasione sua dotis.*

6 *Vxor censetur in venditione facta de re tamquam propria viri, & in solutione debitorum ab eo contractorum, censetur adhibita pro cautela, & securitate emptoris, ne scilicet possit ab ea, neque ab eius hæredibus molestari, existentibus alijs bonis viri debitoris.*

7 *Hæres matris non potest agere pro restitutione eius dotis contra emptorem, cui mater in re vendita à viro remisit hypothecam nisi concludenter probata deficientia aliorum bonorum mariti.*

8 *Euictio non debetur si illa fuit sequuta ob negligentiam, emptoris qui exceptionem non opposuit cum qua potuisset de facili agentem repellere.*

DECISIO CCCXI.

OCcasione administrationis, quã Ambrosius Suddus exercuit à die 28. Augusti 1588. vsque ad annum 1592. Debitorem Cumuli Charitatis melitæ remansisse prætenditur in vncijs 177. pro quibus vna cum alijs vncijs 143. quas idem Cumulus erogare promiserat in extinctionem nonnullorum censuum eiusdem Ambrosij; Ipse, & Ioannella eius vxor 20. Augusti 1599. illi insolidum dederunt insolutum quasdam Terras nuncupatas tal Baiada cum iuramento, & solita promissione euictionis, *Summ. Informantis, nu. 2.*

Verum quia anno 1622. Claudia Mompalao Neptis dictorum coniugum ex Hieronyma filia introduxerat Iudicium contra eundem Cumulum pro consequutione dotis eiusdem Ioannellæ eius Auiæ, & super dictis terris sententias fauorabiles obtinuerat eodem *Summ. nu. 5.* Ideo ad fauorem Cumuli pro liberatione à molestijs, & euictione subsequuta emanauit sententia immissionis à Commissario Re fabricæ Sancti Petri in possessionem aliarum Terrarum nuncupatarum tal Lattara, quæ possidentur à Vincentia vxore Iulij Portelli, & filia Celidonię sororis prædictæ Claudiæ, ac pariter neptis dictæ Ioannellæ, sed cum huiusmodi sententia in secunda instantia per D. Inquisitorem Melitæ reuocata fuisset introducta causa appellationis in Curia, & in Congregatione eiusdem fabricæ mihi commissa dubitaui hodie, an Cumulo solum informanti danda esset immissio in bonis, de quibus agitur, & Domini negatiue responderunt.

Potissima ratio resolutionis fuit defectus legitimę
intimationis molestiarum, quia non probatur, quod
Iudicium à Claudia institutum denunciatũ fuit Am-
1 brosio, & Ioannellæ eius vxori, illorumque hæredi-
bus, & successoribus prout necessarium erat, vt ipsi
Cumulo ass. molestias passo competat prætensus re-
gressus pro euictione, vt probant optimè Textus in
l. emptor fundi, C. de euict. in l. si per imprudentiam, §. 1. & in l. si fundo vers. sed cum posset. ff. eod. cap. fin. de empt. & vendit. Alex. cons. 117. num. 5. lib. 7. Gozzad. cons. 94. n. 41. Corn. cons. 325. sub num. 1. vers. secundo quia lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 614. nu. 8. & 9. cum alijs pluribus, quos refert, & sequitur *Mangil. de euict. qu. 3. nu. 2. & dixit, Rota Bonon. diuers. dec. 77. nu. 8. & 9. ac admisit, Rota nostra in recent. decis. 564. nu. 5. vers. quia ista part. 1.*

Nec suffragatur denunciatio data in *Summ. Cu-*
2 *muli, nu. 4.* Tum quia facta fuit possessori bonorum
ad quæ Cumulus intendebat habere regressum non
autem debitoribus, vel ipsorum hæredibus prout
dicta iura requirunt; Tum etiam quia facta legitur
3 Petro de Bologna tanquam marito, & legitimo ad-
ministratori Celidoniæ eius vxoris, cum enim huius-
modi denunciatio non simplicem excusationem, at-
que exonerationem Cumuli, sed interpellationem
ac præiudicium mulieris præseferret, illi vtique fie-
4 ri debebat, non autem soli marito, cuius factum vel
negligentia ipsi præiudicare non potuit, vt explicat,
Bart. in l. seruus, §. sed & seruius, nu. 2. vers. secundo habes, ff. quod vi, aut clam. Angel. in l. mora sub num. 7. vers. tertio quia, ff. de vsur. & in l. non solum, §. morte sub num. 23. ff. de non. oper. nunciat. Felin. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 53. vers. nona conclusio de const.

Insuper ponderari videbatur dictos coniuges tra-
5 didisse Cumulo prædictas terras vti proprias ipsius
mariti, & insolutionem debitorum ab eo contracto-
rum; Vndè mulier remisisse censetur hypothecã,
quam super illis habebat occasione suę dotis *l. huius titius, & l. Paulus vbi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Rom. cons. 140. n. 1. & cons. 187. num. 1. & 2.* ac dictum fuit in *Tiburtina Saluiani 8. Iunij 1646.*

§: fuit

§.fuit enim, et 7. Iunij 1649. §. placuit enim coram me,
6 & adhibita præsumitur pro cautela, & securitate
ipsius Cumuli, ne scilicet posset ab ea eiusque hære-
dibus molestari existentibus alijs bonis viri debito-
ris, vt consulerunt, *Natt. cons. 91. sub num. 2. Ciriac.
contr. for. cap. 251. n. 30. Thomat. decis. 109. nu. 7. cum
sequen. cum alijs in Ferrarien. manutentionis 28. Ia-
nuarij 1641. cor. bo. me. Pirouano, §. quoad verba*, & in
d. Tiburtina Saluiani. Ideoque cum ob huiusmodi re-
5 missionem non potuisset Claudia directo agere con-
tra eundem Cumulum pro restitutione dotis eiusdē
Ioannellæ nisi concludenter probata deficientia
aliorum bonorum, quæ tamen ipse Cumulus fatetur
extare dum immissionem petit super controuersis
8 tanquam ad eundem debitorem spectantibus, vtiq;
, euictio dicitur sequuta culpa ipsius Cumuli negli-
gentis opponere huiusmodi exceptionem, cum qua
potuisset de facili Claudiam agentem repellere, &
consequenter regressus non competit, *l. si rem quam,
§. si duplę, & l. si mancipium, ff. de euict. l. si controuer-
sia vbi gloss. & DD. l. eod. l. si hominum, ff. de rei vendic.
Surd. dec. 208. nu. 17.*

Et ita &c.

CATHACEN. HÆREDITATIS.

Ven. 24. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Dispositio Testatoris æquiuoca declaratur communi
illius vsu loquendi, & substinetur quando per con-
iecturas docetur de quo intellexisse voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio quando est certa in substantia non vitia-
tur per variationem nominis.*

2 *Voluntas Testatoris probatur coniecturis, et demon-
strationibus, et duæ tantum sufficiunt*, & num. 3.

4 *Voluntas* Testatoris *declaratur per* Testes *non ritè
examinatos cum etiam vnici, et singulares suffi-
ciant.*

5 *Testis vnicus contra inducentem plusquam semiple-
nè probat.*

Imò concurrentibus adminiculis plene probat, nu. 6.

7 *Adminiculum rectè desumitur à teste nulliter exa-
minato.*

8 *Dispositio* Testatoris *æquiuoca, vel erronea recipit
interpretationem ab vsu loquendi Testatoris.*

9 *Vsus loquendi Testatoris non potest desumi ab in-
strumento, cum verba instrumenti sint* Notarij *non
contrahentium.*

10 *Causa* Testati *facit cessare causam intestati.*

11 *Incertitudo, quæ alias vitiat dispositionem non at-
tenditur, quando aliundè potest de certitudine
doceri.*

12 *Remedium possessorium immissionis non potest de-
negari hæredi, pro quo adest* Testamentum, *et co-
niecturę.*

13 *Immissio concedenda est hęredi, de quo constat testa-
torem intellexisse.*

Licet nomen aptius alteri congruat.

DECISIO CCCXII.

Contendentibus hodie non solum Horatio, & Ne-
ptibus de Scoglio vti ab intestato venientibus
sed etiam Confraternitate Sanctissimi Saluatoris
Cathacen. Domini iterum censuerunt dandam esse
immissionem Confraternitati Sanctissimi Sacramē-
ti, & sic steterunt in decisis 28. Maij præteriti.

Indubitata siquidem visa fuit iuris conclusio,
1 quod variatio nominis non vitiet dispositionem in
substantia certam, quando ex coniecturata Testato-
ris voluntate congruenter apparet de persona, quā
ipse verisimiliter voluit sub illa æquiuoca disposi-
tione comprehendere, vt præter allegatos in præ-
terita *decisione, §. quia præter quod vers. cum aliunde
probat, text. in l. his verbis 48. §. fin. ff. de hæred. instit.
Bart. in l. si quis in fundi, num. 5. ff. de legat. 1.* In casu
autem nostro, nedum ea congruentia denominatio-
nis, ex quo sub Sacratissimo Eucharistiæ Sacramen-
to memoriam Dominicæ Passionis recolimus, &
Redemptorem ipsum adoramus sed etiam ex pluri-
bus, & peculiaribus in eadem decisione ponderatis
valide demonstratur Testatorem instituendo Con-
fraternitatem Redemptoris de hac Sanctissimi Sa-
cramenti intendisse, ex quibus vtique satis probatur
2 eius certa voluntas etiamsi apertissimis argumentis
debeat apparere ad text. in *l. licet imperator, ff. de le-
gat. 1.* & in specie explicat, *Bald. in l. tempus, §. quo-
ties, num. 2. vers. ista enim apertissima ibique Imol. sub
num. 6. vers. aduerte tamen, ff de hæred. instit. Cardinal.
Mant. de coniect. vltim vol. lib. 6. tit. 1. nu. 8.* quamuis
3 duæ tantum demonstrationes sufficiant, vt probatur
in d. decisione §. intentio autem.

Nec releuat, quod excepta prima coniectura, cæ-
teræ omnes desumuntur ex depositionibus nonnul-
lorum Testium, qui nulliter examinati fuerunt co-
ram Iudice incompetenti, & post interpositam ap-
pellationem.

Quia cum fere omnes sint Sacerdotes bonæ fa-
mæ, & honestæ qualitatis, illorumque depositiones
non deducantur ad probandam hæredis institutio-
nem, sed dumtaxat ad declarandam ipsius Testatoris
4 intentionem sufficientes videntur, licet minus ritè
fuerint examinati, cum ad illum effectum admit-
tantur etiam Testes vnici, & singulares, vt tradunt,
*Castr. cons. 395. num. 1. lib. 2. Aym. cons. 73. n. 3. Gabr.
cons. 51. num. 8. lib. 2. & dixit, Rota coram bo. me. Bu-
ratto decis. 205. nu 2. in* Bonon. *fideicommissi 17. Mar-
tij 1640. coram R. P. D. meo* Bichio, *& in Romana suc-
cessionis 21. Iunij 1641. coram* Reuerendiss. *D.* Sala-
*mantino, §. quoniam obiectum relatum in d. decisione sub
§. quia cum non deducantur.*

Ponderando præsertim, quod quarta coniectura
in eadem decisione desumpta ex particulari vsu lo-
quendi Testatoris, qui in vita consueuerat Sanctissi-
mum Sacramentum denominare Redemptorem,
non solum comprobatur ex dictis Testibus pro hac
Confraternitate deponentibus, sed etiam à tertio
Teste super dementia Testatoris ab *ipsomet* Hora-
tio, & neptibus inducto, ac ser. ser. examinato qui
iuxta 15. interrogatorium per hæc verba deposuit,
ibi: *Il Signor Decio quando passaua il Santissimo* Sa-
cramento si inginocchiaua, & diceua passa il Redentore.
Huiusmodi enim Testis quamuis vnicus nedum
inseruit pro adminiculandis cæterorum depositio-
nibus, sed contra ipsos inducentes plusquam semi-
5 plenam facit probationem *Rom. cons. 104. nu. 6. cum
alijs per Grattian. discept. for. cap. 551. num. 9.* quinimo
6 plenè probat concurrentibus adminiculis, *Aym.
cons. 198. num. 5.* Caputaq. *decis. 271. num. 1. & 3. p. 3.*
Rot. *in rec. decis. 87. num. 9. par. 6. & coram clar. mem.
Cocein. decis. 462. num. 1.* quæ rectè desumuntur ex
7 alijs supradictis Testibus quamuis nulliter exami-
natis, vt respondit, Rot. *decis. 277. num. 14. d. p. 6. &
decis. 160. num. 9. p. 7. rec.*

Particularis autem Testatoris loquendi vsus re-
8 mouet omnem difficultatem, Testamentaria dis-
positio aliàs æquiuoca, & erronea, ab eo om-
nimodam recipiat interpretationem, vt probat,
*text. in l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. primo,
& in l. cum alimenta, ff. de aliment. & cybar. legat.*

Alcia t.

Alciat. in l. prima, num. 47. in fin. ff. de iurisdiction. omn. Iudic. cum cæteris aliis plene deductis in *dicta decisione*, §. *Quarta denique*. Illique non obstat quod Decius in quodam instrumento emptio-
9 nis Census ab eo factæ ad fauorem ipsius Confraternitatis proprio eius nomine illam appellauerit, quia verba dicti instrumenti non sunt propria Decij, sed Notarij de illo rogati, quæ proinde immutare non valent, peculiarem illius loquendi vsum adhunc effectum attendendum.

Vnde prorsus eliditur prætensio eorundem de
10 Scoglio succedendi ab intestato, quia causa testati facit cessare causam intestati ex probatis in eadem priori *decis.* §. *indeque cessat.* nec applicatur dispositio *textus in l. si quis de pluribus ff. de rebus dub.* vbi habetur, quod libertas cum ex pluribus relicta ra-
11 tione incertitudinis nulli debetur. Quia non procedit quando aliunde constat Testatorem specialiter de aliquo sensisse, vt habetur in *l. in tempus §. queties in fin.* ibi, *Nisi ex aliis apertissimis probationibus fuerit reuelatum pro qua persona Testator senserit ff. de hered. instit. & in l. duo sunt Titij* 30. ibi, *It datus est, quem dare se Testator sensit ff. de Testam. tutel. gloss. in l. si ita fuerit* 11. *verb. sed & si legatum vers. item hoc verum ff. de reb. dub. & in l. si quis seruum §. si inter duos verb. debere vers. sed impediri*, ibique *Bart. num. 1. & 2. ff. de legat. 2.*

Et hinc etiam non releuat cessio à Reuerenda Fabrica Sancti Petri per illos reportata, quia nullum ius illi competit, quando ex coniecturata, & inuerisimili mente Testatoris certitudinariè constat de persona hæredis ab eo vniuersaliter instituti, vt patet ex multiplicatis Summorum Pontificum constitutionibus, ac priuilegijs illi concessis.

Minusuè obstat, quod in concursu plurium prætendentium causa sit ordinariè pertractanda, quia cum Confraternitati Sanctissimi Sacramenti assistat lectura Testamenti cor alijs circumstantijs, & co-
12 niecturis comprobata, summaria cognitio, & remedium possessorium illi denegari non potest, vt præter relatos in *d. decis. 4. fin.* faciunt deducta in *recent. decis. 36. num. 3. par. 1. quidquid sit de appellatione.*

Et ex præfatis pariter remouetur prætensio Confraternitatis Sanctissimi Saluatoris, quod scilicet ipsi magis quam alteri conueniat denominatio Redemptoris, quia licet huiusmodi denominatio simpliciter sumpta ipsi etiam generaliter valeat applicari; hoc tamen in proposito fieri non potest, quæ ex dictis coniecturis de illa Sanctissimi Sacramenti non de ista Testatorem sensisse conuincitur, ideoque
13 meritò non attenta aptiori nominis congruentia ipsi Confraternitati Sanctissimi Sacramenti concedi debet immissio iuxta responsum I. C. *in l. falsa demonstratio ff. de condit. & demonstr.* pluribus alijs adductis *in altera decis. approbatum.*

Atque ita resolutum fuit omnibus informantibus &c.

BENEVENTANA PAROCHIALIS.

Lunæ 29. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur primo possidenti in possessione beneficij contra posteriorem, si possessioné habuerit de manu executoris literarum Apostolicarum si executor nulliter, & iniustè processit; & quando nulliter, & iniustè processisse dicatur, vbi quod existente alio possessore executor efficitur mixtus, & tenetur assumere partes Iudicis, & ad effectum manutentionis quid sufficiat, qualiter probetur, & quando competat.

SVMMARIVM.

1 *Possessio licet Instrumentalis alio tunc temporis non possidente est manutenibilis.*
2 *Testis licet sit vnicus, & ex pluribus defectibus impugnetur, probat tamen aliquod adminiculum sufficiens in summarissimo manutentionis.*
3 *Possessio posterior tamquam clandestina, & turbatiua non est apta impedire manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se prospoliato.*
4 *Executor literarum Apostolicarum nulliter, & iniustè procedens non priuat anteriorem possessorem sua possessione, nec transfert in alium possessionem manutenibilem.*
5 *Executor literarum Apostolicarum existente possessore, tenetur assumere partes Iudicis, illumque in iudicio praeuia citatione vocare alias nulliter, & de facto procedit.*
6 *Episcopus tenetur infra terminum sex mensium conferre beneficia vacantia, alias spectant ad Sedem Apostolicam ex dispositione Piana.*
7 *Obreptio incurritur per falsam expressionem contra facti veritatem.*
8 *Prouisio obreptitia, & non iustificatis literis gratiæ non potest executioni demandari absque nota notoriæ iniustitiæ.*
9 *Nullitas, quæ respicit titulum, & altiorem requirit indaginem, maturam discussionem exposcit ad petitorium referri debet, non autem discuti in summarissime manutentionis.*
10 *Manutentio in summarissimo retinenda conceditur etiam absque titulo, secundum veriorem opinionem.*
11 *In Iudicio summarissimo manutentionis nudus factus possessionis attenditur, exceptionibus altiorem indaginem requirentibus ad petitorium Iudicium, & ordinarium reiectis.*
12 *Excommunicatio per absolutionem est sublata.*

DECISIO CCCXIII.

Vacauit de mense Septembris 1648. Ecclesia Parochialis Sancti Andreæ Terræ Paulisiorum, & Rotundorum Beneuentanæ Diœcesis, ideo in dicto concursu super illius prouisione examinatores Synodales peracto examine retulerunt esse habiles pro illius regimine Ioannem Antonium Militiam, & Franciscum Landum, quorum primus die 15. Februarij 1649. electus fuit magis idoneus à Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Beneuentano, & ab eo collationem obtinuit, illiusque vigore possessionem eiusdem Ecclesiæ actualiter adeptus fuit die 12. Martij sequentis, secundus verò scilicet Landus electionem de magis idoneo obtinuit à Vicario, (vt prætenditur) Apostolico, & deinde præuia narratiua, quod Dominus Archiepiscopus de dicta Ecclesia neminem prouiderit infra terminum per Pianam Constitutionem præfixum à Sede Apostolica illius prouisionem impetrauit, & eius vigore die 2. Iulij 1649. in possessionem eiusdem Ecclesiæ se intrusit; vndè introducta causa coram me inter præfatos Prouisos, & suscepta disputatione super possessorio Domini non dubitarunt respondere Io: Antonio Militiæ dandum esse mandatum de manutendo.

1 Probat siquidem suam anteriorem possessionem ex Instrumento publico sub die 12. Martij proximi præteriti eius *Summ. num. 1.* Quæ licet Instrumentalis alio tunc temporis non possidente est manutenibilis *vulg. l. prædie ff. de acquir. poss. l. penult.* ibique *Bald. in princ. & alij scrib. in l. idcirco C. de fid. inst. san. mem. Greg dec. 40. num. 1.* cum alijs relatis *in Florentina*

tina Parochialis 27. Iunij 1642. coram R. P. D meo
Bichio; Eoque magis concurrentibus decreto confir-
mationis, & relaxationis ratæ fructuum facto per
Commissarium Apostolicum in vim literarum
Nuntij *dicto num.* 1. & depositione Testis formiter
examinati affirmantis in dicta die 12. Martij ipsum
Ioannem Antonium semper administrasse Sacra-
menta, inhabitasse domum Parochialem, locasse
bona dictæ Ecclesiæ, ac omnia alia fecisse, & adim-
pleuisse, quæ propriè spectant ad illius veros Paro-
chos, & Rectores *dicto Summar. eodem num.* 1. Iste
2 enim Testis, licet sit vnicus, & ex quampluribus
defectibus impugnetur, aliquod tamen præbet ad-
miniculum sufficiens in hoc iudicio summarijssimo
manutentionis per ea, quæ dixit *Rota coram bo. me.*
Buratto dec. 533. *num.* 2. *& in Bonon. affictus* 4. *Iulij*
1629. *coram bon. mem. Cardinali Virili, penès Mo-*
dern. Perus. de manut. dec. 269. *nu.* 4. *&* 5.

Nec visa fuit attendenda possessio capta per Lan-
3 dum; quia tanquam posterior, ac per consequens
clandestina, & turbatiua non est apta impedire ma-
nutentionem anteriori possessori, qui non habuit se
pro spoliato, *cap. licet Episcopus de praben. in* 6. *cap.*
licet causam de probat. l. clam possidere, §. qui ad nun-
dinas ff. de acquir. poss. san. memor. Greg. *dec.* 171. *nu.* 2.
cum alijs allegatis *in Lauretana Beneficij* 26. *Iunij*
1645. *coram R. P. D. meo* Corrado.

Idque etiamsi apprehensa fuit de manu Exequu-
toris vigore literarum Apostolicarum, quia cum
dictus Exequutor nulliter, & iniustè processerit non
4 priuauit Io. Antonium sua anteriori possessione,
Soccin. in cap. quoniam §. quod si super num. 125. *vers.*
Secus autem in Iudice, vt lit. non contestat. Rot. decis.
802. *num.* 7. *vers. quia pro ratione par.* 1. *diuers. coram*
san. mem. Greg. *dec.* 46. *num.* 2. *in recent. dec.* 135. *num.* 3
par. 1. *& in Colonien. præpositura* 1. *Iulij* 1648. *coram*
R. P. D. meo Meltio, §. *non obstat, quod Anno*, nec
potuit transferri in Landum possessionem manute-
nibilem, vt responsum fuit *in Perusina fideicommissi*
de Baptistis 12. *Decembris* 1625. *coram bo. me. Pirona-*
no apud Modern. Perus. de manut. dec. 14. *num.* 19. *& in*
Melensana Canonicatuum 1. *Iulij* 1648. *coram R. P.*
D. meo Otthobono §. final.

Quod autem nulliter processerit non potest dubi-
tari, dum non citauit Io: Antonium, qui tunc tem-
5 poris in possessionem eiusdem Ecclesiæ reperieba-
tur, existente enim possessore exequutor tenetur as-
sumere partes Iudicis, illumque in Iudicio præuia
citatione vocare, alias nulliter, & de facto procedit
l. fin. C. si per vim, vel al. mod. l. de vnoquoque ff. de re
iud. Cald. cons. 9. *de dilat.* Rot. *decis.* 187. *num.* 1. *part.* 3.
decis. 507. *num.* 3. *par.* 4. *& dec.* 488. *num.* 3. *par.* 5. *rec.*
coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 220. *num.* 4. *In di-*
cta Colonien. præpositura coram R. P. D. *meo Meltio*,
ac in Celsonen. præceptoria 27. *Ianuarij præteriti co-*
ram me.

Iniustè verò, quia demandauit executioni proui-
sionem Apostolicam à Lando obrepititiè extortam,
absque vlla narratorum iustificatione. Etenim San-
ctissimus D. N. supposuit Dominum Archiepisco-
pum neminem prouidisse de Parochiali controuersa
infra terminum per Pianam constitutionem præfi-
xum, & propterea illam adhuc vacasse: cuius tamen
contrarium apertè conuincitur ex electione, & col-
latione per eundem Dominum Archiepiscopum
factis, quæ cum factæ fuerint die 15. Februarij 1649
eius *Summ. num.* 1. & vacatio Ecclesiæ, de qua agi-
6 tur sequuta mense Septembris præcedentis, vtique
factæ videntur infra terminum sex mensium à dicta
Constitutione præfixum. *Et* per consequens dicta
prouisio Landi patitur notorium virium obreptio-
7 nis, quæ incurritur per falsam expressionem contra
facti veritatem *cap. dudum il secondo vers. insuper In-*
dulgentiam de elect. & cap. si proponente de rescript.
cum alijs allegatis *in Bonon. exemptionis* 27. *Nouem-*
bris 1628. *coram bon. mem. Cardinali Vbaldo in recen.*
dec. 496. *num.* 2. *&* 3. *part.* 5. *& in Florentina Paro-*
chialis 26. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo* Bichio.
8 Ideòque absque nota notoriæ iniustitiæ executioni
demandari non poterat *cap. super literis*, ibique
Felin. num. 3. *de rescript. Rota in recent. dec.* 418. *nu.* 1.
par. 1. *dec.* 141. *num.* 2. *vers. nam alias par.* 2. *decis.* 351.
num. 14. *par.* 6. *& dec.* 83. *num.* 24. *part.* 7.

Nec Domini habuerunt in considerationem ad-
ductam nullitatem dictæ collationis ex eo desum-
ptam, quod non fuerit facta Francisco, qui magis
idoneus pronunciatus fuerat à dicto prætenso Vi-
cario, ad quem prætenditur huiusmodi declaratio
spectare.

Quia cum nullitas respiciat titulum, & altiorem
9 requirat indaginem, ac maturam discussionem ex-
poscat ad petitorium referri debet, non autem di-
10 scuti in hoc iudicio summarijssimo retinendæ, in
quo manutentio conceditur etiam absque titulo se-
cundum veriorem opinionem, quam probauit *Rota*
dec. 595. *num.* 1. *&* 8. *par.* 1. *diuers. coram Card. Seraph.*
dec. 299. *num.* 5. *coram bon. mem. Buratto dec.* 263. *n.* 6.
ibique *Add. lit. B. coram Reuerendissimo Vrgellen. de-*
cis. 13. *num.* 3. *& alibi passim*. Ac attenditur tantum-
11 modo nudus factus possessionis manutenendo ante-
riorem possessionem præfatis omnibus ad iudicium
petitorium, & ordinarium reiectis, vt tradit *Abb.*
in cap. querelam num. 2. *&* 12. *de elect.* quem sequuta
fuit *Rota decis.* 175. *numer.* 1. *&* 2. *par.* 4. *diuers. coram*
Card. Seraph. dec. 499. *num.* 3. *coram bon. mem. Buratt.*
decis. 378. *num.* 7. *in Colonien. monasterij* 21. *Iunij* 1628
coram bon mem. Card. Vbaldo penès Modern. Perus. de
manut. decis. 240 *num.* 6. *in Romana subcollectoriæ* 17.
Martij 1645. *coram* R. P. *D. meo Bichio §. Quæ om-*
nia, & in Barchinonen. manutentionis 28. *Iunij eiusdem*
anni coram R. P. *D. meo* Corrado §. *fin.*
12 Cæterum allegata excommunicationis exceptio
sublata fuit per absolutionem à Io: Antonio impe-
tratam, & sub oculis DD. exhibitam, prout etiam
seruatum fuit in *decis.* 514. *numer.* 2. *in fin. part.* 2.
recentior.

Et ita resolutum vtraque &c.

LEODIEN. DOMINII.

Lunæ 10. *Ianuarij* 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur possessori non obstante statu-
to, quod continuat possessionem defuncti in hære-
dem, & quando, cum alijs de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex petitione actoris, in qua dicit*
reum occupare, & hoc ad effectum obtinendi ma-
nutentionem.

2 *Continuatio possessionis defuncti in hæredem est con-*
traria dispositioni iuris communis.

Statutum continuans possessionem defuncti in hære-
dem, non habet locum contra expressam ipsius de-
functi voluntatem.

Statutum continuans possessionem defuncti in hære-
dem, procedit solum ad fauorem illius, qui in illa
re; cuius possessionem continuare prætendit; se
verum, & proprium legitimum hæredem esse iu-
stificat.

Manu-

Manutentio conceditur possessori etiam quoad bona feudalia.

3 *Sciens, & patiens alium possidere; non obstante statuto, quod continuat possessionem defuncti in heredem; amittit eius prætensam possessionem, et non potest obtinere manutentionem.*

4 *Exceptio inualiditatis testamenti, vti requirens altiorem indaginem; non potest impedire manutentionem possessori.*

Iudicium petitorium venit terminandum per sententiam diffinitiuam ante expeditionem mandati de manutenendo, quando proceditur per contradictas, et partes commorantur in longinquis regionibus, et hoc iuxta stylum Rotę inueteratum, suspenso possessorio iudicio.

DECISIO CCCXIV.

IVxta paternam Testamentariam dispositionem Ioannis de Glimes primogenitus vsque ad diem motæ litis pacificè possedit dominium de Boing cum Villis, & bonis sub eo existentibus, sed prætendens Iacobus secundus genitus successionem ab intestato ob ass. Testamenti inualiditatem post varias sententias à diuersis Iudicibus in partibus promulgatas causa mihi deuoluta, dubitaui per contradictas, cui esset dandum mandatum de manutenendo, illudque concedendum esse Ioanni Primogenito informanti Domini existimarunt.

Probat siquidem eius anteriorem possessionem non solum ex Testibus eam plenè concludentibus *Summ.num.2.* sed etiam ex propria confessione alterius partis emissa in libello porrecto officiali Leodien.*eod.Summ.num.4.* quę licet loquatur de occupatione, ibi, *Nobilis Vir Ioannes de Glimes, &c. occupare, & sibi appropriare intulit &c.* nihilominus optimè inferuit pro illius iustificatione reiecta illa pta
1 ua vitij qualitate, qua infecta supponitur iuxta *Theor.Bart.in l. Aurelius § idem quæsijt num.2. ff.de liber. legat.* quam sæpissimè probauit Rota, & signanter in *dec.802.num.3.& 4.par.1.diuers.cor.s.m. Greg.dec.458.num.5.coram bo:me: Buratt.dec.720.nu.1.& 2.* ac in alijs relatis per *Add.ad eundem Gregor. dec.200.num.5.*

Nec vrgere poterit possessio Iacobi quatenus deduceretur ex consuetudine continuante possessionem defuncti in hæredem.

Quia præterquod ex hactenus deductis huiusmodi consuetudo probata non fuit, prout requiritur
2 vti Iuris communis dispositioni contraria *l. cum heredes in princ. & l.qui vniuersas §. quod Colonum, ac vtrobique DD. de acquir.poss.* suffragari non poterit contra Tenorem Testamenti, & explicitam Patris voluntatem, qui Dominium controuersum legauit Ioanni eius filio Primogenito, illudque eum habere, & possidere voluit, prout ipse Testator tunc temporis possidebat *d.Summ.num.1.* continuatio enim possessionis defuncti in hæredem per statutum, vel consuetudinem inducta non habet locum contra expressam ipsius defuncti voluntatem, vt admittit *Rimin.Iun.cons.91.num.10.& probat Franc. Milanen.decis.3. num.220. libr.1.* Sed procedit tantummodò ad fauorem illius, qui in illa re cuius possessionem continuare prętendit se verum, & proprium legitimum hæredem esse iustificat, vt concludendo docuit *Bald. cons.141.num.3.& cons.181.sub num.1.vers.& maximè lib.1.Menoch.de adipis.remed.4. num.859. Anton. de Amat.var.resol.lib.1.resol.39.num.111.Modern.Bonon.de legit.contradict.qu.11.art.5.nnmer.69.Modern. Perus.de manut. obser.55. num.74.*cum alijs per *Rota dec.513.num.11.vers.quia pro responsione par.1.rec.Id-*

que etiam si sub huiusmodi dispositione bona tantùm feudalia, non autem allodialia prætenderentur esse comprehensa, quia dùm Ioannes super omnibus possessionem apprehendidit eodem modo lite pendente in ea est manutenendus, vt respondit *Rota in Viterbien.Castrorum 29. Ian.1610.coram bo:me: Card. Sacrato penès eundem Modern.Perus. decis.105. & in rec.dec.396 sub nu:5.par.3.*

Præterea cum ipse Ioannes iuxta præscriptam Testamenti formam in præfatam possessionem pacificè continuauerit vsque ad diem motæ litis fructus colligendo, ac percipiendo ipso Iacobo, & Vxore videntibus, & non reclamantibus, vt concludenter probant supradicti Testes in *eod.Summ.d.nu.2.* licet forsan præfata consuetudo iustificaretur, nec illi obstaret voluntas Testatoris, attamèn ob scientiam
3 præfatæ possessionis, illiusque continuationis Iacobus quæcumque eius prætensam possessionem penitus amisisse videtur ad tradit.per *Rip.in cap.cum Ecclesia sutrina num.64.de caus.poss.& propr. Aym.cons. 235.sub num.1.Statil.Pacif.de Salvian.inspect.1.cap.6 num.33.bo:me: Buratt.dec.730.num.6.*cum alijs congestis in *Rossanen.Decimar.4. Iulij 1640.§. excluditur inquam, & plenius in Volterrana Prioratus 16. Martij 1646. §.gratis autem coram R.P.D. mea Bichia.*

Nec releuaret exceptio inualiditatis prædicti Te-
4 stamenti, quia cum requirat altiorem indaginem petitam Ioannis manutentionem impedire non potest, vt in puncto tradunt *Dec.cons 84.num.1. vers. ad ista breuiter Modern.Bonon.d.qu.11.d.art.5. nu.75. Afflict.dec.115.num.7.& dixit Rota in Colonien. Monasterij 13.Iunij 1628.coram bo: me: Vbaldo post Modern.Perus.de manut.dec.240.num.6.* & alibi passim, sed reijci debet ad Iudicium petitorium, quod ante expeditionem mandati de manutenendo per sententiam diffinitiuam erit terminandum, vbicumque enim proceditur per contradictas,& partes commorantur vltra Montes,vel longinquis Regionibus stylus Rotæ inueteratus est suspendere possessorium vsque ad sententiam in petitorio inclusiuè proferendam, vt causa magis exactè discutiatur, vt dictum fuit in *Hispalen. Decimarum de Baraona 16. Martij 1646.coram me in princ.*

Et ità vtraque &c.

BENEVENTANA PAROCHIALIS.

Lunæ 7. Febr. 1650.

ARGVMENTVM.

Executor literarum Apostolicarum licet possessorem aliquando citauerit, adhuc dicitur nulliter, & de facto processisse, nisi in quolibet actu citauerit, & via ordinaria Iuris ordine seruato processerit,& proinde non priuauit possessorem sua possessione, qui non habuit se prò spoliato. Appellatio ad vtrumque effectum datur ab immissione Executoris, ideoque possessio capta pendente termino ad appellandum est attentata, neque impedit manutentionem anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato.

SVMMARIVM.

1 *Executor iniustè procedens non priuat anteriorem possessorem sua possessione.*

2 *Executor, stante clausula, Amoto,& existentia possessoris efficitur mixtus.*

3 *Executor non sufficit, quod possessorem aliquando citauerit, sed tenetur procedere via ordinaria, & ipsum citare in quolibet actu, seruatis omnibus de iure seruandis alias adhuc nulliter, & de facto processit.*

4 *Appellatio deuolutiua, & suspensiua datur ab exe-*

cutore literarum Apostalicarum.

5 *Possessio tradita ab exequutare infra decem dies datas ad appellandum ab aperto vitio attentatorum excusari non valet.*

6 *Possessio attentata multo minus potest impedire manutentionem anterieri possessori, qui non habuit se pro spoliato.*

DECISIO CCCXV.

FActo à me verbo in relationionibus causarum decreuerunt Domini relaxationem mandati de manutenendo ad fauorem Io: Antonij Militiæ anterioris possessoris, qui non habuit se pro spoliato ex facto Executoris ad fauorem Landi Prouisi Apostolici nulliter, & iniustè procedentis, vt plenè probatur in præcedenti decisione vtraque parte informante emanata 29. Nouembr. præteriti.

Nec refert, quod præfatus executor citauerit Militiam ad dimittendum beneficium, & ad videndum examinari Testes super iustificatione narratorum à Lando, vt in *process. fol. 6. & 7.* itaut per consequens validè processisse dicatur.

1 Quia præter quod iniustitia est incontrouertibilis
ob apertam obreptionem in dicta decisione ponderatam, quæ proinde sufficit, vt Militia non dicatur
2 sua possessione priuatus. Cum dictus Exequutor non
esset merus, sed mixtus ob clausulam *amoto*, & existentia possessoris *Abb. in cap. da cætera num. 8. ibique Felin. num. 9. de re iudic. Rot. dec. 507. num. 6. part. 4. rec.*
3 Non sufficit, quod illum aliquando citauerit, sed
tenebatur procedere via ordinaria Iuris ordine seruato, & ipsum citare in quolibet actu, præuia transmissione monitorij, citationis ad dicendum contra, ad terminos substantiales, & ad sententiā seruatis omnibus de Iure seruandis, alias adhùc nulliter, & de facto processit ex allegat. per *Garz. de Benef. p. 6. c. 2. sub num. 140. vers. tunc enim Executor Monet. de commiss. vltim. vol. cap. 8. num. 118. Rota in Panormitana, Archidiaconatus 15. Iunij 1590. coram Penia penès Marches. de comm. par. 2. fol. mihi 491. num. 2. & 3.* & inter eius *impress. dec. 94. eod. num. 3. in rec. dec. 147. num. 4. par. 2. & d. dec. 507. sub d. nu. 6. par. 4.*

Præterea animaduerterunt Domini præfatam possessionem Landi fuisse notoriè attentatam, quia
4 à dicto Executore dabatur appellatio deuolutiua, &
suspensiua *cap. exhibita de Iudic. Felin. in cap. de cætero num. 10. de rescript. Oldr. cons. 127. nu. 2. Dec. cons. 173. num. 2. & cons. 223. num. 1. Garz. vbi supra dicto cap. 2 sub d. num. 140. Rota in dicta Panormitana Archidiaconatus, coram Card. Seraph. 1056. coram S. M. Greg. dec. 69. num. 7. coram Mantic. dec. 324. num. 3. cor. Card. Canal. dec: 2. num: 2. & in rec: dec: 538. num: 10. part: 5.* Et ideo dùm ipse decreuit Immissionem ad fauorem Landi *sub die 1. Iulij 1649. d. process. fol. 10.* eiusque vigore die secunda eiusdem ad illius executionem deuenit, illi tradendo possessionem Parochialis con-
5 trouersæ eius *Summ: præterita positionis num: 4.* vtique huiusmodi exequutio, & possessio tanquam tradita infra decem dies datos ad appellandum ab aperto vitio attentatorum excusari non valet *capit. non solum de appell. in 6. clem: 2. vt lit: pend: gl. in l: ex Iudiciorum ff. de accusat. Cos. de Grass. dec. 2. num. 4. & 5. de appell: s. m. Greg. dec. 91. num. 4. Rota in rec. decis: 341. num. 3. circa fin. par. 3. d. dec. 538. num. 9. par. 5. & decis.*
6 *84. num. 7. part: 6.* Ac per consequens multò minus
potest impedire manutentionem Militiæ anteriori possessori, qui non habuit se pro spoliato, vt in puncto respondit *Rota in rec: dec: 325. num: 4. part. 1. & alibi passim.*

Atq; ità vtraque &c.

EVGVBINA PRÆDII.

Ven. 11. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Acta transportare quis teneatur, quando impugnatur sententia, & res iudicata. Vendens cum assertione, quod res est libera à quibus oneribus, & quomodo teneatur illam liberare. Obligatus extinguere debita, ad quid teneatur si non extinxit. Monetæ valor cuius temporis attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Pro re iudicata sufficit sola præsumptio iustitiæ, donec contrarium probetur.*

2 *Pro validitate sententiæ præsumitur donec exaduerso contrarium doceatur ex actis.*

Transportatio actorum fieri debet ab eo, qui excipit contra rem iudicatam.

3 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium nisi constita de illarum Iustitia.*

4 *Bona vendita non esse libera, probatur ex Instrumentis censuum super eis impositorum.*

5 *Venditor tenetur deponere concurrentem quantitatem pecuniarum pro re vendita non libera.*

6 *Intentio contrahentium, & necessitas subiectæ materiæ inspici debet.*

7 *Creditor potest pulsare actione hipotecaria singularem successorem possessorem bonarum sibi hipothecatorum.*

8 *Obligatio Cameralis comprehendit bona futura.*

9 *Fructus loco damnorum, & interesse debentur ob non factam extinctionem in tempore conuento.*

10 *Monetæ valor attendi debet de tempore solutionis non de antecedenti, vel subsequenti.*

11 *Periti Relationi à Iudice de partium consensu electi standum est, nisi de errore concludenter doceatur.*

DECISIO CCCXVI.

OMissis alijs pluribus, quæ in præterita deducebantur, informantes pro Maggiis, hodie strictè impugnabant sententias, & rem iudicatam ex duplici capite; Altero, quia latæ fuerunt nulla in actis exhibita iustificatione Censuum, & onerum, quibus Terræ venditæ Becchettis asseruntur grauatæ: Altero, quia realiter, & cum effectu Becchetti Emptores pro Censu scutor. 1350. assignato Maggijs in computum pretij non intrabant in concursu sententiæ graduatoriæ ferendæ ad fauorem Creditorum de Brunis, indeque tenebantur, vt promiserant eandem summam in pecunia numerata præstare, quam ideò imputare debent in computum quantitatis petitæ: Neutrum tamèn obstare Domini responderunt, proindeque steterunt in *decisis 14. Iunij præteriti.*

Quod enim attinet ad iustificationem onerum scribentes pro Becchettis constanter asserebant Instrumenta Censuum fuisse exhibita coram Iudicibus primæ, & secundæ instantiæ, nec opus esse eandem exhibere in hoc Iudicio, cum non agatur de confirmatione sententiarum, sed tantummodò de re iudi-
1 cata, pro qua sufficit sola præsumptio militans pro
earum Iustitia saltem quousque de Iniustitia non doceatur, ideòque onus huiusmodi incumbere excipienti de præfata nullitate, qui tenetur acta integra
2 transportare, vt indè huiusmodi asserta nullitas co-
gnoscatur, alias præsumitur pro validitate, vt notabiliter admonet *Vant. de nullit. tit. à quo, & à quib. nullit. deduc. num. 20.* & ita seruari in omnibus Curijs tradit *Ranchin. in addit. ad dec. Guidop. 20. in princip.* quem refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. c. 21. num. 8. & 9.* plures cumulans, & tenuit *Rota coram Card. Seraph. dec. 290. num. 20. & in Imolen. bonorum 30. Martij 1628. & 4. Iulij 1629. coram Card. Virile*

confir-

confirmata 5. Martij 1632. coram bon:mem: Pirouano.
3 Quia tamen ex inueterato stylo Rota non exequitur
sententias aliorum Tribunalium, nisi constito de
illarum iustitia. vt in *Lauden. pecuniarum prima Iulij
1588. coram clar. mem: Card. Hieronymo Pamphilio in
Camerinen. pensionis 22. Iunij 1594. coram Giptio, &
in Pupien. bonor. coram bo:me: Card. Fabritio Verospio,
apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 985. sub n. 8. vers.
eum præsertim, & apud Pacif. de Saluian. dec. 17. n. 1. &
seqq.* Ad maioré cautelam, & securitatem fuerunt in
actis exhibita Instrumenta Censuum in authentica,
4 forma, ex quibus iustificatur Terras venditas non
esse liberas, vt venditores asseruerunt, sed grauatas
pluribus hypothecis, & oneribus, adeout Iure
5 merito condemnati fuerint ad deponendum concurrentem
quantitatem pecuniarum pro cautela, &
indemnitate emptorum, donec dictæ Terræ à præfatis
oneribus liberentur, vt per *Text. in l. ex ijs prædijs
C. de evict.* pluribus cumulatis authoritatibus dictum
fuit in altera decis *§. & prædicta indubitanter.*

Quo verò ad secundum Census scut. 1350. cessus
Maggijs in computum pretij realiter, & cum effectu
intrabat in concursu creditorum de Brunis, &
in decimo nono loco graduatus fuerat: Prætensio
verò, quod concursus fieri debebat pro summa tantummodò
scutorum 12. m. quæ soluenda remanserant
à Maggijs, cum alia scuta sex mille soluta
fuissent in tot bonis insolutum datis Brunis Venditoribus,
caret prorsus Fundamento siuè inspiciatur
6 promissio, siuè etiam contrahentium intentio, &
necessitas subiectæ materiæ, promissio siquidem est
relatiua ad sententiam graduatoriam latam sub *die
28 Iunij 1631.* ib. *& ad nihil aliud dd. DD. de Becchettis
tenentur causa dicti Census, nisi quatenus in
præsentiarum non intrarent in concursu facto omnium
creditorum prædictorum de Brunis ex sententia graduatoria
sub die 28. Iunij 1631. quo casu tantum teneantur
ad solutionem sortis principalis d. Census scutorum
1350. & non ad aliud, nec alio modo &c.* ac per
consequens loquitur de concursu, qui continebant
creditores vsque ad summam scutor. 18. mill. non
autem tantummodo scut. 12. mill. & in illo Becchetti
graduati fuerunt: Intentio autem contrahentiũ,
& necessitas subiectæ materiæ idem pariter suadent
quia concursus fieri debebat pro integro pretio scutorum
18. mill. cum tanti valeant prædia vendita,
non obstante, quod ad computum illius Maggij Emptores
insolutum dedissent bona valoris scut. 6000.
quia, & si huiusmodi solutio, seù verius insolutum
datio inter Emptorem, & venditorem haberet vim
7 solutionis, & liberationis, creditoribus tamen nihil
obesse poterat, nec extinguebat eorum credita,
vel hypothecas, ideò ipsi non obstante in solutũ datione
potuissent pulsare Emptores si non actione personali,
saltem hypothecaria, quæ transit in singularem
successorem, & possessorem bonorum hypothecatorum
*Negusant. de pign. 1. membr. par. 8. num. 6.
& membr. 3. eiusdem partis num. 19. Rota apud Pacif. de
Saluian. interd. dec. 15. num. 1. & 2. & dec. 308. num. 6.
par. 5. rec. & in Rauennaten. Soluiani 26. Maij 1634.
coram Reuerendiss. D. Terracinen.* Pro cautela itaq;
emptorum concursus non debebat commensurari à
portione in earum manibus remansa, sed à valore
bonorum emptorum, quæ à creditoribus potuissent
in Saluiano, vel aliter auocari.

Nec fuit habitum in consideratione absurdum ab
altera parte deductum, quod hac via Maggij soluissent
vltra pretium conuentum, scuta nempè sex
mille venditoribus, & 18. mill. eorum creditoribus
Quia si quid vnquam soluissent vltra pretium conuentum
facili negocio recuperassent ab eisdem venditoribus,
si non ex pretio in eorum manibus remanso
saltem super Tenuta eisdem ad bonum com-
8 putum tradita, quæ tanquam effecta de patrimonio
debitoris fuisset obnoxia hypothecæ, & obligationi
Camerali comprehendenti etiam bona futura *Zucch.
post Galles. de oblig. Cam. qu. 5. nu. 31. Gratian. discept.
for. cap. 391. num. 48. Rota in Sancti Seuerini dotis, seù
Saluiani 4. Maij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*
Et ad hoc emptores respexisse indicat manifestè
pactum adiectum, quod casu, quo debita quęcumque,
& obligationes eorum de Brunis in dicta
graduatoria contenta excederent dicta scuta 18. m.
venditio habeatur pro non facta, & vtrique parti redire
liceat ad primæua Iura *Summ. eorundem de
Maggijs num. 1. lit. D.*

Huic tamen responsioni non acquiescebant informantes
pro Maggijs, sed vlterius prosequendo contendebant
etiam admissa graduatione in summa
scut. 18 mill. Censum assignatum non posse habere
locum in concursu ob plura alia debita anteriora
de nouo detecta, de quibus in graduatoria non fuit
habita mentio: Debita autem huiusmodi designabant
in quinque partitis, Prima scutorum 265. bonon.
50. solutorum Quintilio Andreolo Legatario
Quintiliani de Fortis *sub die 28. Febr. 1632.* vt ex Instrumento
quietantiæ eorum *Summ. n. 7.* Secunda
scutorum 243. solutorum Michaeli Angelo Marino
causam habenti à Theodora de Mengaccijs *sub die
10. Martij eiusdem anni 1632. eodem Summar. num. 8.*
Tertia scutorum 350. pro totidem solutis Paulo Gōnio
hæredi Petri Perotti *sub die 19. Octobris pariter
1632. Summ. nu. 9.* Quarta scutorum 441. pro totidem
debitis illis de Montanuccijs, qui vigore eorum
crediti contra Brunos obtinuerant in Saluiano
immitti in possessionem partis Terrarum venditarum
Maggijs, quæ in totum constituunt summam
scutorum 1300. & quinta demum pro fructibus tàm
ante venditionem, quam postea, vsque a *die prima
Iulij 1637.* in qua expirabat vltimus terminus dilationis
datus Emptoribus, quibus partitis additis
summæ scutorum 16307. b. *96.* ad quam Io: Franciscus
Scarlatus Peritus, & calculator electus ab A.
C. retulit ascendere debita illorum de Brunis absorberent,
& excederent integram quantitatem scut.
18. mill. adeout proindè in illa intrare non posset
census assignatus Maggijs.

Verùm omissis omnibus alijs responsionibus datis
ab informantibus pro Becchettis ex facto visa fuit
cessare hæc difficultas, quia additis etiam dictis prætensis
primis quatuor partitis, quæ ascendunt ad
summam scut. 1300. debita, de quibus agitur non
excedunt summam scut 17607. *96.* atque ideò non
absorbent integram quantitatem dd. scutor. 18. mill.
& per consequens Census eorundem de Becchettis
non est delendus à decimonono loco, in quo fuerat
graduatus.

Pro fructibus verò decursis, qui quinto loco deducebantur,
nihil dictum fuit addendum fore summæ
præfatæ, quia decursi ante venditionem; Qui
sanè debitum augent, calculati fuerunt in relationé
Periti, prout etiam calculati fuerunt decursi post
9 venditionem pro illa rata, qua durabat dilatio conuenta:
Reliqui verò decursi post lapsam dilationem
spectabant ad Maggios loco damnorum, & interesse
ob non factam extinctionem in tempore conuento
l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus ff. de verb.

oblig. Menoch. cons. 118. num. 24. & seqq. Card. Canal. dec. 605. num. 1.

Moneta Papalis iustè valutata fuit in grossis 29.
pro quolibet scuto, quia tunc temporis tanti vale-
10 bar, de Iure enim fieri debet æstimatio habita ra-
tione illius temporis, quo fieri debebat solutio, non
inspecto valore temporis antecedentis, aut subse-
quentis *ex theor. Bart. in l. Paulus numer. 6. ff. de solut.
Aret. cons. 11. num. 3. Rota in Assisien. Pensionis coram
Sacrato, quæ est decis. 135. num. 2. part. 3. rec.* vbi alij
referuntur. Vltra quod differentia, quæ inesse po-
terit in huiusmodi moneta non excedit in totum sc.
84. circiter, ac proinde dictum creditum non exclu-
dit; Et cum his responsionibus Domini eo libentius
transierunt, quia concordant cum relatione Periti,
quem constat singulas partitas diligenter dispunxis-
11 se cum suis causis, & rationibus, & cui vt potè ab
A.C. electo, de partium consensu firmiter est ad hæ-
rendum, nisi de errore concludenter doceatur iuxta
*glos. in l. item si vnus §. principaliter verb. authoritati ff.
de recept. arbitr. Castr. in l. si cui libertas num. 7. ff. de
condit. & demonstr. Rota in rec. decis. 47. num. 7. part. 7.*
cum alijs adductis in præterita *vers. difficultas enim.*

Et ita vtraque parte informante resolutum
fuit &c.

BVRGEN. DECIMARVM.

Ven. 11. Febr. 1650.

ARGVMENTVM.

Declaratoria conceditur contra inobedientes in solu-
tione decimarum, quod etiam procedit stante ap-
pellationis interpositione, quando causa commissa
fuerit sine præiudicio mandati de manutenendo.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur vbi adest inobedientia.*
Fallit si causa appellationis commissa fuisset, num. 2.
*Quam fallentiam restringas si commissio sit reforma-
ta à Signatura cum clausula,* sine præiudicio
mandati de manutenendo, *num. 3.*
4 *Clausula,* sine præiudicio mandati de manutenen-
do, *illud præseruat.*
5 *Persona si sint Ecclesiasticæ eo magis tenentur ob-
temperare mandatis Rotalibus.*
6 *Patientia sola non sufficit pro paritione, sed necessa-
ria est paritio verbalis ad euitandam declara-
toriam.*
7 *Declaratoria adhoc vt concedi possit necessaria est
liquidatio summæ.*
*Quod procedit quando contumax à paritione facto
deposito alicuius quantitatis offert residuum post
liquidationem factam,* num. 8.
Præcipuè in materia decimarum, num. 9.
9 *Debitor decimarum eas offerre tenetur.*

DECISIO CCCXVII.

IN executionem resolutionis captæ coram me 3.
Nouembris 1643. expedito mandato de manute-
nendo ad fauorem Abbatis, & Monachorum Beatæ
Mariæ de Nagera in quasi possessione percipiendi
omnes Decimas, quæ colliguntur intra fines Paro-
chialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ Oppidi de Argoños
dempta quarta parte in causam Fabricæ, & congruæ
substentationis Beneficiatorum illius iuxta concor-
diam de anno 1585. *relat. in decis. adita*, super bono
iure 28. *Iunij 1647. in fine coram me.* Eoque per-
sonaliter intimato Roccho de Solar Rectori, &
Francisco Dexado Parocho Beneficiato, *Summ. Ab-
batis, num. 3:* ac in actis Notarij causæ reproductæ,
seruatisque quatuor terminis ad docendum se pa-
ruisse de stylo seruari solitis, *num. 4.* cum adhuc de
aliqua paritione doctum non fuerit, quinimo con-
stet de positiua inobedientia, ex quo in actu præla-
tæ intimationis in dicto mandato appellarunt dicto
1 *num. 3.* Ideo Domini resoluerunt contra dictos Re-
ctorem, & Parochum dandam esse declaratoriam,
vt tandem resipiscant, & debita paritione protinus
obedire festinent ad notat. *in cap. 2. de dol. & contum.
in 6. Mohed. decis. 1. de sent. excomm. bo. mem. Buratt.
decis. 17. n. 1. cum alijs in Leodien. Abbatissatus 8. Apri-
lis, & 20. Iunij 1644. coram Reuerendiss. D. Terraci-
nen. in Toletana Canonicatus 18. Iunij 1646. coram
R. P. D. Otthobono in Cæsaraugustana distributionum
25. Maij eiusdem anni, & in Leodien. decimarum 3.
Iunij 1647. coram me, § fin.*

Non obstat, quod post dictam intimationem præ-
2 fati mandati de manutenendo commissa fuerit cau-
sa appellationis simpliciter, *R. P. D. meo Bichio*, &
ideo Rocchus, & Franciscus iustam habuisse videan-
tur causam non parendi.

Tum quia ex lectura ipsius commissionis euiden-
ter conuincitur dictam appellationem, non fuisse
interpositam ab ipso mandato de manutenendo, sed
à sententia in negocio principali prolata, & conse-
quenter eius prætextu debitam mandati paritionem
recusare non possunt.

Tum etiam quia commissio dictæ appellationis
3 quoad decimas, de quibus agitur per Signaturam
statim reformata fuit, mediante clausula, *sine præiu-
4 dicio mandati de manutenendo*, quæ propterea inte-
gram illius executionem præseruat *Laurell. de at-
tent. post inhib. par. 2. cap. 20. nu. 2. Marches. de commiss.
appell. ab execut. oblig. Camer. §. 1. n. 155. fol. 707. Rota
coram bo. me. Buratt. dec. 641. nu. 18 in recent. decis. 8.
num 1. & 13. part. 6. in Iannen. pecuniaria, seù atten-
tatorum 24. Ianuar. 1642. coram Reuerendiss. D. meo
Decano, §. non obstat in Romana Palatij 4. Maij 1648.
coram me, §. fin. & in Bononien. bonorum 26. Februa-
rij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono, § minusque
releuat.*

Et licet ob prædictam clausulam, Abbas, & Mo-
nachi videantur canonizasse comprehensionē man-
dati de manutenendo sub dicta appellatione, ex quo
ipsa commodè non adaptatur sententiæ latæ in
petitorio. Nihilominus quia dictum rescriptum
procurari, & obtineri potuit potius ad abundantio-
rem cautelam, quam de necessitate exinde contuma-
ces legitimam excusationem nequeunt allegare, &
semper sufficit, quod in actu intimationis fecerint
5 actus paritioni, & obedientiæ contrarios, vt proin-
de petita declaratoria retardari non possint præser-
tim cum agatur inter personas Ecclesiasticas, quæ
eo magis tenentur mandatis Rotalibus reuerenter
obtemperare *cap. in memoriam 19. distinct.* cum cæ-
teris ad propositum congestis *in d. Toletana Canoni-
catus coram R. P. D. meo Otthobono, §. hic vero, & in
d. Leodien. decimarum coram me, in fine.*

Nec releuat, quod dictum mandatum non conti-
neat aliquid certum ab altera parte præstandum,
& ideo sola patientia habeatur pro paritione.

Quia præter quod comprehendit etiam Decimas
soluendas ex fructibus bonorum ab ipsis Roccho,
& Francisco possessorum, nec non expensas manda-
ti integraliter restituendas; licet quoad reliqua ipsi
6 nihil certum præstare teneantur, nihilominus sola
patientia non sufficit pro paritione, sed insuper re-
quiritur paritio verbalis legitime facta exhibendo
sese paratos huiusmodi patientiam præstare, vt fuit
animaduersum *in recent. decis. 319. num. 1. part. 2. de-
cis. 614.*

cis.614.num.2.par.3.in Concben. Decimarum dell' Infantado 26. Aprilis 1619. coram bo.me. Andrea, §.Sed pro paritione in Mediolan.bonorum 18. Februar.1630. coram rec.me.Coccino penes Modern. Peruſ. de manut. deciſ.272.num.3.ac in Ampurien.& Ciuitaten.electionis Vicarij 20.Octobr.1649.cor. R. P D.meo Meltio. Quæ quidem verbalis paritio tantum abeſt quod in propoſito concurrat, quinimo clare conſtat de aperta inobedientia, & poſitiua contradictione ex præfata appellatione reſultantibus.

Et hinc parum releuat, quod adhuc liquida-
7 ta non fuerit quantitas Decimarum Abbati, & Monachis debita, prout omnino requiritur, præſertim ex quo in dicto mandato excepta legitur congrua eiſdem beneficiatis pro ipſorum ſubſtentatione pręſtanda.

Quia vltra quod in cauſam fabricæ, & dictę congruæ ſubſtentationis ibidem explicite reſeruata fuit quarta pars Decimarum, quæ proinde tanquã certa ſaltem ratione quotæ, vlteriorem non deſiderat liquidationem, ceſſat hæc difficultas, quia obie-
8 ctio illiquiditatis non excuſat contumaces à paritione, cum debuerint facto depoſito alicuius quantitatis iudicialiter offerre reſiduum ſequuta liquidatione *Rot.deciſ.5.de re ind.in nou.penes Acchill. deciſ.1.num.1.de ſent. excomm. in Dertuſen.* Decimarũ *11.May 1629. coram Cardinali Marquemont. penes, Marcheſ.de commiſs.part.1.fol.mihi 675.num.2. & 3.*
9 vbi quod hoc præcipuè procedit in hac materia Decimarum, in qua cautum eſt, quod debitor teneatur, offerre, *ex Rebuff.de decim.quęſt.12.n.7.& 8. & in Valentina 20.Nouembr.1598.coram Lancellot. penes eundem Marcheſ.d.part.1.fol.678.nu.2.in Calaguritana Penſionis 4. Decembr.1624. coram bon.mem. Manzanedo penes Modern. Peruſ.vbi ſupra deciſ.193. num.7.verſ.quod licet, & in Vicen. Portionis 18. Martij 1639.coram Reuerendiſs. D. meo Decano, §. Quia cum dd.dignitates.*

Et ita, &c.

MELEVITANA COMMENDÆ
DE VAOVRS.

Luna 14. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria conceditur data releuantia articulorum, & fumo veritatis, quod in cauſis Beneficialibus copulatiuè requiritur, & ex quibus adhunc effectum fumus ſufficienter reſultet etiamſi aliquis articulus præſeferat materiam obiectiuam, quando obiectum continet ius partis, & excluſionem alterius, non obſtante aliqua ſuſpicione calumniæ, quando remiſſoria petitur ab Actore, &. pars poſſidet, eſto etiam, quod aliquot articuli poſſent probari per ſcripturas, dummodo aliqui neceſſario ſint probandi per Teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in beneficialibus vt concedatur debet ſimul, & cumulatiuè conſtare de releuantia articulorum, & dari fumus veritatis materia articulatę.*

2 *Articuli dicuntur releuantes, quando tendunt ad excludendum collitigantem.*

3 *Teſtes etiam minus ritè examinati ſatis ſufficiunt pro fumo veritatis articulorum ad effectum obtinendi remiſſoriam.*

4 *Decretum prolatum ſuper ſtatu perſonę facit ius quoad omnes.*

5 *Declara hoc tantum procedere, ſi factum fuit in cõtradictorio Iudicio cum legitimo defenſore.*

6 *Secus autem ſi emanauit nemine penitus citato, & nulla contradicente, hoc enim caſu ius non facit nec tertio præiudicat.*

7 *Remiſſoria non poteſt impediri à ſententijs, quæ non fecerunt tranſitum in rem iudicatam, & per appellationem fuerunt ſuſpenſæ.*

8 *Remiſſoria conceditur data releuantia articulorum, & fumo veritatis etiam ſi aliquis articulus præſeferat materiam obiectiuam, quando obiectum continet ius partis, & excluſionem alterius.*

9 *Suſpicio calumniæ reſultat ex eo, quod in partibus diu fuit litigatum, & nullæ factæ probationes.*

10 *Suſpicio calumniæ eliditur data releuantia articulorum, & fumo veritatis materia articulatę.*

11 *Suſpicio calumniæ non attenditur quando remiſſoria petitur ab actore, & pars poſſidet.*

12 *Remiſſoria conceditur etiam ſi aliqui articuli poſſent per ſcripturas probari dummodo aliqui neceſſario debeant iuſtificari per Teſtes.*

DECISIO CCCXVIII.

PEtitam remiſsoriam ab Equite Philippo Emanuele de Crabaud de Tourrettes concedendam eſſe
1 DD. cenſuerunt quia conſtat de releuantia articulorum, & datur fumus veritatis materiæ articulatæ, prout in beneficialibus ſimul, & cumulatiue, requiritur, vt in puncto nuperrime reſponſum fuit in altera *Melenitana Cõmenda 14. Ianuarij proximi præteriti coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Releuantia enim concurrere viſa fuit potiſſimè in primis tribus articulis cum tendant ad excluden-
2 dum Equitem Antonium de Glandeuex Caſtellet collitigantem a conſequutione commendæ controuerſæ.

Ponitur ſiquidem in primo, quod ipſe Caſtellet per quinquennium non reſedit in eius Commenda de Reiſsach, quam prius obtinebat contra diſpoſitionem Statuti Religionis *rubr. de Commend.tit.14. cap.14.& ordin:ſub rubr.de Commend. tit.13. cap.24.* In ſecundo, quod non iuſtificauit melioramenta mediante acceſſu, & oculari inſpectione Commendatariorum, qui pro illorum verificatione deputati fuerunt, prout requirebatur, tam ex forma deputationis *Summario Equitis de Tourrettes, num:4.* quam ex diſpoſitione alterius Statuti *ſub tit. delle Viſite 15.cap.9.* neque illis exibuit Cabreuationes, & Inuentaria, ac Cataſtra eiuſdem Commendæ, vel fidẽ conſignationis illorum in Archiuio, vt expreſsè cauetur in ordinatione *d. rubr.de commend.dict.tit:13. cap.14.& ſub rubr.de viſitat.cap.3.* In tertio deniq; quod non paruit præceptis Viſitatorum exequendo ordines ab eis tunc datos, prout diſponitur in eodem Statuto *d.tit.delle viſite cap.5.*

Fumus verò ſufficienter reſultat ex depoſitionibus Teſtium *d.Summ.num.3.5.* & 7. qui etiamſi mi-
3 nus ritè fuerint examinati, ad effectum tamen, de quo agitur, ſatis ſuperque ſufficiunt, *Canad. deciſ.3. num.2.de dilat.ſan.me.Greg.XV. dec.562.nu.4: Rota deciſ.113.num.1.& deciſ.661. num.1: verſ. & licet,*
4 *part.2.recent.in Melenitana Commenda de Paliers 7. May 1635.coram bo.me.Pironano, §.nec obſtat.in Cremonen.Parochialis 15.Iunij 1646.coram me, §.& licet Teſtes, in Bonon.fideicommiſſi de Rubeis 1.Iulij 1647. coram R.P.D. meo Corrado, §.minus obſtat, cum alijs in dicta Melenitana Commenda, §.articulata ſiquidem circa fin.*

Non obſtat, quod ex particulari decreto Conſilij, & Magiſtri Caſtellet obtinuerit antianitatem, & expectatiuam, ſeu (vt vocant) Ius quęſitum ad primã Commendam vacaturam eius *Summ.num.2.* quodq;

per

per duas sententias conformes illi adiudicata fue-
rit Commenda controuersa dicto *Summario, num.4.*
& 5.

Licet enim dictum Decretum videatur suppone-
re eius habilitatem, & sic tanquam super statu per-
4 sonæ prætendatur, quod faciat ius, quoad omnes,
l.ingenuum,ff.de stat.hom. Conclusio tamen procede-
5 ret si factum fuisset in contradictorio Iudicio cum
legitimo defensore, vt post *Cin.aliosque scriben. in*
d.l.ingenuum, tradit, Surd.decis.289.num.17.

Secus autem vbi emanauit prout hic nemine pe-
6 nitus citato, & nullo contradicente, hoc enim casu
ius non facere, nec tertio præiudicare ex doctrin.
Bart.in ead. l.ingenuum, nu.1.& Alex.in l.sæpè, n.60.
& 78.ff.de re iud.declarat. Couar.pract. quæst. cap.13.
num.5.vers.hæc sanè ratio, quem refert, & sequitur,
Rota coram Card. *Caual.decis* 250.*num.4. & 5.* Sen-
7 tentiæ verò deindè subsequutæ petitam remissoriã
impedire non possunt, cum non fecerint transitum
in rem iudicatam, sed suspensæ fuerint per appella-
tionem mihi commissam, & in hoc Tribunali pen-
dentem, vt in puncto respondit, *Rota decis.386.n.54.*
part.8.recent.

Nec releuat, quod secundus articulus præseferat
materiam obiectiuam.

Quia cum non deducatur per modum obiectio-
8 nis aduersus Commendatarios, sed pro iustificatio-
ne defectus probationis personarum melioramen-
torum ad excludendum Castellet à consecutione
huius Commendæ, & ad obtinendam illius adiudi-
cationem pro ipso articulante, ac propterea sit de
iure dantis, vtique concurrente prædicto fumo ad-
mitti debet, quamuis aliquod prætensum obiectum
contineat, vt responsum fuit *coram Card. Caual. de-*
cis.271.num.2.in d. Melenitana Commenda de Paliers,
In Vercellen. Præpositura *11. Decembris 1645. coram*
R.P.D.meo Bichio, § Fumus, & in Bononien. fideicom-
missi 4. Iuly 1646. coram Reuerendissimo D. Terra-
cinen.§. & quamuis.

Cæterum calumniæ suspicionis exceptio, ex quo
9 in partibus diù litigatum fuit, & nullæ factæ proba-
tiones eliditur penitus, nedum ex releuantia artico-
10 lorum, & fumo veritatis materiæ articulatæ supe-
rius ponderatis iuxta *d. decis. Cassador.3.* quam se-
quuta fuit, *Rota in Cremonen. pensionis 4.May 1635.*
coram clar.mem. Coccino *in rec. decis.41.nu.39.& 40.*
part.7. in Cæsaraugustana distributionum 13. Martij
1643.§.fin. & in Calaguritana Beneficiorum *de Cor-*
nogo 27. Aprilis 1646. §. conclusio enim coram me, &
in prædicta Melenitana Commendæ, *§.hinc cessat.* Sed
11 etiam quia Commenda controuersa non possidetur
ab Equite de Tourrettes remissoriam petente, sed
ab Equite Casteller collitigante, vt considerauit,
Rota coram Cæsar.de Grass.decis.1. de dilation. coram
bo.me.Buratto decis.816.num.5. & in sæpius allegata
Melenitana Commenda d. §.hinc cessat circa fin. coram
R.P.D.meo Verospio.

Quod autem materia articulata probari possit
per scripturas non subsistit in facto saltem respectu
eorum, quæ deducuntur in prædictis tribus articu-
lis, quæ non nisi per Testes probari possunt, & hoc
12 sufficit pro illius concessione, esto etiam, quod
contenta in alijs commode ex scripturis probari va-
leant ex allegatis *coram* Card.*Caual. d.dec.271.n.5.*
cum alijs adductis per *Add.ad sanct.memor. Gregor.*
dec. 253. sub num. 3. versic. Si tamen.

Et ita vtraque &c.

ROMANA LEGATI.

Ven. 18. Febr. 1650.

ARGVMENTVM.

Fratres Diui Francisci sunt incapaces legatorum non relictorum pro Sacristia, & infirmaria. Breue in forma commissaria præsumitur iustificatum si cum sententia concurrat lapsus temporis cum obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Fratres Sancti Francisci de obseruantia sunt incapaces legatorum fallit in legatis factis Sacristiæ, quia concernunt decorem cultus Diuini non commoditatem fratrum,* num.3.

Quod procedit etiamsi facta non fuerit specialis mentio Sacræ suppellectilis, num.4.

Item fallit in legoto facto Infirmariæ, num.6.

5 *Legatum factum Infirmariæ Fratrum minorū Diui Francisci non aduersatur eorum arctissimæ paupertati.*

6 Pontifex *bene scit incapacitatem fratrum* Diui *Francisci tamquam resultantem ex* Clement. exiui de verb.signific.

7 *Pontifex habet iura in scrinio pectoris.*

8 *Pontifex concedendo consequens habilitat in antecedenti.*

9 *Subreptio excluditur si* Papa *in genere cogitare potuit.*

10 *Breue in forma Commissaria præsumitur iustificatum ex sententia executioni demandata, & per spatium annorum 30. obseruata.*

11 *Clausula,* constito non indiget iustificatione, *nisi ad instantiam illius, ad cuius fauorem apposita fuit.*

Et ipso non reclamante gratia stat in implicito statu validitatis.

12 *Datio in solutum est perpetua, & facit venditionem.*

13 *Datio in solutum transfert in recipientem totale dominium irreuocabiliter.*

Ideoque recipiens facit fructus suos nec tenetur illos excomputare in sortem, & num.14.

15 *Hæreditas præsumitur opulenta, & soluendo.*

DECISIO CCCXIX.

BReue sanctæ memoriæ Pauli V. suffragari in per-
petuum Ioannino quoad legata facta à Iacobo
Briosò Sacrestiæ, & Infirmariæ Sanctæ Mariæ in
Aracæli Domini censuerunt, quia cum illa in per-
petuum pariter relicta fuerint, & eisdem verbis ple-
no iure translata in dictum Ioanninum cum reser-
1 uatione beneplaciti Apostolici deindè subsequuti
præuia sentententia Iudicis ad id specialiter dele-
gati merito Breuis beneficio potiri debet, *cap.si cui*
nulla de præben.in 6.cap.decet de regul.iur. eod.lib.

Neq; repugnat obiecta incapacitas Patrum Santi
2 Francisci Minorum de Obseruantia nuncupatorum
ex eorum regula, de qua in *Clem.exiui, §. cum annui*
redditus de verb.signific.

Quia indubitatum est, quod non comprehendit
legatum factum Sacristiæ eorum Ecclesiæ, cum
3 Diuini cultus decorem, non autem illorum com-
modum respiciat, nec quicquam ex eo ipsi appro-
priantur iuxta communem DD. opinionem, quam
probant, *Card.Zabarell.in d.* Clem.exiui, *num.11.ibi-*
que Anchar.num.18. Butr.in cap. in præsentia nu. 25.
de probat. Nauarr. *cons.13.per tot. de testam. Roderic.*
quæst.regular.tom.2.qu.127.ar.5.per tot.Sanch. ad præ-
cept. Decalog.lib.7.cap.26.num.42.cum seqq. & latis-
simè alijs relatis probauit, *Rota in* Romana *Compu-*
torum 10. Aprilis 1630.coram bo. me. Merlino *in rec.*
decis.

decis. 365. num. 27. & seqq. part. 5. Idque etiamsi de
Sacra Suppellectili, alijsque necessarijs ad eum vsum
4 specialis mentio facta non fuerit, quia sufficit Sacre-
llîæ relictum fuisse, cum indè satis appareat inten-
tio Testatoris, ac eius validitas iustificatur, ex causa
enim licita relictum existimatur, vt deducitur in
*cap. exyt. §. in hoc casu in fin. de verb. signif. in 6. Card.
Zabarell. in d. Clem. exiui d. num. 11. Rota coram Bu-
ratt. decis. 245. num. 18. & in dicta Romana Computo-
rum, num. 29.*

Nec etiam comprehendit alterum legatum factũ
5 Infirmariæ eorum Conuentus. Quia præter quod
DD. non videbatur aduersari arctissimę paupertati
& mendicitati, quam ex præfata regula dicti Patres
profitentur iuxta *text. in d. cap. exyt de verb. signific.
in 6. & in d. Clem. exiui eod. tit.* cum in eorum vsus
quotidiani victus, & vestitus non fuerit principali-
ter ordinatum, sed pro sublentatione Infirmorum,
ne deficientibus remedijs necessarijs, quæ non sem-
per nec integrè largitione fidelium parari pos-
sunt, misere pereant; Ideoque maxima pietatis,
& honestatis ratione substineri potest, tam vigore
6 eiusdem regulæ iniungentis curam sollicitam pro
Infirmorum necessitatibus, quam Apostolicarum
constitutionum approbantium easdem necessitatis
causas, vt habetur *in d. cap. exyt, § si verò modum li-
citum*, & bene aduertit hanc sententiam probans Io.
de Anania *cons. 30. numer. 5. & per tot. & ibi etiam
Add. quem sequitur Roderic. d. qu. 127. art. 4. in fin. &
ex recent.* P. *Dian. resol. moral. part. 3. tract. 2. resol. 33.
in princip. Laurent. de Portell. in dub. regular. in verb.
legatum, num. 7. & P. Lezan. in* Summ. *quæst. regular.
vol. 2. in verb. legata* Regularibus *relicta, num. 6.* In
omnem casum remouetur difficultas ex facultate
concessa in d. Breui approbandi illius alienationem,
& cessionem ab eisdem Prioribus factam; Cum
enim Pontifex optimè sciuerit illorum incapacita-
7 tem, tanquam resultantem ex *d. Clem.* cuius disposi-
tionem ipse non ignorasse præsumitur quippe qui
omnia iura in scrinio pectoris habere censetur, *c. 1.
de constit. in 6. l. omnium, C. de testam.* Vtique conce-
dendo dictam facultatem in necessarium antece-
8 dens eos habilitasse videtur super huiusmodi inca-
pacitate argumento *text. in l. ad rem mobilem, ff. de
procurat. & in l. illud ff. de acquir. hæred. Oldr. cons. 330
nu. 7. & cons. 331. num. 1. 2. & 3. Roman. cons. 307. n. 1.
& 2. Socc. iun. cons. 140. nu. 44. & 45. lib. 2.* cum alijs
allegatis per *Gabr. de præsumpt. conclus. 8. numer. 1.
cum seqq.*

Nec refert, quod dicti Patres non narrauerint
dictum legatum esse perpetui redditus, & ideò Bre-
ue remaneat subreptitium. Quia cum Pontifex de-
mandauerit exequutori dictam facultatem, vt Ioan-
ninus pro perpetuis futuris temporibus præfatum
legatum acquireret, eius perpetuitatem satis clarè
9 cognouisse videtur, ex quo propterea penitus cor-
ruit allegata subreptio, cum ad istum effectum suffi-
ciat in genere Papam cogitare potuisse, *l. quod iure,
ff. de milit. testam. Felin. in cap. nonulli, num. 18. de re-
script. Rota decis. 452. nu. 15. decis. 501. num. 28. par. 5.
decis. 222. num. 25. part. 7. dec. 57. nu. 11. & decis. 598.
part. 8. rec.*

Minusuè obstat, quod dictum Breue concessum
fuerit in forma Commissaria cum clausula, *Consti-
to de necessitate.* Quia præter quod satis iustifica-
10 tum præsumitur ex dict. sententia executoris demã-
data executioni, & per spatium 30. annorum conti-
nuo obseruata, *Card. Seraph. decis. 1073. num. 2. & 3.
decis. 1125. nu. 1. 2. & 3. & decis. 1174. num. 3. Gregor.
decis. 343. num. 1. ibiq; Add. nu. 4. 5. & 6. Rota in rec.
decis. 684. num. 1. part. 2.* huiusmodi exceptio ab ip-
11 sis tantum Patribus, quorum fauore dicta clausula,
censetur apposita, non autem ab alio allegari potest
ipsisque volentibus etiam sine illius iustificatione
gratia stat in implicito statu validitatis, *Innoc. in
cap. 1. in princ. ibique Butr. num. 5. de ys, quæ fiunt à
Prælat. Put. decis. 302. per tot. libr. 1. in correct. Rota
decis. 179. nu. 5. & 6. & decis. 318. num. 39. part. 5. rec.*
Multoque minus suffragatur Ecclesiæ de Anima,
quæ siue Legatarijs cedentibus, siue Cessionario di-
ctum legatum semper præstare tenebitur.

Prout nec subsistit, quod creditum Ioannini ex
tot annuis paghis iam persolutis videatur extinctũ.
Obiectum enim procederet si ageretur de simplici
assignatione in pignus temporaliter duratura, do-
nec scilicet ex annuis præstationibus Creditor satis-
fieret, secus autem in proposito, quo agitur de vera
& actuali cessione, ac datione in solutum cum clau-
sulis in perpetuum ad habendum, & Constituti.
12 Hoc enim casu cum huiusmodi cessio, & datio in
solutum de sui natura sit perpetua, & faciat vendi-
tionem, transfert in recipientem totale dominium
13 rei cessæ penes ipsum duraturum perpetuò, & irre-
uocabiliter, vt comprobatur in decisionibus huius
causæ emanatis *coram me super manutentione prima
Iuly 1643. §. minus obstat, & 2. Maij 1644. §. ad se-
cundum verò;* Ac operatur, vt Cessionarius non te-
14 neatur excomputare fructus in sortem, sed illos fa-
ciat suos *l. si ei, §. 1. ff. de euict. Socc. iun. cons. 170. nu. 5.
lib. 1. Card. Seraph. decis. 1284. num. 1.*

Suppositum denique quod hæreditas Briosi sit
adeò tenuis, vt non sufficiat pro præstatione huius
legati adhuc concludenter iustificatum non fuit,
15 ideoq; viget præsumptio, quod sit opulenta, & sol-
uendo, vt respondetur in dicta secunda decisione,
§. *Demum ad tertium*. Ac propterea Domini super
huiusmodi tenuitate, & insufficientia meliores de-
siderant iustificationes in vlteriori propositione di-
spungendas præuia legitima redditione rationis.

Et ita vtraque &c.

INTERAMNEN. VSVSFRVCTVS.

Lunæ 14. Marty 1650.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fæminas simpliciter iuncto mas-
culis onere illas dotandi excludit etiam à legiti-
ma, & quando temporaliter, & quando perpetuo
illas exclusisse dicatur. Hæres Creditor Testatoris
de tempore aditionis licet omittendo Inuenta-
rium non possit eius creditum detrahere propter
Iurium confusionem, hoc tamen non procedit in
Credito ab eo post aditam hæreditatem acquisito,
mediante satisfactione alterius Creditoris hæredi-
tarij de proprio, in cuius locum ipse soluendo suc-
cedit vsufructuarius omnium, & singulorum bono-
rum tenetur debita hæreditaria satisfacere, de cor-
poribus, vnde percipere debet vsumfructum, quam-
uis vsusfructus redderetur inutilis, & tenetur vsum-
fructum semper cum hærede proprietario commu-
nicare, quando Testator hoc onus iniunxit, quo
casu proprietarius tenetur recipere de manu vsufru-
ctuarij.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens simpliciter fæminas iuncto mas-
culis onere illas dotandi, censetur exclusisse ne-
dum ab equali successione, sed etiam ab ipsa legi-
tima.*
2 *Femina à statuto exclusa fauore masculorum eorum-
que*

que successorum, & ab eis causam habentium censentur exclusa etiam fauore haredum extraneorũ.

3 *Famina à statuto simpliciter exclusa propter masculas remanent perpetuo exclusa, quando masculus de tempore successionis extabat, licet postea ille masculus sine masculis decesserit.*

4 *Salutio imaginaria resultans in harede, ob non confectionem inuentarij, non procedit in credito post aditionem per haredem acquisito.*

5 *Creditor Testatoris, & hares debet prius satisfieri ex nuda proprietate ei relicta, & deindè ex pecunijs hareditarijs si adsint, postea ex Iuribus, & Actionibus, & nominibus debitorum si extent, sin minus ex immobilibus.*

6 *Declara hoc tantum procedere in creditore Chirographario, non autem Hipothecario cum obligatione Camerali.*

7 *Creditor habens hypothecam cum obligatione Camerali, potest pro sui satisfactione bona quacumque debitoris, etiam fructifera meliora, & pratiosiora sibi magis benè visa eligere.*

8 *Hares soluendo de praprio creditori hypothecario Testatoris, in eius locum succedit, & potest vti eadem facultate eligendi quacumque bona debitoris sibi benè visa pro satisfactione sui crediti, qua eidem creditori competebat.*

9 *Vsufructuarius omnium bonorum tenetur soluere as alienum Testatoris de corporibus tamen, vnde vsumfructum debet percipere.*

10 *Vsusfructus censetur relictus in eo tantum quod superest deducto are alieno.*

11 *Vsufructuarius tenetur communicare vsumfructum cum proprietario, etiam si reduceretur ad vnicum obulum, quando adest expressa Testatoris voluntas.*

12 *Hares proprietarius debet capere vsumfructum de manibus vsusfructuarij, cui Testator iniunxit onus illum communicandi, nec potest propria auctoritate illum consequi.*

DECISIO CCCXX.

STeterunt Domini in decisis coram me 18. Iunij prę-
teriti tàm quoad bonum Ius Catharinæ Campiæ,
quam etiam quoad bonum Ius Sororum de Pacioni-
bus, non obstantibus nouiter hinc inde deductis.
Siquidem contra bonum Ius Catherinæ nihil vr-
get prætensio sororum, quod ab hæreditate Aleidę
matris detrahenda esset ipsarum legitima, cum pe-
nitus corruat ex dispositione statuti Ciuitatis Inte-
ramnæ relati in præterita decisione §. *Catherina sci-
licet*, quæ cum simpliciter excludat fæminas ab hę-
1 reditatibus Patris, & Matris, aliarumque personarum
ibidem specificatarum ab intestato decedentium
iuncto fratribus onere dotandi nisi fuerint dotatæ,
non solum ab æquali successione, sed etiam ab ipsa
legitima eas excludere censetur iuxta distinctionem
*Castr. communiter approbatam in l. Titio centum, §.
Titio genero num. 8. vers. 2. pramittit ff. de condit. & de
monstr. &c. & in cons. 16. num. 2. par. 1. Ceph. cons. 145.
num. 10. & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 81. num. 4. vers. aut
statutum inquit Gabr. cons. 11. num. 3. cum seqq. libr. 2.
Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 8, num. 9. sess. decis. Ara-
gon. 26. num. 56. Rota dec. 540. per tot. & signanter n. 5
ac sub nu. 6. in fin. vers. vltimò non obstat par. 1. diuers.
coram Card. Mellin. dec. 317. nu. 4. & 5. in Interamnen.
hareditatis de Paradisis 6. Martij 1606. coram S. D. N.
§. non obstat, quod dicebatur, & in Firmana legitima
30. Octobris 1617. coram bo: me. Vbaldo penès eundem
Merlin. dec. 74. à num. 1. vsque ad 9.* quæ quidem sta-
tuti dispositio non euitatur ex eo, quod per obitum
fratris extincta fuerit agnatio masculina; indeque
2 cessauerit exclusio, quia vt dictum fuit in alia decisio-
ne statutum excludit fæminas, nedum fauore fratrũ
sed etiam eorum hæredum, & ab eisdem fratribus
causam habentium, ideoque durat exclusio etiam
fauore hæredum extraneorum; Imò cum de tempo-
3 re obitus Aleidæ matris extaret masculus, & exclu-
sio simpliciter concipiatur non temporaliter, in ipso
instanti mortis Aleidæ superstite Io: Alexandro sta-
tutum consumauit effectum suum deferẽdo illi ma-
ternam hæreditatem, & ab ea sorores excludendo,
vt propterea retractari non possit licet posteà mas-
culus ille sine masculis defecerit, sed fæminæ per-
petuò remanent exclusę ex *theor. Bart. in l. fin. sub n.
2. vers. sed si poneremus ff. ad S. C. Tertyll.* quam se-
quuntur communiter DD. relati à *Merlin. vbi supra
lib. 3. tit. 1. qu. 3. num. 1. cum seqq.*
Deducta verò per Catherinam contra bonum Ius
dictorum Sororum de Pacionibus nullius paritèr ro-
boris Domini existimarunt: Exceptio enim, quod
ipsę præsumantur satisfactæ de eorum credito scu-
torum 850. ob defectum legitimi inuentarij, tollitur
ponderando, quod acquisiuerunt huiusmodi credi-
tum post aditam hæreditatem Io. Alexandri debi-
4 toris, Imaginaria enim solutio, & confusio actio-
num, quæ resultant ex aditione hæreditatis absque
beneficio legitimi Inuentarij procedunt tantum res-
pectu crediti existentis penes hæredem de tempore
aditionis, non autem respectu crediti, quod ipse
deindè acquisiuit adita hęreditate persoluen. de pro-
prio, prout hic debita Testatoris, vt præter aucto-
ritates allegatas in dicta decisione §. *quia preterquod
circa fin. tradit Gionagu. cons. 73. num. 62. vers. accedat.
& num. 65. lib. 1.*
5 Prout minus obstat, quod consequi debeant illius
satisfactionem prius ex nuda proprietate ipsis relicta,
& deindè ex pecunijs hęreditarijs si adsint in hære-
ditate alias ex Iuribus actionibus, & nominibus de-
bitorum si extent, sin minus ex immobilibus, vt di-
ctum fuit in *altera decis. huius causa edita 27. Iannar.
1647. coram Reu. P. D. Terracinen. §. neque potest in
fine.*
6 Quia obiectum non procedit quando agitur, pro-
7 ut hic, de credito hypothecario cum obligatione
Camerali, hoc enim casu creditor pro sui satisfactio-
ne non adstringitur seruare prædictum ordinem, sed
bona quæcunque etiam fructifera, meliora, & prę-
tiosiora sibi magis bene visa eligere potest iuxta
claram dispositionem *Tex. in l. creditoris ff. de distract.
pign. &c. & in l. qui generaliter, ff. qui pot. in pign. hab.
Aret. cons. 155. num. 10. vers. sed in casu Surd. dec. 44.
nu. 6. cum seqq. Rota in Iannen. Saluiani 5. Maij 1634.
coram clar. me. Coccino in rec. dec. 276. nu. 5. par. 6.* cum
alijs allegatis in *Romana Dotis* 27. Maij 1647. §. *con-
clusio procedit vers. creditor enim coram me*, qua
8 quidem facultate dictę Sorores Iure optimo vti po-
terunt, dum præuia solutione creditrici hypotheca-
riæ successerunt ex not. per *Bald. in l. Emptor in 1.
notab. C. de act. vel hered. vend. & c. Surd. cons. 22. n. 16.
Rota in Rom. Census 19. Iunij 1613. cor. bo. me: Sacrato
penès Cenc. de Cens. dec. 68. num. 3. & in S. Seuerini do-
tis, seu Saluiani 4. Maij 1640. coram Reu. P. D. mea De-
cano apud Zacch. de oblig. Cam. dec. 187. num. 16. secun.
9 vltimam impressionem.* Multoque magis, quando
prout hic, fuit relictus vsusfructus omnium bono-
rum, non autem certorum dumtaxat Corporum, tũc
enim æs alienum solui debet ab vsusfructuario, de
Corporibus tamen vndè percipere debet vsumfru-
ctum, vt respondit *Iaris C. in l. fin. ff. de vsufr. legat.
&c.*

&c. & in l.vsufructu bonorum ff. ad l.Falcid. Crauett. consf.187. sub num 1. vers. in quate cum seqq. benè Menoch. de presumpt. lib.4. præsumpt.143. sub num.13. & seqq. Surd. de alim. tit.2. qu.15. num.145. & seqq. Mant. de coniect. lib.9. tit.6. n.12. & alij plures relati per *Castill. de vsufr. cap.59. num.17.*

10 Idque etiamsi minuatur, & inutilis ferè reddatur vsusfructus Catherinæ, quia censetur relictus in eo tantum, quod superest deducto ære alieno *leg. subsignatam 39. vers. bona intelliguntur ff. de verb. signif. &c. glos. in l. fin. ff. de vsufr. legat. & in l.vsufructu Bonorum ad l.Falcid.* cum alijs pluribus, quos refert, & sequitur *Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.143. num.16. Castill. vbi supra cap.16. sub num.19. & latius d. cap.59. pariter sub num.19. vers. idcirco communis.*

Cæterum prætensioni Catherinæ, quod dictus vsusfructus communicari non debeat præfatis Sororibus, nisi prius ipsi vsufructuariæ, & deindè illis commode satisfiat ex *Crot. cons.67. num.41. & 42. lib.1.* totaliter resistit expressa voluntas Testatoris, qui illum Vxori reliquit sub explicito onere eum communicandi cum dictis Sororibus; Ideoque non est
11 curandum de sufficientia, vel illius insufficientia, cum etiam si reduceretur ad vnicum dumtaxat obulum, esset pariter communicandus, vt ipsa Testatoris voluntas ad vnguem seruetur ex allegatis tàm in *dec. coram Reuerendiss. D. Terractaen. §. atq; potest,* quam *coram me, §. Præterea verò*. Huiusmodi tamen com-
12 municationē dictæ Sorores quamuis hæredes Proprietariç capere debent e manibus vsufructuariæ, dum Testator illi iniunxit dictum onus communicandi, quod sane demonstrat ipsas proprio Iure illum consequi non posse, vt probant *Auth. alleg. in d. dec. coram me §. penult. in fin.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA RENVNCIATIONIS.

Mercur. 22. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Quando, & ex quibus dicatur captatoria Voluntas. Et renunciatio matris facta filio, vt de suis bonis disponat ad fauorem familiæ, non dicitur captatoria dispositio, neque à iure improbata.

SVMMARIVM.

1 *Pacta restringentia libertatem vltimç voluntatis, etiam facta cum eo, de cuius hæreditate agitur, improbantur à iure.*

2 *Sustinentur reciprocæ vltimarum voluntatum dispositiones, quando fiunt ex mutua affectione.*

3 *Secus quando ex præambula conuentione, & pacto fiant, quia tunc censentur captatoriæ alienæ voluntatis.*

4 Dictio, *Supradicta, est personalissima, & restringit dispositionem ad personas contemplatas, nec vltra eas extenditur.*

5 *Considerata conseruatione agnationis, omnes filij in pari gradu existentes considerantur tamquam capita familiæ.*

6 *Mater præsumitur habere æqualem affectionem erga omnes eius filios.*

7 *Nec natus, nec conceptus tempore testamenti non potest dici de familia, & agnatione disponentis.*

8 *Non videtur agnationis conseruationi prospicere, qui vnicum tantum vocat, & vnicum facit substitutionis gradum.*

9 *In renunciationibus debet Iudici causa insinuari, & liberè exprimi cum omnibus suis circumstantijs, non sub inuolucro verborum.*

10 *Stante enormissima lçsione non sustinetur renunciatio, sed ab ipso renunciante potest impugnari.*

11 *Concurrentibus solemnitatibus à statuto requisitis, præsumitur omnimoda validitas Instrumenti.*

12 *Captatoria voluntas tribus modis distinguitur, & qui sint huiusmodi.*

13 *Qui non renuntiat sub pacto, vt certç personæ instituantur, sed approbat voluntatem futuræ dispositionis iam sibi declaratam non captat liberam testandi facultatem.*

14 *Quando dispositio non est conditionalis, sed modalis, sustinetur, & vitio captatoriæ voluntatis nequit impugnari.*

15 *Quando renunciatarius potest instituere hæredes sibi visos, nec vmbra captandæ voluntatis potest considerari.*

16 Ex *quibus dicatur, quis constituisse perpetuam primogenituram inter omnes in testamento expressos, & ordine successiuo vocatos.*

17 *Ordo successiuæ vocationis censetur repetitus inter descendentes secundi, & vlterioris geniti, ne plus videatur tribuere remotioribus, quam proximioribus magis dilectis.*

18 *Primogenituræ, dicuntur institutæ pro maiori agnationis conseruatione.*

19 *Quia melius conseruatur decor familiæ conseruando, bona in primogenitis quam inter plures ea distribuendo.*

20 D*icitur reliquisse familiæ, qui vni de familia etiam remotiori reliquit.*

21 *Mandans institui hæredem pro augumento decoris familiæ, dat facultatem disponendi ad libitum etiam in vnum tantum de familia.*

22 *Instituens Nepotes ex fratre, dicitur agnationem conseruare.*

23 *Omnes Testatoris descendentes tam ex linea effectiua, quam contentiua, etiam vltra decimum gradum, dicuntur de ipsius familia, & agnatione.*

24 *Et admittuntur ad fideicommissum perpetuum, & pro conseruatione agnationis ordinatum.*

25 *Nati longe post obitum aui, non illi succedunt in præiudicium alterius etiam remotioris tunc temporis superexistentis.*

26 *Instituens Hæredes filios fratris censetur illos instituisse fauore conseruandæ agnationis.*

27 *Onus assumendi cognomen, & insignia familiæ indicat testatorem voluisse illam semper, & perpetuo conseruare.*

28 A*d effectum rēnunciationis, sufficit causam fuisse expressam, nec est necessarium eius veritatem expendere.*

29 *Ex concursu omnium solemnitatum omnia præsumuntur vera itaut dubitari non possit de sufficientia, & veritate causæ expressç.*

30 *Causa pro conseruatione agnationis, est pia, & laudabilis, & remouet omnem læsionis suspicionem.*

31 *In renunciatione Iuris dependentis à futuro euentu, nulla potest considerari læsio.*

DECISIO CCCXXI.

SEntentia Rotalis lata per R. P. D. meum Otthobonum, præuia decisione edita 24. Iunij 1649. in qua dictum fuit renunciationem sustineri, hodie impugnabatur à *Valentia de Valentibus* renunciante.

Et Primò, quia ipsa fecit dictam renunciationem ad fauorem Philippi eius filij, vt ipse de integra sua hçreditate disponeret ad fauorem certarum personarum, de quibus se certioratam asseruit; ideoque exindè filio ablata remansit libera testandi facultas, & consequenter renunciatio, tanquam captatoria, nullius est roboris, & efficaciæ, cum huiusmodi pa-

1 cta restringentia libertatem vltimæ voluntatis à Iu-
re improbentur etiam si fiant cum eo, de cuius hæ-
reditate agitur, vt probant text. in l. stipulatio hoc mo-
do concepta 61. ff. de verb. oblig. glos. in l. ex eo Instrum.
verb. successiue C. de inutil. stipul. & in l. si fratres 53. §.
idem respondit il 1. verb. ideò ff. pro Soc. Alex. cons. 28.
per tot. lib. 3. Bertrand. cons. 246. num. 7. lib. 6. Beroi. cons.
30. num. 23. vsque in fin. lib. 3. Capell. Tolos. qu. 453. nu.
1. per tot. Tiraq. de Iur. primog. qu. 6. num. 18. cum seqq.
Gratian. discept. forens. cap. 908. nu. 1. cum seqq. Osesch.
dec. Pedemont. 100. numer. 17. cum alijs per Rotam in
Romana de Caualerijs 25. Iunij 1632. & 14. Februar.
1633. cor. clar. me. Coccino in rec. dec. 178. nu. 3. & 4. &
dec. 350. num. 12. & 13. par. 6.
Idque eo fortius cum illam non fecerit simplici-
ter ex affectione erga filium, sed ea lege, & pacto,
vt institueret personas inter ipsos côuentas, ibi, Cer-
tior facta de ipsius voluntate circa institutionem hære-
dis &c. vt hoc faciat summopere desiderans obtulit ei-
dem eius filio renunciare &c. & ibi, Hanc autem re-
nunciationem fecit &c. ad effectum, vt dictus D. Phi-
lippus de tota, & integra sua hæreditate ad eius libi-
bitum disponere valeat ad fauorem supradictarum per-
2 sonarum &c. Licet enim sustineantur reciprocæ vl-
timatum volnntatum dispositiones, quando fiunt ex
mutua disponentium affectione per text. in l. capta-
torias, ff. de hæred. instit. Secus tamen est vbi; pruut
3 hic, factæ fuerunt ex præambula conuentione, & pa-
cto inter ipsos disponentes præcedenter inito, tunc
enim excluditur mutuæ affectionis ratio, & disposi-
tiones censentur captatoriæ alienæ voluntatis, vt
tradit Bart. in d. l. licet sub num. 1. C. de pact. DD. com-
muniter in l. captatarias C. de Testam. milit. & in l. illa
autem institutiones ff. de hæred. instit. Grat. d. cap. 908.
num. 5. cum seqq. Rota in rec. dec. 272. num. 1. part. 8. &
in Rom. hæredit. de Scarsellis 17. Decembr. 1645. cor.
Reuerendiss. D. meo Decano, & 27. Iunij 1646. coram
R. P. D. meo Celso: Attenta præsertim stipulatione,
& acceptatione facta à Philippo renunciatario pro
se suisque hæredibus, & successoribus in Testamen-
to declarandis, quæ cum non sit adiecta vltimę vo-
luntati, sed renûciationi factæ per contractum inter
viuos, induxit necessitatem causatiuã testandi ad fa-
uorẽ earundem personarum, & indicat Valentiã ali-
ter non renunciasse nisi filius renunciatarius sic testa-
ri promisisset; Quæ quidem necessitas remissa non
fuit ex facultate deindè ipsi concessa disponendi ad
eius libitum, dum addita fuerunt sequentia verba,
ibi, ad fauorem supradictarum personarum, quibus so-
lis explicatur, facultatem non suffragari ad disponen-
dum extra personas concordatas. Dictio enim illa,
4 supradictarum, tanquam personalissima restringit
dispositionem ad personas contemplatas, & vltra eas
non compatitur extensiunem, Aym. cons. 98. num. 8.
Menoch. cons. 86. num. 43. & 44. & cons. 610. nu. 22. Fu-
sar. cons. 99. num. 4. Surd. cons. 123. num. 13.
Secundo quia deficit causa, cuius contemplatione
rennnciatio facta fuit Valentia enim renunciauit
pro conseruatione bonorum in augumentum deco-
ris familiæ, & agnationis, ac proindè omnes eius
5 filij in pari gradu existentes, tanquam capita fami-
liæ erant instituendi ad trad. per Molin. de primog.
Hispan. libr. 1. cap. 5. num. 31. Ponderatis præcipuè
tum illis verbis ad fauorem supradictarum persona-
rnm, quæ demonstrant plures personas à renun-
ciante fuisse contemplatas, tùm etiam qualitate
ipsius renunciantis, quæ cum sit communis mater,
6 æqualem præsumitur habere affectionem erga om-
nes eius filios, & sic voluisse, quod omnes æquali-
ter instituerentur ad tradita per Angel. in §. illud quo-
que auth. de nupt. Dec. in l. 1. sub numer. 2. C. vnd. liber.
Ideoque illi satisfactum non fuit à Philippo Renun-
ciatario, dùm non instituit præfatos eius fratres, &
respectiuè filios dictæ renunciantis viuentes, & ex-
tantes, sed Nepotem nasciturum ex vno ipsorum
7 tunc nec etiam coniugato, qui cum eo tempore nec
natus, nec conceptus fuisset, non poterat dici de
familia, & agnatione disponentis l. si quis filio, ff. de
iniust. rupt. & irrit. testam. l. Titius exhæredato filio ff.
de suis, & legit. Nec agnationis conseruationi pro-
8 spexisse videtur, dum vnicum tantum vocauit, & v-
nicum gradum substitutionis fecit ex allegatis per
s. m. Greg. dec. 464. nu. 17.
Tertio, quia decretum Iudicis interpositum non
9 fuit, causa cognita eique insinuata, prout requiritur
per Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. Nàm modus conseruandi
agnationem per institutionem Nepotis nascituri cũ
exclusione omnium fratrum non erat palliandus sub
inuolucro verborum, sed liberè exprimendus cum
omnibus suis circumstantijs, vt mater posset delibe-
rare, an vellet eidem consentire ac Iudex illum in-
telligere, & approbare per ea, quæ dixit Rota coram
bo. me. Buratto dec. 120. num. 8. & 22 & in rec. decis. 1.
num. 21. & dec. 203. num. 22. & 23. par. 7. ac in Romana
domunculatum 10. Febr. 1648. coram Reu. D. meo De-
cano, §. non obstant, in fine.
Quarto denique quia fuit enormissimè læsiua,
cum pro tenui mẽstruo legato scutorum 25. tempo-
raliter duraturo ipsa renunciauerit legitimam ascẽ-
dentem ad scuta quinquaginta mille, & vltra, stante
10 enim enormissima læsione renunciatio non sustine-
tur, sed ab ipsamet muliere renunciante validè po-
test impugnari, vt respondit Rota dec. 102. nu. 1. cum
seqq. par. 2. diuers. dec. 318. num. 1. cum seq. par. 8. rec. &
in Romana donationis 16. Martij 1643. coram R. P. D.
meo Bichio.
Verum causa proposita his minimè obstantibus,
Domini iterum existimarunt renunciationem susti-
neri, & sic sententiam Rotalem esse confirmandam,
quia eius validitas non reuocatur in dubium, & iu-
11 stitia conuincitur ex ipso renunciationis Instrumẽ-
to, in quo seruatæ fuerunt omnes renunciationis so-
lemnitates per statutum nostrum requisitæ libr. 1.
cap. 151; omnimodæ validitatis præsumptionem
præseferentes, ex iuribus allegatis in d. decis. edita
coram R. P. D. meo Otthobono §. ratio est, & in Ro-
mana prætensa restitutionis dotis 15. Ianuarij, & 21.
Iunij 1649. coram R. P. D. meo Pentingerio.
Primum siquidem obiectum remoueri visum fuit
ex qualitate dispositionis captatoriæ, quæ regulari-
ter tripliciter diuiditur. Primo scilicet, quando
12 substantia vltimæ voluntatis principaliter, & dire-
cto confertur in liberam voluntatem alterius, vt
puta si Testator dixerit instituo hæredem Sem-
pronium, si Titius voluerit, quia si Titius di-
cat se nolle, Sempronius non erit institutus, & Te-
stator remanebit deceptus, decedendo intestatus l.
si quis Sempronium 68. vbi gloss. in figuratione casus
§. de hæred. instit. glos. in l. captatoria verb. aliena. ff. eod.
in l. captatoria in figurat. cas. ff. de legat. 1, & in l. cap-
tatorias C. de Testam. milit. Secundo quando non
principaliter, sed per indirectum committitur sub-
stantia dispositionis, vt instituo, quem Titius volue-
rit, vel elegerit. Nam Titio nolente, vel non eligen-
te, institutio remanet vacua, tertiò denique quando
institutio fit sub spe alterius institutionis, videlicet,
Instituo te, si instituerit me, gloss. in d. l. captatorias d.
verb. captatorias C. de testam. milit. & hisce tribus mo-
dis

dis captatoriā voluntatem distinxerunt *Couar. in c. cum tibi num. 1. de Testam. Graff. in §. institutio quaest. 18 num. 2. & Rota in superius allegata Romana de Caualerijs 25. Iunij 1632. coram clar. mem. Coccino in recen. d. decis. 350. num. 4. vsque ad 14. par. 6.* Tertia verò species subdiuiditur etiam, & comprehendit casum, quo institutio, vel alterius dispositionis conditio tendat ad alium extraneum hæredem instituendum, vt puta Titius habeat centum, vel heres meus esto si Mæuium hæredem instituerit *per text. in d. l. si fratres 53. d. §. idem respondit il primo ff. pro Soc. & in l. illa autem institutiones 71. vers. sed illud quæra potest. ff. de hæred. instit. Couar. in d. cap. cum tibi num. 2. vers. et ideò idem erit.*

Nulla autem ex præfatis speciebus congruit casui nostro. Prima siquidem, & secunda non indigent discussione: tertia verò penitus tollitur ex contextu renunciationis; Valentia enim non renunciauit sub prætensa promissione, pacto, seu conditione, quod Philippus renunciatarius certas personas institueret, sed approbauit dumtaxat eius voluntatem futuræ dispositionis antecedenter sibi oretenus declaratam, atque ad renunciandum mota fuit, vt eo magis filius eandem suam voluntatem iam sibi cognitam posset adimplere, vt sunt clara verba eiusdem renunciationis ibi, *Per Ill. D. Valentia &c. exposuit, & narrauit quod per Ill. D. Philippus de Valentibus eius filius &c. volens de bonis suis disponere, proposuit testari, ipsaque exponens certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis, & de causa, ex qua mouetur pro bonorum conseruatione in augumentum decoris familiæ, & agnationis &c. huiusmodi voluntati adhærens, idemque intendens, ac propterea vt hoc faciat summoperè desiderans obtulit eidem eius filio renunciare legitimam, & aliam quamcumque portionem sibi in bonis illius de iure quomodolibet debitam, & ibi renunciauit &c. legitimæ, & alteri cuicumque portioni &c. ipsamque legitimam, & aliam quamcumque portionem, ac iura &c. vt supra cessit &c. d. D. Philippo eius filio præsenti, & pro se, suisque hæredibus, & successoribus in dicto Testamento nominandis, seu declarandis acceptanti &c. Hanc autem renunciationem fecit &c. ad effectum, vt dictus Dominus Philippus de tota, & integra eius hæreditate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum &c.* Hinc igitur institutio hæredis pendebat ab arbitrio renunciatarij iam antea declarato, & consequenter renuncians per huiusmodi renunciationem non captauit, neque aucupauit illius liberam testandi facultatem ad tradita per *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 10. par. 2. num. 19. fol. mihi 241. Mastrill. decis. Sicul. 190. num. 1. & 2.* verba verò illa ibi, *vt hoc faciat summoperè desiderans*, & ibi, *vt d. D. Philippus de tota, & integra eius hæreditate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum &c.* Non important conditionem, sed mo- 14 dalem, quæ proinde sustinetur, & vitio captatoriæ voluntatis impugnari non potest, esto quod si modus esset illicitus, & à iure improbatus reijci deberet; vt docet *gloss. in l. cum donationis verb. adstringitur vers. si verò remittat C. de transact. Ruin. cons. 20. num. 2. & 3. lib. 2. Peregr. cons. 34. numer. 3. cum seqq. lib. 5. & de fideic. art. 33. num. 63. Fusar. de subst. qu. 303. num. 27. cum seqq.*

Indeque cessant omnia superius in contrariū adducta: procederent enim si Valentia renunciasset sub explicita conditione instituendi certas personas, itaut filius renunciatarius contra eius voluntatē adstrictus esset vnum magis, quam alium habere hæredem, vt ad literam probant *Text. gloss. & DD.* supraallegati, & facit *Soccin. Iun. cons. 143. num. 40. lib. 1.* Secus autem vbi renunciauit, prout hic, per modum simplicis approbationis, & adhærendo vo- 15 luntati eius filij sibi antea declaratæ; hoc enim casu cum renunciatarius instituere potuisset hæredes sibi visos, & quos vellet, nec mixtus, vmbra captandæ filialis voluntatis in matre renunciante considerari potest, vt optimè tradit *Bart. cons. 72. sub num. 1. vers. sed in proposito vol. 1.* quem refert, & sequitur *Soccin. iun. d. cons. 143. num. 41.* Acceptatio verò, & stipulatio pro hæredibus in Testamento declarandis nullius est releuantiæ, quia illorum nominatio non pendebat à voluntate renunciantis, sed à libero arbitrio renunciatarij iuxta declarationem præcedenter ab ipso oretenus factam, quod à iure non improbatur iuxta auctoritates superius allegatas.

Secundum penitus tollitur tam in facto, quam in iure. In facto scilicet, quia causa renunciationis, non fuit in eo constituta, quod Philippus deliberauerit instituere eius familiam, vel agnationem simpliciter, & absolutè, sed quia deliberauerat instituere hæredem pro conseruatione bonorum in augumentum decoris familiæ, & agnationis ibi, *Ipsaque exponens certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis, & de causa ex qua mouetur pro bonorum conseruatione in augumentum familiæ, & agnationis &c. huiusmodi voluntati adhærens &c.* Vndè cum ipse in eius Testamento hæredem instituerit primogenitum Andreę Angeli eius fratris, & illi substituerit omnes eius filios, & descendentes masculos in perpetuum, omnibusque defectis vocauerit secundogenitum, & eius descendentes pariter masculos, ac demum eodem modo tertium, quartum, & vlteriorem genitum, cum perpetuo, & successiuo ordine primogenituræ. Et casu, quo Andreas Angelus non haberet filios, vel omnes illius descendentes decessetint, substituerit alios eius Nepotes scilicet, Ioannem Baptistam, eiusque filios, & descendentes, ac supra cum prohibitionibus, oneribus, & alijs in Testamento adscriptis pro perpetua eius agnationis, & familiæ conseruatione ibi, *In tutti, e singoli altri miei beni &c. mio herede vniuersale faccio &c. il primo figliuolo maschio legitimo, e naturale, che hauerà con la Dio gratia il Signor Andrea Angelo mio fratello, & à lui voglio, che gli succedino volgarmente, e per fideicommisso li suoi figliuoli Nepoti, e Pronepoti, & altri descendenti maschi legitimi, e naturali in perpetuo, & in infinito. E mancando detto figliuolo, e sua descendenza mascolina, voglio, che similmente succeda il secondogenito di detto Signor Andrea Angelo, e la sua descendenza mascolina, voglio, che similmente succeda il secondogenito legitima, e naturale, come sopra, e così il terzo, quarto, & altri geniti di detto Signor Andrea Angelo, e loro descendenza &c. e caso, che detto Sig. Andrea Angelo non hauesse figliuoli, ò Descendenti maschi, come sopra, ò morissero &c. in questo caso voglio, che in detta mia heredità intieramente, e senza diminutione alcuna succeda detto Signor Gio: Battista mio Nepote, e li suoi figliuoli, e descendenti maschi, come sopra, & in defetto loro restando finita la loro descendeza, voglio, che succeda detto signor Giacomo suo fratello, e mio Nepote, e li suoi figliuoli, e descendenti, come sopra, esclusè sempre in qualsiuoglia di dette descendenze le femine, e loro descendenti, & in defetto di questo, ouero mancando, e restando parimente finita la loro descendenza, voglio, che quello, che sarà vltimo possa disporre di tutta la mio heredità, instituendo herede vniuersale vn figlio naturale di vna di dette de-*

scendenze se pure per fragilità humana ci fusse, à sua
elettione, e quando ci fusse vno legitimo, e naturale
delli nostri più prossimi parimente à sua elettione, e
quando ci fusse con le vocationi, sostitutioni, fideicom-
missi, prohibitioni, & altro, che saranno necessary per
la perpetua conseruatione, e nome della mia famiglia,
&c. che perciò voglio, che quello, che succederà pro tem-
pore, pigli, & vsi cognome, & arme della mia casa
&c. Vtique constituisse videtur perpetuam primo-
genituram inter omnes in eodem Testamento ex-
pressos, & dicto ordine successiuo vocatos, vt tra-
dit *Menoch. cons. 904. num. 44. vol. 10. Rot. in Anemo-*
nen. fideicommissi 5. Decembris 1635. coram Emmin-
tissimo D. Card. Panzirolo in rec. decis. 77. num. 24. p. 7.
Licet non expresserit ordinem successiuæ vocatio-
17 nis inter filios, & descendentes primi, secundi, &
vlterioris geniti, cum in ipsis repetitus censeatur, ne
aliàs valeat plus tribuisse remotioribus, quam pro-
ximioribus magis dilectis, vt in puncto respondent
Anchar. cons. 27. per tot. Roman. cons. 438. num. 13. Pe-
reg. cons. 38. nu. 6. vsque in fin. lib. 5. Menoch. cons. 1006.
num. 49. vol. 10. Tiraquell. de iur. primog. Hispan. lib. 1.
cap. 5. num. 19. & 20. cum alijs optimè adductis *in*
Tiburtina fideicommissi 25. May 1646. §. et licet, &
14. Ienuary 1647. §. nec dubitare fecit coram R. P. D.
meo Arguelles. Et consequenter controuerti non po-
test ipsum plenè adimpleuisse causam conseruatio-
18 nis decoris familiæ, & agnationis in dicto Instru-
mento renunciationis expressam. Cum primogeni-
turæ introductæ, ac institutæ dicantur pro maiori
agnationis conseruatione *Cephal. cons. 251. num. 48.*
lib. 2. Decian. respons. 31. sub num. 9. vers. Secunda ad
probandum vol. 1. Gabr. cons. 204. num. 18. vol. 3. Ti-
raqu. vbi supra q. 72. nu. 2. & 3. Card. Mant. de coniect.
vlt. volunt. lib. 6. tit. 15. ante num. 16. vers. item si Te-
stator, Rota in rec. dec. 427. num. 40. par. 5. Ea scillicet
ratione, quam familiarum decor, & dignitas melius
cōseruantur ex inita bonorũ cōseruatione familiarũ
decor, & dignitas melius conseruantur ex inita bo-
19 norum conseruatione in personis primogenitorum,
quam per illorum distributionem inter plures, vt
optimè ponderarunt *Soccin. sen. cons. 47. num. 6. lib. 3.*
Paris. cons. 72. num. 81. par. 4. bene ad propositum re-
lati *in d. decis. coram R. P. D. meo Ottobono §. quia*
tantum abest, quos refert, & sequitur *Surd. cons. 241.*
num. 14. & doctè comprobauit *Rota in Romana loco-*
rum Montium 15. February 1643. coram Reuerendiss.
D. *meo Decano, §. de iure namque,*
20 In iure verò, quia familiæ reliquisse dicitur, qui
vni de familia etiam remotiori reliquit, vt probant
text. clari in l. filius familias 117. §. cum Prætor ibi,
verum est in familia reliquisse licet vni reliquisset,
ff. de legat. 1. & in l. vnum ex familia § si falcidia, ibi,
Itaque si cum fortè tres ex familia eius essent, qui fi-
deicommissum reliquit eodem, vel dispari gradu, satis
erit vni reliquisse, &c. ibique *gloss. d. verb. vni ff. de*
leg. 2. Castr. cons. 32. in fin. par. 1. Aleiat. cons. 120. nu. 9.
lib. 9. Crot. cons. 48. ante numer. 12. vers huic obiectioni
lib. 1. Ruin. cons. 114. numer. 10. & signanter *vers. ideò*
potest fieri cons. 116. num. 13. vers. et propterea, &
cons. 127. num. 13. vers. sicut quando lib. 2. benè Surd.
cons. 29. num. 6. & 7. cum seqq.
Ideò non refert, quod mater censeatur æqualem
habere affectionem inter omnes eius filios.
Quia ipsa in dicta renunciatione nullam disposi-
tionem fecit, nec heri mandauit ad fauorem fami-
liæ, ex qua proindè censeri posset, omnes æqua-
liter instituisse, vel institui voluisse, in quibus
terminis loquuntur Iura ab altera parte allegata.

Sed tantummodo approbauit, vt dictum est, volun-
21 tatem renunciatarij sibi oretenus declaratam insti-
tuendi hæredem pro augumento decoris familiæ, &
agnationis, ideoque illi dedisse videtur absolutam
disponendi facultatem de re sibi renunciata, vt pos-
set de ea ad sui libitum disponere etiam in vnum
tantum de familia ex iuribus supra adductis, & si-
gnanter *Ruin. d. cons. 114. sub num. 10. & d. cons. 116.*
num. 12. vers. ratio ergo, qui pro ratione considerat,
quod similis renunciatio in fauorem renunciatarij
principaliter facta censetur.
Nec subsistit, quod primogenitus Andreę Angeli
tanquam non natus, neque conceptus in vita Testa-
toris, non dicatur eius Agnatus, & sic deficiat cau-
sa causæ conseruandæ agnationis.
Quia præter quod obiectum euitatur animaduer-
tendo, quod dum Testator in defectu linearum om-
22 nium descendentium masculorum Andreę Angeli
substituit d. Io. Baptistam, & deindè Iacobum, eorum-
que descendentes, pariter ex altero fratre Nepotes
tunc natos, & superexistentes, in ipsis causa agna-
tionis conseruandæ suum congruum habuit effe-
ctũ, vt responsum fuit *in Romana successionis 13. Iunij*
1624. coram bo. me. Merlino in recent. decis. 561. nu. 70.
par. 8. tollitur hæc difficultas faciliori responsione,
quia omnes descendentes Testatoris tam ex linea
23 effectiua, quam contentiua etiam in remotissimo
tempore vltra decimum gradum progeniti, & vsque
ad actualem linearum extinctionem dicuntur de
ipsius familia, & agnatione *l. prætor ait ff. de suis, &*
24 *legitim.* Ac admittuntur ad fideicommissum ab eo
institutum quotiescumque ipse perpetuitatem consi-
derauit, & voluit agnationem conseruari, vt post
Peregr. cons. 44. num. 6. lib. 4. & cons. 142. sub num. 6.
lib. 5. Surd. d. cons. 241. num. 5. dictum fuit *in Ferrarien.*
fideicommissi de Rosurijs 12. Decembris 1622. coram
bon. mem. Merlino in recent. decis. 436. numer. 5. & 6.
par. 5. Quomodo enim concepti, & nati post obitũ
25 Testatoris admitti potuissent ad eius fideicommis-
sum pro agnationis conseruatione ordinatum, nisi
de illius familia, & agnatione extitissent? Textus
verò in obiecto allegati non dicunt non esse agna-
tum Testatoris, qui post eius mortem concipitur, &
nascitur, sed quos nepos conceptus, & natus longè
post obitum Patrui, vel Aui, illi ab intestato, non
succedit in præiudicium alterius etiam remotioris
tunc temporis superexistentis, vt sunt verba
Text. *in d. l. si quis filio ibi, Cæterum si postea con-*
ceptus est Marcellus scribit, neque vt suum, neque
vt nepotem, aut cognatum ad hæreditatem, vel ad
bonorum possessionem posse admitti ff. de iniust. ru-
pt. & irrit. testam. in l. Titius exhæredato filio ibi,
Respondi, qui post mortem Aui sui concipitur, is neque
legitimam hæreditatem eius tanquam suus hæres, neque
bonorum possessionem tanquam cognatus accipere po-
test, quia lex 12. tabularum eum vocat ad hæredita-
tem, qui moriente eo, de cuius bonis quæritur in rerum
natura fuerit &c. ff. de suis, & legitim. ac benè ex-
plicat *Petr. de fideic. quæst. 9. num. 180. & 181.*
Et hinc etiam corruit suppositum, quod vnicum
tantum vocauerit, & vnicum gradum substitutionis
fecerit, ideoque non prospexerit agnationis conser-
uationi.
Quia vltra, quod frater instituendo sibi hæredes
26 filios alterius fratris etiam futuros, & incognitos,
censetur illos instituisse fauore conseruandæ agna-
tionis, vt probat *Soccin. Iun. cons. 127. sub num. 26.*
vers. respondetur, quod etiam lib. 2. Ex lectura Testa-
menti superius recensita euidenter apparet, plures
insti-

instituisse, vocasse, & substituisse vsque in infinitum pluresque gradus substitutionum fecisse semper vocando masculos, & excludendo fœminas, eorumque descendentes iuncto nominandis onere assumendi cognomen, & insigna eius familiæ pro perpetua
27 agnationis conseruatione itaut per consequens clarior deducatur disponentis intentio, quod voluerit illam semper, & perpetuo eo magis conseruare, vt in puncto tradit *Sard.d.cons.243.num.13.s.m.Greg.d.dec.464.num.18.Rota in rec.dec.135.nu.7.& 8. & d.dec.427.num.35.36.& 39.part.5.& decis.126.num.8.part.7.*

Ex his itaque cessat pariter tertium, quia cum ipsamet Valentia Iudici asseruerit ad dictam renunciationem deuenire propter augumentum familiæ, & agnationis, necnon etiam, quia sciebat Philippum Renunciatarium velle ipsi renuncianti relinquere scuta 25. quolibet mense sibi anticipate soluenda, vtique ex facto apparet non solum huiusmodi causam cognitam fuisse, & Iudici insinuatam, prout attestatur Notarius rogatus super interpositione decreti, ibi, *Ex nunc dictas D. Iudex, vt supra sedens visis &c. consideratis &c. causaque plenè cognita, & maturè discussa &c.* Sed etiam manifestè conuincitur veritas, & effectuatio eiusdem causæ, dum filius Renunciatarius omnia à renunciante eidem
28 Iudici exposita punctualiter adimpleuit, licet ad istum effectum sufficiat causam fuisse expressam, nec sit necessarium eius veritatem expendere, vt dixit Rot. *in Romana donationis de Grandis 16. Febr. 1601. coram bo.me. Penia apud Pit. ad statut. Vrb. dec.25.nu.11.* Ex ipsa enim decreti interpositione iuncta auctoritate Consanguineorum, siuè aliorum eiusdem renunciantis filiorum, & Curatoris, qui eidem re-
29 nunciationi interfuerunt, eorumque consensum, & auctoritatem præstiterunt, omnia præsumuntur vera, & rationabiliter, ac solemniter gesta, itaut de sufficientia, & veritate causæ expressè dubitari non possit, vt respondit *Rot. dec.345. num.9. part.4. rec. in Anconitana redditionis rationis 2. Decembr. 1647. cor. Reuerendiss. D. Terracinen. §. est enim, & in d. Romana prætensa restitutionis dotis 15. Ianu. §. casus quidam, & 21. Iunij 1649. §. Sed etiam coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Quartum denique optimè sublatum fuit in dicta *decisione emissa coram R. P. D. meo Ottbobono, §. penul. et fin.* Ea scilicet ratione, quia huiusmodi renunciatio facta fuit non solum contemplatione dictæ menstruæ præstationis scutorum 25. sed etiam pro agnationis conseruatione, vt toties dictum est quæ
30 causa tanquam pia, & laudabilis quamcumque remouet læsionis suspicionem ad tradita per Rotam in similibus terminis *coram san.me. Gregor. dec.120. nu.12.& seqq. & in recent. dec.74 num.23. par. quinta.* Accedente insuper quod non agebatur de iure iam purificato, sed à futuro euentu mortis filij dependente, cui licet infirmo mater ipsa septuagenaria poterat prædecedere, vel saltem bona illius ab
31 eo tempore vsque ad obitum valdè diminui, (prout quotidiè maximè in mercatoribus contingere solet) itaut per consequens nulla penitus læsio considerari valeat, vt ponderatur in dicta decisione, §. *fin.*

Et ita resolutum fuit, vtraque parte Informante, &c.

AVERSANA IVRISPATRONATVS.

Mercurij 23. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

1 *Tertius vt admitti debeat ad causam, & audiri super iuribus suis, sufficit circa eius interesse Summaria, & apparens probatio, ac leuiores admittens iustificationes.*

2 *Interesse probabilis iustificatio sufficit ad hoc vt admissio ad causam, ex audientia denegari non possint.*

DECISIO CCCXXII.

VAcante per obitum Andreæ de Franchis Archiepiscopi Chanen. beneficio, seu Capella Sanctę Marghetitæ translata ad Altare maius Ecclesię Cathedralis Auersanæ fuit ad illam *die* 8. 18. *Octobris* 1603. vti de iurepatronatus, vt prætenditur Baronum Casalis . . . . præsentatus Franciscus Albertinus per Hectorrem Pignattellum Ducem Montis Leonis, ac Dominum vtilem, & Baronem eiusdem Casalis, *Summario Informantis, num.1.* ipseque Albertinus ab ordinario Auersano institutionem obtinuit, *num.2.* Sed prætendens Passidonius de Andrea huiusmodi Capellam fuisse deuolutam ad Sedem Apostolicam, ob negligentiam Patronorum in pręsentando Capellanum, attenta huiusmodi prætensa deuolutione ab ea prouisionem obtinuit, & vigore literarum in forma gratiosa desuper expeditarum sententiam immissionis ab A.C. altero, ea executoribus reportauit, & deindè illius possessionem apprehendidit, ac contradicente Albertino ab eodem A.C. manutentionem obtinuit, à qua interposita appellatione, illaque commissa bon.mem. Cardinali Caualerio, tunc Sac. Rotæ Auditori, obijt Passidonius, & Albertinus collitigans solitam subrogationem gratiosam impetrauit cum clausula, verificato prius iurepatronatus, Dominus verò Episcopus Auersanus eandem Capellam contulit Aloysio Compagnono, qui illius possessionem adeptus fuit verum inter ipsos prosequuta causa appellationis *coram eodem bo.me. Card. Caual. & sub 30. Aprilis* 1621. quærebatur an Albertino danda esset immissio, & negatiua prodijt resolutio, ex quo non constabat de dicto iurepatronatus, cuius verificatio iuxta clausulam, *omnino requirebatur vt ex decisione inter impress. 560.*

Verum, quia anno 1637. Ioan. Antonius Parisius præuia emptione acquisiuit dictum Casale . . . . cum omnibus iuribus patronatus, & præsentandi dicto *Summ. num.5.* ideò obtinuit commissionem admissionis ad causam, mihi directam vti subrogato eidem bo.me. Cardinali Caualerio, ac proindè dubitaui an constaret de ipsius interesse, & Domini affirmatiuè responderunt moti ex adiecta facti se-
1 riè, ex qua sufficienter probatur eius interesse, vt admitti debeat ad causam, & audiri super iuribus suis, cum ad istum effectum sufficiat summaria, & apparens probatio, ac leuiores admittens iustificationes *Abb. in cap. veniens il secundo sub num.9. ibique Felin. sub num.13. de* Testib. cum alijs plenius congestis in *Romana de Alexijs 6. Iunij, & in Leodien. Diuortij, prima Iulij 1644 coram me*

Nec obstant obiectæ exceptiones vsurpationes inualidæ venditionis huius iurispatronatus, & aliæ concernentes prætensa iura tam Compagnoni, quã Ordinarij, quia erunt discutien. in prosequutione
2 causæ; Interim verò sufficit probabilis iustificatio interesse, vt proindè admissio, & audientia denegari non possint, *cap. fin. §. Sanè, vt lit. pendent. in 6. Rota decis.618. num.3. part.2. recentior.*

Et ita vnica tantum, &c.

ROMA-

ROMANA VINEÆ.

Lunæ 28. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Paupertas, quando debet probari ad aliquem certum, & determinatum effectum non sufficit probare paupertatem in genere, sed iustificari debet in specie, adeo concludenter, vt probetur facultates non sufficere ad soluendam quantitatem pro illo effectu necessariam, & ex quibus plena probatio paupertatis ad hunc effectum non dicatur sufficienter probata.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, quando non est probanda in genere, sed in specie ad certum, & determinatum effectum plenè iustificari debet facultates, non sufficere ad soluendam quantitatem pro illo effectu necessariam.*

2 *Paupertas vt probetur respectiuè alicuius causæ, & certi oneris probari debet, quod quis est adeò impotens, vt illam causam, illudque onus implere non valeat.*

3 *Fides simplices regulariter non faciunt fidem.*

4 *Pauper in genere ille dicitur, qui pro vita substentanda eleemosinas quærit.*

5 *Pauper quis esse potest, & tamen mercedem extractus, & aliarum scripturarum Notarijs soluere.*

6 *Arbitrium regulatur à iure, & debet intelligi iuxta formam à lege præscriptam.*

DECISIO CCCXXIII.

Paulus san. mem. Papa V. in constitutione edita super reformatione Tribunalium Vrbis *tit. de regestr. &c. vers. Pauperibus dentur*, expresse voluit Notarios teneri gratis tradere Pauperibus litigantibus extractus, regestra, instrumenta etiam publica, copias, & alias quascumque expeditiones, & scripturas tam ciuiles, quam criminales; Vnde prætendentes Angelus, Franciscus, & Agnes Appollonia de Boanis iuuari dicta constitutione obtinuerunt à me dubium, An Notarius A. C. teneatur ad traditionem extractus, & aliarum scripturarum gratis, & ct quod fuit per Dominos negatiuè resolutum ob defectum concludentis probationis allegatæ paupertatis; quotiescumque enim non agitur de pro-
1 banda paupertate in genere, sed in specie ad certũ, & determinatum effectum plenè iustificari debet facultates non sufficere ad soluen. quantitatem pro illo effectu necessariam iuxta theoric. *Bald. in Auth. præterea, num. 4. C. vnd. vir, & vxor, Ruin. cons. 81. n. 6.*
2 *lib. 5.* vbi quod, vt probatio concludat aliquem esse pauperem respectiuè alicuius causæ, & certi oneris probari debet, quod sit adeò impotens, vt illam causam illudque onus implere non valeat, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 65. nu. 13. Mascard. de probat. conclus. 1154. num. 16. Rota decis. 676. num. 1. part. 1. & dec. 48. num. 2. & 3. part. 2. diuers. coram Card. Seraphin. dec. 426. nu. 2. in recent. dec. 148. num. 2. & decis. 170. pariter, n. 2. par. 4. coram bo. me. Buratt. dec. 41. num. 4. cum seqq.* & plenius *in Toletana matrimonij primæ Febr. 1649. coram R. P. D. meo Corrado*, quia nullit, *vers. nam quoties*.

Talis autem probatio non concurrit in casu nostro, nam enunciatæ fides, quod illi de Boanis habeant eleemosinas à Palatio Apostolico, ab Eminentissimo D. Cardinali Lante, & à Congregatione
3 Sancti Hieronymi de Charitate, vltra quod tanquã simplices regulariter non faciunt fidem, licet forsan sufficerent pro probanda paupertate in genere cum
4 ille dicatur pauper qui pro vita substentanda eleemosinas quærit, vt dixit, *Rota decis. 250. num. 3. & 4. part. 4. diuers.* non tamen concludunt paupertatem requisitam ad effectum, de quo agitur, cum possint
5 stare simul, quod recipiant eleemosinas, & nihilominus mercedem extractus, aliarumque scripturarum soluere valeant, vt respondit, *Rota coram Buratt. d. dec. 41. num. 6.* Atque ideò melior probatio requiritur, quæ fieri poterit per Testes gratis pariter, & summariè examinandos, vt in eadem constitutione disponitur sub dicto *vers. Pauperibus dentur*, ibi, *Et si quando contigerit probandam esse paupertatem Testes similiter gratis, & summariè examinentur.*

Nec refert, quod deindè summus ille Pontifex subiunxerit, ibi, *Et de paupertate stetur arbitrio Iu-*
6 *dicis*. Quia cum arbitrium reguletur à iure, *gloss. in l. qualem verb. videtur, ff. de recept. arbitr. Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur, num. 8. Rot. decis. 71. nu. 1. par. 6. recent.* Intelligi debet iuxta formam à lege præscriptam, & sic constito, quod facultates non sufficiunt pro solutione mercedis petitarum scripturarum.

Et ita, &c.

AVRIACEN. LAVDEMII.

Ven. 29. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Probato, quod Castrum cum omnibus eius prædijs, & pertinentijs est feudale non indè probatur directũ dominium ad effectum consequendi laudemium, respectu bonorum intra illius fines positorum, nisi concludenter probetur illa bona esse de pertinentijs Castri maximè si bona fuerint semper reperta feudalia.

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia in dubio præsumuntur* Allodialia, *& libera, non autem feudalia.*

2 *Maximè, quando agitur de prædijs Rusticis, quæ facilius præsumuntur* Allodialia.

3 *Castra, &* Prencipatus *difficilius, quam prædia rustica censentur allodiolia.*

4 *Feudalitas in prædijs rusticis clariores probationes requirit.*

5 *Dominium directum, seu feudalitas excluditur quando per spacium longissimi temporis bona fuerunt alienata absque vlla solutione Laudemij, & petitione inuestitura, & clara redditur libertas, & allodialitas.*

6 *Dominij directi vniuersalitas excluditur, quando constat Dominũ directũ emisse bona à particolaribus personis in eodem loco asserendo illa libera ab omni onere, nam contrahendo illorum libertatem explicitè fateri videtur.*

7 *Dominus directus, dum nominauit bona libera hoc feudalitatem, aliamque similem seruitutem excludit.*

8 *Dominus Castri, licet probauerit Castrum cum omnibus eius prædijs pascuis, & pertinentijs esse feudale, non indè bona intra eius fines apposita, quæ fuerunt semper possessa tamquam allodialia præsumuntur sub eius directa dominio.*

9 *Fallit si bona probentur de pertinentijs eiusdem Castri.*

10 *Omne id, quod continetur intra fines feudi, non dicitur feudale.*

11 *Castrum licet sit feudale non inde tamen potest rectè inferri ad feudalitatem bonorum intra illius fines contentorum.*

12 *Dominium directum, licet probetur ex alienationibus aliquorum bonorum factis prænio consensu domini,*

ui, & solutiane Laudemij validu tumen deduci non potest probatio dominij vniuersalis quoad omnia alia bona in quibus constat de contrario.
13 *Prasertim contra tertios possessores qui in præfatis cantractibus non interuenerunt, nec à contrahentibus causam habent.*

D E C I S I O CCCXXIV.

NOn constare de dominio directo vniuersali, ad effectum, vt Claudio de Pazzis debeatur Laudemium omnium bonorum Castri Albigniani, Domini resoluerunt, quia non solum contra ipsum viget generalis præsumptio, quod in dubio omnia
1 bona præsumuntur allodialia, & libera, non autem
feudalia *cap. 1. §. Defuncta si de feud. defunct. contr. sit int. Dom. & agnat.* Hostien. *in cap. nimis de iure iur. Alex. cons. 129. nu. 1. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 115. nu. 3. & cons. 3. vol. 2.* Surd. *plures referens cons. 151. nu. 23. & cons. 311. num. 6. Clar. in §. feudum quæst. 18. sub numer. 1. lib. 2. cum alijs per Rot. in Romana Census 3. Iulij* 1580. *coram* Orano *penes Cenc. de Cens. decis. 72. num. 11. & in recent. dec. 93. num. 29. & 31. part. 5.*
2 præsertim vbi agitur, prout hic de prædijs Rusticis,
3 quæ facilius quam Castra, & Principatus censentur
allodialia, *Ralan. à Vall. cons. 50. num. 38. vers. & tanto magis lib. 3.* Menoch. *cons. 395. num. 5.* Ita vt proin-
4 dè clariores probationes videantur necessariæ pro
eo, qui in ipsis feudalitatem allegat, *Ruin. cons. 151. num. 4. lib. 2. Surd. d. cons. 311. sub dict. num. 6. vers. & multò magis procedere.*

Sed etiam quia plena desumitur probatio liberta-
5 tis ex quasi possessione continuata per spatium duo-
rum fere sæculorum vendendi, & alienandi bona, de quibus agitur, in francum, & liberum Allodium, absque vlla solutione Laudemij, petitione inuestituræ, aut alia qualibet recognitione erga Dominos Castri, *Summaria Communitatis, num. 6.* ex qua propterea magis excluditur prætensum vniuersale Dominium, & clarior resultat demonstratio libertatis, & allodialitatis, vt probant, *Ralan. à Vall. d. cons. 50. num. 38. d. vers. & tanto magis lib. 3. Albert. Brun. int. cons. feud. cons. 127. sub vers. quod si quartam, & versic. item prædictu Surd. d. cons. 151. ante num. 33. vers. sexto constat, & d. cons. 311. num. 11. Menoch. dict. cons. 395. sub num. 12. vers. quarto confert,* Rot. *dec. 696. sub n. 4. par. 4. diuers.*

Idque eo certius hoc casu, quo Authores Claudij
6 antiqui Domini eiusdem Castri diuersis temporibus
emerunt nonnulla bona comprehensa sub Tenimento illius ab aliquibus particularibus personis cum expressa assertione, quod essent franca libera, & quieta ab omni seruitio, onere, & censu dicto *Summario, num. 7.* hi enim contrahendo illorum libertatem explicitè fassi fuisse videntur ad trad. per *Cranett. cons. 157. n. 2. & per Rot. coram Card. Canal. dec. 171. num. 2.* Quod penitus tollit assertam vni-
7 uersalis Dominij prætensionem cum denominatio
liberorum feudalitatem aliamque similem seruitutem excludat, vt responsum fuit in *Romana Census prima Iulij 1641. coram R. P. D. meo Bichio, §. Et amplius.*

Non obstat, quod huiusmodi bona sint sita intra fines dicti Castri, quod ex publico instrumento acquisitionis probatur feudale cum prædijs, pratis, pascuis, nemoribus, & alijs pertinentijs.

Quia cum possessa fuerint, & possideantur à Ter-
8 tijs tanquam allodialia, & libera per existentiam
intra fines illius desumi quidem poterit, quod subiaceant eius iurisdictioni, non autem, quod comprehendantur sub directo dominio eiusdem feudi, nisi per ipsum Dominum concludenter probetur ea esse de pertinentijs ipsius, vt tradunt, *Hostien. Ioann. And. Abb. & alij in d. cap. nimis extr. de Iure iur. Bellan. Sen. cons. 10. num. 10. & 11. vers. nam primo, dicitur cum seqq. Decian respons. 33. num. 50. cum tribus seqq. lib. 1. Natt. cons. 313. num. 2. Menoch. d. cons. 395. nu. 23. Surd. d. cons. 151. nu. 84. Cancer. var. resol. p. 1. cap. 11. num. 36. Clar. in d. §. Feudum d. qu. 18. nu. 2. & per tot. cum alijs in supra allegata Romana Census coram Orano penes Cenc. de Cens. dec. 72. num. 12. & per tot.* Add. ad Buratt. *dec. 426. num. 16.* ac melius sic distinguendo firmauit, Rota *coram Duran. dec. 38 num. 23. vsq;*
10 *ad 27.* Non enim omne id, quod continetur intra
fines feudi feudale dicitur, vt respondit, *Rota decis.*
11 *409. num. 4 part. 1. rec.* nec rectè inferri potest ad
feudalitatem bonorum, ex quo eo solum, quod ipsum Castrum sit feudale, vt dixit *Rota coram bo. me. Buratt. d. decis. 426. nu. 46. & in Romana Saluiani 24. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Peutigerio vers. præterea accedit.*

Nec refragatur, quod in alijs alienationibus ali-
12 quorum bonorum petitus, & obtentus fuerit con-
sensus Domini præuia solutione Laudemij, *Summ. Claudij num. 2.* licet enim ex hoc probari possit eius dominium directum quoad illa bona particularia, valida tamen induci non potest probatio dominij vniuersalis etiam quoad omnia alia in quibus constat de contrario ex superius deductis præsertim
13 contra tertios, qui in præfatis contractibus non in-
teruenerunt, nec à contrahentibus causam habent, vt in puncto ratiocinatur *Albert. Bon. dict. cons. 127. vers. Et sic ex ipsis Instrumentis.*

Et ita vtraque &c.

VICENTINA IVRISDICTIONIS.

Luna 2. Maij 1650.

A R G V M E N T V M.

Sententia lata contra sententiam, licet non valeat, nisi prima infirmetur, tamen secus esse firmatur, quando vigore clausulæ, *quam, et quas* in commissione appositæ, fuerit pronuntiatum, prout in prima. Ordinarij nomen si commodè adaptari potest tam ad Episcopum, quam ad alium inferiorem, qui ordinariam habet iurisdictionem, quando ad ipsum solum Episcopum referri debeat clarè demonstratur.

Priuilegia, & iura antiquorum Abbatum, & Monachorum non transeunt in nouos Archipresbyteros, & Canonicos deindè principaliter institutos, & sub diuersa natura, & qualitate subrogatos; quid autem dicendum sit, si suppressionibus, & nouis erectionibus Pontifex declarauerit se nolle præiudicare antiquis priuilegijs, & iurisdictionibus eruditè tractatur.

S V M M A R I V M.

1 *Litera Apostolica de iure habent paratam executionem.*
2 *Amplia, quando apparent iustificatæ.*
3 *Sententia lata contra sententiam non valet, nisi prima fuerit reuocata, et quando secus,* num. 5.
4 *Clausula,* quam, & quas, *operatur, vt sententia ferri possit, prout in prima.*
6 *Via executiua, quando non remaneat vulnerata per sententiam.*
7 *Acta illa sunt transportanda, quæ fuerunt gesta in Iudicio, à quo fuit appellatum.*
8 *Ordinarij nomine proprie designatur Episcopus.*
9 *Ordinarij appellatione si congruè adaptari potest, tam ad Episcopum, quam ad Archipresbyterum quando ad ipsum Episcopum tantū referri debeat.*

11 Di-

11 *Diseretiui madi loquendi natura est distinguere, & separare, vt vnum sub alterius denominatione non comprehendere.*

12 *Congregationis Eminentiss. Sacr. Concil. Trid. interpretum declarationes, Rota solet absque vlla discussione revereri.*

13 *Breue Apostolicum licet impetratum lite pendente nulla facta, de ea mentione, quando non dicatur subrepsitium.*

14 *Priuilegia, ac Iura Abbatum, & Monachorum non transeunt in Archipresbyterum, & Canonicos aliosque deindè principaliter institutos, ac sub diuersa natura, & qualitate subrogatos.*

15 *Sed in ipsis seruari debet expressa, & pracisa forma in literis Pontificys super huiusmodi suppressione, ac noua erectione editis.*

16 *Papa si in suppressione aliquorum Monasteriorum declarauerit se nolle praiudicare eorũ antiquis Priuilegys, huiusmodi declaratia non extenditur ad alie Monasteria.*

17 *Ecclesia licet sit de iure Patronatus Regia non praiudicat Iurisdictioni Ordinary.*

DECISIO CCCXXV.

Literas Apostolicas tàm S.M. Clementis VIII. sub
data 14. Settembris 1592. in quibus Ecclesia S.
Ioannis de Abbatis in Collegiatam erecta cum suis
dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, Capitulo,
Beneficijs, & quibuscumque ministris submittitur
Iurisdictioni Ordinarij, quam etiam fæl.record. Vrbani VIII. sub data 18. Ianuarij 1624. illarum confirmatorias, exequendas esse diffinitiue pronunciatum fuit per sententiam Rotalem, à qua interposita
appellatione, & causa mihi commissa cum clausula
Parito literis arbitrio, dubitaui, An intret arbitrium,
& illud non intrare, pro illarum retardatione Do-
1 mini responderunt, quia literæ Apostolicæ de Iure
paratam habent executionem, *cap. si Capitulo, vbi
glos. in verb. exequatur de concess. prabend. in 6. Mohed.
dec. 13. in lit. pend. Card. Caual. dec. 230. num. 1. & seq.
Buratt. dec. 435. num 1. Vrgell. dec. 60. num. 2.* Præsertim in proposito, quo ex præfata sententia Rotali,
quæ est valida, & iusta (vt inferius probabitur)
2 apparone iustificare, vt responsum fuit in *Nazarena
seu Montis Viridis Beneficy 15. Decembr. 1645. coram
R.P. D. meo Veraspio in Gerunden. Parochialis 26. Nouembris 1646. & in Beneuentana Canonicatus 8. February 1647. caram R.P. D. meo Bichio.*

Validitas est clara, nec obstat nullitas ex eo dedu-
3 cta, quòd sententia Rotalis fuerit prolata contra
sententiam de partibus latam ad fauorem Archipresbyteri, à qua fuit per Episcopum appellatum,
ea non reuocata contra *l. 1. Cod. quand. prouoc. non est
necess.*

Quia cum Rota pronunciauerit prout in prima,
4 sicut valide pronunciare potuit vigore clausulę *quã,
& quas.* appositæ in commissione *Card. Seraph. dec.
1241. num. 2. & dec. 1227. num. 3. Buratt. dec. 241. n. 6.
& dec. 405. num. 1. Rot. in rec. dec. 305. num. 3. cum seqq
par. 6. & dec. 303. num. 2. par. 7.* Non fuit opus dictam
5 pręcedentem sententiam reuocare ex deductis *caram
Card. Caual. dec. 31. num. 3. in rec. decis. 161. sub num. 2.
vers. Prateread par. 1. dec. 264. num. 1. & 2. par. 6. & dec.
26. num. 3. par. 7.* cum cæteris allegatis in *Romana fideic. de Spiritibus 14. Iuny 1645. coram me, §. alterà
6 verò.* Nec ipsa vulnerauerat viam exequutiuam,
dùm coram illo Iudice non fuit actum pro executione dictarum literarum, nec super ea pronunciatum,
vt respondit *Rota dec. 132. num. 12. part. 2. diuers. cor.
Buratt. dec. 329. nu. 6. in Rom. dotis 17. Decembr. 1607
coram Pania, & in Romana, seu Mutinen. dotis 30.
Aprilis 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo penès Zacch. de oblig. Cam. dec. 65. num 9. & dec. 200. nu.
13. secund. vlt. impress.*

Deinde non obstat altera ob non integram trans-
7 portationẽ actorum, quia sufficit; quod transportatus
fuerit integer processus fabricatus coram Decano
Terracinen., à quo fuerat appellatum *Pen. dec. 644.
num. 3. & 4. Buratt. decis. 313. num. 2. & 3. Card. Caual. dec. 43. num. 2.*

Iustitia conuincitur ex lectura earundem literarum S.M. Clementis VIII. ibi, *Dictaque Ecclesia, ac
eius dignitates Canonicatus, & Præbenda, aliaque beneficia Capitulum, & ministri huiusmodi sua Ordinario subiecti sint &c.* Quibus sane verbis aperte dignoscitur illos subiectos fuisse Iurisdictioni eiusdem E-
8 piscopi, qui proprie in præfatis literis Ordinarij nomine fuerat designatus iuxtà *glos. in capit. 2. verb. loci
ordinario de vsur. in 6. & in cap. Ordinary verb. locorum de offic. ordin. in 6. Mandos. cons. 37. num. 8.* Cochier
de Iurisd. ordin. lib. 1. quæst. 1. num. 9. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 24. sub num. 102. cum plur. seqq.

9 Nec turbat, quod appellatione ordinarij veniat
etiam Archipresbyter cum in materia de sui natura adaptabili sub huiusmodi denominatione comprehendatur quicumque alius inferior dummodò
ordinariam habeat Iurisdictionem, vt tradit *Card.
Zabarell. in clem. quia regulares sub numer. 11. vers. 8.
quaro de supplen. neglig. Prælat.* cum alijs, quos refert,
& sequitur *Cochier. d. quæst. 1. d. num. 9. vers. sed etiam
Rota in rec. dec. 493. num. 5. par. 2. & coram bon: mem:
Coccino dec. 346. num. 1.*

Quia in casu, de quo agitur de Episcopo tantum,
non autem de Archipresbytero ordinarij nomine
Pontificem intellexisse Dominis suadebant contextus literarum, & subiecta materia, Tùm quia sub-
10 mittendo Dignitates, Canonicos, & Capitulum suo
Ordinario, Archipresbyterum ipsum, (in quo vnica, & principalis residet dignitas) illius Iurisdictioni pernecesse submisisse censetur, ac proinde nomen
illud ad ipsum congrue referri non potest ne eodem tempore dentur actio, & passio in eodem,
subiecto contra regulam *text. in leg. si quis pro ea,
§. 1. ff. de fideius l. frater à fratre ff. de cond. indeb.* Tùm
quia pluries de Ordinario, & Archipresbytero ibi-
11 dem discretiuè loquutus fuit, ideoque illos pro distinctis, & omninò separatis inter se se habuisse pręsumitur, nec vnum voluisse sub alterius denominatione comprehendere ex allegat. per *Surd. cons 426.
num. 1. & cons 554. numer. 7. 8. & 9. Menoch. cons. 215.
num. 69. & 70. Card. Seraph. dec. 1486. num. 12. Rot. in
rec. dec. 667. num. 5.* cum alijs per *Add. ad Greg. decis.
301. num. 18.* Tùm denique (& hoc tollit omnem
difficultatem) quia ita declarauit Sacra Congrega-
12 tio Eminentissimorum DD. Sacri Concilij interpretum, nedùm sub *die 2. Decembris 1623.* quæ deinde
confirmata fuit per speciale Breue fælic. record. Vrbani VIII. sed etiam *1. Decembris 1640. 21. Settembris 1641. & 15. Marty 1642.* Quibus proinde declarationibus omninò est deferendum cum Rota soleat illas absque alia discussione reuereri, vt responsum fuit *coram* Card. Caual. *dec. 627. num* 8. *in Vicen.
Portionum 18. Marty 1639. caram Reuer. D. meo Deceno in Oppiden. Processionum 18. Marty 1646. coram
R.P. D. meo Veraspio, §. & hac Iuris dispositio, & prius
in Romana Pensionis 19. Nouembris 1640. cor. me, §. fin.*
13 Nec refert, quod dictum Breue san: me. Vrbani
vti impetratum lite pendente nulla facta de ea mentione videatur subrepititium. Quia cum Archipresbyter,

byter, & Canonici deindè eundem Pontificem adi-
uerint pro illius moderatione,& nihilominus ipſe
huiuſmodi declarationis articulum, eidem Sacræ
Congregationi denuò remiſerit,quę ſucceſſiuè plu-
13 ries auditis partibus, ac re maturè diſcuſſa præce-
dentem reſolutionem ter confirmauit, vtique obie-
cta ſubreptionis exceptio omninò ſublata remanſit
ex notat in *cap.1. vt lic.non conteſt. in 6.* & faciunt
tradita per *Card.Zabarell.conſ.92.num.2.& 3.*

Prout minus obſtat aſſ. antiqua concordia cele-
brata de anno 1262. inter tunc temporis Epiſco-
pum,ac Abbatem, & Monachos Eccleſiæ, de qua
agitur ſuper ipſorum exemptione ab illius iuriſdi-
ctione.

Quia vltra alias reſponſiones ab informantibus
deductas, dum Monaſterium, Abbas, & Monachi,
14 illorumq; ordo,& iura extincta penitus, & ſuppreſ-
ſa fuerunt à prædicto ſan.mem.Clemente VIII.ter-
minarunt prorſus, & cum eis pariter extincta re-
manſerunt omnia ipſorum priuilegia, & concor-
diæ,quæ propterea in Archipresbyterum,& Cano-
nicos,aliosque deindè principaliter inſtitutos,ac ſub
diuerſa natura,& qualitate ſubrogatos tranſire non
potuerunt ad tradita per *Nat.conſ.638. n.44.verſ.
ecce quod Baldus Rimin.iun.conſ.112.n.121.& 129.
cum alijs per Gabr.de regul.iur.concluſ. 2.nu. 43. 66.*
15 *& 68.* Sed in ipſis ſeruari debet expreſſa,& pręci-
ſa forma in dictis literis eiuſdem Pontificis ſuper
huiuſmodi ſuppreſſione, ac noua erectione editis
contenta iuxta prædictas ſubſequentes,& reiteratas
dictæ Sacræ Congregationis, vt reſponſum fuit in
*deciſione huius cauſa emanata coram bo.mem. Merlino
21.Iunij 1638. §.fin.*

Nec releuat, quod in ſuppreſſionibus, & nouis
erectionibus aliarum ſimilium Eccleſiarum tam ab
eodem ſan.me.Clemente VIII. quam à fęl.rec.Pau-
lo V. appoſitæ fuerint declartiones de non præiu-
16 dicando antiquę Iuriſdictioni,& priuilegijs earum.
Quia cum huiuſmodi declaratione reſtrictæ, & li-
mitatæ fuerint ad prædictas alias Eccleſias extendi
non debent ad iſtum, de quo agitur, cuius ſuppreſ-
ſio, & noua erectio diuerſo modo facta fuit, vt re-
ſpondit, *Rota coram bo.me. Buratt.dec.590.ſub nu.4.
in Viten.Canonicatus 29.Nouembris 1624. coram bo.
me.Merlino,§.prout nec etiam, & in Vicen. Camera-
riæ, 1. February 1639. coram Reu.P.D. meo Royac,
§.non obſtat Breuia.*

Denique non obſtat,quod huiuſmodi Eccleſia ſit
de iurepatronatus Regio quia hoc non præiudicat
17 iuriſdictioni ordinarij iuxta diſpoſitionem *Sacri
Concilij Tridentini ſeſſ.25.cap.6. de reformat.*

Et ita reſolutum fuit, &c.

CALAGVRITANA QVARTI BENEFICII S. IOANNIS DE MOLINAR.

Merc.4.Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Recurrentes ad Iudices Laicos pro impedienda exe-
cutione mandati Rotalis incidunt in excommunica-
tionem Bullæ in Cæna Domini, neque ſunt audien-
di,ſed à limine Iudicij veniunt repellendi, & licet
ad effectum cenſurarum, & excommunicationis re-
quirantur plenæ probationes, ſecus tamen eſt ad
effectum illis denegandi audientiam,pro quo quæ-
libet leuis, informis, & imperfecta probatio ſuffra-
gatur.

SVMMARIVM.

1 *Recurrenc ad Iudicec laicos incidit in excommuni-
catione Bulla in Cęna Domini,ſub* §.13.& ſeqq.

2 *Recurrens ad Iudices laicos non eſt audiendus, ſed à
limine Iudicij venit repellendus.*

3 *Recurrens ad Iudicec laicoc, etiam ſi non conſtet de
illius mandato Procura in eius odium omnes ac-
tus præſumuntur facti de eius mandato, ad effe-
ctum vt illi denegetur audientia.*

4 *Secus autem dicendum eſt ad effectum cenſurarum.*

5 *Excommunicationis ſententia,& priuationis iuris,
vt proferatur plena requiruntur probationec.*

6 *Recurrens ad Iudicec laicos, vt non audiatur, ſuf-
ficit qualibet leuic, informic, & imperfecta pro-
batio.*

DECISIO CCCXXVI.

RESolutum fuit obſtare recurſus habitos ad Iudi-
ces Laicos ad effectum denegandi audientiam
tantũ Bartholomeo de Caſtanica;iuſtificatur enim,
quod vigore eiuſdem Regiæ prouiſionis ad eius in-
ſtantiam emanatæ Notarius Reuerendiſſimi Domi-
ni Nuntij Hiſpaniarum compulſus fuit tradere Se-
cretario Conſilij Regij omnes actus, & integrum
proceſſum de partibus confectum ſuper exequuto-
riali mandato Rotali,vt ex fide originali eiuſdem
Notarij à pluribus Teſtibus formiter recognita
Summ.Informantis,num.1. quare cum inciderit in
1 excommunicationem Bullæ in Cæna Domini, ſub
§.13. *& ſeqq.* non eſt audiendus, ſed à limine Iu-
2 dicij venit repellendus *capit. exceptionem de except.
Clem.1.eodem tit.cap.1.de reſcript.in 6.* Card.Caual.
*dec.529.num.1.Buratt.dec.23.num.9.dec.446.num.2.
& 3.* & *dec.632.num.2.clar.me.Cocc.dec.425. num.3.*
cum alijs plenè adductis *in Monopolitana penſionis
17.Decembris 1646.coram R.P.D. meo Bichio.*

Non obſtat,quod non conſtet de mandato procu-
ræ Bartolomei,quia ad effectum,de quo agitur pręę-
3 ſati actus præſumantur facti de mandato illius cu-
4 ius intererat, quidquid alias dicendum eſſet ad effe-
ctum cenſurarum,vt reſponſum fuit *coram* Card.*Se-
raph.dec.1094.num.1.coram Card.Caual. d.deciſ.529.
num.2.coram* Buratt.*d. dec.23.nu.10.verſ.Et cum iſti,
d.dec.446.ſub nu.6.verſ.prout etiam,*& *dec.536.n.21*
& *d.dec.63.num.3.coram clar.me.Coce. d.dec.425. ſub
d.num.3.verſ.& adhunc effectum in rec. dec.309.nu.3.
par.7.in Cæſaraugustana beneficij de Lynares 27.Apri-
lis 1644. §. at cum fuerit, & in dicta* Monopolitana
penſionis, §.fin.coram R.P.D. meo Bichio.

Nec refragatur,quod dicta fides regulariter non
faciat concludentem probationem,quia licet ad ef-
5 fectum ferendi ſententiam excommunicationis, &
priuationis iuris (quæ in præſenti diſpoſitione Do-
mini noluerunt firmare)requirantur plenæ iuſtifica-
tiones *ſan.me. Greg.dec.96.num.3.* ad iſtum tamen
6 ſolum effectum denegandi audientiam in odium
recurrentis ad Iudices laicos, ſufficit quęlibet leuis,
informis,& imperfecta probatio, vt admittunt pręę-
ſumptiones *Card.Seraphin.d.dec.1094.num.2. Card.
Caual. d.dec.529.nu.3. Buratt.d. dec.446. num. 6.* &
*d.dec.536.num.4.Cocc.d.dec.425. in fin. verſ. & cum
ſit res, Rot.in rec. d.dec.309. num.3. part.7. cum alijs
per Add. ad ſan.me.Gregor.d.dec.96.nu.7.* ac plenius
in eadem *Monopolitana penſionis,§. Secundo probatur
circa fin.*

Et ita vnica tantum, &c.

LEODIEN. PRÆPOSITVRÆ DE NANSIA.

Mercurij 4. May 1650.

ARGVMENTVM.

Regula de Triennali tuetur poſſeſſorem in quouis Iu-
dicio, tam poſſeſſorio, quam petitorio adeo vt ad
vlteriorem iuſtificationem ſui Tituli non teneatur,

& quænam extrema ad hoc vt intret dicta regula
necessario sint probanda, & qualiter dicantur suffi-
cienter iustificata, & quando possessor censeatur re-
nunciasse Beneficio dictæ regulæ, & eius pacificam
possessionem interumpisse. Possessor anterior ve-
nit manutenendus in concursu cum posteriore, &
quando.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio licet capta per procuratorem si doceatur per publicum instrumentum de eius speciali mandato, suffragatur ad probandum extremum pro regula de triennali.*

2 *Possessio de certo tempore probata, præsumitur continuata pacificè ad effectum, vt intret regula de triennali per triennium, & vltra donec ab altera parte interrupta probetur.*

3 *Regula de Triennali vt intret requiritur probatio possessionis continuatio pacifica per triennium, & titulus coloratus.*

4 *Regula de triennali tuetur possessorem in quolibet Iudicio tam possessorio, quam petitorio.*

5 *Amplia, vt possessor ad vlteriorem iustificationem sui tituli non teneatur.*

6 *Exceptio, quæ concludenter non iustificatur non habetur in consideratione ad impediendum effectum regulæ de triennali.*

7 *Possessor per litis introductionem eius pacificam possessionem interrupisse videtur, ac beneficio regulæ de Triennali renunciasse,*

8 *Limita hoc non procedere, quando possessor causam committi curauit in Iudicio l. diffamari, quia tunc non actorem sed reum voluntarium se constituit.*

9 *Possessio anterior est manutenenda etiam in concursu posterioris possessoris.*

10 *Possessio posterior capta non citato anteriori possessore præsumitur clandestina, & turbatiua.*

11 *Possessio capta in spretum Inhibitionis Rotalis expeditæ, & præsentatæ, est notoriè nulla, & attentata.*

DECISIO CCCXXVII.

DE Præpositura controuersa vacante per resigna-
tionem factam in manibus fel. rec. Vrbani VIII.
à bon. mem. Egidio Vrsino de Viuarijs Patriarcha
Hierosolimitano prouisus fuerat 15. Iulij 1644. al-
ter Egidius eius consanguineus, qui expeditis literis
Apostolicis per Procuratorem eius possessionem
adeptus fuit 3. Decembris sequentis, illamque per
plures annos pacificè continuauit, donec Matthias
. . . . prætendens eandem præposituram vacare
per obitum eiusdem Patriarchæ, & ipsius collatio-
nem spectare ad Eminentissimum D. Cardinalem
Mazzarinum siuè vigore Indulti, siuè vti Abbatem,
& Commendatarium, ab eo prouisionem obtinuit,
ac sub die 26. Martij currentis anni in eius posses-
sionem se intrusit; Vndè introducta causa coram
me, per contradictas dubitaui. An Egidius iuuetur
regula de triennali, & sit manutenendus, ac affirma-
tiua in omnibus capta fuit resolutio.

Respectu scilicet primæ partis omnia extrema ne-
cessaria concurrere videntur, Initium enim posses-
sionis desumitur à *d. die 3. Decemb.* 1644. *Summ. n. 1.*
1 quæ omninò suffragatur licet capta per Procurato-
rem, cum doceatur per publicum instrumentum
mihi traditum de eius speciali mandato 1. Octo-
bris antecedentis confecto; Illius verò pacifica
2 continuatio per triennium, & vltra vsque ad occu-
pationem Matthiæ sequutam dicta die 26. Martij
præteriti, de iure præsumitur donec ab altera parte
interrupta probetur, *Greg. dec. 394. num. 4.* cum alijs
allegatis *in Ferrarien. manutentionis* 28. *Ian.* 1642.
*corã bo. me. Pirouano, & in Vladislauien. Villæ d'Hop-
pemburch* 13. *Aprilis* 1646. *coram me, §. Accedente
3 præsertim*; Titulus denique nedum coloratus, sed
etiam validus ex præfata Apostolica prouisione re-
sultat; Quibus proindè insimul concurrentibus in-
4 trat dicta regula de triennali, quæ tuetur Possesso-
rem in quouis Iudicio tam possessorio, quam petito-
rio, *Gonz. super reg. 8. §. 7. proœmial. num. 142. Cassad.
dec. 5. de restit. spoliat. Buratt. dec. 209. num 9. dec. 249.
num. 12. & dec. 280. num. 1. Rota in rec. dec. 783. nu. 4.
par. 3. & in alijs adductis in Salernitana beneficij 15.
Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Bichio, §. cum enim.*
5 Ita vt proindè ad vlteriorem iustificationem suæ
prouisionis non teneatur, vt in puncto respondit,
*Rota dec. 154. n. 7. par. 1. rec. in Signina beneficiorum 9.
Ianij 1627. coram bo. me. Card. Virili.*

Nec obstaret si allegaretur huiusmodi Præposi-
turam esse vnitam dictæ Abbatiæ S. Marci; Quia
cum prætensa vnio non ostendatur, & illius to-
talis validitas adhuc concludenter iustificata non
6 fuerit, eius exceptio non habetur in consideratione
ad impedien. effectum dictæ regulæ, & tradunt,
*Soruen. super cad. regul. qu. 25. Mandos. in reg. de mal.
q. 14. p. 1. num. 1. Cassad. dec. 13. super reg. & respondit.
Rota in Segobien. Archipresbyteratus 28. May 1584.
coram Orano.*

Minusuè releuaret, quod ipsemet Egidius sub die 17.
Iunij 1649. litem in Rotam introduxerit, & proin-
7 de eius pacificam interrupisse videatur, ac beneficio
dictæ regulæ renunciasse, *Gonzal. vbi supra glos. 66.
n. 4. Achill. dec. 1. super regul. de Triennal. Rota in
Vlisbonen. Vicariæ 26. Iunij 1617. coram bo. me. Rem-
8 boldo.* Quia cum non curauerit committi causam
simpliciter, sed in Iudicio, *l. diffamari*, vt declarare-
tur ipsum gaudere dicta regula dicto *Summ. num. 4.*
Ex hoc desumi non potest interruptio pacificæ pos-
sessionis, & recessus à beneficio eiusdem Regulæ,
cum ex præfata commissione non actorem, sed Reum
voluntarium se constituisse dicatur, vt distinguendo
bene declarat, *Achill. d. dec. 1. n. 2. vers. Licet fortè,
quem sequuntur Paris. cons. 81. nu. 26. lib. 4. & Lotter.
de re benef. lib. 2. qu. 53. nu. 22.* ac resolutum fuit in
*Gerunden. prioratus 14. Ian. 1645. coram R.P.D. meo
Bichio, §. fin.*

Respectu verò secundæ partis, resolutio redditur
clarior, cum ex præfatis plenè iustificetur eius ante-
9 rior possessio, quæ proindè est manutenenda *leg. 1.
§. interdictum autem, ff. vti possidet. §. retinendæ inst. de
interd.* Idque etiam in concursu Matthiæ colliti-
10 gantis, cum possessio ipsius non solum præsuma-
tur clandestina, & turbatiua tanquam posterior, &
capta Egidio non citato *cap. licet Episcopus de præ-
bend. in 6. cap. licet causam de probat. l. clam possidere,
§. Qui ad nundinas, ff. de acquir. poss.* sed etiam sit
11 notoriè nulla, & attentata vti capta dicta die 26.
Martij præteriti, & sic in spretum inhibitionis Ro-
talis expeditæ, & præsentatæ de mense Februarij
præcedentis ex iuribus allegatis *in Beneuentana Pa-
rochialis 7. Febr. præteriti coram me.*

Et ità per contradictas, &c.

MELEVITANA COMMENDÆ DE VAOVRS.

Ven. 13. Maij 1650.

A R G V M E N T V M.

Sequestrum apponi debet super possessione capta post
interpositam legitimè appellationem, tanquam
notoriè nulla, & attentata, etiamsi alias sententia
non reciperet appellationem, quando appellatio

fuit

fuit simpliciter admissa, & commissa, quę commissio operatur vt causa à sui principio iudicari debeat appellabilis, ita vt omnia gesta tam infrà decendium, quàm post interpositam appellationem subiaceant vitio attentatorum, & quando, in beneficialibus an detur sequestrum contra possessorem habentem sententiam fauorabilem.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio capta in executionem literarum expeditarum pendente tempore ad appellandum, tamquam notoriè nulla, & attentata in primis, & ante omnia venit reuocanda.*

2 *Appellatio simpliciter admissa operatur vt causa censeri debeat à sui principio appellabilis, etiam quod alias non admitteret appellationem.*

3 *Amplio etiam ad effectum, vt omnia gesta tam infrà decendium, quam post interpositam appellationem subiaceant vitio attentatorum, & hac ratione in pristinum veniant reducendo.*

4 *Commissio causæ simpliciter signata, retrotrahitur ad diem grauaminis, & operatur attentata ab initio, etiam si alias sententia de sui natura non admitteret appellationem.*

5 *Sequestrum venit apponendum stantibus attentatis in beneficialibus, ne detur vitiosus ingressus, & Attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis.*

6 *Sequestrum in beneficialibus non conceditur aduersus possessorem habentem sententiam fauorabilem in casu* Clem. Vnic. de sequestr. possess. & fruct.

7 *Secus tamen est in casu possessionis attentatæ, tunc enim semper conceditur, quamnis possessor attentans habeat sententiam fauorabilem.*

D E C I S I O CCCXXVIII.

COmmendam controuersam esse adiudicandam D. Equiti Castellet die 19. Maij 1649. pronunciatum fuerat per sententiam diffinitiuam in Consilio ordinario Religionis Hierosolimitanæ, quæ posteà fuit confirmata in consilio completo 14. Iunij sequentis, & hac eademmet die expeditæ fuerunt literæ magistrales, illarumque vigore dictus Castellet illius possessionem actualiter apprehendidit die vltima Septembris præteriti.

Verum quia D. Eques de Tourettes infra legitima tempora appellauerat, videlicet die 21. eiusdem mensis Iunij, & Signatura Sanctissimi causam mihi simpliciter commisit, ideò dubitaui, An constet de attentatis itavt sit apponendum sequestrum, & Domini affirmatiuè responderunt, quià expeditio dictarum literarum Magistralium facta fuit pendente tempore ad appellandum, & possessio in exequutionem ipsarum apprehensa postquam Eques de Tourrettes legitimè appellationem interposuit eius *Sam-*
1 *mario, num. 4. & 8.* Ac proindè sunt notoriè nullæ, & attentatæ, quæ propterea in primis, & ante omnia veniunt reuocandæ *cap. non solum de appell. in 6. Lancell. de attentat. appell. pendent. in præfat. num. 86. & seqq. versic. Vnde alias dicebat, bon. mem. Buratto decis. 74. sub numer. primo, Reuerendissimus Vrgellen. decis. 312. num. 1. & 2. Rota in recentior. dec. 682. sub num. 4. versic. Igitur, part. 1.* & in puncto responsum fuit in *Melenitana Commendę Sancti Leonardi 28. Iunij 1641. coram Eminentissimo* Domino *Cardinale Hieronymo Verospio*, ac in similibus terminis in *Crocouien. præpositura 30. Ianuar. 1645. coram R. P. D. meo Verospio, in Toletana Matrimonij 20. Iunij eiusdem anni coram* R. P. D. *meo Corrado in Auenionen. attentatorum 10. Iunij 1648. coram* Reueren. P. *D. meo Celso; & print in Leodien. Attentatorum 25. Maij eiusdem anni coram me.*

Nec obstat, quod sententia Consilij completi ex dispositione statutorum eiusdem Religionis non admitteret appellationem.

Quià cum ab ea appellatum fuisset in tempore,
2 & appellatio simpliciter admissa, iudicari debet causam à sui principio fuisse appellabilem, itavt omnia
3 gesta tàm infra decendium, quam post interpositam appellationem, subiaceant vitio attentatorum, & hac ratione in pristinum veniant reducenda, vt firmauit, *Rota coram bon. mem. Buratt. dec. 902. num. 2. coram Reuerendissimo Vrgellen. dec. 96. nu. 4. dec. 191. sub num. 5. & dec. 240. num. 3. in recentior. decis. 134. num. 1. 2. 6. & 7. part. 6. in dicta Melenitana Commendæ Sancti Leonardi circa fin. in* Bonon. *rescissionis contractus 15. Aprilis 1644. coram R. P. D. in Verospio, §. Sicut etiam in dicta* Toletana *Matrimonij coram R.* P. *D. meo Corrado, §. Secundò quia in dicta Auenionen. attentatorum coram R. P. D. meo Celso, §.* Nam *quicquid sit in Viterbien. fideicommissi, seù attentatorum 13. Maij 1644. §. Quia licet in Fulginaten. Parochialis 24. Martij 1645. §. Vltra quod in Veralana beneficiorum 31. Ianuar. 1646. §.* Primo *vers. eoque magis in* Bonon. *attentatorum 18. Iunij eiusdem anni, §. Quia cum Signatura, & in dict. Leodien. attentatorum, §. Id-*
4 *que tanto magis coram me.* Commissio enim sic simpliciter signata retrotrahitur ad diem grauaminis, & operatur attentata, etiamsi alias sententia de sui natura non admitteret appellationem ex iuribus copiosè adductis in omnibus præfatis decisionibus, & signanter in dicta *Bonon. rescissionis contractus coram R. P. D. meo Verospio, & in decisione Viterbien. fideicommissi, seù attentatorum,* Bonon. *attentatorum, & Leodien. attentatorum coram me.*

Firmatis attentatis sequestrum venit apponen. in
5 beneficialibus ne detur vitiosus ingressus *Cas. de Grass. dec. 2. num. 1. de appell. Rot. dec. 616. num. 3. p. 1. diuers. & in dicta Cracouien. Præpositaræ, coram R.* P. *D. meo Verospio, §. Ex his verò.* Et attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis, vt responsum fuit *in Astoricen Parochialis 26. Iunij 1647. coram bo. me. Argaelles, §. Et consequentem in Calagaritana beneficiorum 17. Febr. 1648. coram R. P.* D. *meo Bichio, in Calagaritana beneficij de Longrono 19. Februar. 1649. coram Reu.* P. D. *meo Verospio, & in alia Calagaritana* Beneficij 1. *Maij eiusdem anni coram R. P. D. meo Pentingerio.*

Nec releuat, quod in beneficialibus non con-
6 cedatur sequestrum contra possessorem habentem sententiam fauorabilem; Obiectum enim procedit quando illud petitur vigore *Clem. vnic. de sequestr. possess. & fruct.* quo casu requiritur quod sen-
7 tentia sit lata contra possessorem, secus tamen est quando petitur prout hic ratione possessionis attentatæ, tunc enim semper conceditur quamuis possessor attentans habeat sententiam fauorabilem, & in his terminis loquuntur omnes decisiones allegatæ, & quæ allegari possunt, ac faciunt tradita *coram Pania dec. 366. num. 6.*

Et ità, &c.

L E O D I E N. P E R S O N A T V S.

Lunæ 16. Maij 1650.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenendo in possessione Beneficij conceditur probanti suam possessionem per publicum Instrumentum illius adeptionis, & per subsequutam perceptionem fructuum, eoque libentius si possessio sit titulata, neque huiusmodi possessio red-

ditu: attentata etiam si capta fuerit post affixa, & publicata Edicta supee institutione Beneficij, cum affixio Edictorum, antequam compareat legitimus Contradictor, sit actus merè extraiudicialis, qui nunquam attentata opeeatue, eo maximè si publicationes non fuerint particulariter contra possessoeem factæ, sed generaliter, & quid requiratur in hoc casu ad effectum attentatorum., & quando exceptio Iurispatronatus admittatur ad impediendam manutentionem prouiso ab ordinario, & quinam status sit attendendus.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio probatu per publicum Instrumentum adeptionis, & per subsequutam perceptionem fructuum est manutanibilis.*

2 *Et eo libentius si possessia sit titulata.*

3 *Possessio capta lite pendente redditur attentata, nec est manutenibilis.*

4 *Edictarum simplex affixio, & publicatio, antequam compareat, & se opponat aliquis legitimus contradictor est actus mere extraiudicialis.*

5 *Edictarum affixio, & publicatia incipit fieri actus Iudicialis post comparitionem legitimi contradictaris.*

6 *Litis pendentia deduci non valet ex simplici affixione, & publicatione Edictarum, antequam compareat legitimus contradictor.*

7 *Attentata sine lite, & per actus extraiudiciales non inducuntur.*

8 *Possessia Beneficij capta in vim prauisianis ante litem obtentu non redditur postea attentata per simplicem affixionem Edictorum super institutione Beneficij.*

9 *Maxime si non fuerint specialiter publicata contra possessarem, sed generaliter contra omnes, nec probetur possessorem de illorum affixiane, & publicatione certam scientiam habuisse.*

10 *Vel quod contra eum aliquu fuerit exequuta citatia, vel personalis Inhibitio, ne aliquid innouaret.*

11 *Manutentio non datur sine probatione possessionis.*

12 *Possessio non transfertur, nec acquiritur ex solu sententia absque actuali apprehensione.*

13 *Sententia non priuat anteriorem possessorem sua possessione, sed requiritur actualis apprehensio.*

14 *Status vltimus beneficij si constat vti de libero, & collatiua, attendi debet, non autem ius patronatus.*

15 *Collatio facta ab Ordinario de Beneficia vti de libero, & collatiua, vt sustineatur sufficit, quod de vltimo statu, vti de libero, & collatiuo constet non obstante iure patronatus.*

16 *Iurispatronatus exceptio attendi non debet ad retardandam manutentionem possessori, nisi Ius patronatus iustificetur incontinenti per confessionem partis, rem iudicatam, vel publicum Instrumentum.*

17 *Exceptio requirens altiorem indaginem reyeitur ad petitorium.*

DECISIO CCCXXIX.

MAndatũ de manutenendo censuerunt Domini esse concedendum Ioanni Stocheur informanti,
quia probat eius possessionẽ, non solum ex publico
Instrumento adeptionis sub die 1. Settem. 1647. *Sum.*
num. 3. sed etiam ex locatione bonorum spectantium
ad Personatum, de quo agitue, cum subsequuta
1 actuali fructuum perceptione eodem *Summ. num.* 4.
quæ propterea videtur manutenibilis *vulg. §. retinendæ instit. de interd.* Præsertim cum appareat munita
titulo collationis habitæ ab Ordinario vti de vacante per resignationem in eius manibus libere factam
á Roberto de Linden. vltimo illius possessore dicto
2 *Summ. num.* 2. Ideoque tanquam titulata eo libentius venit manutenenda ex plene congestis in *Bonon. manutentionis* 19. *Iunij* 1647. *cor.* R.P.D. *meo Biebia, in Regien. Parochialis* 5. *Martij* 1649. *coram R. P. D. meo Otthobono, & in Toletana Archidiaconatus de Talauera* 4. *Aprilis proximi præteriti coram R. P. D. meo Albergato §. verum vers. quare cum legitimo.*

Non obstat, quod eademmet di 1. Settembris de
mandato officialis Archidiaconi Leodien., & ad instantiam Thomæ vnius ex colliticantibus affixa, &
3 publicata fuerint edicta supee illius institutione, ac
proinde dicta possessio videatur apprahensa lite
pendente, & sic reddatur attentata, & non manutenibilis.

4 Quia cum simplex edictorum affixio, & publicatio antequam compareat, & se opponat aliquis legitimus contradictoe, sit actus merè extraiudicialis
Calder. cons. 2. *sub num.* 2. *vers. Pro istu vlt. opin. de elect. Lambert. de Iurepatr. par.* 2. *lib.* 2. 9. *quæst. princ. art.* 12. *num.* 1. *fol. mihi* 95. *Gonzal. super Regul. Cancell. glass.* 9. *in aduot. contra nullit. & attent. num.* 41. & 42. ac dictum fuit in *Vicen. Beneficij* 10. *Decembr.* 1646. *coram me, §. Nec obstat.* Et incipiat fieri iudicialis post il-
5 lius comparitionem, & oppositionem (quæ tamen
in casu nostro non iustificantur) vt dixit *Rota decis.* 227. *num.* 2. 3. *&* 4. *par.* 3. *lib.* 2. *& dec.* 266. *num.* 4. *ead. par.* 3. *lib.* 3. *diuers.* ac admissum fuit in *Cremanen. Præpositura* 23. *May* 1644. *cor. R. P. D. meo Corrada, §. Nam illa in fine.* Exindè litis pendentia introducte
6 diei non valet DD. *in cap. fin. de elect. in* 6. *Lambertin. de Iurepatr. lib* 2. *par.* 2. *quæst.* 2. *princip num.* 3. *cum seqq. Gonzal. vbi supra num.* 32. cum alijs allegatis in *Bonon fideic. de Nascentarijs* 24. *Nouembris* 1645. *coram R.P.D. meo Royas.* Et per consequens posses-
7 sio vacat vitio attentatorum; cum sine lite, & per
actus extraiudiciales non inducantur attentata, *tot. tit. vt lit. pend. Cassad. dec.* 6. *num.* 2. *super. reg. Lancell. de attent. par.* 1. *in præfat. num.* 57. *Marches. de commiss. super attent. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *fol. mihi* 18. *Rota dec.* 1. *num.* 2. *&* 14. *par.* 2. *diuers. coram* Duran. *dec.* 4. *n.* 11. *& dec.* 86. *num.* 4. *in* Garunden. *Canonicatus, seu Sacristiæ* 3. *Iulij* 1634. *coram Reuerendiss. D.* Terracinen. *in Ianuen.* Pecuniaria, *seu attentator.* 20. *Aprilis* 1640 *coram Reuerendiss.* D. *meo Decana, in d. Bonon. fideic. de Nascentorijs coram R.P.D. meo* Royas, *& in d.* Vi*cen. beneficij coram me.*

8 Idque eo certius, cum huiusmodi edicta non fue-
9 rint specialiter publicata contra Ioannem, sed generaliter contra omnes, nec probetur ipsum de præfata illorum affixione, & publicatione certam ha-
10 buisse scientiam, siuè contra eum aliquam fuisse
exequutam citationem vel personalem Inhibitionẽ,
ne aliquid innouaret, quibus proinde cessantibus
potuit deuenire ad apprehensionem possessionis sine vitio attentatorum per ea, quæ tradunt *Lancell. de attent. lit. pend. par.* 2. *cap.* 4. *lim.* 5. *numer.* 10. *Add. ad Greg. dec.* 251. *num.* 14. *vsque in fin.*

Ipsis autem Thomæ, & Bartholomęo colliticgan-
11 tibus mandatum de manutenendo competere non
potest, quia non docent de ipsorum possessione, sine qua non datue manutentio *l.* 1. *§. Interdictum autem ff. de Interd.* Rota *in Cæsaraugustana Distributionum* 3. *Aprilis* 1620. *coram Card. Sacrato, & in Narnien. Banor.* 14. *Ianuarij* 1628. *coram bon. me. Pirouano penes Posth. de manut. dec.* 154. *nu.* 1. *& dec.* 227. *pariter num.* 1. Idque etiam si Bartolomeus à predicto offi-

ciali

ciali obtinuerit sententiam fauorabilem super insti-
12 tutione, quia ex sola sententia non transfertur, nec
acquiritur possessio sine actuali apprehensione *Alex.*
in l. Sciendum §. si fundus num. 2. in fin. ff. qui satisd. co-
gan. Cassad. dec. 7. num. 11. & 18. de caus. poss. & pro-
priet. Greg. dec. 546 num. 10. Rota in Rauennaten. Sal-
uiani tertij 11. Febr. 1604. coram bo: mem. Iusto penès
Pacif. de Salu. dec. 144. num. 2. Multoque minùs an-
13 terior possessor exindè eius possessione priuatur.
Greg. d. dec. 546. num. 9. Card. Canal. decis. 565. num. 4.
clar. me: Coec. dec. 185. num. 3. cum alijs plenè addu-
ctis per eundem *Posth. de manut. obseru. 12. num. 160.*
cum seq.

Nec eis refragatur prætensio, quod huiusmodi
Personatus sit de Iurepatronatus.

Quia præterquod constat de vltimo præcedenti
14 statu, vti de libero, & collatiuo dicto *Summ. num. 1*
Qui proindè attendi debet, & sufficit ad substinen-
15 dam collationem factam ab ordinario *cap. consulta-*
tionibus de iurepatr. Rota in rec. dec. 154. num. 3. par. 1.
dec. 435. num. 1. par. 2. & in Fanen. Parochialis 1. Iulij
1647. coram R. P. D. meo Ortbobono, §. Demum non
obstat. Cùm assertum Iuspatronatus non probetur in
16 continenti per confessionem partis, rem iudicatam,
vel publicum Instrumentum, eius exceptio admitti
non potest ad retardandam manutentionem posses-
17 sori, sed reijci debet ad petitorium vti requirens
altiorem indaginem, & pleniorem discussionem,
vt omissis antiquioribus responsum fuit in *Barchi-*
nonen. manutentionis 2. Martij 1646. coram R. P. D.
meo Corrado, §. Et vlterius, in d. Toletana Archidiaco-
natus de Talanera 4. Aprilis præteriti coram R. P. D.
meo Albergato sub § 1. & prius in Beneuentana Paro-
chialis 29. Nouebr. 1649. coram me, §. fin.

Et ita vnica tantum, &c.

ROMANA PAROCHIALIS.

Lunæ 23. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur nominato etiam per modum prouisionis docto de eius possessione, & licet nominatus per modum prouisionis possit quandocunque amoueri, etiam sine causa, ideoque nullum ei competat remedium possessorium, hoc tamen procedit, quando remoueretur ab eo, qui clare ostenderet se habere legitimam potestatem deputandi, & remouendi, donec enim disceptetur in petitorio de huiusmodi potestate, manutentio conceditur ad statum.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de visu, & reddentes optimam rationem sui dicti, satis probant possessionem manutenibilem.*

2 *Possessio posterior capta non citato anteriori possessore dicitur clandestina, & turbatiua, nec ei potest impedire manutentionem, qui non habuit se prò spoliato.*

3 *Deputatio prouisionalis, nullum tribuit titulum deputato, sed simplicem administrationem.*

4 *Deputatus per modum prouisionis potest ad libitum remoueri etiam sine causa.*

5 *Manutentio, seu aliquod aliud remedium possessorium deputato, per modum prouisionis competere non valet, cum etiam sine causa possit ad libitum remoueri.*

6 *Declara hoc tantum procedere si fuerit ab eo remotus, qui clarè ostenderet se habere legitimam potestatem deputandi, & remouendi.*

7 *Secus, si remoueatur ab eo cui negatur competere potestatem deputandi, vel remouendi.*

8 *Manutentio non denegatur ad statum in quo reperitur, deputato etiam per modum prouisionis, donec disceptetur in petitorio de potestate partis deputandi, vel remouendi.*

DECISIO CCCXXX.

OB carcerationem Io: Contuccij perpetui Vicarij
in Ecclesia S. Blasij, Francisco Palagio deputato
per modum prouisionis à Capitulo S. Petri ad exer-
cen. curam animarum dixerunt DD. conceden. esse
mandatum de manutenendo cum ipse doceat de sua
possessione ex quatuor Testibus ser. sec. examinatis
& constet eundem Palagium exercuisse curam ani-
marum in dicta Ecclesia administrando Sacramenta,
& faciendo omnes actus à Parochis fieri solitos, qui
1 cum deponant de visu, & reddant concludentes ra-
tiones sui dicti optimè probant eius possessionem
adhunc effectum manutenibilem *§. Retinendæ Instit.*
de interdict. l. 1. §. Interdum, ff. vti possid. cum cæteris
in *Pisaurien. Parochialis, 11. Febr. proximi præteriti co-*
ram R. P. D. meo Verospio.

Non obstat possessio Bernardini, tanquam poste-
rior, & capta non citato ipso Palagio anteriore
2 possessore, dicitur clandestina, & turbatiua nec potest
illi impedire manutentionem, cum non habuerit se
pro spoliato *cap. licet Episcopus de Praben. in 6. capit.*
licet causam de probat. l. Clam. possidere, §. Qui ad nun-
dinas, ff. de acquir. poss. Greg. *dec. 171. num. 2.* cum alijs
in *Lauretana Beneficij 26. Iunij 1645. coram R. P. D.*
meo Corrado, *& in Beneuentana Parochialis 29. No-*
uebr. 1649. coram me.

3 Nec dicatur, quod nominatio eiusdem Palagij
vti prouisionalis nullum sibi tribuerit titulum, sed
4 simplicem administrationem, & ideò cum ipse pos-
sit ad libitum remoueri etiam sine causa. *Franch. in*
cap. vnic. num. 5. vers. limita tamen de capell. Monach. in
6. vbique Gemin. sub num. 8. vers. vel dicen. & Anchar.
num. 2. vers. Quandoque, cum alijs plene congestis
in *Hyspalen. Iuris nominandi Curatos 21. Iunij 1641*
coram R. P. D. meo Peutinger. §. Circa tertium cum plur.
5 *seqq.* Manutentio, aut aliquod aliud remedium pos-
sessorium ei competere non valeat. *Garz. de Benef.*
par. 1. cap. 2. num. 87. Et reprobata contraria opinio-
ne Innocentij respondit *Rota dec. 1. num. 1. de restitut.*
spol. in antiqu. in Hyspalen. Iuris nominandi Curator
20. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Peutingerio. §. Et
quod habenti.

6 Quia procederet obiectum si remotus fuisset ab
eo, qui clare ostenderet se habere legitimam pote-
statẽ deputandi, & remouendi, tunc enim sequuta re-
motione contra remouentem, vel alium ab eo cau-
sam habentem ipse non potuisset hoc à Iudice obti-
nere, vt declarauit *Rota in dicta decis. 1. sub d. num. 1.*
vers. Et istud ego intelligebam de rest. Spol. in antiqu.
Et in his terminis loquuntur probatæ Decisiones
7 Hyspalenses: Secùs autem in casu nostro, quo re-
motus fuit ab Eminentissimo Vicario, cui negatur
competere Potestatem allegando illam spectare ad
prædictos Capitulum, & Canonicos S. Petri, qui il-
lum nominauit, tum ex particularibus constitutio-
nibus *fa. me. Pij V. in ordin. 47. & 139. Bullar. nou. tom.*
2. Tùm etiam ex subsequuta obseruantia, & quasi
possessione, alijsque rationibus ab informantibus de-
ductis vnde cum saltem adhuc non sit clarum an ad
Vicarium in dicto casu spectet d. Ius nominandi, do-
8 nec in petitorio illius inspectio plene, & concluden-
ter terminetur, ipsi quamuis deputato per modum
prouisionis ad curam exercen. pro simplici admini-
stratione manutentio denegari non potest ad statum

in quo reperitur, vt ferè in terminis tradit *Lanar. cons. 4. num. 12. & seq. Galeott. contr. Iur. lib. 1. contr. 51. num. 54. & 55.* cum alijs congestis in *Romana subcollationis 17. Martij 1641. coram R.P.D. mea Bichio, §. Quæ omnia*.

Reiecta igitur dicti articuli discussione, & Decisione ad Iudicium ordinarium responsum fuit pro manutentione ad fauorem Palagij Informantis in statu exercendi curam Animarum in Ecclesia, de qua agitur ad formam eius Deputationis durante impedimento Contuccij.

Et ita vnica tantum, &c.

PERVSINA BONORVM.

Lunæ 30. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ex quibus, & quando probetur. Filius hæres quando possit prætendere detractionem legitimæ, & quando non; cum alijs de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Bona possessa per grauatum in loco, in quo possidebat fideicommittens præsumuntur fideicommissaria, nisi constet de proprijs ipsius acquisitionibus, num. 4. & num. 10.*

2 *Ad probandam identitatem bonorum multum confert instrumentum locationis factum in antiquis.*

3 *Identitas probata non diuersificatur ex modica denominationis alteratione.*

4 *Identitas probatur semiplenis probationibus, & coniecturis.*

Contra Testes non admittuntur exceptiones in materia, in qua sufficiunt semipleuæ probationes, & coniectura.

5 *Legitima censetur à filio hærede consumpta ex quo ille non fecit inuentarium, & plura bona hæreditaria alienauit, nisi concludenter probetur negatiua existentiæ, & alienationis aliorum bonorum.*

Filius ob solam omissionem Inuentarij non amittit legitimam.

Limitatur tamen quando vltra omissionem Inuentarij constat de aliquibus alienationibus aliorum bonorum hæreditariorum.

6 *Inuentarium supponitur ab hærede non confectum quoties ab eo non exhibetur.*

Donatarius grauatus ad restitutionem bonorum donatarum si inuentarium non faciat non potest aliquid prætendere nisi doceat de statu hæreditaria donantis; concurrentibus aliquibus alienationibus; quia semper aduersus eum viget mala fides, & præsumptio subtractionis.

7 *Alienationes iustificantur factæ ex publicis Instrumentis in actis productis.*

8 *Dotis assignatio non est facienda ex bonis maternis, sed ex paternis.*

Mater si aliquid relinquat filiæ pro omni eo etc. cum hoc quod aliud præter illam certam modicam quantitatem prætendere non possit, & tale relictum acceptetur cum instrumento, & obligatione Camerali; illud venit seruandum.

9 *Alienationes, quando sunt certæ, & modicæ quantitatis quæ non adæquent integram legitimam in maiori quantitate debitam, non possunt impedire consecutionem supplementi.*

11 *Hæres grauatus, qui non fecit Inuentarium non potest detrahere legitimam, aut eius supplementum etiam si constet de alienationibus modicæ quantitatis, sed solum permittitur detractio supplementi, quando extat inuentarium, & alienationes sunt certæ, nec ascendunt ad quantitatem detractionum debitarum.*

12 *Locationis instrumentum factum Titio conductori probant contra singularem successorem ipsius Titij.*

Hæreditas iustificatur opulenta, & pro ea eo magis viget præsumptio, quando constat fuisse factam amplissimam donationem defuncto, ipsumque habuisse vsumfructum.

13 *Hæres censetur dissipasse bona hæreditaria, quæ restituere debebat, si constet ipsum alia bona dissipasse, & consumpsisse ob regulam, quod semel malus.*

14 *Primæ alienationes cedunt in causam legitimæ.*

15 *Limitatur ideo dummodo alienationes factæ fuerint, cum actuali translatione dominij, non autem, quod simpliciter bona probentur hypothecata, quia tunc non cedunt in detractiones; licet anteriores.*

16 Rota in Romana fideicommissi de Candidis 10. Martij 1649. coram R.P.D. Verospio, *qualiter veniat intelligenda, & 17.*

17 *Hæres fideicommissarius si agat contra tertium possessorem non potest obtinere ex simplici omissione inuentarij, nisi probet, alias alienationes illam præcessisse, & doceat de statu hæreditario; secus vero, quando dictus Hæres est possessor, & Tertius creditor Hæredis grauati agit contra eum, quia non potest obtinere nisi antedicta prius probet, & num. 18.*

Alienatio censetur prima ad effectum defendendi tertium possessorem, nisi contrarium probetur ab Aduersario.

19 *Actus qui fieri potest citra Int, & nomen hæredis non inducit aditionem.*

DECISIO CCCXXXI.

Repropofita causa super resolutis 14. Iunij 1647. Informantes pro Pellicciarijs admittentes fideicommissum, & illius purificationem, iterum controuertebant Identitatem Prædij, de quo agitur, & in omnem casum illud potuisse subhastari, deliberari ratione legitimæ debitæ Iulio Cæsari filio fideicommittenti, & ipsorum debitori acriter contendebant; sed post trinam propositionem denuò Domini censuerunt identitatem probari, ac legitimam fuisse consumptam, & ideo steterunt in decisis.

Ex Testibus enim in partibus formiter examinatis probatum fuit Prædium controuersum situm in Suburbijs Perusiæ in vocabulo Monte Morcino hodie possessum à fratribus de Pudianis vti fideicommissarium, esse illud idem ab Alda fideicommittente possessum vsque ad eius obitum, & deindè à dicto Iulio Cæsare ipsius filio, & vniuersali Donatario restituere grauato retentum cum concordi demonstratione eius qualitatum, vlterius prædium laboratiuum, arboratum, vineatum, & canneratum cum domibus, Columbario, puteo, & furno, ac designatione confinium, ab vno scilicet latere bona Patrum eiusdem Montis Morcini, ac bona hæredum Nicolai Bani peruenta ad quosdam de Danzettis, & ab alio bona Armilai Barigiani *Summ. præterita positionis num. 3.* Ex quibus propterea (vltrà vulgarem præsumptionem, quod bona possessa per grauatum in loco, in quo possidebat fideicommit-
1 tans præsumantur fideicommissaria, nisi constet de proprijs ipsius acquisitionibus iuxtà vulgatum *cons. Fulgos. 145. sub num. 2.*) præfata identitas concludenter iustificetur ex probatis in præcedenti *dec. §. fideicommissum enim cum seq.*

2 Accedente insuper Instrumento locationis eiusdem Prædij factæ anno 1581. per d. Aldam eidem Iulio Cæsari, in quo concurrunt omnes prædictæ

qua-

qualitates à Testibus designatæ d. Summario num. 4. quod regulariter, præsertim in antiquis, multum confert ad probationem identitatis, vt responsum fuit in Auximana fideicomm. 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. Qua verò ad probationem, Idque etiam in ipso Instrumento adsit adiectio, Posto Monte Morcino, quia præterquod in substantia est idem locus in quo Alda bona donata possidebat, vt probatur ex Instrumentis relatis in Summ. penultimæ positionis num. 4. & 5. cum adiectio illa, Posto, nihil aliud significet, quam quod existat post conuentum dd. Patrum Montis Morcini, vbi situm reperitur prædium controuersum, etiamsi adesset aliqua discrepantia, nihilominus est adeo modica
3 deminationis alteratio, vt alio non constito, non diuersificet probatam identitatem, per Tex. in l. Qui habebat, vbi communiter scribentes, ff. de manumiss. Testam. Bart. in l. Demonstratio falsa sub num. 2. ff. de cand. & demonstr. Rota dec. 506. num. 3. in fin. vers. Et certum est par. 1. rec.

Exceptiones autē contra prædictos Testes oppositas Dñi reiecerunt cum omnes penitùs sublatę remāserint ab informantibus pro Pudianis, & in hac mate-
4 ria, in qua admittuntur semiplenę probationes, & cōiecturę. Rot. dec. 119. n. 4. vers. Maximè ad probandū, & dec. 407. sub n. 12. p. 2. dec. 160. n. 5. p. 5. & dec. 132. n. 3. p. 7. rec. sufficit, quod faciāt adminiculum ad coadiuuandam supradictam præsumptionem ex identitate loci desumptam, quæ ad istum effectum potissimè attendi solet Rot. d. dec. 407. sub num. 3. vers. sed etiam, sub num. 4. vers. Et prædicta par. 2. rec.

Sicuti etiam visæ fuerunt irreleuantes descriptio Prædij controuersi facta per Tutorem eorundem de Pudianis, in inuentario tutelari tanquam de bonis prædicti Iulij Cæsaris eorum Patris, & depositio sexti Testis deponentis de auditu ab ipso Iulio Cæsare grauato, quod esset suum proprium, quia ex prędictis dereguntur erroneæ, vt ex pluribus alleg. responsum fuit in d. dec. §. Quoniam cum huiusmodi.

5 Legitimam verò fuisse consumptam præsumitur ex quo Iulius Cęsar nullum confecit inuentariū, & plura bona fideicommissaria alienauit; nàm contra non conficientem inuentarium lex præsumit adfuisse alia bona in hæreditate, & ea pariter à grauato subtracta, & alienata fuisse, ex quibus proindè prętensam legitimam ipse consequutus censetur donec à Pelliciarijs actoribus ab eo causam habentibus, & vti eius creditoribus eiusdem legitimæ vlteriorem consecutionem prætendentibus aduersus fideicommissarios possidentes concludenter probetur negatiua existentiæ, & alienationis aliorum bonorum, iuxta veriorem, & magis receptam opinionem, quam probant Natta cons. 199. nu. 12. & cons. 238. num. 9. Giouagn. cons. 20. in fin. vers. Attamen quia non confesso lib. 2. & constanter sequuta fuit Rota in Maceraten. legitimæ 14. May 1627. cor. bo: me: Card. Vbaldo in rec. dec. 67. num. 2. par. 5. & 28. Iunij 1629. coram Reuerendiss. Vrgellen. inter eius impress. decis. 213. num. 2. in Romana fideicommissi de Victorijs 2. Iunij 1627. coram bo: me: Merlino in rec. dec. 77 num. 2. & 3. par 5. in Aesina fideicomm. 17. Martij 1631. §. Quia cum Florij coram bo: me. Pirouano confirmata coram me 10. Maij 1641. §. non obstant tria, vers. Isto enim casu in d. Auximana fideicomm. 13. Ianuarij 1640. §. Et quatenus etiam, & 31. Ian. 1642. §. Quamuis enim, & §. Hinc non releuat circa fin. vers. Et insuper militat, coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Rom. fideicomm. de Palatijs 28. Iunij 1647. §. Quia cum Antonius, & in Rom. Fideicomm. 8. Iunij 1648. §. Prętereà coram b. me. Arguell. & in Rom. Fideicomm. de Pancaldis 23. Iunij 1649. §. Et cum non doceatur, coram R. P. D. meo Peuting. licet enim filiua ob solam omissionem inuentarij non amittat legitimam Castr. in l. ab omnibus §. fin. sub num. 2. ff. de leg. 1. & in l. ita tamen, §. si Trebelliano, ff. ad Trebell. Attamen ob malam præsumptionem subtractionis, & occultationis aliorum bonorum resultantem ex prædicta omissione inuentarij iunctis aliquibus alienationibus in ipsum, seu alios ab eo causam habentes transfertur onus probandi in hæreditate non extitisse alia bona, ex quibus illius detractio integrè fieri potuerit, vt tradit Surd. decis. 316. num. 14. cum seqq. & responsum fuit in Bonon. fideicomm. de Cataneis 10. Martij 1617. coram bo. me. Pirouano penès Giouagn. d. cons. 20. num. 31. in Bonon. fideic. de Glauarinis 10. Febr. 1639. coram R. P. D. meo Royas, §. non obstat conclusio in d. Auximana Fideic. 31. Ianu. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. nec obstat, quod hæres, & in d. Aesina Fideicomm. coram me sub dicto §. nec obstant tria.

Quod autem Iulius Cæsar non confecerit Inuentarium à Pelliccearijs non controuertitur, & suppo-
6 nen. est, dum ab eis non exhibetur, vt dictum fuit in Rom. Fideicomm. de Capiteferreo 10. Martij 1645. cor. R. P. D. meo Corrado, §. neque turbaret versic. Intereà verò. Nec refert, quod ille non fuerit hæres, sed Donatarius vniuersalis, qui regulariter non tenetur facere Inuentarium; quia licet ad illius confectionem non arctetur præcisè, adstringitur tamen causatiuè, ad effectum scilicet, vt ex eo dignosci valeat status hæreditatis, alioquin concurrentibus aliquibus alienationibus etiam contra donatarium, omnemque alium restituere grauatum semper viget mala fides, & præsumptio subtractationis, & alienationis aliorum bonorum, donec ab ipso, vel ab eo causam habentibus doceatur de contrario, prout admissa fuit contra grauatum onere fideicommissi ordinati per contractum inter viuos in dicta Bonon. Fideicomm. de Glauarinis coram R. P. D. meo Rayas, & in Rom. Fideicomm. de Spiritibus 12. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bichia, & contra simplicem vsufructuarium in dicta Aesina fideicomm. coram me, §. minus obstat.

7 Alienationes verò, & quidem numero plures iustificatæ fuerunt à fratribus de Pudiani publicis Instrumentis in actis Notarij causæ productis, vt in eorum Summario vltimæ positionis num. 2. cum seqq.

Prima scilicet de florenis 700. constituentibus sc. 437. & b. 50. per Iulium Cæsarem assignatis pro medietate Dotis Isabellę eius Sororis nuptę anno 1597 quorum 500. proueniunt ex certis bonis stabilibus eiusdem Aldæ Fideicommittentis sitis in loco nuncupato Piano di Massiano, reliqui verò 200. ex venditione Prædij di Zolfagnano ad illam pariter spe-
8 ctantis, quæ quidem Dotis assignatio non ex maternis, sed ex paternis bonis ab eodem Iulio Cæsare tunc temporis possessis (vt constat ex Instrumentis inferius decen. relatis in extractu fol. 331. cum seqq.) fieri debebat, vt in puncto responsum fuit in Rom. Fideicomm. de Campagnalis 8. Febr. 1649. §. Quo verò coram R. P. D. meo Peuting. Attenta præsertim præcisa dispositione eiusdem Aldæ à Iulio Cæsare sub Iuramento, & obligatione Camerali acceptata, quod filiæ fœminæ prætèr certam modicam quantitatem in donationem eis relictam ex quauis causa, & occasione etiam ratione legitimæ nil amplius prætendere possent, quæ propterea à Pellicciarijs ab eo causam haben. controuerti non valet ad tradita per Rotam dec. 223. num. 3. par. 8. rec.

Secun-

Secunda de duabus Eminis terræ positis in supradicto loco Montis Morcini per illum cessis anno 1623. Francisco Alumno cum pacto redimendi pretio scut. 125.

Tertia de alijs tribus Eminis terræ dismembratis à Prædio controuerso, & ab eo pariter cessis anno 1624. Laurentio de Sinibaldis pro sc. 333.

Quarta De alia Emina terræ dismembrata ab eodem Prædio, & per ipsum vendita anno 1616. Armilao de Barrigianis pretio æstimato flor. 175. constituentium scuta 110.

Quinta De petia terræ posita in supradicto loco nuncupato il Piano di Massiano ab eodem vendita dicto anno 1626. Sancti de Bisnettis pretio scut. 50. & aliorum scut. 28. in casu non redemptionis prout euenit.

Sexta Denique de flor. 300. facien. summam scu. 187: 50. occasione Dotis eiusdem Aldæ debitæ ab ipso Iulio Cæsare vti hærede Annybalis eius Patris, & illius debitoris, qui recuperari non possunt ex quo ille omnia bona paterna alienauit. Quæ quidem alienationes insimul calculatæ constituunt summam scuta 1271.

Non obstat quod aliquæ non iustificentur de bo-
9 nis Aldæ, cæteræ verò tanquam certæ, & modicæ quantitatis non adequent integrã legitimam in maiori summa Iulio Cæsari debitam, & proindè non possint impedire consecutionem supplementi, vt responsum fuit in *Perusina Fideic. 5. Mart. 1646. cor. R. P. D. meo Celso §. adm eum illa, & in Cæsenaten. Bonorum 19. Martij 1649. coram R. P. D. meo Pentinger. §. Primo, vers. cui neque duæ.*

Quo enim ad iustificationẽ, omissis 1. 4. 5. & 6. quę iustificantur 2. & 3. controuerti non posse videtur
10 fuisse de bonis spectantibus ad Aldam, dum omnes eminæ terræ ibidem contentę in ipsismet Instrumẽtis alienationis asseruntur existere in dicto loco Mõtis Morcini, in quo Alda viuens tàm prædium controuersum, quam alia bona vsque ad eius obitum possedit, vt probatur ex testibus, & Instrumento locationis in principio ponderatis, atque ideò præsumuntur propriæ ipsius fideicommittentis non docto de illarum acquisitionibus factis à grauato iuxtà prædictum *cons. Fulgos. 145.* suprà allegatum, præsertim, quoad tertiam, quæ ex conuenientia confinium, & aliarum demonstrationum ostenditur continere tres eminas terræ dismembratas à Prædio controuerso.

Quo verò ad modicitatem, vltra quod contrarium est verius, dum constituunt dictã summam sc. 1271 etiamsi alienationes essent certæ, & modicæ quantitatis, non ideominus dici posset legitimam fuisse integraliter consumptam, obiectum enim procederet, si ostenderetur inuentarium, vel aliundè constaret de vero statu integræ hæreditatis ex quo indubitanter sciri posset quantitas, qualitas, & valor omnium bonorum hæreditariorum, tàm super existentium, quam alienatorum, tunc enim calculata legitima in quantitate trientis, vel semissis secundum numerum filiorum, & calculatis alienationibus, congruè diceretur eam non esse integrè consumptam, & agi posset ad supplementum quatenus ipsæ alienationes illam non adæquarent, in quibus terminis intelligendæ sunt *decis. in causa Perusina fideicomm., & Cæsenaten. bonor.* vt declarat *Ciriac. ibidem allegatus contr. for. cap. 5. num. 18. & 21.* Secùs autem in proposito, quo non exhibetur inuentarium, nec aliundè constat de dicto statu hæreditatis, hoc enim casu non habetur in consideratione an alienationes directę, & iustificatæ ęquiualeant nec ne legitimæ detractioni, quia ratio consumptionis non fundatur in eo, quod filius sit satisfactus ex ijs alienationibus iustificatis, sed in mala præsumptione resultante ex omissione Inuentarij, & aliquibus alienationibus, quæ faciunt præsumere (vt supra dictum est) in hæreditate adfuisse alia bona sufficien-
11 tia pro detractionibus, quodque sicut grauatus alienauit ea parua, de quibus constat, ita etiam alienauerit, & subtraxerit alia, & quidem magna, de quibus non constat, saltem nisi contrarium ab ipso iustificetur concludenter probando supradictam negatiuam, vt tradit *Sard. d. dec. 316. num. 14. cum seqq. & respondit Rota in d. dec. 67. num. 2. & d. dec. 77. num. 2. & 3. par. 5. rec. in d. Auxim. fideic. d. §. non obstat quod hæres, vers. Aliud verò, & §. seq. in d. Romana fideic. de Pancaldis d. §.* Et *cum non doceatur*, vbi qnod dici potest hæreditatem fuisse opulentam, ac mobilia, Iura, & actiones etiam maximi valoris fuisse vsurpatas.

Quæ in casu nostro certiora redduntur, tum quia constat Aldam fideicommittentem vltrà prædium controuersum, & prædicta bona, vt supra alienata,
12 plura alia corpora possedisse in dicto loco Montis Morcini per ipsam locata dicto anno 1581. eidem Iulio Cæsari ex instrumento locationis superius pòderato, quod contra Pelliccearios, quamuis illius successores singulares, facit plenam probationem *Aym. consf. 29. num. 1. Rota coram clar. me. Coccino decis. 98. num. 4.* nec non ostensum fuit Aldam habuisse ab eius genitoribus amplissimam donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, ac insuper ab Annybale eius Viro, cui supervixit per decem annos, fuisse relictam vsusfructuariam eius hæreditatis cum declaratione quod huiusmodi vsusfructus non restringatur ad alimenta; hinc enim certius
13 arguitur opulentia eius patrimonij, & hæreditatis, & augetur supradicta præsumptio existentiæ, subtractionis, & alienationis aliorum bonorum, vt ponderauit *Rota in d. Rom. Fideic. de Victorys in rec. dec. 47. num. 7. 8. & 9. par. 5. in dicta Bonon. Fideicomm. de Glauarinis coram R. P. D. meo Royas, §. Quæ magis procedunt in dicta Auximana fideicomm. coram Reuereadiss. D. meo Decano, §. prædictaque fortius cum seq. & in d. Roman. fideic. de Palatijs §. tum etiam quia illa coram bo. me. Arguell.*

Tum etiam quia dictus Iulius Cęsar alienauit omnia bona paterna, vt iustificatur pro nunc in summa scut. 5000. ex publicis instrumentis relatis in extractu fol. 331. vsque ad 385. Atque ideo sicut totam paternam hæreditatem satis opulentam penitus subtraxit, & dissipauit; ita etiam fortius præsumitur alia quoque bona materna, de quibus non constat alienasse ex vulgata regula semel malus de *reg. Iur. in 6.*

Nec releuat, quod aliquæ ex dd. alienationibus
14 sint posteriores credito eorundem de Pelliccearijs, & propterea in eo tanquam prius contracto dicta legitima consumpta fuerit per *Tex. in l. Marcellus §. res quę ff. ad senat. cons. trebell.*

Quia ad effectum, vt alienationes imputentur in legitima omnino requiritur, quod bona alienantur cum actuali translatione dominij, non autem quod simpliciter hypothecata probentur; filius enim pro sua legitima ea tantùm bona elegisse censetur, quę
15 verò alienauit abdicando à se illorum dominium, non autem quę simpliciter hypothecauit, vt probant *Ceph. cons. 189. num. 19. & seqq. Peregr. de fideic. art. 39 num. 8. & 9, at firmauit Rota in Narnien. Fideicomm. 3.* In-

Iulij 1622. coram bo. me. Merlino de legit. dec. 1. nu. 10. & in Romana Vineæ 19. Februar. 1644. coram R.P.D. meo Bichio, §. Neque competit circa finem .

Minusuè applicantur deducta *in Romana fideicommissi de Candidis 10. Martij 1649. coram R.P.D. meo Verospio* .

Pro intelligentia enim, & conciliatinne opinio-
num, duo casus sunt distinguendi; Primus scili-
16 cet quando fideicommissarius est actor, & petit im-
missionem contra tertium possessoeem habentem
causam ab hætede grauato, qui est casus præfatę de-
cisionis *Romana fideicommissi de Candidis* , tunc
enim quia tertius possessor habet suam intentionem
fundatam in possessione, §. *Commodũ instit. de interd.*
l. fin. C. de rei vendic. cap. si à sede de præb. in 6. Non
sufficit fideicõmissario supradicta præsumptio occul-
tationis, & alienationis aliorum bonorum resultans
17 ex omissione Inuentaeij, & aliquibus alienationibus,
nec ei suffragatue simplex piobatio opulentiæ hæ-
reditatis, quod scilicet de tempore obitus fideicom-
mittentis in eius hęreditate extitissent multa bona
nisi copulatiuè, etiam probetur cæteras alienationes
præcessisse istam, ex qua tertius reperitur in possessione,
ve in specie distinguendo inter vnum casum,
& alium tradunt, *Peregr. de fideic. artic. 39. unm. 14.*
Mangil. de imput. q. 136. num. 50. Merlin. de legit. lib. 2.
tit. 2. qu. 4. num. 2. Cyriac. d. cap. 5. nn. 27. & 28. & te-
nuit, Rota coram sa. me. Greg. XV. dec. 185. num. 1. ibiq;
Add. nu. 3. & coram Martin. *Andr. dec. 80. nu. 4. 5. & 6.*
& in dict. Narnien. fideicommissi 3. Iulij 1622. coram
bo. me. Merlino, num. 9. Cùm enim potuerit præce-
deee, & subsequi, & primæ imputentur in detractio-
nes, reliquæ verò retractentur, præsumptio est pro
possessore, qund illa, ex qua reperitur in possessione
fuerit prima nisi concludentee probetur contrariũ,
vt in specie argunnt, *Cyriac. vbi supra d. nn. 27. & 28.*
& Rota coram Martino Andrea d. dec. 80. nu. 4. & 6.
in Bonon. bonorum 11. Martij 1642. vers. Præsertim co-
ram R.P.D. meo Ottobon. & in Bonon. fideicommissi
de Pancaldis 21. *Iunij 1649. vers. Adeout cum seqq.*
coram R.P.D. meo Peutingerio.

Secundus casus est quandn fideicommissarius est
in possessione rei fideicommisso snbiectæ, & tertius
habens causam à grauato ratione alicuius crediti
agit contra eum, & petie sibi satisfieri super bonis
fideicommissarijs ratione legitimæ debitæ eius De-
bitori, qui est casus de quo agitur, tunc euim si ap-
parei grauatum non confecisse Inuentarium, & fi-
18 decommissarius ostendat illum aliqua bona etiam
parui valoris alienasse tanquam reus, & possessor
tuuatur supra pondeeata præsumptione existentiæ
occultationis, & alienationis aliorum bonorum, do-
nec à tertio agente contrarinm plenè probetur per
supradictam negatinam, vt probant omnes DD. &
decisiones superius allegatæ, ac doctè distinguendo
fiematum fuit in dicta *Romana fideicommissi de Can-*
didis, §. Neque enim obiectio .

Denique non subsistit in facto quod dicti fratres
de Pudianis sint hæredes præfati Iulij Cæsaris eo-
rum Patris, quia illins hæreditatem explicitè repu-
diarunt nedùm facto ab illa proesus se abstinendo,
sed etiam verbis pee expressam repudiationem in
actis Notarij causæ factam anno 1647. Quietantia
19 autẽ, quam fecisse asseritur altee ipsorum anno 1642
eorum Tutori, cum fieri potuerit citra ius, & nomẽ
hæredis præsumi debet non fuisse factam animò
adeundi hęreditatem paternam, præsertim cum sic
penitus, & omninò damnosa, vt respondit, *Rot. corã*
s. m. Greg. dec. 460. n. 15. & 16. Et ita vtraq; &c.

TERRACINEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 30. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Est confirmatoria alterius quæ supra 21. *Iunij* 1649. *decis. 306.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum venditionis, quod postea non habuit effectum, perindè haberi debet, ac si celebratum non fuisset.*

2 Ex*ceptio de iure tertij admitti non debet ad retardandam immissionem fideicommissario agenti.*

3 *Reus in sua exceptione dicitur* Actor, *illamque claris probationibus iustificare tenetur.*

4 *Fideicommissario vt debeatur immissio iustificari debet, quod res remanserit in hæreditate fideicommittentis, & quod ad grauatum peruenerit.*

DECISIO CCCXXXII.

RESolutum fuit 21. Iunij 1649. Constare de re Iudicata exequenda exceptis Vacchis, & tribus tumulis Terræ in *contrada dell'Arco*, & hanc resolutionem hodie Domini confiemarunt ex ijsdem prorsus fundamentis in decisione deductis.

Respectu siquidem Domus sitæ intus Ciuitatem Sermonetæ sententia Rotalis expeesse in verbis eesteicta legitue ad tria cubicula duas aulas, & Cellamuinariam, quæ spectabant ad Bonifacium fideicommittentem, & in eius fideicommisso comprehensa fuetint eiusdem fideicommissi sententia non potest de iniustitia redargui pro impediendo effectu eei Iudicatę ob non prosequutam appellationem incursæ quamuis fideicommissarius in exequutione excessisset, vt respondetue in dicta *decisione, §. Verum Domini.*

Respectu verò medietatis quatuoe tumulorum
terreni in *Via del Campo*, iterum visa fuit non ob-
stare allegatæ alienationis exceptio, cum inuerisimi-
lis penitus reddatur, ex quo Marinus Angelus vsque
ad diem executionis eosdem quatuor tumulos inte-
grè possedit exindè etiam pernecessè conuincitur
deductã pręcedente malienationẽ, seu dationem in
solutũ præfatæ medietatis nullũ habuisse effectum,
1 & consequenter instrumentum desupee confectum
fauore Rocchi Antonini haberi debet perindè, ac si
celebratum non fuisset ex iueibus plenè allegatis *in*
Perusina bonorum 29. Maij 1648. coram Reu. P.D. meo
Corrado, §. quia prætermissis circa finem, cum cæteris
adductis in eadem *decisione, §. Placuit tamen.*

Eoque magis dum dictus Antoninus, seù Venan-
tius ab eodem causam habens, de quorum interesse
principaliter agitue, nihil penitus opponunt. Hinc
enim augetur inuerisimilitudo alienationis, & pro-
pterea illius exceptio vt potè de iure tertij admitti
non debet in hoc iudicio ad retardan. immissionem
2 fideicommissarij agentis *l. loci corpus D. Competit* ,
vbi contractum DD. *ff. si secnt. vendat, leg. si quis em-*
ptionis, §. sin verò nullam Cod. de præscript. Natt. cons.
419. sub num. 11. Peregr. de fideicomm. artic. 48. sub
num. 46. vers. Quod licet cum seqq. Gregor. *decis. 532.*
num. 7.

Nec iustificatue quod Marinus Angelus dictam
medietatem possedeeit iure familiaritatis vti frater
eiusdem Venantij, cum tamen huiusmodi supposi-
tum tanquàm peincipale fundamentum intentionis
illius ab eo concludentet probari debeat, Reus enim
3 in sua exceptione dicitur actor, illamque claris pro-
bationibus iustificare tenetur *leg. prima, ff. de excepc.*
l. prima, l. ab ea parte, & l. in exceptionibus, ff. de prob.
Gregor. *dec. 195. num. 5. & dec. 279. nn. 2.*

Placuit pariter Dominis peesistere in decisis ee-

ſpectu dd. trium tumulorum terreni in loco nuncu-
pato l'Arro, & Vaccharum, de quibus agitur; Quo
enim ad tumulos nullibi probatur eos remanſiſſe
4 in hæreditate fideicommiſſi prout omninò requi-
ritur, vt ſuper eis fideicommiſſarius petitam immiſ-
ſionem validè poſſit obtinere *iuxt. diſp. text. in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* aliorum iurium in eadem
deciſione deductorum, *§. 3. quoad alios*; Quo verò
ad Vacchas, licèt ex teſtamento Bonifatij appareat
in ipſius hæreditate remanſiſſe Vacchas ſexaginta,
non tamen conſtat quod ad Marinum Angelum
condemnatum peruenerint, quinimò tam ex depo-
ſitionibus Teſtium, quàm etiàm ex inſtrumento do-
tali Liuiæ eius vxoris concludenter probatur eos
pro maiori parte fuiſſe venditas, & diſtractas per
Marcum ſeniorem præcedentem grauatum, itàvt
decem tantummodo cum ſeptem Vitulis poſt eius
obitum remanſerint, quæ deinde è dicta Lucia in
cauſam dotis eidem Marino Angelo conſignatæ fue-
runt, venditio autem poſtmodum facta prædicto
Roccho Antonino comprehendit tantummodo eaſ-
demmet Vacchas, & Vitulas in dictam dotem illi
antecedenter aſſignatas, ſuper quibus proindè dum-
taxat ad fauorem fideicommiſſarij immiſſio conce-
di poterat quatenus per eundem Marinum Ange-
lum, cui fuerant retrouenditæ alio titulo, quàm hæ-
reditario validè retineri non voluiſſent, vt reſpon-
detur in dicta præcedenti deciſione, *§. Quam denique cum ſequenti.*

Et ita vtraque tantum &c.

MELEVITANA TERRITORII.

Ven. 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Quod non poſſit fideicommiſſarius propria capere auctoritate poſſeſſionem bonorum fideicommiſſi, ſed illam de manu hæredis recipere teneatur hic plenè diſcutitur. Redemptio bonorum fideicom-miſſi ab hærede grauato facta, quando ſibi, & hæ-redibus, quando verò fideicommiſſario quæratur hic pariter diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ſi ab ea appellatum non fuit infra decendium.*

2 *Sententiæ duæ in Tribunali Fabricę S. Petri faciunt rem iudicatam.*

3 *Fideicommiſſarios non poteſt propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem, ſed illam ab hærede grauati capere tenetur.* Limit. vt num. 5.

4 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate ex quibus verbis dicatur conceſſa.*

5 *Fideicommiſſarius proprio auctoritate non autem de manu hæredis bonorum capit poſſeſſionem ſtante facultate illi conceſſa.*

6 *Donatum tantum cenſetur ius, quod donatori competebat.*

7 *Verbum, totum, & integrum, in donatione expreſſū, non ſolum portionem donatoris, ſed alienā quoque comprehendit.*

8 *Fundo ſimpliciter legato, ſola portio Teſtatoris legato dicitur, ſecus ſi fuerit dictum lego totum atque integrum fundum.*

9 *Pronomen, ipſius reſtringitur ad portionem donatori, vel Teſtatori ſpectantem.*

10 *Poſſeſſio fideicommiſſaria propria capta auctoritate dicitur ſpoliatiua, vt exindè reintegrationem hæredis impedire non poſſit.*

Quod quando procedat, vide ibidem, num. 3. & ſeqq. ac per totam deciſ.

11 *Clauſula, conſtituti, & ſimiles vbi non ſunt claræ, non operantur quod fideicommiſſarius propria capiat auctoritate poſſeſſionem bonorum fideicommiſſi.*

12 *Reintegratio non impeditur per exceptiones turbidas.*

13 *Bona fideicommiſſaria proprio nomine, quamuis ex pretio fideicommiſſi re empta fiunt acquirentis, &* num. 17. ſed vide, num. 14. & ſeqq.

Fideicommiſſarij habent ius agendi ad reſtitutionem pretij, quo bona fideicommiſſi fuerunt per grauatum re empta, num. 3.

14 *Hæres bona redimens fideicommiſſi ex pretio fideicōmiſſario in dubio pro fideicommiſſo præſumitur redemiſſe.*

15 *Redemptio bonorum fideicommiſſi in executionem præcepti Teſtatoris facta cedit commodo fideicommiſſarij.*

Amplia, vt ibidem.

16 *Hæres grauatus non cogitur eſſe negotiorum geſtor, vel procurator fideicommiſſi.*

18 *Fructuum condemnatio fit tantummodo à die motæ litis, vbi non agitur de ſpolio violento, vel attentato.*

Ad fructus, qui percipi potuerunt non fit condemnatio, niſi in ſpolio violento, vel attentato, nu. 18.

DECISIO CCCXXXIII.

NOn obſtantibus iis, quæ pro parte Fabritij de-
ducta fuerunt contra ſententiam Rotalem con-
firmatoriam ſententiæ latæ per Commiſſarium
R. Fabricæ S. Petri reſponſum fuit conſtare de re iu-
1 dicata, cum non fuerit ab vltima appellatum infra
decendium *Auth. hodie, C. de appell. cap. quod conſultationem de ſent. & re iud.* Et in Tribunali eiuſdem
2 Fabricæ duæ ſententiæ faciunt rem iudicatam ex
Conſtit. 95. ſo. me. Pij V. Bull. nou. com. 2.

Subſiſtit enim fundamentum deciſionum edita-
tum *coram Reuerendiſs. D. Terracinen. & R. P. D. meo Ottobono*, quia cum Catherina Manduca, & litis
conſortes prætenderent Territorium Diarazzara
3 ad ſe ſpectare, ex antiquo fideicommiſſo Franciſci
Xerri, non poterant propria auctoritate illius poſ-
ſeſſionem apprendere, ſed tenebantur citare Impe-
riam hæredem Gregorij iunioris, de cuius manu
erat capienda poſſeſſio *ad text. in leg. prima, ff. quor. legator.* cum alijs in eiſdem deciſionibus latè de-
ductis.

Nec huiuſmodi ſpolium euitatur allegando totū,
& integrum Territorium fuiſſe antiquitus vſque. &
de anno 1579. à Franciſco donatum Gregorio ex
4 cauſa matrimonii cum Imperia contrahendi cum
clauſula, *Conſtituti*, & expreſſione quod donabatur
integrum, & indiminutum, quibus verbis tacitè vi-
detur data facultas capiendi poſſeſſionem propria
auctoritate, vt in terminis dixerunt, *Alex. in addit. ad Bar. in d. l. 1. Cuman. conſ. 61. in fin. Menoch. de adipiſc. remed. 2. num. 77. Ond. conſ. 78. num. 22. & ſeqq. lib. 2. Argel de legit. contrad. qu. 10. num. 22. & ſeqq.* Quo
caſu licet fideicommiſſario etiam abſque alia cita-
5 tione, vel alia auctoritate Iudicis ingredi poſſeſſio-
nem, vt limitando contrariam regulam tradunt,
DD. in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius ff. de legat. 2. & declarat, *Iaſ. in l. nemo poteſt in prima lect. num. 31. & in 2. num. 37. de leget. 1. Gozadin. conſ. 91. numer. 10. Bero. conſ. 91. num. 18. lib. 2. Neuizan. conſ. 82. num. 26. cum duobus ſeqq. Engen. conſ. 55. num. 15. & 16. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 47. n. 41. Fuſar. de ſubſtit. alios referens, qu. 605. nu. 19.*

Adhoc tamen obiectum, ſuper quo acritèr inſi-

ſte-

stebant informantes pro Fabritio responsum fuit
non esse clarum in donatione comprehendi totum
Territorium, cum illius medietas acquisita fuerit
6 per Gregorium filium Francisci Donatoris nomine
proprio, vt ex instrumento celebrato die 23. Mar-
tij 1585. in dubio enim censetur donatum tantū-
modò ius donatori competens, *leg. si domus, §. final. de legat.* 1. cum alijs copiosè allegatis in vtraque
decisione R.P.D. mei Otthoboni. Et licèt verba dona-
7 tionis videantur ob eorum amplitudinem apta cō-
prehendere vtramque portionem, ibi, *In toto, & integro Territorio*, & ibi, *Quod totum, & integram Territorium appellatum Diarazzara integrum, & indiminutum*, quę cum salua ratione recti sermonis re-
stringi non possint ad solam medietatem compre-
hendere videntur etiam portionem alienam iuxtà
receptam distinctionem DD. *in l. Iulianus 66. ff. de legat. 3. Menoch. cons. 1145. num. 15. & 16. Salon. de Pac. cons. 25. num. 22. Rota in rec. dec. 118 num. 26. p. 6.* relata in postrema decisione *vers. Et licèt*. Idemque
tradunt, *Bart. in leg servi electione, §. cum fundus sub num. 4. vers. item hęc lex ff. de legat.* 1. asserens hanc
distinctionem, quod si Testator habens fundum cō-
8 munem legat simpliciter fundum, suam dumtaxat
portionem legare censetur, at si leget totum fundum
censetur etiam legasse portionem Condomini, quā
sequuntur *Dec. cons 69. sub num. 4. vers. Et adhoc specialiter facit. Cravett. cons. 80. num. 15. vers. Ponderando quod substitutio.*

Fuit tamen animaduersum post verba illa in to-
to, & integro Territorio additum fuisse pronomen
9 ipsius, ibi, *In toto, & integro Territorio ipsius* Fran-
cisci, quod pronomen excludere posse videtur por-
tionem ad Nicolaum Antonium fratrem, eiusque
hæredes spectantem, & restringere donationem ad
eam solum portionem, quæ tunc temporis erat in
dominio donatoris, argumento *text. in leg. 2. § in locum, ff. de Religios & sumptib. funer. Nott. cons. 292. sub num. 5. Surd. cons 450. num. 43. Grat. discept. for. cap. 95. num. 7.* In proposito autem satis est fuisse
dubiam comprehensionem huius medietatis sub
10 illa donatione, & fideicommisso, vt indè necessaria
foret citatio, & iudicialis cognitio, & aliter capta
possessio sit spoliatiua, adeòvt proindè non possit
retardari reintegratio ex adductis per *Rot. in Romana spolij 9. Ianu 1627. coram bon. mem. Merlino, & in Imolen. Spolij 15. Martij 1628. coram Card. Virili, & in Terracinen. fideicommissi 14. Febr. 1643. vers. Nec statutum coram Reuerendiss.* D. Terracinen.

Indeque etiam non suffragantur clausula, *Constituti*, aliæque tribuentes facultatem capiendi posses-
11 sionem propria auctoritate, quia cum ex deductis
non sit vndique clara comprehensio fideicommissi
quousque in alio iudicio discussa non fuerit, & ple-
nè firmata cōprehensio, interim huiusmodi clausulę
nihil operantur, & bene declarat *Zuccard. in l. fin. sub num. 382. vers. si verò possederit, C. de edict. diu. Adr. toll. Argel. de legit. contradit. qu. 10. art. 11. nu. 173. cum seqq.* & latè in his sententijs respondit, *in Rot. Bonon. bonorum 24. Ianuar. 1646. vers. Facultas autem cum seqq. & 31. eiusdem vers. nam primo in fine coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ideò etiam nihil releuat promissio euictionis
facta Gregorio donatario, quia cum ipsa cadat tan-
tummodo super portione donata debet prius discu-
ti an, & quæ portio fuerit in donatione comprehen-
sa aliàs non facta meliori discussione exceptio te-
12 manet turbida non valens impedire petitam rein-
tegrationem, vt monuit, *Bart. in d. leg. fin. num. 22. & seqq. C. de edict. diu. Adr. toll. Surd. dec. 333. nu. 1. Rota in rec. dec. 115. nu. 10 par. 1.* cum alijs in supra citata
Bonon. bonorum 31. Ianuar. 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Quod autem dicebatur etiam hanc medietatem
reincidisse sub fideicommisso, vtpotè à Gregorio re-
demptam ex pacto francandi pręcedenter apposito
in ipsa adiudicatione facta Hospitali, dictum fuit
non subsistere, ex quo redemptio, & recuperatio fa-
cta fuit proprio nomine pro se scilicet, & hæredi-
13 bus suis, quo casu portio recuperata fit acquirentis
reseruato iure fideicommissarijs agendi ad restitu-
tionem pretij si ex pretio fideicommissi recuperata
fuerit, vt latè *Menoch. cons. 213. n. 23. Peregr. de fideic. art. 44. nu. 28. Rota coram Duran. dec. 63. num. 2. & decis. 421. num. 4. vers. Quæ duo, & num. 14. & 15. post Cenc. de Cens secundum modernam impressi.*

Contraria verò procedunt vel vbi hęres expressè
14 non declarauit quo nomine voluerit redimere, quo
casu pręsumitur in dubio redemisse ad commodum,
& vtilitatem fideicommissi, in quibus terminis lo-
quuntur, *Dec. cons. 238. num. 4. vers. Quinto quærit; Francb. dec. 64. nu. 10. Rot. apud Cavał. dec. 58. num. 1. & Duran. dec. 210. num. 18. & in rec. dec. 180. num. 1. pars. 1.* vel vbi aderat præceptum redimendi, quo
casu, quia redemptio censetur facta in executionem
15 præcepti præambuli cedit commodo fideicommissi
etiamsi redimens proprio nomine redimere decla-
rauerit, in quibus terminis intelligendi sunt *Marcabran. cons. 29. nu. 239. post med. vers. Et quando etiam redempta fuisset, & n. 240. & Peregr. decis. Patauin. 2. sub num. 9. vers. Sed tamen.* Aliàs cessante præcepto
16 præambulo cum hæres non cogatur esse negocio-
rum gestor, vel Procurator fideicommissarij, *l. postulanti, §. Sed in huiusmodi, ff. ad Trebell.* si proprio
17 nominè redimat sibi censetur acquirere, vt latè ex-
plicando, & distinguendo materiam dictum fuit in
Bonon. bonorum. 21. Febr 1642. vers. Minus visum fuit coram me.

Declararunt tamen DD. constare de re indicata
quoad reintegrationem cumuli ad possessionem
partis tenimenti controuersi tantummodò non au-
tem quoad alteram partem sententiæ, in qua per
capitulum separatum condemnantur Fabritius, &
litis consortes ad restitutionem fructuum percepto-
rum, & qui percipi potuerunt à die captæ possessio-
nis vsque ad actualem reintegrationem. Quia cum
18 immissi fuerint auctoritate Iudicis, indeque non
agatur de spolio violento, vel attentato condemnā-
di erant tantummodo ad restitutionem perceptorū
à die motæ litis, vt dictum fuit in *decis. 307. sub n. 1. & seqq. coram Duran. & latè in Romana Domorum in Burgo 12. Nouembris 1649. coram* R. *P. D. meo Otthobono.*

Et ita vtraque &c.

EVGVBINA COADIVTORIÆ.

Ven. 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Gratia Coadiutoriæ concessa ob infirmitatem, & in-
grauescentem ætatem quando dicatur iustificata,
& exequibilis. Quæ ętas in Coadiutore requiratur.
Idoneitas, & valor per non excessum quomodo iu-
stificentur.

SVMMARIVM.

1 *Annus sufficit quod sit inceptus quando quis narrat se esse in certo anno.*
Præsertim quando addijcitur dictio circiter.
2 *Medicorum assertioni circa morbos standum est, &* n. 11.

3 *Non poſſe dicitur quod incommudè quis poteſt.*
4 *Clauſula,* Seù ceeris de cauſis animum ſuum mo-
uentibus *poteſt iuſtificari iurata atteſtatione nar-
rantis*.
5 Puteus deciſ.63.numer.1. lib.2. in correct. *decla-
ratur*.
6 *Coadiutoriæ obtentu ſub expreſſione certa cauſa ſi
cauſa expreſſa non iuſtificatur non ſuffragatur
clauſula,* Seu ceetis alijs de cauſis. *Quod decla-
ro,* vt num. 7.
8 *Caputaque* deciſ.240.num.1.& 2.par.1.& dec.91.
num.1.part.2. *declaratur*.
9 *Infirmitas pro obtinenda coadiutoria debet præſtare
perpetuum impedimentum ſine ſpe futuræ ſanita-
tis,* Declara vt num.10.
12 *Probatio pro infringenda gratia debet eſſe conclu-
dentiſſima.*
13 Coadiutor *debet habere ætatem requiſitam ad obti-
nendum beneficium.*
14 *Subreptio excluditur quando Papa cogitauit in ge-
nere.*
15 *Idoneitas prouiſi probatur ex relatione executoris
cuius conſcientiæ Papa examen, & informationem
commiſſit.*
16 Valor, *per non exceſſum iuſtificatur ex alijs proui-
ſionibus in quibus eadem expreſſio facta fuit.*
17 V*alor per non exceſſum iuſtificatur ex ſemiplena
probatione.*

DECISIO CCCXXXIV.

GRatiam coadiutoriæ eſſe iuſtificatam cauſa bis
propoſita Domini reſponderunt omiſſis enim
alijs, quæ à Capitulo, & Canonicis non impugna-
bantur iuſtificata fuit narratiua principalis gratiæ
quod nempè Virginius in 63. circitèr ſuæ ætatis
anno conſtitutus ob ingrauescentem ætatem huiuſ-
modi, ac incommoda ætas ipſa paſſim ſecum affer-
re ſolet eidem Eccleſiæ, ratione illius Canonicatus,
& Præbendæ, quas obtinet de cætero abſque diſ-
ficultate per ſe ipſum, vt conuenit in diuinis deſer-
uiſse, oneraq; ſibi incumbentia ſupportare non poſ-
ſit. Quod enim eſſet in 63. ſuæ ætatis anno conſti-
tutus probatur ex fide baptiſmatis data in *Summar.
Cercanilla, nu.*4. ex quo dignoſcitur, de tempore
gratiæ per plures menſes exceſſiſſe 62. annum, cum
enim ætas narrata fuerit in ablatiuo per dictionem
in, ibi, *In ſexageſimo tertio ætatis anno* ſufficit ſuiſse
1 cæptum, vt notat *gloſ. in Clem. finnl. de ætat. & qualit.
ordin. verb. in decimo octauo* Bart. *in l. ſi cui legetur* 51.
*num.1. verſ. Aut per ablatiuum, ff. de legat.1. Felin. in
cap. cum vigeſimum* 41. *nu.*7. *verſ. ſi dicitur in vigeſi-
mo de off. delegat.* Azor. *inſtit. moral. par.1.n.5. cap.*28.
dubin eſt quaſtionis. Idque præſertim cum adiecta
fuerit, Dictio circitèr *Panzirol. conſ.*75. *ſub num.*13.
verſ. voluiſſe autem cum ſeqq. latè Garz. *de beneſic.
par.7. cap.4. ſub num.*21. *verſ. cum hodie, & ſub nu.*28.
verſ. In Eccleſia autem.

Quod verò ob ingrauescentem ætatem eidem
Eccleſię abſq; difficultate inſeruire non poſſit, nec
illius onera ſupportare probant duo Teſtes dati in
*Summario vltimæ poſitionis Cercanilla, nu.*1. & fides
etiam medicorum eodem *Summ. num.*2. atteſtantiũ
Virginium Caſtaldum coadiutum laboraſſe dolo-
2 ribus articularibus, & diſtillatione capitis, adeout
Peritis ſtandum eſt *l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homin. l.
1. ad vētr. inſpic.* Aduertẽdo Oratorẽ in ſupplicatio-
ne non expreſſiſſe certam cauſam infirmitatis, ſed
generaliter tantum incommoda, quæ ætas ipſa ſecũ
3 afferre ſolet, adeòvt non poſſet abſque de cętero diſ-
ficultate per ſe ipſum Eccleſiæ præſeruire pro quo-
rum iuſtificatione ſufficit, quod commodè inſerui-
re non poſſit ex doctrina *Alciat. in l.2. num.3. ff. de
Iuriſ. omn. Iud.* non poſſe enim quis dicitur quod
incommodè poteſt, vt conſuluit, *Bald. conſ.*101. *ſub
nu.*1. *verſ. Ex quo lib.*1. *Aym. conſ.*199. *n.*2. *Menoch.
conſ.*2. *num.*211. *& conſ.*351. *n.*35. *Surd. de alim. tit.*6.
*qu.*18. *nu.*17. *Add ad dec.*617. *num.*187. *& ſeq. par.*8.
recent. Imò nec minus ſe reſtrinxit ad incommoda
ſenectutis, & ingrauescentis ætatis, ſed vlteriùs etiã
4 addidit alternatiuè, ſeù certis de cauſis animum ſuũ
mouentibus, &c. quæ iurata illius atteſtatione iuſti-
ſtificari poſſunt ad notata per *gloſſ. in §. Namque ſi
cui verb. dicit circa med. verſ. Reliqua conſiſtunt. inſtit.
de action. Surd. conſ.*94. *ſub num.*74. *verſ. Tamen hæc
aſſertio, Rota dec.*3. *de reſtit. in non.*

5 Nec aduerſantur tradita per *Rotam coram Puteo
deciſ.*63 *nu.*1. *lib.*2. *in correct. quam refert, & ſequitur
Ricc. in collect. deciſ. par.6. collect.*2216. *verb. & cum
non ſit motu proprio,* vbi quod obtenta coadiutoria,
ſub expreſſione certæ cauſæ, ſi aliæ adducuntur ſub
clauſula, *Generali*, ſeù certis alijs de cauſis tenetur
impetrans verificare cauſam, ex qua Pontifex mo-
6 ueri potuerit ad conceſſionem, cum gratiam coadiu-
toriæ, ſiuè iuſta cauſa concedendi non ſoleat *cap.*1.
de cleric. ægrot. in 6. Procedunt enim vbi deficeret
7 iuſtificatio cauſæ ſpecialiter expreſsè, quo caſu,
vt gratia ſuſtineatur, ex alijs cauſis probari debet
alia cauſa ſufficiens, in propoſito autem iuſtificatæ
cauſa expreſſa ingrauescentis ætatis propter quam
de cætero ſine difficultate non poteſt coadiutus per
ſe ipſum Eccleſiæ inſeruire, ideò non exigitur con-
cludens probatio alterius cauſæ quæ, adiecta fue-
runt ſub illa clauſula generali ad indagandum, nec
Oratorem impetrantem, nec Pontificem conceden-
tem voluiſſe ſe reſtringere ad cauſam *infirmitatis*.

Indeque nec minus aduerſantur deducta per *Ca-
8 putaq. dec.*240 *n.*1. *&* 2. *p.*1. *& dec.*91. *nu.*1. *p.*2. vbi
quod probari debet infirmitas talis, quę ſuaptè na-
9 tura præſtitura ſit perpetuum impedimentum ſine
ſpe futuræ proſperitatis, quod idem tradit, *Gonzal.
ad reg. Cancell. gloſſ.*5. *§.*9. *nu.*89. *& dixit, Rota in Ge-
runden. Coadiutoriæ, quę eſt deciſio* 237. *nu.*8. *p.*7. *rec.*
Nec enim rigoroſa probatio requiritur vbi Orator
expreſſit cauſam Infirmitatis, & ad eam ſe arctauit,
in quibus terminis loquuntur auctoritates adductæ.
10 Hic autem pro cauſa non fuit expreſſa infirmitas,
ſed ætas ingrauescens ob quam non poterat coad-
iutus ſine difficultate Eccleſię inſeruire, ad cuius
iuſtificationem probare ſufficit, quod commodè
inſeruire non poſſet ex *Bald. & alijs ſuperius ad-
ductis*.

Nec habitum fuit in conſideratione quod idem
coadiutus pluribus ab hinc annis etiam hodie exer-
ceat officium Vicariatus in Ciuitate Foroſempro-
nienſi cum bona valetudine poteſt enim oriri ex
aeris mutatione, quæ Foroſempronij Salubrior *eſse*
11 poteſt eidem coadiuto ad temperandos dolores ar-
ticulares, quibus perſępè torquetur, vt teſtantur
duo Phiſici dicto *Summ. nu.*2. & vlteriùs licèt Offi-
cium Vicariatus fortè ſit operoſius extenſiuè inten-
tiuè tamèn non eſt adeò laborioſum cum exerceri
poſſit intra proprios lares, horis ſibi magis benè vi-
ſis, nec requirat illam perſonalem aſſiſtentiam extra
Domum certis ſtatutis horis, & temporibus, quam
exigit Eccleſiæ ſeruitium ad infligendam autem
12 gratiam ex defectu iuſtificationis requiritur conclu-
dentiſſima probatio *iuxta deciſ. Biſignetti* 2. *de pro-
bat. Rot. dec.*248. *n.*9. *p.*2. *recent.*

Minuſuè obeſse dictum fuit defectum non ex-
preſ-

pressi ordinis Sacerdotalis, qui forte retraxisset Pō-
tificem ad concessionem coadiutoriæ in personam
Cercauillæ ætatis annorum 20. cum coadiutus ha-
bere debeat ætatem requisitam ad obtinendum be-
neficium, vt declarant *Campanill. in diuers. Iur. can. Rub. 7. cap. 6. num. 103.* & vbi supra *glos. 5. §. 9. num. 6.*
quia cum Summus Pontifex certam habens notitiā
13 Cercauillæ ei coadiutoriam concesserit adiecto de-
creto, vt quam primum ad ætatem legitimam sa-
cros ordines suscipiendi peruenerit proximis indè
futuris temporibus ordinem ipsum, quē ætas postu-
lauerit videlicet, Subdiaconatus, Diaconatus, &
Presbyteratus ordines suscipere omninò teneatur,
14 interim verò donec præfatus Subdiaconatus ordine
fuerit initiatus vocem in Capitulo non habeat, vt in
eisdem literis continetur cogitasse videtur saltem
in genere de annexione ordinis Sacerdotalis, quæ
sola generica cogitatio subreptionem excludit, vt
notat *Gonzal. ad reg. 8. §. 4. prohem. num. 87. Rota dec. 100. num. 3. par. 5. & decis. 598. num. 3. vers. Cæterum obiecta mogis par. 8. rec.*

Nec deficere visa fuit iustificatio idoneitatis, &
15 valoris cum illa probetur ex relatione Vicarij, cuius
conscientiæ examen, & informationem Pontifex
commisit ex adductis per *Rot. cor Caualer. dec. 212. 613. num. 6. vers. qua relatio*, Iste verò narratus per
16 non excessum iustificetur ex pluribus prouisionibus
similium Canonicatuum, in quibus eadem expres-
sio facta fuit *Rota dec. 572. num. 3. par. 1. & dec. 262. num. 1. par. 3. recent.* iuncta Bulla reductionis Cathe-
dralis ad sæcularitatem disponente quod Canonica-
tus redditus sint æquales *Summ. Cercauillæ num. 3.*
17 Vndè fortius iustificatur valor narratus per non
excessum, pro quo sufficit etiam semiplena proba-
tio *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. num. 189. Rota coram Buratto decis. 255. num. 13. & in Melfiten. Cantoria 2. Martij 1646. vers. valor coram R. P. D. meo Otthobono.*

Et ita causa bis proposita resolutum fuit vtraque parte &c.

ROMANA SVBHASTATIONIS DE ALEXIIS.

Luna 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Creditores possunt agere via exequutiua procedendo ad subhastationem bonorum communis debitoris, contra concreditorem, qui ea possidet Iure pignoris, licet ille sit anterior dummodo subhastatio fiat pro satisfaciendo prius eo de suo credito, licet secus sit, quo ad bona, quæ concreditor possidet iure dominij, & proprietatis, vt si à communi debitore bona habuit in solutum, quę datio in solutum; licet fuerit facta coniunctæ personę, & lite pendente, non per hoc dicitur facta in præiudicium Creditorum, & litis, quando bona dantur in solutum ex causa necessaria, & creditori anteriori, & quando datio in solutum non fit vniuersaliter de omnibus bonis, sed particulariter certorum bonorum, ex quibus inducatur ratificatio dationis in solutum tam respectu dantis, quam accipientis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui possidet bona sibi à debitore assignata, donec certa quantitas restituatur, dicitur ea possidere iure pignoris absque translatione dominij.*

2 *Tituli inualidi præsumptio melioris tituli præsumptionem tollit.*

3 *Creditor possidens bona communis debitoris iure pignoris, impedire nequit viam exequutiuam, & subhastationem eorumdem bonorum per alios creditores faciendam.*

4 *Amplia etiamsi ipse esset anterior, quia subhastatio fieri debet absque vlla prorsus suorum Iurium detrimento, & prius debet ipse integraliter de suo credito satisfieri, & de eo, quod superest cæteris Creditoribus posterioribus prouideri.*

5 *Datio in solutum de sui natura est perpetua, & translatiua dominij irreuocabiliter.*

6 *Creditor possidens bona communis debitoris iure proprietatis, & dominij conueniri non potest à cæteris Creditoribus via exequutiua, sed agendum venit reuocatoria.*

7 *Datio in solutum respectu accipientis plenè probatur ratificata ex subsequuta possessione bonorum ad formam illius actualiter apprehensa, & ab eo tempore citra continuata.*

8 *Ratificatio resultans ex facto non solum æquipollet, sed potior est, & efficacior ratificatione verbali, quæ per publicum Instrumentum facta fuisset.*

9 *Ratificatione opus non est vbi adest præcisum, & speciale mandatum.*

10 *Ratificatio contractus colligitur ex eo, quod quis bona alienata possideri permisit, nec vnquam contradixit.*

11 *Datio in solutum facta coniunctæ personæ postquam creditores non solum detecti erant, sed etiam exequutionem cæperant reportando sententiam in Saluiano non suffragatur.*

12 *Limita hoc non procedere, quando datio in solutum fuis facta ex causa penitus necessaria, & titulo oneroso.*

13 *Alienatio facta ex causa penitus necessaria, & titulo oneroso, ad effectum scilicet restitutionis dotis, validè fieri potest etiam lite pendente, absque vitio litigiosi.*

14 *Amplia etiamsi alienatio fieret in personam sanguine coniunctam, dummodo creditum iustificetur, tunc enim in præiudicium aliorum Creditorum peracta non dicitur.*

15 *Alienatio particularis certorum corporum, non autem vniuersalis omnium bonorum etiam facta lite pendente, non inficiatur vitio litigiosi.*

DECISIO CCCXXXV.

IVxta resolutiones factas coram me 15. Februarij 1645. & 15. Maij 1646. reuocatorias præcedentis emanatæ 12. Decembris 1644. decretum, & declaratum fuerat mandatum de subhastando, ac in illius executionem affixa solita edita, tam in Curia, quàm extra, verum medio tempore repertis per Antoninā nouis iuribus, illisque in actis Notarij causæ productis, quæsitum fuit an esset proceden. ad vlteriora in subhastatione, & affirmatiuè quoad bona Vrbis, & Vineam, negatiuè verò quoad forensia Domini resoluerunt.

Ratio enim primæ partis resolutionis redditur clara ex plenè deductis in prædictis decisionibus, quæ respectu dictorum bonorum Vrbis, & Vineæ adhuc remanet firma cum Antonina nunquam iustificauerit, prout tenebatur, se illa possidere iure dominij, & proprietatis, sed solum deduxerit quoddam Instrumentum consensus ad eius fauorem præstiti per Iulium Vrsinum hæredem Alexij de Alexijs communis debitoris sub die 3. Iulij 1617. ex quo dignoscitur ipsū ei nō dedisse huiusmodi bona in solutum, prout prius supponebatur, sed solum illi assignasse certam ratam fructuum, & pensionum temporaliter duraturam donec scilicet, & quousque sibi restituerentur sc. 3. mil. pro residuo suæ dotis, hu-

1 huiusmodi enim assignatio cum importet simplicē
traditionem, & retentionem iure pignoris absque
2 translatione dominij, & ob illius subsequutam pro-
ductionem melioris tituli præsumptionem tollat,
3 impedire nequit viam executiuam, & subhastatio-
nem eorumdem bonorum per alios concreditores
faciendam ex clara dispositione *Text. in l. à Dino*
Pio §. quod si res fuerit pignorata de re iud. in ijsdem
decisionibus latè approbata.

Nec obstat quod ipsa Antonina tàm ratione suæ
dotis, quam ob cessiones ab aliquibus reportatas
sit creditrix anterior, quia cum ex forma rescripti
procedi debeat ad dictam subhastationem ea non
amota à possessione ad effectum in primis, & ante
omnia sibi integraliter satisfaciendi de suo credito,
& de eo, quod superest ceteris creditoribus posterio-
ribus, vtique exindè nullum sibi infertur præiudiciū,
nec in aliquo eius conditio deterior efficitur, ma-
gnumque commodum paratur prædictis concredi-
toribus, & cōsequēter prætextu anterioritatis ea im-
pediri non valet, dum expleri debet absque vlla
penitus suorum Iurium detrimento, vt notauit *Bart.*
in eadem l. à Dino Pio §. si super rebus num. 8. Cuman.
in d. §. si res fuerit pignorata num. 1. & 2. Castr. cons.
179. num. 9. par. 1. Cantuanel. cons. 23. quæst. 15. n. 190.
cum alijs congestis in *decis. 15. February 1645. §. fin.*
& alia 15. May 1646. §. subsistit namque in fine.

Quo verò ad secundam partem respectu bonorum
forensium sub territorijs Narnien. Schifanoniæ, &
Otricoli Antonina hodiè exhibuit publicum In-
strumentum veræ, & realis dationis insolutum sibi
factæ 20. Ianuarij 1622. à Scipione, & Marco de Vr-
sinis, tam eorum proprijs nominibus, quam vice, &
proprio nomine prænominati Iulij eorum fratris ibi,
Et ad consulendum dd. DD. Antonina, & Portiæ in-
demnitati, omnemque alium meliorem finem, & effe-
ctum &c. prædicti DD. Scipio, & Marius tam proprijs
nominibus, quam etiam vice, & nomine prædicti Iulij
eorum fratris, & cum dicta ratipromissione in locum
earum dotium, & quarumcumque earum iurium, &
creditorum etiam dotalium respectiuè earumdemmet
DD. Antonina, & Portia licet absen. me Notario &c.
subrogarunt, & respectiuè in solutum dederunt, cesse-
runt assignarunt, transtulerunt, & renunciarunt om-
nia, & singula alia eorum bona stabilia sub Territorijs
Narnien. & Schifanoniæ, & Otricoli respectiuè existen-
tia iuxta eorum fines &c. cum eorum membris perti-
nentijs &c. ad haben. &c. ponentes &c. constituentes &c.
& donec &c. constituentes &c. eius Summar. num. 1.
Hinc enim cum ex prędictis verbis dubitari nequeat
resultare veram, & effectiuam dationem insolutum,
5 quæ de sui natura est perpetua, & translatiua do-
minij irreuocabiliter *l. eligantur in princ. ff. de pign.*
act. Soccin. sen. cons. 69. num. 12. lib. 4. Roland. cons. 86.
num. 12. & 13. lib. 4. Cephal. cons. 351. num. 13. Rota in
recentior. dec. 52. num. 10. par. 6. dec. 161. num. 19. par. 7.
& decis. 470 num. 9. par. 8. & in alijs adductis *in Ro-*
mana legati 1. Iuly 1648. coram me §. minus ob quod
creditum cum seqq. vtique super illis procedi non
6 potest ad prædictam subhastationem cum ipsa
quoad ea tanquā possessa iure dominij, & proprieta-
tis conueniri non possit via executiua, sed agendum
veniat reuocatoria iuxtà celebrem *Theor. Alciat. in*
d. l. à Dino Pio dicto §. si super rebus num. 28. vers. et
benè facit ff. de iud. quam etiam prius meminit *Bart.*
in l. ol. maritorum num. 5. vers. quæro numquid possiden-
te C. ne vx. pro marit. & comprobauit *Rota coram*
Greg. decis. 22. num. 1. dec. 330. num. 2. & decis. 362.
num. 6. ibique *Add. num. 12. coram* Durano *dec. 15. n. 8.*
in rec. dec. 113. n. 11. par. 7. in S. Seuerini Landi 23. Ia-
nuar. 1638. cor. Reuerendiss. Decano in Perusina Spolij
18. Iuny 1642. coram R. P. D. meo Rojas in Anconitana
Dotis 24. Aprilis 1643. & in prima decis. huius causæ
d. die 2. Decembris 1644. sub § continuata coram me.

7 Nec subsistit defectus ratificationis respectu enim
Antoninæ plenè probatur ex subsequuta possessio-
ne eorumdem bonorum ad formam illius actuali-
ter apprehensa, & ab eo tempore citra continuata
l. sed Iulianus § fin. ff. ad S. C. maced. Menoch. cons. 98.
sub num. 42. Surd. cons. 28. num. 21. cum seq. & dec. 33.
num. 1. ac decis. 208. sub num. 8. Rot. decis. 147. sub nu. 1.
par. 1. diuers. coram Card. Canal. decis. 26. num. 5. in rec.
decis. 136. num. 5. par. 4. & dec. 56. num. 3. & seq. par. 6.
ac in Casenaten. Censuum 3. Iunij 1644. §. ex quibus
Domini coram R. P. D. meo Corrado. Quæ sanè ratifi-
catio, vtpotè ex facto resultans non solum æqui-
pollet, sed potior est, & efficacior ratificatione ver-
bali, quæ per publicum Instrumentum facta fuisset
cap. dilecti il 20. extr. de appell. l. Paulus ff. arem. rat:
hab. Rot. dec. 631. num. 3. vers. et sic intrat regula p. 1.
diu. coram Canal dec. 100. num. 7. in recent. dec. 212.
n. 4. & dec. 267. n. 3. par. 4. & in d. Casenaten. Censuum
§. huiusmodi autem, respectu Iulij verò non requi-
9 rebatur, dum præcesserat eius præcisum, & speciale
mandatum confectum 22. Septembris 1621. vt opti-
me tradit *Aret. cons. 90. num. 1. vers. primo quia, &*
cons. 100. sub num. 1. vers. et primo quod in mandato Pa-
ris cons. 33. num. 58. lib. 1. Card. Seraph. decis. 548. sub
num. 2. Buratt. dec. 190. num. 3. Quinimmò satis suffi-
ciens desumitur, dum ipse tanto tempore Antoni-
nam prędictam bona possidere permisit, nec vn-
quam contradixit per ea, quæ dixit *Rota coram Ca-*
nal. d. decis. 100. nu. 2. & in rec. decis. 56. num. 7. par. 6.

11 Minus fuè obstat, quod huiusmodi datio in solu-
tum facta fuit coniunctæ personæ postquam credi-
tores non solum detecti erant, sed etiam exequu-
tionem cæperant reportando sententiam in Saluia-
no, & illius vigore capiendo possessionem, ac pro-
inde suffragari non possit, vt respondetur in secunda
decis. §. sed vlterius.

Quia præter quod executio præcesserat tantum-
modò super bonis Vrbis, & Vinea, non autem su-
per forensibus, de quibus agitur, vt apparet, ex re-
latione executoris facta sub die 2. Decembris 1620.
13 Cum prædicta datio insolutum facta fuerit ex causa
penitus necessaria, & titulo oneroso, ad effectum
scilicet restituendi dotem ipsi Antoninæ debitam,
vtique validè fieri potuit etiam lite pendente sine
vitio litigiosi per *text. apert. in l. fin. vbi glos.* & com-
muniter DD. *C. de litig. Aug. in auth. de litig. num. 7.*
vers. Item ex causa Natt. cons. 401. num. 1. Aym. cons.
481. num. 2. lib. 3. Decian. cons. 109. num. 10. lib. 3. Lan-
cellott. de attent. par. 2. c. 4. num. 548. Cancer. var. resol.
par. 2. cap 12. numer. 51. & 52. Duran. dec. 281. num.
3. 4. 5. ac admissum fuit *in Romana hereditatis de*
Gratianis 29. May 1643. coram R. P. D. meo Roias *§:*
nihil obstat 21. Decembris 1648. coram R. P. D. meo
Melzio §. neque vllius, & 28. Iuny 1649. coram R. P.
D. *meo Bichio §. neque priuilegium verò.*

14 Et nihil etiam facessit suspicio fraudis ex allega-
ta coniunctione sanguinis desumpta, dū enim eius
creditum dotale à creditoribus non controuertitur,
& plenè iustificatum fuit ex publicis Instrumentis
coram A. C. productis 7. Nouembris 1622. prædicta
datio insolutum non potest dici fraudolenta, nec in
præiudicium aliorum creditorum per acta *l: nullus*
videtur ff. de reg. iur. Surd. dec. 30. num. 36. Giurb. de-
cis. 62. num. 20. & dec. 81. num. 9. Greg. *dec. 401. nu. 14.*
Rot.

Rot. in rec. dec. 613. nu. 10 par. 8. & post 2. vol. consf. Farru. dec. 282. num. 5. Eoque magis cum illa non fuerit
15 vniuersalis omnium bonorum, sed partis prædictorum certorum corporum forensium iuxta plenam *dec. Durun: 364. approbatam in d. 1. dec. huius causæ §. neque Domini voluerunt*, quod autem facta fuit post Iudicialem inhibitionem non iustificatur in facto.

Et ita resolutum fuit proceden. esse ad vlteriora in subhastatione quoad bona Vrbis, & Vineam, non autem quoad forensia, vtraque parte bis informante &c.

PISAVREN. ADMINISTRATIONIS MONTIS.

Luna 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Possessio, quæ sufficiat ad effectum manutentionis, & quomodo probetur, & quando sit vacans. Obseruantia circa solemnia inordinatorijs Iudicij, quomodo consideretur, & an inducatur per actum merè voluntarium.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ad effectum manutentionis probatur ex confessione Aduersarij petentis immitti.*

2 *Possessio, capta non citato aduersario, præsumitur clandestina, & turbatiua.*

3 *Secundo genitus per mortem primogeniti, primogenitus efficitur.*

4 *Possessio limitata ad durationem alicuius gradus, expirato gradu, statim expirat.*

5 *Et consequenter subintrans in illo gradu potest ingredi ipsam possessionem etiam propria auctoritate, & canon citato.*

6 *Expressio in dispositione, quod per deficientiam vnius alter in eius locum subrogetur ex propria eius natura, vacationem per mortem significare videtur.*

Et vbi alio modo contingat, requirit altiorem indaginem, & maiorem discussionem exposcit.

7 *Possessio non vacat, vbi non est clara dispositio de eius vacatione, & propterea donec in Iudicio ordinario, & petitorio, cognita, & terminata fuerit, allegari non valet extincta, sed debet manuteneri.*

8 *Vnus actus non potest inducere obseruantiam, quæ prosequentibus sufficientem tribuat interpretationem.*

9 *Obseruantia omittendi citationem, vt potè omnino contraria dispositioni iuris, ne dum ciuilis, & Canonici, sed etiam diuini, quamuis interpretatiua, debet esse legitimè præscripta per spatium quadraginta annorum.*

10 *Actus merè voluntarius obseruantiam inducere non valet.*

DECISIO CCCXXXVI.

Censuerunt Domini dandam esse manutentionem Com: Francisco in quasi possessione administrationis montis Santinelli, de quo agitur quia probat eius anteriorem possessionem, nedum ex publico Instrumento adeptionis, & illius cessionis sibi factæ *11. Febr. 1631. eius Summ: num. 2.* Sed etiam ex propria confessione alterius partis, quæ contra ipsum petijt immissionem *13. Iunij præteriti eodem Summ. num. 3.* Huiusmodi enim confessionem optimè inseruire pro illius iustificatione ad effectum de quo agitur ex *theor. Bart. in l. Aurelius §. idemque sicut nu. 2. ff. de liber. legat. & in l. si duo sub num. 4. ff. vt possid. plurties respondit Rota in decisionibus relatis in Leodien. dominij 10. Iunuarij præteriti coram me, §. probat ne siquidem.*

Non obstat possessio Com: Alexandri, quia cū sit
2 posterior, & capta eo nō citato præsumitur clandestina, & turbatiua *capit. licet Episcopus de præben. in 6. cap. licet causam de probation. l. Item possidere §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss. cum vulgarib. adductis in Beneuentana Parochialis 29. Nouembr. 1649. cor. me.*

Nec subsistit, quod possessio Com: Francisci esset temporalis, & limitata duratura scilicet tantummodò quousque ipse continuasset in gradu secundoge-
3 niti, & ideò cum per obitum Comitis Odoardi olim primogeniti ipse desierit esse secundogenitus, & ipso Iure transiuerit in primogenitum *Tiraquell. de iur. primogen. quæst. 3. num. 6. & 7.* vtique expirato gradu
4 statim expirauit possessio, vt in similibus terminis dictum fuit in *Celsonen. Parochialis 17. Nouembris 1642. coram R. P. D. meo Peuting. §. tollebatur etiam, & in Leodien. Præpositura Tongren. 22. Martij 1647. coram me, §. Idque eo facilius*, & consequenter Co-
5 mes Alexander effectus secundogenitus potuit ingredi possessionē etiam propria auctorite, & eo non citato ex doctrina *Innoc. in capit. ex parte sub num. 3. vers. sed opponet, quod non potest de arbitr.*

Quia cum administratio montis de quo agitur legata, & demandata fuerit secundogenito absque vlla temporis limitatione, sed solùm cum substitutione tertiogeniti in casu deficientiæ illius, ibi, *E mancando lui il terzo genito di età habbia tal cura, &c.*
6 cuius sanè deficientiæ expressio ex propria eius natura vacationem per mortem significare videtur iuxta *text. in §. hinc nobis ibique gloss. verb. deficientis Authen. de hered. & falcid. Paris. consf. 93. num. 9. lib. 2. Cephal. consf. 150. num. 15. Menoch. consf. 166. nu. 342. Fusar. consf. 68. num. 4. Rota in firmana Fideic. de Cortadoris 11. Nouembr. 1630. coram Rener. D. meo Decano in rec. decis. 341. num. 6. par. 6.* Et propterea allegatæ resolutionis exceptio (non desumptæ ex morte secundogeniti adhuc viuentis, sed ex transitu ipsius ad gradum primogeniti ob deficientiam maioris natu) totaliter dependeat ab interpretatione dispositionis Comitis Perri Antonij Testatoris, ac proindè non sit adeò clara, & perspicua, vt non possit in dubium probabiliter reuocari, sed requirat altiorem indaginem, & maiorem discussionem exposcat: Do-
7 nec in Iudicio ordinario, & petitorio cognita, & terminata fuerit possessio Comitis Francisci allegari non valet terminata, & extincta, sed debet manuteneri, vt ad propositum respondit *Rot. in Elboren. præstationis annua 1. Iulij & 2. Decembr. 1616. coram bo: me: Andrea inter eius impress. dec. 75. num. 7. & 8. dec. 81. numer. 3. in Romana Subcollectoris 17. Martij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, § qua omnia ad impugnandum, & in Rom. Parochialis 23. Maij proximi præteriti coram me. Decisiones vero Celsonen. Parochialis, & Leodien. Præpositura Tongren.* non applicantur, quia loquuntur in terminis Oeconomi alteriusque temporalis administrationis, cuius possessionis, seu detentionis resolutio, & terminatio clara penitus, & incontrouertibilis apparebat.

Minusuè suffragatur prætensio probandi obseruantiam capiendi huiusmodi possessionem sinè citatione possessoris prout continetur in positionibus ab altera parte exhibitis.

Quia etiam si probaretur nullatenus tamen releuaret. Aut enim desumitur ex possessione Comitis Alphonsi apprehensæ de anno 1622. & tanquam vnicus actus non potest inducere obseruantiam, quę pro sequentibus sufficientem tribuat interpretationē, vt

vt responsum fuit in *Assisten. emphiteasis 18. Martij*
1630. coram bo: me: Merlino in rec. dec. 513. num. 6. p. 5.
9 Eoque certius in proposito, quo agitur de obseruan-
tia omittendi citationem, quę vt potè omnino con-
traria dispositioni Iuris nedum Ciuilis, & Canonici,
sed etiam Diuini, quamuis interpretatiua debet esse
legitimè præscripta per spatium 40. annorum *An-*
ton. de Butr. in cap. cum dilectus num. 18. vers. ita, &
in quantum de consuetud. Soccin. sen. cons. 260. num. 19.
lib. 2. Put. dec. 15. num. 4. lib. 3. in correct. Aut vero de-
ducitur ex possessione eiusdem Comitis Francisci, &
cum ista apprehensa fuerit præuia cessione Comitis
Odoardi tunc temporis illius possessoris tanquam
10 actus merè voluntarius pretensam obseruantiam in-
ducere non valet, vt tradunt *Bursatt. cons. 360. num.*
82. lib. 4. Marcabrun. cons. 108. num. 13. & 14. Cyriac.
contron. forens. cap. 460. num. 28.

Et ita resolutum vtraque &c.

MELEVITANA COMMENDÆ DE VAOVRS.

Ven. 1. July 1650.

ARGVMENTVM.

Expeditio literarum facta lite pendente, quando vacet attentatis, & quando non, & an appellatio sublata in vno casu à statuto, censeatur quoq; sublata in casu simili, vbi quod statuta Religionis Hierosolimitanę non admittunt appellationem suspensiuā à sententia lata per consilium completum, quod tamen non procedit in appellatione interposita ad S. Sedem Apostolicam, & quando ad effectum attentatorum Appellatio debeat intimari Iudici, & parti, & ex quibus scientia appellationis interpositę desumatur, & quid?, & quando operetur ignorantia. Possessio capta post interpositam appellationem, & post habitum recursum est attentata, & quid si attentans recursum ignorauerit, an excusetur à reuocatione, & purgatione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Expeditio literarum facta pendente termino ad appellandum, & possessio illarum vigore apprehensa post legitimè interpositam, & commissam appellationem à vitio attentatorum excusari non valent.*

2 *Expeditio literarum fieri potest etiam lite pendente absque vitio attentatorum.*

3 *Declara hoc tantum procedere si fiat absq; vlla pręcedenti sententia super expeditione tunc enim Iudex literas expediendo, re ipsa, & facto sententiam ferre videtur.*

4 *Expeditio literarum facta nulla pracedente sententia super illarum expeditione, vti habens vim tacitæ pronunciationis, vacat attentatis.*

5 *Secus autem in casu quo Iudex prius expressè tulit sententiam super expeditione deinde eademmet die eius vigore actualem fecit expeditionem, hoc enim casu expeditio assumit naturam simplicis executionis, quæ vt potè facta infra decendium de iure datum ad appellandum est attentata.*

6 *Statuta Religionis Hierosolimitana non admittunt appellationem suspensiuam à sententia lata per concilium completam.*

7 *Declara id non procedere in appellatione interposita ad S. Sedem Apostolicam.*

8 *Stylus introductus in vno casu ad alios consimiles casus extendi non debet.*

9 *Appellatio, quæ non fuit interposita coram Iudice pronunciante, sed coram alio, antequam parti, vel Iudici sit actualiter intimata, non excusat attentata.*

10 *Declara hoc tantum procedere, quando executio fuisset facta tempore legitimo videlicet elapso decendio ad appellandum.*

11 *Secus autem si exequutio fuerit facta eadem die sententiæ, & sic decendio pendente, hoc enim casu ab attentatis excusari non potest.*

12 *Rescriptum Signaturæ SS. causam simpliciter committens operatur, vt omnia gesta tàm infra terminum ad appellandum, quam post interpositam appellationem subiaceant vitio Attentatorum.*

13 *Scientia præcedentis appellationis ab altera parte interpositæ sufficienter resultat ex mandato Procur. postea facto ad comparendum coram Iudice appellationis.*

14 *Possessio capta post interpositam appellationem, & recursum habitum ad Signaturam, & postquam ipsamet signatura vtraque parte informante causam simpliciter commisit, est nulla, & attentata.*

15 *Ignorantia commissionis causæ excusat quidem à pœna, sed non impedit reuocationem attentatorum, saltem post factam Procuratori intimationem.*

DECISIO CCCXXXVII.

Confirmarunt DD. resolutionem emanatam co-
ram me 13. *Maij præteriti*, quod scilicet expedi-
1 tio literarum magistralium facta pendente tempore
ad appellandum, & possessio illarum vigore appre-
hensa post legitime interpositam, & commissam ap-
pellationem à vitio attentatorum excusari non va-
leant.

2 Non obstat, quod dicta expeditio literarum fieri
potuerit etiam lite pendente ex traditis per *Lancell.*
de attentatis lit. pend. cap. 4. limit. 19. nu. 1. ad seqq.

3 Quia obiectum fortasse procederet si fuisset facta
absque vlla præcedenti sententia, tunc enim Iudex
simpliciter literas expediendo re ipsa, & facto sen-
tentiam ferre videtur, & consequenter expeditio,
4 vti habens vim tacitæ pronunciationis vacat atten-
tatis, vt declarat idem *Lancell. d. limit. 19. nu. 4. & 5.*
Secus autem in proposito, quo Iudex, siue Concilium
5 completum super expeditione prius expressè senten-
tiam tulit, & deindè eademmet die eius vigore
actualem fecit expeditionem, hoc enim casu huius-
modi expeditio non habet vim sententiæ, sed assu-
mit naturam simplicis executionis, ac propterea,
vt potè facta infra decendium de Iure datum ad ap-
pellandum ab attentatis excusari non potest, vt in
puncto firmatum fuit in *Melevitana Commendæ San-*
cti Leonardi 28. Ianuarij 1641. coram D. Card. Hiero-
nymo Verospio.

Nec obstat, quod ex particulari stylo Melitę literę
expediri solent statim lata secunda sententia nulla
habita ratione appellationis interpositæ iuxta atte-
stationem relatam in *Summ. Equitis Castellet. num. 1.*
6 Quia cum prædictus stylus principaliter fundetur
super dispositione statutorum Religionis denegante
appellationē suspensiuā à sententia lata per Conciliū
completū. Vtique sicut d. municipalis dispositio re-
stringitur ad appellationes interpositas à Concilio
7 completo ad Capitulum generale, non autem atten-
ditur, nec procedit in casibus, quibus prout hic ap-
pellationes ad S. Sedem Apostolicam, & ad summum
Pontificem interponuntur, vt respondetur in dicta
Melevitana Commendæ S. Leonardi §. neque contrarium
& in Melevitana Commenda de Calasparra 25. Maij
præteriti coram R. P. D. meo Celso, §. obiectum vero. Ita
8 etiam dictus stylus in illius executionem introdu-
ctus ad propositum, aliosque præfatos consimiles
casus extendi non potest, vt post *Bernard. cons. 143.*
n. 3. vol. 2. Crescent. dec. 4. in fin. de procur. Card. Seraph.
dec. 688.

dec.688.num.2. firmauit Rota coram Buratto dec.217 num.4.

Minusuè refragatur, quod Eques de Turretta non
interposuerit appellationem coram eodem Concilio
9 completo, seu coram Inquisitore; Ideoque ante-
quam parti, vel Iudici ipsa actualiter intimata fuis-
set non induceret attentata *Clem. 1. de appell. Clem. Cam. de elect. Rota dec. 38 de appell. in non.*

10 Quia præterquod obiectum forsan releuaret si
prædicta expeditio facta fuisset tempore legitimo
videlicet elapso decendio ad appellandum, vt bene
declaratum fuit in *Rom. Fideic. de Capiteferreo* 10. *Iunij* 1644. *coram R.P.D. meo Corrado*, Secus autem in
11 proposito, quo facta fuit eademmet die sententiæ,
& sic dicto decendio pendente, hoc enim casu ab at-
tentatis separari non potest *cap. non solum de appell.*
12 *in 6.* attento præsertim subsequuto rescripto Signa-
turæ SS. committente causam simpliciter, quod ope-
ratur, quod omnia gesta, tam infra d. terminum,
quam post interpositam appellationem subiaceant
vitio attentatorum, vt in altera *dec. §. quia cum ab ea*
cessat omninò hęc difficultas ex publico Instrumen-
to mandati procuræ, paulò post dictam sententiam
sub die scilicet 12. *Iulij* 1649. facti per supradictum
Equitem Castellet in personam D. Laurentij Rotæ
ad comparendum, tam in Signatura SS.; quam in
13 Rota ex quo proindè certa, & sufficiens notitia
præcedentis appellationis ab altera parte interpositę
in ipso constituente resultare videtur, vt tenuit *Rota dec. 90. num. 3. & dec. 409. sub nu. 1. par. 1. & dec. 134. num. 4. par. 6. rec.*

Et hinc irrefragabile redditur fundamentum at-
tentatorum respectu possessionis, cum non solum
14 capta fuerit post interpositam appellationem, &
recursum habitum ad eamdem Signaturā præuia
transmissione commissionis, & intimationis contra
eundem Procuratorem executæ, sed etiam postquā
ipsamet Signatura vtraque parte informante cau-
sam simpliciter mihi commisit, quibus stantibus
multominus dicta possessio licitè potuit apprehen-
di, ex plenè firmatis in dicta *Meleuitana Commenda S. Leonardi*, & in alijs in prædicta altera decisione
relatis.

Nec refert, quod capta fuerit die vltima Settem-
bris, Signatura verò causam commiserit 28. eius-
dem, & sic biduò antè; Ideoque tam breui tempo-
ris spatio Eques Castellet Melitæ moram trahens
certiorari non potuit, Tùm quia ob dictam noti-
tiam appellationis, & recursum ad Signaturam, ipse
abstinere debuisset ab vlteriori executione; Tùm
15 etiam quia ignorantia exindè resultans excusaret
quidem à pœna, sed non impediret reuocationem
attentatorum saltem post factam Procuratori inti-
mationem iuxta magis receptam Rotæ opinionem,
vt in *Valentina prępositura* 10. *Maij* 1626. *coram bo: me: Card. Virili in Rom. Vinea* 30. *Maij* 1644. *coram R.P.D. meo Royas in d. Meleuit. Commenda de Calasparra coram R.P.D. m. Celso, §. nec refragari, & prius in Perusina bonorum* 4. *Iulij* 1642. *§. nulla autem fuit, & in Viterbien. Fideic. seu attentator.* 13. *Maij* 1644. *§. & in omnem casum coram me.*

Et ita, &c.

LEODIEN. DOMINII.

Ven. 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Dispositio decretalis, cum esses de testam. generaliter habet locum in omnibus locis, Status Ecclesiastici, & singulis Tribunalibus seruatur, & hoc siuè testamentum fiat ad pias causas, siuè ad Prophanas: Testamentum conditum inter liberos non requirit solemnitates Iuris Ciuilis Testatoris voluntatis declaratio probatur duobus Testibus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio, cap.* cum esses de testament. *habet locum in omnibus locis Ecclesię.*

Dispositio, cap. cum esses de testament. *seruatur in quibuscumque Tribunalibus Ecclesiasticis numer. 1.*

2 *Dispositio, cap.* cum esses de testament. *seruatur in Terris Ecclesiæ, siuè testamentum sit ad pias causas, siuè ad merè prophanas.*

3 *In Principatu Leodien. ex particulari consuetudine in vltimis voluntatibus sufficiunt tres Testes.*

4 *Testamentum conditum inter liberos non requirit Iuris Ciuilis solemnitates, sed sufficit, quod duobus Testibus probetur testamentum inter liberos.*

5 *Quod procedit, etiam si inæqualiter fuerint instituti liberi.*

6 *Testamentum, vti validum, quando quis approbauit super illo transegit, tunc habentes causam ab eo, non valent illud vti inualidum impugnare.*

7 *Clausula Codicillaris, an suppleat defectum institutionis.*

8 *Clausula Codicillaris, semper subintelligitur in testamentis liberorum.*

9 *De institutione hęredis in Testamento inter liberos, sufficit quibuscumque verbis constare.*

10 *Bona sub eodem testamento contenta eodem iure iudicari non debent.*

11 *Ad Voluntatem declarandam Testatoris sufficiunt duo Testes.*

DECISIO CCCXXXVIII.

Constare de bono Iure Ioannis de Glims primoge-
niti super Dominio de Boyng cum Villis, & bo-
nis in eo existen. resolutum fuit, quia exhibuit Te-
stamentum paternum non abolitum, nec cancella-
tum, in quo d. dominium ab eius Patre Iure legati
sibi relictum fuerat eius *Summ. num. c.* Cum enim
d. Testamentum confectum fuerit coram Parocho,
& tribus testibus omnimodam habet validitatem.
tùm ex dispositione capit. *cum esses de Testam.* quod
1 habet locum in omnibus Terris Ecclesiæ, & serua-
2 tur in quibuscumque Tribunalibus Ecclesiasticis si-
uè Testamenta contineant dispositionem ad pias
causas, siuè merè prophanam, vt alijs relatis com-
probatur in *Firmana Codicillorum* 1. *Iulij* 1644. 28.
Iunij & 13. Nouembr. 1645. coram Reuerendiss. D.
Terracinen. *& 25. Maij 1648 coram R.P.D. meo Ottobono, ac prius in Imolen. Successionis* 18. *Maij* 1640
3 *coram me*, Tum ex particulari consuetudine Patriæ,
& Principatus Leodiensis adhibendi in vltimis vo-
luntatibus tres Testes tantummodò, vt probauit *Rota in Leodien. Dominij coram Card. Cauailer. inter eius impress. dec. 497. nu. 1. & per tot. & in Leodien. Castrorum 7. Aprilis 1636. coram bo: me: in rec. dec. 115. nu. 3. & 4. cum seqq. par. 7.* Tùm quia conditum fuit inter
4 liberos, quod proindè non exigit Iuris solemnitates,
sed sufficit, quod duobus Testibus probetur *leg. hac consultissima §. ex imperfecta ibiq; DD. et Auth. quod sine C. de Testam. l. fin. C. famil. hercisc. Crass. in §. Testam. quęst. 11. num. 4. Magon. dec. florent. 58. num. 19. Cardin. Seraph. dec. 1302. num. 6. Buratt. dec. 616. nu. 5.* Etiam
5 si inter ipsos inæqualiter dispositum fuerit *Surd. cons. 29. num. 21. Gironda cons. 6. num. 8. cum seqq. & cons. 7. num. 11. & seqq. lib. 2. Grat. discept. for. cap. 219 num. 29. & 30.* Tùm denique, quia auctor alterius
partis post explicitam notitiam eiusdem Testamen-

 ti,

ti, de qua deponunt Testes relati in *d.Summ.num.5.* Illud transigendo expressè acceptauit *numer.4.* & consequenter habentes causam ab eo de illius asserta nullitate amplius opponere non valent *l. filio præterito 17.*& ibi, *Bart.num.29.ff.de iniust.rupt.& irrit. Testam.l.non dubium 16.§.illud C.de testam. Gionagn. cons.7.lib.2.Capic. Galeott. contr.for.libr.1. centr.12. sub num.44.vers.tertio cessaret, & lib.2.contr.6.n.29. Thomat.dec.Macerat.68.num.99.Rota in rec. dec.337. num.8.par.1.& in Rom.fideic.de Ceulis 26. Nouembris 1639.coram Reuerendiss.*D.*Salamantino.*

Non obstat, quod ibi non legatur explicita institutio hæredis. Quia præter quod eius dispositio,
7 saltem substineretur Iure codicillorum ex clausula codicillari, tam in Testamento expressa, quam
8 tacita, quæ in Testamentis inter liberos, semper intelligitur *glos.in l.exhered.41.§.cum filia verb.non valuit ff.de vulg.& pupill. Card. Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.2.num.33.Crass.d.qu.11.sub n.10 vers.hoc tamen Peregr.de fideic.art.2. num.32.* Dum Testator exceptis filijs legatarijs inter alios liberos æqualiter diuidi mandauit cæteros alios Census, & prouentus sub pœna priuationis (excepta legitima) contra inobedientes, Vtique implicitè, & virtualiter
9 ter eos vniuersales hæredes sibi instituisse videtur, ad istum enim effectum quæcumque verba sufficiunt, dummodò appareat de voluntate testantis *leg. quoniam 15.C.de Testam.Card.Mant.vbi supra lib.4. tit. 3.num 1.cum seqq.Card.Canal.dec.388.numer.1. & 2. Rota dec.246.num.14.par.8.rec.*

Nec dubitari potest quod d. legatum capiat tam Dominium, quam etiam Villas, aliaque bona allodialia sub eo existentia, quia cum Testator ipsum legauerit, sicut tunc temporis illud possidebat, ibi, *Demum dictus Testator legat Ioanni de Glims filio suo viti, & tanquam primogenito pettam, & Dominium de Boyug sicut illud nunc possidet &c.* Vtique omnia, & singula bona sub illius tenimento comprehensa, &
10 insimul cum eo tanquam vnicum corpus ab ipso possessa illi reliquisse censeatur *l.quæsitum §. prædia, & l.Lucius Titius §.1.vers.quidem prædia ff.de legat. 3.Bero. cons.51.sub num.7.vers.non obstat tertium argumentum lib. 2.* Eoque certius cum Parochus, & vnus ex Testibus Testamentarijs formiter examinati concorditer deposuerint hanc fuisse præcisam mentem eiusdem Testatoris expressis verbis expositam *d.Summ. num.3.* Ad declarandum enim testantium
11 voluntatem, quod scilicet senserint sub legato comprehendere duo Testes sufficiunt *l.heredes palam, §. sed & si notam eum ibi notat ff.de Testam.Card.Mantic.vbi supra lib.5 tit.14.sub num.11.& tit.15. nu.9. Buratt.dec.168.num.22.*cum alijs allegatis in *Bonon. fideic. 16. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bichio in Rom.successi.21. Iunij 1641. & in Romana legati 14. Maij 1644.coram Reuerendiss.D.Salamantino.*

Et ita per contradictas &c.

CONCHEN. ELECTIONIS TERTII ADIVNCTI.

Ven. 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Sacr.Concil. Trident. sess.25.de refor. super forma procedendi per Episcopum extra visitationem circa electionem tertij adiuncti, & afferuntur declarationes Sac.Congregationis Eminentissimorum D.D. Cardinalium Sacr.Congr. Interpretum.

SVMMARIVM.

1 *Rota solet absque vlteriori discussione reuerenter obseruare declarationes Sac.Congregationis Eminentissimorum D.D* Cardinalium *Sac.*Concilij *Trid. interpretum.*

2 *Breue Sanctissimi si fuit munitum decreto irritanti, & clausula sublata claudit os parti, itaut admitti non possit ad probandum contrarium, & aufert facultatem Iudici aliter iudicandi.*

3 *Ecclesiæ in negocijs alienæ non sunt adhibenda consilia omissis membris ipsius Ecclesiæ.*

4 Capitularium *conscientiæ extraneis non debent perscrutari Iudicijs.*

5 E*piscopus vicinior non extraneum sed ex eodem capitulo tertium adiunctum eligere tenetur.*

6 De*uolutio non immutat naturam* E*lectionis deuoluta.*

DECISIO CCCXXXIX.

SVper forma procedendi per Episcopum extra visitationem contra Capitulares Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum Sacrum Concilium Tridentinum in *sess.25. cap.6.*de reformat. per hæc verba disposuit, ibi, *Ita tamen, vt cum extra visitationem processerit infra omnia locum habent videlicet. Vt capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex capitulo duos de quorum consilio, & assensu* Episcopus, *vel eius Vicarius &c.* procedere teneatur. Vnum autem tantum sit vtriusque votum possitque alter Episcopo accedere, quod si amboEpiscopo discordes in aliquo actu, seù interlocutoria, vel diffinitiua sententia fuerint tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant, & si in electione tertij etiam discordent ad viciniorem Episcopum electio deuoluatur. Verum quia hæc Sacra Synodalis dispositio in verbis expressè non aperit, an adiunctus debeat de Capitulo, prout primi duo eligi ideò in casu, de quo agitur proposito hoc dubio, fuit per *Dominos* affirmatiuè responsum, quia sic quater declarauit Sac.Bongregatio Eminentissimorum DD.Cardinalium eiusdem Sac.Concilij Tridentini Interpretum de anno 1602.1647.1648.& 1649.*Summ.informan-*
1 *tis num.7.* Quibus declarationibus omninò est defendum cum Rota soleat absque alia vlteriori discussione illas reuerenter obseruare, vt omissis alijs responsum fuit in *Vicen.Iurisdictionis 2.Martij præteriti coram me, §.quia in casu, de quo agitur vers.tum denique.*

Eoque certius, quia confirmatæ fuerunt per breue Sanctissimi D. N. vt apparet ex relatis in eodem *Summ.d.num.7.*

2 Cum enim illud munitum fuerit clausula sublata, & decreto irritanti claudit os parti, itaut admitti non possit ad probandum contrarium, & aufert Iudici facultatem aliter iudicandi *Gonzal.super reg.8. gl.66.num.3.Card.Canal.dec.430.num.3.bo:me:Burat. dec.337.num.8.& dec.831.num.4.Rota in rec.dec.62. num.7.& 8.par.6.*

Quę quidem sententia congruit etiam dispositioni Sacrorũ Canonum *in cap.non liceat 3.qu.6. in cap. Episcopus il 1.vbi gl.& DD.15.qu.7. & in cap.nonne de his quę fiunt à Prælato.* Etenim non dicet, quod
3 omissis membris ipsius Ecclesiæ in eius negocijs a-
4 liena adhibeantur consilia, & Capitularium conscientiæ extraneis perscrutentur Iudicijs, vt in *ipsis disponitur*, & sequitur *Hostien.in cap.quia propterea. 26. de elect.*

Nec repugnat quod in casu discordiæ inter Episcopum, & primos adiunctos electio deuoluatur ad Episcopum Viciniorem quia nihilominus eadem
5 viget ratio, vt Vicinior Episcopus non extraneum sed ex eodem Capitulo tertium eligere teneatur
6 iuxta dispositionem *cap.ne pro defectu de elect.* Deuolutio

lutio enim non immutat naturam electionis deuo-
lutæ *Felin. in cap. cum accessissent, num.* 18. *de Constit.*
Lambertin. de iur. patr. 4. lib. 2. qunstion. 7. artic. 13.
num. 1. & 2.

Et ita per contradictas, &c.

VRGELLEN. DECANATVS, ET CANONICATVS.

Ven. 2. Decemb. 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio concedi debet anteriori possessori an autem possessioni anteriori censeatur quis renunciasse per possessionem posterius apprehensam, clarè demonstratur; & quid dicendum esset si possessio posterior negaretur apprehendi potuisse ob longam distantiam, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior beneficij ex quibus iustificata remaneat.*

2 *Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.*

3 *Possessionum multiplicatio datur in beneficialibus quemadmodum datur multiplicatio titulorum.*

4 *Per possessionem posterius apprehensam non censetur quis renunciasse anteriori possessioni prius acquisitæ.*

5 *In Iudicio possessorio sola possessio suffragatur, nec est necessaria productio, & discussio tituli, sed nudum factum attendi debet.*

6 *Possessio, quando negatur apprehendi potuisse ob longam distantiam, debet huiusmodi negatiua concludenter probari excludendo possibilitatem in contrarium.*

7 *Possessio beneficij, quæ negatur apprehendi potuisse ob longam distantiam, sufficit ad effectum manutentionis, vt vigore alterius tituli antecedenter apprehendi potuerit.*

DECISIO CCCXXXX.

FRancisco Informanti censuerunt Domini dan-
dum esse mandatum de manutenendo, quia pro-
bat eius anteriorem possessionem Decanatus, & Ca-
nonicatus controuersi non solùm ex confessione Ia-
cobi collitigantis emissa in monitorio ipsi transmis-
so, sed etiam ex sententia Immissionis ad illius fa-
uorem prolata, & declaratoria contra ipsum pro-
mulgata ob non dimissam possessionem, & restitu-
1 tos fructus eius *Summ. nu.* 3. ex quibus propterea
sufficientem desumit illius iustificationem plenè pro-
batur ex decisione huius causæ super manutentione
coram R. P. D. Celso 10. *Mart. proximi præteriti.*

Non obstare poterit, quod sub die 20. Maij 1648.
& sic post dict. Monitorium præsentatum 16. Martij
antecedentis ipse adiuerit executionem prouisionis
Apostolicæ per eum impetratæ certo modo, & pe-
tierit ab illo sibi tradi veram, & actualem possessio-
nem Canonicatus. Præbendæ, & Decanatus, de qui-
bus agitur, atque ideò deduci posse videatur, vel
prius nullam habuisse possessionem, vel illi penitus
renunciasse.

Placuit enim responsio, quod in beneficialibus si-
2 cut datur multiplicatio titulorum *Felin. in cap. in no-*
stra, nu. 2. de rescript. Cassad. dec. 21. num. 5. super regul.
Put. dec. 346. n. 2. lib. 1. in correct. Rota penes Postb. de
manut. dec. 402. n. 9. & postremo in Lucana Capellania
4. Aprilis proximi præteriti corā R. P. D. meo Bichio,
3 §. *Non obstat quod Sbarra.* Ita etiam multiplicatio
possessionum. *Rota dec. 205. n. 1. & 2. par. 1. diuers. &*
in recent. dec. 283. nu. 6. & 7. part. 8. Ac proindè ex
huiusmodi Instantia benè inferri non valet negatiua
alterius possessionis, quæ ex alia causa, alioque titu-
lo procedere potuit. Nec exindè illi renunciasse
censetur, quia acquisitio nouæ possessionis de manu
executoris non contradicit retentioni antiquæ ex
4 alio titulo prius acquisitæ, posterior enim acquiri
potuit cumulando possessionem possessioni, & pro-
pterea vtraque de per se est considerabilis cum præ-
sumi debeat nouam sine dimissione præcedentis ac-
quirere voluisse prout sibi vtiliùs erat ex allegatis
per *Rotam coram sa. me. Greg. decis. 307. nu. 11. coram*
bo. me. Buratt. dec. 623. n. 5. & 6. ac melius firmatum
fuit in Alexandrina Archipresbyteratus 28. *Iunij*
1627. coram bo. me. Merlino in rec. dec. 97. n. 16. & 17.
part. 5. repetit penes Postb. vbi supra decis. 57. num. 14.
& 15.

Ideoque non facit, quòd dictus Executor nullitèr,
& attentatè processerit lite pendente non citato Ia-
cobo in literis specificè nominato. Quià Fran-
ciscus pro obtinenda manutentione non innititur
possessioni habitæ ab executore, sed possessioni
anteriori vt supra comprobatæ per confessionem
partis, quæ capta præsumitur, vt dictum est vi-
5 gore alterius antecedentis prouisionis, & sic proba-
ta suffragatur in hoc summarissimo possessorio, in
quo nec productio, nec discussio tituli est necessaria,
sed nudum factum attenditur, *Rot. dec. 175. n. 1. p. 4.*
diuers. cum alijs congestis in dicta *Lucana* Capel-
lania coram Reuerend. P. D. meo Bichio, §. *Hac autem*
omnia.

Et hinc multo minus releuare videtur quod a die
7. Martij 1648. quo literæ expeditæ fuerunt vsque
ad præsentationem dicti Monasterij secutam 16.
eiusdem, intercesserit tempus sufficiens ad appre-
hendendam possessionem ob longam distantiam
Ciuitatis Vrgellen. à Curia.

Quia præter quod huiusmodi negatiua conclu-
6 denter probari debet excludendo possibilitatem in
contrarium iuxta *reg. cap. in præsentia de probat* cum
cœteris adductis *in Senogallien. Saluiani 3. Iun. 1647*
coram R. P. D. meo Corrado, §. *Fides enim exhibita.*
Cessat obiectum ex deducta præsumptione alterius
tituli, cuius vigore possessio antecedentèr, apprehē-
7 di potuit, vt firmauit, Rot. *in Aquilana Cappellaniæ*
3. Iunij 1558. coram Quirroga relata per Garz. de
benef. p. 4. cap. 2. n. 50. & in Placentina Capellaniæ 21.
Mart. 1601. coram bo. me. Card. Hieronymo *Pamphilio*
apud Postb. vbi supra dec. 402. n. 9.

Et itâ vnica tantum &c.

IANVEN. ATTENTATORVM.

Ven. 2. Decembr. 1650.

ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur gesta coram Iudice à quo causa fuerat auocata, & an ignorantia huiusmodi auocationis causæ suffragari possit, ne gesta coram illo per viam attentatorum reuocari possint clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata in primis, & ante omnia veniunt reuocanda.*

2 *Causa semel effectu curialis à curia extrahi, & ad partes reuerti non potest sine rescripto Pontificis.*

3 *Attentata dicuntur gesta coram Iudice, à quo causa fuerat auocata.*

4 *Ignorantia, quod causa fuerit à Iudice auocata, excusat quidem à pæna, sed non impedit quin gesta coram illo per viam attentatorum reuocari possint.*

DECISIO CCCXLI.

LIcèt Ioannes Antoninus Saulus post varias sententias reuocatorias mandati executiui pro scutis 8.mill. contra Leonardum Spinolam ad eius fauorem relaxati à Magistratu Cambiorum Ciuitatis Ianuæ introduxisset causam appellationis in Curia coram A.C. ibique paritèr succubuisset, Nihilominus perindè, ac si præfata gesta non essent, adiuit prout in prima Vicarium Curiæ Archiepiscopalis eiusdem Ciuitatis, & non obstante oppositione rei iudicatæ, quodque causa esset effecta Curialis ab eo obtinuit aliud consimile mandatum executiuum ad effectum deponendi *Summario Informantis, num. 2.* Ab illius relaxatione reclamauit Leonardus, & de nullitate dixit, & præuia auocatione, tàm à prædicto Vicario, quam ab alijs quibuscumque Iudicibus obtinuit à Signatura mihi committi causam prætactæ nullitatis, & appellationis; Verùm quia Saulus ad vlteriora procedi curauit coram Carolo Fabricio Iustiniano *Præposito Ecclesiæ* Cathedralis eiusdem Ciuitatis vti ass. Iudice Delegato eodem *Summ. num.* 4. & 5. Ideò proposui dubium, An constet de attentatis, quæ veniunt reuocanda, & affirmatiuè fuit resolutum, quia omnia supra deducta gesta fuerunt coram dicto Vicario postquam causa
1 deuoluta fuerat ad Curiam per appellationem interpositam coram A.C. ab eodemmet Saulo, & proindè à labe attentatorum excusari non valent, quæ propterea in primis, & antè omnia veniunt reuocanda per *text. in rubr. & tot. tit. ff. & C. vt lit. pend. Lancell. de attent. lit. pend. cap. 2. in præfat. nu. 296. & seqq. Rota in Bonon. Attentatorum 26. Iunij 1635. coram bo. me. Merlino, §. Secundum fuit, in Bonon. pecuniaria, seù attentatorum 28. Aprilis 1645. coram R. P. D. meo Bichio, §. Quia lite in Vicen. beneficij, seù attentatorum 7. Febr. 1648. coram Reuerendiss. Domino meo Decano,* & alibi passim causa enim semel
2 effecta Curialis à Curia extrahi, & ad partes reuerti non possit sine rescripto Pontificis *Vestr. in prax. lib. 3. cap. 9. nu. 12. Marches. de Commiss. tit. de comm. deuol. caus. ad Rom. Cur. cap. 1. §. 1. nu. 17. & 18. fol. mihi 364. cum alijs allegatis in Luceorien. Attentatorum 26. Iunij 1648. coram me, §. final.*

Idque certiùs respectu eorum, quæ gesta probantur post auocationem causæ ab eodem Vicario, & alijs quibuscumque Iudicibus eiusque commissionem à Signatura mihi directam; Dùm enim exhibita coram supradicto Iudice delegato sub die 6. Iulij præteriti speciali attestatione præfatæ auocationis, & commissionis subscripta per Eminentis-
3 simum Dominum Cardinalem eiusdem Signaturæ Præfectum, ipse non obtinuit, vt pareret, sed nimis animosè ad vlteriora processit clariora redduntur attentata *cap. non solum de appell. in 6.* quod in puncto expendit, *Rota coram fa. me. Greg. decis. 465. nu. 4.* cum alijs in similibus terminis congestis in *Romana fideicommissi, seù Attentatorum 11. Febr. 1647. coram bo. me. Arguelles, §. Siquidem attentata.*

Nec vllo modo excusari poterint, prætextu ignorantiæ; nàm prætèr quod dicta commissio obtenta fuit in plena Signatura; illius scientia concluden-
4 tèr probatur ex præfata exhibitione; Et in omnem casum ignorantia excusaret quidem à pœna, sed non impediret illorum reuocationem per viam attentatorum, vt responsum fuit in *Valentina Præpositure 10. Maij 1626. coram R. P. D. meo Royas, & in Melevitana Commenda de Vaours 1. Iulij præteriti corā me, §. final.*

Et ità vnica tantum &c.

VICEN. IVRISDICTIONIS.

Ven. 9. Decembr. 1650.

ARGVMENTVM.

Literarum Apostolicarum executio post 30. annos perdit viam executiuam, & qualiter sit intelligenda prædicta conclusio in præsenti decisione declaratur, suppressio Ecclesiæ, qualiter præsumatur facta.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua, quando per sententiam non dicatur vulnerata,* & num. 2.

3 *Literæ Apostolicæ post lapsum 30. annorum perdunt viam executiuam.*

4 *Literæ Apostolicæ per lapsum 30. annorum, non perdunt viam executiuam, si non poterāt exequi propter litem.*

5 *Negligentia antecessoris in beneficio non debet præiudicare successori.*

6 *Concordia Antecessoris in beneficio non ligat successores in eo.*

7 *Et quid si talis concordia munita sit confirmatione Apostolica.*

8 *Concordia super bonis beneficij confirmata à Sede Apostolica, qualiter sit intelligenda.*

Et quando operetur.

9 *Monasterium, quando fuit suppressum, censentur omnia cum illo suppressa.*

10 *Suppressiones debent restringi ad illas Ecclesias super qua emanarunt.*

11 *Contrarietas, & repugnantia vt euitetur capienda est interpretatio,* & num. 12.

13 *Rota solet, vt par est, reuerenter recipere responsiones Sac. Congregationis Eminentiss. D. Cardin. Interpretum Sacri Concilij Trident.*

DECISIO CCCXLII.

PLacuerunt DD. fundamenta decisionis 2. Maij præteriti coram me, in qua resolutum fuerat nō intrare arbitrium, pro retardanda executione literarum Apostolicarum fan. me. Clementis Octaui, & Vrbani Octaui cum ex sententia Rotali valida, & iusta appareant in omnibus iustificatæ.

Non enim obstat respectu validitatis repetita
1 vulneratio viæ executiuę desumpta ex sententia Decani Tarraconensis, quià, vt respondetur in dicta decisione, §. *Quia cum Rota circa finem,* cum ipsa expressè non deneget executionē dd. literarum, neque earum validitatem, aut efficaciam infringat, sed irritet tantum quædam acta gesta per D. Episcopum
2 Vicen. vtique illam non vulnerauit, quamuis præfatæ literæ ibidem enuncientur, vt prætèr auctoritates, ibi, *allegatas comprobat decisio in Tolenana pensionis 2. Maij 1631. coram bo. me. Motmanno, §. Præterea fuit.*

Nec minus obstat, quod dicta executio demandata fuerit post lapsum 30. annorum, quo tempore
3 literæ Apostolicæ regularitèr amittunt viam executiuam, vt dixit, *Rot. coram Buratt. dec. 195. nu. 5. ibiq. Add. lit.* C. Quià hoc cessat ex facto, cum non potuerint exqui propter litem in partibus ab ann. 1598 & per viam appellationis in *Rota introductam de anno 1609.* Prætèr quod obiecta conclusio, procederet si ageretur de literis concessis ad fauorem alicuius personæ particularis, cui obesse debet propria negligentia in petendo illarum executionem,
4 secus autèm, vbi agitur prout hic, de literis concessis ad fauorem Ecclesiæ, & dignitatis, hoc enim casu negligentia vnius, successoribus nocere non potest, vt optimè distinguendo responsum fuit *coram rec. mem. Coccino dec. 144. nu. 5.*

Iu-

Iustitia autem non offuscatur ex antiqua concor-
5 dia continente exemptionem Abbatis, & Monacho-
rum Ecclesiæ, de qua agitur ab Episcopali iurisdi-
ctione. Tùm quià non ligat successores, & nullius
6 est momenti in præiudicium ipsorum iuxta text. in
*cap. veniens de transact. & Decreta Sac. Concl. Trid.
sess. 6. cap. 4. sess. 24. cap. 20. in fine, & sess. 25. capit. 6.
pariter in fin. de reform.* Idque etiam si munita fuerit
confirmatione Apostolica, quià cum Sacrum Con-
cilium eas dumtaxat confirmationes præseruauerit,
7 quæ emanarunt ex certa scientia, & cum causæ co-
gnitione, vt declarauit Sac. Congregatio Eminentis-
simorum DD. Cardinalium eiusdem S. C. T. inter-
pretum in *Abulen. Iurisdictionis 13. Nouembr. 1586.
per Garz. de benef. part. 3. capit. 2. num. 120. & seqq.*
Vtique confirmatio, de qua agitur non cadit sub
præseruatione, sed sub præfatis decretis cum ema-
nauerit ad instantiam Monachorum tantummodo,
8 neque inserto toto tenore concordiæ, sed expressa
solùm parte ipsis Monachis fauorabile, quę propte-
rea, neque ex certa scientia, nec cum causæ cogni-
tione concessa dici valet, vt optimè animaduertit,
*Garz. vbi supra d. cap. 2. nu. 129. & firmauit, Rot. in
Abulen. Iurisdictinis 20. Ian. 1588. coram Orano penes
Marches. de comm. par. 3. fol. mihi 124. sub nu. 3. vers.
quantum ad confirmationem, & in Veronen. Emphy-
teusis 27. Maij 1594. corā Cardinali Hieronymo Pam-
philio, quæ est decis. 715. nu. 3. p. 4. diuers.*

Tùm etiàm quià extincta penitus remansit per
9 suppressionem Monasterij Abbatis, & Monachorū,
vt respondetur in præcedenti decisione, §. *Quid vl-
tra alias*; Non obstantibus subsequutis declaratio-
nibus Summorum Pontificum de non præiudican-
do antiquæ iurisdictioni, & priuilegijs Ecclesiarum
suppressarum, quià restringi debent ad illas Eccle-
sias, quarum fauore emanarunt, & licèt generales
10 extendi non possunt ad Ecclesiam de qua agitur,
in cuius suppressione, & noua erectione per illa
verba, ibi, *Dictaque Ecclesia, ac eius dignitates, Cano-
nicatus, & prebenda, aliaque beneficia Capitulum, &
Ministri suo Ordinario subiecti sint &c.* apertè di-
gnoscitur Pontificem supprimentem implicitè dict.
Concordiam quoad iurisdictionem reuocasse, & ab
stulisse, eandemque iurisdictionem Episcopo deman-
dasse, qui solus sub dicta Ordinarij appellatione
ibidem comprehenditur, vt latè probatur in dicta
decisione §. *Quia in casu, & §. final.* Ad effectum
11 enim euitandi contrarietatem, & repugnantiam,
quæ aliàs exindè resultaret, generales illæ declara-
tiones intelligi debent de iurisdictionibus, & priui-
legijs compatibilibus cum subiectione ab eodem
Pontifice ibidem ordinata; Ponderando præser-
tim quod ipsemet Clemens Octauus incidente hoc
indiuiduali articulo hodie controuerso intèr Prio-
rem, & Canonicos S. Annæ de tempore magis pro-
ximo erectioni Collegiatarum explicitè declarauit
suæ intentionis fuisse eosdem Priorem, & Canoni-
cos Episcopo Barchinonen. tanquàm eorundem
Ordinario subiectos esse debere Summ. *prçteritę po-
12 sitionis, num. 17.* signum euidens quod respectu ex-
pressorum omnia priuilegia illis incompatibilia
penitus tollere voluit.

Cæterum in hanc sententiam eo facilius Domi-
ni deuenerunt quià dicta Sac. Congregatio Eminen-
tissimorum DD. Cardinalium S. C. interpretum au-
13 ditis partibus super ijsdem in Rota toties deductis,
& causa exactissimè discussa, ità ter declarauit, quæ
Rota solet, vt par est reuerenter amplecti, vt in de-
cisione dicto §. *Quia in casu vers. Tum denique.*

Et ita vtraque &c.

NICIEN. PRIORATVS.

Lunæ 12. Decembr. 1650.

ARGVMENTVM.

Acta facta post præsentatam Inhibitionem Rotalem, sunt attentata, & veniunt reuocanda, & quid si Inhibitio esset conditionalis vel dubia an impediat inhibitum quin possit ad vlteriora procedere. Vicarius postquam fuit recusatus vti suspectus suspenditur illius iurisdictio donec à Sanctissimo, vel à Signatura specialiter rescribatur super allegatis suspicionis causis, & quęcumque gesta post allegatam huiusmodi suspicionem ipso iure nulla, & attentata censentur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata stante notitia inhibitionis, ob spretum Iudicis, ac irreparabile partis praiudicium veniunt reuocanda.*

2 *Commissio Conditionalis non afficit, nec impedit inhibitum, quin possit ad vlteriora procedere.*

3 *Limita quando conditio est resoluta, tunc enim inhibitio operatur effectum suum, perindè ac si commissio purè, & simpliciter signata fuisset.*

4 *Inhibitio sufficit quod sit dubia, ne Iudex illam cōtemnere debeat.*

5 *Iudex inferior, non potest cognoscere de viribus inhibitionis propter facilem aditum ad Signaturam vel ad Rotam pro illius moderatione.*

6 *Vicarij iurisdictio postquàm ipse fuit recusatus remanet suspensa donec à Sanctissimo, vel à Signatura super allegatis suspicionis causis specialiter rescribatur.*

7 *Acta facta post allegatam suspicionem Iudicis ipso iure nulla, & attentata censentur.*

DECISIO CCCXLIII.

POst inhibitionem Rotalem expeditam 21. Octo-
bris 1648. vigore Commissionis iactationis, & ia-
ctationum mihi directæ, ac personaliter præsenta-
tæ Vicario generali Nicien. 24. Maij 1649. & Petro
Collitiganti 4. Iunij eiusdem anni *Summaria Infor-
mationis, num. 4. 5. & 6.* Idem Vicarius processit ad
executionem literarum Apostolicarum Prouisionis
ab illo impetratæ certo modo, eique tradidit pos-
sessionem prioratus, de quo agimur, *num. 7. cum tribus
seqq.* nec non ad alia plura præiudicialia deuenit,
de quibus in eodem *Summ. num. 11. 12. & 13.* Vndè
1 ob notitiam, & ineuitabilem spretum huius Sacri
Tribunalis, ac irreparabile partis pręiudicium pro-
posito dubio resolutum fuit constare de attentatis
reuocandis iuxta dispositionem *cap. non solum, §. Il-
la vero de appell. in 6. Lancell. de attent. par. 2. capit. 4.
limit. 2. num. 65. vers. 2. limita Greg. dec. 465. sub nu. 3.*
cum alijs allegatis in *Cæsaraugustana distributionum,
seu attentatorum 17. Febr. 1645. & in Lucerien. at-
tentatorum 26. Iunij 1648. coram me.*

Non obstat, quod in dicta commissione adsit so-
lita clausula, *Dummodo molestię non fuerint iudicia-
2 liter illata, &c.* & ideò tanquàm conditionalis non
afficiat, nec impediat inhibitum quin possit ad vlte-
riora procedere *Gonzal. super reg. 8. in ad not. contr.
null. & attent. num. 224. Buratt. dec. 879. num. 8.* & la-
tè firmatum fuit *in Romana quarta 13. Iunij pręteri-
ti coram R. P. D. Celso.*

Quia cum obtenta fuerit de mense Decembris
1648. & in actis producta dicta die 21. eiusdem; 3
Iactationes autem, & molestiæ non fuerint Iudicia-
litèr illatæ, nisi post diem 21. Maij 1649. quo dictus
Vicarius primam citationem decreuit, vt in proces-
su de partibus *fol. 1. & in d. Summ. nu. 3.* vtique aper-
tè dignoscitur tempore illius impetrationis, & pro-
du-

ductionis nullas molestias iudicialitèr, sed tantum
extraiudicialiter illatas fuisse, & consequentèr præ-
3 fata conditio resoluitur, ac inhibitio operatur effe-
ctum suum perindè, ac si commissio purè, & simpli-
4 citer signata fuisset; licèt adhunc effectum sufficeret
rem esse dubiam, vt proindè dictus Vicarius non
potuerit, nec debuerit illam contemnere, & de illius
5 viribus cognoscere quod inferioribus non permit-
titur proptèr facilem aditum ad Signaturam, vel ad
Rotam pro illius moderatione, vt in puncto respon-
sum fuit *coram bo. me. Buratt. dec. 652. à num. 1. vsq; in fin.*

Cæterum clariora insuper redduntur attentata,
quià dictus Vicarius post præfatam citationem pro
parte informantis mediante speciali Procuratore
iustis de causis recusatus fuerat suspectus *proc. fol. 5.*
6 *& Summ. nu. 7.* Hinc enim suspensa remansit eius-
dem iurisdictio, donec à Summo Pontefice, vel à Si-
gnatura super allegatis suspicionis causis speciali-
ter rescriberetur *cap. cum speciali 61. vbi Innoc. n. 12. de appell. cap. Iudex 5. §. post recusatum, ibiq. gloss. & DD. de off. de legat. in 6. Bald. cons. 26. nu. 5.* Non re-
petendo allegationes *vol. 1. Marches. de commiss. susp. Indic. par. 2. §. 1. n. 5. 6. & 24.* Ac proindè quæcum-
7 que gesta pòst allegatam huiusmodi suspicionem
ipso iure nulla, & attentata censentur *cap. quoties Episcopi vbi gloss. & DD. 2. qu. 6. Innocent. vbi supra sub num. 6. Lancell. de attent. post recur. Indic. part. 2. cap. 6. sub nu. 1. cum seqq. & num. 8.* cum alijs allegatis *in Vladisladien. Villæ d. Hoppenallebrub 3. Iulij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono 13. Aprilis 1646. & 5. Aprilis 1647. coram me, ac nuperrime in Metropolitena Professionis 16. Nouemb. proximi præteriti coram Reuerendiss. Domino meo Decano hodiè confirmata.*

Et ità per contradictas &c.

PISAVREN. PRIMOGENITVRÆ.

Luna 16. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Primogenitura fauore natu maioris sæcularis ordinata, & exclusiua Presbyteri, quando etiam Clericum in minoribus constitutum, licèt natu maiorem excludat, & an appellatione Presbyterorum veniant Clerici etiam minorum ordinum, & quando Clericus dicatur Clericatui renunciasse ex eo quod sine habitu incessit, & Tonsura, actibusque sæcularibus se immiscuit, & an capacitas sæcularitatis postea superueniens sufficiat, & in quibus dispositionibus locum habeat Regula Catoniana Clericus re non integra laicari non potest in præiudicium sæcularis ad auferendam ei Primogenituram iam delatam, si post mortem Testatoris statim non laicatur videtur permanere in eadem voluntate, & quando adhunc effectum diù stetisse dicatur in Clericatu.

SVMMARIVM.

1 *Qualitatem non habens à Testatore expeditam, non potest ad successionem admitti.*

2 *Clericus prima Tonsura, & minoribus ordinibus insignitus, ac de Ecclesiastica pensione, prouisus non est sæcularis, sed Ecclesiasticus.*

3 *Vocatio in parte inclusiua ad aliquos expressis verbis restricta per subsequutam dinumerationem certi generis personarum in parte exclusiua non censetur primæ vocationi derogatum.*

4 *Presbyteri appellatione in lingua vernacula, & vulgari sermone omnes Clerici, etiam minorum ordinum comprehenduntur.*

5 *Dispositio ex ratione adiecta restringitur, & ampliatur.*

6 *Clericus non ideò clericatum amisit si actibusque sæcularibus se implicauit si habitus dimissio fuit temporalis, & non animo illum deserendi.*

7 *Pensio non excedens summa ducatorum 30. non obligat ad delationem habitus, & Tonsuræ.*

8 *Clericatus incapacitas ad effectum succedendi in Primogenitura non est perpetua, sed temporalis, & deseribilis ad libitum ipsius Clerici.*

9 *Clericus ad effectum succedendi in primogenitura ad quam tantummodo maior natu sæcularis admittitur; satis est quod post mortem vltimi possidentis renunciauerit clericatui, & declarauerit redire velle ad statum laicalem.*

10 *Limita hoc non procedere si qualitas sæcularitatis fuerit requisita à Testatore de tempore eius mortis.*

11 *Qualitatem non habens de tempore mortis Testatoris requisitam non potest in primogenituram succedere.*

12 *Testator restringens dispositionem ad certum tempus, intellexisse videtur de qualitate contemporanee.*

13 *Capacitas requisita de tempore mortis Testatoris nō sufficit si postea superueniat.*

14 *Regula Catoniana non habet locum in dispositionibus conditionalibus ex quo Testator apponendo conditionem noluit inspici tempus testamenti sed aliud futurum.*

15 *Secus autem in dispositionibus puris in his enim admittuntur tantummodo habentes qualitatem necessariam de tempore successionis, quia respiciens Testator ad illud tempus noluit hereditatem manere in suspenso.*

16 *Clerici declaratio deserendi habitum clericalem nihil suffragatur, attentis actibus continuatis post declarationem à Clericis fieri solitis ex quibus contraria resultet animi declaratio permanendi in statu Clericali.*

17 *Clericus re non integra laicari non potest in præiudicium sæcularis, & clericatum deserere ad auferendum primogenituram ei delatam.*

18 *Clericus si statim mortuo Patre non laicatur, videtur permanere in eadem voluntate, sine alio actu ostendendi se clericum.*

19 *Clericus quando diù dicatur permansisse in Clericatu post mortem Testatoris relinquitur Iudicis arbitrio.*

20 *Quod tamen arbitrium intrat dumtaxat quando successor est Minor, vel absens.*

DECISIO CCCXLIV.

Comes Iulius Cæsar Santinellus Eques Hierosolymitanus, & Prior Messanæ anno 1621. in suo Testamento instituit primogenituram, in qua succedere voluit (sunt verba Testamenti) *Il maggior d'età, che sopraviuerà alla morte mia delli descendenti secolari per linea mascolina della bo: me: del Conte Antonio mio nepote, e morendo egli succeda il maggior d'età dopò lui delli descendenti secolari per linea mascolina del predetto mio Padre, e così s'osserui in perpetuo, che il secolare di maggior'età habbi da succedere nella mia heredità, e beni, e quando accaderà, che il maggiore sia Prete, ò Frate, ò Caualier di Malta, perche questi hanno da sostenere minor peso delli secolari, che mantengano, e perpetuano la fameglia, in tal caso l'herede sia tenuto darli la terza parte delli frutti della mia heredità, e beni sudetti.*

Per obitum Comitis Odoardi vltimi possessoris præfatæ hæreditatis orta est cōtrouersia inter Com: Franciscum, & Com. Alexandrum super illius per-

uen-

nentia, cum ille ad se spectare prętenderet tanquam
ętate maiorem, hic verò tanquam sęcularis, & Vxo-
ratus licet ætate minor excludere posse fratrem ma-
iorem clericali tonsura, & minoribus ordinibus in-
signitum, ac de pensione Ecclesiastica prouisum. Et
quia Comes Alexander in capienda possessione præ-
uenerat, disputato dubio, An Com. Francisco esset
danda immissio DD. negatiuè responderunt, quia
1 ipsi obstat defectus sæcularitatis à Testatore expe-
titæ, & sine qua non potest ad successionem admit-
ti *Surd. cons. 494. num. 4. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 13. num. 37.* Cum enim tempore apertæ successionis
2 initiatus esset (vt dictum est) prima Tonsura, ac
minoribus ordinibus insignitus, & de Ecclesiastica
pensione prouisus non erat sæcularis, sed Ecclesia-
sticus *cap. cum contingat, vbi Butr.* & alij *DD. de ætat. & qualit. gloss. in cap. 2. verb. Ecclesiasticos de for. compet. in 6. Diuus Antonin. in Summ. part. 3. cap. 5. n. 2. Siluestr. pariter in Summ. verb. Clericus num. 1. Gemin. cons. 112. num. 2.* & pluries relati per *Carolum de Grass. de effect. Cleric. in prælud. sub num. 31.*

Nec contrarium suadet expressio successiuè facta
cum dictionibus aduersatiuis Præsbyteri, fratris, aut
Equitis Hierosolymitani, ibi, *E quando accaderà, che il maggiore sia Prete, ò Frate, ò Caualier di Malta,*
quasi quod eos tantùm exclusferit, qui perpetuo vo-
to castitatis addicti forent prorsus inhabiles ad ma-
3 trimonium: Quandoquidem cum vocatio in parte
inclusiua expressis verbis sit ad sæculares restricta,
per subsequutam dinumerationem certi generis per-
sonarum in parte exclusiua non censetur primæ vo-
cationi derogatum, vt declarant *Rum. cons. 119. n. 3. lib. 4. & Surd. cons. 352. num. 11.* Eo minus, quia ap-
4 pellatione Pręsbyteri in lingua vernacula, & vulga-
ri sermone omnes Clerici, etiam minorum ordinum
comprehenduntur *can. Cleros 21. distinct. & in capit. persona 38. 11. qu. 2. in fine Gonzal. de regul. Cancellar. glos. 5. sub num. 48 Fusar. de substit. qu. 320. sub num 13 & qu. 321. num. 64. & cons. 13. num. 17.* Idemque sen-
sit Rota apud *Mantic. dec. 129. num. 3. in rec. dec. 496. sub num. 8. par. 1. & dec. 14. num. 1. par. 7.*

Testatorem autem non exclusisse dumtaxat solos
Sacerdotes indicat ratio exclusioni adiecta, *Perche questi hanno da sostener minor peso delli Secolari, che mantengono, e perpetuano la famiglia;* Non enim di-
xit, quia isti prohibiti sunt Vxores ducere, sed quia
minus substinent pondus sæcularibus, hæc autem
ratio ęquè conuenit Sacerdotibus, & Clericis mino-
rum Ordinum, & qui præsertim pensiones Eccle-
siasticas retinent; cum in eo statu non sustineant
onera filiorum, & familiarum, quæ sustinent Vxo-
5 rati, ex ratione enim adiecta dispositio restringitur,
& ampliatur *l. cum Pater §. dulcissimis, ff. de legat. 3. Rota in rec. dec. 47. num. 16 par. 8.*

Nihil verò refert Com: Franciscum sæpè incessis-
se sine habitu, & tonsura, actibusque Secularibus se
6 immiscuisse; Nam cum dimissio habitus fuerit tē-
poralis, sinè animo illum deserendi, non ideo Cleri-
catum amisit, vt in his terminis respondit *Alciat. cons. 90. sub num. 9. vers. & primo, quod iste lib. 9. Ricc. dec. Neapol. 154. nū. 4. par. 4. Barbos.* alios referens *de iur. vniuers. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. secunda sub num. 14. vers. quod intelligi debet.* Dum præsertim eodem
tempore pensionem retinebat, quę tanquam non
7 excedens summam ducatorum 30. non obligabat
ad delationem habitus iuxta declarationem Consti-
tutionis Sixtinæ in ordine *la 92. §. 3. declarationis;*
Aliosque plures fecit actus solis Clericis conuenien-
tes, interuenit in Synodo Episcopali, eidemque
foro suos redditus assignauit *Summ. Com: Alexandri num. 2. & 4.*

Minus obstat, principale fundamentum scribentiū
8 pro Com: Francisco, quod scilicet huiusmodi incapa-
citas nō sit perpetua, sed temporalis deseribilis ad li-
bitū ipsius, ideoq; satis sit, quod idem Com: Francis-
cus post obitum Com: Odoardi renunciauerit Cle-
9 ricatui, & declarauerit redire velle ad statum laica-
lem ex *Bald. in rubric. an mutus, vel imperfectus n. 2. & 3. Molin. de primogenit. Hispan. libr. 1. cap. 13 numer. 38.*

10 Quoniam dixerunt Domini qualitatem sæculari-
tatis fuisse requisitam à Testatore de tempore mor-
tis, ibi, *Il maggior d'età, che soprauuerà alla morte mia delli descendenti secolari.* Ideoque eo tempore
11 huiusmodi qualitatem non habuerit, non potuerit
in primogenitura succedere, vt in his terminis con-
suluerunt *Socein. cons. 88. num. 1. libr. 3. Dec. cons. 443. sub num. 12. Mandel. Alb. cons. 60. nu. 12. & Surd. cons. 494. sub num. 1. Ector. Capic. Latr. consult. 143. à n. 52 vsque ad 62.* loquens in specie de vocatione ad pri-
mogenituram, per similia verba, scilicet *Di quelli, che si ritroueranno nati dopò fatto il cumulo,* & con-
cludit attendendum esse quis eo præciso tempore ha
beat hanc qualitatem, ex quo Testator restringens
12 dispositionem ad certum tempus intellexisse cen-
setur de qualitate contemporanea.

13 Ideo non sufficit capacitas postea superuenta, hoc
enim admittitur in dispositionibus conditionalibus,
14 in quibus non habet locum Regula Catoniana, ex-
quo apponendo conditionem noluit Testator inspi-
ci tempus Testamenti, sed aliud futurum, & in his
terminis loquuntur in contrarium adducti, secus est
15 in dispositione pura; in hac enim admittuntur tan-
tummodo habentes qualitatem necessariam tempo-
re successionis, quia respiciens Testator ad illud
tempus noluit hæreditatem manere in suspenso iux-
celebrem distinctionem *text. in l. cætera §. 1. ibiq; glos. verb. ad conditionalia, ff. de legat. & fideic. 1. & declarat idem Bart. num. 1. & Ias. num. 20.* quem sequun-
tur *Crass. in §. fideicomm. qu. 16. in princ. & Cyriac. contr. for. cap. 205. num. 12. Valenzuel. cons. 7. num. 27. 28. & 29.*

Super declaratione autem deserendi habitum,
nullum fieri potest fundamentum; Tùm quia fuit
verbalis, ex quo interim retinuit pensiones, inter-
fuit Synodo, & plures alios fecit actus etiam iudi-
ciales, vt ex attestatione *Reuerendiss. Episcopi Pisauren. relata in Sum. primę positionis Com: Alexandri, n. 1* & in hodierno *Summ. num. 2* ex quibus resultat con-
16 traria animi declaratio permanendi in statu cleri-
cali, vt ad propositum optimè ponderat *Alciat. in cons.* alias allegato 90. *sub num. 9. lib. 9.* aliique relati
per *Sperell. dec. for. Ecclesiast. num. 9. & seqq.*

Tum quia facta fuit post 13. menses à die obitus
Com: Odoardi cum iste obierit de mense Octobris
1649. declaratio verò facta fuerit de mense Nouem-
bris 1650. Hinc enim, vt porè facta post delatam
hæreditatem Com: Alexandro, & captam possessio-
nem non suffragatur, cum re non integra non possit
17 Clericus laicari in præiudicium sæcularis, nec Cle-
ricatum deserere ad auferendum primogenituram
sæculari delatam, vt in terminis decidunt *Iacob. de Ardizon. in epitam. feud. cap. 97. col. 3. vers. sed ad tollendum istas ambages Andr. de Isern. in cap. 1. de Vassalb. milit. sub num. 3.* dicens quod si Clericus statim
18 mortuo Patre non laicatur, videtur permanere in
eadem voluntate sine alio actu ostendendi se Cleri-
cum, eo quod iam Clericus esset *Lucas. de Penn. in l.*
nul-

nullius sub nu.2.C.de decurion.lib.10. Afflict. dec.320. sub num.7. Menoch.de arbitr. Iudic.cas.25.num.28. &
19 29. vbi licet relinquat arbitrio Iudicis quando dica-
tur diũ in Clericatu perseuerasse, resoluit arbitrium
20 intrare dumtaxat quando successor fuisset minor,
vel absens *Capyc.dec.115.sub num.11. & ibi, Iacob. Masal.in addit.sub num. 14. Alciat. dicto cons.90. sub num.9.vers.& nihil refert lib.9.Mart.de success.legal. par.3.qu.13.art.2.num.11.*

Obseruantia autem subsequuta in persona Com: Alphonsi nihil esse deferendum DD. existimarunt cum emanauerit, vel ex ignorantia, vel ex tolerantia Com: Odoardi, ad quem tanquam natu maiorem & sęcularem spectabat successio. Hinc enim non potuit inferri præiudicium com. Alexandro, alijsq; successiuè vocatis iuxta expressum tenorem, ac verba Testamenti, vt omissis aliis dictum fuit inter easdem partes *Pisauren. Administrationis montis 2. Iunij 1650. coram me.*

Et ita causa bis proposita resolutum fuit, vtraque parte &c.

MELEVITANA PECVNIARIA.

Luna 30. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Emptor non denunciatis legitimè molestijs Venditori, nullam contra illum habet Actionem pro subsequuta euictione, etiam si in Instrumento ex pacto specialiter conuēto remissa fuerit huiusmodi denunciationis necessitas si euictio sequuta fuerit ob suam causam, & quid huiusmodi remissio operetur prout neque habet actionem ex empto contra venditorem pro restitutione pretij, & interesse, vt res libera tradatur, quando culpa ipsius emptoris sequuta fuit euictio, & quando euictio dicatur sequuta ipsius culpa, & negligentia. Immissio non datur contra bona non hypothecata, & quæ de tempore obligationis in alios erant translata. Soluens pro alio cum cessione iurium ad effectum acquirendi anterioritatem, non solum iustificare debet solutiones, & cessiones Iurium, verum etiam Iura cedentium, & quisnam inter eos in concursu præferri debeat, quorum vterque habet hypothecam ex eadem origine, & cum eadem anterioritate, & potioritate.

SVMMARIVM.

1 *Emptori non denunciatis legitimè molestijs venditori, siuè eius haredi actio de euictione competere non potest,*

2 *Emptor cui denunciatio molestiarum fuit à venditore in Instrumento remissa, à solemni tantummodo denunciatione liberatur, non autem ab extraiudiciali saltem interpellatione.*

3 *Emptori qui non fuit vsus exceptione qua mediante de facili poterat agentem repellere, cessante denuntiatione molestiarum contra venditorem actionis beneficio non succurritur.*

4 *Legitima neque per dispositionem inter viuos grauari potest onere Fideicommissi, sed semper libera venit detrahenda.*

5 *Emptor, qui ob non factam denunciationem molestiarum contra venditorem de euictione agere non potest, attamen agere valet actione ex empto pro restitutione pretij, & interesse vt res libera tradatur.*

6 *Declara, hoc procedere si euictio legitimè sequuta fuerit, ex quo Ius euincentis esset manifestum, nullaque exceptione repelli potuisset.*

7 *Secus autem, si illegitime, & propria culpa ipsius emptoris sequuta apparebit.*

8 *Emptori, cuius culpa sequuta fuit euictio nulla competit actio contra venditorem, nec minus ex empto pro restitutione pretij.*

9 *Hypotheca regulariter comprehendit tantummodo bona præsentia, & futura, non autem præterita, iam in alios translata.*

10 *Renunciatio hypothecæ non potest extendi ad alia bona non comprehensa, nec nominata.*

11 *Soluens pro alio creditoribus ad effectum succedendi in eorum potioritate, tenetur non solum solutiones, & cessiones iurium exhibere, verum etiam iustificare iura cedentium.*

12 *Creditor anterior, posteriorem excludit.*

13 *Creditor posterior, sicut ab anteriori excluditur, ita pariter ab habentibus causam ab eo repellitur.*

14 *Mulier vna cum Viro accedens in venditione, non transfert in emptore sua iura datalia, sed tantummodo remittit hypothecam, quam habet super re vendita, ad effectum, vt extantibus alijs bonis mariti, emptor ab ea molestari non possit.*

15 *Possidentis in concursu melior est conditio licet vterque habeat hypothecam ex eadem origine, & cum eadem anterioritate, ac potioritate.*

DECISIO CCCXLV.

PEtitam immissionem à Cumulo Charitatis Melitæ
in possessione Terrarum nuncupatarum Tal Cat-
tura pro liberatione a molestijs, & subsequuta eui-
ctione aliarum Terrarum nuncupatarum Ta Baia-
da iterum Domini denegarunt, & sic steterunt in de-
cisis 19.Nou.1649. quia cum probatũ non fuerit le-
gitime molestias denunciasse Ambrosio, & Ioannel-
1 lę coniugibus, siuè eorũ heredibus prætensa actio de
euictione sibi competere non potest, vt probat *Tex.
in leg.emptor fund. C.de euict. in leg. si per imprudentiam, §.1. & in l.si fundo ff.eodem, & in capit.final. de empt. & vend. comprobatus in dicta decis. §.potissima ratio.*

Non obstat, quod ex pacto specialiter conuento in Instrumento dationis insolutum præfatarum Terrarum Tal Baiada remissa fuerit huiusmodi denunciationis necessitas.

Quia præter quod, hæc remissio solemnem tantummodò tollit denunciationem, non autem eximit ab extraiudiciali saltem interpellatione *Angel. cons.177. num.1. Caballin. de euict. §.3. numer. 116. inter tractat. magn. tom.6. part.1. fol.mihi 88. à tergo Mangil. eodem tract.quæst.4. num.30.* Dum Cumulus ob remissam à Ioannella hypothecam dotalem super dictis Terris sibi competentem, iustam habebat causam defensionis, qua mediante de facili repellere poterat Claudiam contra ipsum agentem pro repetitione Dotis eiusdem Ioannellæ, vt probatum
fuit in *dicta decisione §. final.* Et tamen eam non de-
3 duxit, prout tenebatur, denunciatione cessante, eui-
ctio eius culpa sequuta dicitur, & proindè petitam
Immissionem obtinere non valet, vt præter ibidem allegatos plenè probant *Caballin. vbi supra §.5.n.50 fol.mihi 96. alijque relati per Mangil. pariter vbi supra quæst.9.num.7.cum seqq.*

Idque etiam si Claudia egerit vigore fideicommissi super dicta dote constituti in Instrumento matrimoniali ad fauorem omnium filiorum, & descentium Ioannellæ in infinitum; Quia nihilominus Cu-
mulus se tueri poterat ratione legitimę illi de iure
4 competentis ex præfato fideicommisso detrahendę,
quæ huiusmodi onere grauari non poterat, etiam per dispositionem inter viuos *l.quoniam in prioribus C.de inoff. Testam. Dec.cons.613.num.5. Bertrand.cons. 84 sub num.15.lib.4. Decian.resp.1.nu.52. & 53.lib.4.*

Me-

Menoch. conf. 691. num. 1. cum seqq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quęst. 19. num. 30. Rota decis. 488. num. 8. part. 1. diners.

Et hinc non subsistit, quod licet Cumulus ex pręfatis
5 non possit agere de euictione, attamen agere
valeat actione ex empto pro restitutione pretij, &
intereſſe, vt res libera tradatur *l. 1. ff. de action. empt.*
Rot. dec. 586. num. 8. par. 1. din. decis. 525. num. 8. part. 1.
& dec. 390. num. 10. part. 5. recent. Quia hoc proce-
6 deret si euictio legitimè sequuta fuiſſet, ex quo ius
euincentis eſſet manifestum, nullaque exceptione
repelli potuiſſet, vt declarat *text. in l. emptorem, ibi, quia manifestum fuit noxium seruum esse vbi gloss. d. verb. quia manifestum ff. de action. empt.* Secus autem
7 vbi prout hic, ex superius probatis illegitimè, &
propria culpa ipsius sequutam fuiſſe apparet; hoc
8 enim casu nullam competere actionem contra ven-
ditorem, nec minus ex empto pro restitutione pretij
probat *text. in l. final. C. de action. empt. & in l. si ea res ff. eodem quem distinguendo refert, & sequitur Misinger. obseru. 54. per tot. centur. 1. & eo relato Mangil. vbi supra qu. 200. nu. 21. & 22.*

Præterea excluditur etiam Cumulus è petita
immiſſione super Terris controuersis poſſeſſis per
Vincentiam, & litis consortes ob defectum hypo-
thecæ, cum enim vsque de anno 1588. ab ijsdem
Ambrosio, & Ioannella coniugibus traditæ fuerint
in dotem Hieronymæ communi filiæ, & illorum
Autrici, vtique non cadunt sub hypotheca postmo-
dum contracta ad fauorem Cumuli in instrumento
dictæ dationis in solutum celebrato 20. Augu-
9 sti 1599. cum regulariter hypotheca comprehendat
tantummodò bona præsentia, & futura, non autem
præterita iàm in alios translata, quæ prorsus alie-
na dicuntur *l. qui Balneum, §. Titia, ff. qui potior. in pign. haben l. 1. §. 1. ff. de pignor. glos. in l. Caius, ff. de pignorat. act. & in §. Item seruiana verb. quasi in fine, instit. de action. Bald. in l. final. §. & si pręfatam, num. 4. C. de iur deliber. Negusan. de pignor. in 3. membr. 2. par. num. 52. cum alijs allegatis per Pacific. de Saluian. in spect. 1. cap. 6. num. 1. cum seqq. & in spect. 3. cap. 2. numer. 255. & 658.*

Nec obstat quod Hieronyma cum eius viro consenserint
dictæ dationi insolutum factæ ad fauorem Cumuli.

Quia huiusmodi consensus restrictus fuit ad ea
tantum bona ipsi Cumulo insolutum tradita respe-
ctu hypothecæ, vel aliorum iurium consentientibus
10 competentium, non autem comprehendit, neque
extendi poſſit ad alia bona ibidem non comprehen-
sa, & eidem Hieronymæ prius in dotem tradita *l. iubemus ibique Castren. num. 3. & 5. Cod. ad Velleian. Bart. in l. moenia 50. § vltimo num. 4. ff. solut. matrim. Barbos. in l. 1. par. 5. num. 70. ff. eod. Roman. conf. 132. n. 3 Surd. conf. 513. num. 24. Negus. de pignor. 3. membr. 6. part. numer. 13. & 14. Pacif. vbi supra dicta inspect. 3. dicto cap. 2. num. 388. Gratian. discept. forens. capit. 292 numer. 5.*

Minusuè obstat, quod administratores eiusdem
Cumuli extinxerint nónullos Census à præfato Am-
brosio anteriori tempore constitutos, illorumque
iurium ceſſiones reportauerint.

Quia præter quod, non constat de aſſertis illorum
11 Impositionibus prout requiritur, cum ad istum
effectum non sufficiat ostendere extinctiones, & Iu-
rium ceſſiones, sed opus sit exhibere, & iustificare
Iura cedentium *l. si nomen C. de hered. vel action. vendit. l. si plus §. vltimo ff. de euict. Aldouin. conf. 42. numer. 18. 19. & 21. Rota penes Pacif. vbi supra dec. 162. num. 7. & coram s. me. Greg. dec. 579. num. 1. ibiq; Add. num. 4.* Omnes præfati Census, vt poté sumentes ini-
tium ab anno 1574. sunt posteriores Iuribus eorum-
dem Vincentiæ, & litis consortium, qui cum ha-
beant causam à dicta Hieronyma metiuntur suam
hipothecam à die dotis Ioannellæ vsque, & de anno
12 1564. Atque ideò sicut Hieronyma si viueret ra-
tione dictæ hipothecæ anterioris Cumulum exclu-
deret *Gardin. Mantic. decis. 69. num. 1. Buratt. dec. 844. num. 1. Rota decis. 123. sub num. 2. part. 3. & dec. 306. num. 28. part. 7. recent. in Sancti Seuerini Dotis, seù Salutani 14. Maij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram me, §. 3. oppositio;* Ità etiam illum ex-
13 cludunt Vincentia, & litis consortes, qui tanquam
ab ea causam habentes, eodem Iure defensionis v-
tuntur *l. inuitus, §. plerumque ff. de reg. Iur. Bald. in l. emptori in princ. C. de euict. Card. Caual. dec. 652. nu. 1. & 2.* cum alijs allegatis in dicta *Rom. Salutani de Casalibus dicto §. 3. oppositio, & in Romana Domorum de Regardis 28. Ianuarij 1650. coram Reuer. D. meo Decano §. & iustitia.*

Neque Cumulus contra costituati poterit eadem
14 Hipotheca Ioannellæ, Tùm quia ipsa consentiendo
dictæ dationi insolutum non transtulit in illum Iura
sua, sed solum ad eius fauorem remisit hypothecam
quam habebat super Terris in solutum traditis ad ef-
fectum, vt extātibus alijs bonis sui Viri, illum vexare
non poſſet, vt probatum fuit in *decisione, §. final.*
Tùm quia non constat Claudiam pro concurrenti
quantitate dotis eiusdem Ioannellæ contra ipsum
agentem eius fauore aliquam fecisse Iurium ceſſio-
15 nem Tùm etiam quia in concursu melior est con-
ditio poſſidentis, licet vterque habeat hypothecam,
ex eadem origine, & cum eadem anterioritate, ac
potioritate, iuxta celebrem theoricam *Bald. in l. si debitor in 10. ff. de pignor.* quem refert, & sequitur *Franch. dec. 260. num. 4.*

Et ità vtraque &c.

TERRACINEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 30. Ianuar. 1651.

ARGVMENTVM.

Agenti contra poſſeſſorem ex *remed. leg. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* non competit immiſſio, nisi identificè probet rem ab Aduersario poſſeſſam eſſe eandemet remansam in hæreditate Fideicommittentis, & ex quibus identitas iustificetur.

SVMMARIVM.

1 Agens remed. l. fin. C. de Edict. diu. Adrian. tollen. *tanquam contra detentorem bonorum fideicommissi tenetur concludenter, ac identificè probare res ab Aduersario poſſeſſas eſſe easdem, quę remanserunt in hereditate fideicommittentis.*

2 *Fideicommiſſarius neceſſariò probare debet, quod reus tempore instituti Iudicij poſſideret res remansas in hereditate fideicommittentis.*

3 *Fideicommiſſarius in executione sententię citato reo conuento debet liquidare, qua, & quantę eſſent res fideicommiſſariæ ab Aduersario poſſeſſa, alias, nec mandatum, nec illius executio sustineri potest.*

4 *Petitum non quid est, sed quid aſſecutum attenditur.*

5 *Manutentio debetur ei qui nunquam se habuit pro spoliato, & verbalem semper animo retinens poſſeſſionem, petijt se manuteneri in eius pristina naturali.*

DECISIO CCCXLVI.

PLacuit DD. confirmare decisiones in hac causa
emanatas coram me sub die 21. Iunij 1649. & 30.
Maij 1650. Quia in ea parte, quæ est fauorabilis rei
iudicatæ, non impugnantur, in ea veró quæ exci-
pit Vacchas, & tumulos duos terrarum in loco seù
contrada nuncupata *l'Arco*, non eliduntur ex his,
quæ pro parte Lucretiæ toties deducta fuerunt, &
modo repetebantur.

Certum enim est, quod Marcus Iunior, & Lucre-
tia eius hæres petentes immissionem ex *remed. l. fin.
C. de edict. diu. Adrian. tollen.* contra Marinum Ange-
lum vti detentorem bonorum fideicommisso q. Bo-
nifatij Paschalis ad fauorem eiusdem Marci purifi-
cato per obitum Liuiæ illius Amitæ, tenebantur
1 concludenter, ac identifice probare illam eadem
esse ab ipso Marino Angelo detenta, quæ in hære-
ditate Testatoris remanserunt, & in Iudicio dedu-
ctæ fuerunt, aliàs enim neque ad illorum restitu-
tionem condemnari, neque contra eum immissio
decerni potuit *l. ex facto in princ. vbi glos. in ver. sua
l. in fideicommissis Sarians, ff. ad Sen. Cons. Trebell.* &
benè probant *Decian. cons. 55. sub num. 31. lib. 4. Me-
noch. cons. 740. num. 10. & seqq. Mantic. de coniect. lib. 7
tit. 6. num. 5.* cum alijs relatis per *Fusar. de substit.
qu. 616. num. 1.*

Nec obstat, quod sententia comprehendat tan-
tùm Vacchas fideicommisso subiectas, super quibus
tantùm insistunt informantes pro Lucretia, vt legi-
tur, ibi, *Item le Vacche grandi, e piccole fideicomis-
2 sarie di Bonifatio*. Quia necessarium erat probare
quod Reus conuentus tempore instituti Iudicij pos-
sideret Vacchas remansas in hæreditate fideicom-
3 mittentis, & in exequutione ipso citato liquidare,
quæ, & quantæ essent alias nec sententia, nec
mandatum, ac illius executio sustineri possunt *l. hac
autem §. primo, ff. ex quibus caus. in possess. eat. Cæ-
sar Maneat. decis. 19. num. 61. vers. & quando sumus
Rota decis. 365. num. 7. part. 1. & decis. 96. numer. 5.
part. 8. rec.*

Nec releuat, quod Liuia hæres grauata, & au-
trix Marini Angeli post obitum Marci senioris eius
fratris petierit immissionem in possessionem bono-
rum dicti Bonifatij, ac inter ea expresserit sexagin-
ta Vacchas, quia prout in alijs decisionibus fuit res-
4 ponsum, huiusmodi petitio Liuiæ, non probat actua-
liter assecutionem, & possessionem dictarum
Vaccharum prout requiritur iuxta *l. sciendum, §. di-
ctum est, & §. ea etiam sola ff. de edilit. edict. Rot. decis.
364. num. 6. apud Posth. de manut.* Quinimò excludi-
tur ex subsequuta exequutione, ac Instrumentis ca-
ptæ per eam possessionis in quibus singula corpora
referuntur nec Vacchæ recensentur, vt legitur in
*Summ. Marini Angeli præcedentis positionis sub numer.
3. 4. & 5.*

Prout nihil facit, quod dicta Liuia in dotem de-
derit dicto Marino Angelo eius Viro de anno 1637
inter cætera bona decem Vacchas cum septem Vi-
tulis prouenientes ex hæreditate dicti Bonifatij.
Quodque alias decem Vacchas cum tribus arficcijs,
seù vt vulgo dicitur assecaticcijs, & duobus Vitulis
vendiderit cuidam Roccho Antonino, à quo eadem
die cessæ fuerunt eidem Marino Angelo, vt ex In-
strumentis relatis in *Summ. Lucretiæ num. 5. 6. & 7.*

Quia satis constat, quod illę Vacchæ decem cum
Vitulis dotis titulo assignatæ anno 1637. fuerunt
eędem, quæ postea venditæ fuerunt dicto Antonino
anno 1629. ad effectum satisfaciendi creditoribus
cum nullæ aliæ præter illas decem superessent ex
liquidatione dicti Bonifatij fideicommittentis de
anno 1637. quo Dos fuit consignata Marino Ange-
lo, vt expressè declaratur in folio registrato in In-
strumento anni 1641. ab ipsa Lucretia exhibito in
dicto *Summario dicto num. 5.* Neque repugnat, quod
Liuia illas deindè vendiderit ad effectum soluendi
æs alienum Testatoris quod inhærebat ipsis bonis in
dotem assignatis, & cum eis transierat in virum,
hoc sciuit, & passus fuit, atque consensit easdem
Vacchas emendo à præfato Antonino ad *l. mulier
bona ff. de Iur. dot.*

Et saltem sufficit ad effectum de quo agitur, quod
nulla facta fuerit probatio, seù liquidatio quod
Vacchæ quadraginta duæ comprehensæ in immis-
sione concessa Lucretiæ fuerint eædem remansæ in
hæreditate dicti Bonifatij fideicommittentis, Nec
pro legitima Identitatis iustificatione est deferen-
dum assertioni, seù expressioni factæ in relatione
exequutoris appellantis Vacchas in executione ap-
prehensas fideicõmissarias dicti Bonifatij, dum pos-
sessor se opposuit contradixit, & protestatus fuit,
imò ex testibus, ac alijs pro eius parte deductis, cla-
re conuincitur contrariæ veritatis probatio, vt la-
te fuit probatum in præcedentibus decision.. Cum
itaque ex præmissis resultet sententiam, ac eius exe-
cutionem quoad Vacchas, & tres tumulos Terræ,
nullo pacto iustificari placuit DD. concedere manu-
5 tentionem Marino Angelo, qui propria possessione
non fuit per eam priuatus, nec habuit se pro spolia-
to, sed verbalem animo semper retinens petijt se ma-
nuteneri in eius pristina naturali *cap. conquerente de
restit. spoliat. Buratt. decision. 161. per tot. cum alys
vulgar.*

In reliquis vero ad fauorem Lucretiæ responde-
runt, & persliterunt in resolutis vtraque &c.

CATHACEN. HÆREDITATIS.

Merc. 1. Febr. 1651.

ARGVMENTVM.

Pendente lite super hæreditate coram vno Iudice, non potest pars coram alio Iudice immissionem petere absque vitio Attentatorum, etiam si diuersa esset actio, & causa petendi dictam Immissionem, si omnia habeant connexionem ad inuicem. Clausula *quam, & quas*, &c. quid operetur, & quomodo, & quando procedat regula, qui continuat, non attentat.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente cora vno Iudice, non potest absque vitio attentatorum alter Index adiri.*

2 *Ampla etiam si diuersa esset actio, & causa petendi, si alias omnia habeant connexionem ad inuicem.*

3 *Fideicommissarius de manu hæredis debet capere possessionem, vel officio Iudicis agendo cum hærede.*

4 *Connexionis ratio inter vtrumque Iudicium ad effectum attentorum prudentis iudicantis arbitrio pensanda committitur.*

5 *Lite pendente coram vno Iudice, non licet alterum adire, nisi attentando.*

6 Clausula Quam, & quas, *&c. non solum causas motas, sed etiam mouendas super eadem re, & circa idem negocium regulariter comprehendit.*

7 Clausula Quam, & quas, *&c. operatur vt lis dicatur pendere super omnibus, quæ connexionem habent cum articulo controuerso, etiam si ad speciem deducta non fuerint.*

8 *Continuans possidere non excusatur ab attentatis si nul-*

nulla praecessit legitima possessio, vel si solum sit turbida.

9 *Continuans possidere non attentat, si continuet per viam priuatæ facultatis.*

10 *Secus autem si continuet mediante facto Iudicis.*

DECISIO CCCXLVII.

QVestio erat super attentatis inter Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti Ecclesiæ Cathacen. declaratam hæredem Testamentariam q. Decij Scoglij per duas decisiones editas coram me 28. Maij, & 24. Nouembris 1649. Petrum Franciscum de Pace, & Antonium Mainardum illius legatarios, ac Horatium Scoglium prætensum eius hæredem ab Intestato, cum vnusquisque ipsorum collitigantem attentasse prætenderet; Ideò proposito dubio an constaret de attentatis hinc indè pro nunc resolutum fuit constare de attentatis commissis pro parte Horatij tantùm, reseruato, vt de reliquis particulariter videatur, ipse enim pendente lite super hæreditate Decij eius fratris coram Ordinario Cathacen. introducta, & contestata sub die 6. Nouembris 1646. non potuit die sequenti citra vitium
1 attentatorum Iudicem sæcularem adire pro extorquenda possessione bonorum eiusdem hæreditatis sub protextu quod sint subiecta fideicommisso Bartoli Scoglij communis Patrui, *cap. 1. vt lit. pend. in 6. rubric. & tot. tit. ff. & C. eodem Franch. in cap. vt debitus sub num. 5. 2. in tertia concl. de appell. in 6. Lancell. de attent. lit. pend. cap. 2. in præfat. numer. 296. & seqq. Rota in Bononien. Attentatorum 26. Iunij 1635. coram bo: me: Merlino, & in alijs relatis in Iannen. attentator. 2. Decembr. 1650. cor. me.*

Non obstat, quod diuersa sit actio, & causa petendi dictam hæreditatem, & fideicommissum.

2 Quoniam habent connexionem ad inuicem, cùm enim bona ab Horatio prætensa fideicommissaria, & specialiter census cum Barone Claraualis à Decio vsque ad obitum possessa fuerint, ac in eius hære-
3 ditate remanserint, ac sic illorum possessio attentari non poterat, nisi agendo cum illius hæredibus *l. 1. ff. quor. legat. Seraph. dec. 271. num. 1. & dec. 1065. num. 3. Card. Millin. dec. 44. num. 6. dec. 231. num. 2. & decis. 405. num. 4. Add. ad Gregor. decis. 7. num. 13. & decis. 98. num. 7. in fine, & in alijs relatis in Bononien. bonorum 3. Aprilis 1645. & 24. Ianuarij 1646. coram Reuerendissimo D. meo Decano*; Exindè profectò manifesta resultat inter vtrumque Iudicium
4 connexionis ratio, quæ prudentis indicantis arbitrio pensanda committitur *Io: de Imol. consil. 139. sub numer. 2. Gabriel. consil. 38. num. 6. libr. 1. Lancellott. de attent. lit. pendent. part. 2. capit. 4. limit. 2.*
5 *numer. 89.* Et efficit, vt non licuerit Horatio alium Iudicem adire, nisi attentando *leg. nulli prorsus 10. C. de Iudic. cap. dispendia 3. de rescript. Lancellott. dicta lim. 2. num. 87. Rota in Romana fideicommissi, seù attentator. 11. Febr. 1647. coram bo: me: Argutllis §. nec dicatur.*

Quæ eo magis procedunt quoad subsequutas exactiones fructuum dicti Censùs ab eo factas 10. *Nouembris 1646. ac 22. Septembris 1649.* & quoad cætera acta ab ipso gesta 20. & 21. *Septembris* 1650 contra debitorem alterius Census, & Inquilinos Domorum in eadem hæreditate Decij repertarum sub prætextu, quod spectarent ad hæreditatem Portiæ, & Faustinæ de Scoglij Amitarum *Summar. Confraternitatis num. 6. 7. 8. & 9.* Cum enim signanter secunda exactio, & prædicta acta, gesta fuerint post commissam causam in Rota cum clausula *Quam, & quas*, ac omnibus inciden., depen-
6 den., & emergen., totoque negocio principali, quæ non solum causas motas, sed etiam mouendas super eadem re, & circa idem negocium regulariter comprehendit *Cæsar de Graff. decis. 2. num. 4. & 5. de rescript. Buratt. decis. 226. numer. 6. & decis.*
7 *405. num. 1. & 2.* Ac operatur, vt illis dicatur pendere super omnibus, quæ connexionem habent cum articulo controuerso, etiam si ad speciem deducta non fuerint *Cassad. decis. 9. num. 13. de caus. possess. & propriet. Rot. in recent. decis. 342. num. 2. part. 1. in Barchinonen. Iurispatr. 18. Iunij 1640. coram Cardin. Panzirolo, §. nec relenare visum est, & Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 26. Iunij 1645. coram me, §. Imo cum vltra.* Ab attentatis excusari non valent, vt alijs relatis firmatum fuit in dicta *Romana fideicomm., seù attentatorum coram bon: mem: Arguelles, §. & maximè quia, & in d. Cæsaraugustana, §. quod eo fortius.*

Nec minus Horatio suffragari potest prætextus, continuandi illorum possessionem ex regula, quod qui continuat non attentat.

8 Tùm quia nullam habet legitimam præcedentem possessionem, & tamen sufficit eam esse turbidam, vt continuatio ipsius non excuset ab attentatis *Farinac. in Fragment. Criminal. par. 2. in verb. Inhibitio numer. 338. qui allegat. Lancell. vbi supra ad capit. 4. limit. 1. num. 78. bon: memor: Coccino decis. 399. num. 2 & decis. 418. numer. 2. cum alijs allegatis in Sanctę Sentrinæ Decimarum 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Royas.* Tùm etiam quia dicta regula procedit,
9 quando quis continuat per viam priuatæ facultatis, vt responsum fuit in *Lucana Capellaniæ 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Bichio*, Secus autem si
10 continuet (prout hic) mediante facto Iudicis, *Cardinal. Cauaier. decis. 615. numer. 3. versic. vltra quod Rota in recent. decis. 342. sub numer. 5. part. 4. & in cæteris adductis in Bononien. Bonorum 17. Martij 1649. coram eodem R. P. D. meo Bichio, §. finali.*

Et ita omnibus Informantibus, &c.

MELEVITANA EXPENSARVM.

Merc. 1. Febr. 1651.

ARGVMENTVM.

Expensarum taxatio, quæ in posteriori sententia reseruatæ fuerunt prout de iure, est intempestiua antequam causa appellationis terminetur, & quidem per tres conformes, maximè si pars fuit condemnata in priori sententia, non simpliciter, sed pro rata Victoriæ, ad quem effectum attenditur vltima sententia, quę primam in aliqua parte reformauit, & an etiam litis consortes teneantur prò virili ad expensas, quando ab vno tantum fuit appellatum, & fuit causa defensa fauore omnium.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ quæ fuerunt reseruatæ prout de iure quoad eas dicitur adhuc instantia pendere donec causa appellationis terminetur, & earum est intempestiua taxatio.*

2 *Expensarum taxatio est intempestiua, antequam causa appellationis terminetur per tres conformes.*

3 *Expensæ in quibus pars fuit condemnata ad ratam Victoriæ non debent taxari antequam cognoscatur pro qua rata debeantur, & compensentur ad formam posterioris sententiæ, quæ primam in aliqua parte reformauit.*

4 *Expensæ debent solui pro ea parte in qua quis solummodo fuit condemnatus.*

5 *Amplia, vt ad istum effectum attendi debeat vltima*

ma sententia, etiam si prima indefinitè condemnauerit.

6 *Expensa debent ab omnibus litis consortibus solui pro virili, quando ab omnibus fuit appellatum, & contra omnes fuit processum.*

7 *Expensa ad effectum vt ab omnibus litis consortibus pro virili debeantur non debet attendi an vnus tantum appellauerit, & causam defenderit, sed quid fuerit in sententia iudicatum.*

8 *Expensæ debentur ab omnibus litis consortibus pro virili, etiamsi vnus tantum appellauerit, & causam defenderit, quando illius appellatio, & defensio cæteris etiam fuit vtilis, & proficua.*

9 *Expensarum onus litis consortes æqualiter sentire debent, si volunt commodum appellationis ab vno tantum interpositæ, & victoriæ litis.*

DECISIO CCCXLVIII.

OBtenta per Cumulum Charitatis reintegratione ad possessionem medietatis Territorij Diarezani ipse petebat contra Fabritium Testaferratam taxationem, & refectionem omnium expensarum illius occasione factarũ, tàm in partibus, quàm in curia; Ideo proposito à me dubio Domini existimarunt expensas de partibus non esse taxandas, ad alias verò factas in curia Fabritium teneri pro virili tantum.

Respectu siquidem illarum de partibus taxatio
visa fuit intempestiua, quià, cum in posteriori senten
tia à me prolata specialiter reseruatæ fuerint prout
1 de iure vigore huiusmodi reseruationis quoad eas
pendet adhuc instantia, vt monuit *Angel. in l. edicto*
3. sub num. 6. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. Perege. de
fideic. act. 48. sub num. 48. Modern. *Hispan. de Iudic.*
lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 7. sect. 3. sub n. 952. fol. mihi 399.
2 Ideoque deueniri non potest ad illorum taxationẽ
nisi prius terminata causa appellationis per tres sen-
tentias conformes, vt tradunt, *Mandos. de inhibit. quæ-*
stion. 106. sub num. 3. circa fin. Lancell. de attent. appell.
pend. part. 2. cap. 12. lim. 11. n. 3. 4. & 5. Afin. in prax.
Iudic. part. 1. §. 32. cap. 12. num. 5. & 6 Scacc. de appell.
lib. 3. cap. 2. quæstion. 3. limit. num. 56. Gen. *discept. for.*
cap. 349. num. 7. & 8. Katã decis. 46. per tot de appell.
in antiq.

Ponderando præsertim, quod in prima sententia, Fabritij, & litis consortes non fuerunt ad eas condemnati simpliciter; sed pro rata Victoriæ; Quodque in dicta posteriori à me prolata respectu condemnationis ad fructus perceptos ante motam litem aliæ priores sententiæ reformatæ fuerunt; Vndè eo certius petita taxatio redditur intempestiua, quia non solùm prius terminari debet causa appellationis ex iuribus supra allegatis, sed etiam in illius prosequutione cognoscendum, & declarandum
3 erit an, & pro qua rata debeantur cum vel hinc indè
proportionabiliter compensari deberent, *Abb. in c. 1.*
num. 17. de plus petitionibus Bertrand. cons. 20. num. 1.
volum. 1. Surd. cons. 142. sub num. 7. Vel saltem Fa-
4 britius, & litis consortes tenerentur solum pro ea
parte, in qua fuerunt condemnati iuxtà *decis. Put.*
400. per tot. lib. 1. in correct. Idque etiamsi in sen-
5 tentia R. P. D. mei Orthoboni ad illas simpliciter, &
indiffinitè condemnati fuerint, quià ad istum effe-
ctum est attendenda vltima sententia, in qua expres-
sè reseruatæ fuerunt.

Expensas verò factas in prosequutione litis in curia non à solo Fabritio, sed à cæteris litis consortibus soluendas esse pro virili Domini censuerunt, quià non ille solus, sed omnes appellarunt à prima sententia de partibus lata per Commissarium eius *Summ. num. 4.* omnesque paritèr in progressu causæ tàm in processu, quàm in sententijs prolatis in subsequentibus instantijs in partibus, & in Vrbe pro actis comprehensi fuerunt ad instantiam Cumuli Fabritius nempè mediante persona Procuratoris in Vrbe constituti, reliqui verò per contradictas ob licentiam Procuratoris eodem *Summ num. 23. & 24* Vndè iuri consonum est quod ab omnibus pro virili soluantur *l. 1 C. si plurib. vna sentent. & l. paulus respondit vbi gloss. ff. de re Iudic. Borgnin. dec. 15. n. 31. part. 1. Caputaq. dec. 343. per tot. part. 1. cum alys allegatis in Romana superinentia 3. Iulij 1634. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo, §. Inde sententia.*

Nec refert, quod solùm Fabritius causam in Vrbe
defenderit, solusque appellauerit à sententia lata
7 per R. P. D. meum Orthobonum: Tùm quia ad istũ
effectum non debet attendi quid ipse fecerit, sed
quid fuerit Iudicatum in sententijs, in quibus om-
nes litis consortes ad illas condemnantur; Tùm
8 etiàm quià illius appellatio, & defensio alijs quoq;
vtilis, & proficua fuit dum omnes æqualitèr absolu-
ti fuerunt à dicta parte fructuum, ad quorum resti-
tutionem in prioribus sententijs fuerant condemna-
9 ti; Vnde omnes paritèr onus expensarum æquali-
tèr subire debent iuxta regulam qui sentit *de regul.*
iur. in 6. quam ad propositum expendit, Rota coram
Card. Seraph. dec. 1012. nu. 4. Add. ad Bucott. dec. 921.
num. 23. & 34. & in dicta Romana superinentia sub
dicta, §. Indè sententia.

Et ita vtraque &c.

OPPIDEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 6. Febr. 1651.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur in concursu probanti anteriorem possessionem, & qualiter ad hunc effectum sufficienter probetur, non obstante protestatione, & qualibet oppositione facta à persona non legitima, etiamsi pars citata non fuerit, dum ipsa neque possidebat, neque constabat de illius aliquo interesse, & quid si impetrata esset commissio anteriori possessore non citato.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, licet instrumentalis sufficiens est in Iudicio manutentionis, alio eo tempore non possidente.*

2 *Protestatio, & oppositio licet extraiudicialis reddit tamen possessionem non pacificam.*

3 *Protestatio quæ non fuit facta a persona legitima; nullum producit iuris effectum.*

4 *Coniunctus pro coniuncto non admittitur in materia beneficiali absque speciali mandato.*

5 *Possessio beneficij si sit vacans non debet aliquis citari, de cuius interesse non constat.*

6 *Litis pendentia cum eo induci non potest, qui in cõmissione causæ non fuit citatus.*

7 *Possessio ad hoc vt non sit vitiosa debet apprehendi citato anteriori possessore.*

8 *Possessio posterior capta non citato anteriori possessore, et non impedit manutentionem, si se non habuit pro spoliato.*

9 *Exceptiones respicientes Tituli iustificationem reijciuntur ad petitorium, nec admittuntur in summarissimo manutentionis.*

DE-

DECISIO CCCXLIX.

PRoposito hodie à me dubio cui esset dandum mã-
datum de manutenendo an Dominico Prestarez
de Monteleone DD. responderunt ad fauorem Do-
minici excluso Placido, siquidem illius anterior
possessio probatur ex publico instrumento sub die
15. Aprilis 1650. quæ licet instrumentalis sufficiens
1 est in hoc Iudicio alio eo tempore non possidente
*iunct. glos. in leg. non idcirco in ver. vanum vbi Bald. in
princ. C. de fid. instrum. Bart. in l. Prudia, num. 1. ff. de
acquir. poss.*

Nec obstat oppositio, & protestatio facta ab An-
2 tonio fratre eiusdem Placidi, quę licet extraiudicia-
lis reddit tamen possessionem non pacificam, vt no-
tant DD. *in Clem. gratiæ de rescr. ibiq. Card. num. 8.
Barbat. num. 22. Vitalin. num. 5. Cassador. decis. 9. nu. 11.
de caus. possess. & prop. Lotther. de re benef. lib. 3. q. 23.
num. 25. Rota in Albanen. confinium 23. Ianuar. 1623.
coram bo. me. Pirouano.*

Quia nullum produxit iuris effectum, ex quo non
3 fuit facta à persona legitima *Rom. cons. 204. nu. 11.*
4 *& seqq.* cum in materia beneficiali coniunctus pro
coniuncto non admittatur sine speciali mandato
*Specul. lib. 1. partic. 3. de coniuncta persona, nu. 6. Lap.
alleg. 70. num. 6. Rota decis. 6. num. 1. & 3. de pro-
curat. in nou. & apud Cassador. super Regul. dec. 40.
num. 5.*

Nec releuat defectus citationis Placidi; Quia
5 cum nec ille possideret, nec de aliquo eius interes-
se constaret, non erat citandus *Gonz. de benef. par. 6.
cap. 2. num. 141. cum seqq. Rota decis. 179. numer. 3.
part. 4. diuers. & in recent. decis. 333. num. 1. part. 4.
tom. 2.*

Nec pariter quidquam facit commissio obtenta
6 sub die 25. Septembris 1649. per Ioannem Panet-
tam vltimum possessorem defunctum; Quia cum
non fuerit effecta de actis per Citationē legitime
7 executam contra Dominicum; nullam cum ipso
potuit inducere litis pendentiam *Clem. fin. vt lite
pend. l. Libertus, la seconda, ff. de in ius vocan. Rota
in Ianuen. pecuniaria, seù prætensorum attentatorum
20. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. Domino Deca-
no cum alijs relatis per Posth. de Manut. obseru. 48. n. 18*

Quo verò ad excludendam possessionem Placidi
8 in hoc Iudicio DD. facilis visa fuit resolutio quia
cum fuerit posterior capta scilicet 29. Aprilis eius-
dem anni 1650. non vocato Domenico anteriori
possessore, vt necessarium erat *cap. licet causam de
probat. cap. licet Episcopus de præbend. in 6. Bart.
in l. si duo, num. 4. ff. vti possid.* Nullius est momenti,
nec impedire potest manutentionem Dominico;
qui non habuit se pro spoliato iuxta *decisionem Ve-
rull. 337. num. 2. & in alijs.*

Cętera, quę dicebantur de nullitate, ac non iustifi-
catione prouisionis dicti Dominici, vti concernen-
9 tia petitorium, in illo erunt discutienda cum in
hoc Summarissimo Iudicio admitti non debeant,
vt millies respondit Rota.

Et ità &c. Vtraque &c.

FINIS TOMI PRIMI.





